R. P. Fr.

LEANDRI DE SS. SACRAMENTO,

QUÆSTIONES MORALES THEOLOGICÆ,

IN OCTO PARTES DISTRIBUTÆ:

Quarum.
- I. & II. Pars de Sacramentis.
- III. De quinque Præceptis Eccleſiæ.
- IV. De Cenſuris Eccleſiaſt.
- V. De Irregularitate & pœnis Eccleſiaſt.
- VI. VII. & VIII. In Decalogum.

Digitized by Google

R. P. Fr.

LEANDRI

DE SS. SACRAMENTO,

NAVARRI, OPPIDI DE VILLA-FRANCA,

ORDINIS DISCALCEATORUM SANCTISSIMÆ TRINITATIS Redemptionis Captivorum, olim Provincialis Provinciæ Spiritus Sancti: Nunc iterum atque iterum Diffinitoris Generalis totius Ordinis, quondam in ſuo Collegio Complutenſi Theologiæ Profeſſoris;

QUÆSTIONES MORALES THEOLOGICÆ,

In ſeptem Eccleſiæ Sacramenta.

Cunctis Opus perutile, in duas diviſum partes: Prima Tractationes continet quinque: I. De Sacramentis in genere. II. De Baptiſmo. III. De Confirmatione. IV. De Extrema-Vnctione. V. De Pœnitentia, & Indulgentiis. Altera verò quatuor. VI. De Ordine. VII. De Euchariſtia. VIII. De Sacrificio Miſſæ. IX. De Matrimonio.

Nunc noviter prodit ab eodem Auctore diligentiùs recognitum, & copioſius auctum, cum duplici Indice: primo Tractatuum, Diſputationum, & Quæſtionum: altero verò Sententiarum.

PARS PRIMA.



LUGDUNI,
Ex Typographia JACOBI CANIER.

M. DC. LXXVIII.
CUM SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

AD LECTOREM.

PERDIFFICILEM nauigationem aggredior. Ingenuè fateor, optime Lector. Quæ vnquam nauicula tot ventis circumſepta contrariis, tot validis agitata vndis, quot tempeſtate hac Moralis Theologiæ carina concutitur, premitur, anxiatur? Ergo morale opus in lucem prodere, temeritati potiùs, quàm fortitudini; audaciæ magis, quàm prudentiæ attribui poteſt. Occurrit ex vna parte terribilis, etſi communis, irriſorum turba, maledicorum phalanx, quorum venenata ſpicula quis vnquam fugere quiuit? Illorum quidam Scriptoris prolixitatem mordent; alij breuitatem damnant; vetuſtatem plerique, nouitatem non pauci, tanquam ſi in fide Parentum, vel ſine fundamento ſcripſerit. Perbellè in ſimili aiebat Hietonymus *epiſt. ad Nepotianum, tom. 1. epiſt. 2. in fine*, idem eſſe aliquid in lucem prodere, ac Authorem ſuum in examen vocare. Fallar, ſi non examen iſtud maledicorum aſpiciebat D. O. M. quando Geneſ. 2. *vidit cuncta quæ fecerat, & erant valde bona.* Ad quid, Deus optime, iteratus iſte creaturarum aſpectus? Ad quid reiterata probatio, ſi iam ab æterno in mente tua ideatæ, ſi iam in ſigillata illarum productione probatæ? Geneſ. 1. *Et vidit Deus lucem, quod eſſet bona, &c.* O bene! Adhuc hominem non fecerat, qui productas primitus viſeret, & morderet creaturas. Examen ſufficit vnum: at exiſtente homine ſexta die, itetum examinat, approbat iterum, benedicit; quaſi vna Dei approbatio inſufficiens ſit, ne ab hominibus calumnientur. Ita enim alieni operis calumniandi auidi ſunt, vt & ipſius Dei opus impurum ſuſpicarentur, ſi poſſent. Accedit è regione alia, quod nunquam tam florida ætas, tam felix tempeſtas, tam plauſibile tempus, quàm præſens, in quo & peritiſſimi Theologi, & Iuriſprudentiæ ſapientiſſimi Doctores felici ſorte, fauſto auſpicio, communi plauſu, Moralis Theologiæ totum ferè nauigarunt Oceanum. Sic ſuis lucubrationibus, diſputationibus, & commentis, tam exacto ſtudio, accurata diligentia, incredibili ſubtilitate illam illuſtrantes, vt vix quidquam ampliùs neque addi, nec perfici, nec illuſtrari deſideretur. Iſti enim ſapientiſſimi Moralis Theologiæ Scriptores ſicut Soles præſtitere lucem, reddidere ſplendorem. Quid ergo ſcintillæ noſtræ ſplendeſcent? Mirabile etit. Somniabat puerulus Ioſeph, Solem, & Lunam, & vndecim ſtellas ipſum adorare. *Geneſ. 37.* Quomodo minima ſtellarum lux inter medios Solis, & Lunæ candores refulget? Nil mirum: præternaturale eſt. Hæc, optime Lector, me ab incœpta nauigatione remouere poterant. Minimè tamen mouerunt. Etſi fatear me inter tot ſplendentes Doctores, refulgentes Magiſtros minutam ſtellam, ſcintillam paruam; mirumque eſſe, ſi hæc diſcurrat, ſplendeat. Eia forſitan ſolatur ad minus dictum illud Hieronymi *epiſt. ad Paulin.* In tabernaculo Dei vnuſquiſque offert quod poteſt. Alij aurum, argentum alij, lapides pretioſos plerique. Accipe igitur affectu pio, etſi non aurum, & argentum, lapillum tamen, aliqualiter noua luce micantem. Accipe opuſculum hoc nouum, quod libenti animo offero. Nouum fas ſit appellare; quia prolixitatem vitans, nimiamque effugiens breuitatem, nihil quod apud omnes ferè Authores (quos indefeſſo euolvi labote, ſinceróque, & fideli retuli calamo) notatu dignum, omittit. Nouum: nam nonnulla noua, & nouâ methodo continet: contra illud minùs rectum, & multò ſegnius ſapientis cuiuſdam pronuntiatum: *Scribe noua, non noua.* Nouum, quia in controuerſiis omnibus ſententiam propriam reſolutoriè propalat. Nouum, quia ſententiis contrariis probabilitatis, aut improbabilitatis cenſuram præbet. Nouum, quia perplures Authores non rectè aliorum citationes teferentes (iam ex Typographi incuria, iam quòd ipſos non legerint) & notat diligenter, & emendat ſuauiter. Accipe ergo hanc primam partem, quam ſine fictione didici, & tibi ſine inuidia communico. Illam paterno refoue ſinu, amicabili perlege aſpectu; in ea enim quidquid ab aliis hac ſuper re ſcriptum eſt, optimè perſpicies, dum ſecundam eodem ſtylo elaboro, eiſdemque nouitatibus præparo. Quæ minùs bene dicta, Sanctæ Matris Eccleſiæ correctioni ſubjicio: tibi vitam deprecor, ſalutem exopto. Vale.

Digitized by Google

APPROBATIO R. P. Fr. FRANCISCI A SANCTO IVLIANO, Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captivorum Diffinitoris Generalis, &c.

IVſſu oostri Diffinitorij Genetalis vidi primam de Sactamentis partem, à R. A. P. Ft. Leandto de Sanctiſſimo Sacramento, iamdudom in oostro Complutenſi Collegio Sacræ Theologiæ Primario Profeſſore, commilitone meo, quo cum per trigiota fetè annorum cutricula, ab incunabulis Religionis, in Logicis, Phyſicis, Theologiaque Scholaſtica, & Morali, poſt indefeſſas vigilias longas cooſertationes habui, nuncque habeo, elaboratam. Opus ſanè ſuo Authore dignum, imò & digniſſimum, vt vſque ad ſæculi fioem ſplendor eius, luxque ſuper candelabrum, ad inſtar Solis in Eccleſia perucniat. Selegit equidem, velut argomentoſa apis, vt io mella daret quidqnid nobile, quid quid acutum, quidquid ſiogulare Aoteſignani noſtri cogitauerunt, quos omnes in ſuis originibus, me teſte, me iudice, volvit, & lectitavit, vt ſecuriſſimè fidas in hoc Opere ooo agglomeratè, aut tumultuariè, ſed ordinatè congeſtom eſſe qnidqoid ſubtile, & vtile apud maiores Magiſtros ſparſum exiſtit, & quidquid in nouioribus doctis. Vode ootat apices, involuctaque ſolvit, vel Doctorum qui in fide parentum ſcripſere, vel illotum, quorum ſcripta Typographi incutiâ in referendis ſententiis defecêre. Ob qood noo carpendus, ſed laudandus; noo rigidus cenſor, ſed ad amuſſim veritatis indagator prædicandns. De Theſauro ſuo noua, & vetera profert, quibus breni ſapientiam omnium antiquorum exquiret ſapiens (quo magis quiſque,) & in prudeotiæ ſic librata ſtatera, vt in falſa, quæ talia ſunt, & in qoæ vera, tandémque in probabilia (quod paucorum eſt) pio proferat affectu ſententiam. Ob quæ, cætera quæ præ manibus habet Auctor (dum his commoda fruitione delectamur) in gloriam Dei, Eccleſiæ vtilitatem, & Matris Religionis honorem ſummopetè exopto. Sic iudico. Sic ſeotio. Matriti. Die 8. Iuoij Anno 1941.

Fr. FRANCISCVS à Sancto Iuliano.

FACVLTAS ORDINIS.

FRAVER DIOACVS à IESV, Major ac Generalis Miniſter Ordiois Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, de conſenſu oostri Definitorij Generalis, vt Prima Pars Quæſtiooum Moralium Theologicarom in Septem Sacramenta Eccleſiæ, à Patre Fr. Leandro à Sanctiſſimo Sacramento oostræ Sacræ Religioois Theologiæ Profeſſore compoſita, & à grauioribos, doctis, & eiuſdem Ordinis Theologis recognita, & approbata Typis mandetur, tenore præſentium facultatem concedimus. In quorum fidem has litteras mano noſtra, & ſigillo, ac Secretarij nomine ſobſcriptas dedimus. Matriti. Die 24. Iunij, Aooo 1641.

Fr. DIDACVS A IESV, Miniſter Generalis.

Fr. ILOEPHONSVS à SS. Trinitate Secretarios.

APPROBATIO R. P. GASPARIS HVRTADO, E SOCIETATE IESV Doctoris Theologi, & Decani Academiæ Complutenſis, & S. Generalis Inquiſitionis Qualificatoris.

GASPAR HVRTAOO Societatis IESV Doctor, & Decanus Academiæ Complotenſis. Iuſſu Domini Doctoris D. Ioanois de Narbona, Vicarij Generalis Compluti, & Eccleſiæ Magiſtralis SS. Ioſti, & Paſtoris Canonici digniſſimi, reuidi Quæſtiones Morales de Sacramentis in Genere, de Baptiſmo, Cooſirmariooe, Pœnitentia, Extrema-Vnctiooe, & Indolgentiis, à R. P. Fr. Leandro à Sanctiſſimo Sacramento ex Ordine Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis elaboratas, & prudentiſſimè reſolotas, & Reipublicæ Chriſtianæ maximè vtiles. Quapropter digniſſimas iodico, vt Typis mandentur. Datum Compluti, in noſtro Collegio Societatis IESV. Die 13. Maij. Anno 1641.

GASPAR HVRTADO.

APPRO

APPROBATIO R. P. EMMANVELIS PARDO E SOCIETATE IESV, in Collegio Complutenſi Primary Theologiæ Profeſſoris, & Supremi Conſilij S. Inquiſitionis Qualificatoris.

EX Præcepto Domini Doctoris D. Ioannis de Narbona, Canonici Eccleſiæ Magiſtralis Sanctorum Iuſti & Paſtoris, necnon Vicarij Generalis totius Diœceſis Toletanæ in Archiepiſcopali Curia Complutenſi, vidi Quæſtiones Morales de Sacramentis in Genere, de Baptiſmo, Confirmatione, Extrema-Vnctione, Pœnitentia, & Indulgentiis, elaboratas à Reuerendo admodum, & Religioſiſſimo Patre Fr. Leandro à Sanctiſſimo Sacramento ex Ordine Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum: in quibus laudo aſſiduum huius Sapientiſſimi Magiſtri laborem in euoluendis propriis Doctorum voluminibus, qui operam ſuam nauarunt in einſmodi quæſtionibus elucidandis; prudens iudicium in opinionibus eligendis, dilucidum compendium in eis explanandis, & roborandis. In quo opere illud eſt aſſecutus, quod non facilè in aliis reperies, vtilitatem ſcilicet inde capiendam non minori lucro à Magiſtris, qui indigent omnium Doctorum placita præ manibus habere, quàm à diſcipulis, qui nouiter accedunt huic doctrinæ non multis temporis, aut laboris expenſis comparandæ. Quapropter has quæſtiones verſanti obtius fuit mihi Eccleſiaſticus illis verbis cap. 24. *A mari enim abundauit cogitatio eius, & conſilium eius in abyſſo magna: ego ſapientia effudi flumina.* Nonne abyſſus magna tot in Theologia, & Iuriſprudentia Doctores, quos indefeſſa cura ipſe euoluit, vt abundaret cogitatio eius, tot plena diuitiis, ad difficultates ſuperandas, quot volumen iſtud quæſtionibus refertum? Quæ quaſi flumina profluunt ab iſto ſapiente, vel ab iſta ſapientia, vt mentes fœcundent. Atque vt breuiùs, & faciliùs fluant, opus eſt vt prælo mandentur, cùm nihil incommodat, cùm nihil contineant vel Catholicæ Fidei aduerſum, vel moribus repugnans; ſed plura quæ lucem legentibus dabunt, & ideò oportet, vt quamprimùm lucem videant. In hoc noſtro Collegio Complutenſi. Die 8. Maij, Anno 1641.

EMMANVEL PARDO.

LICENTIA DEL ORDINARIO.

NOs el Doctor D. Iuan de Narbona, Canonigo de la Magiſtral de S. Iuſto y Paſtor de la villa de Alcalà, y Vicario General en la Audiencia y Corte Arçobiſpal della, y Arçobiſpado de Toledo, por ſu Alteza el Sereniſſimo Infante Cardenal D. Fernando de Auſtria, Adminiſtrador perpetuo del dicho Arçobiſpado, &c. Por la preſente, por lo que a nos toca, damos licentia al Padre Fray Leandro del Sanctiſſimo Sacramento, Religioſo de los Deſcalzos de la Sanctiſſima Trinidad, Miniſtro del Conuento de la dicha Orden de la Ciudad de Barcelona, para que pueda imprimir vn libro compueſto por ſu Paternidad, intitulado *Queſtiones morales Theologicæ in ſeptem Eccleſiæ Sacramenta.* Atento eſtà viſto y examinado por nueſtra orden, y no ay en el coſa que repugne à nueſtra ſancta Fé Catholica, y buenas coſtumbres, antes muy conforme lo que diſputa, y trata en el. Dada en Alcalà, en 14. dias del mes de Mayo de 1645. Años.

DOCTOR D. IVAN DE NARBONA.

Por ſu mandado,

Maeſtro Diego de Caſtillo.

APPROBATIO R. P. IOANNIS MARTINEZ DE RIPALDA, E Societate IESV, in Salmanticenſi Academia Theologiæ publici Profeſſoris, & apud ſupremum Fidei Senatum Cenſoris.

QVæſtiones morales de Sacramentis, labore R. P. Fr. LEANDRI de Sanctiſſimo Sacramento elucubratas, quas Regius Senatus Regnorum Caſtellæ mihi probandas commiſit, luce, & laude publica dignas cenſeo. Mirum in eis illuſtrandis quærendi ſtudium, maturum deliberandi iudicium, acutum probandi ingenium apparet cum noua, & ſolida eruditione coniunctum. Volumen quidem breue, ſed ſalubris doctrinæ ſegete copioſum. Sic ſentio! Matriti, in Collegio Imperiali Societatis IESV. Die 16. Iunij, Anno 1641.

IOANNES MARTINEZ DE RIPALDA.

Appro

Approbatio Doctorum Facultatis Pariſienſis.

Nihil Cenſura dignum reperimus Nos infraſcripti Doctores Theologi Almæ Facultatis Pariſienſis, in Opere de Sacramentis in genere, & ſpecie, Præceptorum Eccleſiæ obſeruatione, ac de Cenſuris Eccleſiaſticis, compoſito à Reuerendo admodum P. Leandro à Sanctiſſimo Sacramento, ex Ordine Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis. In lucem igitur edatur, quippe quod ſuccinctè & explicatiùs ſatiſfaciat omnibus quæſtionibus, quæ in ſubiecta quaque materia poſſunt excogitari. Actum in Carmelo noſtro Lugdunenſi, die vltima Ianuarij 1654.

Fr. PAVLVS LOMBARD, Prouincialis Prouinciæ Narbonæ, Ordinis FF. B. M. Virg. de Monte Carmelo.

Fr. CYRILLVS MOREL, humilis Prior Conuentus Lugdunenſis eiuſdem Ordinis.

CONSENSVS PROCVRATORIS REGIS.

Viſa ſupplicem Iacobi Canier Typographi Lugdunenſis poſtulationem, vt ei liceret typis mandare librum inſcriptum, *R. P. Fr. Leandri de Sanctiſſimo Sacramento, &c. Quæſtiones Morales Theologicæ, &c.* attento quod Priuilegium Ioanni Couronneau ad viginti annos conceſſum vltimâ Iulij 1656. exſpirauit: viſo dicto Priuilegio,

Pro Rege conſentio Licentiæ à dicto Iacobo Canier requiſitæ, conceſſis ei inhibitionibus conſuetis ad triennium duraturis. Lugduni 30. Auguſti 1677.

VAGINAY.

PERMISSIO.

Fiat juxta Concluſiones Procuratoris Regij. Lugduni anno & die ſupradictis.

DE SEVE.

SERIES TRACTATVVM PRIMÆ PARTIS.

I. De Sacramentis in genere.
II. De Baptiſmo.
III. De Confirmatione.
IV. De Extrema-Vnctione.
V. De Pœnitentia: & de Indulgentiis.

INDEX

INDEX

Tractatuum, Diſputationum, & Quæſtionum, quæ in hac prima Parte continentur.

TRACTATVS I.

De Sacramentis in Genere.

DISPVTATIO I.

De Sacramentorum quidditate, inſtitutione, Materia, & Forma.

QVÆST. I. QVID ſit Sacramentum? pag. 1

2 An omnia Sacramenta ſint ſigna rememoratiua, demonſtratiua, & prænuntiarina? 2

3. An Sacramenta nouæ legis ſint ſeptem, nempe Baptiſmus, Confirmatio, &c. ibid.

4. Cur ſeptem ſunt inſtituta à Chriſto nouæ legia Sacramenta? ibid.

5. An omnia hæc nouæ legis Sacramenta ſint immediatè à Chriſto Domino inſtituta? ibid.

6. An ſit de fide, ſeptem dicta Sacramenta inſtituta eſſe immediatè à Chriſto? ibid.

7. An ſit de eſſentia Sacramenti in genere conſiderati, ex rebus, & verbis componi? ibid.

8. An ſaltem omnia Sacramenta nouæ legia conſtent eſſentialiter ex rebus & verbis? 3

9. An in omnibus Sacramentis detur materia proxima, & remota? ibid.

10. An Sacramenta legis nouæ habeant determinatas materias, & formas ex Chriſti inſtitutione? ibid.

11. An Chriſtus Dominus determinauerit in indiuiduo materiam, & formam omnium Sacramentorum? ibid.

12. An Chriſtus pro toto Orbe terrarum eandem materiam, & formam Sacramentorum aſſignauerit? ibid.

13. An Eccleſia poſſit variare materiam Sacramentorum à Chriſto Domino aſſignatam? 4

14. An mutatio materiæ, aut formæ Sacramentorum inualidet illa? ibid.

15. Quot modis poteſt fieri mutatio in verbis formæ? ibid.

16. An ad valorem Sacramentorum requiratur quod materia, & forma eorum, ſimultate temporis coëxiſtant? ibid.

17. An peccet mortaliter, qui in adminiſtratione Sacramentorum vtitur materia, & forma dubia? ibid.

DISPVTATIO II.

De exiſtentia Sacramentorum in omni ſtatu.

QVÆST. I. AN pro illo breui tempore, quo durauit ſtatus innocentiæ, in quo creatus fuit Adam cum iuſtitia originali, fuerint Sacramenta? 5

2. An ſi ſtatus innocentiæ diuturnior fuiſſet, & Adamus non peccaſſet, inſtituta fuiſſent Sacramenta in illo? ibid.

3. An in ſtatu legis naturæ, hoc eſt, ab Adami peccato vſque ad legem ſcriptam, fuerit aliquod remedium originalis peccati infantium? ibid.

4. An pro tali paruulorum remedio fuerit neceſſaria fides propria Miniſtri eos offerentis Deo? ibid.

5. An illa fides Miniſtri offerentis paruulos, debuerit eſſe formata charitate? ibid.

6. An præter fidem internam Miniſtri requireretur aliqua actio externa? ibid.

7. An prædicta actio externa, qua Miniſter puerum offerebat, fuerit determinata, & definita à Deo? 6

8. n Aprædicta actio externa fuerit verè, & propriè Sacramentum, ad remedium culpæ originalis paruulorum inſtitutum? ibid.

9. An hoc Sacramentum validè poſſet à quocumque indiſcriminatim miniſtrari? ibid.

10. An etiam licitè poſſet adminiſtrari à quocumque? ibid.

11. An præter dictum Sacramentum infantium, fuerit aliud Sacramentum in lege naturæ? ibid.

12. An in lege ſcripta, ſiue Moyſia, fuerint aliqua Sacramenta? ibid.

DISPVTATIO III.

De Effectibus Sacramentorum.

Quæſt. 1. AN omnia Sacramenta nouæ legis cauſent gratiam. 7

2. An Sacramenta nouæ legis conferant gratiam ex opere operato. ibid.

3. An omnia Sacramenta noua cauſent gratiam habitualem. ibid.

4. An omnia Sacramenta legis nouæ, per ſe & ex ſua primaria inſtitutione conferant primam gratiam. ibid.

5. An ſaltem quinque Sacramenta viuorum poſſint conferre aliquando primam gratiam ſanctificantem. ibid.

6. An Sacramenta noua, præter gratiam habitualem, quam cauſant, cauſent & aliam Sacramentalem. 8

7. An hæc gratia Sacramentalis conſiſtat in actuali auxilio, quod Deus confert ad obtinendum finem proprium cujuſlibet Sacramenti. ibid.

8. An Sacramenta novæ legis cauſent phyſicè gratiam. ibid.

9. An Sacramenta legis veteris propriè, & ex ſe contulerint gratiam. ibid.

10. An ſaltem Circumciſio contulerit gratiam ex opere operato? ibid.

11. An in ſententia aſſerentium Circumciſionem habuiſſe vim iuſtificandi, neceſſaria fuerit ad hunc effectum Miniſtri fides? 9

12. An Circumciſio fuerit ex præcepto Diuino neceſſaria ad iuſtificationem paruulorum pro Abrahæ poſteris? ibid.

13. An ante octauum diem potuiſſet ex cauſa pueris Hebræorum remedium Circumciſionis licitè applicari? ibid.

14. An ſaltem foret tale Sacramentum validum, ſi licitè, vel illicitè ante octauum diem daretur. ibid.

15. An aliqua Sacramenta legis nouæ characterem imprimant? ibid.

16. An etiam aliqua Sacramenta legis antiquæ Characterem imprimerent? ibid.

17. An Character ſit aliquid reale? 10

18. An Character ſit relatio realis prædicamentalis? ibid.

19. An Character ad ſecundam ſpeciem qualitatis, nempe ad potentiam ad agendum, vel recipiendum pertineat? ibid.

20. An Character immediatè in intellectu ſubiectetur? 11

21. An Character ita ſit indelebilis, vt etiam poſt mortem, tam in Beatis, quàm in damnatis permaneat? ibid.

22. An Character ita in alia vita permaneat, vt maneat cum poteſtate ſibi annexa ad validè recipienda, vel danda alia Sacramenta? ibid.

23. An Characteres impreſſi à tribus Sacramentis differant inter ſe eſſentialiter ſpecificè? ibid.

DISPVTATIO IV.

De Miniſtris Sacramentorum.

Quæſt. 1. AN ſoli homines ſint Miniſtri Sacramentorum? 12

2. An ad valorem Sacramentorum neceſſaria ſit eſſentialiter fides Miniſtri? ibid.

3. An ſaltem ad valorem Sacramentorum requiratur probitas, ſeu Sanctitas in Miniſtro? ibid.

4. An ad minus requiſita ſit bonitas, ſeu Sanctitas in Miniſtro, vt licite adminiſtret Sacramenta? ibid.

5. An laicus, aut Clericus non Sacerdos, baptizans in mortali in neceſſitate, peccet mortaliter? ibid.

6. An ſaltem Sacerdos, qui in mortali exiſtens baptizat in caſu neceſſitatis infantem, peccet mortaliter? 13

7. An ad minus contrahentes Matrimonium in mortali, peccent mortaliter? ibid.

8. An denique Miniſter ſolemnitatis deputatus, & conſecratus ad miniſtranda Sacramenta, peccet mortaliter, illa in mortali adminiſtrando? ibid.

9. An ſaltem ſit probabile aſſerere, non peccare mortaliter illum qui in mortali conficit Sacramentum, ad quod ſpecialiter eſt conſecratus Miniſter? 14

10. An qui eſt in mortali teneatur præmittere Confeſſionem ad miniſtrandum, vel conficiendum quodlibet Sacramentum? 15

11. An ad valorem Sacramentorum legis gratiæ requiratur in Miniſtro intentio faciendi Sacramentum formaliter? ibid.

12. An ad valorem Sacramentorum ſufficiat intentio proferendi verba legitima ſuper legitimam materiam, prout Eccleſia iubet? ibid.

13. An ad valorem Sacramenti ſit neceſſaria in Miniſtro intentio conferendi effectum Sacramenti, nempe gratiam? 16

14. An ad valorem Sacramentorum ſufficiat, & requiratur intentio actualis faciendi Sacramentum, vel quod facit Eccleſia, vel quod Chriſtus inſtituit? ibid.

15. An ad valorem Sacramentorum ſufficiat etiam & requiratur intentio virtualis explicita. ibid.

16. An ad valorem Sacramentorum etiam ſufficiat intentio virtualis implicita, & confuſa? ibid.

17. An ad valorem Sacramenti ſatis etiam ſit intentio habitualis in Miniſtro? ibid.

18. An validè conficiat Sacramentum ille, qui ea die, qua natus eſt infans, habuit actualem intentionem illum baptizandi; ſed elapſis poſtea octo diebus, non repetita intentione, eum fortuitò baptizat? 17

19. An conficiat Sacramentum qui ſine debita intentione incipit verba formæ proferre? ibid.

20. An ad valorem Sacramenti requiratur intentio abſoluta? ibid.

21. An hæc intentio conditionalis de præſenti, *Ego te baptizo ſi non es hareticus*, ſufficiat ad efficiendum Sacramentum validum? ibid.

22. An apponere conditionem in conficiendis Sacramentis ſit peccatum mortale? ibid.

DISPVTATIO V.

De ſubiecto Sacramentorum.

Quæſt. 1. AN ſoli homines viatores ſint capaces Sacramentorum? 17
2. An ad valorem Sacramentorum neceſſaria ſit intentio, ſeu conſenſus in adultis recipientibus? 18
3. An ad valorem Sacramenti ſufficiat intentio, ſeu voluntas habitualis adulti qui illud recipit? ibid.
4. An requiratur aliqua diſpoſitio in adulto ſuſcipiente Sacramenta, vt recipiat gratiam? ibid.
5. An Sacramenta eiuſdem rationis æqualem gratiam omnibus ſuſcipientibus conferant, ſi æqualiter diſpoſiti ſint? ibid.
6. An etiam Sacramenta eiuſdem ſpeciei ſemper conferant æqualem gratiam ſubiectis inæqualiter diſpoſitis, v. g. homini attrito, & contrito? ibid.
7. An omnia Sacramenta fictè ſuſcepta, ablata fictione, ſeu obice, conferant ſuum effectum? 19
8. An ſit licitum petere Sacramentum extra mortis articulum à Miniſtro non tolerato? ibid.
9. An licitum ſit petere Sacramenta à Miniſtro malo tolerato, & parato etiam extra caſum neceſſitatis, ſi ille illa adminiſtrando peccaturus ſit? ibid.
10. An etiam liceat petere Sacramenta à Miniſtro malo, tolerato extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis, ſi aliàs non ſit paratus, & peccaturus in adminiſtrando ſit? ibid.
11. An ſaltem in caſu, quo receptio Sacramenti à Miniſtro malo tolerato nec commodior, nec vtilior ſit petenti, ſitque alius probus Miniſter, qui adminiſtrare poſſit Sacramentum, ſit peccatum mortale contra charitatem tunc à malo Miniſtro Sacramentum petere? ibid.
12. An ſit peccatum mortale reiterare formam Sacramentorum ſine cauſa ſupra eandem materiam? 20
13. An ſit etiam mortale reiterare ſub conditione Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, vel Ordinis, ſi adſit ſcrupulus de eorum validitate? ibid.
14. An quoties probabilis opinio fert, aliquod Sacramentum non fuiſſe validum, poſſit quis illud ſub conditione repetere? ibid.
15. An quando Sacramentum iteratur propter probabilitatem opinionis de nullitate præcedentis, neceſſarium ſit apponere conditionem, ſaltem in mente, v.g. ſi receptum non ſit? ibid.
16. An Sacramenta validè poſſint in quacumque lingua miniſtrari? ibid.

TRACTATVS II.

De Sacramento Baptiſmi.

DISPVTATIO I.

De Diuiſione, Definitione, & Neceſſitate Baptiſmi.

Quæſt. 1. AN triplex ſit Baptiſmus? 21
2. An Baptiſmus aquæ ſit Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ? ibid.
3. An Baptiſmi Sacramentum fuerit à Chriſto Domino inſtitutum? ibid.
4. An fuerit inſtitutum ab ipſo poſt mortem, & Reſurrectionem eius? ibid.
5. An Baptiſmus fuerit inſtitutus à Chriſto, eo die, & hora quâ baptizatus fuit à Ioanne? 22
6. An Baptiſmus in re, vel in voto ſit neceſſarius neceſſitate medij ad ſalutem? ibid.
7. An Baptiſmus fuerit neceſſarius ad ſalutem ab eo tempore quo Chriſtus Dominus, Ioan. 3. triennio ante eius mortem dixit: *Niſi quis renatus fuerit, &c.* ibid.
8. An ſaltem fuerit neceſſarius ad ſalutem ſtatim poſt mortem Chriſti? ibid.
9. An promulgatio huius præcepti facta fuerit in die Pentecoſtes? ibid.
10. An Baptiſmus ſit etiam neceſſarius neceſſitate præcepti Diuini? 23
11. An præceptum Diuinum de Baptiſmo obliget omnes adultos? ibid.
12. An hoc præceptum obliget adultos ad recipiendum Baptiſmum quamprimùm commodè poſſunt, ſub obligatione peccati mortalis? ibid.
13. An Parentes, aut Tutores teneantur quamprimùm poſſunt, baptizare Infantes, ſub pœna peccati mortalis? ibid.
14. An Parentes peccent mortaliter, ſi abſque neceſſitate differant Baptiſmum Infantibus vltra duodecimum, aut ad ſummum, vltra quintum decimum diem? ibid.
15. An Eccleſia poſſit determinare tempus præcepti diuini Baptiſmi, quo adulti ante finem vitæ baptizari teneantur? ibid.
16. An infantes poſſint ſaluari (ſaltem in aliquo caſu) ſi moriantur ante realem ſuſceptionem Baptiſmi, vel martyrij? 24
17. An infantes ſaluari poſſint per ſuſceptionem martyrij, abſque Baptiſmo re ipſa ſuſcepto? ibid.
18. An ſanctificati in vtero matris teneantur recipere Baptiſmum? ibid.
19. An ſaluati poſſint abſque Baptiſmo, qui hoc tempore Baptiſmi legem ignorant? 25

DISPVTATIO II.

De materia, tam remota, quàm proxima Baptiſmi.

Quæſt. 1. AN omnis, & ſola aqua naturalis, ſit materia remota Baptiſmi? 25

ſ 2 2. Quæ

2. Quænam quantitas aquæ ſufficiat ad Baptiſmum ? ibid.
3. An minima quantitas aquæ, vt duæ guttæ, aut vna, ſufficiant ad Baptiſmum ? ibid.
4. An ſi quis baptizet aliquem ſigno Crucis in fronte, aut in capite impreſſu digito, aut linteo aliquo madefacto aqua, verum efficiat Baptiſmum ? ibid.
5. An aqua ex ſale reſoluta ſit materia ſufficiens ad conferendum Baptiſmum ? 26
6. An aqua reſoluta ex Niue, Glacie, Gelu, aut Rore cœli, ſit materia ad Baptiſmum ſufficiēs ? ibid.
7. An ipſamet Glacies, Nix, aut Gelu ſint apta materia Baptiſmi ? ibid.
8. An aqua quæ diſtillat ex vite, vel aliqua arbore, ſit materia apta Baptiſmi ? ibid.
9. An Lixiuium, Brodium, ſeu Ius carnium ſit materia apta Baptiſmi ? 27
10. An guttæ aquæ quæ colliguntur ex vaporibus denſatis, & in tegumentis vllæ reperiuntur, ſint apta materia Baptiſmi ? ibid.
11. An aqua, quæ exiuit de latere Chriſti, poſſet eſſe materia debita Baptiſmi ? ibid.
12. An Ceruiſia, Ptiſana, Lac, Vrina, Saliua, Sudor, Lachrymæ, & huiuſmodi, ſint materia debita, aut ſufficiens Baptiſmi ? ibid.
13. An inſtante neceſſitate, poſſit quis baptizari cum Saliua, Sudore, & huiuſmodi humoribus? ibid.
14. An aqua artificialis, vel diſtillata ex floribus, vt roſacea, &c. ſit apta materia Baptiſmi ? ibid.
15. An ſaltem in neceſſitate poſſit aliquis bis aquis baptizari ? 28
16. An aqua per artem ex vino lymphato, vel ex brodio ſpiſſo extracta, ſit ſufficiens materia Baptiſmi ? ibid.
17. An aqua naturalis mixta cum alio liquore, ſit ſufficiens materia ? ibid.
18. An peccet mortaliter baptizans in aqua naturali fœda, vel in aliquo brodio parum decocto, aut non ſpiſſo, aut in alia materia dubia ? ibid.
19. An ablutio quæ eſt materia proxima Baptiſmi, poſſit fieri per ſubmerſionem, effuſionem, & aſperſionem ? ibid.
20. An infans in vtero matris exiſtens baptizari poſſit, ſi vterus matris abluatur ? ibid.
21. An ſaltem validè baptizaretur, ſi manu, aut arte obſtetricia, ſuper ipſum Infantem in vtero exiſtentem poſſet aqua immitti ? 29
22. An infans natus cum pelle ſecundina (id eſt) cum pellicula ſuæ generationis, dum illa adhuc inuolutus eſt, poſſit baptizari ? ibid.
23. An ſi aqua, vel eius aſperſio, veſtes tantùm Infantis attingat, fiat Baptiſmus ? ibid.
24. An aqua, ſi ſolùm capillos abluat, ſufficiat ad validum Baptiſmum efficiendum ? ibid.
25. An valeat Baptiſmus, ſi ſolus pes, aut digitus infantis fuerit ablutus ? 30
26. An Baptizato in pectore, vel ſcapulis poſſit iterum ſub conditione repeti Baptiſmus ? ibid.
27. An poſſit rebaptizari, qui ſecundùm capillos, manum, pedem, aut digitum eſſet duntaxat aſperſus ? ibid.
28. An valeat Baptiſmus, ſi quis ob penuriam aquæ infantem morti proximum, proferendo formam in flumen, aut puteum proiiciat ? ibid.
29. An baptizans hoc modo, etiam in caſu quo iam puer certò moriturus aliter baptizari non poſſet, peccaret mortaliter ? ibid.
30. An ſi quis videns puerum labentem (aut ab alio proiectum) in flumen, proferat formam Baptiſmi, efficiat Baptiſmum validum ? 31
31. An valeat Baptiſmus, quando quis aquæ defluenti è tecto ſubmittit puerum abluendum, & verba Baptiſmi profert ? ibid.
32. An quando Baptiſmus fit per trinam merſionem, ſortiatur ſuum effectum poſt primam merſionem, modò forma ſufficienter prolata ſit ante duas alias merſiones ? ibid.
33. An etiam in caſu quo Miniſter intendat conſummare Baptiſmum non niſi in tertia merſione, valeat, & fiat Baptiſmus, poſita prima merſione, & prolata formâ ? ibid.

DISPVTATIO III.

De Forma Baptiſmi.

Quæſt. 1. AN hæc ſit conueniens forma Baptiſmi: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* 31
2. An illa particula, *Ego*, ſit de ſubſtantia formæ Baptiſmi ? 32
3. An qui ſcienter omitteret hanc particulam, *Ego*, peccaret mortaliter ? ibid.
4. An baptizans, qui loco *Ego*, diceret *Nos te baptizamus*, &c. efficeret verum Baptiſmum? ibid.
5. An eſſet Baptiſmus, ſi quis diceret, *Ego Petrus*, aut *Ego Sacerdos baptizato te in nomine Patris, &c.* ibid.
6. An ſi duo ſimul vnum baptizarent, & vnuſquiſque diceret, *nos te Baptizamus, &c.* conferrent verum Baptiſmum ? ibid.
7. An illa particula, *te*, ſit de eſſentia, & ſubſtantia Baptiſmi ? 33
8. An peccaret mortaliter, qui loco *te*, poneret nomen proprium baptizati, videlicet, *Ego baptizo Petrum in nomine Patris, &c.* ibid.
9. An efficeret verum Baptiſmum, qui baptizans vnum diceret: *Ego vos baptizo ?* ibid.
10. An validè baptizaret, qui loco *baptizo*, diceret *lauo, abluo, intingo, immergo, aſpergo infundo ?* ibid.
11. An particula, *In*, ſit de eſſentia Sacramenti ? ibid.
12. An ſaltem peccaret mortaliter, qui talem particulam baptizando omitteret ? ibid.
13. An validè baptizaret, qui diceret: *Ego te baptizo in nomen Patris, & Filij, &c.* 34
14. An validè baptizaret, qui diceret: *Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, &c.* ibid.
15. An validè baptizaret, qui diceret: *Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus Sancti.* ibid.
16. An ſaltem ſit validus Baptiſmus datus ſub hac forma: *Ego te baptizo cum nomine Patris, cum nomine Filij, & cum nomine Spiritus Sancti ?* ibid.
17. An valeat Baptiſmus ſub hac forma datus: *Ego te baptizo cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu Sancto*; aut ſub iſta: *Ego te baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu Sancto ?* ibid.
18. An ſit validus Baptiſmus, ſi loco illius verbi, *in nomine*, dicatur *in virtute ?* ibid.
19. An ſit validus Baptiſmus ſub iis verbis datus: *Ego te baptizo in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis,*

tatis, vel *in nomine vnius, & trini*, vel *in nomine trium perſonarum?* ibid.
20. An hoc tempore valeat Baptiſmus ſub hac forma: *Ego te baptizo in nomine Ieſu Chriſti?* ibid.
21. An ſaltem debeat concedi, tempore Apoſtolorum adminiſtratum fuiſſe Baptiſmum, ex diſpenſatione Chriſti, ſub prædicta forma? ibid.
22. An validè baptizaret, qui diceret, *Ego te baptizo in nomine genitoris, geniti, & procedentis*, aut *ſpirati?* 36
23. An validè baptizaret, qui loco, *Filij*, poneret, *Verbi*, dicendo: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Verbi, & Spiritus Sancti?* ibid.
24. An validus fiat Baptiſmus, ſi dicatur, *Ego te baptizo in nomine Patris, & Ieſu Chriſti, & Spiritus Sancti?* ibid.
25. An fiat validus Baptiſmus ſic adminiſtratus: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus?* ibid.
26. An fiat validus Baptiſmus collatus ſub hac forma: *Ego te baptizo in nomine Patris; Ego te baptizo in nomine Filij; Ego te baptizo in nomine Spiritus Sancti?* ibid.
27. An ſit validus Baptiſmus ſub hac forma datus: *Ego te baptizo in nomine Filij, Patris, & Spiritus Sancti?* 37
28. An etiam validus ſit Baptiſmus ſub hac forma datus: *Ego baptizo in te nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti?* ibid.
29. An illæ duæ particulæ, &, ſint de eſſentia formæ Baptiſmi? ibid.
30. An peccaret mortaliter, qui prædictam particulam, &, omitteret? ibid.
31. An particula, *Amen*, ſit de neceſſitate, & ſubſtantia formæ? ibid.
32. An vox, *Amen*, ſit ſaltem de præcepto formæ Baptiſmi? 38
33. An ſit de neceſſitate præcepti, quod forma proferatur à Sacerdotibus Latino ſermone? ibid.
34. An valeat Baptiſmus, ſi eius forma ab idiota, aut à balbo proferatur corruptè? ibid.
35. An etiam valeat, ſi quis ex induſtria, aut ioco corrumpat verba formæ? ibid.
36. An ſi quis adderet aliquid formæ Baptiſmi, dicendo v.g. *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, & Beatæ Mariæ*, aut *omnium Sanctorum*, conficeret Sacramentum? ibid.
37. An validè baptizet, qui profert verba formæ cum interruptione, aut diſcontinuatione? ibidem.
38. An validè baptizet, ſi quis poſtquam dixerit, *Ego te bap*-propter vnam tuſſim, aut propter reſpirationem, &c. paululum quieſcat, deinde addat, *tizo in nomine Patris, &c.* 39.
39. An validus ſit Baptiſmos, ſi puer moriatur nondum finita forma Baptiſmi, v. gr. ſtatim poſtquam Sacerdos dixit: *Ego te Baptizo in nomine Patris, &c.* ibid.
40. An ſaltem ſit validus, ſi puer moriatur in eo inſtanti, in quo finitur vltima ſyllaba formæ. ibid.
41. An ſit neceſſaria ſimultas in prolatione formæ, & abſolutione; ita vt eodem tempore concurrat ablutio cum verbis formæ? ibid.
42. An validus ſit Baptiſmus datus per nutus, & ſigna? 40

43. Quænam ſit forma conditionalis Baptiſmi, & quando ſit conferenda? ibid.
44. An Infantes expoſiti debeant baptizari ſub conditione? ibid.
45. An Infantes, qui ob aliquam cauſam, domi ab Obſtetricibus, Parentibus, aut alijs laicis baptizati ſunt, ite om bapt z ri in Eccleſia ſub conditione p ſſint, aut debeant? ibid.
46. An peccaret mortaliter Curatus, qui verè baptizatum, iterum ſub conditione baptizaret? 45
47. An etiam peccaret mortaliter, qui non baptizatum baptizaret ſub conditione? ibid.
48. An forma Baptiſmi apud Græcos ſit hæc: *Baptizetur ſeruus Chriſti, N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti?* ibid.
49. An Latini baptizati in huiuſmodi forma Græca, ſint verè baptizati? ibid.

DISPVTATIO IV.

De Miniſtro Baptiſmi.

Quæſt. 1. Quotuplex ſit Miniſter Baptiſmi. 41
2. An Angelus poſſit Baptizare, ex lege communi? ibid.
3. An homo beatus poſſit ex lege validè baptizare? ibid.
4. An Paganus infidelis poſſit validè baptizare? ibid.
5. An in neceſſitate poſſit licitè quilibet homo baptizare? ibid.
6. An peccet mortaliter non Sacerdos, qui extra neceſſitatem, & abſque ſolemnitate baptizat? 43
7. An etiam peccet mortaliter Laicus, aut non Sacerdos, qui in neceſſitate, præſente Sacerdote, baptizat? ibid.
8. An peccet mortaliter non Diaconus, qui in neceſſitate, in præſentia Diaconi baptizat? ibid.
9. An peccent mortaliter fœmina in præſentia viri; aut vir Laicus in præſentia Clerici; aut Clericus in minoribus in præſentia Subdiaconi, in neceſſitate baptizantes? 44
10. An Laicus baptizans ſine neceſſitate priuatim, incurrat irregularitatem? ibid.
11. An poſſit quis ſeipſum validè baptizare? ibid.
12. An vnus poſſit plures vnica aſperſione validè baptizare, dicendo: *Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filij, &c.* ibid.
13. An ſaltem peccet mortaliter, qui ſimul plures, abſque neceſſitate, baptizat? ibid.
14. An plures poſſint ſimul vnum baptizare? 45
15. An ſaltem peccarent mortaliter, qui plures ſimul vnum, abſque neceſſitate, baptizarent? ibid.
16. An in caſu neceſſitatis poſſint duo, vel plures diuidentes miniſterium Baptiſmi validè, & licitè baptizare; verbi gratia ſi eſſet Infans morti proximus, & non adeſſent niſi duo, vnus carens manibus, qui non poſſit abluere, & alter mutus, qui non poſſet verba proferre? ibid.
17. Quinam ſint Miniſtri Baptiſmi ex officio? 46
18. An Religioſi poſſint extra caſum neceſſitatis baptizare? ibid.
19. An Religioſus, vel quilibet alius Sacerdos

ſine prædicta licentia, & abſque neceſſitate baptizans, peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem? ibid.
20. An Clericus non Sacerdos ſolemniter abſque neceſſitate baptiaans, committat aliquod mortale, & incurrat irregularitatem? ibidem.
21. An eandem cenſuram, & peccatum incurrat, ſi ipſemet Clericus non Sacerdos baptizet aliquem non ſolemniter, ſine neceſſitate tamen, & prohibente Parocho? ibid.
22. An Diaconus ex vi ſuæ ordinationis ſit ordinarius miniſter Baptiſmi? ibid.
23. An Parochus, vel alius Sacerdos poſſit licitè baptizare ſolemniter Puerum alterius Parochiæ extra neceſſitatem? ibid.
24. An Miniſter, vt validè baptizet, debeat habere intentionem actualem? 47
25. An ſi deſit intentio Miniſtri neceſſaria in conferendo baptiſmum, ſuppleatur à Deo quoad effectum gratiæ? ibid.
26. An validè baptizaret, qui per modum ioci baptizat? ibid.
27. An qui putat baptizare Petrum, & baptizat Paulum, aut qui putat baptizare fœminam, & baptizat maſculum, validè baptizet? ibid.
28. An Laicus baptizans in neceſſitate in peccato mortali, & excommunicatione, peccet mortaliter? ibid.
29. An ſaltem Sacerdos in neceſſitate baptizans ſine ſolemnitate, in peccato mortali, & excommunicatione, peccet mortaliter? 48
30. An Sacerdos baptizans ſolemniter, etiam in neceſſitate, in peccato mortali, peccet mortaliter? ibid.
31. An Pater baptizans filium ex legitimo matrimonio natum, in neceſſitate, nullo alio præſente, qui hoc facere poſſit, priuatus maneat iure petendi debitum? ibid.
32. An ſaltem ſi in eadem neceſſitate baptizet Pater ſuum legitimum filium, præſentibus multis, qui eum baptizare poterant, maneat tali iure priuatus? ibid.
33. An Obſtetrices teneantur ſub peccato mortali formam baptiſmi, & modum baptizandi ſcire? ibid.

DISPVTATIO V.

De ſubiecto Baptiſmi.

Quæſt. 1. AN omnis, & ſolus homo, ſiue adultus, ſiue infans, ſit capax Baptiſmi? 49
2. An ſatyrus, vel conceptus ex fœmina, & bruto baptizari poſſit? ibid.
3. An monſtrum genitum ex vero homine, & bruta fœmina baptizari poſſit? ibid.
4. An monſtrum genitum ex viro, & fœmina, abſolutè baptizandum ſit? ibid.
5. An etiam ſit abſolutè baptizandum, quando dubitatur, an monſtrum habeat animam rationalem; vel an ſit genitum ex fœmina, & bruto. ibid.
6. An validus ſit baptiſmus collatus infantibus abſque conſenſu parentum infidelium? ibid.
7. An infantes baptizatorum, etiam hæreticorum, & apoſtatarum, poſſint non ſolùm validè, ſed etiam licitè inuitis parentibus baptizari? 50
8. An filij hæreticorum poſſint licitè baptizari, caſu quo ſub cura Parentum ſint, & timeatur periculum peruerſionis eorum? ibidem.
9. An infantes infidelium non baptizatorum, qui Principibus Chriſtianis ſubditi politicè (non ſerui) ſunt, poſſint licitè inuitis parentibus baptizari? ibid.
10. An ſaltem infantes infidelium non baptizatorum, qui ſerui ſunt, & mancipia Chriſtianorum, poſſint inuitis Parentibus baptizari? ibid.
11. An in hoc caſu non ſolùm ſit licitum baptizare prædictos infidelium filios; verùm etiam teneantur Domini eorum hoc facere? ibidem.
12. An infantes Infidelium, Maurorum ſcilicet, Turcarum, & Gentilium, qui nullo modo ſunt ſubditi Chriſtianis, neque ſpiritualiter, nec ciuiliter, ſed ſua gaudent naturali libertate, poſſint inuitis parentibus baptizari licitè? ibid.
13. An horum infidelium infantes, & aliorum qui tantum ſunt politicè ſubditi Chriſtianis Principibus, poſſint licitè, inuitis parentibus baptizari, ſi ſint in articulo mortis, aut extra paternam poteſtatem, abſque ſpe reſtitutionis? ibid.
14. An filius cuiuſcumque infidelis, habens vſum rationis, petenſque Baptiſmum, debeat baptizari inuitis parentibus? 51
15. An etiam quando dubitatur, verum puer vſu rationis polleat, poſſit baptizari licitè inuitis Parentibus, ſi id puer petat? ibid.
16. An poſſit licitè baptizari infans, ſi vnus ex Parentibus conſentiat? ibid.
17. An Iudæi ſint ſerui, & mancipia Principum, in quorum regnis habitant? ibid.
18. An in Infante baptizando requiratur aliqua diſpoſitio ad receptionem baptiſmi? ibid.
19. An ad recipiendum validum Baptiſmum requiratur conſenſus baptizati? ibid.
20. An requiratur poſitiuus conſenſus Baptizatorum adultorum? ibid.
21. An dormientes, vel amentes non perpetuò, poſſint validè, & licitè baptizari? 52
22. An baptizandus ſit amens, vel dormiens, de quo dubitatur an petierit Baptiſmum ante amentiam vel ſomnum? ibid.
23. An ad recipiendum Baptiſmum requiratur in adulto fides ſupernaturalis? ibid.
24. An adulto ſit opus credere explicitè Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis, vt Baptiſmum recipiat? ibid.
25. An adultus baptizandus teneatur confiteri priùs peccata ante Baptiſmum commiſſa? ibid.
26. An ſaltem teneatur habere contritionem peccatorum mortalium ante Baptiſmum commiſſorum? ibid.
27. An attritio, quam adultus qui ante Baptiſmum peccauit mortaliter, debet habere ad recipiendum Baptiſmum cum fructu, debeat eſſe exiſtimata contritio? 53
28. An attritio ſufficiens ad recipiendam gratiam Baptiſmi in adulto qui peccauit mortaliter, debeat neceſſariò eſſe ſupernaturalis? ibidem.

29. An

29. An ſaltem ſufficiat attritio naturalis exiſtimata ſupernaturalis? ibid.
30. An adultus vt debitè Baptiſmum ſuſcipiat, debeat in memoriam reuocare omnia peccata ſua, vt de illis attritionem habeat? ibid.

DISPVTATIO VI.

De Virtute, & effectibus Baptiſmi.

Quæſt. 1. AN Baptiſmus deleat omnia peccata, tam actualia, quàm originalia? 53
2. An Baptiſmus remittat, & deleat omnem pœnam peccatis, etiam actualibus debitam? ibid.
3. An Baptiſmus auferat etiam omnes pœnalitates, quæ peccatum Adami, & originale in omnibus contractum ſequuntur, vt mors, fames, ſitis, morbus, &c. ibid.
4. An Baptiſmus conferat gratiam iuſtificantem cum reliquis donis, & virtutibus, quæ cum ipſa coniunguntur? 54
5. An Baptiſmus conferat omnibus paruulis æqualem gradum gratiæ? ibid.
6. An Baptiſmus etiam adultis conferat æqualem gradum gratiæ iuſtificantis? ibid.
7. An Baptiſmus imprimat characterem? ibid.
8. An Baptiſmus ritè ſemel collatus iterari poſſit? ibid.
9. An ſcienter rebaptizans, non abſolutè, ſed ſub conditione, prædictam irregularitatem incurrat? ibid.
10. An alios effectus habeat, & producat Baptiſmus. 55
11. An Baptiſmus liberet ſeruum à ſeruitute, & faciat illum liberum? ibid.
12. An fictio impediat effectus Baptiſmi? ibid.
13. An Baptiſmus, recedente fictione (tollente non baptiſmum, ſed gratiam) producat ſuum effectum? ibid.

DISPVTATIO VII.

De Ritu Patrini.

Quæſt. 1. QVid ſit Patrinus, & an ſit de eſſentia baptiſmi? 55
2. An Parochus ſolemniter baptizans ſine Patrino, mortaliter peccet? ibid.
3. An in priuato Baptiſmo tempore neceſſitatis ſit neceſſariò adhibendus Patrinus? ibid.
4. An vnus tantùm debeat eſſe Patrinus? ibid.
5. An quando adhibentur duo patrini, neceſſum ſit, vt ſint diuerſi ſexus, vir ſcilicet, & fœmina? 56
6. An Parochus, vel naturalis Pater peccet mortaliter plures, quàm duos, aſſignans Patrinos? ibid.
7. An tenentes Infantem in Baptiſmo nomine alterius, poſſint eſſe quatuor, duo viri, & duæ fœminæ? ibid.
6. An in quacumque ætate poſſit quiſpiam eſſe Patrinus? ibid.
9. An quando nulli patrini aſſignantur, & tamen plures baptizatum tangunt, omnes contrahant cognationem ſpiritalem? ibid.
10. An in dicto caſu omnes cognationem contrahant, ſi non omnes ſimul, ſed ſucceſſiuè teneant, & ſuſcipiant? 57
11. An Pater Baptizans in neceſſitate filium ſuum, & vxoris ſuæ, contrahat cognationem talem, quæ impediat vſum Matrimonij? ibid.
12. An Pater baptizans in neceſſitate filium ſuum ex concubina ſuſceptum, contrahat cum illa cognationem ſpiritualem? ibid.
13. An non baptizatus poſſit eſſe Patrinus? ibid.
14. An ſi de facto non baptizatus fiat Patrinus, contrahat cognationem ſpiritualem? ibid.
15. An Monachi poſſint eſſe Patrini, aut Compatres? ibid.
16. An etiam alij Religioſi, non Monachi, ſed Mendicantes, prohibiti ſint exercere munus Patrini? 58
17. An Abbas, vel Monachus exercens munus Patrini peccet mortaliter? ibid.
18. An Parentes poſſint eſſe Patrini propriæ ſobolis, ſaltem in caſu neceſſitatis? ibid.
19. An ſaltem impediantur Parentes à petendo debito, ſi exerceant munus Patrini propriæ ſobolis? ibid.
20. An duo coniuges, Maritus ſcilicet, & eius vxor, poſſint abſque vllo peccato eſſe Patrini alienæ prolis? ibid.
21. An in Baptiſmo priuato contrahat Patrinus, ſi adhibeatur, ſpiritualem cognationem? 59
22. An ille qui in Baptiſmo tenet Infantem nomine alterius: aut ille qui eum miſit, contrahat cognationem ſpiritualem? ibid.
23. An vt Patrinus contrahat cognationem, neceſſe ſit, quod phyſicè tangant Infantem? ibid.
24. An vt contrahatur cognatio, neceſſe ſit quod Patrinus nomine Infantis reſpondeat, *volo, abrenuntio*? 60
25. An qui tenet Infantem in Eccleſia, quando ſolùm supplentur ſolemnitates Baptiſmi, contrahat cognationem ſpiritualem? ibid.
26. An ſit peccatum mortale omittere ſolemnitates in Eccleſia, quando puer domi ſine illis baptizatus eſt? ibid.
27. An etiam ſub mortali teneatur Parochus in tali caſu, non ſolùm alias ceremonias, verùm etiam exorciſmos ad Dæmones profligandos adhibere? ibid.
28. An qui per errorem leuat, aut ſuſcipit filium Petri, credens ſe leuare filium Pauli, contrahat cognationem? ibid.
29. Cum quibus perſonis contrahit Patrinus cognationem ſpiritualem? ibid.
30. An ſi plures Patrini, quàm duo aſſignentur de facto à Parocho, contrahant omnes cognationem ſpiritualem? ibid.
31. An Patrinus teneatur inſtituere puerum in rebus fidei, & bonis moribus, ſub peccato mortali? 61
32. An Baptizans contrahat cognationem ſpiritualem, & cum quibus perſonis? ibid.
33. An vir baptizans contrahat cognationem ſpiritualem cum maſculo baptizato? ibid.

TRACTATVS III.

De Sacramento Confirmationis.

DISPVTATIO I.

De Inſtitutione, Definitione, & Neceſſitate Sacramenti Confirmationis.

Quæſt. 1. AN Confirmatio ſit verum nouæ legis Sacramentum? 62
2. An Confirmationis Sacramentum inſtitutum fuerit ab Eccleſia? ibid.
3. An fuerit hoc Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum in nocte ſuæ Cœnæ? ibid.
4. Quid ſit Sacramentum Confirmationis? 63
5. An ſit præceptum Diuinum impoſitum baptizatis, recipiendi hoc Sacramentum, ſi commodè poſſint? ibid.
6. An ſaltem ſit præceptum Eccleſiaſticum recipiendi hoc Sacramentum? ibid.
7. An ſaltem ſit peccatum veniale, hoc confirmationis Sacramentum ſolùm ex negligentia negligere? ibid.
8. An peccet mortaliter, qui ordines ſaltem maiores ante confirmationem ſuſcipit? ibid.
9. An ſaltem mortaliter peccet Epiſcopus ordinando illum, qui non eſt confirmatus? 64

DISPVTATIO II.

De Miniſtro Sacramenti Confirmationis.

Quæſt. 1. AN Miniſter ordinarius Confirmationis ſit ſolus Epiſcopus? 64
2. An ſimplex Sacerdos ex commiſſione Papæ poſſit eſſe Miniſter Confirmationis? ibid.
3. An Epiſcopus poſſit etiam committere ſimplici Sacerdoti, vt validè confirmet? ibid.
4. An ex commiſſione Papæ poſſint Diaconi confirmare. 65
5. An Epiſcopus hæreticus, degradatus, vel excommunicatus poſſit validè Confirmare? ibid.
6. An Epiſcopus non Confirmatus peccet mortaliter alios Confirmans? ibid.
7. An Epiſcopus non Confirmans in ſua Diœceſi opportunis temporibus, peccet mortaliter? ibid.
8. An peccet mortaliter Epiſcopus in ſua Diœceſi ſubditos alterius Confirmans? ibid.
9. An etiam poſſit abſque graui peccato, confirmare in aliena Diœceſi, ſine expreſſa licentia proprij Epiſcopi? ibid.
10. An poſſit Epiſcopus licitè confirmare aliquem afferentem dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt ordinetur? 66
11. Quænam diſpoſitiones requirantur in Miniſtro Confirmationis? ibid.
12. An requiratur, quod Epiſcopus miniſtrans Confirmationem ſit ieiunus? ibid.
13. An teneatur Epiſcopus ſub peccato confirmare in Eccleſia? ibid.

DISPVTATIO III.

De Materia, & Forma Confirmationis.

Quæſt. 1. AN Chriſma ex oleo oliuarum, & balſamo confectum, ſit materia remota Confirmationis? 66
2. An hæc materia Confirmationis fuerit ab Eccleſia, an verò à Chriſto inſtituta? ibid.
3. An Balſamum, quod in materia Confirmationis reperitur, ſit de neceſſitate Sacramenti? 67
4. An ſit de neceſſitate Sacramenti Confirmationis, quod Chriſma ſit conſecratum? ibid.
5. An Chriſma debeat neceſſariò, neceſſitate Sacramenti, conſecrari ab Epiſcopo? ibid.
6. An Summus Pontifex poſſit ſimplici Sacerdoti talem conſecrationem committere? 68
7. An ſit de neceſſitate materiæ Confirmationis, vt Chriſma ſit nouum, & recens illius anni? ibid.
8. Quando, & quomodo conſecrandum? ibid.
9. Quænam ſit materia proxima Confirmationis? ibid.
10. An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod vnctio fiat in fronte baptizati? ibid.
11. An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod vnctio fiat in modum Crucis? 69
12. An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod vnctio huiuſmodi fiat immediatè manu Epiſcopi? ibid.
13. An peccet mortaliter Epiſcopus, qui in Confirmatione vngeret alio digito, quàm dextro pollice? ibid.
14. Quænam quantitas materiæ requiratur ad iſtam vnctionem? ibid.
15. An ſit aliqua forma neceſſaria huius Sacramenti Confirmationis, & quænam ſit? ibid.
16. An omnia prædicta verba formæ ſint eſſentialia, & ad valorem Sacramenti requiſita? 70
17. An expreſſa inuocatio Sanctiſſimæ Trinitatis ſit eſſentialis, & requiſita ad valorem Confirmationis? ibid.
18. An eſſet valida Confirmatio ſub hac forma data; *Confirmetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* ibid.
19. An ſaltem eſſet valida data ſub hac forma: *Signetur* (aut *ſignatur*) *ſeruus Chriſti, ſigno Crucis, & confirmetur* (aut *confirmatur*) *Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, &c.* ibid.

DISPVTATIO IV.

De ſubiecto Confirmationis, & illius diſpoſitione.

Quæſt. 1. AN capax huius Sacramenti Confirmationis, ſit omnis homo baptizatus, ſiue adultus, ſiue infans? 70
2. An aliqua determinata ætas requiratur ad licitè ſuſcipiendum Confirmationis ſacramentum? 71
3. An ſaltem ſit conuenientius Infantes poſt ſeptennium Confirmari? ibid.
4. An perpetuò amentes poſſint validè confirmari? ibid.

5. An

5. An perpetuò amentes ſint de facto Confirmandi. 71
6. An licitè poſſint confirmari Infantes, vel adulti ſtatim morituri? ibid.
7. Quænam diſpoſitio requiratur in adulto recipiente Sacramentum Confirmationis? ibid.
8 An habens peccatum mortale teneatur præmittere confeſſionem ante receptionem huius Sacramenti, ſaltem ſub reatu peccati venialis? ibid.
9. Quos effectus producit Sacramentum Confirmationis? ibid.
10. An quando dubitatur, num aliquis ſit Confirmatus, iterum confirmari abſque peccato mortali poſſit? ibid.
11. An reiterans Confirmationem peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem? ibid.

DISPVTATIO V.

De Patrino Confirmationis, & aliis Ritibus in ea conferenda?

Quæſt. 1. AN Patrinus ſit de neceſſitate Confirmationis? 73
2. An poſſint eſſe duo Patrini, vt in Baptiſmo? ibid.
3. An Patrinus Confirmationis poſſit eſſe idem qui fuit in Baptiſmo? ibid.
4. An Patrinus Confirmationis debeat de neceſſitate præcepti eſſe confirmatus? ibid.
5. An Patrinus non confirmatus contrahat cognationem ſpiritualem? ibid.
6. An ſi de facto plures Patrini adhibeantur, omnes contrahant cognationem ſpiritualem? ibid.
7. An Patrinus Confirmationis contrahat obligationem inſtruendi confirmatum? 74
8. An Religioſi Mendicantes poſſint eſſe Patrini Confirmationis? ibid.
9. An vir, ſaltem in neceſſitate, poſſit eſſe Patrinus vxoris ſuæ, vel filij proprij? ibid.
10. Cum quibus perſonis contrahat Patrinus Confirmationis cognationem ſpiritualem? ibid.
11. An Confirmatio poſſit quocumque tempore, & die conferri? ibid.
12. An Epiſcopus det alapam confirmato, dicens *Pax tecum*, vt recordetur, ſe hoc Sacramentum accepiſſe, ne iterum ad illud accedat? ibid.
13. An ſit peccatum, ſaltem veniale, omittere alapam, vel cereum? ibid.
14. An ſit peccatum Euchariſtiam ante Confirmationem recipere? ibid.

TRACTATVS IV.

De Extremæ Vnctionis Sacramento.

DISPVTATIO I.

De quidditate, inſtitutione, & neceſſitate Extremæ Vnctionis.

Quæſt. 1. AN Sacramentum Extremæ Vnctionis ſit Sacramentum Vnctionis infirmorum, ad ſalutem animæ, & corporis? 75
2. An Extrema Vnctio ſit verum Sacramentum? ibid.
3. An fuerit immediatè inſtitutum à Chriſto? ibidem.
4. An fuerit inſtitutum hoc Vnctionis extremæ Sacramentum illis verbis, Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata, &c.* ibid.
5. An ſit præceptum recipiendi hoc Sacramentum ſub onere peccati mortalis? 76
6. An ſaltem peccet venialiter, qui ex negligentia hoc Sacramentum non vult recipere? ibid.
7. An Parochus, aut Prælatus Religionis teneatur ſub peccato mortali hoc Sacramentum ſuis ſubditis miniſtrare? ibid.
8. An etiam cum periculo vitæ, vt tempore peſtis, teneatur Parochus hoc Sacramentum conferre? ibid.
9. An ſimplex Sacerdos teneatur ſub peccato mortali adminiſtrare hoc Sacramentum tempore neceſſitatis, ſi licitè, & facilè poſſit? ibid.

DISPVTATIO II.

De Materia, & Forma Extremæ Vnctionis.

Quæſt. 1. AN materia remota Extremæ Vnctionis ſit oleum oliuarum? 77
2. An ſit neceſſarium, quod tale oleum ſit benedictum ab Epiſcopo? ibid.
3. An huiuſmodi olei benedictio ſit de neceſſitate Sacramenti; an tantum de neceſſitate præcepti? ibid.
4. An ex commiſſione Pontificis poſſit ſimplex Sacerdos tale oleum benedicere? ibid.
5. An oleum oliuarum benedictum ab Epiſcopo alia benedictione, quàm benedictione conſueta Eccleſiæ, ſit ſufficiens materia Extremæ Vnctionis? ibid.
6. An ſit validum Sacramentum Extremæ Vnctionis, ſi in neceſſitate, aut per errorem Sacerdos vngat infirmum Chriſmate, aut alio oleo, præter oleum infirmorum, modò ſit ab Epiſcopo benedictum? 78
7. An oleum oliuarum admixtum cum liquore alio, ſit materia ſufficiens huius Sacramenti? ibid.
8. An Parochus poſſit licitè miſcere oleum conſecratum cum non conſecrato, ſi timeat, quod oleum conſecratum non ſufficiat? ibidem.
9. An caſu quo oleum non conſecratum additum conſecrato ſit in maiori quantitate, totum remaneat conſecratum? ibid.
10. An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod oleum ſit eo anno benedictum? ibid.
11. An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti? ibid.
12. An vna gutta olei ſit ſufficiens in vnaquaque Vnctione ad conferendum hoc Sacramentum? 79
13. Quænam ſit materia proxima huius Sacramenti. ibid.
14. An ſit de neceſſitate huius Sacramenti, quod vnctiones fiant in formam Crucis? ibid.
15. An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti, quod fiant in formam Crucis? ibid.
16. An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod fiant in manu immediatè Sacerdotis? ibid.

17. An

Digitized by Google

17. An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti ? ibid.
18. An ſufficiens forma huius Sacramenti ſit hæc: *Per iſtam ſanctam Vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, vel auditum, &c.* 80
19. An ſi quis omitteret illa verba: *Et ſuam piiſſimam miſericordiam*, validè conficeret Sacramentum ? ibid.
20. An qui ſcienter illas particolas omitteret, peccaret mortaliter ? ibid.
21. An omittens illa verba, *per viſum, per auditum*, &c. validè conficeret Sacramentum? ibid.
22. An ſint de neceſſitate Sacramenti illa verba, *Sanctam, & piiſſimam ?* ibid.
23. An ſit de neceſſitate Sacramenti Extremæ vnctionis, quod eius forma proferatur modo deprecatiuo ? 81
24. An conferret validum Sacramentum, qui hac forma vteretur: *Vngo te Oleo Sancto, vt per ſuam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum, &c. deliquiſti ?* ibid.
25. An hoc Sacramentum habeat formam determinatam Iure Diuino ? ibid.
26. An forma Extremæ vnctionis, qua nunc vtitur Eccleſia, ſit de neceſſitate Sacramenti ? ibid.

DISPVTATIO III.

De Subiecto Extremæ Vnctionis.

Quæſt. 1. AN omnis homo ſit capax huius Sacramenti ? 81
2. An infantes ante vſum rationis ſint capaces huius Sacramenti ? 82
3. An ſaltem poſſit dari hoc Sacramentum pueris, caſu quo dubitetur an habeant vſum rationis ? ibid.
4. An pueris ſtatim ac annos diſcretionis attigerint, ſit Sacramentum Vnctionis miniſtrandum, etiamſi ob defectum ætatis non ſint Euchariſtiæ capaces ? ibid.
5. An infirmus, qui ſufficienter vſu rationis præditus nunquam peccauit actualiter, ſit capax huius Sacramenti ? ibid.
6. An adulto infirmo in articulo mortis recenter baptizato poſſit miniſtrari Extrema Vnctio ? ibid.
7. An Beatæ Virgini Mariæ fuerit de facto hoc Sacramentum miniſtratum ? 83
8. An amentes à natiuitate, aut furioſi perpetuò, ſint capaces huius Sacramenti ? ibid.
9. An homo ſanus ſit capax huius Sacramenti ? ibid.
10. An ille qui ſtatim eſt ſuſpendendus, vel decapitandus, ſit capax Extremæ Vnctionis ? ibid.
11. An vt quis ſit capax huius Sacramenti, ſufficiat quod ſit infirmus, an verò ſit neceſſarium quod ſit in eo ſtatu infirmitatis, vt grauiter ad mortem laboret ? 84
12. An hoc Sacramentum poſſit validè, & licitè miniſtrari mulieri in partu deficienti ? ibid.
13. An poſſit dari ſenibus, qui abſque alia infirmitate ſenio ipſo conſumuntur ? ibid.
14. An poſſit dari lethaliter vulneratis, aut peſte percuſſis, morſu viperarum læſis, & huiuſmodi ? ibid.
15. An poſſit dari illi, qui morte repentina præuentus, abſque Confeſſione omnibus ſenſibus reperitur priuatus ? ibid.
16. An poſſit dari illi, qui dubitatur mortuus ? ibid.
17. An hoc Sacramentum poſſit dari non habenti priuilegium tempore interdicti ? 85
18. An moribundus, qui Euchariſtiæ, & pœnitentiæ Sacramentum non poteſt recipere, poſſit inungi tempore interdicti, ſi non habet dictum priuilegium, ſeu Bullam Cruciatæ ? ibid.
19. An ſit de neceſſitate huius Sacramenti, quod fiant ſeptem vnctiones ? ibid.
20. An ſit de neceſſitate huius Sacramenti, vt inungantur quinque ſenſus corporis, Oculi ſcilicet, Aures, Nares, Os, & Manus: repetita ad ſingulos forma ? ibid.
21. An tempore peſtis licitè poſſit Sacerdos inungere vnicum tantùm ſenſum, dicendo formam conſuetam ? 86
22. An ſit validum hoc Sacramentum miniſtratum in quacumque parte corporis ? ibid.
23. An ſit de neceſſitate Sacramenti vtrumque organum vnius ſenſus inungi, nempe vtrumque oculum, vtramque manum, &c. ibid.
24. An cæci à natiuitate, necnon & mutilati, debeant inungi in organo oculorum, aut in partibus propinquioribus partibus abſciſſis? ibid.
25. An Sacerdotis manus neceſſe ſit vngere ? ibid.
26. An manus Sacerdotis debeant vngi in palmis ? ibid.
27. An ordo vnctionum ſit de neceſſitate Sacramenti ſeruandus ? 87

DISPVTATIO IV.

De Miniſtro, Effectibus, & Ritibus huius Sacramenti.

Quæſt. 1. AN ſolus Sacerdos ſit proprius Miniſter huius Sacramenti. p. 87
2. An quilibet Sacerdos poſſit hoc Sacramentum validè conferre ? ibid.
3. An quilibet Sacerdos, etiam Religioſus, poſſit in neceſſitate, abſente Parocho, & abſque eius licentia, licitè hoc Sacramentum miniſtrare ? ibid.
4. An præſente Parocho, & iniquè nolente hoc Sacramentum conferre, poſſit quilibet alius Sacerdos, etiam Religioſus, adhuc eo inuito, & repugnante, licitè illud adminiſtrare ? ibid.
5. An Parochus excommunicatus, vel ſuſpenſus nominatim, poſſit dare licentiam alteri Sacerdoti, etiam non expoſito, vt miniſtret hoc Sacramentum ? 88
6. An Sacerdos excommunicatus, vel ſuſpenſus poſſit licitè adminiſtrare vnctionem in neceſſitate ? ibid.
7. An hoc Sacramentum poſſit licitè, & validè à pluribus Sacerdotibus conferri ? ibid.
8. An alius Sacerdos debeat perficere Sacramentum Extremæ Vnctionis, ſi primus morte præuentus, aut ob aliam cauſam non perficiat? ibid.
9. An Epiſcopus hoc Sacramentum miniſtrans debeat vngere Oleo, an verò Chriſmate ? ibidem.

10. An

10. An ſit validum hoc Sacramentum, ſi adminiſtretur adulto infirmo iam ſenſu, & ratione deſtituto ? ibid.
11. An ſaltem peccet Parochus, qui ad conferendum hoc Sacramentum expectar tempus quo infirmus ſenſu & vſu rationis careat, aut quo conſtet non poſſe naturaliter viuere ? ibid.
12. An extrema Vnctio neceſſariò debeat dari poſt viaticum ? 89
13. An per hoc Sacramentum conferatur gratia habitualis homini diſpoſito ? ibid.
14. An proprius effectus huius Sacramenti ſit remiſſio peccatorum venialium ? ibid.
15. An etiam ſit effectus huius Sacramenti, tollere reliquias peccatorum ? ibid.
16. An habeat aliquos alios effectus ? ibid.
17. An hoc Sacramentum conferat prædictos effectus in prima vnctione ? 90
18. An Sacramentum hoc ſit iterabile ? ibid.
19. An in diuturnis mortiferis morbis (vt in hydropiſi) poſſit hoc Sacramentum ſemel in initio, & iterum in fine infirmitatis conferri ? ibid.
20. An ſacerdos poſſit hoc Sacramentum ſolus miniſtrare, & ſibimet reſpondere ? ibid.
21. An peccet mortaliter Sacerdos, qui adminiſtrat hoc Sacramentum, præmiſſis precibus quæ ab Eccleſia ante ipſum præcedere præſcribuntur ? ibid.
22. An etiam peccet mortaliter, ſi etiam abſque cauſa prætermittat ſeptem Pſalmos pœnitentiales, quos poſt vnctionem recitare Eccleſia præſcribit ? 91
23. An peccet ſi adminiſtret hoc Sacramentum in neceſſitate, non abhibitis veſtibus ab Eccleſia præſcriptis ? ibid.
24. An ad recipiendum hoc Sacramentum, ſit neceſſarium, vt infirmus lecto decumbat ? ibid.
25. An ad recipiendum hoc Sacramentum ſufficiat attritio, ut talis cognita. ibid.
26. An liceat Parochis præbere laicis oleum Extremæ vnctionia, vt ipſi infirmos vngant ad ſanitatem recuperandam ? ibid.

TRACTATVS V.

De Sacramento Pœnitentiæ.

DISPVTATIO I.

De natura, & quidditate Sacramenti Pœnitentiæ, & eius partibus.

QVÆST. I. AN in lege Gratiæ ſit verum Sacramentum Pœnitentiæ ? 92
2. An Sacramentum Pœnitentiæ componatur ex verbis Sacerdotis, *Ego te abſoluo*, tanquam ex forma, & ex actibus pœnitentis, videlicet contritione, Confeſſione, & ſatisfactione, tanquam ex materia ? ibid.
3. An prædictus actus pœnitentis concurrant partialiter ad cauſandam gratiam iſtius Sacramenti ? 93
4. An non ſolùm dicti tres actus pœnitentis ſint materia proxima huius Sacramenti : verùm etiam ipſa peccata per Confeſſionem doloroſam explicata ? ibid.
5. An intentio qua pœnitens vult recipere hoc Sacramentum, ſit etiam pars, & quaſi materia intrinſeca huius Sacramenti ? ibid.
6. An omnia peccata poſt Baptiſmum commiſſa poſſint eſſe materia huius Sacramenti ? ibid.
7. An peccata commiſſà ante Baptiſmum debeant, aut eſſe poſſint materia huius Sacramenti ? 94
8. An peccata, quæ fiunt in ipſomet inſtanti Baptiſmi, ſint materia huius Sacramenti ? ibid.
9. An imperfectiones (qualis eſt non correſpondere inſpirationibus Diuinis) ſint materia Confeſſionis, & ideo bene faciant, qui de huiuſmodi imperfectionibus ſe accuſant ? ibid.
10. Quid ſit Sacramentum Pœnitentiæ ? ibid.
11. Quid, & quotuplex ſit contritio ? ibid.
12. An Contritio perfecta ſufficiens ad iuſtificationem, debeat neceſſariò eſſe ex motiuò charitatis, ſcilicet Dei ſuper omnia dilecti ? 95
13. An Contritio debeat deteſtari peccata ſuper omnia deteſtabilia ? ibid.
14. An Contritio debeat dolere de peccatis ſupra omnia mala, includendo mala (ſi poſſibilia eſſent) ipſiuſmet Dei ? ibid.
15. An Contritio debeat dolere de peccatis ſupra omnem pœnam, etiam æternam ? ibid.
16. An de vno peccato debeat dolere pœnitens magis, quàm de altero ? 96
17. An de peccato leui proprio debeat quis magis dolere, quàm de peccato graui alieno ? ibid.
18. An Contritio debeat eſſe de peccato Originali ? ibid.
19. An teneatur quis habere diſplicentiam, ſeu dolorem de peccato Originali ? ibid.
20. An homo magis debeat dolere de peccato mortali perſonali à ſe commiſſo, quàm de Originali, quod commiſit in Adamo, quando ipſe peccauit, & poſtea contraxit in inſtanti conceptionis ? ibid.
21. An ad minus magis debeat homo dolere de peccato Originali, quàm de peccato veniali actuali ? ibid.
22. An B. Virgo potius elegiſſet committere vnum peccatum veniale, quàm contrahere maculam peccati Originalis, in inſtanti ſuæ Conceptionis ? 97
23. An perfecta dilectio Dei ſine Contritione, aut deteſtatione formali peccati ſufficiat ad iuſtificationem ? ibid.
24. An dilectio Dei ſuper omnia ſolùm iuſtificet caſu quo non occurrant peccata diligenti Deum ? ibid.
25. An etiam ſufficiat ad iuſtificationem Contritio ſine dilectione formali ? ibid.
26. An Contritio perfecta habeat ſemper coniunctam remiſſionem peccati, etiam ante receptionem actualem Sacramenti ? ibid.
27. An Contritio ſit ex natura rei ſufficiens ad iuſtificationem extra Sacramentum ? 98
28. An Contritio ſit ex ſe formaliter ſanctificans, & remiſſiua peccatorum ibid.
29. An perfecta Contritio ſit ſub præcepto ? ibid.
30. An præceptum perfectæ contritionis ſit poſitiuum, aut naturale ? ibid.
31. An præceptum Contritionis obliget in actu ſecundo, ſtatim ac commiſſum eſt peccatum mortale ? ibid.
32. An ſaltem Religioſus, ſtatim ac committit peccatum, teneatur ad Contritionem habendam ? 99

33. An

33. An præceptum Contritionis obliget peccatores in diebus feſtis, ſaltem ſolemnibus? ibid.

34. An obligentur peccatores præcepto Contritionis quando inſtat grauis aliqua calamitas populo? ibid.

35. An peccator teneatur præcepto Contritionis, quando eſt in periculo obliuionis peccatorum? ibid.

36. An ſaltem in articulo mortis obliget Contritionis præceptum? 100

37. An ſolùm in articulo mortis obliget ex vi ſua, & per ſe præceptum Contritionis? ibid.

38. An præceptum Contritionis ex vi ſua obliget ad habendam Contritionem, ad minus ſemel in anno? ibid.

39. An peccator, qui non elicit per annum integrum actum Contritionis, teneatur id in Confeſſione explicare? ibid.

40. An per accidens poſſit quis obligari ad eliciendam Contritionem plus quam ſemel in anno? ibid.

41. An quando quis eſt in periculo probabili incidendi in aliquod mortale, teneatur elicere actum Contritionis? 101

42. An qui per attritionem cum Sacramento iuſtificatus eſt, teneatur adhuc ex præcepto illo naturali ad Contritionem? ibid.

43. An ſaltem ille qui per dilectionem Dei iuſtificatus eſt, teneatur adhuc ex præcepto naturali pœnitentiæ ad eliciendum actum Contritionis? ibid.

44. An Contritio, & Attritio differant ſpecie, & eſſentialiter? ibid.

45. An idem numero actus, qui eſt attritio, poſſit fieri contritio? ibid.

46. An attritio ſola ſine Sacramento ſit ſufficiens ad iuſtificandum? 102

47. An ad valorem Sacramenti ſufficiat attritio naturalis ordinis? ibid.

48. An exiſtens in mortali teneatur elicere expreſſe actus fidei, & ſpei, ad obtinendam in Sacramento pœnitentiæ primam gratiam? ibid.

49. An Sacramentum pœnitentiæ poſſit eſſe informe, ex defectu actus expreſſi fidei, vel ſpei? 103

DISPVTATIO II.

De Forma Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæſt. 1. AN Forma Sacramenti Pœnitentiæ in his verbis conſiſtat: *Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen.* 104

2. An illud pronomen, *ego*, ſit de eſſentia, & ſubſtantia abſolutionis; ita vt ſit neceſſe in illa expreſſe apponi? ibid.

3. An ſit peccatum mortale pronomen, *ego*, in forma abſolutionis prætermittere? ibid.

4. An illud pronomen, *Te*, ſit de eſſentia, & ſubſtantia abſolutionis? ibid.

5. An illa particula, *ab omnibus*, ſit neceſſariò exprimenda in forma abſolutionis? 105

6. An ſaltem ſit aliquod peccatum illam particulam, *ab omnibus*, omittere? ibid.

7. An ad eſſentiam formæ abſolutionis pertineant illa verba, *à peccatis tuis?* ibid.

8. An ſaltem ſit peccatum mortale omittere illa verba, *à peccatis tuis?* ibid.

9. An ad minus in articulo mortis teneatur Sacerdos ſub mortali non omittere prædicta verba, *à peccatis tuis?* 106

10. An illa verba, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti*, pertineant ad eſſentiam abſolutionis? ibid.

11. An ſaltem ſit peccatum mortale prædicta omittere verba? ibid.

12. An duntaxat hæc verba, *abſoluo te*, ſint à Confeſſore exprimenda? ibid.

13. An ſit peccatum omittere illa verba, *Miſereatur tui omnipotens Deus, &c.* 107

14. An etiam ſit peccatum omittere illa verba, *Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſoluat, & ego authoritate ipſius te abſoluo, in primis ab omni Cenſura Eccleſiaſtica, ſi quam fortè incurriſti, quantum ego poſſum, & tu indiges?* ibid.

15. An ſit peccatum omittere illa deprecatoria verba: *Paſſio Domini N. Ieſu Chriſti, & merita B. Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, &c.* ibid.

16. An de eſſentia abſolutionis ſint verba voce prolata? ibid.

17. An forma abſolutionis deprecatiua, v.g. *abſoluat te Deus*, ſit ſufficiens ad remittenda peccata? 108

18 An ſaltem ſit ſufficiens ad valorem Sacramenti abſolutio modo imperatiuo prolata, v. g. *Abſoluaris à me*, vel *Abſoluatur Petrus à me.* ibid.

19. An validum ſit Sacramentum datum cum iis formis: *Volo Abſoluaris: Placet te abſolui: Iubeo hunc abſolui: Sacramentum Abſolutionis tibi impendo?* ibid.

20. An ſit peccatum mortale prædictis abſoluendi formulis vti? ibid.

21. An ſit validum Sacramentum his formulis datum: *Remitto tibi peccata, vel condono te?* 109

22. An etiam ſit peccatum mortale his verbis abſoluere? ibid.

32. An validum ſit Sacramentum, ſi detur abſolutio ſub conditione de præterito, v. g. *Abſoluo te, ſi deſeruiſti concubinatum?* ibid.

24. An Confeſſarius licitè aliquando poſſit proferre abſolutionem ſub conditione de præterito? ibid.

25. An valeat Sacramentum Pœnitentiæ, ſi detur abſolutio cum conditione de præſenti, vt ſi dicatur: *Si Deus vult*, aut *ſi ego poſſum te abſoluere, te abſoluo?* ibid.

26. An poſſit Confeſſarius licitè prædictam conditionem de præſenti in abſolutione apponere? ibid.

27. An valeat Sacramentum Pœnitentiæ, ſi abſolutioni addatur conditio de futuro: v. g. *Si reſtitueris cras famam Petro, ego te abſoluo?* ibid.

28. An Abſolutio Sacramentalis collata abſenti ſit valida? 110

29. An ſaltem ſit valida abſolutio pœnitentis, qui per litteras miſit ſua peccata Confeſſario, & deinde in præſentia eiuſdem dicit, ſe de omnibus illis accuſare? ibid.

30. An ſi Sacerdos inaduertenter pœnitentem non abſoluat, poſſit illum parum diſtantem abſoluere? ibid.

31. An ſit valida abſolutio data moribundo, qui per litteras, aut internuncium Confeſſionem poſtulans, à Confeſſario domum duntaxat à longè vidente, moribundo in illa incluſo, collata eſt? 111

32. An poſſit iterari abſolutio ſuper eadem peccata

ſemel

ſemel ritè confeſſa? ibid.
33. An vnica abſolutione poſſit Confeſſor plures pœnitentes abſoluere? ibid.
34. An abſolutio Sacramentalis poſſit per aliquod tempus differri poſt factam Confeſſionem, & impoſitam ſatisfactionem? ibid.
35. An Confitens generaliter de peccatis, aliàs Confeſſis, & abſolutis, poſſit per partes abſolui? ibid.
36. An poſſit Confeſſarius proferre verba abſolutionis ſine intentione, ob metum mortis à pœnitente incuſſum, ſi non abſoluat? ibid.
37. An ad ſubſtantiam abſolutionis pertineat, quod dum Sacerdotes illam proferunt, manus capitibus pœnitentium imponant? 112
38. An Sacerdos poſſit his verbis, *Abſoluo te*, validè vti ad abſoluendum à peccatis ſimul, & à cenſuris? ibid.
39. An etiam licitè poſſit Sacerdos his verbis: *Abſoluo te à peccatis & à Cenſuris*, ſimul abſoluere pœnitentem? ibid.
40. An ſit à præfata, diſtincta forma abſolutionis danda pœnitentibus, præcipuè Religioſis, habentibus Indulgentiam plenariam pro tempore mortis? ibid.

DISPVTATIO III.

De Confeſſione Sacramentali, de eiuſque Neceſſitate, & Præcepto.

Quæſt. 1. QVid, & quotuplex ſit Confeſſio? 113
2. An Confeſſio Sacramentalis ſit peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis coram proprio Sacerdote, vt ab illis Sacramentaliter abſoluatur? ibid.
3. An Confeſſio Sacramentalis inſtituta fuerit ab Eccleſia? ibid.
4. An Confeſſio Sacramentalis inſtituta fuerit ante Chriſti Domini Reſurrectionem? ibid.
5. An Confeſſionis Sacramentum in re, vel in voto ſit neceſſarium ad ſalutem neceſſitate medij? 114
6. An Confeſſionis Sacramentum ſit neceſſarium neceſſitate præcepti Diuini his, qui poſt Baptiſmum lethaliter deliquerunt? ibid.
7. An præceptum Diuinum Confeſſionis ſolùm obliget ad confitenda mortalia? ibid.
8. An hoc Diuinum Confeſſionis præceptum obliget Infantes ante vſum rationis, aut adultos nocentes? ibid.
9. An hoc præceptum Diuinum obliget infideles non baptizatos? ibid.
10. An hoc præceptum Diuinum Confeſſionis obliget per ſe in articulo neceſſitatis omnes, qui ſibi conſcij ſunt peccati mortalis? 115
11. An ſi quis eſt in eo ſtatu, in quo ſi non Confitetur, probabiliter timet, ante mortem non poſſe habere copiam Confeſſionis (vt accidere poteſt in India, aut in captiuitate) teneatur tunc hoc præcepto Diuino anticipare Confeſſionem? ibid.
12. An iure Diuino teneatur quis Confiteri tempore ab Eccleſia determinato? ibid.
13. An ſecluſo articulo mortis, & lege Eccleſiaſtica de confitendo ſemel in anno, obliget hoc Diuinum præceptum per ſe? 116
14. An etiam Iure Diuino teneatur quis confiteri ſtatim poſt commiſſum peccatum? ibid.
15 An ſaltem teneatur quis Iure Diuino confiteri etiam ante annum, quando adeſt periculum obliuionis alicuius peccati mortalis, aut multorum mortalium? ibid.
16. An Iure Diuino teneatur confiteri qui credit ſe aliter non poſſe euitare aliquod peccatum, v. gr. odij, aut inuidiæ in particulari, niſi confitendo? ibid.
17. An Iure Diuino teneatur confiteri ſtatim, qui habet conſcientiam, quod ſaltem debeat confiteri? 117
18. An hoc Diuinum præceptum Confeſſionis obliget quoties quis poſt mortale commiſſum communicare, vel celebrare vult? ibid.
19. An etiam teneantur confiteri Iure Diuino, qui recipere volunt alia Sacramenta? ibid.
20. An teneatur præcepto Diuino Confiteri, qui voto, vel iuramento in aliquibus diebus confiteri ſe obligauit? 118
21. An ſit latum ab Eccleſia ſtatutum annuæ Confeſſionis? ibid.
22. An hoc ſtatutum ab Eccleſia latum obliget ſub mortali? ibid.
23. An hoc Eccleſiaſticum præceptum obliget per ſe, & vi proprij præcepti ad Confeſſionem? ibid.
24. An dictum præceptum ſit purè humanùm quoad ſubſtantiam, & quoad tempus? ibid.
25. An Papa poſſit in præcepto Confeſſionis diſpenſare? ibid.
26. An omnes baptizati habentes conſcientiam peccati mortalis, teneantur annuæ Confeſſionis præcepto? ibid.
27. An Summus Pontifex obligetur annuæ Confeſſionis præcepto? 119
28. An omnes pueri in quauis ætate ſint, teneantur dicto præcepto, ſi conſcientiam habeant peccati mortalis? ibid.
29. An ſenes octogenarij præcepto annuæ Confeſſionis, & Communionis teneantur? ibid.
30. An teneatur præcepto annuæ Confeſſionis, qui tantum habet peccata interna? 120
31. An qui tantum habet peccata venialia, teneatur ſub mortali ex vi huius præcepti aliqua ſemel in anno confiteri? ibid.
32. An ſaltem teneatur ſub mortali confiteri venialia, qui habet mortalia, quæ ex iuſta aliqua cauſa non debet aperire Confeſſario? 121
33. An ſaltem teneatur ſub veniali ex præcepto Eccleſiæ confiteri aliqua venialia, qui mortali peccato caret; aut ſi illo non caret, non poteſt aperire illud? ibid.
34. An ſaltem in dicto caſu teneatur pœnitens ex vi dicti præcepti ad comparendum coram proprio Sacerdote, & illi dicere, ſe non habere conſcientiam peccati mortalis? ibidem.
35. An teneatur confiteri venialia, ſi mortalibus caret qui vult comparare Iubilæum, quando in illo requiritur Confeſſio? ibid.
36. An Eccleſia præcipere poſſit Confeſſionem Sacramentalem de venialibus, ſaltem de aliquibus? ibid.
37. An qui in anno ſemel ſaltem confeſſus eſt peccata venialia: ſi poſtea ante finem anni committat aliquod mortale, teneatur confiteri intra illum annum dictum peccatum mortale? 122
38. An etiam qui intra annum confeſſus eſt ſua mortalia, teneatur poſtea in Quadrageſima confiteri, ſi tunc conſcientiam noui peccati mortalis habeat? ibid.

39. An præceptum annuæ Confeſſionis obliget per ſe pro determinata parte anni, v. g. in Quadrageſima, aut in Paſcha? ibid.
40. An pro impletione præcepti annuæ Confeſſionis computandus ſit annus à Ianuario in Ianuarium? ibid.
41. An qui ex aliqua cauſa iuſta, vel iniuſta non eſt confeſſus per annum integrum, teneatur confiteri in initio ſequentis anni? 123
42. An omittens per integrum annum Confeſſionem, toties mortaliter peccet, quoties, oblata confitendi opportunitate, non confitetur? ibid.
43. An qui non eſt confeſſus in articulo mortis, vel quia noluit, vel quia non potuit, teneatur eo articulo elapſo quamprimùm confiteri? ibid.
44. An qui ob aliquam cauſam diſtulit Confeſſionem præſentis anni in principium anni ſequentis, poſſit vna, & eadem Confeſſione præcepto vtriuſque anni ſatisfacere? ibid.
45. An qui in Confeſſione annua incolpabiliter omiſit aliquod mortale, teneatur confiteri illud cum primùm poſſit? 124
46. An qui prævidet, ſe non habiturum copiam Confeſſoris in toto anno ſequenti, teneatur ex vi præcepti anticipare Confeſſionem, & illam facere in fine anni præſentis? ibid.
47. An ſaltem qui putat toto reliquo anno, aut tempore Paſcali, defecturum ſibi Confeſſorem, teneatur ex vi præcepti anticipare Confeſſionem, hoc eſt, confiteri in principio eiuſdem anni, aut ante Paſcha? ibid.
48. An ex vi Clement. 1. *Ne in agro*, non ſolùm Monachi Benedictini, ſed etiam alij omnes Religioſi, & Moniales teneantur ſemel ſingulis menſibus ad Confeſſionem accedere? ibid.
49. An dicti Monachi non habentes niſi venialia, teneantur ex vi talis Clem. ad Confeſſionem menſtruam? 125
50. An ſaltem teneantur ſub mortali ad Confeſſionem menſtruam, ſi dicti Monachi peccata mortalia habeant? ibid.
51. An Monachi D. Bernardi qui ex ſtatuto habent obligationem ſemel in anno ſuis Abbatibus confitendi omnia mortalia iam ritè aliis Confeſſariis confeſſa, teneantur ſub mortali ad tale ſtatutum? ibid.
52. An præcepto annuæ Confeſſionis ſatisfaciat quis per Confeſſionem non integram, v. g. ſi voluntariè omittat aliquod mortale externum? ibid.
53. An ſaltem ſatisfaciat per Confeſſionem integram peccatorum, nullam tamen ob defectum omninò internum, v. g. ob defectum doloris pœnitentis? 126
54. An tandem ſatisfaciat quis tali præcepto per Confeſſionem informem? ibid.
55. An etiam ſatisfaciat per Confeſſionem integram peccatorum (ſiue formatam, ſiue non) ſi non conferatur abſolutio, vel ob defectum doloris pœnitentis, vel ob malitiam abſoluentis, vel ex aliquo caſu repentino? ibid.
56. An iure communi ſit impoſita aliqua pœna tranſgreſſoribus præcepti annuæ Confeſſionis? ibid.
57. An impuberes non implentes præceptum annuæ Confeſſionis, incurrant præfatas pœnas? 127
58. An ſaltem Meretrices non implentes dictum annuæ Confeſſionis præceptum, incurrant excommunicationem ſynodalem, & cæteras iuris pœnas? ibid.
59. An dictæ pœnæ incurrantur ob ſolam omiſſionem Confeſſionis, etiamſi quis communicet, aut è contra ob ſolam omiſſionem communionis, etiamſi quis confiteatur? ibid.
60. An excuſetur ab adimpletione præcepta annuæ Confeſſionis, qui non habet copiam Confeſſoris? ibid.
61. An etiam excuſetur, qui nequit aliter quàm per ſcripturam confiteri, vt ſi pœnitens ſit mutus, & Confeſſor ſurdus, & nequeat nutibus explicare peccata? ibid.
62. An ſaltem excuſetur ab ipſo præcepto Eccleſiaſtico, qui non poteſt confiteri niſi per interpretem? 128
63. An etiam excuſetur à præcepto Diuino confitendi in articulo mortis, qui nequit confiteri niſi per interpretem? ibid.
64. An quando quis in articulo mortis dubitat de ſua contritione, teneatur confiteri per interpretem omnia quæ habet mortalia? ibid.
65. An quis in prædicto caſu poſſit confiteri de ſolis venialibus, & tacere mortalia? ibid.

DISPVTATIO IV.

De Conditionibus, aut Qualitatibus Confeſſionis Sacramentalis?

Quæſt. 1. AN conditiones bonæ Confeſſionis ſint ſexdecim? 128
2. Quanam ratione Confeſſio eſſe debeat ſimplex? 129
3. An ſit peccatum nimiis cum præambulis, aut magna cum eloquentia confiteri? ibid.
4. Quanam ratione Confeſſio debet eſſe humilis? ibid.
5. An ſit peccatum, cooperto capite, aut non flexis genibus abſque cauſa confiteri? ibid.
6. An Religioſi Militantes, licitè, & decenter ad Sacramentum pœnitentiæ accedant enſe, & Pugione accincti? ibid.
7. An etiam laici licitè enſe accincti poſſint ad Sacramentum pœnitentiæ accedere? ibid.
8. Quanam ratione Confeſſio debeat eſſe pura? ibid.
9. An Confeſſio facta principaliter ob finem venialiter malum, v. gr. ob vanam gloriam, ſit inualida? ibid.
10 An ſi quis timore infamiæ, vel inferni confitetur tempore præcepti, aliàs non confeſſurus, impleat præceptum Confeſſionis? 130
11. An confiteri vni Sacerdoti peccata mortalia, & poſtea alteri venialia, ſit peccatum mortale? ibid.
12. Quanam ratione Confeſſio debeat eſſe fidelis? ibid.
13. An mendacium, quo pœnitens interrogatus, negat aliquod veniale, quod commiſit, ſit peccatum mortale? ibid.
14. An ſaltem mendacium, quo pœnitens ſibi imponit aliquod veniale, quod non commiſit, ſi fateatur aliud, quod commiſit, ſit peccatum mortale? 131
15. An ad minus ſit peccatum mortale accuſare ſe de aliquo veniali, quod non fecit, caſu quo fiat totalis materia Confeſſionis? ibid.

16. An mendacium, quo quia negat aliquod mortale nunquam confeſſum, ſit peccatum mortale? ibid.
17. An etiam peccet mortaliter, qui ſibi in Confeſſione imponit aliquod mortale, quod non commiſit? ibid.
18. An Confeſſio debeat eſſe frequens? 131
19. An peccata ſemel per Sacramentum pœnitentiæ remiſſa, licitè poſſit quia iterum etiam ſola confiteri? ibid.
20. An ſaltem ſit conueniens, abſque vlla neceſſitate frequenter eadem peccata fateri? ibid.
21. Qua ratione Confeſſio debet eſſe Nuda, Diſcreta, Libens, & Verecunda? ibid.

DISPVTATIO V.

De Integritate Confeſſionis, quæ eſt eius decima conditio.

Quæſt. 1. QVanam ratione Confeſſio debeat eſſe integra? 133
2. An Confeſſio debeat eſſe de omnibus mortalibus, quæ ſunt intra conſcientiam Pœnitentis? ibid.
3. An peccata ante Baptiſmum commiſſa ſint neceſſariò confitenda? ibid.
4. An ſint confitenda neceſſariò omnia venialia, quæ in conſcientia pœnitentis ſunt? ibidem.
5. An confitenda ſint omnia mortalia diſtinctè quoad omnes ſpecies, & numerum eorum? ibid.
6. An ad confitendum numerum peccatorum ſufficiat pœnitenti dicere, ſe ſæpius peccaſſe, v. gr. ſe ſæpius iuraſſe, ſæpius furatum fuiſſe, &c. ibid.
7. An debeat quodlibet peccatum ſeorſim confiteri? ibid.
8. An pœnitenti cui non conſtat numerus determinatus ſuorum peccatorum, ſufficiat exprimere numerum probabilem, aut veriſimilem, plus minuſve? ibid.
9. An quando pœnitens faſſus eſt, ſe decies plus minuſve periuraſſe, ſi poſtea certè recordetur ſe periuraſſe duodecies, teneatur illa duo periuria denuò confiteri? 134
10. An illa verba, plus minuſve, aut parum plus, vel minus, quæ addi ſolent, tantum ſe extendant ad duo, vel tria peccata? ibid.
11. An pœnitenti qui nimia conſuetudine peccauit, ſufficiat ſuum ſtatum per tempus explicare, non explicato numero peccatorum? ibid.
12. An qui concubinam diu domi habuit, eaque vt propria vxore vſus eſt, teneatur numerum fornicationum explicare? 135
13. An qui per annum integrum non recitauit, aut non reſtituit, ſatisfaciat ſi dicat Confeſſario: Anno integro omiſi Diuinum officium, aut non reſtitui, cum poſſem? ibid.
14. An ille qui propter inueteratam peccandi conſuetudinem ſolùm faſſus eſt tempus, quo in peccato perſeuerauit, ſi poſtea numerum peccatorum recordetur, teneatur illum exprimere? 136
15. An qui explicauit numerum peccatorum non omnino determinatum, ſed ſub illis verbis, v. g. *decies plus, minuſve*, teneatur poſtea accuſare ſe de vndecimo peccato, ſi poſtea certò recordetur illius? ibid.
16. An quando peccata pœnitentia ſunt Confeſſario nota, ſufficiat dicere, *Accuſo me de omnibus peccatis, quæ tu ſcis me commiſiſſe?* ibidem.
17. An faciens Confeſſionem generalem, poſſit omittere aliqua mortalia alias ritè confeſſa? ibid.
18. An ſaltem teneatur omnia peccata mortalia confiteri, qui Confeſſario dicit, *ſe velle omnia peccata vitæ confiteri?* ibid.
19. An qui iurauit, vel vouit facere Confeſſionem generalem totius vitæ, vel anni, poſſit etiam aliquod mortale ex iam confeſſis tacere? ibid.
20. An qui ſcit ſe peccaſſe mortaliter, ſed dubitat, an illud peccatum ſit confeſſus, teneatur illud confiteri? 137
21. An in dicto caſu teneatur pœnitens dicere in Confeſſione, ſe dubitare, an tale peccatum Confeſſus fuerit? ibid.
22. An quando repetuntur in Confeſſione mortalia ſemel confeſſa, debeat pœnitens explicare, ſe iam iterum confeſſum fuiſſe illa? ibid.
23. An qui facit Confeſſionem generalem, & confitetur ſimul aliqua peccata poſt vltimam Confeſſionem commiſſa, teneatur explicare ſe talia peccata poſt vltimam Confeſſionem commiſiſſe? ibid.
24. An liceat pœnitenti expreſsè confiteri peccata noua, vt antiqua? ibid.
25. An quando quis de peccato à ſe admiſſo dubitat, an fuerit mortale, aut veniale, teneatur illud fateri? 138
26. An ſi quis poſt debitum examen dubius maneat, an alicui peccato mortali conſenſerit, teneatur illud vt peccatum dubium confiteri? ibid.
27. An qui confeſſus eſt aliquod peccatum dubium, vt dubium, & poſtea recordatur certò illius peccati, debeat illud iterum vt certum confiteri? ibid.
28. An qui probabiliter opinatur, ſe non peccaſſe mortaliter, aut mortale à ſe admiſſum eſſe confeſſum, teneatur illud confiteri? 139
29. An ſaltem qui probabiliùs iudicat, ſe peccaſſe mortaliter, vel ſe non eſſe confeſſum tale peccatum, teneatur illud confiteri? ibid.
30. An liceat aliquando dimidiate confeſſionem, aut non confiteri omnia mortalia? ibid.
31. An infirmus, qui ob mortem imminentem non habet tempus confitendi omnia mortalia, poſſit audito vno, aut altero, à Confeſſario abſolui? ibid.
32. An infirmus qui nimis in dicendis peccatis fatigatur, poſſit etiam dimidiare confeſſionem? ibid.
33. An in prædictis caſibus poſſit pœnitens à Confeſſore abſolui, audito vno ſolo peccato veniali? ibid.
34. An qui tempore peſtis, naufragij, ſubiti prælij, aut incendij, non poſſunt commodè omnia peccata fateri, poſſint dimidiare Confeſſionem? ibid.
35. An Confeſſarius, qui probabiliter timet, non poſſe abſque infectionis periculo audire integram Confeſſionem ægroti, poſſit illum abſoluere, audito vno, aut paucis peccatis? 140
36. An Confeſſarius, qui poſtquam cœpit audire alicuius Confeſſionem, morbo corripitur, & timet, ſe moriturum ante finem Confeſſionis,

ſionis, poſſit ſtatim abſolutionem dare? ibid.
38. An Sacerdos etiam poſſit abſoluere pœnitentem, qui nullum peccatum in particulari confitetur, ſed in genere dicendo, ſe multa peccata commiſiſſe; ſi poſtea ſenſibus destituatur? ibid.
39. An ægrotus, qui in articulo mortis ſolum dixit veniale in communi, poſſit abſolui? ibid.
40. An poſſit abſolui Sacerdos, qui dicta Confeſſione generali in principio Miſſæ, ſtatim eſt ſenſibus deſtitutus? ibid.
41. An qui nullum peccatum confitetur, ſed nutibus & ſignis, aut verbis tantùm, quærit à Confeſſario abſolutionem; dicendo v.gr. ſe velle confiteri, ſe dolere de peccatis, poſſit abſolui? 141
42. An Sacerdos, qui videt infirmum ſenſibus deſtitutum, pectus ſuum tundere, oculos in Cœlum leuare, dicere Miſerere mei Deus, &c. poſſit eum abſoluere, licet non petierit Confeſſionem? ibid.
43. An Confeſſarius poſſit abſoluere ægrotum, qui in eius abſentia Confeſſionem petiit, aut ſigna pœnitentiæ exhibuit? ibid.
44. An Sacerdos poſſit abſoluere moribundum, quando ij, qui teſtificantur de petitione Confeſſionis, non audierunt ab ipſo infirmo, ſed ab aliis, qui ab infirmo audierunt? ibid.
45. An poſſit abſolui moribundus ſenſibus deſtitutus, ſi teſtes non coram ipſo infirmo de petitione Confeſſionis teſtimonium Sacerdoti ferant? 142
46. An Confeſſarius poſſit abſoluere ſub conditione moribundum ſenſibus deſtitutum, qui nec Confeſſionem petiit, nec ſignum pœnitentiæ dedit? ibid.
47. An Confeſſarius non ſolùm poſſit, ſed debeat abſoluere moribundum in caſibus ſupradictis, etiamſi contrariam ſententiam tueatur? 143
48. An quando Confeſſarius ex opinione probabili abſoluit moribundum, poſſit illum abſoluere, & ſine hac conditione, *ſi poſſum, ſi capax es?* ibid.
49. An poſſit quis aliquod mortale, vel circunſtantiam tacere propter damnum graue, quod ſibi, vel alteri timet? ibid.
50. An qui vnum tantùm mortale habet, & de eo timet periculum dictum, teneatur ad confitenda venialia, ſi inſtet præceptum Confeſſionis? ibid.
51. An qui propter aliquod damnum tacet aliquod mortale, & confitetur alia, debeat procurare habere contritionem perfectam de illo peccato quod tacet? 144
52. An habens tantummodo vnum mortale, de quo timet dictum periculum, ſeu damnum, teneatur illud in genere confiteri? ibid.
53. An habens aliquod mortale, de quo prudenter timet graue incommodum, teneatur confiteri alia, ſi habeat, mortalia, occurrente neceſſitate ſumendi Euchariſtiam? ibid.
54. An ignorantia peccati excuſet ab integritate Confeſſionis? ibid.
55. An obliuio peccati excuſet à Confeſſione integra facienda? ibid.
56. An ſi vir ignoti idiomatis non habeat copiam Confeſſoris qui illum plenè intelligat, poſſit dimidiare Confeſſionem, & ſolum fateri aliqua peccata? ibid.
57. An liceat pœnitenti dimidiare Confeſſionem caſu quo inſtet receptio Euchariſtiæ, & occurrat ſimul neceſſitas Confeſſionis adeò longæ, vt tunc perfici non poſſit? 145
58. An dimidiatio Confeſſionis liceat ſolum eo tempore, quo viget præceptum confitendi? ibid.
59. An in caſibus enumeratis teneatur pœnitens, cum primùm poſſit ea, quæ tacuit peccata, confiteri? ibid.
60. An pœnitens poſſit explicare in Confeſſione, propter eius integritatem, complicem ſui peccati, ſi ex hoc nullum aliud damnum ſequatur complici, præter infamiam, quam apud Confeſſarium incurrit? ibid.
61. An non ſolum poſſit pœnitens, ſed ex obligatione debeat explicare in caſu poſito complicem ſui peccati? 146
62. An in prædicto caſu debeat ad minus pœnitens ex præcepto quærere alium Confeſſarium, cui complex ſui peccati non ſit cognitus? ibid.
63. An etiam poſſit pœnitens explicare complicem, quando id requiratur ad explicandum aliquod veniale, quod dat pro materia Confeſſionis? ibid.
64. An in hoc vltimo caſu peccaret mortaliter pœnitens, qui in Confeſſione manifeſtaret complicem ſui delicti, etiam ſine rationabili cauſa? 147
65. An aliquando poſſit Confeſſarius obligare pœnitentem ad declarandum complicem, etiamſi id neceſſarium non ſit ad explicandum proprium peccatum? ibid.
66. An ſit ex neceſſitate repetenda Confeſſio ſine vllo dolore facta? ibid.
67. An Confeſſio facta cum attritione falſa, ſed exiſtimata vera, ſit neceſſariò repetenda? ibid.
68. An teneatur iterare Confeſſionem, qui voluntariè aliquod mortale omiſit? 148
69. An teneatur iterare Confeſſionem, qui putans inuincibiliter non eſſe mortale, aliquod mortale in confeſſione omiſit? ibid.
70. An etiam non teneatur, qui temerè, aut erroneè, aut per ignorantiam craſſam putat non eſſe lethale, aliquod lethale omiſit? ibid.
71 An Ruſticus, qui groſſo modo, ſine certo numero peccatorum mortalium, indocto Parocho bona fide Confeſſus eſt, teneatur poſtea, detecto errore, Confeſſiones factas reiterare? ibid.
72. An ſaltem in dicto caſu teneatur Ruſticus denuò confiteri, & declarare numerum peccatorum, quem in aliis Confeſſionibus determinatè non fuit Confeſſus, ſed confusè tantùm? ibid.
73. An etiam maneat liber ab obligatione iterum confitendi, qui ob anguſtias temporis, aut vrgens periculum mortis non integrè confitetur, aut explicat numerum peccatorum? 149
74. An qui bona fide Confeſſus fuit maiorem numerum peccatorum quæ fecit, teneatur poſtea cognito errore, iterum numerum certum confiteri? ibid.
75. An Confeſſio, in qua quis ex defectu examinis oblitus fuit confiteri aliqua mortalia, ſit inualida, & iteranda? 150
76. An Confeſſio ex malo fine facta ſit inualida, & iteranda? ibid.
77. An Confeſſio facta à pœnitente excommunicato qui non fuit prius ab excommunicatione abſolutus quàm à peccatis, ſit inualida & iteranda? ibid.

78. An

78. An Confeſſio facta cum Confeſſario excommunicato, ſit inualida, & repetenda ? ibid.
79. An etiam ſit inualida & repetenda Confeſſio, ſi fiat cum Confeſſario excommunicato vitando in loco vbi ignoratur ? ibid.
80. An Confeſſio facta cum Sacerdote, cui Epiſcopus ficte dedit facultatem abſoluendi, ſit inualida, & iteranda ? ibid.
81. An Confeſſio facta cum Confeſſario, qui cum falſa licentia Ordinarij Confeſſiones excipit aliorum, ſit inualida, & iteranda? 151
82. An iteranda ſit Confeſſio facta cum Confeſſario, cui reuocatum fuit priuilegium audiendi Confeſſiones, ſed communiter ignorabatur ? ibid.
83. An reiteranda ſit Confeſſio facta cum Sacerdote habente facultatem abſoluendi, non certam, ſed probabilem ? ibid.
84. An iteranda ſit Confeſſio facta cum Confeſſario valdè ignaro ? ibid.
85. An ſit neceſſariò repetenda Confeſſio facta cum Confeſſario aliquantulum dormitante, & ob hoc non audiente aliqua peccata ? 152
86. An ſaltem in caſu, quo pœnitens poſt abſolutionem aduertit, Confeſſorem aliquod peccatum propter ſomnum, aut diſtractionem non intellexiſſe, ſed neſcit quod fuerit illud peccatum, teneatur repetere Confeſſionem ? ibid.
87. An quando pœnitens faſſus eſt peccata certa quæ fecit, de quibus tam ipſe, quàm Confeſſarius dubitarunt, an eſſent mortalia, teneatur iterum illa confiteri, ſi poſtea vel pœnitens, vel Confeſſor ſciat eſſe mortalia ? ibid.
88. An pœnitens qui non adimpleuit præcedentis Confeſſionis pœnitentiam, teneatur illam Confeſſionem reiterare ? 153
89. An Confeſſiones bona fide factæ poſt Confeſſionem inualidam, debeant neceſſariò repeti ? ibid.
90. An quando iteratur Confeſſio inualida cum Confeſſario, qui priorem illam Confeſſionem non audierit, neceſſe ſit repetere diſtinctè, & in particulari omnia mortalia ? ibid.
91. An etiam debeant repeti omnia mortalia diſtinctè, quando iteratur Confeſſio inualida cum eodem Confeſſario ? ibid.
92. An repetenda ſit Confeſſio, eo quòd ea audita, oportuit abſolutionem differre, & redeunte pœnitente, iam Confeſſarius non recordatur Confeſſionis ? ibid.

DISPVTATIO VI.

De vndecima qualitate Confeſſionis, quæ eſt, quod ſit ſecreta, & auricularis.

Quæſt. 1. QVanam ratione Confeſſio debeat eſſe ſecreta ? 154
2. An ſit de ſubſtantia Confeſſionis, quod ſecretò fiat ? ibid.
3. An ſaltem ſit de Iure Diuino, Confeſſionem ſecretò fieri ? ibid.
4. An poſſit licitè confiteri publicè, ſi adſit rationabilis cauſa ? ibid.

5. An ſit mortale abſque rationabili cauſa publicè confiteri ? ibid.
6. An peccet mortaliter Sacerdos, qui multos pueros in vnum congregatos ſimul in Confeſſione audit ? ibid.
7. An Confeſſio fieri poſſit per interpretem ? 155
8. An præcepto Eccleſiaſtico teneatur quis ad confitendum per interpretem ? ibid.
9. An ſaltem ad implendum præceptum Diuinum Confeſſionis extra articulum mortis, teneatur quis per interpretem confiteri, quando alio modo non poteſt ? ibid.
10. An ſaltem in mortis articulo teneatur quis Diuino præcepto ad confitendum per interpretem? ibid.
11. An ad valorem Sacramenti huius requiratur quod pœnitens, ſi poſſit, propria voce confiteatur ? ibid.
12. An ſaltem ex vi præcepti teneatur pœnitens, ſi poteſt, propria voce confiteri ? ibid.
13. An obligatio quam habet ex conſuetudine pœnitens ad confitenda per voces, ſua peccata, ſit ex ſuo genere grauis ? 156
14. An ſi pœnitens extra neceſſitatem daret Sacerdoti Confeſſionem in ſcripto, & poſt illam lectam, ſubiungeret per voces, *De his omnibus me accuſo*, ſufficienter ſatisfaceret conſuetudini Eccleſiæ, & ſuo debito ? ibidem.
15. An etiam ſatisfaceret pœnitens ſuæ obligationi, ſi oſtenſa Confeſſione in ſcripto, antequam Sacerdos illam legeret, ſe accuſaret dicendo, *Accuſo me de his peccatis, quæ in hac charta ſunt ſcripta ?* ibid.
16. An puella v. gr. quæ ob nimiam verecundiam peccata ſua ore explicare non valet, licitè poſſit per ſcriptum præſenti Sacerdoti confiteri ? ibid.
17. An tempore præcepti teneatur per ſcriptum confiteri præſenti Sacerdoti, qui aliter confiteri non poteſt ? 157
18. An Mutus, qui neſcit ſcribere, teneatur per nutus, & ſigna confiteri, ad implendum præceptum Confeſſionis? ibid.
19. An Mutus, qui ſolùm per nutus poteſt confiteri, licitè poſſit abſolui, etiam extra tempus, quo obligat præceptum Confeſſionis ? ibid.
20. Quonam modo poſſit confiteri Mutus ? ibid.
21. An Surdus teneatur Confiteri ? ibid.
22. An Surdus teneatur per ſcriptum confiteri, ſi aliter nequeat commodè explicare peccata ? ibid.

DISPVTATIO V.

De Contritione requiſita ad valorem Confeſſionis, quæ eſt eius duodecima qualitas, ſeu conditio.

Quæſt. 1. QVanam ratione Confeſſio debeat eſſe lachrymabilis ? 158
2. An Sacramentum Pœnitentiæ poſſit eſſe validum, & fructuoſum, ſine contritione, vel attritione ? ibid.
3. An Dolor neceſſariò requiſitus ad valorem Sacramenti, debeat Confeſſionem præcedere ? ibid.
4. An quando quis iterum confitetur eadem peccata, à quibus iam directè fuerat abſolutus, teneatur habere nouum dolorem eorundem peccatorum ? ibid.

5. An ſaltem quando quis obliuiſcitur vnius, aut alterius peccati, & ſtatim poſt abſolutionem recordatur, & addit illud, indigeat nouo actu doloris? 159

6. An actus doloris, ſi per multum temporis præcedat Confeſſionem, aut abſolutionem, ſufficiens ſit ad efficiendam Confeſſionem validam? ibid.

7. An dolor requiſitus ad Confeſſionem, neceſſariò debeat elici à pœnitente ex intentione confitendi peccata? ibid.

8. An ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiæ ſufficiat habere attritionem? 160

9. An etiam ſufficiat habere attritionem, vt talem cognitam? ibid.

10. An etiam in articulo mortis ſit ſufficiens attritio cognita cum Sacramento? ibid.

11. An ad effectum Sacramenti ſufficiat attritio, qua pœnitens dolet, ſe non habere dolorem peccatorum? ibid.

12. An attritio habita ob metum ſolum gehennæ, & pœnarum, vel ob turpitudinem peccati, ſufficiat ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiæ? 161

13. An attritio ob metum pœnæ Purgatorij ſit ſufficiens ad valorem Sacramenti? ibid.

14. An attritio ob infamiam, aut mortem, quam Iudex infligere poteſt, aut ob aliud malum temporale, ſit etiam ſufficiens ad effectum Pœnitentiæ ſuſcipiendum? ibid.

15. An dolor de peccato, propter turpitudinem abſtrahentem à Deo, v.g. dolor de furto propter ſpecialem malitiam furti prout opponitur iuſtitiæ, ſine alio reſpectu ad Deum, ſit vera attritio? ibid.

16. An ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ requiratur dolor formalis, vel ſaltem virtualis omnium mortalium? ibid.

17. An etiam ad valorem Sacramenti requiratur dolor omnium venialium? ibid.

18. An ad contritionem requiratur dolor ſummè intenſus? ibid.

19. An vt contritio acceptetur à Deo, egeat duratione & continuatione aliqua? 162

20. An ad valorem contritionis requiratur recogitatio explicita, & ſingularis omnium peccatorum in particulari? ibid.

21. An quando pœnitens peccata in ſpeciali confitetur, teneatur tunc ſingulorum peccatorum habere ſingularem contritionem? ibid.

22. An requiratur propoſitum non peccandi ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ? ibid.

23. An ex defectu doloris poſſit dari Sacramentum Pœnitentiæ informe, id eſt, validum eſſentialiter, ſed abſque effectu gratiæ? 163

24. An in Confeſſione, quæ de venialibus fit, requiratur dolor efficax de illis? ibid.

25. An ſit mortale confiteri ſola venialia abſque vllo dolore? ibid.

26. An etiam ſit mortale non habere dolorem de omnibus venialibus, quæ in Confeſſione explicantur? 164

27. An ſaltem in caſu, quo pœnitens confiteatur aliquod veniale, abſque dolore, teneatur ſub mortali dicere, ſe non dare illud peccatum pro materia abſolutionis? ibid.

28. An ad Confeſſionem venialium requiratur propoſitum formale, vel virtuale non peccandi? ibid.

29. An poſſit quis habere dolorem ſufficientem de vno veniali, abſque dolore de aliis eiuſdem ſpeciei? ibid.

30. An quando quis ſe accuſat de mendaciis v.gr. in communi, non explicando eorum numerum, remittantur omnia? ibid.

31. An poſſit abſolui pœnitens, qui ſtatim poteſt totum reſtituere, & non vult niſi per partes, ob aliquod emolumentum ſibi inde proueniens? ibid.

32. An qui eſt in occaſione peccandi poſſit abſolui? 165

33. An poſſit abſolui, qui occaſionem dubiam peccandi non vult relinquere? ibid.

34. An poſſint abſolui adoleſcentes, qui verſantur cum fœminis laborando, vel conuerſando, ſi ſæpè ex tali occaſione, conſenſu, tactibus, vel copula peccent mortaliter? ibidem.

35. An non poſſit abſolui concubinarius vſquedum expellat concubinam quam domi ſuæ retinet? ibid.

36. An poſſit abſolui concubinarius non reiecta è domo concubina, eo quòd nequeat, abſque magno detrimento ſuæ vitæ, honoris, vel pecuniæ? ibid.

37. An poſſit abſolui filiusfamilias qui in domo patris retinet concubinam, cum qua ſolet peccare, illam tamen ipſe expellere non poteſt? 166

38. An poſſit abſolui concubinarius, non reiecta è domo concubina, eo quòd famam amitteret, ſi concubinam expelleret? ibid.

39. An poſſit abſolui non reiecta concubina, concubinarius qui dictæ fœminæ dedit mutuò verbi gratia centum aureos, & credit illos eſſe amiſſurum, ſi domo illam expellat? ibid.

40. An poſſit abſolui fœmina cum viro cohabitans, etiamſi non proponat domum eius deſerere, caſu quo ſemel, aut iterum copulæ conſentiat, pluries verò reſiſtat? ibid.

41. An non reiecta concubina, poſſit concubinarius abſolui, ſi aliquo modo reincidendi periculum ceſſauerit? ibid.

42. An poſſit abſolui pœnitens, qui fœminam domi ſecum habitantem ſæpè concupiſcit? 167

43. An poſſit abſolui concubinarius, qui iam nihil habet cum concubina, ſed ſolùm præbet ſcandalum ex ſecum cohabitatione, vel frequenti viſitatione? ibid.

44. An poſſit abſolui pœnitens qui adhuc poſt repetitam monitionem, modò cum vna, modò cum altera fornicatur? ibid.

45. An poſſit abſolui pœnitens qui ex carnis fragilitate ſæpius in mollitiem incidit? ibidem.

46. An poſſit abſolui Confeſſarius, qui ex deuotione excipit Confeſſiones, in quibus audiendis crebrò voluntariè polluitur? ibid.

47. An ſaltem ſi Confeſſarius ſit Parochus, poſſit in prædicto caſu abſolutè abſolui? ibid.

48. An poſſit abſolui Medicus, vel Chirurgus, qui in medendis fœminis ſæpè peccat, ſi propoſitum ceſſandi à curatione non habeat? 168.

49. An pœnitens qui ſæpius abſolutus relabitur in periurium, mollitiem, aut alia peccata, quorum occaſionem nullo modo, aut vix expellere poteſt, poſſit abſolui, non obſtante conſuetudine præterita? ibidem.

50. An

50. An ſaltem quando occaſio proxima tolli non poteſt propter ſcandalum, aut graue detrimentum, &c. poſſit Confeſſarius differre abſolutionem per aliquod tempus? ibid.
51. An poſſit abſolui pœnitens firmiter proponens denuo reſtituere, ſi ſemel, & iterum promiſſioni de reſtitutione Confeſſori datæ non ſtetit? 169
52. An poſſint abſolui fœminæ crebrò comedentes ſalem, carbones, terram, ſaccarum & ſimilia? ibid.
53. An poſſit abſolui pœnitens, qui non eſt paratus abſtinere rerum uſu calidarum, ingerentiũ ſibi graues tentationes carnis, ad peccati conſenſum impellentes? ibid.
54. An poſſit abſolui concubina, quæ nolit omittere voluntatem viſitandi ſuum concubinarium ægrotantem, ſine animo tamen peccandi de cætero cum illo? ibid.
55. An poſſit abſolui Hoſpita, ſine propoſito non recipiendi hoſpitem, quocum pluries peccauit, quando abſque magno ſcandalo, aut detrimento non poſſit eum ab hoſpitio ſuo prohibere? ibid.
56. An poſſit abſolui pœnitens, qui licèt proponat amplius non peccare, credit tamen propter conſuetudinem peccandi quam habet, ſe propoſito non ſtaturum, ſed potius peccaturum? 170
57. An poſſit abſolui pœnitens, qui contrariam opinionem Confeſſoris ſequitur? ibid.
58. An non ſolum poſſit, verùm etiam vterque Confeſſarius teneatur in prædicto caſu pœnitentem abſoluere? ibid.
59. An non ſolum Confeſſarius proprius, verum etiam non proprius teneatur ſub mortali abſoluere pœnitentem habentem pro ſe opinionem probabilem? ibid.
60. An audiendus ſit à Confeſſore, qui nullatenus examinauit conſcientiam ſuam? 171
61. An ſaltem rudes homines, & ignari admitti ad Confeſſionem poſſint, abſque præuio conſcientiæ ſufficienti examine? ibid.
62. An poſſint admitti ad confeſſionem, abſque vllo omnino examine, qui ſolùm de venialibus, aut de mortalibus alias confeſſis confiteri volunt? ibid.
63. An pœnitens teneatur ad ſummam diligentiam adhibendam in diſcutienda conſcientia, & reuocandis peccatis in memoriam? ibid.
64. An qui crebrò confitentur, minorem teneantur curam adhibere in ſcrutanda conſcientia quàm qui rarò? 172
65. An Confeſſarius teneatur ad examinandum pœnitentem exquiſita induſtria, & exactiſſimo examine? ibid.
66. An Confeſſarius debeat pro qualitate pœnitentium plures, aut pauciores interrogationes facere? ibid.
67. Quanam ratione Confeſſio debeat eſſe Accelerata, Fortis, Accuſans, & Obtemperans? ibid.
68. An poſſit abſolui ille, qui exercet artem per ſe licitam, eſt tamen illi occaſio peccandi? ibid.
69. An etiam poſſint abſolui ſartores, qui ſunt in occaſione furandi, dum veſtes conſuunt? 173
70. An Hiſtriones, vulgò *Comediantes*, qui ſunt in occaſione peccandi, vel ipſi ſunt occaſio vt alij peccent, poſſint abſolui, ſi artem hiſtrionicam nolint relinquere? ibid.
71. An Principes inſeruientes fœminis nobilibus in Palatio Regio exiſtentibus, poſſint abſolui caſu quo habeant occaſionem proximam peccandi, moroſè ſe delectando, aut conſentiendo in prohibitum, & ipſam non relinquant? ibid.
72. An Monialis quæ eſt in occaſione proxima peccandi cum ſuo deuoto per tactus inhoneſtos, v. g. poſſit abſolui caſu, quo ex dimiſſione talis occaſionis amittat magnam aliquam commoditatem temporalem, qua dicta Monialis maximè indiget? ibid.
73. An maritus qui eſt in occaſione proxima peccandi cum ſua vxore, poſſit abſolui etiamſi occaſionem talem non omittat? ibid.
74. An Concubinarius, ſeu Concubina perſiſtens in occaſione proxima peccandi, ob metum cadentem in conſtantem virum, poſſit Sacramentaliter abſolui? ibid.

DISPVTATIO VIII.

De Circumſtantiis peccatorum neceſſariò in Confeſſione explicandis.

§. I.

De Circumſtantiis in communi.

Quæſt. 1. AN Circumſtantia ſit id, quod circumſtat accidentaliter ſubſtantiam actus habentis ſpeciem ex proprio obiecto? 174
2. An Circumſtantiæ humanorum actuum ſint tantùm hæ ſeptem: *Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando*? ibid.
3. An omnes circumſtantiæ peccatorum mortalium mutantes ſpeciem, ſint neceſſariò in Confeſſione explicandæ? 175
4. An etiam circumſtantiæ notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem, ſint neceſſariò confitendæ? ibid.
5. An Circumſtantiæ notabiliter minuentes, ſeu alleuiantes peccatum intra eandem ſpeciem, ſint neceſſariò confitendæ? ibid.
6. An ſaltem licitè poſſit pœnitens has minuentes circumſtantias in Confeſſione fateri? ibid.

§. II.

De Circumſtantia, Quis.

Quæſt. 1. QVid denotat circumſtantia, Quid? 176
2. An Religioſus, aut initiatus ſacris, fornicans teneatur fateri circumſtantiam voti, aut Ordinis? ibid.
3. An Sacerdos ſæcularis ſatisfaciat ſi in Confeſſione dicat, ſe violaſſe votum caſtitatis in tali malitia, non manifeſtando votum ſolemne Ordinis quod habet? ibid.
4. An etiam Religioſus Profeſſus, ſeu Monialis ſatisfaciat dicendo, ſe violaſſe votum caſtitatis, non explicando ſtatum Religioſum? ibid.
5. An Sacerdos ſæcularis debeat in peccatis contra caſtitatem explicare Sacerdotium? ibid.
6. An initiatus Sacris, & ſimul profeſſus, teneatur vtriuſque voti circumſtantiam explicare? 177

7. An mulier, quæ cum Sacerdote ſæculari, vel regulari peccauit, ſatisfaciat dicendo ſe peccaſſe cum habente Ordinem Sacrum? ibid.

8. An peccans contra votum ſimplex, & ſolemne, teneatur vtrumque in confeſſione explicare? ibid.

9. An peccans cum Nouitio, vel Nouitia, teneatur hanc circunſtantiam fateri? ibid.

10. An qui habet votum caſtitatis, debeat votum explicare, quando ipſe conſilio, vel auxilio cauſa fuit, vt alij tale votum non habentes peccarent? ibid.

11. An Frigidus, aut Eunuchus accedens ad mulierem teneatur circumſtantiam impotentiæ generandi confiteri? ibid.

12. An ſponſus, & ſponſa de futuro teneantur circumſtantiam ſponſalium confiteri, dum confitentur copulam fornicariam cum alia? 178

13. An Epiſcopus, Generalis, aut alius Prælatus, ſi peccent mortaliter, teneantur circumſtantiam Prælationis fateri? ibid.

14. An qui poſt votum ſolemne Profeſſionis, aut Ordinis Sacri emittit votum de non committenda mollitie, aut fornicatione, teneatur explicare circunſtantiam voti emiſſi poſt Profeſſionem, aut poſt ſuſceptionem Ordinis Sacri? ibid.

15. An prima amiſſio virginitatis in viris ſit neceſſariò in Confeſſione aperienda? ibid.

16. An quando fœmina ſponte virginitatem amittit; teneatur circumſtantiam virginitatis fateri? 179

17. An ſaltem ſi fœmina cum primò fornicatur eſt ſub cura parentum, vel tutorum, teneatur circumſtantiam virginitatis fateri? ib.

18. An ſi fœmina virgo voluntariè ſe polluat, aut tactus impudicos habeat, teneatur explicare circumſtantiam virginitatis? ibid.

19. An qui virginem violenter violauit, teneatur fateri ſe, & cum virgine copulam habuiſſe, & per violentiam? ibid.

20. An iuueni qui moroſè delectatur de virgine, ſine voluntate tamen inferendi ei violentiam, ſufficiat in Confeſſione dicere, ſe delectationem habuiſſe circa ſolutam? ibid.

21. An in delectatione moroſa fatenda ſit neceſſariò circumſtantia obiecti, v.g. ſi mulier, de qua ſumpta eſt delectatio, ſit Soluta, Coniugata, Monialis, &c. 180

22. An Religioſus peccet contra votum caſtitatis per delectationem moroſam de copula cum aliqua? ibid.

23. An ſaltem Religioſus peccet contra votum caſtitatis per delectationem moroſam, caſu quo per mentem ſeparet circumſtantiam ſui ſtatus, & apprehendat ſe in ſtatu ſæculari, & ſine voto? ibid.

24. An coniugatus, ſaltem ſi mente præſcindat circumſtantiam coniugij, quatenus ſe tenet ex parte ſui, contrahat etiam ſpecialem malitiam adulterij, ſi delectetur de copula cum aliqua ſoluta? ibid.

25. An quando conditio, ſeu ſtatus pœnitentis eſt notus Confeſſario, neceſſarium ſit, quod ſe accuſet de illa circumſtantia, dicendo ſe eſſe Sacerdotem, coniugatum, &c. 181

§. III.

De Circumſtantia, Quid.

Quæſt. 1. QVid denotetur per ſecundam circumſtantiam *Quid*? 181

2. An quantitas furti ſit neceſſariò explicanda in Confeſſione? ibid.

3. An circumſtantia parui furti debeat aliquando confiteri? ibid.

4. An furari coram Iudice, vel cum manifeſto periculo vitæ, ſit circumſtantia neceſſariò fatenda? ibid.

5. An in peccatis carnis debeat neceſſariò explicari circumſtantia copulæ conſummatæ: An verò ſufficiat illi, qui fornicationem patrauit, dicere: Commiſi peccatum graue contra caſtitatem cum ſoluta? ibid.

6. An in peccato Sodomiæ teneatur pœnitens explicare, fueritne agens, vel patiens? 182

7. An copula Fidelis cum Infideli, hoc eſt Baptizati cum non Baptizata, ſit circumſtantia neceſſariò explicanda? ibid.

8. An quando quis fatetur ſe odiſſe proximum, teneatur explicare malum deſideratum, nempe an fuerit mors, infamia, vel paupertas proximi? ibid.

9. An qui vno iracundiæ impetu, abſque morali interruptione temporis profert in alium multa verba continentia vnam ſpecie iniuriam, vt ſi decies appellet Ebrium, vel Furem, &c. vnum tantùm peccatum committat? ibid.

10. An ſaltem ſi aliquis proferat in alium multa verba iniurioſa, ſignificantia diuerſas in ſpecie iniurias, vtputa, quod ſit Fur, Falſarius, Sodomita, Hæreticus, &c. plura peccata committat, & debeat illa in Confeſſione explicare? ibid.

11. An ſit neceſſarium in Confeſſione explicare materiam, aut perſonam, de qua quis temere iudicauit? 183

12. An in mero peccato iactantiæ debeat aliquis explicare ſpecies peccati, de quo ſe iactauit, & laudauit? ibid.

13. An qui dedit conſilium de opere illicito, teneatur explicare ſpecies peccati, quod conſuluit? ibid.

14. An pœnitens teneatur in Confeſſione explicare modum, diuerſitatem, aut qualitatem blaſphemiarum in Deum, v.g. an fuerit: Pœniteat Deum, vel Per Dei vitam, &c. 184

15. An ſaltem teneatur pœnitens explicare contra quem fuerit Blaſphemia, an contra Deum, an contra Sanctos? ibid.

16. An pœnitens etiam explicare teneatur, an blaſphemia fuerit contra Beatam Virginem, an contra alios Sanctos? ibid.

17. An qui in peccatum hæreſis incidit, teneatur explicare eius qualitatem, ſcilicet an fuerit Ariana, vel Caluiniana, vel Lutherana. ibid.

18. An pœnitenti apoſtatæ ſatis ſit explicare ſe in hæreſim incidiſſe, an verò teneatur dicere, Reliqui fidem Catholicam, quam profitebar, & tranſij ad Iudaiſmum, Paganiſmum, aut Caluiniſmum, &c. ibid.

19. An qui vnico actu voluntatis vult plures (v.g. decem) homines occidere, aut ad decem mulieres eiuſdem conditionis accedere, aut ad eandem mulierem decies, debeat explicare illam circumſtantiam obiectorum? 185

20. An ſi quis de facto vnico ictu, & impetu decem

Digitized by Google

cem occidat homines, decem peccata in Confeſſione neceſſariò fatenda committat? ibid.

21. An qui vnico verbo lædit famam & honorem trium v.g. hominum, tria numero peccata committat in Confeſſione fatenda? ibid.

22. An ſi quis vnico ictu tres occidat Clericos, in tres excommunicationes, & tres irregularitates incurrat? ibid.

23. An qui vult occidere Petrum, cum tota ſua familia, vnicum tantùm committat homicidium? ibid.

24. An qui maledicit Deo, & duodecim Apoſtolis, aut imprecatur malum Paolo, & toti eius familiæ, vnicum etiam peccatum committat? 186

25. An ſi quis vnico tempore, & actu pluribus Iniuriam inferat, tot peccata fatenda committat, quot ſunt perſonæ, quæ tali iniuria afficiuntur? ibid.

26. An ſi quis vnico actu ſurripiat à pluribus quantitatem notabilem, plura patret peccata, & teneatur numerum perſonarum exprimere? ibid.

27. An qui vnico actu voluntatis ſtatuit omittere officium Diuinum per integrum menſem, aut Ieiunium per totam Quadrageſimam, aut per totam illam carnibus veſci, vnicum tantùm peccatum committat? ibid.

28. An qui vnico actu mollitiei recogitat plures cõiugatas, aut plures Moniales, plura peccata committat? 187

29. An qui tria adulteria, vel tres ſimplices fornicationes cum tribus coniugatis, vel ſolutis commiſit, teneatur explicare in Confeſſione, ſe cum tribus fœminis nuptis, vel ſolutis rem habuiſſe? ibid.

30. An qui peccatum beſtialitatis commiſit, teneatur explicare ſpecies animalium, cum quibus tam nefarium ſcelus commiſit? ibid.

31. An in peccato Sodomiæ explicanda ſit perſona, cum qua perpetrata fuit, an videlicet fuerit à maſculo cum maſculo habita, vel a maſculo cum fœmina? ibid.

32. An ſi aliquis coiens cum homine, & ſuperincumbens ſuper eum, ſicuti ſuper mulierem, polluatur, teneatur iſtam aperire circomſtantiam? ibid.

33. An quando aliquis tangendo aliquem voto caſtitatis adſtrictum, ſe ſolus polluit, teneatur aperire voti circumſtantiam? ibid.

34. An circumſtantia conſanguinitatis, & affinitatis in gradibus, qui impedimentum afferunt Matrimonij, ſit neceſſariò explicanda? 188

35. An affinitas, & conſanguinitas ſint circumſtantiæ ſpecie differentes? ibid.

36. An ſit neceſſarium explicare in Confeſſione gradus conſanguinitatis, vel affinitatis perſonæ ad quam quis luxurioſè acceſſit? ibid.

37. An ſit declarandum, copulam fuiſſe cum Matre, vel cum Filia: an verò ſufficiat dicere, fuiſſe cum conſanguinea in primo gradu? 189

38. An etiam ſit declarandum, copulam fuiſſe cum Patre, aut Auo? ibid.

39. An ſit differentia ſpecifica inter copulam cum Matre, aut cum Nouerca, & cum Filia, aut cum Filiaſtra? ibid.

40. An in peccato cum ſorore debeat explicari eſſe ſororem ex vtroque parente? ibid.

41. An ſit declarandum, copulam fuiſſe cum Matre, aut cum ſorore? ibid.

42. An qui peccauit cum propria filia, & poſtea cum nepte ſua, filia eiuſdem filiæ, debeat id explicare? ibid.

43 An affinitas ex Matrimonio, & affinitas ex copula illicita orta in æquali gradu differant ſpecie? ibid.

44. An cognatio legalis, quæ oritur ex adoptione alicuius in filium, debeat explicari in copula illicita? ibid.

45. An inceſtus inter cognatos legales differat ſpecie ab inceſtu habito inter conſanguineos, & affines naturales? ibid.

46. An ſit neceſſarium explicare gradus conſanguinitatis & affinitatis legalis perſonæ, ad quam quis accedit? ibid.

47. An inceſtus inter cognatos ſpirituales habitus ſit diuerſus ſpecie ab inceſtu ſupra explicato, in cognatione carnali, & legali? 190

48. An pœnitens teneatur in Confeſſione explicare radicem cognationis ſpiritualis, an ſcilicet orta fuerit ex Baptiſmo, an ex Confirmatione? ibid.

49. An etiam ſit neceſſarium explicare in Confeſſione gradus cognationis ſpiritualis perſonæ, cum qua habita eſt copula? ibid.

50. An coïtus Sodomiticus inter cognatos, & affines habeat rationem inceſtus in Confeſſione aperiendi? ibid.

51. An Confeſſarius, qui omnino extra Confeſſionem carnaliter peccauit cum pœnitente, teneatur declarare hanc circumſtantiam? ibid.

52. An ſtando in opinione contraria nuper relata, teneatur Confeſſarius fateri circumſtantiam Confeſſoris in peccato carnali cum pœnitente maſculo? 191

53. An etiam ſtando in dicta opinione, quod Confeſſarius teneatur confiteri circumſtantiam copulæ habitæ cum fœmina pœnitente, teneatur confiteri illam in tactibus impudicis cum eadem habitis? ibid.

54. An duplicatio circumſtantiæ adulterij ex parte vtriuſque coniugis, vel ſacrilegij ex parte vtriuſque perſonæ Religioſæ, ſit neceſſariò fatenda? ibid.

55. An circumſtantia raptus ſit neceſſariò explicanda, ſi fœmina in copulam conſentiat? ibid.

56. An Prælatus, vel Pater omittens correctionem ſubditi, vel filij, ſatisfaciat ſi in Confeſſione dicat, *Omiſi correctionem proximi*? 192

57. An ſi Gubernator, aut alia perſona publicum Magiſtratum gerens furetur aliquid, debeat circumſtantiam ſui officij explicare, ratione cuius debebat furta in Ciuitate impedire? ibid.

58. An ſi aliquis Sacerdos percutiat aliquem notabiliter, vel occidat, teneatur explicare circumſtantiam Sacerdotij? ibid.

59. An habens copulam cum aliqua fœmina mortua ſatisfaciat, ſi in confeſſione dicat, ſe pollutionem habuiſſe? ibid.

60. An copula habita occaſionaliter cum fœmina ſomno oppreſſa inuenta, habeat malitiam raptus formalis, neceſſariò in confeſſione exprimendam? ibid.

§.4.

§. IV.

De Circumſtantia, Vbi.

Quæſt. 1. QVid denotet Circumſtantia, *Vbi?* 192
2. An omnia mortalia commiſſa in loco Sacro, habeant ſpecialem malitiam neceſſariò confitendam? 193
3. An ſaltem peccata, quæ non habent cum loco ſacro peculiarem repugnantiam (vt ſunt Blaſphemiæ, Iouidiæ, &c.) licèt non habeant malitiam grauem neceſſariò confitendam, habeant tamen malitiam venialiter aggrauantem? ibid.
4. Quæ, & quot ſunt peccata prohibita intuitu loci ſacri, humano iure? ibid.
5. An quodcumque homicidium in Eccleſia patratum ſit ſacrilegium? ibid.
6. An percuſſio grauis in Eccleſia, ſi fiat ſine occiſione, aut effuſione ſanguinis, ſit ſacrilegium? ibid.
7. An quæcumque effuſio iniurioſa, & peccaminoſa ſanguinis, facta in Eccleſia, afferat malitiam ſacrilegij neceſſariò confitendam? ibid.
8. An committat ſacrilegium qui exiſtens in Eccleſia alium foris exiſtentem iclo, aut ſclopeto occidit? ibid.
9. An homicidium, effuſio ſanguinis, vel ſeminis, & aliæ actiones, quibus Eccleſia polluitur, ſi occultè fiant in Eccleſia, contineant malitiam ſacrilegij in confeſſione explicandam? ibid.
10. An quæcumque effuſio voluntaria ſeminis in Eccleſia ſit ſacrilegium? 194
11. An aſpectus, nutus, & confabulationes inhoneſtæ in Eccleſia habitæ, habeant ſpecialem malitiam ſacrilegij explicandam in Confeſſione? ibid.
12. An ſaltem tactus leues impudici, veluti per manus, pectora, &c. in Eccleſia habiti, habeant ſacrilegij malitiam? ibid.
13. An tandem tactus impudici in partibus inhoneſtis, & pudendis facti in Eccleſia, habeant ſpecialem malitiam mortalem ſacrilegij? ibid.
14. An copula inter coniugatos habita in Eccleſia habeat ſpecialem malitiam ſacrilegij? ibid.
15. An qui fornicatur geſtando aliquas reliquias, vel Agnum benedictum, committat ſacrilegium neceſſariò in Confeſſione explicandum? 195
16. An ſaltem ſacrilegium graue committeret, qui dictas res ſacras daret amaſiæ, tanquam pretium actus venerei? ibid.
17. An ſi quis furetur res profanas in loco Sacro (v.g. crumenam alicuius in Eccleſia exiſtentis) committat ſpeciale peccatum ſacrilegij neceſſariò confitendum? ibid.
18. An furari res profanas de Eccleſia, hoc eſt traditas ipſi Eccleſiæ in depoſitum, in pignus, vel cuſtodiam, habeat malitiam mortalem ſacrilegij? ibid.
19. An furari modicum pecuniæ à Confeſſario in ipſa Confeſſione, ſit ſacrilegium, & circumſtantia neceſſariò confitenda? ibid.
20. An furari à Clerico aliquid iure Eccleſiaſtico poſſeſſum, contineat malitiam ſacrilegam neceſſariò confitendam? ibid.
21. An furari res ſacras de loco non ſacro, v.g. calicem conſecratum extra Eccleſiam, ſit ſacrilegium neceſſariò confitendum? 196
22. An qui furatur rem ſacram de loco Sacro, teneatur hanc duplicem circumſtantiam rei & loci fateri? ibid.
23. An ſi quis exiſtens in Eccleſia, aut extra illam deſideret habere pollutionem in Eccleſia, inibi furari, vel aliquem occidere, teneatur circumſtantiam loci explicare? ibid.
24. An etiam ſi quis exiſtens in Eccleſia haberet volitionem patrandi præfata peccata extra Eccleſiam, committeret mortale ſacrilegium? ibid.
25. An pollutio habita in Oratorio alicuius domus, in quo de licentia Epiſcopi Miſſa celebratur, contrahat malitiam ſacrilegij neceſſariò confitendam? ibid.
26. An pollutio habita in cellis Religioſorum, quas ſuperior Conuentus ſingulis noctibus benedicit, & aqua luſtrali aſpergit, contineat ſpecialem malitiam ſacrilegij? ibid.
27. An omnis extractio rei ab Eccleſia ſit ſacrilegium? ibid.
28. An Iudex poſſit abſque ſacrilegio à fruentibus immunitate Eccleſiæ auferre arma intra illam? 197
29. An ſacrilegium committat Iudex, qui ſub doloſis verbis reum ad egrediendum ab Eccleſia decepit? ibid.

§. V.

De Circumſtantia, Quibus auxiliis.

Quæſt. 1. QVid denotatur per circumſtantiam, *Quibus auxiliis?* 197
2. An ſit neceſſarium explicare inſtrumenta, quibus ſcelus patratum eſt? ibid.
3. An pœnitens teneatur explicare circumſtantiam inductionis ad peccatum, quando perſonæ quas induxit, erant paratæ ad illud? ibid.
4. An qui vtitur aliqua perſona parata, vt ſuo maleficio aliud cum pacto dæmonis ſoluat, teneatur hanc circumſtantiam inductionis fateri? ibid.
5. An ſaltem teneatur pœnitens explicare circumſtantiam inductionis, ſi verbis expreſſis alterum non paratum ad peccandum induxit ſecum? ibid.
6. An in Confeſſione fatenda ſit ſemper circumſtantia ſcandali? 198
7. An ſemper debeat in Confeſſione explicari ſpecies peccati, ad quod proximus directè, vel indirectè inducitur? ibid.
8. An explicandus ſit numerus perſonarum, quibus vnica vice, ac vnico peccato ſcandalum datum eſt, vt quando aliquis coram multis peccauit, & turpia v.g. loquutus eſt? ibid.
9. An ſaltem explicandus ſit ſtatus perſonarum coram quibus aliquis peccauit, & indirectè eas ad peccatum induxit (turpiter v.g. loquendo) an ſint coniugati, Sacerdotes, Religioſi, &c. ibid.
10. An qui directè, & per ſe ad peccandum venialiter alterum inducit, peccet mortaliter, & teneatur circumſtantiam inductionis confiteri? 199

§. V I.

De Circunſtantia, Cur.

Quæſt. 1. QVid denotetur per circumſtantiam, *Cur ?* 199

2. An quando medium malum eligitur propter finem malum, ſit neceſſarium vtrumque ſimul in Confeſſione explicare ? ibid.

3. An quando finis non eſt de ſe malus, medium autem eſt malum, debeat explicari ipſe finis, vt ſi quis omittat Miſſam propter ſtudium, debeat explicare finem, nempe ſtudium, an ſolùm omiſſionem Miſſæ ? ibid.

4. An quando finis ſolùm continet malitiam venialem, ſit neceſſarium hanc circunſtantiam fateri ? ibid.

5. An qui furatur propter fornicationem, ſufficiat ſi in Confeſſione dicat : *Furatus ſum*, & poſtea per alium actum, *habui intentionem fornicandi ?* ibid.

6. An tactus, oſcula & amplexus præcedentes fornicationem, ſint peccata numero diſtincta ab ipſa, & neceſſariò confitenda ſimul cum fornicatione ? ibid.

7. An in caſu quo explicandi ſunt tactus, oſcula, &c. explicari debeat numerus eorum, an verò ſufficiat explicare tempus, aut numerum occaſionum ? 200

8. An ſaltem tactus, & oſcula, quæ ipſam copulam conſequuntur, debeant explicari tanquam diſtincta peccata à copula præcedenti ? ibid.

9. An delectatio ſaltem, aut gaudium de fornicatione habita, quæ ſtatim poſt copulam habetur, ſit neceſſariò in Confeſſione explicanda ? ibid.

10. An ſaltem ſi quis habuit tactus, & oſcula cum aliqua muliere, ſine intentione accedendi ad illam, ſi poſtea mutato animo in eadem occaſione accedat ; teneatur non ſolùm copulam confiteri, verùm etiam tactus, & oſcula ? ibid.

11. An mulier, quæ oppreſſa metu, vel fame graui conſenſit peccato carnali, teneatur hanc fateri circunſtantiam ? 201

12. An quando quis peccat, aliàs non peccaturus, ex confidentia obtinendi Iubileum, aut miſericordiam Dei, quam habet de remiſſione obtinenda, debeat hanc circunſtantiam confidentiæ in Confeſſione explicare ? ibid.

§. V I I.

De Circunſtantia, Quomodo.

Quæſt. 1. QVid denotatur per Circumſtantiam, *Quomodo ?* 201

2. An circumſtantia, ſeu modus intentionis, quo quis peccat, debeat neceſſariò explicari in Confeſſione ? ibid.

3. An ſi quis hominem occidat diſcerpendo poſtea cadaueris membra, extrahendo iecur, & ſimilia, teneatur non ſolùm homicidium, ſed etiam hanc circumſtantiam explicare ? ibid.

4. An circunſtantia durationis temporis in peccato ſit neceſſariò confitenda ? ibid.

5. An diuturnitas voluntariæ retentionis rei alienæ ſit circumſtantia in Confeſſione aperienda ? 202

6. An circunſtantia interruptionis actus interni ſit toties quoties in Confeſſione explicanda ? ibid.

7. An qui decem (v.g.) vicibus ſurripuit quantitatem mille aureorum, teneatur explicare in confeſſione numerum actionum, quibus tantam quantitatem furatus eſt ? ibid.

8. An qui per noctem cum eadem bis, ter, aut amplius copulam habuit, teneatur neceſſariò explicare numerum fornicationum ? 203

9. An Circumſtantia contemptus ſit neceſſariò explicanda in Confeſſione ? ibid.

10. An ſi quis ex indignatione nolit obedire Prælato, debeat circumſtantiam indignationis fateri ? ibid.

11. An Religioſus, qui violat præceptum formale Prælati, contrahat duplicem malitiam ſpecificam in Confeſſione explicandam ; alteram contra votum obedientiæ, & alteram contra Præceptum, & obedientiam debitam Prælato ? ibid.

12. An ſi duo Superiores eandem rem ſubdito ſub præcepto prohibeant, bis peccet non obediendo ? ibid.

13. An circumſtantia iniuriæ, vel damni commiſſi in Dominum, Patrem, vel Benefactorem, ſit in Confeſſione explicanda ? 204

14. An ſit neceſſariò explicandum in Confeſſione, an peccatum ſcienter, an potiùs ex ignorantia culpabili admiſſum ſit ? ibid.

15. An fatenda ſit circumſtantia peccati ex ignorantia affectata commiſſi ? ibid.

16. An qui falsò putauit alicui peccato eſſe annexam excommunicationem, teneatur fateri circumſtantiam excommunicationis exiſtimatæ ? ibid.

17. An qui violauit ieiunium, putans, ſed falſo, eſſe vigiliam, debeat explicare ſe violaſſe ieiunium cum conſcientia erronea ? ibid.

18. An qui commiſit aliquod peccatum, cuius periculo priùs ſe expoſuit, teneatur vtrumque explicare dicendo : Expoſui me periculo, & ipſo ſuperatus ſum ? ibid.

19. An qui tempore grauis tentationis omittit orare, & tentationi ſuccumbit, committat duplex peccatum neceſſariò confitendum, alterum contra Religionem, alterum contra Caſtitatem ? 205

20. An conſuetudo peccandi ſit circumſtantia neceſſariò in confeſſione aperienda ? ibid.

21. An ſaltem teneatur pœnitens confiteri conſuetudinem peccandi, ſi à Confeſſario de illa interrogetur ? ibid.

22. An qui tranſgreditur aliquod præceptum, reſiſtendo ſimul vehementiſſimæ inſpirationi Diuinæ, teneatur eam circumſtantiam explicare ? ibid.

§. VIII.

De Circunſtantia, Quando.

Quæſt. 1. QVid denotatur per circumſtantiam, *Quando ?* 205

2. An circumſtantia diei feſti, in quo ſit aliquod peccatum, vt iuramentum, fornicatio, furtum, &c. ſit neceſſariò in Confeſſione explicanda ? ibid.

3. An ſi quis in die Iouis, aut Veneris Sancti aliquod peccatum, præcipuè carnale, committat

Digitized by Google

tat, teneatur hanc circunſtantiam confiteri ? 206

4. An ſaltem ſi quis aliquod peccatum commiſit in die qua Euchariſtiam Sacram ſumpſit, teneatur hanc temporis circunſtantiam fateri ? ibid.

5. An qui omittit Miſſam (aut operatur) in die Dominica, qua occurrit feſtum alicuius Sancti, aut violat ieiunium in Quadrageſima, qua occurrit vigilia alicuius Sancti, dupliciter peccet, & teneatur hanc circumſtantiam explicare ? ibid.

6. An ſi quis violet votum (aut iuramentum) quod pluties emiſit, & renouauit, teneatur circumſtantiam repetitionis voti in Confeſſione explicare ? ibid.

7. An ſaltem repetitio eiuſdem voti, vel iuramenti efficiat, vt eius tranſgreſſio ſit duplex culpa, ſi repetens votum, aut iuramentum nouam ſibi obligationem imponere intendat ? ibid.

8. An obligatus ad ieiunium ex præcepto Eccleſiæ, & voto ſimul, teneatur ſi illud frangat, vtramque obligationem explicare ? 207

9. An Religioſus, qui violat ieiunium, quod ex præcepto Eccleſiæ, & ex præcepto regulæ obſeruare tenetur, dupliciter peccet, debeatque illos duos titulos explicare ? ibid.

10. An qui tenetur ieiunare, aut audire Miſſam eodem die, ex præcepto Confeſſoris, duo peccata committat non ieiunando, vel omittendo Sacrum ? ibid.

11. An qui frangit ieiunium comedendo carnes, duo committat peccata in Confeſſione explicanda? ibid.

12. An qui in die ieiunij comedit carnes, & lacticinia, vel oua ſimul, diſtincta peccata committat ? ibid.

13. An qui vouit aliquo die ieiunare, toties peccet, quoties in illo die carnes comedit? 208.

14. An Sacerdos, qui ſciens ſe teneri vinculo peccati mortalis, & excommunicationis, celebrat, committat duo peccata in confeſſione explicanda? ibid.

15. An Sacerdos celebrans in mortali, peccet tripliciter, videlicet quia indignè conſecrat, indignè offert, & indignè ſumit Corpus Chriſti ? ibid.

16. An Sacerdos celebrans in mortali non præmiſſa Confeſſione, committat duo ad minus peccata; vnum quia omittit Confeſſionem, alterum quia celebrat in peccato ? ibid.

17. An qui in ſtatu mortali, & non ieiunus celebrat, aut communicat, duplici peccet peccato in Confeſſione explicando ? ibid.

18. An Sacerdos, qui in Miſſa, vel extra illam plures ſucceſſiuè communicat, tot peccata confitenda committat, quot ſunt perſonæ, quas communicat ? ibid.

19. An ſimiliter Sacerdos, qui in peccato mortali plurium Confeſſiones excepit ſucceſſiuè, multipliciter peccet, & teneatur numerum Confeſſionum explicare ? 209

20. An Beneficiatus, & in ſacris conſtitutus duplex peccatum committat, ſi horas Canonicas omittat ? ibid.

21. An qui per totam noctem ludit cum pluribus, contra legem id prohibentem, tot peccata committat in confeſſione explicanda, quot ſunt perſonæ, cum quibus ludit ? ibid.

22. An qui committit aliquod peccatum annexam habens excommunicationem, duplex patret peccatum ? ibid.

23. An ſaltem in eo caſu teneatur pœnitens explicare circunſtantiam excommunicationis impoſitæ ? ibid.

24. An ingratitudo peccantis poſt remiſſionem peccatorum ſit ſpeciale peccatum in Confeſſione explicandum ? 210

25. An debeat explicari effectus ſubſecutus, an verò ſufficiat confiteri cauſam, v. gr. An ſatis ſit in Confeſſione dicere, te lethale venenum dediſſe alicui, vt moreretur, an verò, neceſſe ſit addere, quod interfeciſti cum veneno ? ibid.

26. An conceſſo, quod pœnitens non teneatur circumſtantias aggrauantes confiteri, poſſit licitè eas negare Confeſſario interroganti de illis ? ibid.

DISPVTATIO IX.

De Pœnitentia, ſeu Satisfactione Sacramentali.

Quæſt. 1. QVid eſt Satisfactio, ſeu Pœnitentia Sacramentalis ? 210

2. An ſatisfactio Sacramentalis ſit pars eſſentialis Confeſſionis ? ibid.

3. An ſatisfactio Sacramentalis cauſet ex opere operato diſtinctos gradus remiſſionis pœnæ ab illis, qui correſpondent operi operantis ? 211

4. An prædictus effectus conferatur ſtatim, ac ipſa pœnitentia imponitur à Confeſſario, antequam pœnitens illam expleat ? ibid.

5. An pœnitentia impleta ante abſolutionem, ſtatim habeat ſuum effectum remiſſionis pœnæ temporalis ex opere operato ? ibid.

6. An pœnitentia Sacramentalis, non ſolùm cauſet ex opere operato remiſſionem pœnæ temporalis, verùm etiam augmentum gratiæ ſanctificantis ? ibid.

7. An Pœnitentia impoſita à Confeſſario, quam arbitratus eſt iuſtam, ſufficiat ad remittendam omnem pœnam pro peccatis debitam ? ibid.

8. An qui pœnitentiam implet in peccato mortali peccet mortaliter ? 212

9. An implens pœnitentiam in mortali ſatisfaciat obligationi impoſitæ à Confeſſario ? ibid.

10. An pœnitentia facta in mortali cauſet ex opere operato remiſſionem pœnæ, ſicut cauſat quando fit in gratia ? ibid.

11. An pœnitentia facta in peccato mortali, ſaltem ſublato illo, cauſet remiſſionem pœnæ ? ibid.

12. An etiam in caſu, quo pœnitentia Sacramentalis impleatur per opus peccaminoſum, hoc opus habeat ſuum effectum, recedente fictione? ibid.

13. An ſatisfactio Sacramentalis facta in ſtatu gratiæ, ob finem tamen prauum venialiter, v.g. propter vanam gloriam, cauſet ſuum effectum ex opere operato ? 213

14. An Confeſſarius teneatur iniungere ſemper pœnitentiam pœnitenti ſub peccato mortali? ibid.

15. An Confeſſarius debeat imponere pœnitentiam pœnitenti exiſtenti in articulo mortis ? ibid.

16 An

26. An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam homini ſcrupuloſo, qui intra eandem horam redit cum nouis culpis, vt abſoluatur? ibid.
27. An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam pœnitenti, quem credit ob vehementiſſimum dolorem integrè Deo ſatisfeciſſe? ibid.
28. An ſaltem ſi reuelatum eſſet Confeſſario, quod huiuſmodi pœnitens ob talem dolorem eſſet penitus expiatus, & abſolutus ab omni culpa, & pœna, poſſit illi pœnitentiam non iniungere? 214
29. An Confeſſarius poſſit non iniungere pœnitentiam illi quem probabiliter credit nullam admiſſurum? ibid.
20. An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam illi, qui confitetur ad Iubilæum, vel plenariam indulgentiam lucrandam? ibid.
21. An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam per modum conſilij? ibid.
22. An Confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam conditionatam, v.g. Si reincideris in tale peccatum, ieiunabis ſemel, aut recitabis Roſarium? ibid.
23. An Confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam ad arbitrium omnino pœnitentis, dicendo verbi gratia, Recita hoc aut illud, ſi volueris? ibid.
24. An ſaltem poſſit imponere pœnitentiam ſub diſtinctione, v. g. tantam impende eleemoſynam, vel ſi malueris, toties recitabis coronam, aut ſi magis tibi placuerit, toties ieiunabis? 215
25. An Confeſſarius ſemper debeat iniungere in pœnitentiam aliquod opus in particulari? ibid.
26. An omnia opera in ſatisfactionem imponenda, debeant eſſe pœnalia? ibid.
27. An debeat neceſſariò imponi in ſatisfactionem opus externum? ibid.
28. An Confeſſarius poſſit iniungere ſub pœnitentia Confeſſionem Sacramentalem: vt quod, v. g. bis, aut ſemel confiteatur in menſe? ibid.
29. An poſſit Confeſſarius aſtringere pœnitentem ad iterum confitenda eadem crimina? ibid.
30. An Confeſſarius poſſit imponere ſub vinculo pœnitentiæ, quod pœnitens ſtatim confiteatur (hoc eſt intra vnum, vel duos dies) ac lapſus fuerit in tale peccatum? 216
31. An Confeſſio Sacramentalis iniuncta ſub pœnitentia ſingulis menſibus, poſſit anticipari per aliquos dies? ibid.
32. An ſimiliter Confeſſio ſingulis menſibus iniuncta poſſit licitè vltrà differri? ibid.
33. An poſſit iniungi pro pœnitentia ingreſſus Religionis? ibid.
34. An poſſit Confeſſarius imponere pœnitenti, vt Sacramentum Ordinis ſuſcipiat? ibid.
35. An ſaltem poſſit iniungere pœnitenti, vt Sacramentum Matrimonij recipiat? ibid.
36. An Confeſſarius poſſit imponere pœnitenti, vt Sacramenta Chriſmatis, & Vnctionis recipiat? ibid.
37. An Confeſſarius poſſit iniungere ſub pœnitentia ſuſceptionem Euchariſtiæ, ita vt pœnitens acceptare illam teneatur? ibid.
38. An etiam imponi poſſit ſub pœnitentia, quod Sacra Euchariſtia non recipiatur? 217
39. An poſſit imponi pœnitentia publica pro peccato occulto? ibid.
40. An ſaltem poſſit imponi pœnitentia publica pro peccato publico? ibid.
41. An Confeſſarius poſſit præcipere ſub pœnitentia officium Mortuorum, Pſalmos vel alias orationes recitandas pro Animabus Purgatorij? ibid.
42. An ſi pœnitentiam impoſitam pro Animabus Purgatorij acceptet pœnitens, teneatur illam adimplere pro illis? 218
43. An in pœnitentiam Sacramentalem imponi poſſint opera aliàs præcepto aliquo debita, vt auditio Miſſæ in die Dominica, ieiunium in Quadrageſima, &c. ibid.
44. An ſaltem ſit conueniens, aliquando imponere in pœnitentiam huiuſmodi opera aliàs præcepta? ibid.
45. An ſi Confeſſor non explicet, ſe imponere pœnitentiam de opere præcepto, ſemper intelligatur imponere de operibus aliàs liberis? ibid.
46. An ſi Confeſſor iniungat pro pœnitentia eleemoſynam, ſatisfaciat pœnitens dando illam extremè indigenti? ibid.
47. An etiam ſatisfaciat pœnitens pœnitentiæ de danda eleemoſyna, dando illam Patri, Fratribus, aut Auis indigentibus, ſi teneatur illis aliàs ſubuenire? 219
48. An pœnitens, cui eſt iuſſum pro pœnitentia elargiri eleemoſynam certo pauperi, ſatisfaciat eam offerendo pauperiori? ibid.
49. An eleemoſynam iniunctam pro pœnitentia poſſit pœnitens pauper ſibi applicare? ibidem.
50. An ſaltem poſſit Confeſſarius pœnitentiam de elargienda eleemoſynam commutare, applicando illam ipſimet pœnitenti pauperi? ibid.
51. An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod pœnitentia ante abſolutionem iniungatur? ibidem.
52. An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti, ad minus ad veniale peccatum obligans? ibidem.
53. An Confeſſarius poſſit præcipere aliquando pœnitenti vt impleat pœnitentiam antequam illam abſoluat? ibid.
54. An ſi alicui imponatur pro pœnitentia recitatio Pſalmorum, aut vnius Roſarij, &c. poſſit illam adimplere quando audit Miſſam ex præcepto? 220
55. An etiam qui dicit coronam, aut Pſalmos pro pœnitentia iniunctos, dum veſtibus ſe induit, ſatisfaciat? ibid.
56. An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam ſibi à Confeſſario iniunctam? ibid.
57. An Confeſſarius poſſit abſoluere pœnitentem nolentem acceptare totam pœnitentiam, ſed tantùm aliquam partem? ibidem.
58. An teneatur pœnitens acceptare quamcunque pœnitentiam iuſtam, ſub vinculo peccati mortalis? ibid.
59. An pœnitens peccet mortaliter, non adimplens pœnitentiam grauem à ſe acceptatam, & iniunctam ſibi pro mortalibus aliàs non confeſſis? 221
60. An etiam peccet mortaliter, ſi non adimpleat pœnitentiam grauem acceptatam, impoſitam

verò pro peccatis venialibus, aut mortalibus iam confeſſis? ibid.

61. An item peccet mortaliter non adimplens pœnitentiam leuem (v. g. recitandi decem ſalutationes Angelicas, & vnam Orationem Dominicam) ſiue iniunctam pro ſolis venialibus, vel mortalibus iam confeſſis, vel non? ibid.

62. An qui maiorem partem pœnitentiæ iniunctæ non adimplet, peccet mortaliter? ibid.

63. An denique peccet mortaliter, qui etiam minorem partem pœnitentiæ iniunctæ non adimplet? ibid.

64. An pœnitens impotens ad implendam totam pœnitentiam, ſit aſtrictus partem ſoluere? 221.

65. An pœnitens, cui iniunctum eſt, vt Matutinum abſque Laudibus recitet, teneatur ad recitandos Pſalmos, caſu quo non poſſit ſimul lectiones, & reſponſoria recitare? ibid.

66. An pœnitens cui impoſita eſt pœnitentia recitandi ſeptem Pſalmos pœnitentiales, teneatur recitare aliquos, ſi impotens extet ad omnes recitandos? ibid.

67. An habens pœnitentiam recitandi ſeptem Pſalmos flexis genibus, & taliter nequeat, teneatur alio modo recitare? ibid.

68. An pœnitens cui iniuncta eſt recitatio tertiæ partis circuli Virginei (Hiſpanè, vn tercio de Roſario) & eſt impotens ad totam recitandam, teneatur ad partem, quam poteſt? ibid.

69. An poſſit pœnitens recitare cum ſocio officium Diuinum, Pſalmos, Litanias, & huiuſmodi iniuncta pro pœnitentia? ibid.

70. An etiam poſſit recitare cum ſocio (dicente quolibet ſuam ſalutationem Angelicam) qui ex pœnitentia ad Roſarium, vel Coronam Virginis recitandam obligationem habet? ibid.

71. An pœnitens impotens ad recitandum Officium, Pſalmos, aut Coronam, &c. ſolus teneatur hæc cum ſocio recitare? ibid.

72. An qui ex pœnitentia obligatus eſt ad dicendum Roſarium, vel Coronam Virginis Matris aliquo die, ſatisfaciat dicendo ea eodem die horis interruptis? 223

73. An pœnitens ſatisfaciat Pſalmis, Coronæ, aut aliis precibus pœnitentia iniuncta debitis, ſola mente recitando? ibid.

74. An ille cui integrum Roſarium, ex tribus partibus conſtans iniuncta eſt in pœnitentiam, ſatisfaciat recitando tribus diebus, ſingulis ſingulas partes? ibid.

75. An pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam ieiunij in pane, & aqua, teneatur ieiunare modo conſueto Eccleſiæ? ibid.

76. An pœnitens impleat pœnitentiam ieiunij, ſi tota die ieiunans in nocte ieiunium frangat? ibid.

77. An ſi in honorem determinati feſti impoſita ſit pœnitentia (v. gr. in vigilia B. Mariæ Virginis) ſi per impotentiam a ieionio illius diei pœnitens excuſetur, teneatur alio die ieiunare? ibid.

78. An idem dicendum ſit ſi pœnitentia ſit iniuncta de ieiunando diebus Veneris, vel Sabbati, vnius menſis, vel anni? ibid.

79. An pœnitens, cui iniunctum eſt in pœnitentiam, vt quotidie, per vnum annum, menſem, vel hebdomadem Pſalmos, vel Coronam recitet, ſatisfaciat ſi vno, duobus, aut tribus diebus, &c. hæc recitet ſimul? 224

80. An pœnitens teneatur implere pœnitentiam, ſi ſibi conſtet, Confeſſionem fuiſſe inualidam? ibid.

81. An pœnitens excuſetur ab impletione, ſi fuit improportionata peccatis, aut clarè intolerabilis & indiſcreta? ibid.

82. An pœnitens poſſit ſe excuſare ab impletione penitentiæ iniunctæ per ſuſceptionem Indulgentiæ, Bullæ, aut Iubilei? ibid.

83. An pœnitens poſſit ſe excuſare ab impletione pœnitentiæ iniunctæ, ſi faciat alia opera ſatisfactoria pœnæ peccatis debitæ? ibid.

84. An excuſetur pœnitens à præcepto implendæ pœnitentiæ ob præceptum Superioris vitantis opera iniuncta? 225

85. An pœnitens licitè poſſit rogare Confeſſorem, vt mitiorem pœnitentiam ſibi imponat, aut impoſitam mitiget? ibid.

86. An pœnitens licitè poſſit alium Confeſſarium adire, ſi primus nolit mitiorem pœnitentiam imponere? ibid.

87. An pœnitens qui non adimplet pœnitentiam intra tempus à Confeſſario præfixum, ſed eam valde differt, peccet mortaliter? ibid.

88. An pœnitens non adimplens pœnitentiam tempore præſcripto, debeat facere alio? ibid.

89. An dum Confeſſarius non præfixit terminum pœnitentiæ adimplendæ, poſſit pœnitens abſque vlla culpa illam per annum differre? ibid.

90. An poſſit pœnitens iniunctam ſibi pœnitentiam per alium implere, ſaltem ex licentia, & voluntate Confeſſoris? 226

91. An qui pœnitentiam per ſeipſum nequit implere, poſſit abſque expreſſa licentia Confeſſoris alteri eam committere, & per illum ſatisfacere? ibid.

92. An Confeſſarius poſt datam pœnitentiam poſſit declarare ſuam mentem fuiſſe, poſſe pœnitentiam illam per alium implere? ibid.

93. An qui oblitus eſt pœnitentiæ iniunctæ, aut illam complere contempſerit, teneatur eadem peccata iterum confiteri ad ſuſcipiendam nouam pœnitentiam? ibid.

94. An pœnitens oblitus pœnitentiæ, teneatur de illa Confeſſorem interrogare? 227

95. An ſi caſu propoſito Confeſſarius non reminiſcatur pœnitentiæ à ſe impoſitæ, poſſit aliam ad arbitrium iniungere pœnitenti extra Confeſſionem? ibid.

96. An ſi pœnitens non poſſit recurrere ad eundem Confeſſorem teneatur recurrere ad alium, vt ſibi aliam pœnitentiam imponat? ibid.

97. An æqualis Confeſſarius poſſit commutare pœnitentiam ab alio æquali Confeſſario iuſtè iniunctam? ibid.

98. An ſecundus Confeſſor poſſit mutare, vel minuere pœnitentiam iniunctam pro peccatis reſeruatis, ſi ipſe non habeat poteſtatem abſoluendi à reſeruatis? 228

99. An ſimplex Sacerdos poſſit mutare pœnitentiam iniunctam pro peccatis mortalibus iam

iam confeſſis Confeſſori habenti iuriſdictionem ? ibid.

100. An etiam ſecundus Confeſſarius poſſit commutare pœnitentiam, non audita priori Confeſſione eorundem peccatorum ? ibidem.

101. An ſaltem dicta commutatio facienda ſit in Sacramentali Confeſſione, an verò poſſit fieri extra ? ibid.

102. An pœnitens poſſit propria authoritate pœnitentiam ſibi iniunctam in æquale, aut melius commutare ? 229

103. An facta commutatione pœnitentiæ, poſſit pœnitens eligere quam voluerit, primam, aut ſecundam ? ibid.

104. An Confeſſarius teneatur commutare pœnitentiam à ſe, vel ab alio iniunctam, ſi id à pœnitente ſupplice petatur ? ibid.

105. An Confeſſarius poſſit commutare pœnitentiam præſeruatiuam ab alio Confeſſario iniunctam ? ibid.

106. An pœnitentia à Confeſſore iniungenda ſit determinata ? 230

107. An quantitas pœnitentiæ ita ſit relicta in arbitrium Confeſſoris, vt pro magnis peccatis leuiſſimam, & pro leuibus grauiſſimam iniungere poſſit pœnitentiam ? ibidem.

108. An Confeſſarius peccet mortaliter, ſi pro magnis peccatis paruas pœnitentias iniungat ? ibid.

109. An etiam poſſit Confeſſor dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis, ſi poſt eorum abſolutionem apponat clauſulam iſtam: Quidquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum ? ibid.

110. Quæ prudentia requiratur in confeſſore in iniungenda pœnitentia ? ibid.

111. Quæ remedia poterit Confeſſarius pœnitenti proponere, vt occurrentia euitet peccata ? 231

DISPVTATIO X.

De Sigillo Confeſſionis.

Quæſt. 1. QVid ſit ſigillum Confeſſionis, quidque ſigillum naturæ ? 231

2. An triplici iure teneatur Confeſſarius ad ſigillum Confeſſionis ? ibid.

3. An ſigillum Confeſſionis ſit de eſſentia Sacramenti pœnitentiæ ? ibid.

4. An qui ſigillum Confeſſionis violat, quinque committat peccata, contra Iuſtitiam videlicet, Religionem, Fidelitatem, Charitatem, & contra præceptum Eccleſiæ impoſitum in cap. Omnis vtriuſque ſexus ? ibid.

5. An omnis ſigilli Confeſſionis violatio ſit mortale peccatum ? 232

6. An violet ſigillum confeſſor, qui peccata mortalia pœnitentis tantùm in genere manifeſtat? ibid.

7. An etiam ſit contra ſigillum reuelare aliquod mortale in ſpecie, non indicando certam perſonam ? ibid.

8. An ſigillum violet Confeſſarius, qui mortale ſibi Confeſſum, aliàs publicum, ita manifeſtat, vt dicat ſe illud agnouiſſe in Confeſſione ? ibid.

9. An ſi confeſſor interrogatus fuerit, num Meretrix publica confeſſa fuerit ſuum publicum peccatum, poſſit reſpondere: Confeſſa eſt omnia peccata ſua; vel, Ego abſolui eam ? 233

10. An ſine violatione ſigilli poſſit Confeſſor reuelare peccata venialia alicuius in genere dontaxat ? ibid.

11. An frangeret ſigillum Confeſſor, qui de ſuo pœnitente diceret, Ille Confeſſus eſt plura venialia ? ibid.

12. An Confeſſarius obligetur ſub ſigillo ad celandum peccatum hæreſis ipſius pœnitentis ? ibid.

13. An Confeſſarius frangat ſigillum reuelando delicta committenda à pœnitente ? ibid.

14. An ſaltem non frangat reuelando Confeſſionem pœnitentis accedentis, non animo ſe accuſandi, ſed peruertendi ipſummet Confeſſorem, illumve trahendi ad aliquod peccatum ? 234

15. An Prælatus poſſit punire Religioſum, qui non confitendi animo, ſed iniuriandi illum, ad Confeſſionem acceſſit, & de facto id facit ? ibid.

16. An Confeſſor teneatur ad ſigillum Confeſſionis illius pœnitentis, quem ob defectum aliquem, v. gr. Contritionis, non abſoluit ? ibid.

17. An liceat Confeſſario reuelare peccata ſibi confeſſa de licentia expreſſa pœnitentis ? ibid.

18. An liceat etiam reuelare de licentia tacita, ſeu præſumpta pœnitentis ? ibid.

19. An liceat reuelare de licentia pœnitentis coacta, vel ob metum reuerentialem, aut ob preces importunas conceſſa ? 235

20. An liceat Confeſſario reuelare Confeſſionem de licentia pœnitentis conceſſa in ſuam, vel alterius perniciem, ſiue ad iocum & animi ſolatium tantùm ? ibid.

21. An licentia pœnitentis ad reuelandam Confeſſionem debeat in ſcriptis obtineri ? ibid.

22. An liceat Confeſſario loqui cum Pœnitente extra Confeſſionem de peccatis in ea auditis, quin ab illo licentiam petat, ſi id faciat iuſta de cauſa, vt intentione adiuuandi ipſum pœnitentem, &c. ibid.

23. An ſaltem in caſu quo Confeſſarius commiſerit aliquem errorem in abſoluendo pœnitentem, poſſit hoc illi extra confeſſionem manifeſtare, ſi pœnitens ad hoc licentiam non præſtiterit ? 236

24. An ſi ſtatim poſt finitam Confeſſionem occurrat error emendandus, poſſit Confeſſarius loqui cum ipſo pœnitente de errore corrigendo, quin ab illo licentiam petat ? ibid.

25. An Confeſſarius frangat ſigillum loquendo cum pœnitente de rebus in Confeſſione auditis, de quibus ipſe pœnitens incipit eum alloqui ? ibid.

26. An Confeſſarius frangat ſigillum, ſi de licentia pœnitentis complicem, vel alium peccatorem ſibi ab ipſo in Confeſſione manifeſtatum corrigat ? ibid.

27. An teneatur Confeſſor ad ſigillum in caſu, quo quis tempore peſtis, aut tempeſtatis (v.g.) coram multis confitetur ? ibid.

28. An ſi duo Confeſſarij ſimul eiuſdem pœnitentis Confeſſionem audiant, poſſint poſtea inter ſe colloqui de peccatis auditis ſine pœnitentis licentia ? 237

29. An alij non Sacerdotes, qui in tempeſtate (v.g.) Confeſſionem vnius audierunt, poſſint abſque fractione ſigilli colloqui inter ſe de peccatis auditis? ibid.

30. An frangat ſigillum Confeſſarius, teſtando in aliqua Ciuitate, vel Oppido, vbi Confeſſiones audit, committi peccatum Sodomiæ, aut aliud, vel adeſſe multos improbos. ibid.

31. An frangat ſigillum Confeſſarius dicendo: Quidam Religioſus ex tali Ordine, vel ex tali Conuentu confeſſus eſt hoc peccatum? ibid.

32. Quot peccata committit Confeſſarius, qui de aliqua Ciuitate, Oppido, Religione, aut communitate prædicto modo loquitur? 238.

33. An ſit contra ſigillum dicere: Ille (v.gr. Petrus) confeſſus eſt mihi, ſed ego eum non abſolui? ibid.

34. An ſit contra ſigillum ſi Confeſſarius interrogatus, an Petrum abſoluerit? Reſpondeat: Non abſolui, quia non finiuit Confeſſionem? ibid.

35. An ſit contra ſigillum dicere: Ego abſolui Petrum, aut Petrus confeſſus eſt mihi ſua peccata? ibid.

36. An ſit contra ſigillum dicere, Petrum, v.g. eſſe ſcrupuloſum, aut nimium in declarandis peccatis, quando id non niſi per confeſſionem cognitum eſt? ibid.

37. An ſit contra ſigillum dicere, eo ad audiendam Confeſſionem Petri, qui ſui minutiſſimis peccatis caput mihi obtundet: vel qui ſuis ſcrupulis, & nimis impertinentibus me vexat, & occupat? 239

38. An frangat ſigillum qui duorum virorum, vel fœminarum Confeſſionibus auditis, de vno illorum dicit. Hic nullum mortale habet, aut illa eſt virgo, &c. ibid.

39. An frangat ſigillum Confeſſarius, qui dicit: Ego in Confeſſione audiui hoc peccatum mortale, v.g. homicidium, ſi hoc dicat eum circumſtantia tali, quod nullo modo peccator cognoſci poſſit? ibid.

40. An offendat ſigillum Confeſſarius, qui de confeſſionibus à ſe auditis conſuluit cautè viros doctos? ibid.

41. An offendant ſigillum Confeſſarij, qui inter ſe, vel inter alios confabulantes dicunt: Hodie quidam miles, vel quædam mulier hoc, vel illud peccatum confeſſa eſt? ibid.

2. An offendat ſigillum, qui magnas pœnitentias publicas pro occultis peccatis iniungit? 240

43. An offendat ſigillum Confeſſarius, qui Monachis, aut Monialibus pœnitentias leues in publico adimplendas, vt in refectorio, capitulo, vel choro, iniungit, & præcipit. ibid.

44. An violet ſigillum Confeſſarius qui alta voce pœnitentiam iniungit? ibid.

45. An violet ſigillum Confeſſarius, qui pœnitentiam à ſe pœnitenti iniunctam manifeſtat? ibid.

46. An inueniens peccata alterius ſcripta ſub titulo Confeſſionis teneatur ſub ſigillo Sacramentali illa tegere? ibid.

47. An peccaret mortaliter contra Confeſſionis ſigillum qui poſtquam cognouit in prædicta charta contineri peccata, aliquid eius legeret. 241

48. An etiam peccaret, ſaltem mortaliter, ſi inuentor talis ſchedulæ certus mortaliter, non niſi leuia peccata in ea ſcripta eſſe, eam legeret ſibi ſoli, aut aliis, ſola curioſitate ductus? ibid.

49. An teneantur ad ſigillum Confeſſionis illi quibus Confeſſarius, vel conſilij capiendi gratia, vel de conſenſu pœnitentis aliquod peccatum ſimul, & authorem eius reuelauit? ibid.

50. An etiam teneatur ad ſigillum Confeſſionis, ſaltem directè, Superior cui peccatum reſeruatum, ob facultatem illud abſoluendi obtinendam, Confeſſarius manifeſtauit? ibidem.

51. An interpretes pœnitentis ad ſigillum Confeſſionis teneantur? ibid.

52. An qui malitia, vel caſu peccata pœnitentis audiuit, teneatur ad ſigillum Confeſſionis? 242

53. An teneatur ad ſigillum Confeſſionis ille, cui Sacerdos vel malitioſe, vel inaduertenter Confeſſionem reuelauit, & omnes alij, qui ab ipſo cui reuelata fuit, audierunt, & alij ab aliis in infinitum? ibid.

54. An Sacerdos carens iuriſdictione ad audiendas Confeſſiones, teneatur ad ſigillum, ſi ei aliquis bona fide confiteatur? ibid.

55. An Confeſſio facta Laico, qui ſe finxit Sacerdotem, cadat ſub ſigillo? ibid.

56. An Confeſſio ſcienter facta Laico humilitatis cauſa, cadat etiam ſub ſigillo Confeſſionis? ibid.

57. An Confeſſio in qua Confeſſarius à principio dicit, ſe nolle audire peccata in Confeſſione, cadat ſub ſigillo? ibid.

58. An teneatur ad ſigillum Sacramentale ille, cui extra Confeſſionem aliquod manifeſtatum eſt, & commendatum ſub ſigillo Confeſſionis? 243

59. An ſit peccatum tradere, vel recipere ſub ſigillo Confeſſionis illud, quod non eſt confeſſum, aut in Confeſſione non dicitur? ibid.

60. An Confeſſarius poſſit peccatum in Confeſſione auditum reuelare, quando ipſe ſuum peccatum aliter in Confeſſione explicare non poteſt? ibid.

61. An Confeſſarius poſſit peccatum pœnitentis aliàs notum, vt ſibi notum reuelare, non explicando ſe in Confeſſione illud audiuiſſe? 244

62. An liceat Confeſſario vti ſcientia Confeſſionis ad faciendum, vel omittendum aliquid, quod non eſſet facturus, aut omiſſurus? ibid.

63. An liceat ſuperiori ob peccatum in Confeſſione cognitum priuare ſubditos officiis ad nutum amouibilibus? ibid.

64. An ſuperiori, vel cuilibet alteri liceat negare ſuffragium pœnitenti, quem ſolùm per Confeſſionem cognoſcit indignum eſſe ad officium, vel Prælatiam? 245

65. An liceat etiam remouere pœnitentem ab officio, aut negare ei ſuffragium, quando ipſe ſolus conjicere poteſt, id fieri ob peccatum confeſſum? ibid.

66. An liceat Confeſſario ex notitia per Confeſſionem habita dicere Prætoribus verbis, aut Inquiſitoribus, aut Prælatis Monaſterij, vt diligentiùs inuigilent, vt ſic aliqua peccata impediant? ibid.

67. An

67. An liceat Superiori ob notitiam Confeſſionis negate ſubditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudere feneſtras, & alia huiuſmodi? ibid.
68. An Confeſſarius qui ex Confeſſione nouit ſibi ab aliquo inſidias parati, poſſit eas fugere, quæſito alionde colore? ibid.
69. An Confeſſarius poſſit in præfatis caſibus Miſſam omittere, ſyluam non intrare, &c. ſi præuideat fore, vt pœnitens, qui illi hoc ſcelus manifeſtauit, occidatur ab aliis ſociis, ob manifeſtationem delicti? 246
70. An Confeſſarius qui per Confeſſionem noſcit ſuum famulum eſſe furacem, poſſit illum dimittere, vel à pecuniis illi in poſterom committendis abſtinere? ibid.
71. An Curatus (vel quilibet alius Sacerdos) poſſit occulto peccatori negare Eucharistiam (aut alia Sacramenta) ob peccatum in Confeſſione notum, licèt in occulto petat? ibid.
72. An Confeſſarius teneatur vitare, ſaltem in occulto, excommunicatum vitandum, ſolùm ex Confeſſione notum? ibid.
73. An Confeſſarius poſſit mutare voluntatem, & non inſtituere hæredem, aut reſignare beneficium in eum, quem ex Confeſſione cognouit indignum? 247
74. An Epiſcopi, Prælati Religionum, & huiuſmodi poſſint condere leges, & reſeruare caſus, ſi ex Confeſſione ſciant, aliqua peccata frequentari in Religione, & Republicâ? ibid.
75. An ſigillum Confeſſionis duret etiam poſt mortem pœnitentis? ibid.
76. An Confeſſarius poſſit violare ſigillum ad ſaluandum fœtum emortuæ matris? ibid.
77. An poſſit violari ſigillum ad probandum, matrimonium fuiſſe validè contractum, aut ad impediendum ne inualidè contrahatur? ibid.
78. An poſſit Confeſſarius reuelare Confeſſionem ad liberandum pœnitentem à morte, in caſu quo iudex petat ab illo, vt ſibi veritatem aperiat? ibid.
79. An Pontifex diſpenſare poſſit, vt confeſſio reueletur, caſu quo immineat periculum alicui Prouinciæ, Regno, aut omnibus Catholicis? 248
80. An Confeſſarius teneatur dare ſchedulam Confeſſionis pœnitenti, quem ob aliquam cauſam non abſoluit? ibid.
81. An pœnitens teneatur ad ſigillum ſacramentale, ita vt nequeat ipſe loqui de rebus confeſſis abſque licentia ſui Confeſſoris? ibidem.
82. An ſaltem teneatur pœnitens ex Confeſſionis ſigillo ad celandas pœnitentias ſibi iniunctas, aut alios defectus Confeſſoris in confeſſione commiſſos? ibid.
83. An Confeſſarius violet ſigillum, ſi ob peccata in Confeſſione audita faciem duriorem, quàm antea ſolebat, pœnitenti monſtret? ibid.
84. An Confeſſarius teneatur ad ſigillum, ſi dubitet, aliquod reuelatum fuiſſe in Confeſſione, vel in ordine ad illam? 249
85. An Confeſſarius interrogatus de peccato audito in Confeſſione, poſſit negare etiam cum iuramento ſe audiſſe? ibid.
86. An frangat ſigillum Confeſſarius, qui interrogatus, reputetne Mariam v. g. honeſtam eſſe, tacet? ibid.
87. An ſaltem peccata mortalia, & venialia, & eorum circumſtantiæ cadant ſub ſigillo Confeſſionis? ibid.
88. An complices in peccato cadant etiam ſub ſigillo Confeſſionis? ibid.
89. An etiam bona, & virtutes pœnitentis cadant ſub ſigillo Confeſſionis? 250
90. Quæ ſit pœna reuelantis Confeſſionis ſigillum? ibid.
91. An Confeſſarius frangens ſigillum incurrat irregularitatem? ibid.

DISPVTATIO XI.

De Miniſtro Ordinario, & Delegato Sacramenti Pœnitentiæ.

Quæſt. 1. AN ſolus Sacerdos ſit Miniſter Sacramenti Pœnitentiæ? 250
2. An omnes Sacerdotes poſſint eſſe Miniſtri huius Sacramenti? ibid.
3. An ſaltem in articulo mortis, deficiente Sacerdote, neceſſum ſit confiteri Laico? ibid.
4. An ad minus licitum ſit confiteri Laico in articulo mortis? ibid.
5. An huiuſmodi Confeſſio facta Laico prodeſſet in eo caſu ad remiſſionem venialium ex opere operato? 251
6. An Laicus, qui intentaret aliquem à peccatis abſoluere, fieret irregularis? ibidem.
7. An ſaltem in dicto mortis articulo poſſit Laicus, deficiente Sacerdote, validè ab excommunicatione abſoluere? ibid.
8. An omnes Sacerdotes, licèt non licitè, ſaltem validè poſſint abſoluere à peccatis mortalibus aliàs ritè nunquam confeſſis? ibid.
9. An omnes Sacerdotes indifferenter poſſint abſoluere à peccatis venialibus? ibid.
10. An ad abſolutionem à venialibus indigeat Sacerdos Iuriſdictione? 252
11. An iuriſdictio ad venialia collata ſit Sacerdotibus ab Eccleſia? ibid.
12. An omnes Sacerdotes poſſint etiam abſoluere à peccatis mortalibus ſemel ritè confeſſis? ibid.
13. An omnis etiam Sacerdos poſſit abſoluere à peccatis mortalibus in Confeſſione oblitis? ibid.
14. An ſaltem poſſit omnis Sacerdos nullo modo expoſitus validè abſoluere pœnitentem, qui bona fide confitetur peccata venialia, & mortalia ſimul? 253
15. An etiam Sacerdotes Regulares poſſint abſoluere, & validè, & licitè ab omnibus venialibus, necnon à mortalibus ritè confeſſis, ſine licentia ſuorum Prælatorum? ibidem.
16. An omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta, poſſint abſoluere in articulo mortis quemlibet pœnitentem à quolibet peccato, cenſura, caſu reſeruato, &c. ibid.
17. An huiuſmodi Sacerdotes poſſint à prædictis peccatis, & cenſuris quemlibet abſoluere, ſicut in articulo mortis, ita in probabili periculo illius? ibid.

18. An præſente Sacerdote proprio, ſeu approbato, poſſit ſimplex Sacerdos abſoluere quemlibet ab omnibus peccatis & cenſuris in articulo mortis. 254

19. An ſi deficiente Confeſſore approbato, ſimplex Confeſſionem conſtituti in articulo mortis audire cœpit & ante abſolutionem adſit legitimus Confeſſarius, poſſit ad minus ſimplex in eo caſu confeſſionem cœptam perficere? ibid.

20. An ſi adſit Confeſſarius qui ex priuilegio poteſt à reſeruatis abſoluere, poſſit pœnitens in articulo mortis cuicumque alio expoſito non habenti tale priuilegium, confiteri? 255

21. An quando deeſt Sacerdos proprius, etiam ex delegatione, poſſit licitè, & validè eligi quilibet alius indifferenter? ibid.

22. An facultas abſoluendi in articulo mortis, omnibus Sacerdotibus conceſſa ſit de Iure Diuino ex Chriſti inſtitutione? ibid.

23. Quotuplex ſit iuriſdictio, quæ in Miniſtro Sacramenti pœnitentiæ reperiri poteſt? ibidem.

24. Quiſnam ſit Miniſter, qui iuriſdictionem ordinariam habeat in hoc Sacramento? ibid.

25. Quiſnam ſit ordinarius Miniſter reſpectu Summi Pontificis? ibid.

26. An ordinarius Epiſcoporum, & qui ordinaria poteſtate poſſit eos abſoluere, ſit Archiepiſcopus? ibid.

27. An Epiſcopus poſſit eligere Confeſſarium ſibi quemlibet Sacerdotem ex ſuis ſubditis, licèt non ſit ex approbatis? 256

28. An Epiſcopus extra ſuam Diœceſim poſſit eligere in ſui Confeſſarium ſibi ſubditum & approbatum ab ordinario? ibid.

29. An Vicarius Epiſcopi poſſit ex vi dicti capituli eligere ſibi Confeſſarium? ibid.

30. An poſſit Epiſcopus, ſeu eius Vicarius approbare Sacerdotem ſibi non ſubditum, ſaltem pro ſuis ſuis ſobditis? ibid.

31. An Prælati Superiores exempti, vt Abbates, & Generales, & alij, qui immediatè ſunt Papæ ſobiecti, poſſint ex præcitato indulto eligere ſibi Confeſſarium quemlibet Sacerdotem ſimplicem? ibid.

32. An etiam Prouinciales, & alij Prælati locales, vt Miniſtri, Priores, Guardiani, &c. poſſint eodem iure eligere ſibi Confeſſarium quemcumque Sacerdotem ſimplicem? Ibid.

33. An Cardinales, qui Epiſcopi, aut Legati non ſunt, poſſins ex vi dicti capituli eligere ſibi Confeſſarios Sacerdotes ſimplices? 257

34. An Parochi poſſint eligere ſibi Confeſſarium quemlibet Sacerdotem, etiam ſimplicem, Sic, licèt auctor neget? ibid.

35. An Vicarij Conuentuales habeant in Religioſos iuriſdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ? ibid.

36. An Imperatores, Reges, eorumque vxores poſſint cuilibet ſimplici Sacerdoti confiteri? ibid.

37. An vagabundi qui certum domicilium non habent, poſſint cuilibet Sacerdoti approbato confiteri? 258

38. An Peregrini, & iter agentes, qui alibi habent domicilium, poſſint confiteri cuilibet Sacerdoti appsobato ad Confeſſiones audiendas? ibid.

39. An ſi quis ex induſtria diſcederet à ſuo domicilio, vt occaſione itineris alteri Sacerdoti, & non proprio confiteretur, validam efficeret Confeſſionem? ibid.

40. An habens duo, aut plura domicilia in diuerſis parochiis, poſſit vtrilibet Parocho ex illis confiteri? ibid.

41. An Parochus extra ſuam Parochiam, vel Epiſcopus extra Diœceſim, poſſint abſoluere ſuum ſubditum? ibid.

42. An iuriſdictio delegata ad audiendas Confeſſiones exſpiret morte concedentis? ibid.

43. An licentia alieni ab Epiſcopo, vel ab alio Prælato eligendi Confeſſorem conceſſa, exſpiret morte concedentis, vel eo amoto ab officio? 259

44. An vt Sacerdos licitè, & validè poſſit audire confeſſiones, debeat aut habere beneficium Parochiale, aut eſſe ab Epiſcopo ad id munus approbatus? ibid.

45. An non obſtante præfato Tridentini decreto, poſſit Religioſus de licentia ſui Prælati confiteri cuilibet Sacerdoti ſimplici, etiam ſæculari? ibid.

46. An etiam Moniales poſſint confiteri Sacerdoti ſimplici Regulari, vel ſæculari? ibid.

47. An Equites Sancti Ioannis, Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatrauæ, &c. Poſſint etiam ſimplici Sacerdoti confiteri? ibid.

48. An Sacerdotes graduati in Theologia, aut Iure Canonico, cenſeantur ipſo iure approbati ad audiendas Confeſſiones, abſque alia appsobatione Epiſcopi? 260

49. An eſto, quod prædicti Laureati, & Doctores teneantur ſe præſentare Epiſcopis, vt approbentur, poſſint illos Epiſcopi examinare? ibid.

50. An ſaltem prædicti Doctores, aut Licentiati, aut etiam Lectores Theologiæ, tam ſæculares, quàm Regulares, ſint eligibiles pes Bullam abſque Epiſcopi approbatione? ibid.

51. An approbatio ad Confeſſiones audiendas dari poſſit ab Epiſcopo electo, & non confirmato? ibid.

52. An dari ſaltem poſſit approbatio ab Epiſcopo electo, confirmato, & conſecrato, ſi tantum titularis ſit, & oues non habeat? ibid.

53. An dicta approbatio dari & peti poſſit ab Epiſcopo excommunicato, non tolerato, aut ſuſpenſo ab officio, & iuriſdictione? 261

54. An Generales, aut Prouinciales Religionum poſſins approbare ſuos ſubditos ad audiendas Confeſſiones ſæcularium? ibid.

55. An ſaltem Religioſi expoſiti & approbati à ſuis Generalibus, aut Prouincialibus ad audiendas ſæcularium Confeſſiones, poſſint eligi ab ipſis ſæcularibus virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi? ibid.

56. An Parochi poſſint exponere, & approbare ad Confeſſiones ſuorum ſubditorum audiendas ſimplicem Sacerdotem ab Epiſcopo non approbatum? ibid.

57. An ſaltem poſſit Parochus tempore Iubilæi approbare ſimplicem Sacerdotem ad Confeſſiones audiendas? 262

58. An Parochus poſſit exponere quemcunque Parochum ad Confeſſiones in ſua Parochia audiandas? ibid.

59. An etiam poſſit Parochus exponere ad Confeſſiones in ſua Parochia audiendas, à quocumque Epiſcopo etiam extra Diœceſim approbatos? ibid.

60. An Parochi ita ſint approbati, vt vbicumque terrarum audire poſſint fidelium Confeſſiones

Digitized by Google

nes virtute Bullæ, Iubilæi, aut alterius Priuilegij ? ibid.

61. An dicti Parochi poſſint in vniuerſa Eccleſia audire Confeſſiones abſque noua approbatione Epiſcopi, non ſolùm virtute Bullæ, aut Iubilæi, verùm etiam ſine illis ? ibid.

62. An Generales, & Prouinciales, Miniſtri, Guardiani, ſeu alij Prælati Regulares poſſint abſque Epiſcopi approbatione audire Confeſſiones ſæcularium ? 263

63. An ſaltem dicti Prælati ſint vbique eligibiles in Confeſſarios à ſæcularibus virtute Bullæ; aut Iubilæi, quamuis ab Epiſcopis non ſint approbati ? ibid.

64. An quando Monaſteria Religioſorum habent Parochias ſæcularium annexas, poſſit tunc Prælatus Regularis deſignare Vicarium Regularem, qui abſque alia approbatione Epiſcopi Confeſſiones ſæcularium audiat ? ibidem.

65. An qui habuit Parochiale beneficium, ſed iam non habet, indigeat noua approbatione Epiſcopi ad audiendas Confeſſiones virtute Bullæ ? 264

66. An Sacerdos approbatus ab vno Ordinario, poſſit vbique terrarum Confeſſiones excipere ? ibid.

67. An qui per Bullam, aut Iubilæum poteſt eligere ſibi Confeſſarium ab Ordinario approbatum, poſſit eligere Parochum quemcunque ? ibid.

68. An approbatus ab Ordinario cum limitatione, ex defectu ætatis, ad Confeſſiones virorum, & non mulierum, poſſit virtute Iubilæi, aut Bullæ eligi ab omnibus ? 265

69. An approbatus ab Ordinario pro vno loco tantum, poſſit eligi per Bullam, aut Iubilæum in toto Epiſcopatu ? ibid.

70. An etiam qui ſimpliciter & abſque vlla limitatione eſt in vno Epiſcopatu expoſitus, poſſit eligi in quocumque alio Epiſcopatu virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi ? 266

71. An Sacerdos approbatus pro determinato tempore; tranſacto illo ſit eligibilis per Bullam, aut Iubilæum ? ibid.

72 An Sacerdos ſemel approbatus, ſi abſque cauſa ab Ordinario reprobetur, aut ſuſpendatur; ſit eligibilis per Bullam ? ibid.

73. An ſi Epiſcopus approbaret aliquem tanquam idoneum, nullam tamen concederet iuriſdictionem poſſet eligi in Confeſſarium virtute Bullæ ? 267

74. An ſi aliquis approbetur ab Epiſcopo, ſed Epiſcopus interiùs non iudicat eum idoneum ad illud munus, poſſit validè audire Confeſſiones? ibid.

75. An Religioſus, qui obtinuit licentiam ab Epiſcopo audiendi Confeſſiones, poſſit eas ſine licentia ſui Prælati validè excipere ? ibidem.

76. An ſaltem peccet mortaliter Religioſus, qui abſque licentia ſui Prælati Confeſſiones excipit ? 268

77. An Religioſus ab Ordinario approbatus, ſed ſuſpenſus à Prælato Religionis, poſſit eligi per Bullam ad Confeſſiones audiendas ? ibidem.

78. An dictus Religioſus ab Epiſcopo approbatus, ſed à ſuo Prælato ſuſpenſus, poſſit etiam abſque Bulla eligi à ſæcularibus in Confeſſarium? ibid.

79. An in iis caſibus (in quibus opiniones circa iuriſdictionem Confeſſarij verſantur) peccet mortaliter Sacerdos ſequendo opinionem minùs probabilem, minuſque tutam ? ibid.

80. An vt approbatio ſit valida, debeat dari gratis, & in ſcriptis ? ibid.

81. An Epiſcopus teneatur approbare Sacerdotes, tam Sæculares, quàm Regulares, ad Confeſſiones audiendas, ſi dignos eos inuenerit ? 269

82. An ſi Sacerdotibus manifeſtè idoneis iniuſtè ex odio, vel maleuolentia, &c. denegetur licentia, maneant eo ipſo ad Confeſſiones excipiendas approbati ? ibid.

83. An ſi Epiſcopus abſque iuſta cauſa non admittat Regulares ad examen; vel poſt illud iniuſtè deneget illis licentiam ad Confeſſiones audiendas, maneant eo ipſo approbati, non obſtante diſpoſitione Concilij ? ibid.

84. An ſi Epiſcopi abſque iuſta cauſa approbent Regulares limitatè, vt ad annum (v.gr.) ad viros, & non ad fœminas, ad hoc oppidum, & non ad aliud, maneant eo ipſo abſolutè, & illimitatè approbati ? ibid.

85. An iuſta ſaltem interueniente cauſa, poſſint Epiſcopi approbare Regulares cum limitatione ad tempus, ad perſonas, ad locum, &c. 270

86. An approbatio Sacerdotibus Sæcularibus abſolutè & ſimpliciter, ad tempus, vel in perpetuum ſemel impenſa, poſſit ab Epiſcopis iuſta aliqua ex cauſa, quamdiu durat, reuocari ? ibid.

87. An approbatio data ad beneplacitum Sacerdotibus ſæcularibus, poſſit licitè, & validè abſque vlla cauſa reuocari ? ibid.

88. An approbatio Regularibus abſolutè conceſſa, poſſit licitè ab Epiſcopis reuocari ſine cauſa ? 271

89. An validè ſaltem ſine cauſa reuocari poſſit ? ibid.

90. An Epiſcopus poſſit, etiam abſque cauſa, reuocare approbationes Regularium, ſi datæ fuerunt ad beneplacitum ſuum ? ibid.

91. An nouus Epiſcopus poſſit omnium Regularium licentias ſuſpendere, & de nouo illos, etiam ſine rationabili cauſa, examinare ? ibid.

92. An qui ab Epiſcopo facultatem omnia Sacramenta adminiſtrandi obtinuit, cenſeatur approbatus ad Confeſſiones audiendas ? 272.

93. An qui ab Epiſcopo licentiam indefinitam ad adminiſtranda Sacramenta obtinuit, poſſit adminiſtrare alia, præter Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ ? ibid.

94. An quis ſufficienter cenſeatur approbatus ad Confeſſiones audiendas per licentiam tacitam Epiſcopi, aut (quod idem eſt) per ratihabitionem de præſenti ? ibid.

95. An Sacerdos qui ſolùm cum dicta licentia tacita inciperet audire Confeſſiones, mortaliter peccaret ? ibid.

96. An per dictam ratihabitionem de præſenti maneat Sacerdos approbatus, non ſolum ad audiendas illas Confeſſiones, quas Epiſcopus videt, verùm etiam ad omnes alias in futurum? 273

97. An iuriſdictio ad Confeſſiones audiendas ſufficienter conferatur per ratihabitionem futuram, hoc eſt per hoc, quod Sacerdos credat probabiliter, Epiſcopum ratihabiturum collatam abſolutionem ? ibid.

98. An

98. An licentia, ſeu ioriſdictio petita', & non obtenta ſufficiat ad validam abſolutionem? ibid.

99. Ao licentia ad Confeſſiones audiendas metu, vi, vel dolo obtenta, det veram iuriſdictionem? ibid.

100. An Epiſcopi eo ipſo quod eonfiteaotur alicui Sacerdoti, approbent illom etiam ad ordinarias Confeſſiones Sæcolariom audieodas? ibid.

101. An titulus colocatus, & errot populi communis det Sacerdoti vetam ad Confeſſiones audiendas ioriſdictionem? ibid.

102. An error commonis abſque titolo eollato à legitimo Sopetiore ſit etiam ſofficiens ad tribnendam iuriſdictionem ad Confeſſiones validè excipiendas? 274

103. Au non ſolùm error communis populi, vetùm etiam opinio probabilis, tribuat ioriſdictionem ad validè Confeſſiones audiendas? ibid.

104. An Sacerdos aodieos Confeſſiones abſque ſufficienti ſcientia, mortaliter peccet? ibid.

105. In quibus caſibus poteſt Confeſſor abſque ſufficienti ſcirntia licitè audire Confeſſiooes? ibid.

106. Quanta ſcientia ſit io Confeſſario neceſſaria? 275

107. An ignorantia Confeſſarij ſuppleri poſſit per hoc qood ipſe ante abſolutionem remittat pœnitentes, vt cooſulant vitos doctos circa tes, quas ignorat? ibid.

108. An ſit neceſſaria tanta ſcientia in eo, qui ioſſus à ſuo Prælato audit Confeſſiones, qoanta in eo, qui ſpontaneè ad id ſe obtulit? ibid.

109. An Confeſſatios audito quolibet peccato, teneatot indicare, an ſit mortale, vel veniale? ibid.

110. An caſu qoo non inoeniatot Confeſſarius idoneus ſcientia & conſcientia, totius ſit confiteri habenti conſcientiam, quàm ſcientiam? ibid.

111. An qoando Confeſſarios de aliquo dubitat, vt an ſit imponenda reſtitutio, aut probibendus contractus dubius, &c. poſſit abſolutionem detinere quovſque Doctos, vel libros conſulat? ibid.

112. An bonitas Coofeſſarij ad validam adminiſtrationem Sacramenti Pœoitentiæ tequiratur? ibid.

113. An Confeſſarius peccet mortalitet, ſi hoc Sacramentum in mortali exiſtens adminiſtret? 276

114. An Confeſſarios exiſtens in mortali peccet mortaliter adminiſtrando boc Sacramentum pœnitenti in extrema, aut grani neceſſitate exiſtenti? ibid.

115. An dabilis ſit oeceſſitas miniſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, quæ exeuſet Miniſtrom illud adminiſtrantem in mortali? ibid.

116. Ao ſi Confeſſarius exiſtens in mortali incipiat audite Confeſſionem, peccet mortaliter, ſi antequam abſoluat, eliciat contritionem? ibid.

117. Ao ſaltem Confeſſarius exiſtens in mortali peccet mortaliter, ſi antequam eliciat contritionem, imponat Pœnitenti pœnitentiam Sacramentalem? ibid.

118. An Confeſſarius, qoi neſcit, nec dobitat eſſe in mortali, ſed tamen ei non cooſtat, eſſe abſque illo, teneatur elicere contritionem antequam abſolutionem à peccatis impendat? 277

119. An Parochus teneatot Confeſſiones ſubditorum audire, qooties ipſi eonfiteri voluerint? ibid.

120. An peccet mortaliter Parochus, qui ſemel, aut iterum denegat Confeſſionem ſobdito rationabiliter illam petenti? ibid.

121. An Parochus teneatur audire ſubditom, quando illi prouidet de alio apto, cui eonfiteri poſſit? ibid.

122. Ao Coofeſſarius debeat præmittere aliquas ioterrogatiooes, anteqoam pœnitens incipiat ſua peccata confiteri? ibid.

123. Ao Confeſſarius debeat reſeruare in finem Confeſſionis interrogationes, monitiones, & reprehenſiones, ſi qoæ ſunt faciendæ? ibid.

124. An qoando Confeſſarius probabilitet cognoſcit, pœnitentem ex obliuione omittere aliquod mortale, qood fecit, teneatot illud in memoriam, vt confiteatur, reuocare? ibid.

125. An Confeſſarius qui per inadoertentiam, aut obliuionem omittit aliquam interrogationem neceſſariam, peccet ſaltem venialiter? 278

126. An quando pœnitens ex conſcientia erronea credit aliquod eſſe mortale, quod non eſt, teneatur Confeſſarius huiuſmodi ignorantiam à pœnitente auferre? ibid.

127. An Confeſſarius teneatur aoferre ignorantiam inoincibilem à pœnitente verſante ex illa in aliquo mortali, vt in vſo matrimonij inualidi, exiſtimati inuincibiliter validi? ibid.

128. Ao qoando molier, cuius matrimonium eſt nullum, putans tamen inuincibiliter validom, non vult reddere debitum viro, poſſit Confeſſarius dicere abſolotè, & directè vxori, quod reddat? ibid.

129. An Confeſſarius teneatur auferre à pœnitente ignorantiam inuincibilem redundantem in detrimentum proximi, ſi ex ſua monitione nullom ſperet profectum? ibid.

130. An ſi coniux putatioos, dubios de valore matrimonij interroget Confeſſariom de illo, teneatur Confeſſarius aperire veritatem, quamuis profutura non ſit, nec emenda à pœnitente ſperetur? 279

131. An ſi pœnitens, v.gr. coniux, ooo cum dubio, ſed ex ſcrupolo interroget Confeſſarium de valore matrimonij, teneatur etiam Confeſſor aperire veritatem, caſo qoo proſotura non ſit? ibid.

132. An Confeſſarius, ſiue proprius, vt eſt Parochus, ſiue delegatos, vt eſt Regularis (vel alius qui non eſt proprius paſtor) teneatur ſequi opinionem pœnitentis contra propriam opinionem? ibid.

133. An Confeſſarius non proprius teneatur ſub mortali ad ſe eonformandum opinioni probabili pœoitentis? ibid.

134. An Confeſſarios teneatus monere pœnitentem quem inualidè abſoloit, de defectu abſolutionis, vt iterum confiteatur? ibid.

135. An ſi Confeſſarius neqoeat ſine graoi damno, aut ſcaodalo monere pœnitentem de defectu circa valorem Sacrameoti commiſſo, ad id teneatot? ibid.

136. An fieri poſſit vt Confeſſor moneat pœnitentem,

Digitized by Google

tem de dicto defectu, abſque ſcandalo? 280

137. An Confeſſarius teneatur monere pœnitentem, ſi illum poſitiuè obligauit ad ſoluendum, quod non debebat, vel ad non reſtituendum, quod reſtituere tenebatur? ibid.

138. An Confeſſarius etiam teneatur ad monendum pœnitentem, & aliter reſtituendum, quando non poſitiuè, ſed omiſſiuè errauit, non præcipiendo illi reſtitutionem, quam facere debebat? ibid.

139. An Confeſſarius teneatur monere pœnitentem de defectu commiſſo contra integritatem Confeſſionis; ut ſi non interrogauit culpabiliter eum de circumſtantiis, vel numero peccatorum, &c. ibid.

140. An ſaltem ſi pœnitens huiuſmodi iterum ad Confeſſionem redeat, teneatur Confeſſarius illum in Confeſſione admonere de defectu commiſſo in Confeſſione præcedenti? 281

DISPVTATIO XII.

De Miniſtro Confeſſionis, quoad Caſus Reſeruatos.

QVÆST. I. AN in Eccleſia ſit poteſtas reſeruandi caſus, etiam in foro conſcientiæ? 281

2. An poteſtas hæc reſeruandi caſus reperiatur in Romano Pontifice, in Epiſcopis, & Prælatis Religionum? ibid.

3. An hæc poteſtas reſeruandi caſus ſit etiam in Parochis? ibid.

4. An Epiſcopus poſſit reſeruare aliquos caſos, à quibus Parochi ſibi ſubditi abſoluere nequeant? ibid.

5. An peccata impuberum reſeruationibus Prælatorum reſeruantium ſubdantur? ibid.

6. An Peccata venialia, & mortalia iam legitimè confeſſa reſeruari poſſint? 282

7. An peccata omninò interna poſſint reſeruari? ibid.

8. An de facto ſint aliqua interna peccata reſeruata? ibid.

9. An quando reſeruantur peccata mortalia contra iuſtitiam, aut contra charitatem, caſtitatem, &c. quoties in actum externum prodeunt, comprehendantur actiones leues externæ ex affectu mortali procedentes? ibid.

10. An peccatum mortale in dubio poſſit reſeruari, hoc eſt, an poſſit ſuperior reſeruare abſolutionem peccati, de quo pœnitens dubitat, an fuerit mortale? 283

11. An quando de facto ſimpliciter, & abſolutè reſeruatur aliquod genus peccati, etiam intelligatur reſeruatum peccatum mortale dubium, ideſt, quando dubium eſt, an ſit commiſſum, vel an fuerit mortale? ibid.

12. An ſi inferior in dubio abſoluat pœnitentem ab aliquo peccato reſeruato, v. gr. ab Hæreſi, & poſtea re melius examinata, conſtet de certitudine peccati, & cenſuræ incurſæ, cenſeatur legitimè abſolutus, an verò debeat recurrere ad Superiorem pro abſolutione. ibid.

13. An Prælati reſeruare peccata ſine cenſura poſſint? ibid.

14. An quando Sum. Pontifex, aut Epiſcopus reſeruat aliquod peccatum cum cenſura, reſeruet ſibi ſolùm cenſuram, & non peccatum, propter quod imponitur? 284

15. An data facultate per Bullam, aut Priuilegium ad abſoluendum à cenſura, cenſeatur etiam conceſſa ad abſoluendum à peccato, & culpa? ibid.

16. An quando peccata reſeruata à Pontifice (vel ab alio Prælato) ita committuntur, vt præ ignorantia non incurratur excommunicatio, maneant tunc peccata reſeruata? ibid.

17. An Superior poſſit reſeruare peccatum, etiam quoad abſolutionem indirectam, hoc eſt, ita vt ab inferiore nec indirectè, nec directè ab aliis peccatis abſoluendo, abſolui poſſit? ibidem.

18. An reſeruatio facta à Papa abſque legitima cauſa, ſit valida reſpectu omnium Confeſſorum? ibid.

19. An etiam reſeruatio facta ab Epiſcopo abſque rationabili & legitima cauſa, ſit valida? 285

20. An Prælati qui poteſtatem habent reſeruandi caſus, poſſint illorum abſolutionem reſeruare, non ſolùm ſibi, ſed etiam aliis? ibid.

21. An ſuperior, qui alios poteſt à reſeruatis abſoluere, poſſit etiam dare facultatem alteri, qui ipſummet Superiorem abſoluat à caſu reſeruato, in quem incidit? ibid.

22. An Epiſcopus, qui in caſum reſeruatum Summo Pontifici (v. gr. in hæreſim occultam) incidit, à quo poteſt ſuos ſubditos abſoluere, poſſit facultatem ſuo Confeſſario committere, vt eum ab illo abſoluat? ibidem.

23. An Vicarius Epiſcopi, qui poteſtatem ſubdelegandi habet, poſſit etiam facere ſe abſolui ab alio, ſi in caſum reſeruatum à ſuo Epiſcopo inciderit? ibid.

24. An Superiores locales poſſint abſolui à ſuo Confeſſario à peccato, quod non ipſi, ſed Capitulum Generale, aut Generalis reſeruauit? ibid.

25. An Confeſſarius huius Diœceſis habens facultatem abſoluendi à reſeruatis in illa, poſſit abſoluere pœnitentem alterius Diœceſis à reſeruatis in ſua Diœceſi? 286

26. An ſi Confeſſarius huius Diœceſis nullam habeat facultatem abſoluendi à reſeruatis in illa, poſſit nihilominus in eadem Diœceſi abſoluere pœnitentes alterius Diœceſis à reſeruatis in ipſa? ibid.

27. An ſi pœnitens verſatur in alia Diœceſi, & peccata ibi reſeruata committat, poſſit ſi aliàs in loco, à quo diſceſſit, non erant reſeruata, à quocumque Confeſſario abſolui? ibid.

28. An ſi pœnitens habens peccata reſeruata, & non reſeruata, primò adeat ſuperiorem, poſſit validè, & licitè Superior, auditis omnibus peccatis, abſoluere à reſeruatis tantùm, & pro aliis non reſeruatis mittere pœnitentem ad alios Confeſſores? ibid.

29. An ſaltem ex graui cauſa poſſit Superior licitè audire tantùm peccata reſeruata, & ab illis abſoluere, & pro aliis non reſeruatis mittere pœnitentem ad inferiorem? 287

30. An in dicto caſu quo pœnitens abſolutus fuit à ſuo Superiore à ſolis reſeruatis, habeat obligationem es iterum inferiori confitendi cum non reſeruatis? ibid.

31. An quando ex cauſa Prælatus pœnitentem à ſolis reſeruatis abſoluit, verum fiat Sacramentum, quod & gratiam conferat? ibid.

32. An Confeſſarius inferior licitè poſſit abſoluere pœnitentem confitentem peccata reſeruata, cum obligatione, ut poſtea ea ſola Superiori confiteatur? ibid.

33. An quando pœnitens habens reſeruata, primò adit (ex cauſa vrgenti) inferiorem, teneatur illi confiteri omnia peccata, tam reſeruata, quàm non reſeruata? 288

34. An ſi pœnitens confitens aliqua reſeruata obliuiſcatur alia inculpabiliter, maneat tunc liber à reſeruatione iſtorum, ita vt poſtea à reſeruatis oblitis abſolui poſſit à quocumque alio Confeſſario? ibid.

35. An ſubditus non ſolum maneat liber à reſeruatione oblitorum, quando aliqua reſeruata confitetur; verùm etiam quando nulla propter obliuionem confitetur? ibid.

36. An qui virtute Iubilæi, aut Bullæ fuit abſolutus à peccatis, ſicut remanet abſolutus à reſeruatis oblitis, ſic etiam remaneat liber ab obligatione poſtea confitendi illa reſeruata legitimo Superiori, ſi non habeat Bullam, aut iam ſit finitum tempus Iubilæi? ibid.

37. An ſi pœnitens tempore Iubilæi Confeſſus ſit cum intentione lucrandi illud, & poſtea non lucretur, maneat liber à reſeruatione peccatorum, quæ confeſſus eſt? 289

38. An peccet mortaliter pœnitens, non obſeruando reliqua requiſita ad Iubilæum lucrandum, poſtquam virtute illius abſolutionem à reſeruatis, & votorum commutationem obtinuit? ibid.

39. An pœnitens prædicto modo abſolutus virtute Iubilæi, ſi reliqua requiſita non implet, maneat etiam liber à reſeruatione peccati reſeruati obliti, ita vt poſſit poſtea cuicumque Confeſſario illud confiteri? ibid.

40. An ſi quis confiteatur animo lucrandi Iubilæum, & virtute illius abſoluatur à cenſuris, ſi poſtea illud non lucretur, reincidat in priſtinam cenſurarum reſeruationem, à quibus abſolutus fuerat? ibid.

41. An qui tempore Iubilæi Confeſſionem non fecit, quia facto examine non inuenit mortale, quod deberet confiteri, poſſit poſtea tranſacto Iubilæo, à reſeruatis ante illud commiſſis, & oblitis, à quocumque communi Confeſſario abſolui? ibid.

42. An ſi quis expreſsè confiteatur Prælato, vel habenti poteſtatem delegatam, omnes caſus reſeruatos, ſatisfaciat reſeruationi, ſi Confeſſio ex defectu doloris, ſeu examinis, ſeu ex alio capite nulla reddatur? 290

43. An idem ſit dicendum de illo, qui tempore Iubilæi inualidè confitetur, an ſcilicet maneat liber à reſeruatione peccatorum, quæ faſſus eſt, à cenſuris, irregularitatibus, & à votis? ibid.

44. An omnes, qui peccata reſeruant, vel qui poteſtatem ordinariam habent ad eorum abſolutionem, poſſint facultatem abſoluendi à reſeruatis delegare? ibid.

45. An ſi aliquis petat facultatem à Superiori pro vna vice pro caſibus reſeruatis, includatur in hac petitione ipſemet petens, ita vt dicta facultate vti poſſit pro ſua perſona? ibidem.

46. An qui obtinuit facultatem abſoluendi pœnitentem à reſeruatis, in quæ inciderat, ſi poſtea inueniat ipſummet pœnitentem lapſum fuiſſe in alia duo, vel tria peccata reſeruata, poſſit eum ab his etiam abſoluere? 291

47. An ſi alicui concedatur licentia, aut facultas eligendi Confeſſarium, qui ipſum à caſibus reſeruatis pro vna vice abſoluat, ſolùm detur, vt abſoluatur à peccatis ante commiſſis, non verò à peccatis in poſterum committendis? ibid.

48. An facultas abſoluendi à reſeruatis extendatur ad reſeruata commiſſa ob confidentiam talis facultatis. ibid.

49. An ſi quis in fine Iubilæi accedat facturus longam Confeſſionem, & Confeſſarius non poſſit integrè tunc illum audire, poſſit, & debeat intra tempus Iubilæi abſoluere illum à cenſuris, & reſeruatione caſuum, & differre abſolutionem peccatorum poſt elapſum tempus Iubilæi? ibid.

50. An caſu quo Confeſſio perficiatur iuſta de cauſa poſt elapſum tempus Iubilæi, poſſit Confeſſor abſoluere tunc à reſeruatis commiſſis, etiam poſt finitum Iubilæi tempus? 292

51. An ſi quis ſine animo lucrandi Iubilæum tranſegerit vtramque Hebdomadam, & die ipſo Sabbathi in fine ſecundæ Hebdomadæ, mutato animo, velit illud lucrari, poſſit tunc à reſeruatis abſolui, & lucrari Iubilæum? ibidem.

52. An ſi aliquis omnia iniuncta opera pro lucrando Iubilæo feciſſet, & vltimo die, in quo Euchariſtiam debebat accipere, per obliuionem, aut incuriam biberet, poſſet hoc non obſtante lucrari Iubilæum & à reſeruatis abſolui? ibid.

53. An lucrato iam Iubilæo, non verò elapſo eius tempore, poſſit quis iterum abſolui à reſeruatis de nouo commiſſis? ibid.

54. An qui priori Hebdomada lucratus eſt Iubilæum, poſſit illud in ſecunda iterum lucrari, & abſolui iterum à reſeruatis de nouo commiſſis? ibid.

55. An tempore Iubilæi, quo Regulares etiam abſolui poſſunt à reſeruatis, teneantur eligere Confeſſarium ab Epiſcopo approbatum? 293

56. An facultates quas Regulares habent ad abſoluendum à reſeruatis, reuocari cenſeantur per Iubilæum anni Sancti? ibid.

57. An ſaltem dictæ facultates Regularium reuocentur, aut ſuſpendantur per Bullam Cruciatam? ibid.

58. An Regulares virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poſſint à caſibus ſuis Prælatis reſeruatis, abſque eorum licentia? ibid.

59. An ſaltem ſufficiat licentia tacita Superiorum, vt Religioſus poſſit virtute Bullæ abſolui à caſibus ſuis Prælatis reſeruatis? 295

60. An etiam Regulares virtute Bullæ Cruciatæ poſſint inuitis Prælatis abſolui à reſeruatis à Confeſſario deſignatis à Superiore pro ſuis ſubditis? ibid.

61. An ſaltem per Bullas Cruciatas à ſucceſſoribus Pontificibus concedendas poterunt Regulares abſque vlla licentia ſuorum Prælatorum eligere Confeſſorem, & abſolui à reſeruatis iuxta tenorem earum? 296

62. An denique poſſint Regulares virtute Cruciatæ eligere quemlibet Confeſſarium approbatum, vt ab ipſo abſolui valeant à peccatis mortalibus non reſeruatis? ibid.

63. An Prælatus Regularis poſſit dare facultatem abſoluendi ſubditum à reſeruatis Sacerdoti

ſimplici

ſimplici, non approbato ab Epiſcopo? ibid.

64. An quilibet Confeſſarius Sæcularis, vel Regularis poſſit abſoluere Nouitios etiam à peccatis in Religione reſeruatis? ibid.

65. An Superior teneatur concedere facultatem ſubdito (per ſe, vel per alium) eam petenti, vt poſſit ab aliis à reſeruatis abſolui? 297

66. An caſu quo Superior iniuſtè neget facultatem abſoluendi ſubditum à reſeruatis, poſſit tunc petita, & non obtenta facultate, abſolui directè ab alio Confeſſario? ibid.

67. An Superior poſſit concedere facultatem abſoluendi ſubditum à reſeruatis, cum onere tamen comparendi poſtea, & manifeſtandi eadem peccata Superiori? ibid.

68. An ſubditus ex facultate conceſſa cum onere comparendi abſolutus, teneatur poſtea comparere, ſi ante abſolutionem ignorauit dictum onus comparendi? ibid.

69. An in articulo, ſeu periculo mortis poſſit quilibet Sacerdos abſoluere quemlibet ab omnibus cenſuris, & caſibus reſeruatis? 298

70. An qui in articulo mortis abſoluitur ab excommunicatione reſeruata, teneatur tranſacto illo articulo comparere coram Superiore, cui reſeruata erat? ibid.

71. An qui in articulo mortis abſoluitur à caſibus reſeruatis, non tamen habentibus cenſuram annexam, teneatur etiam coram Superiore comparere? ibid.

72. An Prælatus inferior Papâ ita poſſit reſeruare peccata non habentia annexam cenſuram, vt in articulo mortis debeat abſolui cum onere comparendi poſtea, elapſo periculo? ibid.

73. An qui extra articulum mortis impeditus eſt adire Pontificem pro abſolutione à cenſura illi reſeruata, poſſit ab Epiſcopo abſolui? ibid.

74. An poſſit abſolui ab Epiſcopo pœnitens, qui licèt non poſſit adire Pontificem pro abſolutione à cenſura, poteſt tamen adire Nuntium, vel Legatum potentem ab ea abſoluere? 299

75. An ſi in dictis caſibus Pontificiis pœnitens non poſſit recurrere ad Epiſcopum, poſſit adhuc abſolui à Parocho, aut ab alio legitimo Confeſſore, ſub eadem cautione, & onere? ibid.

76. An quando idem peccatum pluribus reſeruationibus eſt reſeruatum, vna ſine alia auferatur? ibid.

DISPVTATIO XIII.

De Confeſſariis ſollicitantibus Pœnitentes ad turpia, & inhoneſta.

Quæſt. 1. QVænam extent Bullæ, Conſtitutiones, & Decreta Pontificum contra Confeſſarios ſolicitantes Pœnitentes ad inhoneſta, & turpia? 299

2. An præfatæ Conſtitutiones, & decreta inter ſe differant? 301

3. An Bulla Gregorij XV. ſit in Hiſpania recepta? ibid.

4. Quid eſt ad actus inhoneſtus ſolicitare? ibid.

5. An denuntiandus ſit Confeſſarius ſolicitans, ſi de ſolicitationis delicto non ſit infamatus, vel (quod idem eſt) ſi ſolicitatio ita ſit occulta, vt vni tantùm ſit nota? 303

6. An ante denunciationem ſit præmittenda correctio fraterna, caſu quo ſolicitator firmiter emendandus credatur? ibid.

7. An teneatur quis Confeſſorem ſolicitantem denuntiare, ſi credat iam eſſe emendatum? 304

8. Quando ſolicitator cenſebitur emendatus, vt quis iuxta probabilem ſententiam nuper relatam non teneatur illum ex præcepto Edicti denuntiare? ibid.

9. An Confeſſarius ſolicitans in confeſſione, non ad turpia, ſed ad alia peccata, ſit denuntiandus? ibid.

10. An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in vſu Baptiſmi, Matrimonij, & aliorum Sacramentorum aliquam fœminam ad venerea ſolicitat? 305

11. An fœmina ſolicitata teneatur ſub mortali denuntiare Confeſſarium ſolicitantem, caſu quo iuxta dicenda teneatur? ibid.

12. An ſit denunciandus ſub graui culpa Confeſſarius ſolicitans ad actus ſolùm venialiter inhoneſtos? ibid.

13. An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in actu Confeſſionis faciem pœnitentis à pulchritudine laudat? ibid.

14. An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui cùm audit Confeſſiones, interius delectatur, aut voluntariè polluitur, & id pœnitenti aperit. ibid.

15. An ſit denuntiandus Confeſſarius qui in Confeſſione chartam prouocatiuam ad venerem poſtea legendam pœnitenti tribuit? 306

16. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui in Confeſſione, vel proximè ad illam ſuam concubinam obiurgat, Hiſpanè, *la pide zelos?* ibid.

17. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui dedit pœnitentiam fœminæ, vt domi nuda ab ipſo verberetur, & poſtea accidit? ibid.

18. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui in Confeſſione inſtigat fœminam, vt alium in copulam admittat? ibid.

19. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui ſolicitat in Confeſſione fœminam ad hoc vt mediet cum alia, vt in fornicationem conſentiat? ibid.

20. An ſit denunciandus Confeſſarius qui ſolicitatus in Confeſſione à fœmina, ſolicitationi conſenſit? ibid.

21. An ſit denunciandus Confeſſarius qui ſolicitatus ad congreſſum à fœmina renuit, intendens tamen ſolùm tactibus ſe oblectare, & ad eos prouocare fœminam? 307

22. An ſit denunciandus Confeſſarius caſo, quo ipſe & fœmina ad inuicem ſolicitent, à fœmina tamen primò, & à Confeſſario deinde? ibid.

23. An ſit denunciandus Confeſſarius qui ad audiendam Confeſſionem mulieris ægrotantis vocatus, & ab ea minùs ſuadente ſolicitatur, ſolicitationi conſentit? ibid.

24. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui à fœmina petit, vt ſe tali hora ad Confeſſionem audiendam vocet, & ipſe poſtea cum illa aliquos actus ex prohibitis exerceat? ibid.

25. An ſit denunciandus Confeſſarius qui in Confeſſionario, aut ſub prætextu Confeſſionis ſolicitat pœnitentem, caſu quo non ſequatur Confeſſio? 308

26. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui non in actu Confeſſionis, ſed paulò ante, vel poſt fœminam ſolicitauit? ibid.

27. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui accedentem fœminam ad Confeſſionem præuenit, vt Confeſſionem in aliud tempus differat, mutatoque confitendi animo, tunc eam ſolicitat? ibid.

28. An ſit denunciandus Confeſſarius, qui poſt auditam Confeſſionem mulieris accedit ad

illius domum, & ibi, aut in itinete eam ſolicitat? ibid.
29. An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui fœminam dicentem ſibi, ſe velle craſtino, non hodie confiteri, illam ſolicitat? 309
30. An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ſedens in Confeſſionatio, & loquens cum fœmina ſtante, vel ſedente ante Confeſſionarium, illam ſolicitat? ibid.
31. An ſaltem denuntiandus ſit Confeſſatius qui ſedens in Confeſſionali, eatra occaſionem Confeſſionis ſolicitat fœminam coram ipſo flexis genibus conſtitutam, caſu quo ipſe Confeſſarius ex parte ſua non ſimulet ſe audite illius Confeſſionem? ibid.
32. An ſit denuntiandus Confeſſarius qui ſœminæ volenti ſecum aliquid bona fide extra Confeſſionarium communicare, dicit, Veni ad Confeſſionarium, & ibi eam ſolicitat? 310
33. An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui proximè ad Confeſſionem aliqua arte in ſomnum induxit fœminam, & tunc ſopitam cognovit? 311
34. An ſit denuntiandus Confeſſatius, qui adoleſcentem in Confeſſione ſolicitauit? ibid.
35. An ſit denuntiandus Confeſſatius qui ſtatim poſt Confeſſionem ducit ad cubiculum puerum, vt ſchedulam Confeſſionis tradat, illumque ibi ſolicitat? ibid.
36. An mandans Confeſſario, vt ſollicitet pro ſe pœnitentem, ſit denuntiandus? ibid.
37. An denuntiandi ſint Laici, qui fingunt ſe Sacerdotes, & Confeſſiones excipientes pœnitentes ſolicitant? ibid.
38. An ſaltem prædicti Laici Subdiaconi, aut Diaconi, qui Sacetdotes ſimulant & Confeſſiones eacipiunt, non tamen abſoluunt, denunciandi ſint ex aliis Decretis Pontificum? 312
39. An ex vi dictarum Conſtitutionum denunciandus ſit Sacetdos, qui iuriſdictione carens, Confeſſiones excipit, & in eis pœnitentes ſolicitat? ibid.
40. An ſit denunciandus Confeſſionis interpres, qui in actu Confeſſionis ante, vel immediatè poſt pœnitentes ad inhoneſta ſolicitat? ibid.
41. An fœmina ſolicitans Confeſſarium, ſit ab ipſo, vel ab aliis, qui hoc ſciunt, denuncianda? ibid.
42. An Confeſſarius ſolicitans teneatur denuntiare ſeipſum? 313
43. An caſu quo ſœmina ſolicitata à confeſſore conſentiat, teneatur illum denuntiare? ibid.
44. An pœnitens excuſetur ab huiuſmodi denuntiatione, ſi ex illa timeat aliquod graue damnum in vita, fama, aut bonis temporalibus? ibid.
45. An etiam excuſetur ab obligatione denuntiandi ille, qui ab aliquo ſub ſecreto naturali ſcriuit, fœminam à tali Confeſſario fuiſſe ſolicitatam? 314
46. An excuſetur à denuntiatione Inquiſitoribus facienda, qui Epiſcopo ſolicitantem detulit? ibid.
47. An excuſetur fœmina ſolicitata à denunciatione facienda, ſi ſciat Confeſſarium iam eſſe ab alia denuntiatum, & punitum? ibid.
48. An Sacerdos poſſit abſoluere pœnitentem antequam Inquiſitoribus denuntiet Confeſſarium qui ſolicitauit? 315
49. An fœmina quæ ob negligentiam denuntiandi excommunicationem iam incurrit, poſſit à quocumque Confeſſario virtute Bullæ à dicta excommunicatione abſolui, ſi denuntiationis præceptum adimpleat, aut ſi obligatio denuntiandi omnino ſit extincta? ibid.
50. An Epiſcopus ſolicitans ſit Inquiſitoribus denuntiandus? ibid.
51. An Inquiſitor ſolicitans ſit Inquiſitori Generali denuntiandus? ibid.
52. An huiuſmodi ſolicitationis crimen ſufficienter per teſtimonium duarum fœminarum probetur? 316
53. An non ſolùm pœnitens ſolicitatus, ſed etiam quiuis alius id ſciens teneatur denuntiare ſolicitantem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ? ibid.
54. An dies pro termino in Edicto aſſignati numerari debeant à die, & hora publicationis Edicti? ibid.
55. An fœmina ſolicitata ignara Inquiſitionis Edicti teneatur denuntiare ſtatim ac ſciuerit? ib.
56. An ſaltem fœmina ſolicitata, Edictique conſcia, impedita tamen ad denuntiandum, teneatur denuntiare ſtatim ac commodè poſſit? ibid.
57. An teneatur denuntiare ſolicitantem ille, qui à fœmina leuibus, & non fide dignis fuiſſe talem audiuit? 317
58. An Edictum Inquiſitionis annuale duret per integrum annum? ibid.
59. An ſi Edictum non publicetur ab Inquiſitoribus, teneatur fœmina ſub pœna excommunicationis denuntiare Confeſſarium ſolicitantem? ibid.
60. An Fœmina conſcia publicationis Edicti, teneatur denuntiare ante impletos ſex dies publicationis, caſu quo ipſa iter agat ante adimpletionem illorum ad oppidum, vbi non eſt opportunitas denuntiandi? 318
61. An Eccleſiaſtici, qui interſunt ſententiis contra Confeſſarios ſolicitantes, teneantur ſub mortali non manifeſtare perſonam delinquentem? ibid.
62. An Confeſſarius ſolicitans in Confeſſione ad turpia, ſit de hæreſi ſuſpectus? ibid.
63. An Confeſſarius ſolicitans in Confeſſione ad turpia, ſit de hæreſi vehementer ſuſpectus? ib.
64. An Confeſſarius ſolicitans debeat abiurare de vehementi? ibid.
65. An Confeſſarius qui propter ſolicitationem factam de leui abiurauit, remaneat eo ipſo inhabilis ad dignitates Eccleſiaſticas? ibid.

DISPVTATIO XIV.

De Indulgentiis, & Suffragiis.

QVÆST. I. AN in Eccleſia ſit poteſtas concedendi Indulgentias? 319
2. An conceſſio Indulgentiarum ſit actus poteſtatis Ordinis? ibid.
3. An Indulgentia ſit actus ſpiritualis iuriſdictionis, quo peccator liberatur à reatu pœnæ temporalis extra Sacramentum, ex applicatione Theſauri Eccleſiæ per liberalem Papæ huius Ærarii Diuini diſpenſatoris condonationem? ibid.
4. An facultas concedendi Indulgentias conceſſa ſit Eccleſiæ Iure Diuino? ibid.
5. An conceſſio Indulgentiæ ſit eſſentialiter mera ſolutio, an verò abſolotio? ibid.
6. An detur Theſaurus Eccleſiæ, vnde Papa Indulgentias concedat? 320
7. An vnicus ſit Theſaurus Eccleſiæ, ex quo Papa Indulgentias concedat? ibid.
8. An Theſaurus Eccleſiæ ſolùm ex meritis, & ſatisfactionibus

ſatisfactionibus Chriſti Domini coadunctur? ibid.

9. An in lege antiqua fuerit Theſaurus ex ſatisfactionibus ſuperfluis Electorum conſtans? ibid.

10. An in theſauro Eccleſiæ reponantur ſatisfactiones ſuperfluæ, etiam reproborum? ibid.

11. An Pontifex aliunde quam ex Theſauro prædicto concedere Indulgentias poſſit? 321

12. An quoties de facto Indulgentia conceditur, toties diſpenſetur Theſaurus, etiam prout continet ſatisfactiones Sanctorum? ibid.

13. An Theſaurus Eccleſiæ, etiam prout continet ſatisfactiones Sanctorum, poſſit aliter quàm per Indulgentias diſpenſari? ibid.

14. An Papa poſſit pro tota Eccleſia Indulgentias concedere? ibid.

15. An etiam Concilium Generale poſſit Iure Diuino Indulgentias concedere? ibid.

16. An ſaltem Epiſcopi poſſint Iure Diuino concedere Indulgentias ſuis Subditis? 322

17. An Epiſcopi Iure ordinario humano poſſint Indulgentias concedere? ibid.

18. An poteſtas conceſſa Epiſcopis ad Indulgentias concedendas, ſit cum limitatione conceſſa? ibid.

19. An ſi Epiſcopus plures dies Indulgentiæ vltra ſibi præſcriptos concedat, non ſolùm peccet, ſed etiam ſit nulla conceſſio? ibid.

20. An ſi Epiſcopus concedat ſexaginta dies (v.g.) Indulgentiæ, valeat ad minus conceſſio vſque ad quadraginta? ibid.

21. An Epiſcopi poſſint concedere Indulgentias pro Defunctis? ibid.

22. An Epiſcopus non conſecratus poſſit Indulgentias concedere? ibid.

23. An Vicarius Generalis Epiſcopi, & Capitulum Sede vacante poſſint Indulgentias concedere? ibid.

24. An Epiſcopus poſſit delegare ſuo Vicario facultatem hanc concedendi Indulgentias? 323

25. An Summus Pontifex poſſit de plenitudine ſuæ poteſtatis delegare Laico poteſtatem concedendi Indulgentias? ibid.

26. An Confeſſor in foro Confeſſionis poſſit Indulgentias concedere? ibid.

27. An requiratur aliqua pia cauſa, vt licitè concedat Pontifex Indulgentias? ibid.

28. An requiratur cauſa pia, non ſolùm vt qui concedit Indulgentias non peccet, ſed etiam vt conceſſio valida, & rata ſit? ibid.

29. An quælibet cauſa pia ſufficiat ad valorem Indulgentiæ, etiam pleniſſimæ? ibid.

30. An quando re ipſa cauſa non eſt ſufficiens, nec proportionata, æſtimatur tamen talis à concedente Indulgentias, ſit valida conceſſio? 324

31. An ſi cauſa non ſit proportionata ad totum quod conceditur, conceſſio ſit valida quoad partem, ad quam datur cauſa proportionata? ibid.

32. An eleemoſyna duorum Iuliorum, ſeu argenteorum, quæ in ſubſidium Bullæ Cruciatæ datur, ſit ſufficiens cauſa ad tot, tantaſque Indulgentias concedendas? ibid.

33. An reperiatur iuſta, & pia cauſa, quando conceditur Indulgentia habenti aliquod granum, vel imaginem benedictam? ibid.

34. An qui lucratus eſt Indulgentias, neceſſariò debeat eſſe homo viator, baptizatus, & ratione vtens? ibid.

35. An Catechumeni, qui fidem, & charitatem habent, ſint capaces Indulgentiæ antequam baptizentur? 325

36. An illi, qui poſt vſum rationis in amentiam incidit, poſſit concedi Indulgentia? ibid.

37. An lucretur Indulgentias ille, qui illas ignorat, ſi alias faciat omnia opera iniuncta? ibid.

38. An lucretur Indulgentiam qui v.g. viſitat Eccleſiam principaliter ob recreationem, aut ieiunat ea cauſa non expendendi in emendis cibis, &c. ſi dum hæc facit habeat ſimul intentionem lucrandi Indulgentiam? ibid.

39. An lucrari poſſit Indulgentias excommunicatus contritus, ſi nequit obtinere abſolutionem; ſi eſt impotens ad ſoluenda debita, ob quæ eſt excommunicatus? ibid.

40. An ſuſceptor Indulgentiarum neceſſariò debeat eſſe in gratia? 326

41. An requiratur ſtatus gratiæ pro toto tempore, quo fiunt omnia opera ad conſequendam Indulgentiam præſcripta? ibid.

42. An ſi quis non fuerit conſecutus effectum Indulgentiæ, eo quòd omnia opera ad id requiſita præſtiterit in peccato, poſtea quando tranſacto illo tempore iuſtificatur, effectum Indulgentiæ recuperet? ibid.

43. An ſi opera ad Indulgentiam præſcripta fiant non ſolùm in peccato, ſed cum peccato, quia vitiantur aliquo fine malo, proſint ad Indulgentiam? ibid.

44. An requiratur ſtatus gratiæ, vt vnus alteri applicet Indulgentiam? 327

45. An ſit de neceſſitate Indulgentiæ, vt concedatur ſub conditione alicuius pij operis faciendi ab illo, cui Indulgentia conceditur? ibid.

46. An opus pium, quod ad lucrandam Indulgentiam ferè ſemper requiritur, debeat ſemper eſſe opus externum? ibid.

47. An ad lucrandam Indulgentiam debeat quis per ſeipſum opera præſcripta adimplere? ibid.

48. An quando in conceſſione Indulgentiæ petitur eleemoſyna, ſufficiat illam per famulum dare? ibid.

49. An ſi quis præberet eleemoſynam famulo vt illam daret, conſequatur Indulgentiam, famulo eleemoſynam non præbente? ibid.

50. An quando in conceſſione indulgentiæ præſcribitur abſolutè, & indeterminatè eleemoſyna, hæc facienda ſit ſecundum qualitatem perſonæ? 328

51. An ſaltem facienda ſit eleemoſyna ſecundum qualitatem perſonæ, quando in Bulla id præcipitur? ibid.

52. An ad lucrandam Indulgentiam ſufficiat eleemoſyna ſpiritualis, quæ comprehenditur hoc verſu, Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora? ibid.

53. An pauperes qui ad lucrandas Indulgentias non poſſunt dare eleemoſynam, egeant commutatione in aliud opus pium? ibid.

54. An ſi nolit Superior pro Religioſis eleemoſynam dare, poſſint iſti aliquid e monaſterij bonis inſcio Superiore pro eleemoſyna largiri ad lucrandum Iubilæum? 329

55. An ipſemet qui lucraturus eſt Indulgentias Bullæ, aut Iubilæi, debeat neceſſariò eleemoſynam præſcriptam dare? ibid.

56. An ad lucrandas Indulgentias ſufficiat dare eleemoſynam die Dominico, etiam poſt communionem? ibid.

57. An quando in Bulla præcipitur tribus diebus fieri eleemoſynam, neceſſariò facienda ſit iiſdem diebus, vt Indulgentia conſequatur? ib.

58. An ad lucrandum Iubilæum ſufficiat dare eleemoſynam cui aliàs ex obligatione præcepti naturalis, vel voti debetur? ibid.

59. An etiam ſufficiat dare eleemoſynam pauperi credito, qui revera diues eſt? 330

60. An in ieiuniis ad Iubileum impoſitis poſſit ieiunans veſci ouis & lacticiniis, ſi ad minus Bullam habeat cruciatæ? ibid.

61. An ſi prædicta ieiunia incidant extra Quadrageſimam, poſſint lucrantes Indulgentias ſatisfacere illis veſcendo lacticiniis, etiam ſine Bulla? ibid.

62. An ſi dicta ieiunia incidant in Quadrageſima, poſſit etiam ille qui non habet Bullam ſatisfacere illis edendo oua, & lacticinia? ibid.

63. An ſatisfaciat Iubilæo per ieiunia aliunde debita ea voto? ibid.

64. An oratio, quæ debet fieri in Eccleſia pro lucranda Indulgentia Bullæ, aut Iubilæi, neceſſariò debeat eſſe vocalis? ibid.

65. An pro obtinenda Indulgentia ſufficiat quæcumque, etiam minima, & breuis oratio? 331

66. An pro lucranda Indulgentia ſatis ſit fundere preces, aliàs ea obligatione voti, aut pœnitentiæ, &c. debitas? ibid.

67. An ſufficiat extra portam Eccleſiæ orare ad conſequendam Indulgentiam conceſſam illam viſitantibus? ibid.

68. An quando ad lucrandam Indulgentiam exigitur viſitare quinque altaria in aliqua Eccleſia, ſufficiat etiam extra portam illa viſitare? ibid.

69. An ad lucrandam Indulgentiam conceſſam viſitantibus quinque altaria, requiratur motus corporalis, quo aliquis ſingula adeat? 332

70. An quando quis vnum tantùm altare quinquies viſitat, teneatur etiam qualibet viſitatione finita, corpus, vel caput inclinare in ſignum diſtinctæ viſitationis? ibid.

71. An vbi reperiuntur quinque Eccleſiæ, ſufficiat ad obtinendam Indulgentiam Bullæ viſitare quinque altaria in eadem Eccleſia, vel in diuerſis? ibid.

72. An quando in vnica Eccleſia ſunt tria, vel quatuor altaria, ſufficiat vnum quinquies viſitare? ibid.

73. An poſſit quis lucrari Indulgentiam Bullæ viſitando quinquies Oratorium ſuum ab Epiſcopo pro Miſſa celebranda approbatum? ibid.

74. An Indulgentiam poſſit quis lucrari pro Animabus Purgatorij, vel pro defuncto ſibi bene viſo? 333

75. An ad lucrandas Indulgentias Iubilæi, aut Bullæ, teneatur confiteri qui non habet conſcientiam peccati mortalis? ibid.

77. An teneatur confiteri ad conſequendam Indulgentiam qui commiſit culpam mortalem, quam non eſt confeſſus? ibid.

78. An ſi in Bulla exigatur Confeſſio, vt ſi dicatur omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, ſeu contritis & confeſſis, qui hoc, vel illud fecerint, concedimus plenariam Indulgentiam, neceſſaria ſit Confeſſio illi, qui commiſit mortale poſt Confeſſionem? ibid.

79. An qui intra tempus à Iubileo præſcriptum confitetur, ſed ante Hebdomadæ finem (in quo conſequitur Indulgentiam) incidit in mortale, teneatur iterum confiteri? 334.

80. An ſi quis fecit intra Hebdomadam Confeſſionem ſacrilegam, ſufficiat ad effectum Iubilei habere contritionem ante finem Hebdomadæ? ibid.

81. An ad lucrandum Iubileum ſufficiat confiteri Dominica ſequenti? ibid.

82. An ad lucrandum Iubileum ſufficiat etiam confiteri ipſa die Dominica, qua ſolet promulgari? ibid.

83. An qui tempore Iubilei ob impotentiam phyſicam vel moralem non poteſt confiteri, poſſit lucrari Iubilæum, ſi alia opera præſcripta faciat? ibid.

84. An Religioſi, qui Iubileum lucrari volunt, teneantur eligere Confeſſarium ab Epiſcopo loci approbatum? ibid.

85. An tempore Iubilei poſſit Regularis ſine ſui Superioris licentia confiteri cum Confeſſariis approbatis extra ſuum Ordinem? 335

86. An etiam Moniales tempore Iubilei poſſint eligere quoſcumque Confeſſarios ab Ordinario approbatos? ibid.

87. An qui partem operum adimplet in prima Hebdomada, & partem in ſecunda, lucretur Iubileum, quando in eo præſcribuntur duæ Hebdomadæ? ibid.

88. An qui Iubileum lucratus eſt prima Hebdomada, poſſit illud in ſecunda iterum lucrari, & à reſeruatis abſolui? ibid.

89. An ſi quis Matriti lucratus ſit Iubileum, & poſtea veniat Complutum, vbi idem Iubileum celebratur, poſſit illud ſecundò lucrari, & à reſeruatis abſolui? 336

90. An qui tempore publicationis Iubilei eſt in Ciuitate, ſed ſtatim compulſus eſt ea diſcedere, poſſit poſtea perfecto itinere Iubileum conſequi? ibid.

91. An qui tempore publicationis eſt in Ciuitate, poſſit ibi incipere opera à Iubileo præſcripta, & proſequi in itinere, & in ipſo lucrari Iubileum? ibid.

92. An ſi quis initio promulgationis Iubilei non fuerit præſens, poſſit poſtea adueniens ibi Iubileum lucrari? ibid.

93. An ad lucrandum Iubileum ſufficiat, quod fiat Sabbatho commutatio Ieiuniorum, & aliorum operum, quæ diebus præcedentibus fieri debuiſſent? ibid.

94. An etiam ſi ex malitia quis omiſit opera præſcripta in Iubilæo, poſſit vltimo die illud lucrari, ſi dicta opera (quæ fieri debuiſſent) in alia à Confeſſario commutentur? ibid.

95. An non ſolùm Ieiunia, eleemoſynæ, &c. ſed etiam ipſa communio & confeſſio poſſit quandoque in alia opera commutari à confeſſario? 337

96. An Confeſſarius qui commutationem operum per Iubileum iniunctorum, aut votorum debet facere, ſit ſolus ille, cui pœnitens confitetur? ibid.

97. An Confeſſarius poſſit commutare vota virtute Iubilei, Bullæ Cruciatæ, aut alterius priuilegij extra Confeſſionem? ibid.

98. An qui tempore Iubilei habebat votum, & noluit pro tunc illud ſibi commutari, poſſit tranſacto Iubileo petere illius voti commutationem? ibid.

99. An tranſacto Iubileo poſſint commutari vota Pontificis reſeruata, quorum quis immemor commutationem non petiit? 338

100. An Confeſſarius, qui virtute Bullæ, aut Iubilei poteſt commutare, & diſpenſare vota, poſſit etiam commutare, & diſpenſare Iuramenta circa eandem materiam votorum ſoli Deo facta? ibid.

101. An Confeſſarius virtute Bullæ, aut Iubilæi habens poteſtatem commutandi & diſpenſandi vota, poſſit etiam commutare, & diſpenſare vota iuramento confirmata? ibid.

101. An facultas delegata ad commutanda vota, extendatur ad iuramenta adiecta contractui, in quo eſt turpitudo, aut iniuſtitia, vt iuramentum factum homini ſoluendi vſuras, aut extortum metu, &c. 339

103. An ille, cui conceditur generalis facultas ad omnia vota commutanda, poſſit vi huius indulti commutare vota Religionis, & Caſtitatis? ibid.

104. An ſaltem in illa generali conceſſione ad vota commutanda, comprehendantur vota reſeruata peregrinationis in Hieruſalem, ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ad inuiſendum D. Iacobum Compoſtellanum? ibidem.

105. An ille cui Papa concederet facultatem commutandi, vel diſpenſandi vota reſeruata, poſſet etiam commutare, vel diſpenſare quinque vota enumerata, nempe Caſtitatis, Religionis, Peregrinationis Romanæ, Hieroſolymitanæ, & Compoſtellanæ? ibid.

106. An Confeſſarius, cui virtute Iubilæi datur facultas commutandi vota, exceptis Caſtitatis, & Religionis, poſſit commutare iuramenta ingrediendi Religionem, & obſeruandi Caſtitatem? ibid.

107. An virtute Iubilæi poſſit Confeſſarius commutare vota Religionis & Caſtitatis, emiſſa metu leui ab extrinſeco incuſſo, ad extorquendum votum? 340

108. An virtute Iubilæi poſſit Confeſſarius commutare votum vouendi Caſtitatem, ſeu Religionem? ibid.

109. An votum non fornicandi, non committendi peccatum mollitici, non tangendi mulierem libidinosè, poſſit vi Iubilæi commutari? ibid.

110. An votum non nubendi poſſit vi Bullæ, aut Iubilæi commutari? ibid.

111. An virtute Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum Caſtitatis, aut Religionis emiſſum pro tempore limitato, vt ad annum? ibidem.

112. An etiam poſſet commutari, ſi tale votum eſſet ſeruandæ Caſtitatis centum annis? 341

113. An virtute Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum Virginitatis ſeruandæ? ibid.

114. An virtute Bullæ, aut Iubilæi ſit commutabile votum caſtitatis coniugalis? ibid.

115. An virtute Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum quo alter coniux abſque alterius licentia promiſit, ſe non petiturum debitum? ibid.

116. An votum caſtitatis emiſſum ab vno coniuge poſt conſummatum matrimonium ſine conſenſu alterius, poſſit virtute Bullæ, aut Iubilæi commutari? ibid.

117. An votum caſtitatis emiſſum ante contractum Matrimonium, poſſit virtute Bullæ, aut Iubilæi commutari à Confeſſario, vt poſſit vouens petere debitum? ibid.

118. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum Caſtitatis, quod vterque coniux emiſit communi conſenſu per modum contractus, facio vt facias; voueo vt voueas? 342

119. An vi Iubilæi, aut Bullæ poſſit commutari votum aſſumendi Ordines Sacros? ibid.

120. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum ingrediendi Ordinem Melitenſium, aut Maltenſium, ſiue D. Ioannis Hieroſolymitani? ibid.

121. An vi Iubilæi, aut Bullæ poſſit commutari votum ingrediendi Religionem militum Alcantaræ, Calatrauæ, D. Iacobi, S. Stephani, vel S. Mauritij? 343

122. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum aſſumendi habitus fœminarum, quas vulgo *Beatas* vocant? ibid.

123. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum ingrediendi Religionem, ad probandum num ſibi placeat? ibid.

124. An virtute Iubilæi, aut Bullæ poſſit comutari votum Paupertatis, & Obedientiæ in ſæculo, vel in Religione non approbata emiſſum? ibid.

125. An vi Iubilæi, aut Bullæ poſſit commutari votum, quo quis promiſit ingredi in Religionem ſtrictiorem, vt laxiorem ingrediatur? ibid.

126. An votum pœnale Caſtitatis, vel Religionis abſolutè emiſſum, ſit diſpenſabile ab Epiſcopo aut vi Bullæ, aut Iubilæi? ibid.

127. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum Caſtitatis emiſſum in pœnam peccati, quod quis heri admiſit, vel nunc proponit admiſſurum, ſi fuit, vel eſt mortale? 344

128. An vi Iubilæi, aut Bullæ poſſit commutari votum conditionale, vel pœnale Religionis, ſeu Caſtitatis? ibid.

129. An vota merè conditionalia (id eſt, non pœnalia) rei reſeruatæ, quando tantùm apparenter conditionalia ſunt, poſſint vi Bullæ, aut Iubilæi commutari? ibid.

130. An vota merè, & verè conditionalia Caſtitatis, & Religionis, poſſint vi Iubilæi, aut Bullæ commutari, ſaltem ante impletam conditionem? ibid.

131. An prædicta conditionalia vota poſſint etiam commutari virtute Bullæ, aut Iubilæi, adhuc poſt impletam conditionem? 345

132. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſint commutari vota Deo facta, in vtilitatem tamen tertij, v.g. votum dandi calicem alicui Eccleſiæ, dotem alicui puellæ, aut eleemoſynam tali pauperi, &c. ibid.

133. An etiam in caſu quo tale votum ſit acceptatum ab Eccleſia, puella, ſeu paupere, ſit adhuc diſpenſabile, aut commutabile vi Bullæ, aut Iubilæi? ibid.

134. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari pœna pecuniaria ex fractione voti incurſa? 346

135. An caſu quo Pontifex commutaſſet totam pœnam iam debitam, vel partem remiſiſſet, partem verò reliquiſſet, poſſet Confeſſarius vi Iubilæi illam in aliud opus pium commutare? ibid.

136. An vota emiſſa poſt promulgationem Bullæ, aut Iubilæi, poſſint commutari per talem Bullam, aut Iubilæum? ibid.

137. An vi Bullæ, aut Iubilæi, aut priuilegiorum Religionis, poſſit commutari non ſolùm votum principale, v. gr. audiendi ſacrum, ſed etiam votum non petendi commutationem illius? ibid.

138. An Confeſſarius, ſi tempore Iubilæi eſſet occupatus Confeſſionibus, poſſet vota commutare dicendo: ex nunc commuto tibi vota in id, quod ego poſtea, aut vir prudens iudicauerit commutanda? 347

139. An

139. An pœnitens qui hoc modo obtinuit commutationem, peccaret contra votum, ſi antequam Confeſſor, vel vir ille doctus illi deſignaret materiam ſubrogandam, votum non ſeruaret? ibid.

140. An Confeſſarius poſſit commutare tempore Bullæ, aut Iubilæi omnia vota, quorum numerum pœnitens non meminit? ibid.

141. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit Confeſſarius commutare votum diſiunctiuum, cuius ſola altera pars eſt reſeruata, vt ſi quis voueat caſtitatem, aut ieiunium? ibid.

142. An etiam poſſit dictum votum diſiunctiuum commutare, quando pars non reſeruata effecta eſt impoſſibilis, ita vt vouens nequeat illam adimplere, ſed tantum partem reſervatam? 348

143. An caſu quo quis voveat Caſtitatem, aut Ordinem Sacrum, aut jejunium disjunctivè, & vouens eligat efficaciter Caſtitatem ſeruare, poſſit tale votum vi Bullæ, aut Iubilæi Confeſſarius commutare? ibid.

144. An quando vota reſeruata, v.g. caſtitatis, vel Religionis, commutantur à Papa in materiam non reſeruatam, vt in confeſſiones menſtruas, poſſit Epiſcopus, vel Confeſſarius vi Bullæ aut Iubilæi diſpenſare, aut commutare eam materiam in aliam? ibid.

145. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum non peccandi? 349

146. An vota reſeruata, quorum commutatio conceditur per Bullam, & Iubilæum poſſint commutari durante Bulla, aut Iubilæo toties, quoties emiſſa fuerint? ibid.

147. An vi Bullæ, aut Iubilæi poſſit commutari votum perſeuerandi in Religione? ibid.

148. An vi Iubilæi, vel Bullæ poſſit commutari votum Religionis, vt non adimpleatur tempore præſcripto, ſed aliquando eius executio differatur? ibid.

149. An commutatione voti facta, licitum ſit vouenti omiſſa commutatione ſeruare primum votum? ibid.

150. An vota emiſſa ſub ſpe certa obtinendi Iubilæum, aut ex praua confidentia Bullæ, poſſint commutari? ibid.

151. An qui vi Bullæ, aut Iubilæi poteſt vota commutare, poſſit & illa diſpenſare? ibid.

152. An ſaltem qui vi Bullæ, aut Iubilæi poteſt vota diſpenſare, poſſit & illa commutare? 350.

153. An ad commutanda vota, aut juramenta in melius, requiratur aliqua Superioris auctoritas? ibid.

154. An etiam commutatio voti in bonum euidenter æquale poſſit fieri propria auctoritate vouentis? ibid.

155. An ſaltem dicta commutatio voti poſſit fieri in æquale bonum auctoritate priuata Confeſſoris? ibid.

156. An commutatio facta vi Bullæ, aut Iubilæi, poſſit fieri in minus bonum? 351

157. An iuxta opinionem Doctorum primæ ſententiæ relatæ quæſt. 154. poſſet qui adſtrictus eſſet recitare Coronam Virginis, hodiernam obligationem in ſequentem diem per commutationem transferre? ibid.

158. An quando vi priuilegiorum Regularium, aut alterius facultatis delegatæ commutantur vota etiam in bonum æquale, requiratur iuſta cauſa? ibid.

159. An cauſæ, quæ ad diſpenſanda vota requiruntur, requirantur etiam ad illa commutanda? ibid.

160. An ad commutanda vota ſufficiant leuiſſimæ cauſæ? 352

161. An ad commutanda vota vi Bullæ, aut Iubilæi requiratur etiam cauſa? ibid.

162. An quando quis (iuxta opinionem probabilem ſuprà relatam) commutat votum ſuum propria auctoritate in bonum æquale, egeat iuſta cauſa? ibid.

163. An commutans ſine cauſa, caſu quo ea requiſita ſit, committat aliquod mortale? ibid.

164. An ſi quis tempore Iubilæi ſequatur opinionem probabilem circa illud, maneat abſolutus à reſeruatis, & etiam Indulgentiam lucretur? ibid.

165. An vota commutata virtute Iubilæi reuiuiſcant eo poſtea non obtento? 353

166. An pœnitens, qui bona fide obtinuit commutationem votorum, ſi voluntariè omittat opera præſcripta in Iubilæo, peccet mortaliter? ibid.

167. Quidnam ſit Indulgentia plenaria, ſeu totalis; quidve non plenaria, ſeu partialis? ibid.

168. An Indulgentia plenaria, plenior, & pleniſſima aliquo modo diſtinguantur? ibid.

169. An ſaltem Iubilæus differat ab indulgentia plenaria, pleniori, & pleniſſima? 354

170. An vno, eodemque tempore poſſit quis lucrari diuerſas indulgentias diuerſis viis conceſſas? ibid.

171. An per Bullam Cruciatæ lucretur quis in diebus ſtationum omnes Indulgentias plenarias Vrbis Romæ? ibid.

172. An qui lucratur Indulgentiam plenariam, maneat liber ab implenda pœnitentia ſibi impoſita? ibid.

173. An Indulgentia Bullæ, aut aliàs conceſſa pro articulo mortis poſſit applicari abſenti? 355

174. An ad applicationem Indulgentiæ plenariæ Bullæ ſint aliqua determinata verba? ibidem.

175. An Clericus tonſuratus poſſit Sacerdote abſente dictas Indulgentias morituris applicare? ibid.

176. An in dicto articulo mortis, deficiente etiam Clerico, poſſit adhuc Laicus Indulgentiam Bullæ, aut alias concedere? ibid.

177. An in peccato mortali exiſtens poſſit pro mortuis Indulgentiam conſequi? 356

TRACTA

TRACTATVS PRIMVS
DE SACRAMENTIS
IN GENERE.

TRACTANT de Sacramentis ſacra Concilia, præcipuè Florentinum ſub Eugenio IV. *ſeſſ. vltim.* & Tridentinum *ſeſſ. 7.* Scholaſtici cum Magiſtro *in 4. diſt. 1.* Vbi Dominicus Soto, Michael de Palacios, Martinus de Ledeſma, & alij Theologi cum ſuo Principe D. Thoma *3. part. à q. 60.* vbi Thomas Auio Caietano, Didacus Nuño, Franciſcus Suarez *tom. 3. in 3. p.* Gabriel Vaſquez *tom. 2. in 3. p.* Ægidius de Coninch. *tit. de Sacrament.* Gaſpar Hurtado *tom. 1. de Pœnit.* Gregorius de Valentia *tom. 4. diſp. 3. q. 1.* Ioannes de Lugo *tom. 1. de Sacram.* Iacobus de Granado *tom. 4. in 3. p.* Alexander Peſantius *in 3. p. diſp. 3.* Petrus Ochagauia *tract. de Sacram.* Martinus Bonacina *de Sacram. à diſp. 1.* Tractant etiam Summiſtæ, Martinus Azpilequeta Nauarrus *in man. cap. 22.* Angelus de Clauaſio, Sylueſter Pierius, Franciſcus Victoria, Fr. Bartholomæus de Ledeſma, Petrus de Ledeſma *in ſuis ſummis.* Henricus Henriquez *tom 1. ſuæ ſummæ, à c. 1.* Petrus de Soto *de inſt. Sacram. lect. 7.* Vincentius Filliuc. *tract. 2. à cap. 1.* Martinus Vinaldus *in ſuo candelabro aureo,* Andreas Molfeſius *1. part. ſumm. tr. 1. c. 6.* Valerius Reginaldus *lib. 26. ſuæ praxis,* Iacobus Graffius *in ſuis aureis deciſ. 2. part. lib. 2. à cap. 1.* Martinus Becanus *de Sacram à cap. 1.* Gregorius Sayrus *tom. de Sacram. in Genere.* Ludouicus de S. Iuan. *in ſua ſumma.* Villalobos *tom. 1. ſuæ Sum.* Alphonſus de Vega *2. tom. ſuæ Sum. verb. Sacramentum.* Antonius Naldus *in ſua practica, verb. Sacram.* Carolus Franciſcus de Albra de Raconis *in 3. p. D. Thomæ, tr. 2. diſp. 1.* Henricus Caniſius *in ſumma Iuris Canonici, lib. 2. tit. 2.* Archangelus Rubeus *in 4. ſententiarum.* Chryſoſtomus Iauellus *2. tom ſuæ Philoſophiæ,* Franciſcus Toletus *lib. 2. ſuæ ſum.* Guillelmus Eſtius *ſuper 4. ſentent.* Ioannes Baptiſta Bernardinus Poſſeuinus *de officio Curati.* Franciſcus Villalpando, Torreblanca *in ſuis practicis.* Paulus Layman, & Ioannes de Cruce *in ſua ſumma.* Antonius Fernandez Moure *in examine Theologiæ,* Antoninus Diana *3. p. tract. 4.* & alij infrà citandi.

DISPVTATIO PRIMA.

De Sacramentorum quidditate, inſtitutione, materia & forma.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Sacramentum.

RESPONDEO, quod Sacramentum, iuxta D. Auguſt. *lib. 10. de Ciuitat.* & D. Thomam *3. p. q. 60. art. 1. in corp.* Magiſtrum *in 4. diſtinct. 1. cap. quid ſit Sacramentum.* Henriquez *lib. 1. de Sacram. c. 1. num. 3.* Peſantium *3. p. diſp. 3. concl. 1.* Petrum de Ledeſma *1. p. ſum. cap. 1. concl. 1.* Suarium *tom. 1. in 3. p. diſput. 1. sect. 4. §. ſecunda eſt,* & Molfeſium *1. pars ſum. tract. 1. cap. 6. n. 13.* Carolum Franciſcum de Raconis *loco in principio citato, diſput. 1. sect. 1. pag. mihi 3.* Caniſium *loc. cit.* *Eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis nos, vel eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma.* Vel denique *ſignum viſibile inuiſibilis gratiæ formaliter hominem iuſtificantis.*

Iuxta eundem Magiſtrum *loc. cit.* Vazquium *3. p. q. 60. art. 4. diſp. 128. c. 3. n. 26.* Graffium *2. p. lib. 1. c. 1. n. 7.* Archangelum *diſt. 1. pag. 4.* & alios: *eſt inuiſibilis gratiæ viſibilis forma eiuſdem gratiæ ſimilitudinem gerens, & cauſa exiſtens.*

Iuxta Theologos Cathechiſmi Pij V. & Bellarm. *de Sacram. lib. 1. cap. 11.* Becan. *de Sacrament. c. 1. q. 2. n. 6.* Reginald. *lib. 26. n. 1.* & alios: *eſt res ſenſibus ſubiecta, quæ ex Dei conſtitutione ſanctitatis, & iuſtitiæ, tum ſignificandæ, tum efficiendæ vim habet.*

Iuxta Bonacinam *de Sacram. diſp. 1. q. 1. punct. 1. num. 1. eſt ſignum ſacrum, non ſolùm ſignificans, verùm etiam infallibiliter efficiens rem ſacram ſanctificantem homines.* Iuxta Gaſpar Hurtadum *de Sacr. diſp. 1. difficult. 3. eſt ſignum ſenſibile ſanctitatis.* Iuxta Ioan. de Lugo *de Sacram. in communi, diſp. 1. sect. 2. n. 23. eſt ceremonia ſenſibilis, quæ ſuo vſu ſanctificando ſubiectum, ſignificat gratiam internam, cuius eſt cauſa.*

Digitized by Google

Iuxta Iacobum tandem de Granado *tom.4. in 3. part. controuer.3. de Sacrament. tract.1.q.2.num.3. eſt ſignum ſenſibile, ſtabili aliqua lege inſtitutum, vt conferat aliquam ſanctitatem externam, & ſignificet, & cauſet internam.* Et hæc videtur mihi aptior definitio: quia (vt ipſe ait) non eſt alia ab illa, quam aſſignauit D. Thomas, ſed explicatio eiuſdem.

Qvæstio II.

An omnia Sacramenta ſint ſigna rememoratiua, demonſtratiua, & pronunciatiua?

REſpondeo: eſſe. Quia omnia ſunt ſigna rememoratiua Paſſionis Chriſti; ſiquidem ſingula Sacramenta Chriſti Paſſionem repræſentant, & illa nobis applicatur, eiuſdem Sacramentis mediantibus. Sunt etiam demonſtratiua gratiæ, quam ſignificant, & conferunt ex ſe. Et ſunt denique ſigna prænuntiatiua gloriæ, quam oſtendunt. Sic S. Th. *3.p.q.60. art.3.* Nuñus, & Ægidius de Coninch *ibidem.* Victoria *c.1. de Sacram.* Bonac. *loc. cit. n.7.* Ioan. de Cruce *2. p. ſum. q.1. dub.1 concluſ 3. tom.1. ſum. tr.4. diſt.1. n.2.* Petrus de Ledeſma *tom.1. ſum. c.1.* Molfeſius *loc. citat. n.15.* Henriquez *lib.1. c.2.* & omnes.

Qvæstio III.

An Sacramenta nouæ legis ſint ſeptem, nempe Baptiſmus, Confirmatio, Euchariſtia, Pœnitentia, Extrema vnctio, Ordo & Matrimonium.

NEgant imprimis Hæretici noſtri temporis, ex quibus (vt refert Becanus *de Sacramentis in communi, cap.6. quæſt.1.*) aliqui ſolùm cognoſcunt Baptiſmum. Alij Baptiſmum, & Euchariſtiam. Alij Baptiſmum, Cœnam, & Matrimonium. Alij denique Baptiſmum, Cœnam, & Ordinationem.

Negant etiam ex Catholicis nonnulli, vt refert doctiſſimus Nauarrus *in man. cap.22. n.20.* aſſerentes cum Gloſſa *in ca. quidquid, 1. quæſt.1.* Matrimonium non conferre gratiam, & conſequenter, non eſſe Sacramentum, cuius proprium eſt ex opere operato gratiam conferre, vt infra. Negauit etiam & Gloſſa *in cap.1. de conſecr. diſtinct.5.* docens, Extremam Vnctionem non eſſe propriè Sacramentum.

Sed certiſſimè de fide reſpondeo, Sacramenta nouæ legis eſſe illa ſeptem aſſignata, nec eſſe plura, nec pauciora. Sic enim definitur *in cap. ad abolendam, de hæret.* in Concil. Florent. ſub Eugenio IV. in Conſtantienſi *ſeſſ.15.* in Trident. *ſeſſ.1. can.1. & ſeſſ.7. can.1.* & tenent omnes Theologi cum ſuo Principe *3. part. quæſt.60 art.1.* Legantur Becanus *loc. cit.* Reginald. *num.5.* Valentia *diſputat.3. quæſt.6. punct.2.* & alij Recentiores.

Qvæstio IV.

Cur ſeptem ſunt inſtituta à Chriſto noua legis Sacramenta?

REſpondeo. Quia id congruitas rationis exigebat. Nam Sacramenta inſtituta ſunt, vt medicinæ ad ſanandas noſtras infirmitates, quæ ſunt ſeptem, nempe triplex infirmitas culpæ; & quadruplex pœnæ: ergo congruum fuit, vt pro numero noſtrarum infirmitatum numerus Sacramentorum adhiberetur: Sacramenta ergo inſtituta ſunt à Chriſto contra triplicem culpam, & contra quadruplicem pœnam ex illa ortam. Baptiſmus enim ordinatur contra peccatum originale: Pœnitentia contra mortale, & Extrema vnctio contra veniale: Ordo contra ignorantiam: Confirmatio contra infirmitatem; & Matrimonium contra concupiſcentiam. Sic D. Thom. *in 4. diſt.2. queſtion.2.* & ex illo Philibertus Marchinus *tractat.1. de Ordine, part.1. cap.10. à n.17.* & Viuald. *in candel. aur. 1. part. de Sacrament. in genere, n.5.* Summa Theolog. *loco cit. pag.122.* Becanus *loco cit.* Legantur etiam Scot. & Durand. *in 4. diſt.2. quæſt.2.* Mour. *5. part. examinis Theologia, cap.1. §.2.* Vbi alias afferunt congruentias.

Qvæstio V.

An omnia hæc noua legis Sacramenta ſint immediatè à Chriſto Domino inſtituta?

NEgant Hugo de S. Victore *lib.2. de Sacrament. pag.15. cap.3.* Magiſter *in 4. diſtinct.23. c.2.* Altiſiodor. *lib.4. ſumma, tit.2. cap.3.* Alenſis *4 p. quæſt.24. aliàs 11. memb.1. & quæſt.8. art.2.* D. Bonau. *in 4. diſt 7 art.1. quæſt.1. & diſt.23. art.2. quæſt.2.* docentes Sacramentum Confirmationis inſtitutum eſſe in quodam Concilio Meldenſi Et Sacramentum Extremæ vnctionis inſtitutum eſſe ab Apoſtolis: quorum ſententiam eſſe probabilem innuit Eſtius *in 4. diſt.1. §.19. verſ. His aſſentiri.* Negauit etiam Gloſſa *in cap. principio, de pœnit. diſt.5.* aſſerens, Sacramentum Pœnitentiæ fuiſſe ab Eccleſia in Nicæno Concilio inſtitutum.

Sed certiſſimè reſpondeo, eſſe immediatè à Chriſto Domino inſtitura. Quia ſic habetur in Concilio Tridentino *ſeſſ.7. cap.1.* vbi ſic dicitur: *Si quis dixerit Sacramenta noua legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto Domino noſtro inſtituta, anathema ſit.* Sic omnes Doctores, præcipuè Suarez *diſp.12. §. dico primò.* Vaſquez *diſp.135. c.1.* Mour. *p.3. ſui examinis, c.1. §.1. num.2* Raconius *tr.2. diſp.1. q.2. art.1.* Lugo *diſp.7. ſect.1.* & ante ipſos Sotus *in 4. diſt.1. q.5. art.2.* Nauarrus *c.12. n.2.* Couarruu. *lib.1. reſol. c.10. n.3.* Henriquez *lib.1. c.3. §.1.* & apud ipſum Ledeſm. Caoo, Caſt. Perez, Vega, & alij.

Qvæstio VI.

An ſit de fide ſeptem dicta Sacramenta inſtituta eſſe immediatè à Chriſto?

NEgant Eſtius *loco cit.* (& ita, vt ferenda ſit, dicat, opinio eorum, qui alicuius Sacramenti inſtitutionem Apoſtolis aſcribunt,) & etiam Suarez *loc. cit.* Quia, inquit: licet Concilium definierit omnia Sacramenta inſtituta à Chriſto: non tamen definiuit, omnia inſtituta à Chriſto immediatè.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe de fide. Quia Concilium clarè loquitur de inſtitutione immediata: vt latè, & doctè Vaſquez, & ex illo Lugo *locis cit.* Albiz *in manuſcrip.* de Sacram. in genere, *diſput.13. dub.2.* Torreblanca *lib.2. pract. c.2. n.17.* & ante ipſos Henriquez *lib.1. c.3. §.2. in gloſſa lit. K.* & apud ipſum, Ledeſma *2. p.4. q.31. art.3.* Couar. *in c. Alma 2. p. §.2. n.7.* Bellarminus *c.23.* & alij Thomiſtæ, Reginald. etiam *lib.26. n.7.*

Qvæstio VII.

An ſit de eſſentia Sacramenti in genere conſiderati, ex rebus, & verbis compoſi?

REſpondeo negatiuè. Nam Sacramenta veteris legis non componebantur ex verbis, cùm non

conſtet

Digitized by Google

conſtet, in eorum adminiſtratione fuiſſe aliqua verba præſcripta. Sic colligitur ex S.Thom. *q.68.art.6. ad* 3.& tenent Ricard.*in 4.diſt.1.art.1.*Durand. *q.3.* Sotus *q.1. art.6.* Suarez *diſp* a. *ſect.1.* Vaſquez *tom.2.in 3.p.diſp.128.c.1.n.2.* Granados *tr.1.diſp.3. n.5.* Ioan. de Cruce *de Sacram. q.1. dub.a. concl.1.* Lugo *diſp.2.n.1.pag.12.* Petrus de Ledeſma *c.1. cit. concl.3.*& Filliuc.*tr.1.n.50.* & omnes.

Qvæstio VIII.

An ſaltem omnia Sacramenta noua legis conſtent eſſentialiter ex rebus, & verbis?

NEgant Durand.*in 4. diſt.1. q.3.n.8.* Adrian.*de Baptiſm.q.2.in fin.fol.mihi 25.*quibus addi poteſt Vaſquez *diſp.126.n.12.* quem ſequitur Albiz *in manuſcriptis de Sacram. in genere, diſp.2.dub.1.* exiſtimantes: Saltem Matrimonij Sacramentum eſſentialiter non perfici verbis, cùm ſolis nutibus, vel ſignis celebrari, abſque verbis poſſit.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Omnia Sacramenta eſſentialiter conſtare ex rebus, & verbis. Sic habetur in Concil.Florent. *poſt ſeſſ. vlt. in inſtruct. Armenorum, §. Quinto Eccleſiaſticorum.* Vbi, enumeratis omnibus ſeptem Sacramentis, de iis omnibus ſubjungitur: *Hæc omnia Sacramenta tribus perficiuntur, videlicet rebus, tanquam materia, verbis tanquam forma, & perſona Miniſtri, cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, quorum ſi aliquid deſit, non perficitur Sacramentum.* Sic S.Th. *q.60. art.5.& 6.* & cum eo communiter omnes Theologi, vt dicunt Petrus Ledeſma *loc.cit. concl.4.* Filliuc. *n.51.*Reginald. *loco cit.n.12.*& Suarez *tom.1.in 3.p.diſp.2.*Et conſtat inductione. Nam in omnibus Sacramentis reperiuntur res, & verba. Vnde adhuc in Matrimonio, quod ſolis nutibus perfici poteſt, ipſimet nutus ſunt res, & verba, ſaltem virtualiter, vt optimè Suarez, & Lugo *loc.cit.* probant. Sic etiam Villalob. *1.p. ſum. tr.4. diffic.2.n.1.* ex Trid. *ſeſſ.4. c.3.* Archangelus *diſt.1. pag.5.col.2.* Dicaſtillo *de Sacram. tom.1. tr.1. diſp.1. dub.4.* & Palaus *tract.18.punct.3.*

Qvæstio IX.

An in omnibus Sacramentis detur materia proxima, & remota?

REſpondeo affirmatiuè, & probatur inductione. Nam in Baptiſmo, aqua eſt materia remota; ablutio, proxima. In Confirmatione, Chriſma eſt materia remota; vnctio, proxima. In Euchariſtia, panis & vinum eſt materia remota; ſpecies Sacramentales, proxima. In Pœnitentia, peccatum eſt materia remota; dolor, confeſſio, & ſatisfactio, proxima. In Extrema vnctione, materia remota eſt oleum benedictum: unctio in quinque ſenſibus, proxima. In Ordine, materia remota eſt calix, patena, liber Euangeliorum, & cætera quæ porriguntur. Traditio verò, & porrectio eſt proxima. Denique in Matrimonio, corpora contrahentium ſunt materia remota; traditio verò ipſorum corporum, ſiue fiat per realem traditionem, ſiue per verba, eſt materia proxima. Sic communiter DD. Legantur apud Henriq. *lib.1.c.8.* Dicaſtillo *loc.cit.n.34.*

Qvæstio X.

An Sacramẽta legis nouæ habeant determinatas materias, & formas ex Chriſti inſtitutione?

NEgant hæretici Pauliciani, & alij noſtri temporis, vt referunt Vaſquez *diſputat.129. cap.5.*

Suarez *diſp.2. ſect.3.* Becanus *cap.1.de Sacram.q.7.* & Hurtado *diſp.1.diffic.13.*

Sed de fide certiſſimè reſpondeo: Habere determinatas materias, & formas: eas videlicet, quas Chriſtus inſtituit, de quibus in ſingulis Sacramentis tractabimus. Probatur. Quia omnia Sacramenta legis nouæ inſtituit immediatè, & per ſe ipſum Chriſtus: ergo neceſſariò determinauit materiam, & formam eorum. Sic clarè colligitur ex Trident. *ſeſſ.7.can.1.& ſeſſ.2.cap.2.* & docent D.Thom. *quæſt.60.art.5.ad 3.* Suarez, & Vaſquez *loc.cit.* Lugo *diſp.2.ſect.5.* Petrus de Ledeſma *cap.1.cit. concl.6.* Becan. & Hurtad. *loco cit.* Bellarmin & ex illo Regin. *n.14.* Racon. *in 3.p. tract.2.diſp.1.ſect.3.pag.34.*& alij.

Qvæstio XI.

An Chriſtus Dominus determinauerit in indiuiduo materiam, & formam omnium Sacramentorum?

AFfirmant communiter Doctores.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè. Quia non determinauit in indiuiduo materiam, & formam Sacramenti Ordinis, materialiter ſumptas: Nec materiam Euchariſtiæ. Nam pro materia, & forma Ordinis inſtituit ſignum ſenſibile ſignificatiuum poteſtatis, quæ traditur, & verba talem poteſtatem exprimentia. Pro materia Euchariſtiæ inſtituit panem, quicumque eſſet. Nec vinum album, vel rubrum, ſed vinum quodcumque: & ita in Eccleſia Græca ordinantur Presbyteri, & Diaconi per ſolam manuum impoſitionem, ſub certa forma verborum. In Eccleſia verò Latina, per manus impoſitionem, & per traditionem panis, & vini. In Eccleſia Græca conſecratur in pane fermentato; in Latina, in azymo. Igitur, quia vtraque Eccleſia confert ordinationem per ſignum ſenſibile, & per verba ſignificantia traditionem Sacerdotij; vtraque validè conficit, & vtraque, formaliter loquendo, ſeruat materiam, & formam à Chriſto inſtitutam, licèt non materialiter; cùm ſic vtatur ſignis diuerſis. Sic Innocent.IV. *in c. Presbyt.de Sacram.non Iteran.* Bellarm. *tom.2.lib.vnico de Sacram. Ordinis, c.9. in fine,* Petrus Arcudius, quem citat, & ſequitur Lugo *diſp.2. à n.85.pag.28.*& tenet Philibertus *tr.2.de ordin.p.1. c.1.& p.7.c.2.n.9.& ſeqq.* Et eſt ſententia aliorum doctiſſimorum, de quo latiùs *tractatu de Ordine.* Lege Dicaſtillum *tr.1.diſp.1.dub.4.n.32.*& me citato Dianam *part.10.tr.11.reſol.65.*

Qvæstio XII.

An Chriſtus pro toto orbe terrarum eandem materiam, & formam Sacramentorum aſſignauerit.

NEgarunt Innocent.IV.*in c.1.de Baptiſm.* Felinus *in c.quæ in Eccleſiarum, de conſt.* & alij Canoniſtæ, aſſerẽtes varias materias, & formas eſſe à Chriſto inſtituras pro Eccleſia Latina, & pro Eccleſia Græca.

Sed certiſſimè reſpondeo: Eandem materiam, & formam pro toto orbe aſſignaſſe. Quia Chriſtus Dominus vnicam inſtituit Eccleſiam: ergo pro tota illa vnicam debuit inſtitutionem facere Sacramentorum. Vnde & Eccleſia Græca validè ordinaret Presbyteros per traditionem panis, & vini: & validè conſecraret in pane azymo, in quo conſecrat Latina: & validè baptizaret ſub ea forma, qua Latina: & è contra, Eccleſia Latina validè ordinaret Presbyteros per manuum impoſitionem, &c. Sic Ochagauia

Digitized by Google

*quæſt.*4.*num.*3.Vaſquez *diſputat.*129.*cap.*5. *num.*49. Caſpar Hurtado *diſput.*1.*diffic.*13.& apud eos omnes Theologi.

QVÆSTIO XIII.

An Eccleſia poſſit variare materiam Sacramentorum à Chriſto Domino aſſignatam?

VIdetur quod ſic. Nam Eccleſia videtur variaſſe materiam Matrimonij, faciendo quod conſenſus contrahentium, abſque præſentia Parochi, quæ priùs erat materia valida, iam non ſit valida.

Sed certiſſimè reſpondeo: Non poſſe. Quia Eccleſia non eſt ſupra eius caput Chriſtum. Sic colligitur claré ex Trident. *ſeſſ.*21.*cap.*2. Vbi declarat, in Eccleſia fuiſſe perpetuò poteſtatem, vt in Sacramentorum diſpenſatione (ſalua illorum ſubſtantia,) ea ſtatueret, vel mutaret, quæ magis expedire iudicaret. Sic Nauar. *de pœnit.diſtinct.*5. *c.*1. *in principio num.*15. Ochagauia *quæſt.*5.Henriquez *lib.*1.*c.*8. *num.*10. Suarez *diſputat.*2. *ſect.*6. Bonac. *diſputat.*1. *quæſt.*2.*punct.*1.*num.*11. Lugo *loco cit.num.*18.Reginald. *lib.*26.*à num.*15. Molfeſius 1.*part.ſum. tract.*1. *cap.*7.*num.*36. & alij. Vnde ad rationem dubitandi reſpondeo: Eccleſiam non variaſſe, formaliter loquendo, materiam Matrimonij. Sed ſolùm materialiter, eo quòd materia, quam Chriſtus voluit ad Sacramentum Matrimonij, non erat qualiſcumque conſenſus contrahentium, ſed conſenſus legitimus, & validus.& ita Eccleſia optimè potuit reddere inualidum illum, qui antea validus extitit. Legatur Pater Vaſquez *diſput.*129.*cap.*5.*num.*75.

QVÆSTIO XIV.

An mutatio materiæ, aut formæ Sacramentorum inualidet illa?

REſpondeo: Si mutatio materiæ, aut formæ eſt ſubſtantialis, verè inualidat Sacramentum, non verò ſi eſt accidentalis. Tunc autem mutatio materiæ eſt ſubſtantialis, quando tollit ſubſtantiam materiæ à Chriſto inſtitutæ; accidentalis verò, quando talem ſubſtantiam non tollit. Quando autem ſubſtantialis materia maneat, vel pereat, ex traditione, praxi, & doctrina Eccleſiæ, Conciliorum, & Patrum deſumendum eſt. Idem ſimiliter dicendum eſt de mutatione formæ, quod videlicet mutatio ſubſtantialis formæ irritet Sacramentum, ſecus accidentalis. Mutatio autem ſubſtantialis formæ tunc aderit, quando mutatio verborum fuerit tanta, vt tollat ſenſum verborum ciuilem, & humanum, clarum, & expreſſum, à Chriſto Domino pro effectu Sacramenti ſignificato, & cauſato intentum. Accidentalis verò, quæ non tollit dictum ſenſum. Sic optimè D.Thom.*quæſt.*60.*art.*7.Suarez & Ægidius *ibidem*, Vaſquez *diſput.*129.*cap.*7. Becanus *q.*7. *de Sacram. num* 3. Hurtado *diſput.*1. *diffic.*14. Lugo *diſp.*2.*ſect.*6. & Petrus Ledeſma *loc.cit. concl.*9. Reginald.*lib.*26.*num.*20.& 21.

QVÆSTIO XV.

Quot modis poteſt fieri mutatio in verbis formæ?

REſpondeo: Quod multis, ſed præcipuè modis octo. 1. Mutatione idiomatis; & hæc ſemper eſt accidentalis, vt infrà *diſput.*5.*quæſt.*16.2. Additione alicuius verbi.3. Detractione verbi alicuius.4. Corruptione verborum. 5. Tranſpoſitione verborum; & hæc ſemper ferè eſt mutatio accidentalis.6. Interpolatione dictionum, vel partium eiuſdem dictionis. 7. Verbis ſynonymis.8. Verbis æquiuocis. Circa quos variationis formæ modos, tractatu de Baptiſmo erit ſermo. Legantur Sotus *in* 4.*diſtinct.*1. *quæſt.*1.*art.*8.& Suarez *diſput.*2.*ſect.*4.ac Dicaſtillo *diſput.*1.*dubit.*11.

QVÆSTIO XVI.

An ad valorem Sacramentorum requiratur, quod materia, & forma eorum ſimultate temporis coexiſtant?

AFfirmant Scot.*in* 4.*diſt.*6.*quæſt.*1. Gabriel *q.*1. *art.*2. *concluſ.*8. Ricardus *diſtinct.*3. *art.*2.*q.*2. Nauar. *cap.*22.*num.*8. Caietan. *tom.*1.*opuſc.tract.*26. Viuald. *de Sacram. cap.*3. *num.*15. *alias* 20. qui pro hac parte refert Armillam *v. Baptiſmus,num.*26.Syluestr.v. *Baptiſm.*5.§.2.& *Vnctio*, §.7.Paludanum, & Maiorem: Frias *in ſumma*, 1.*parte*, *fol.mihi* 8 & alij docentes requiri ſimultatem temporis, ſaltem inter aliquam partem materiæ, & inter aliquam partem formæ, taliter quod nullo modo perficiatur forma, quin coëxiſtat aliquid materiæ; aut non exiſtat integra materia, quin incipiant verba formæ proferri. Ita etiam ſentit Molfeſius *tract.*4.*ſummæ*,*cap.*1. *num.*48.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non requiri ad valorem Sacramentorum coëxiſtentiam phyſicam materiæ, & formæ; ſed ſufficere moralem ſimultatem, aut coëxiſtentiam vtriuſque. Quia Sacramentum eſt morale quoddam compoſitum ex materia ſenſibili, & verbis: ergo ad eius eſſentialem conſtitutionem ſufficiet moralis coniunctio inter illa. Sic S.Th. *quæſt.*60.*artic.*7.*ad* 2. Sotus *in* 4 *diſt.*6. *quæſt. vnica*, *artic.*8. Victoria *num.*39. Henriquez *lib.*1.*c.*9.§.10. Sà *verb. Baptiſmus*,*n.*4. & *verb.Ordo*, *num.*5. Suarez *diſp.*2.*ſect.*2.Toletus *lib.*2.*c.*19.Granados *tom.*4.*in* 3. *part. controuerſ.*3. *tract.*1. *diſp.*4. *num.*4. Bonacina *diſp.*2.*de Sacram.quæſt.*1.*punct.*2. Ægidius *quæſt.*60. *art.*6.*n.*4. & Nuñus *ibidem diffic.*2. Villalobos *tr.*4. *diffic.*2.*n.*6. & Reginaldus *lib.*26.*n.*17. & 18. necnon Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*6.

QVÆSTIO XVII.

An peccet mortaliter, qui in adminiſtratione Sacramentorum vtitur materia, vel forma dubia.

REſpondeo: peccare mortaliter, niſi aliàs neceſſitas excuſet. Veluti, ſi in extrema neceſſitate baptizaret quis infantem cum brodio, aut alia materia dubia, eo quòd non eſſet alia aqua; quia tunc licitè poſſet, imò & deberet, cum tali materia baptizare. Et idem dicendum de forma. Solùm enim in neceſſitate poſſet quis vti forma dubia, ſi videlicet nullus adeſſet, qui noſſet formam certam. Aut caſu, quo quis Miniſtro minaretur mortem, niſi morientem baptizaret cum forma dubia: quia tunc excuſaretur ſic baptizans, pro vitando periculo, licèt in eo caſu deberet, ſi tempus adeſſet, rebaptizare ſub conditione. Sic Henriquez *lib.*1.*c.*9. *num.*7.& *c.*27. *n.*7.Suarez *diſp.*26.*ſect.*2. Nugnus, Ægidius, Reginaldus, & alij, quos affert, & ſequitur Bonac. *loc.cit. punct.*1.*num.*42.& communis.

DISPV

DISPVTATIO II.

De exiſtentia Sacramentorum in omni ſtatu.

QVÆSTIO PRIMA.

An pro illo breui tempore, quo durauit ſtatus innocentia, in quo creatus fuit Adam cum iuſtitia originali, fuerint Sacramenta?

AFFIRMAT Hugo, quem citat,& ſequitur Archaugel. *in 4.diſt.1.p.1.*nimirum Adæ coniugium. Et hanc partem eſſe probabilem innuunt Becanus, Filliuc. & Racon. vbi infra. Ratio eorum eſt, quia D. Paulus *ad Ephеſ.5.* loquens de Matrimonio Adami, dicit, *Fuiſſe Sacramentum magnum in Chriſto,& in Eccleſia*: ergo.

Sed certiſſimè reſpondeo negatiuè: Quia nullum extat in Scriptura, aut Patribus veſtigium ad oppoſitum aſſerendum. Sic S. Th. *q.61. art.2.* Ægid. & Nugnus *ibid.* Bonac. *de Sacram.in gen.diſp.1.q.1.p.3.n.2.* Filliuc. *tract.1.c.3.q.3.n.*38. Ochagauia *tract.de Sacram.in genere,q.7.n.4.* Henriquez *lib.1.c.5.* Suarez *diſp.3.ſect.3.* Vaſquez *diſp.*130. Granad. *loc.cit.tr.2.diſp.1.n.6.* Lugo *diſp.3.ſect.1.*& Becanus *de Sacram. in communi,c.1.*& communiter omnes. Lege Dicaſtillum *tr.1. diſp.1. dubit.14. §.1.* vbi ad argumentum contrarium bene reſpondet, D. Paulum ſic appellaſſe, vſurpans vocem *Sacramentum*, pro voce *myſterium*, quatenus erat ſymbolũ Incarnationis Chriſti futuri.

QVÆSTIO II.

An ſi ſtatus innocentia diuturnior fuiſſet, & Adamus non peccaſſet, inſtituta fuiſſent Sacramenta in illo?

AFfirmat Suarez *diſp.3.ſect.3.* referens pro hac parte Alexandrum, Durandum,& Scotum, quos tamen oppoſitum ſentire, probant Vaſquez *diſp.*130. & Granados *loc.cit.n.1.* Cum Suario tamen ſentiunt nonnulli recentiores, præcipuè Dicaſtillo *tr.1.diſp.1. dub.14 §.1.à num.*213.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non fore inſtituenda Sacramenta, quia non eſſent neceſſaria. Sic S.Th. *q.61. art.2.* Ricardus, Gabriel, Palud. Maior, Ledeſma, Scot.& Caiet. quos refert,& ſequitur Vaſquez *loc.cit.* Henriquez, Sot. Palarios,& Angles, quos affert,& ſequitur Granad. *loc.cit.n.3.& 6.* Bonacina *loc.cit. n.3.* Nugnus, Ægidius, Peſantius, Pitigianus, & alij apud ipſum. Ochagauia *loc.cit.n.6.* Villalobos *tr.4.diffic.5.n.2.* Becanus *loc.cit.pag.mihi* 23 addens, quod ſi quis, durante illo ſtatu ex poſteris Adæ peccaſſet, potuiſſet per internam contritionem iuuari. Lugo *diſp.3.n.10.* Ludouic. de S. Iuan. *in ſua ſum.q.2.de Sacr.art.1.dub.1.* Filliuc. *loc.cit.n.39.*& communis.

QVÆSTIO III.

An in ſtatu legis natura, hoc eſt, ab Adami peccato vſque ad legem ſcriptam, fuerit aliquod remedium originalis peccati infantium?

NEgant aliqui, quos tacitè refert Vaſquez *diſput.165.n.1.* exiſtimantes eos infantes omni remedio caruiſſe, & conſequenter, omnes eos damnatos eſſe.

Sed certiſſimè reſpondeo: Fuiſſe aliquod ex diuina ordinatione pro eis remedium. Quia non eſt credibile, Deum reliquiſſe homines in eo ſtatu ſine remedio, quo ſaluari poſſent; fuit namque fides parentum, qua paruuli à peccato originali iuſtificabantur. Sic D. Auguſt. *lib.5. contra Iulian. cap.*21; D. Greg. Beda, & alij PP. quos latè referunt, & ſequuntur Suarez *diſp.5.ſect.1.* Vaſquez *loc.cit.*& alibi ſæpè. Lugo *diſp.3.num.23.pag.49.* Granados *loc.cit. diſp.2.n.2.* Ochagauia *q.8.* Archangelus, Raconis, Becanus, Henriquez, Bonac. Ægid. & alij, *loc.cit.*& omnes communiter. Legatur de hac re Dicaſtillo *tract.1.diſput.1.dub.14.§.2.*

QVÆSTIO IV.

An pro tali paruulorum remedio fuerit neceſſaria fides propria Miniſtri eos offerentis Deo?

NEgant Palud. *in 4.diſt.1.q.5.artic.5.* Sot. *diſt.2. quaſt.1.art.4.§.in præſentiarum,* Suarez *diſp.10. ſect.1.* exiſtimantes, ſuffeciſſe Miniſtro habere fidem Eccleſiæ, & nomine illius offerre Deo infantem; ſicut nunc poteſt Baptiſmus validè ab infideli miniſtrari cum fide Eccleſiæ, hoc eſt cum intentione faciendi quod facit Eccleſia. Cum Suario ſentit Dicaſtillo *tr.1.diſp.1.dubit.14.n.*280.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: Neceſſariam omnino fuiſſe fidem propriam offerentis Miniſtri; nec ſuffeciſſe ſolam fidem Eccleſiæ applicatam per intentionem faciendi quod Eccleſia faciebat. Quia tunc non iuſtificabantur pueri ex opere operato, ſed vel ex opere operantis Miniſtri, & merentis de congruo (vt aliqui volunt) vel vt alij, & melius, ex fide in Chriſtum: ſed ad hoc non ſufficiebat ſola fides Eccleſiæ: ergo. Sic Vaſquez 1.2. *diſput.165.c.4.n.30.* Villalobos *diffic.5.num.3.* Lugo *diſput.3.num.40.* qui id optimè ex Patribus probat,& dicit commune. Archangelus vbi infrà, & alij.

QVÆSTIO V.

An illa fides Miniſtri offerentis parvulos debuerit eſſe formata charitate?

AFfirmat Vaſquez *q.70.diſp.165.c.4.* & ante illum Durandus *in 4.diſtinct.1.q.8.n.8.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Non debuiſſe neceſſariò eſſe charitate formatam; ſed fidem ſine charitate ſufficere. Quia reuera difficile admodum reliquiſſet Deus remedium ſalutis parvulis, ſi eorum ſalus non ſolùm penderet ab aliena voluntate, & fide actuali, ſed etiam à conſcientia pura. Sic Palud. Sotus, & Suarez *loc.cit.* Lugo *loc.cit.num.53.* & Ludouicus *loc.cit.poſt concluſ.3.pag.11.* Ochagauia *loc.cit. quaſt.8.num.10.*& Archangelus *diſt.1.pag.11.col.2.* qui hac ratione id probat. Nam peccatum actuale parentis non debet nocere paruulis: noceret autem, ſi fides parentis efficaciam ſaluandi paruulum perderet ex peccato adiuncto: ergo non perdit, ſed ſaluat. Sic ille. Legatur.

QVÆSTIO VI.

An præter fidem internam Miniſtri, requireretur aliqua actio externa?

NEgant D. Bonauent. Ricard. Sotus, Abulenſ. & Ledeſma, quos ſequitur Vaſquez *diſp.165.c.3.*

& 1.2.*diſput.*184.*cap.*4. Ochagavia *quaſt.*8.*cit.n.*9. & ante hos Dionyſius Carthuſian. *in* 4. *diſtinct.*1. *quaſt.*9. & poſt illos, Raconis *tract.*2.*diſp.*1.*ſect.*2. *q.*1.*pag.*8. & Atehangel. *diſt.*1.*pag.*10.*col.*1. docentes, non requiri neceſſariò, neceſſitate præcepti, externam aliquam, præter fidem internam, actionem; ſed ſolùm de quadam congruentia.

Sed probabiliùs reſpondeo: Præter fidem internam, fuiſſe neceſſariam omnino aliquam actionem externam, vel aliquod ſignom ſenſibile, quod applicaretur parvulis, vt ab originali mundarentur. Quia etiam in lege naturæ erat Eccleſia viſibilis: ergo pueri debebant aggregari illi, per ſignum aliquod ſenſibile, vt poſſet conſtare. Sic Alexand. Scot. Durand. Paludan. Gabriel, Maior, Adr. & Armachanus, quos affert, & ſequitur Suarez *diſput.*4. *ſect.*2.*&* 3. Palat. Henriquex, Valent. Capo, & Azor, quos citat, & ſequitur Gran. *diſp.*2.*cit.n.*6.*pag.*542. Lugo *loc.cit. num.*28. *pag.*50. Ægidius *q.*61.*art.*3.*dub. vnico*, Ludouicus *loc.cit.* Bonac. *diſp.*1.*de Sacram.q.*1.*punct.*3. *num.*7. & Sayrus *de Sacram.lib.*1.*cap.*3.*q.*3.*art.*2. & communis. Legatur etiam Dicaſtillo *dub.*14.*cit.*§.2. *num.*266.

Qvæstio VII.

An prædicta actio externa, qua Miniſter puerum offerebat, fuerit determinata, & definita à Deo?

AFfirmant Scot. *in* 4.*diſt.*1.*q.*6. *&* 7. (vt refert Suar. *diſp.*4.*ſect.*3.) & Sayr. *loc.cit.pag.mihi* 342. licet hic author ſe videatur poſtea explicare, & noſtram ſententiam docere.

Sed probabilius reſpondeo: Non fuiſſe determinatam, aut in ſpecie definitam à Deo: ſed ſolummodo in genere, vt videlicet fieret aliquod ſignum exterius (arbitrio ſingulorum, quodcumque illud eſſet) proteſtatiuum, & manifeſtatiuum gratiæ, per quam homines ſanctificarentur à Deo, in fide mediatoris venturi. Sic Suarez *diſp.*4.*ſect.*3. Durand. *diſt.*1.*q.*8. Lugo *diſp.*3.*n.*33. *pag.*51. Ludovicus *q.*2.*de Sacram. in gen. art.*1. *dub.*2.*concl.*3. ubi ſic ait: [Eſte Sacramento no tenia forma de palabras determinadas, mas ſolamente mandava Dios, que por palabra, o por obra, ſe invocaſſe ſobre el niño la Fè del mediador futuro; y preſumeſe que ditia el Sacerdore eſtas palabras;] deprecatorias: *futurus mediator, ſalvet te.* Sic ille.

Qvæstio VIII.

An prædicta actio externa fuerit verè, & propriè Sacramentum, ad remedium Originalis paruulorum inſtitutum?

NEgant expreſsè Durand. *in* 4. *diſt.*1. *q.*8. Palatios *in* 4.*diſt.*1.*diſp.*2. & negare debent qui negant deletum fuiſſe Originale paruulorum actione ſenſibili.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Fuiſſe verè, & propriè Sacramentum. Quia illa actio verè, & propriè erat ſignum ſenſibile, non ſolùm exteriùs ſanctificans infantem, ſed etiam interius quodammodo. Siquidem, poſito illo ſigno, Deus delebat culpam, & infundebat gratiam: ergo. Sic Alexand. Scot. Palud. Maior, & alij, quos citant, & ſequuntur Suarez, Vaz, & Granados *loc.cit.* Lugo *diſp.*3. *n.*33. Bonacin. *diſput.*1.*q.*1.*punct.*3.*n.*7. & Sayrus *loc. cit. art.*2.*verſ. Secundò, Quia.* Raconis *ſect.*2. *q.*1.*pag.*8. Archangelus *diſt.*1.*pag.*1. & communis.

Qvæstio IX.

An hoc Sacramentum validè poſſet à quocumque in diſcriminatim miniſtrari?

NEgant Alexand. 4. *p.q.*3. *memb.*5.*art.*1. exiſtimans, eſſentialem fuiſſe hunc Ordinem, nempe, vt infanti ſubveniretur primariò parentum fide: & in defectum horum, propinquorum fide; & in horum defectum, fide aliorum. Alexandrum ſequuntur Suarez 3. *tom.in* 3.*p.diſp.*4. *ſect.*2. Ochagauia *tract. vnic.de Sacram.in genere, quaſt.*8.*num.*11.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Validè ab omnibus indiſcriminatim, tale Sacramentum miniſtrari potuiſſe; ſicut modo poteſt Baptiſmus. Sic Vaſquez *diſp.*163.*n.*246. Lugo *diſp.*3.*n.*36.*pag.*51. & communis.

Qvæstio X.

An etiam licitè poſſet adminiſtrari à quocumque?

AFfirmat Vaſquez *loco cit.* docens, illud remedium quovis tempore, & à quolibet, paruulis adhiberi potuiſſe.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non potuiſſe licitè. Quia ſicut nunc Baptiſmus conferri non poteſt paruulis infidelium filiis, inuitis parentibus; ſic nec remedium illud poterat infidelium filiis paruulis extra caſum neceſſitatis, niſi conſentientibus parentibus. Sic Suar. & Lugo *loc.cit.* & communis. Quam etiam tenet Dicaſtillo *tract.*1.*diſp.*1.*dubit.*14.*n.*272.

Qvæstio XI.

An præter dictum Sacramentum Infantium, fuerit aliud Sacramentum in lege natura?

NEgant Suarez *diſp.*4.*ſect.*4. Vaſquez *q.*61.*art.*3. & apud ipſos Duraudos, Soto, & Ledeſma, hoa etiam ſequi videtur Lugo *diſp.*3.*n.*61.*pag.*55. & expreſsè tenent Ochagauia *loc.cit.q.*9.*n.*3. & alij. Quos ſequitur Dicaſtillo *loc.cit.n.*295.

Sed probabiliùs reſpondeo: Fuiſſe alia Sacramenta, præter illud parvulorum; nempe aliqua ſacrificia, per quæ remittebantur peccata actualia in virtute Chriſti vénturi. Quod loquendo de ſacrificio, quod Melchiſedech offerebat, etiam concedit Suarez. Sic Granados *tract.*2. *cit.diſp.*2. *n.*13. *pag.*544. qui pro hac parte citat S. Thomam, Ricardum, Durandum, Valentiam, & Canum. Sic etiam (licèt non ita clarè) Bonac. *diſp.*1.*q.*1.*punct.*3.*num.*7. Ludouic. *quaſt.*2.*cit.art.*1.*dub.*2.*&* 3.*pag.*10.*&* 11. Nugnus 3. *part.quaſt.*61.*art.*3.

Qvæstio XII.

An in lege ſcripta, ſiue Moyſis, fuerint aliqua Sacramenta?

REſpondeo fuiſſe plura, & vera Sacramenta.. Id enim clarè conſtat ex Concil. Florent. *in decreto vnionis*, & ex Trident. *ſeſſ.*7.*concl.*4. In his autem Sacramentis potiſſimum locum habuit Circunciſio, quæ licèt non incœperit à Moyſe, ſed ab Abrahamo quadringentis annis, ante legem ſcriptam Moyſi traditam; dicitur tamen pertinere ad legem ſcriptam, quia in ipſa fuit iterum ſtabilita, Leuit. 12. & erat ianua ad ingrediendum in alia Sacramenta.

Præter Circunciſionem autem fuerunt plura alia

Sacramenta

Digitized by Google

Sacramenta (quidquid neget Racon. *tract.* 2. *diſp.* 1. *ſect.* 2. *q.* 1.) de quibus omnibus latè Suarez *diſp.* 5. *ſect.* 2. Vaſquez *diſp.* 162. *&* 182. Graoados, & Lugo *loc. cit.* Filliuc. *num* 45. Sayrus, Valcotia, & Nognez apud Booac. *loc. cit. num.* 10. & Dicaſtillo *loc. cit.* §. 3. *num.* 298.

DISPVTATIO III.

De effectibus Sacramentorum.

QVÆSTIO PRIMA.

An omnia Sacramenta nova legis cauſent gratiam?

NEGARVNT olim Gloſſa *de beneficiis, in cap. is igitur, diſt.* 13. & Gloſ. 1. & Gloſ. *deſponſata, in c. honoretur,* 13. *q.* 2. ut refetunt Navar. *c.* 22. *n.* 28. *aliàs* 20. & Viuald. *de Sacram. in gen. n.* 9. *pag. mihi* 16. quatenus aſſerebaot: Matrimonium non cooferre gratiam.

Sed certiſſimè de fide reſpondeo: omnia ſeptem Sacramenta gratiam cooferre. Sic definitur in Trideor. *ſeſſ.* 7. *can.* 2. 5. 6. *&* 7. & docent omnes Theologi cum S. Thom. 3. *parte, quaſt.* 62. *artic.* 1. *&* 2. *& in* 4. *diſt.* 25. *quaſt.* 3. *art.* 2. *& diſt.* 26. *q.* 2. *art.* 3. Legaotur Archangelus *diſtinct.* 1. *pag.* 5. *col.* 2. Vaſquez *tom.* 3. *in* 3. *part. diſput.* 131. Ochagavia *q.* 12. Suarez *diſp.* 7. & alii apud ipſos. Palaus *tr.* 18. *punct.* 7. Bauny *de Sacram. tract.* 1. *q.* 6. & Dicaſtillo *tract.* 1. *diſp.* 2. *dubit.* 1. *n.* 1.

QVÆSTIO II.

An Sacramenta nova legis conferant gratiam ex opere operato?

NEgarunt olim hæretici Meſſaliani; & hodie Lutherani, & Calviniſtæ, ut refert Bellarmin. *lib.* 2. *de Sacram. cap.* 2. dicentes: Sacrameota, nullam habere vim efficiendi gratiam, ſeu iuſtificandi homines.

Sed certiſſimè de fide reſpondeo: Omnia Sacramenta novæ legis conferre gratiam ex opere operato; id eſt, ex propria virtute, quam Deus indidit ipſis Sactamentis. Sic definitur in Trident. *ſeſſ.* 7. *can.* 8. & io decreto Eugenii IV. & docent omoes Patres, quos latè referunt, & ſequntur Suarez *diſputat.* 7. Vaſquez *diſp.* 131. *cap.* 3. Granados *tract.* 3. *diſp.* 1. *n.* 4. Lugo *diſp.* 3. *ſect.* 2. *pag.* 59. Becanus *c.* 3. *de Sacram. in communi, q.* 1. & alii recentiores, inter quos optimè Dicaſtillo *de Sacram. tract.* 1. *diſp.* 2. *dubit.* 1.

QVÆSTIO III.

An omnia Sacramenta cauſent gratiam habitualem?

REſpondeo, omnia cauſare. Qoia omnia Sacramenta ſecundùm Concilia, & Patres, cauſant gratiam: Sed gratia apud Concilia, & Patres, præcipuè ſtat pto habituali: ergo. Ex hoc infertur, omnia Sacramenta etiam cauſare habitum charitatis, & omoium virturum infuſarum, quæ ſemper comitantur gratiam. Sic omnes Theologi, ex Trident. *ſeſſ.* 7. *can.* 6. *&* 7. latè Suarez *diſp.* 7. *ſect.* 2. Becanus *loc. cit. cap.* 3. *q.* 7. & alii recentiores: Legantur Bellarmin. *lib.* 2. *de Sacram. in genere*, & Valentia *tom.* 4. *diſp.* 3. *q.* 3. *&* 4.

QVÆSTIO IV.

An omnia Sacramenta legis novæ, per ſe, & ex ſua primaria inſtitutione conferant primam gratiam.

REſpondeo negativè. Nam inter hæc Sacramenta, Baptiſmus ſolum, & Pœnitentia per ſe, & ex ſua inſtitutione cauſant primam gratiam, & delent peccatum mortale: reliqua verò Sacramenta, minimè.

Prima pars huius reſponſionis: conſtat. Quia Baptiſmus, per ſe inſtitutus eſt ad deleodum peccatum originale, & reliqua peccata, ante illius ſuſceptionem, commiſſa: Pœoitentia verò, ad delenda peccata commiſſa poſt Baptiſmum: at hujuſmodi peccata oon delentur, niſi per primam gratiam: ergo.

Secunda autem pars reſponſionis etiam conſtat. Nam alia quinque Sactamenta per ſe ioſtituta ſunt ad cauſandam ſecundam gratiam, ſeu ad augendam ptimam, & ad alios fines, infra explicandos; cum ex vi inſtitutionis divinæ petant ſuſcipientes vivos, vel conſtitutos in gtaria, qua ratione hæc dicuotur Sacramenta vivorum; alia verò duo, mortuorum. Sic omnes Theologi. Legantur Suarez *diſp.* 7. *ſect.* 2. Reginald. *lib.* 27. *n.* 44. & alij citati.

QVÆSTIO V.

An ſaltem quinque Sacramenta vivorum poſſint conferre aliquando primam gratiam ſanctificantem?

NEgant Vaſquez *diſput.* 205. Hurtado *diſput.* 3. *diffic.* 4. Lugo de Euchariſt. *diſp.* 12. *à num.* 13. *pag.* 407. Villalobos *tract.* 4. *difficult.* 7. *n.* 4. & apud ipſum D. Bonau. Gabr. Ocam. Major, & alii. (Quamvis ex his authoribus, Hurtado, & Lugo, Sacramentum Extremæ-unctionis excipiant.)

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe; imò & de facto aliquando conferre primam gratiam, non primariò, & per ſe; ſed ſecundariò per ſe, ex ioſtitutione divina. Vnde ſi quis exiſtens in mortali, accedat ad Euchariſtiam, Confirmationem, & ad alia Sacramenta, bona fide (id eſt, non conſcius peccati commiſſi) attritus & putaos, ſe eſſe in gratia tunc verè iuſtificabitur virtute talium Sacramentorum. Sic S. Thom. 3. *part. q.* 72. *artic.* 7. *ad* 2. *& quaſt.* 99. *artic.* 8. *ad* 3. Victoria de Euchariſt. *n.* 77. Nugnus *quaſt.* 62. *artic.* 1. *diffic.* 2. Ioan. de Cruce *q.* 2. *dub.* 2. *concluſ.* 3. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 2. Suarez *diſp.* 7. *ſect.* 2. Ægidius *quaſt.* 62. *art.* 1. *dub.* 2. Granados *tract.* 3. *diſp.* 6. *num.* 6. Reginald. *lib.* 2. *n.* 45. Bonacina *diſp.* 1. *quaſt.* 4. *punct.* 2. *num.* 2. Layman. *lib.* 5. *tract.* 1. *cap.* 6. *num.* 2. & apud ipſum, D. Booavent. Scot. Durand. & Paludan. Sapientiſſ. Doctor Ludovicus Mootesinos *tom.* 1. *in* 1. 2. *diſp.* 28. *quaſt.* 4. *n.* 60. ubi ſic ait: Imò verò exiſtimo eſſe valde probabilem, & veram ſententiam S. Thomæ 3. *part. quaſt.* 79. *artic.* 3. *& quaſt.* 80. *art.* 4. *ad* 5. Hoc Sacramentum (idem dico de aliis Sacramentis vivorum) per accidens poſſe facere de attrito contritum, & ita per accidens dare primam gratiam. Sic ille, & Ludovicus de S. Iuan. *q.* 2. *de Sacram. in genere, art.* 3. *dub.* 4. *pag.* 15. & noviſſimè Diana 5. *part. tract.* 13. *reſolut.* 32.

Qvæstio VI.

An Sacramenta nova, præter gratiam habitualem, quam cauſant, cauſent & aliam ſacramentalem?

RESpondeo affirmativè. Quia Sacramenta ſunt ſeptem, & ſunt diverſa ſigna: ergo habent diverſa ſignata: ſed eorum ſignatum eſt gratia: ergo ſignificant, & cauſant diverſas gratias ſingulis proprias, quæ dicuntur gratiæ ſacramentales. Sic S.Th. *q.62.art.2.* & cum eo omnes Theologi, de quo latè Suarez *tom.3.diſp.7. ſect.3.* Palaus *de Sacram. tr.18. punct.7.n.5.* Ægidius *q.62.art.2.* Bonac. *diſp.1.q.4. punct.1.& 5.* & alii apud Dicaſtill. *tr.1.diſp.1.dub.3.*

Qvæstio VII.

An hæc gratia Sacramentalis conſiſtat in actuali auxilio, quod Deus confert ad obtinendum finem proprium cujuſlibet Sacramenti?

NEgant nonnulli Doctores. Nam in primis Paludan. *in 4.diſt.2.quaſt.3.* affirmat: dictam gratiam ſacramentalem, eſſe peculiarem quendam habitum collatum in ſingulis Sacramentis, & ſervientem fini uniuſcujuſque: v.g. in Sacramento Confirmationis, habitum ſpecialem ad profitendam fidem coram tyranno, &c.

Capreolus verò *in 4.diſt.2.q.1.art.3.ad 4.*Durandi *contra concl.* aſſerit: gratiam Sacramentalem in Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, eſſe characterem; in aliis Sacramentis, alium ornatum animæ.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: dictam gratiam ſacramentalem conſiſtere in ſpeciali auxilio divino à Deo collato ad obtinendum finem cujuſlibet Sacramenti; quæ proinde gratia diverſa erit pro diverſitate Sacramentorum, quæ ad diverſos fines immediatos ordinantur. Sic.S. Thom. *q.62. art.2.in corp.* per hæc verba: *Gratia Sacramentalis addit ſuper gratiam communiter dictam, & ſuper virtutes, & dona quoddam divinum auxilium ad conſequendum Sacramenti finem.* Sic. S.Thom. & ſic Caietan. ibi. Sotus *in 4. diſtinct.1. quaſt.3. art.3.* Valentia *q.2. punct.2.* Suarez *diſp.7. ſect.1.* Vaſquez *diſp.131.* Ægidius *quaſt.62.art.2.* Hurtado *diſp.3.difficult.3.* Granados *tractat.3.de Sacram. diſput.5. num.2.* Becanus *cap.3. quaſt.8.* Lugo *diſp.4. n.19.* Villalob *tract.4. diff.6. num 3.* Bonacina *diſp.1. quaſt.4. punct.5. num.2.* & communis.

Qvæstio VIII.

An Sacramenta novæ legis cauſent phyſicè gratiam?

NEgant plures, & graves Doctores, docentes: Sacramenta non phyſicè, ſed ſolùm moraliter cauſare gratiam; quatenus videlicet ex divina inſtitutione habent vim, & efficaciam movendi Deum infallibiliter ad dandam gratiam, ſemper quod perficitur Sacramentum. Ita D.Bonav. *in 4.diſt.1.art.1. q.4.* Ricard. *art.4.q.2.* Okam, & Gabriel *q.1.* Durand. *quaſt.4.à n.10.* Scot. *q.5.* Canus, & alii, quos citat, & ſequitur Vaſquez *q.52. diſp.132.c.5.* Lugo *diſp.4.ſect.4.* per totam, Sancius in ſelectis *diſp.16. num.6.* Filliucius *tract.1.de Sacram. cap.6. num.108.* Ochagavia *tract. de Sacram.in genere,q.14.* Ægidius *quaſt.62.art.4. num.131.* Becanus *loc.cit. cap.3.q.3.* Racon. *in 3.p.tract.2.diſp.1. ſect.4.art.6.pag.50.* & Palaus *tract.18. punct.8. num.5.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Verè phyſicè cauſare gratiam in recipiente ipſa Sacramenta. Quia hæc non ſolùm ſunt cauſa moralis inſtrumentalis gratiæ; verùm etiam cauſa phyſica inſtrumentalis, verè producens ipſam gratiam immediatè. Sic. S.Thom. *quaſt.62.art.1.* & ibi Caietan. Bellarm. *lib.2.de Sacr. cap.11.* Henriquez *lib.1.cap.16.* Suarez *diſp.8. & 9. ſect.2.& 1.tom.in 3.part.diſp.31.* Valentia *diſput.3. quaſt.3.punct.1.* dicens: primam ſententiam nil plus tribuere Sacramentis, quàm hæretici (ſed rigidè hoc dixit) Sayrus *lib.5.de Sacram. cap.3.* Granados *tract.3.diſp.4.num.4.* Philibertus Marchinus *tract.1. de Ordine,p.3.cap.1.num.12.* Bonac. *loc.cit.punct.6.* & apud ipſum Peſantius, & Nugnus. Binsfeldius in ſuo Enchirid. *part.1.de Sacram.in genere, cap.2. §.1. pag.mihi 26.* Petrus Cenedo *tract. de Sacram. in genere, capite unico, pag.mihi 27.* Ludovicus de S.Iuan *quaſt.2. de Sacrament. artic.4. concluſ.3. pag.mihi 16.* Reginaldus *lib.26.num.47.* Torreblanca *lib.2.practicarum, cap.2. num.44.* & eſt communis Thomiſtarum ſententia. Lege Dicaſtillum, qui latè, & bene hanc quæſtionem exagitat, & tandem in noſtram ſententiam magis inclinat, ut idemmet fatetur *diſp.2. cit.dub.5.num.148.*

Qvæstio IX.

An Sacramenta legis veteris propriè, & ex ſe contulerint gratiam?

AFfirmavit Hugo (ut refert Archangel. *diſt.1. pag.11.col.1.*) docens, etiam hæc Sacramenta contuliſſe gratiam ex opere operato, & per modum Sacramenti.

Sed certiſſimè reſpondeo negativè. Quia ſic habetur in Concil. Florent. ſub Eugenio, *ſeſſ. ultima, in decreto fidei ad Armenos,* ſub his verbis: *Novæ legis Sacramenta multum differunt à Sacramentis antiquæ legis; hæc enim non cauſabant gratiam, ſed ſolum per paſſionem Chriſti dandam figurabant: noſtra verò Sacramenta & continent gratiam, & dignè ſuſcipientibus eam conferunt.* Sic Concilium. Cui conſonat Tridentinum *ſeſſ.7. cap.2.* & tenent omnes Theologi cum S. Thom. *quaſt.62. artic.6.* Legantur poſt alios Suarez *tom.3.in 3.p.tota diſp.7.* Henriquez *lib.1.c.2. n.3.& 8.& cap.7. §.1. & ſeqq.* Archangel. *loc.cit.* & Dicaſtillo *tract.1.diſp.2.dubit.13.n.416.*

Qvæstio X.

An ſaltem Circunciſio contulerit gratiam ex opere operato?

AFfirmant quamplures, & graves Doctores, docentes: Circunciſionem contuliſſe gratiam ex opere operato, non illam phyſicè, aut moraliter cauſando, ſed ex infallibili decreto, & promiſſione divina. Sic Alexander, Bonav. Palud. Major, Durand. & Marſilius, apud Vaſquez *diſp.184.* Suarez *q.61. diſp.5. ſect.1. & diſp.10. ſect.1. & 2.* Azor, Pereira Barrad. Lorinus, Valentia, & Salas apud Lugum *diſp.5.n.4. pag.86.* Granados *tract.3. diſp.7. ſect.1.* Ricard. Scot. Sotus, Argentinas, & Henriquez apud ipſum: & Villalob. *tract.4. diffic.6.à n.2.*

Sed probabiliùs reſpondeo negativè. Quia ſic ſentiunt Graviſſimi Patres & Doctores aſſerentes, Circunciſionem nullo modo contuliſſe gratiam, nec aliquam habuiſſe efficaciam ad eum effectum; ſed ſolum fuiſſe merum ſignum populi Iudaici. Sic Bellarmin. Deza, Capreolus, Ledeſma, Ferrara, Cano, & alii, quos refert, & ſequitur Vaſquez *loco c[illegible] quaſt.19. num 9.* Ægidius

quaſt.62.

Digitized by Google

quæſt.62.art.6.& etiam Lugo *loc.cit.num.*40. Vbi ſic ait : Aſſerimus itaque, Circunciſionem ex ſua inſtitutione, nullam vim habuiſſe iuſtificandi, vel tollendi peccatum originale; ſed ſolum fuiſſe datam in ſignum,& characterem populi Iudaici, ac fidelis; vt docet ſecunda ſententia, quam auctoritas Scripturæ, Conciliorum, & Patrum videtur omnino confirmare : cum hoc tamen ſtat, quod in Circunciſione,& per Circunciſionem, paruuli regulariter iuſtificarentur,quia remedium legis naturæ, quod applicari debebat aliquo ſigno externo, quod eſſet proteſtatio fidei internæ de Chriſto venturo, regulariter etiam applicabatur per ipſam Circunciſionem : vt vna, & eadem actione duplici præcepto ſatisfieret. Debebant enim parentes, ex vno capite, ſuis parvulis applicare remedium,ſeu Sacramentum legis naturæ ad expiandos illos à culpa originali, quod fieri debebat applicando illis fidem Chriſti venturi, aliqua actione externa : debebant aliunde,ex divino præcepto Abrahæ intimato, & renouato in lege Moyſis, parvulum octauo die circuncidere : vtrique ergo obligationi ſimul, & ſemel ſatisfacere volentes,Circunciſionem ipſam aſſumebant ad applicandam fidem Chriſti venturi ſuis parvulis,& ad mundandos illos à macula originali : fœminis autem idem remedium præſtabant aliqua alia actione externa, circa ipſas exhibita : ſicut & maſculis etiam, qui ante octauum diem periclitabantur; vel qui die octauo propter morbum, vel aliud impedimentum, circuncidi non poterant. Hæc,& alia Lugo, & omnia bene. Sic etiam Raconis *tract.* 2.*diſput.*1.*ſect.*2. *q.*1. Vbi ait, quod licèt fœminæ caruerint remedio Circunciſionis ad delendum peccatum originale, eius tamen loco habuerint præſentationem in templo,per quam etiam iuſtificabantur, vt habetur Leuit.11. ſi pervenirent ad diem octuageſimum:ſin minus, parentum fides, & actus interni ſufficiebant ad eorum iuſtificationem. Lege Palaum *tr.*18.*punct.*7. *n.*2. & Dicaſtillum *diſp.*2. *dubit.*12.*n.*34.

QVÆSTIO XI.

An in ſententia aſſerentium Circunciſionem habuiſſe vim juſtificandi,neceſſaria fuerit ad hunc effectum Miniſtri fides?

NEgant Palud.*in* 4.*diſt.*1.*quæſt.*5 *art.*5 D Ant. 3. *part.tit.*14.§.2. Major *diſtinct.*1.*q.*4. Ovandus propoſition.15.*de Circunſione*, Suarez *diſp.*10.*sect.*1. & Granados *loco cit.num.*13.*pag.*592.& apud ipſum Alexand. & Scot.ac etiam Dicaſtillo *tract.*2. *diſp.*1. *dubit* 13.*num.*387.

Sed probabiliùs reſpondeo : Neceſſariam fuiſſe fidem in Miniſtro Circunciſionis. Quia Circunciſio ſolùm conducebat ad iuſtificationem parvulorum, quatenus aſſumebatur pro materia Sacramenti legis naturæ ; at hoc non iuſtificabat, niſi quatenus erat proteſtatio fidei internæ, quæ parvulo applicabatur (vt *ſuprà diſput.*2.*quæſt.*4. eſt habitum :)ergo neque Circunciſio poterat iuſtificare abſque illa fide. Sic Lugo *loco cit.num.*58.*pag.*96. & apud illum S.Thomas, Bellarmin. Capreol.Baſſolis, Palatios, Cano, Henriquez, & alij.

QVÆSTIO XII.

An Circunciſio fuerit ex præcepto divino neceſſaria ad juſtificationem parvulorum pro Abrahæ poſteris?

AFfirmant Suar.*diſp.*5.*ſect.*1.§.*Propter hanc ergo*, & Dicaſtillo ex parte *diſp.*2.*dub.*13.*q.*4.*n.*402.

Sed probabiliùs reſpondeo, fuiſſe quidem neceſſariam, ſed non ad juſtificationem parvulorum, cùm his aliud remedium poſſet applicari ante, vel poſt octavum diem; ſicut poterat ante inſtitutionem Circunciſionis. Sic Lugo *loc.cit.n.*66. *pag.*98. Bonac. *de Sacr. diſp.*1.*q.*1.*punct.*3.*n.*8. & Dicaſtillo *tract.*1.*diſp.*2.*dub.*11.*à n.*305.ex parte dumtaxat.

QVÆSTIO XIII.

An ante octavum diem potuiſſet ex cauſa pueris Hebræorum remedium Circunciſionis licitè applicari.

AFfirmant Magiſter *in* 4.*diſt.*1.*c.ſi verò quæritur.* Et Altiſiodorenſ. *cap.*4.*ſummæ.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo : Non potuiſſe licitè, quia nulla neceſſitas poterat occurrere, quæ id requireret : cum abſque Circunciſione poſſet Infans juſtificari per Sacramentum legis naturæ : ergo non erat, cur liceret prævenire diem à Deo præſcriptum, abſque ejuſdem Dei ſpeciali diſpenſatione. Poterat tamen aliqua ex juſta cauſa, infirmitatis ſcilicet, aut alterius, Circunciſio poſt octavum diem differri, & procraſtinari, alioquin lex illa nimis crudelis fuiſſet Sic S. Thom. *q.*70. *art.*3. *ad* 3. Hugo, Alexand.Bonavent.Durand. & Major, quos ſequitur Vaſquez *diſp.*163 *c.*2. Suarez *dicta q.*70. *art.*3. Lugo *diſp.*5.*n.*80. *pag.*100. Bonac. *in loc.cit.* Henriquez *lib.*5. *c.*6.*n.*5. Nuñus *q.*70.*art.*4. *in fine.* Pitigianus *diſt.*1. *quæſt.*6.*art.*7. Archangelus *diſt.*1. *pag.*13. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem foret tale Sacramentum validum, ſi licitè, vel illicitè ante octavum diem daretur.

AFfirmant Ric.Ovandus, Palud.& Major apud Lug. *loc.cit.n.* 82 & dicit probabile Suar.*loc.cit.*

Negant verò è contra, Alexand. Bonavent. & Durand.quos ſequitur Vaſquez *diſp.*163.*c.*2. Suarez *quæſt.*70.*art.*3. Reynerius *verb.Circuncisio,c.*6. Palatios *diſt.*1.*q.*4. Soto *diſt.*2.*q.*1.*art.*3. Ledeſma 1.4. *quæſt.*11.*art.*3. & alii. Omnes probabiliter. Legantur Lugo, Vaſquez, & Suarez *loc.cit.*

Quod ſi hîc curioſè inquiras : Primò,qua de cauſa circunciſio fieret in ea corporis parte? Secundò, Quo inſtrumento? & Tertiò, Quo in loco?

Ad primum reſpondet S.Thom. *q.*70.*art.*3.Quod ad oſtendendum Chriſtum naſciturum ex ſemine Abrahæ.

Ad ſecundum D. Aug. *de peccato origin.* & Mag. *diſt.*1. Reſpondent factam fuiſſe cultello lapideo.D. verò Thom. & alii recentiores putant fuiſſe cultro ferreo. Tu dic, quod utroque inſtrumento : aliquando videlicet lapideo ; aliquando verò ferreo.

Ad tertium reſpondeo : Non fuiſſe locum determinatum. Vnde Circunciſio Baptiſtæ facta fuit domi ; & Chriſti Domini in Bethlehem. Sic omnino Bonacin. *loc.cit.* in editione nova, *n.*9.10. & 11. ex Henriquez *loc.cit.n.*4.

QVÆSTIO XV.

An aliqua Sacramenta legis novæ characterem imprimant?

NEgant omnes Hæretici noſtri temporis, quos latè refert, & optimè impugnat Bellarm. *lib.*2. *de Sacram.cap.*18.

Sed

Sed de fide certum, reſpondeo : Tria Sacramenta legis novæ characterem imprimere ; nempe Baptiſmum, Confirmationem, & Ordinem. Sic definitur in Concil. Florentino in decrero unionis, per hæc verba : *Inter hac Sacramenta, tria ſunt, Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, qua characterem, id eſt, ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctivum imprimunt in anima indelebile ; unde in eadem perſona non reiterantur : reliqua verò quatuor, characterem non imprimunt, & reiterationem admittunt.* Et Trident. *ſeſſ.7.can.9.* ſic dicens : *Si quis dixerit in tribus Sacramentis, ſcilicet Baptiſmo, Confirmatione, & Ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, unde ea iterari non poſſunt, Anathema ſit.* Sic S.Thom. 3 *part.q.63.art.1.3.&.6.* & omnes Patres, tam Græci, quàm Latini, qui id optimè probant ex ſacra Scriptura, ut latè refert Sayrus *lib.4.cap.1.q.1. art.2.* Ex quo clarè conſtat, maximè deceptos fuiſſe Scotum, Durandum, Gabrielem, Palatium, & Caietanum, aſſerentes nihil de charactere inveniri in ſcripturis, vel Patribus. Quomodo enim Eccleſia hoc definiret ? Legantur Archangelus *diſt.4.* Palaus *punct.11. n.3. & 4.* & Dicaſtillo *tract.1.diſp.2.dubit.14.*

QVÆSTIO XVI.

An etiam aliqua Sacramenta legis antiquæ characterem imprimerent ?

AFfirmavit Scotus *in 4.diſt.6.quæſt.9.* loquendo de Sacramento Circumciſionis.

Sed longè probabiliùs reſpondeo : Nullum Sacramentum legis antiquæ impreſſiſſe characterem : quia nullum illorum deputabat hominem, vel deſignabat ad aliquem effectum ſupernaturalem conferendum, vel recipiendum, ſicut faciunt aliqua noſtra Sacramenta. Sic S.Thom. *quæſt.63.art.1.ad 3.* Lugo *diſput.6. num.10.* Vaſquez *diſp.134. num.40.* Philibertus *tract.1. de Ordine, part.3.cap.4 num.14.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XVII.

An character ſit aliquid reale?

NEgat Durand. *in 4.diſtinct.4.q.1.* (non Scotus, ut fortè per errorem Typographi ab Hurtado citatur) dicens : eſſe aliquid rationis, nempe donationem extrinſecam deputationis divinæ ad aliquas actiones ſacras ; ſicut enim (inquit Durandus) per actum extrinſecum voluntatis Regis aliquis conſtituitur Prætor, Senator, vel Dux : ita per actum extrinſecum voluntatis Dei deputantur homines in Sacerdotes, & alios Altaris Miniſtros.

Sed certiſſimè reſpondeo : Characterem eſſe aliquid phyſicum, & reale. Quia Concilia abſolutè dicunt, illum imprimi in anima, & eſſe ſignum ſpirituale, quod eſt proprium entis phyſici, & realis. Sic Suarez *diſp.11. ſect.2.* & Bellarmin. *lib.2.de Sacrament.cap.19.* Ochagavia *quæſt.15. num.2.* qui dicunt, oppoſitam ſententiam vix poſſe ab errore in fide vindicari (licèt Vaſquez *diſp.134.cap.2.* ab omni cenſura vindicare intendit.) Lugo *loc.citat. num.15. & ſeq.* Philibertus *loc. citat.cap.6. num.16.* Hurtado *diſp.3. diffic.11.* Granados *tract.4. diſput.2. num.1.* Bonacin. *diſput.1.quæſt.5.punct.2.* Sayrus *de Sacrament.lib.4.cap.2. quæſt.2.art.1.* & omnes Theologi cum S. Thom. *quæſt.63. artic.2.* apud Dicaſtillum *tractat.1.diſp.2.dub.15.*

QVÆSTIO XVIII.

An character ſit relatio realis prædicamentalis ?

AFfirmat Scotus *in 4. diſt.6. quæſt.10.* eo quòd character ſit ſignum, & conſequenter relatio extrinſecus adveniens. Cùm Scoto conſentit Major *in 4.diſtinct.6.quæſt.1.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo : Non eſſe relationem realem formaliter, ſed qualitatem quandam ſpiritualem, ſupernaturalem, & indelebilem. Prima pars probatur. Quia relatio propriè non fit, ſed reſultat ex terminorum poſitione : ſed character fit propriè à Deo, & à Sacramento : ergo. Vnde licèt character quatenus eſt ſignum, aliquam relationem importet ; quia tamen illa in ipſa reali entitate ipſius characteris fundatur, nequit eſſe in genere relationis.

Secunda pars conſtat : Quia character in primis nec eſt ſubſtantia, nec quantitas, ut per ſe patet ; nec relatio, ubicatio, duratio, ſitus, habitus, nec actio, aut paſſio : ergo neceſſariò pertinere debet ad prædicamentum qualitatis. Sic S.Thom. Caietan. Valentia, Suarez, Gabriel, Albertus, Ricardus, & alii, quos affert, & ſequitur Granado *loc. cit. num.3.* Lugo, Philibertus, Archangelus, Ochagavia, Vaſquez, & Hurtado *loc. citat.* & alii communiter. Legatur Dicaſtillo *dub.15.cit.n.439.*

QVÆSTIO XIX.

An character ad ſecundam ſpeciem qualitatis, nempe ad potentiam ad agendum, vel recipiendum pertineat ?

NEgant in primis Suarez *diſput.11. ſect.3.* Vaſquez *diſput.134. num.70.* Ægidius *quæſt.63.* Bellarmin. *cap.19.* Ochagavia *quæſt.15.num.9.* Hurtado *diſp.3.diffic.12.* Alenſ.Bonav. & alii, exiſtimantes characterem eſſe ornatum animæ, ac proinde pertinere ad primam ſpeciem qualitatis, in qua ſunt Habitus, & diſpoſitio. Ita etiam Layman. *lib.5.tr.1.c.7.n.3.* & Bonac. *diſp.1.q.5.punct.2.n.2.*

Negant etiam Altiſiodorenſ. *lib.4.tract.3. cap.1.* Okam. Alenſ. & D.Bonav. apud Salas *tom.1.in 1.2. tract.2. diſp.8. ſect.3.* Lugo *diſp.6. n.48.pag.129.* & alii docentes, characterem eſſe lumen ſpirituale ſynderesis, ut intellectus meliùs videat id quod faciendum eſt, ac proinde collocari debere in tertia ſpecie qualitatis, in qua ſunt paſſio, & paſſibilis qualitas.

Negant deinde Ricard. *diſt.5. art.2. q.1. ad 3.* Marſilius *diſt.4.q.4.art.1.ad 3.* Catharinus *in Opuſcul.de charact.* & alii quos ſequitur Salas *loc.cit.* affirmantes : characterem eſſe figuram ſpiritualem, qua anima inſignitur, & ideo poni debere in quarta ſpecie qualitatis. Imò aliqui, ut refert D.Thom. *loco infra citando*, dicunt hanc figuram eſſe Crucem Chriſti.

Negant tandem alii apud Suarium, & Lugum, dicentes : characterem ad nullam ſpeciem qualitatis directè pertinere. Pro hac ſententia refert Sayrus *lib.4 c.2.q.3.art.1.* D.Thomam *in 4.diſt.4.q.1.art.1. ad 2. & 3.part.q.63.art.2.* Ricardum *loc.cit.* & Valentiam *tom.4.diſp.3.q.4.punct.3.* Alii è contra, ad omnes, ſub diverſis rationibus, ſpecies pertinere dicunt.

Sed probabiliùs reſpondeo : Characterem ad ſecundam ſpeciem qualitatis pertinere. Quia eſt potentia vel activa, vel paſſiva in ordine ad conficienda, vel recipienda Sacramenta quædam. Charactere namque Baptiſmali reddimur potentes

ad

ad Sacramenta ſuſcipienda: charactere Ordinis ad exercenda divina; & charactere Confirmationis, ad audacter confitendum Chriſti nomen. Sic S. Thom. *quæſt.* 63. *art.* 2. & ibi Caietanus, Valentia, Sotus, Henriquez, & alii, quos affert, & ſequitur Granados *tract.* 4. *diſp.* 3. *num.* 2. Saytus ex parte *loc. cit. &* c. 3. *quæſt. unic.* Martinus, & Barthol de Ledeſma. Viguerius, Capreol. D. Anton. Palud. Herueus, & alii, quos refert Salas *loc. citat.* Ludovicus de ſan Iuan *quæſt.* 3. *art.* 1. *dub.* 2. *pag.* 21. & latè, & optimè Philibertus Marchinus *tract.* 1. de Ordine, *part.* 3. *cap.* 6. *Pag.* 60. Archangelus *ſect.* 4. *pag.* 31. *column.* 2. & tenent omnes Thomiſtæ.

Qvæstio XX.

An character immediatè in intellectu ſubjectetur?

NEgant Argentin. *in* 4. *diſt.* 6. *art.* 2. Bellarm. 2. *de Sacrament. cap.* 19. *concluſ.* 4. Suar. *diſput.* 11. *ſect.* 4. Vaſquez *diſput.* 134. *cap.* 4. Palatios, Gabriel, & Marſilius, quos refert, & ſequitur Lugo *diſput.* 6. *num.* 55. *pag.* 110. Becanus *cap.* 4. *q.* 3. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 6. *punct.* 2. *n.* 2. Filliucius *n.* 124. Ægidius *q.* 63. *art.* 4. Hurtado *diſp.* 3. *diffic.* 13. Ochagavia *q.* 15. *n.* 16. & alii, docentes characterem immediatè recipi in ipſa eſſentia animæ.

Negant etiam Scotus *in* 4. *diſt.* 6. *q.* 11. Baſſolis *diſt.* 5. *&* 6. *q.* 2. Villalobos *tract.* 4. *diffic.* 9. *n.* 1. Ludovicus *loc. cit. dub.* 3. *concl.* 2. *pag.* 21. & alii exiſtimantes, immediatè recipi in ſola voluntate.

Negant ſimiliter Alexand. 4. *part. q.* 6. *art.* 1. §. 3. & D. Bonav. *in* 4. *diſt.* 6. *art.* 1. *q.* 3. affirmantes: immediatè ſobjectari in intellectu, & voluntate.

Negat tandem Durand. *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt.* 1. *num.* 9. qui cum probabiliter dici poſſe exiſtimet, characterem Ordinis eſſe virtutem activam, illum in potentiis executivis, id eſt in membris ipſis externis, quibus miniſtrantur Sacramenta, nempe vel in manibus Sacerdotis, vel in ore, aut lingua eius, ſubjectari putat. Sed certè hæc Durandi ſententia omnino rejicienda eſt, cum expreſsè in Concil. Florent. *loco citato*, & in Tridentino *ſeſſ.* 7. de Sacramentis in genere, *canon.* 9. definitum ſit characterem imprimi in anima, & eſſe ſignum quoddam ſpitituale, & indelebile. Vnde hac omiſſa ſeutentia.

Probabiliùs reſpondeo immediatè ſubjectari in ſolo intellectu. Quia character eſt potentia (phyſica, vel moralis,) quæ natura ſua ordinatur ad exercenda debitè, religiosè, & reverenter ea quæ ſpectant ad divinum cultum: ergo convenientius collocatur in potentia intellectiva animæ. Sic S. Thomas *quæſt.* 63. *art.* 4. *in corp. &* *ad* 3. Henriquez *lib.* 2. *cap.* 17. *num.* 3. Caietan. Valentia, Sotus, Ricard. & alii, quos citat, & ſequitur Granados *loco citato*, *diſput.* 5. *num.* 6. Salas *tom.* 1. *in* 1. 2. *tract.* 2. *diſp.* 8. *ſect.* 3. *num.* 70. Ioan. de Cruce *quæſt.* 3. *concluſ.* 4. Philibertus *tract.* 1. *de Ordine, part.* 1. *cap.* 6. *num.* 21. Petrus Ledeſma *cap.* 5. *de Sacrament. in genere, concl.* 3. Saytus *lib.* 4. *cap.* 4. *q.* 1. *art.* 2. Cano, Martinus de Ledeſma, Paludan. Capreol. & alii apud ipſum. Archangelus *diſt.* 4. *pag.* 32. *col.* 1. & Thomiſtæ.

Qvæstio XXI.

An character ita ſit indelebilis, ut etiam poſt mortem, tam in Beatis, quàm in damnatis permaneat?

NEgativam ſententiam eſſe probabilem inſinuant Lugo *diſput.* 6. *ſect.* 4. *num.* 69. *pag.* 112. Hurtado *diſp.* 3. *diff.* 14. Suar. *quæſt.* 63. *art.* 5. & Ochagavia *q.* 16. *n.* 8.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: manere etiam poſt mortem. Quia aliàs Chriſtianus, vel Sacerdos, qui poſt mortem miraculosè reſurgeret, eſſet iterum baptizandus, confirmandus, & ordinandus, quod dici nequit. Sic S. Thomas *quæſt.* 63. *articul.* 5. *ad* 3. Suarez, Lugo, Hurtado, Ochagavia, & Saytus *loco citat.* Ægidius *quæſt.* 63. *art.* 5. *n.* 16. dicens: id eſſe omnino certum. Armilla, Vivald. & alii quos citat, & ſequitur Monte *part.* 3. *cap.* 1. §. 9. *n.* 8. Raconis *tract.* 2. Archang. *diſt.* 4. *pag.* 32. *col.* 1. *&* 2. Palaus *punct.* 11. *cit n.* 5. Vaſquez & Bonac. penes ipſum. Diacaſtillo *diſp.* 1. *dub.* 16. *&* 18. & communis.

Qvæstio XXII.

An character ita in alia vita permaneat; ut maneat cum poteſtate ſibi annexa ad validè recipienda, vel danda alia Sacramenta?

NEgant Vaſquez *diſp.* 134. *c.* 3. Ægidius *loc. cit. n.* 18. Hurtado, & Ochagavia *locis cit.* & Lugo *diſp.* 8. *n.* 2. *&* 3. *pag.* 122. necnon Palaus *tract.* 18. *punct.* 11. *n.* 6. qui & citat pro ſe Suarium. Sed malè. Ratio horum eſt, quia fruſtra maneret poſt hanc vitam talis potentia, ſeu poteſtas, cum nullum ſui exercitium habere poſſet: cum his Doctoribus eſt etiam Dicaſtilio *diſp.* 2. *dub.* 16. *n.* 478.

Sed probabiliùs reſpondeo: Permanere in æternum cum prædicta poteſtate: ſicut permanet ipſemet character. Quod autem illa poteſtas nunquam (ſaltem poſt generalem reſurrectionem,) proditura ſit in actum, id nimis accidentale eſt. Sic S. Thom. *quæſt.* 64. *articul.* 7. *ad* 2. & Suarez *diſput.* 13. *ſect.* 1. Et debent docere omnes qui docent, characterem eſſe potentiam phyſicam (non moralem) ut optimè docent Philibertus *tract.* 1. *de Ordine*, *part.* 3. *c.* 6. *n.* 3. *pag.* 60. Tenet etiam expreſſe Henriquez *lib.* 2. *cap.* 17. *n.* 4. Vbi loquendo de charactere baptizati, ſic ait: Hoc charactere baptizati, quaſi oves minio, aut ferro ſignatæ, diſtinguuntur à reliquis infidelibus, & manet in hæretico, & in animabus ſeparatis, etiam damnatorum. Quod ſi fortè per miraculum ſuſcitetur homo, non eſt rebaptizandus, nec initiandus Confirmatione, & Ordine, qui Sacerdos obiit, ſed retinet indelebiliter ſuam priſtinam dignitatem, virtutem, & officium Sacerdotis, ita ut beatus, reſumpto corpore, poſſet abſolvere, aut conſecrare Euchariſtiam; ſed non facit de lege, quia uſus poteſtatis ſolis viatoribus commiſſus eſt à Chriſto: Sic Henriquez.

Qvæstio XXIII.

An characteres impreſſi à tribus Sacramentis, differant inter ſe eſſentialiter ſpecificè?

REſpondeo affirmativè: Quia omnes ſunt potentiæ phyſicæ ordinatæ ſuamet natura ad diverſos fines, & actus: ergo Si Gabriel, Alexand. & Suarez quos affert, & ſequitur Granad. *tract.* 4. *diſp.* 4. *n.* 3. Bonac. *diſp.* 1. *q.* 5. *punct.* 3. *n.* 1. & communis.

DISPV

DISPVTATIO IV.

De Miniſtris Sacramentorum.

QVÆSTIO I.

An ſolis homines ſint Miniſtri Sacramentorum?

NEgat Lutherus *in lib.* de Miſſa privata, ut refert Bellarmin. *lib.* 1. *c.*24. exiſtimans: non ſolùm homines, verùm etiam Angelos, tam bonos, quàm malos eſſe miniſtros Sacramentorum. Scotus *in* 4.*diſt.*6.*q.*1. apertè dixit: quodlibet agens intellectuale poſſe Sacramentum Baptiſmi conferre.

Sed certiſſimè reſpondeo: Solos homines, ex vi præſentis inſtitutionis, poſſe eſſe miniſtros Sacramentorum novæ legis: licèt non à quolibet homine omnia Sacramenta licitè nec validè miniſtrari poſſint. Sic S. Thom. *q.*64. *art.*7. & ibi Caietan. Bellarmin. *loc.citat.* Suarez *diſp.*13. *ſect.*1. Granados *tract.*5. *diſp.*2. Lugo *diſp.*8. *ſect.*1. Hurtado *diſp.*4. *difficult.*3. Raconius *tract.*2. *diſp.*1. *quæſt.*1. *artic.*2. *pag.mihi* 22. & omnes Theologi, qui id ex lege communi benè intelligunt; nam ex diſpenſatione, aut de potentia abſoluta, etiam Angelos poſſe eſſe Miniſtros, ut certum ſupponunt. Legatur Henriquez *lib.*2.*c.*26.*n.*1.*&* 2. & *in marg.litt.B, & C,* ubi id ex Scriptura, Patribus, & Conciliis probat. Lege Dicaſtillum *tract.*1.*de Sacram.diſp.*3.*dub.*4.

QVÆSTIO II.

An ad valorem Sacramentorum neceſſaria ſit eſſentialiter fides Miniſtri?

AFfirmarunt olim Agrippinus Epiſcopus Carthag. & D.Cyprianus *in epiſt.*70. *&* 71.*&*73. ubi teſtatur: id ſtatutum fuiſſe a Septuaginta, & uno Epiſcopis in Concilio Africano congregatis.

Sed de fide certiſſimè reſpondeo: Non eſſe eſſentialiter, neceſſariam fidem in Miniſtro ad valorem Sacramenti. Sic definitum fuit in Concilio Nicæno 1.*canon.*19.*alias* 17. in Concil. Carthagin. 1. *canon.*1. in Conſtantienſi *ſeſſ.*8. & in Tridentin. *ſeſſ.*7. *canon.*4. *& canon.*12. *de Sacrament. in genere*, & docent Scholaſtici cum Magiſtro *in* 4.*diſt.*5. & Theologi cum D. Thom. *q.*64. Bellarmin. *lib.*1.*cap.*26. Vaſquez *diſput.* 133. Suarez *diſput.* 13. *ſection.*4. Becanus *cap.*5. *quæſt.*3. Granados *tract.*5. *diſput.*3. Layman. *tract.*5. *cap.*5. *num.*6. Raconius *loco citat.* *pag.*24. & omnes. Qui etiam affirmant D. Cyprianum ſe retractaſſe.

QVÆSTIO III.

An ſaltem ad valorem Sacramentorum requiratur probitas, ſeu Sanctitas in Miniſtro?

AFfirmarunt olim Donatiſtæ, Albigenſes, Vvaldenſ. Lutherani, & alii Hæretici, ut refert Becanus *loco citat.* & Bauny *de Sacrament. in genere*, *q.*12. aſſerentes, non eſſe valida Sacramenta collata à Miniſtro exiſtente in mortali.

Sed de fide etiam reſpondeo: Non requiri ad valorem Sacramentorum. Quia ſic definivit Trident. *ſeſſ.*7.*canon.*11.*de Sacrament. in genere*, per hæc verba: *Si quis dixerit, Miniſtrum in peccato mortali exiſtentem, modò omnia eſſentialia, quæ ad Sacramentum conficiendum, aut conferendum pertinent, ſervaverit, non conficere, aut conferre Sacramentum, Anathema ſit.* Sic Concilium, & omnes Catholici. Legantur Baunius, & Becanus *citat.* & Dicaſtillo *tract.*1.*diſp.*3.*dub.*11.

QVÆSTIO IV.

An ad minus requiſita ſit Bonitas, ſeu Sanctitas in Miniſtro, ut licitè adminiſtret Sacramenta?

REſpondeo affirmativè. Abſolutè enim, & ſimpliciter loquendo, illicitum eſt & peccatum, adminiſtrare Sacramenta in peccato mortali. Sic omnes DD. An autem ſit peccatum mortale, an verò veniale? dicemus infra. Pro quo nunc ſolùm notandum, quod ex Sacramentorum Miniſtris, alii ſunt conſecrati, & ex officio deputati adminiſtranda Sacramenta; alii verò deputati, ſed non conſecrati; de omnibus ergo ſigillatim agemus, inquirendo an dum miniſtrant Sacramenta, teneantur eſſe in gratia? Legantur S.Thom. 3. *part.q.*64. *art.*5. *&* 6. & ejus Interpretes ibi.

QVÆSTIO V.

An laicus, aut Clericus non Sacerdos baptizans in mortali in neceſſitate peccet mortaliter?

AFfirmant Durand. *in* 4.*diſt.*5.*q.*2.*n.*6. Palud. *q.*2. *art.*2. Gabriel *q.unica, art.*3.*dub.*2. Capreol. *q.*1. *art.*1.*concl.*4. Adr. *q.*3.*de Baptiſmo*, Angelus *v. Baptiſmus* 5.*n.*10. Navar. de pœnit. *diſt.*5. *cap.in principio*, *n.*13. Vaſquez *diſp.*136.*c.*3. Reginald. *lib.*28. Ochagavia *q.*19.*n.*5. Hurtado *diſp.*4.*de Sacram. in genere*, *diffic.*9. Lugo *diſp.*8.*n.*150. *pag.*150. & apud ipſum Baſilius Pontius *de Matrim.lib.*1.*c.*8.*n.*11. & Ledeſma *de Matrim.q.*43.*art.*3. *ad ultimum argum.* Bauny *de Sacram. in gen. q.*13. & Palaus *tract.*18. *punct.*5. *n.*11. licet omnes addant excuſari à mortali, caſu quo eſſet aliqua neceſſitas, ratione cujus non vacaret actum contritionis elicere.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non peccare mortaliter: Quia non eſt ratio, quæ ad contrarium aſſerendum cogat, ut infra. Sic S.Thom. *q.*64.*art.*6.*ad* 3. Caiet. *ibidem*. Sylveſt. *Baptiſmus* 3.*n.*3. Sotus *diſt.*1. *q.*3.*art.*6. Scot. *in* 4.*diſt.*5.*q.*2.*ad* 2. Suarez *diſp.*16. *ſect.*4. Henriquez *lib.*1.*c.*29. Valentia *diſput.*3.*q.*5. *punct.*3. Sanchez *lib.*2.*de Matr. diſp.*6.*n.*4. Ægidius *q.*64.*art.*6.*dub.*1.*n.*17. Layman. *lib.*5.*c.*5.*n.*9. Bonacina *diſp.*1.*q.*4.*punct.*2.*n.*11.*&* 12. (ubi malè citat Vaſquium pro hac parte.) Sà *v. Baptiſmus*, *n.*1. *&* *verb. Sacramentum*, *n.*1. Becanus *cap.*5.*q.*7. Granado *tract.*5.*diſp.*5.*n.*6. Monteſinos *tom.*2.*in* 1.2. *diſp.*28. *q.*4.*n.*62. Filliucius *c.*5. *n.*85. Sayrus *lib.*2.*c.*7.*q.*1. *art.*2. Ioan. de la Cruz *q.*4.*dub.*3.*concl.*2. Ludovicus de Iuan. *q.*5.*art.*1.*concl.*2.*pag.*29. Diana 3.*part.tr.*4. *reſ.*10. ſic dicens: Ex his apparet, non eſſe amplectendam ſententiam Vaſquez 3.*part.tom.*3. *diſp.*136. *c.*3.*n.*40. ubi aſſerit: etiam laicos baptizantes in caſu neceſſitatis cum peccato mortali, peccare mortaliter. Sed ſi hoc eſſet verum, væ, væ obſtetricibus, & aliis laicis in tali caſu adſtantibus. Sic ille. An autem laicus exiſtens in mortali peccet mortaliter, ſi Baptiſmum extra neceſſitatem conferat, dicemus infrà *tr.*2. *de Bapt.diſp.*4.*q.*6. Lege doctum Dicaſtillum *tr.*1.*de Sacram.diſp.*3.*dubit.*10.*aſſert.*4.*&* 5. ubi quamvis ſentiat primam ſententiam eſſe probabilem, noſtram tandem ut probabiliorem amplectitur.

QVÆTIO

QVÆSTIO VI.

An ſaltem Sacerdos, qui in mortali exiſtens baptizat in caſu neceſsitatis infantem, peccet mortaliter?

AFfirmant omnes DD. nuper pro prima ſententia citati. Imò & ex citatis pro ſecunda, Layman *loc. cit. num.*8. Ægidius *num.*36. & ante illos Palatios *in* 4. *diſt.*6. *diſput.*2.*concl.*2. Palaus *loc.cit.* Quia Sacerdos quoties cumque, & quomodocunque adminiſtret, adminiſtrat ex officio.

Sed probabilius reſpondeo: adhuc non peccare mortaliter. Quia in dicto caſu Sacerdos perinde ac laicus baptizat: at iſte non peccat mortaliter: ergo. Sic omnes ferè DD. pro noſtra ſententia *quæſt. præced. citati.* Quibus addi poſſunt Ledeſma *in ſumma, cap.*6.*de Sacrament.in genere,concl.*8. *fol.mihi* 16. Fernandez de Hæredia *de Sacrament.in genere, part.*10. *dub.*3.*num.*4 & Nuñus *quæſt.*64. *art.*6. Citat etiam pro hac parte Bonacina *loc.cit. num.*11. Nauarrum *cap.*25. *num.*12. & Ægidium *quæſt.*64. *art.*6. *dub.*1. *num.*16. Sed vtrumque malè. Nam ambo oppoſitum docent. Navar. *diſt.*5. *de pænit. in gloſſa, num.* 33. *fol. mihi* 300. *& in man. cap.*22.*n.*3.*fol.*118. *& cap.*25. *numero* 12. oppoſitum docet: quia ibi nihil ad rem præſentem tractat. Ægidius verò loco ab ipſo citato, contrariam ſententiam clarè docet, per hæc verba: Sequitur quartò, idem dicendum de Sacerdote in neceſſitate Baptizante, non ſolemniter. Quia propriè loquendo, vtraque cauſa etiam in hunc actum concurrit, quia etiam ad hunc actum ritè obeundum propriè Sacerdos conſecratur, & gratiam accipit. Sic ille. Et ſic Dicaſtillo *loc. citato.*

QVÆSTIO VII.

An ad minus contrahentes Matrimonium in mortali peccent mortaliter?

AFfirmant, & quidem conſequenter, Doctores ſupra citati, præſertim Baſilius, Navar. Vaſquez & P. de Ledeſma, quos refert, & ſequitur Lugo *num.* 150.*citato*, Hurtado etiam *de matrim.diſput.*3.*diff.*22. & Palaus. Quia cenſet grauem irreuerentiam Chriſto fieri, ſi ab ejus hoſte, & inimico meritò aſſumuntur diſpenſanda.

Sed probabilius, etiam conſequenter, reſpondeo: non peccare mortaliter, ob rationem aſſignatam. Quia huiuſmodi contrahentes non ſunt ad hoc Sacramentum miniſtrandum miniſtri ſpecialiter conſecrati. Sic Authores ſup. citati, necnon & Layman *lib.*5.*tract.*1.*cap.*5.*num.*9. Ægidius *loc.cit.n.*38. & P. de Ledeſma *in Summa, loc.cit.dub.*9. *pag.mihi* 21. (licèt ſibi contrarius) Villalob. *tom.*1.*tract.*4.*diff.*4.*n.*5. & alij, quos affert, & ſequitur Diana 3.*p. tract.*4. *reſol.*199. Suar. *diſp.*16.*de Sacr.ſect.*4. Sayrus *de Sacr. in gen.lib.*2.*c.*7.*art.*5. Sanch. etiam *loc.cit.* & alij apud ipſum. Qui bene addunt, quod licèt huiuſmodi contrahentes in mortali, mortaliter non peccent contrahendo matrimonium; peccant tamen mortaliter illud Sacramentum indignè recipiendo. Quidquid in contrarium inſinuet Sà in prima editione, *verbo Sacramentum, n.*1. loquendo de Sacramento Matrimonij, per hæc verba: *Fortè etiam accipere matrimonii Sacramentum in peccato, non eſt tale peccatum*: quæ verba deleta ſunt in Summa correcta, & meritò: Quia indignè, ſive in mortali, ſine contritione Sacramentum novæ legis recipere, mortale eſt. Legatur Dicaſtillo *tract.*1. *de Sacrament. diſp.*3.*dub.*10. *aſſert.*4.

QVÆSTIO VIII.

An denique Miniſter ſolemnitatis deputatus, & conſecratus ad miniſtranda Sacramenta, peccet mortaliter, illa in mortali adminiſtrando?

NEgant in primis Hieronymus Llamas 1. *part.* ſuæ methodi, *cap.*1.§.5.*pag.*4. *& part.*2.*cap.*2. §.12.*pag.*260. per hæc verba: Tamen ad alia adminiſtranda Sacramenta: imò & Eucharistiam ſacram aliis dandam, non credimus obligare præceptum contritionis, quidquid Navar. (uti 1.*part.huius ſummæ, cap* 1. §.5. diximus) affirmatit, abſque vero fundamento; quia qui Sacramentum adminiſtrat in mortali, non ponit obicem gratiæ, quam Sacramentum ex opere operato confert in recipiente digne: ergo non eſt nova culpa, cùm dans Sacramenta non ſit recipiens, etſi operatur ſine fructu opus adminiſtrationis Sacramenti: idem de quocumque opere bono ſecundùm ſe, eſſet dicere, quod eſſet error manifeſtus in fide damnatus contra Lutherum: Conc. Trident. *ſeſſ.*6.*cap.*11. *& can.*25. & mi loco ſupra citato diximus, doctrina eſt ſancti Thomæ, & communis. Sic ille.

Negant etiam aliqui Moderni, quos tacito nomine refert Ludovicus de San Iuan *quæſt.* 5. *de Sacram.in gen art.*1. *dub.*1.*concl.*1. *pag.*28. ſic dicens: [Con Autores tan graues bien prouado queda, ſer pecado mortal de ſu genero el adminiſtrar Sacramentos en pecado mortal. He lo dicho eſto tan por extenſo, porque ſe, que anda muy valida la opinion contraria en algunos, coſa harto miſerable, y digna de ſer llorada.] Sic ille *loco citato.*

Sed (ó memoria labilis) ipſemet Pater *in eadem ſumma, quæſt.*8. *de pænit.art.*4 *dub.*1. *diff.*2. *pag.*503. *&* 504. expreſsè eandem ſententiam, quam priùs cum lamentatione refutauerat, ex parte ducet, his verbis. [La duda principal de aqueſte articulo reſueluen otros en otra forma. Para cuya reſolucion ſuponen, que el eſtar en pecado mortal puede ſer en dos maneras. La primera en pecado mortal habitual, como el que tiene trato de amancebado, ò logrero, ò actual, de hecho, ò de complaſencia en el. La ſegunda en pecado mortal, no perdonado por la confeſſion, ò contricion, mas paſſado el acto, ſe paſsò el propoſito, ò complaſencia. Eſto ſupueſto, dizen eſtos Doctores los puntos, que ſe ſiguen. Adminiſtrar qualquier Sacramento en la primera manera, eſto es en pecado mortal habitual, actual, ò complaſencia en el, es gran pecado mortal de ſacrilegio. Porque es grauiſſima la irreuerencia que ſe haze al Sacramento. Adminiſtrar Sacramento en pecado mortal no perdonado por la confeſſion, ò contricion, no es nueuo pecado mortal. Eſta concluſion ſe prueua. Lo primero, porque no teniendo pecado mortal actual, ni habitual, ni complaſencia, la irreuerencia es leue. Lo ſegundo, porque ni los Theologos, ni los Concilios obligan à la confeſſion, al que ha de adminiſtrar, ſino al que ha de comulgar; ni à tener contricion. Lo tercero, porque ſi obligara la contricion, huuiera dudas, y eſcrupulos en los miniſtros, como lo prueua Victoria, y Llamas con exemplo bien claro, v.g. eſtan tres Sacerdotes en pecado mortal, y no ay otro confeſſor. Si eſtos eſtuuieſſen obligados à la contricion antes de oyr confeſſiones, no ſe ſabria qual dellos la tenia para oyr à los otros, y cada vno ſe ponia en ocaſion de pecar en oyendo à los otros. De lo dicho ſe ſigue, que aunque el dicho miniſtro no eſtà obligado a tener contricion, a lo menos lo eſtà à no tener complaſencia actual, y a tener algun propoſito de arrepentirſe. Aſſi lo dize Silueſtro V. confeſſor 3.§.4.] Sic Ludouicus.

Et paulò poſtea. [De lo dicho ſe ſigue, que quando los Doctores dizen comunmente, que adminiſtrar en mortal, es mortal, ſe ha de entender, en mortal actual, ò habitual.] Ita hic Auctor, qui in primis falsò citat Syluestrum vbi ſuprà, cum expreſsè oppoſitum doceat. Deinde falsò imponit Theologis omnibus, quaſi docentibus, non requiri contritionem ad adminiſtrationem Sacramentorum; cum oppoſitum omnes ferè doceant, vt infrà.

Pro hac etiam ſententia poſſet quis citare Ortiz *in ſua ſumma, capite 19. de 4. præcepto communionis*, §. 3. *fol.* 185. *col.* 4. Nam hæc dicit verba. [El conſagrar eſte Sacramento, y el darle à los que le reciben, ſi eſtas obras haze el Sacerdote en pecado mortal, no peca mortalmente.] Sic ille. Cuius mentem ego plenè non capio, cum oppoſitum in fine capitis expreſsè doceat, & expreſſiùs *c. 4. §. 6. fol.* 11. id ipſum docuerat; ſed quidquid ſit de hoc, in hanc ſententiam inclinat, imò & tenuit quidam vir doctus, quem tacito nomine, refert Navar. *de Pænit. diſt. 6. §. Sacerdos, n. 10. fol. mihi 339. col. 3.* Tenuerunt etiam (vt refert Saytus *de Sacram. lib. 2. cap. 7. art. 2.*) Ledeſma *p. 4. quæſt. 6. art. 6.* & Henricus à Gandavo *in quodlib. 6. q. 30.* affirmantes, poſſe Sacerdotem exiſtentem in mortali miniſtrare ſine novo peccato, alia Sacramenta præter Eucharistiam, etiam extra caſum neceſſitatis, dum tamen commodè alius haberi non poſſit, qui loco illius illa miniſtret.

Sed ego certiſſimè respondeo: prædictum miniſtrum peccare mortaliter quotieſcumque in mortali conficit Sacramenta (niſi per accidens excuſetur impoſſibilitate morali ſe juſtificandi per actum contritionis, eo quòd extrema neceſſitas ſuſcipientis ita ad Sacramentum Baptiſmi, vel Pœnitentiæ conferendum cogat, ut nequeat ſe ad gratiam moraliter præparare.) Quia in ſtatu peccati mortalis conficit Sacramentum, vel facit contra præceptum poſitivum Eccleſiaſticum, datum *in cap. vltimo, de temporibus ordinat.* & *in cap. vltimo, de cohabitat. Cleric. & mulier.* (ut aliqui DD. volunt) vel contra naturale; nam ſuppoſita Sacramentorum Sanctitate, & Miniſtrorum conſecratione, ex natura rei ſequitur, vt ſanctè ab huiuſmodi Miniſtris diſpenſentur (vt alij dicunt.) Vel denique contra præceptum diuinum poſitiuum, habitum ex perpetua traditione Eccleſiæ (vt alij ſentiunt). Vel ſimul contra hæc omnia præcepta: ergo. Sic S. Thom. *quæſt. 64. art. 4. & 6.* & ibi Caiet. Nuñus, & Ægidius. Sotus *in 4. diſt. 1. quæſt. 5. art. 6.* Scotus *diſt. 5. quæſt. 2. ad* 2. Henriquez *lib. 1. c. 29.* & apud ipſum Ricard. Ledeſma, Gabriel, Durand. Palud. Adrian. Sylu. & alij. Nauar. *loc. cit. & in man. cap. 22. n. 3.* Suarez *diſp. 16. ſect. 3.* Vaſquez *diſp. 136.* Valent. *diſp 3 q. 5 punct. 3.* Bonacina *diſp. 1. quæſt. 3. punct. 2. §. 1. num. 2.* & apud ipſum Saytus, Chamerota, Reginaldus, Pitigianus, Viualdus, Angles, Peſantius, & alij. Granados *tractat. 5. diſputat. num. 4.* Hurtado *diſput. 4. diff. 9.* Lugo *diſput. 8. num. 149. pag. 149.* Filliucius *tract. 1. cap. 5. quæſt. 10.* Torreblanca *lib. 2. practicarum, cap. 4. num. 28* Ochagauia *tract. unico de Sacrament. in genere, quæſt. 19. num. 4.* Layman *tract. 1. de Sacrament. in genere, cap. 5. num. 7.* Villalobos *tom. 1. tractat. 4. diff. 14. num. 1.* Vega *2. tom. ſumma, cap. 39. caſu 2.* Binſfeldius in Enchirid. *p. 1. de Sacrament. in gener. cap. 3. pag. mihi 30.* Summa Confeſſorum *fol. mihi 81.* Sà *verb. Sacramentum, num. 1.* Moure *p. 3. cap. 1. §. 6. n. 1. fol. mihi 228.* P. Ledeſma *de Sacrament. in commun. cap. 6. concluſ. 9. fol. mihi 15. & dub. 3.* poſt octauam concluſionem. Luyſius Turrianus *in ſuis ſelectis, centuria 7. dub. 54. & 76.* Ioan. de la Cruz *de Sacrament. in genere, quæſt. 4. dubit. 3. concluſ. 1. fol. 133.* Philibertus *tractat. 2. de Ordine, pag. 8. cap. 8. numero 7. pag. 276.* Summa Theologica *ſexto loco*, vbi de Baptiſmo, *pag. mihi 133.* Sic etiam Victoria *in ſumma*, vbi §. *de Contritione, num. 112. fol. mihi* 100. hæc verba habet. Loquendo de hoc præcepto (ſcilicet contritionis) in quantum eſt affirmativum, obligat ſemper, ſed non ad ſemper, ſicut & reliqua præcepta affirmativa, ſcilicet in caſu neceſſitatis, putà cum quis adminiſtrat, vel recipit Sacramentum, vel in articulo mortis. Sic ille. Malè ergo citatur Victoria pro oppoſito à Ludovico; fortè deceptus, quia Victoria *num. 136.* docet ad miniſtrandum Sacramenta non teneri Sacerdotem confiteri; quia aliàs ſequeretur perplexitas: Nam ſi eſſent decem Sacerdotes omnes in peccato mortali, quis audiret priùs alterius confeſſionem? Sic ibi Victoria. Vbi non dixit, non teneri confiteri; ſed teneri confiteri, quod verum eſt. Legatur Dicaſtillo *tract. 1. diſp. 3. dubit. 10.*

Qvæstio IX.

An ſaltem ſit probabile aſſerere, non peccare mortaliter illum, qui in mortali conficit Sacramentum, ad quod ſpecialiter eſt conſecratus Miniſter?

Affirmant adhuc, præter citatos pro prima ſententia, Doctores nonnulli Recentiores, quos ego in ſuis manuſcriptis legi, docentes non eſſe omnino improbabile aſſerere: non peccare mortaliter Miniſtrum ſolemnitatis, in mortali miniſtrando Sacramenta; dummodo prius eliciat (ſi tempus vacet) actum attritionis, aut habeat aliquam diſplicentiam peccati à ſe commiſſi.

Probant primò. Quia ſententia negans, peccare mort. Miniſtrum adminiſtrantem in mortali, habet pro ſe non leuia fundamenta, vt conſtat ex tribus rationibus, quas pro illa refert Ludouicus (vt vidimus,) & ex aliis quinque, quas ex illo viro docto adducit Navar. hæc poſt illas dicens (*loc. cit.*) verba: *Equidem vellem hanc ſententiam eſſe veram, eam tamen ipſe affirmare non auſim, propter prædicta, quæ tametſi vrgere videantur, concludunt tamen minimè.* Sic ille. Vrgent ergo in ſententia Navarri argumenta ſententiæ huius.

Secundò. Quia nulla eſt ratio, quæ efficaciter oſtendat, dictam ſententiam eſſe improbabilem, vt ingenuè confitetur Granados *tract. 5. cit. diſput. 5. n. 6.* per hæc verba: Quod miniſter peccet mortaliter in adminiſtrandis Sacramentis cum conſcientia peccati mortalis, non eſt adeo exploratum, attenta efficacitate rationis: quia re vera nulla eſt ratio id omnino conuincens, licèt certa ſit, propter authoritatem. Sic Doctus Granado: ergo præfata ſententia non eſt vndequaque improbabilis, alias id euidenter oſtenderent tam graues Theologi.

Tertiò. Quia miniſter non conſecratus non peccat mortaliter conficiens Sacramentum in mortali, vt ſuprà *q. 5.* ſatis probabiliter eſt habitum: ergo etiam probabiliter inferri poteſt, quod nec Miniſter ex officio, & ad miniſtrandum Sacramentum ſpecialiter deputatus. Patet conſequentia; quia probabile ſatis eſt, quod obligatio, qua quis tenetur miniſtrare Sacramenta in gratia, non oritur ex conſecratione miniſtri, ſed ex ſanctitate Sacramenti, & Chriſti principalis agentis, & reuerentia illis debita, quam non minùs exhibere debet Miniſter non conſecratus, quàm conſecratus: ergo ſi primus, in opinione probabili, non peccat mortaliter in mortali conficiens Sacramenta; nec ſecundus, in opinione probabili, peccabit mortaliter.

Quartò. Quia probabile eſt, quod non detur expreſſum præceptum, quo prohibeatur adminiſtrari

Sacra

Google

Sacramentum in mort. vt concedit Nauar. *dub. 6. cit. num. 10. §. Ad ſextum*, & probari poteſt. Quia in primis non eſt prohibitum iure aliquo poſitiuo humano, aut diuino, vt probabiliter probat Hurtado *diſp. 4. diff. 9.* Rurſus, quod ſit prohibitum iure diuino naturali, orto ex natura Sacramentorum, quam ex Chriſti inſtitutione habent, vt cum reuerentia ab omnibus miniſtris tractentur; ſolùm eſt probabile, & veriſimile, vt docent Suarez *diſp. 16. ſect. 3.* & Filliuc. *c. 5. n. 86.* Ergo ſolùm erit probabile, quod Miniſter in mortali adminiſtrando præceptum aliquod tranſgrediatur: contrarium ergo non erit improbabile, ſed probabile, vt nouiſſimè firmant Crouſers *in regul. S. Franciſci, c. 7. lect. 21.* & Marcus Vidal *in arca Theolog. moral. tit. de Miniſtro Sacram. Inquiſ. vnica, n. 69. & 75.*

His tamen non obſtantibus, nunc abſolutè, certiſſimè, & abſque vlla hæſitatione reſpondeo, præfatam ſententiam eſſe omnino improbabilem. Quia vt talem (ad minus) delere mandarunt ex Summa Hieronymi Lamas 1. *p. cap. 1. §. 5.* Cenſores fidei, per indicem librorum expurgat editum in Hiſpania pro tota illa, anno Domini 1640. Sic etiam aperte dictam ſententiam improbabilem dixerunt Petrus de Ledeſma *dub. 3. cit.* & Luyſius Turrianus *loco citato*. Vbi ſic ait: Hactenus communis opinio fuit, peccare mortaliter Sacerdotem, qui miniſtrat Sacramentum pœnitentiæ in ſtatu peccati mortalis. Referuntur tamen hoc tempore aliqui recentiores aſſerentes, non eſſe peccatum mortale talem adminiſtrationem in peccato mortali. Mihi autem doctrina hæc non ſolùm improbabilis videtur, ſed etiam temeraria, contra communem ſenſum Doctorum, ſine idoneo fundamento, & multis etiam apparet ſcandaloſa, & quæ parum favet Sanctitati Miniſtrorum. Sic Luyſius, & nunc ego. Lege Dianam *p. 6. tract. 6. reſol. 53.* Vbi ait ſententiam contrariam eſſe contra communem, & ideo rejiciendam, & *p. 19. tract. 16. reſol. 27.* in qua me citato, ait oppoſitum eſſe impoſſibile.

Nec argumenta contraria nunc vrgent, quia omnia (ferè) authoritate nituntur, quæ poſt decretum Sanctæ Inquiſitionis omnino fuit.

QVÆSTIO X.

An qui eſt in mortali teneatur præmittere confeſſionem ad miniſtrandum, vel conficiendum quodlibet Sacramentum?

AFfirmant Marſilius *in 4. q. 12. art. 1. p. 5.* Adrianus, & Palud *diſt. 5. quæſt. 2.* & nouiſſimè Molfeſ. 1. *part. ſumma, tract. 7. c. 10. n. 17.* vbi ſic ait: Secundò, quoties aliquis vult Sacramenta ſuſcipere, vel alteri adminiſtrare, ſimiliter tenetur peccata mortalia confiteri, ſi poteſt; alias faciat actum contritionis, cum propoſito confitendi, &c. Sic ille (licet contrarium, ſibi contrarius, docet alias.)

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: non teneri præmittere confeſſionem ad conficiendum quodlibet Sacramentum, præter Euchariſtiam, ſed ſufficere elicere contritionem in re, vel ſaltem putatam, vt alias latiùs dicemus. Sic Suarez *diſp. 16. ſect. 3. verſ. Sed quæret aliquis.* Vaſquez *diſp. 136. c. 1.* Hurtado *diſp. 4. diff. 9.* Lugo *diſp. 8. n. 145.* Philibertus *loco cit.* Bonacina *loco cit. n. 33.* & communis Theologorum. Legantur Vaſquez *diſp. 136. cap. 1.* & Dicaſtillo *tract. 1. cit. diſp. 3. dub. 10.*

QVÆSTIO XI.

An ad valorem Sacramentorum legis gratiæ requiratur in miniſtro intentio faciendi Sacramentum formaliter?

NEgant Lutherus, Caluinus, & alij hæretici noſtri temporis, apud Bellarminum *lib. 1. cap. 27.* & apud Becanum *cap. 5. quæſt. 3.* dicentes: nullam prorſus intentionem ad valorem Sacramentorum neceſſariam eſſe, ſed ſufficere debitam formam materiæ debitæ applicari, licet à miniſtro fictè, iocosè, aut irriſoriè applicetur. Citat etiam pro hac parte Hurtado *diſp. 4.* Ambroſium Catherinum *in opuſc. de intentione miniſtri*; ſed immeritò profectò, quia multum à ſententia Hæreticorum abeſt Catherinus, vt benè notant Granados *tr. 5. diſp. 4. ſect. 1.* & Lugo *diſp. 8. n. 14. pag. 125.* ſed quidquid ſit de hoc.

De fide certiſſimè reſpondeo: ad valorem Sacramentorum neceſſariam omnino eſſe intentionem (idest, voluntatem) faciendi Sacramentum; aut faciendi quod inſtituit Chriſtus, vel quod intendit Eccleſia; vel quod faciunt Chriſtiani, aut aliam ſimilem intentionem. Sic definitur in Trid. *ſeſſ. 7. can. 11.* his verbis: *Si quis dixerit in miniſtris, dum Sacramenta conficiunt, aut conferunt, non requiri intentionem ſaltem faciendi quod facit Eccleſia, Anathema ſit*: & *ſeſſ. 14. cap. 6.* & in Concil. Florent. in decreto fidei: Et ſic tenent omnes Catholici. Legantur Suarez *tom. 3. diſput. 13. ſect. 2.* Bellarmin. *lib. 1. de Sacrament. cap. 27. & 28.* Vaſquez *diſp. 138. c. 2.* & alij Recentiores. Legatur inter alios Quintanadueñas *tom. 1. tract. de Baptiſmo ſingul. 1. & 2.*

QVÆSTIO XII.

An ad valorem Sacramentorum ſufficiat intentio proferendi verba legitima ſuper legitimam materiam, prout Eccleſia iubet?

AFfirmant Catherinus, & alij viri docti eius coætanei, quibus fauent Paludan. *in 4. diſt. 6. q. 2. art. 3.* & Syluest. *verb. Baptiſmus 3. quæſt. 12.* & tenet nouiſſimè Ioannes Marius Gallus *in ſumma Theologiæ, diſputat. 1. de Sacrament. quæſt. 6. & 7.* docentes, ſufficere ad valorem Sacramentorum intentionem faciendi actum externum, & proferendi verba legitima eo modo, quo ab Eccleſia proferri, & fieri ſolent, quantumvis Miniſter interius intentionem habeat illudendi, & non conficiendi verum Sacramentum: cum verè habeat intentionem faciendi quod facit Eccleſia.

Sed certiſſimè omnino reſpondeo: ad valorem Sacramentorum non ſufficere intentionem proferendi legitimam formam ſupra legitimam materiam, prout Eccleſia iubet; ſed neceſſariò requiri etiam intentionem faciendi Sacramentum, vel id quod ea externa actione, & ceremonia intendit Eccleſia, aut inſtituit Chriſtus. Sic tenent omnes Doctores communiter cum Magiſtro *in 4. diſt. 6.* Alex. 4. *p. memb. 3. art. 1.* S. Th. *q. 64. art. 10.* Suarez *diſp. 13. ſect. 2.* Vaſquez *diſput. 138.* Granados *tract. 5. diſp. 4. ſect. 1.* Lugo *diſp. 8. ſect. 2.* Hurtado *diſp. 4. diff. 4.* Bonac. *diſp. 1. q. 3. punct. 2. §. 3. n. 6.* & alij.

QVÆSTIO XIII.

An ad valorem Sacramenti ſit neceſſaria in miniſtro intentio conferendi effectum Sacramenti, nempe gratiam?

AFfirmant Alexand. apud Henriquez *lib.3.c.10.n.6.lit.G.* & apud Vaſquez *diſp.38.n.35.* Ricardus.

Sed certiſſimè reſpondeo: non eſſe neceſſariam. Quia aliàs hæretici, qui negant produci gratiam per Sacramenta; & rudes homines, qoi neſciunt an Sacramenta conferant gratiam, nullum poſſent validè conferre Sacramentum, quod falſum eſt. Nam Baptiſmus etiam ab hæreticis, & rudibus hominibus collatus habetur ab Eccleſia validus, nec propterea iteratur. Itaque ſi quis diceret, Ego volo miniſtrare Baptiſmum, ſed nolo dare effectum, quo Baptizatus mundetur à peccato; verè profectò Baptizaret, cùm omnia requiſita ad valorem Baptiſmi concurrant, cuius effectus nequit per accidentalem intentionem miniſtri impediri. Sic Henriquez *loc.cit.* Suarez *diſput.13.ſect.2.* Sotus *in 4.diſt.1.q.5.art.8* Sot. *diſt.6.* Bonacina *loco citato, n.7.* Granados *loco citato, n.10.* Hurtado, & Vaſq. *loco citato*, Lugo *diſp.8.n.32.pag.128.* Raconius *tract.2.diſput.1.q.2.artic.2.pag.mihi 29.* & communis.

QVÆSTIO XIV.

An ad valorem Sacramentorum ſufficiat, & requiratur intentio actualis faciendi Sacramentum, vel quod facit Eccleſia, vel quod Chriſtus inſtituit?

REſpondeo ſufficere, ſed non requiri. Prima pars conſtat. Quia intentio actualis, qua quia dum perficit Sacramentum, actualiter vult illud conficere, aut facere quod Chriſtus, vel Eccleſia intendunt, eſt maxima intentio: ergo ſufficiens ad valorem Sacramenti.

Secunda verò pars etiam conſtat. Quia nimis durum eſſet id à miniſtris exigere, cùm valdè humanum ſit, dum Sacramentum miniſtrant, aliò etiam inaduertenter, diuerti. Admonet tamen S.Thom. *q.64.art.8. ad 3.* Vt ſtudiosè curet Miniſter habere intentionem actualem; & benè quidem, quia non tam exigitur, vt ipſe formaliter, & expreſsè tunc dicat ore, vel mente, *Ego intendo Sacramentum conficere, intendo facere quod facit Eccleſia*, vt multi ſcrupuloſi faciunt; ſed vt mente operi aſſiſtat, & attendat ad tantum negotium, quod tunc peragitur. Sic Bellarm. *lib.1.c.27.* Scotus *in 4.diſtinct.1.q.5.art.8. in fine.* Henriquez *lib.1.c.10.num.2.* Granadoa *loc.cit.ſect.2.n.11.* Filliuc. *tr.1.n.75.* & *76.* Bonac. *loco cit.n.11.* Lugo *loco cit.num.72.* Hurtado *diſp.4.diff.5.* Reginald. *lib.26.n.37.*

QVÆSTIO XV.

An ad valorem Sacramentorum ſufficiat etiam, & requiratur intentio virtualis explicita?

REſpondeo, ſufficere, & requiri: Eſt certiſſima reſponſio, pro cuius intelligentia ſciendum eſt, quod intentio virtualis explicita dicitur illa, quæ aliquo modo remanet in effectu ex aliqua alia intentione actuali, & formali priua habita, v.g. Qui habuit domi expreſſam, & formalem voluntatem conſecrandi, & eo fine domo exit, ſacriſtiam ingreditur, veſtes ſacras induit, ſacrificium offert, & tandem profert verba conſecrationis, licèt ille non recordetur intentionis, verè conſecrat; quia virtualiter perſeuerat illa prior voluntas, cùm ratione illius facta ſint ea quæ ad conſecrationem ordinantur. Sic omnes DD. præcipuè nuper citati. Vaſquez *diſput.138.cap.6.* Suarez *diſput.13.ſect.3.* Nuñus *quæſt.64.art.8.* Ægidius *ibi, dub.1.num.71.* & alij quos citat, & ſequitur Diana *2.p.tr.17.reſol.22.* Granados *loc.cit.n.13.* Qui ad conſolationem Sacerdotum, qui ſcrupulis in hac re angi ſolent, poſt à nobis ex illo dicta, hæc addit. Res quidem in praxi, ni fallor, nullius ſcrupuli eſt. Rectè autem nonnulli dicunt, tunc cenſeri miniſtrum habere intentionem virtualem, quando ſi interrogaretur quo fine, aut quare profert verba, & applicat materiam, ſtatim ſine noua deliberatione reſponderet, ſe id facere, vt Sacramentum verum conficiat. Sic ille.

QVÆSTIO XVI.

An ad valorem Sacramentorum etiam ſufficiat intentio virtualis implicita, & confuſa?

AFfirmat Henriquez *lib.1.c.10.n.2.* per hæc verba. Porro, dum quidam Doctores aiunt, habitualem intentionem ſufficere, minùs propriè loquuntur, & vſurpant pro virtuali intentione: quæ ſic dicenda eſt, quamuis non videatur fluxiſſe ex efficaci vi, & motiuo primæ intentionis, aut quia licèt nunquam habuit intentionem ſic explicitam, volo facere quod Eccleſia Romana intendit, vel quod Chriſtus inſtituit; habuit tamen confuſam, vt ſi quia Ordines ſacros ſuſcepit, vt fiat Sacerdos, & miniſter Eccleſiæ, & abſque alia formali intentione (ſi nunquam habuit contrariam) conſueuit celebrare, & miniſtrare Sacramenta, etiam cum diſtractione mentis: hic enim conficit Euchariſtiam, & alia Sacramenta. Sic Henriq. qui pro ſe citat Sotum *diſt.1.q.5 art.8.ad 3.* & Nauarrum *c.25.n.91.* quos, & Valentiam *diſp.3.q.5.punct.3.verſ. Intentio autem implicita*, citant Bonac. & Filliuc. & eſſe probabile inſinuat Diana *loc. citat. in fine.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: abſolutè loquendo, non ſufficere. Quia prædicta intentio non eſt virtualis, ſed habitualis, cùm virtualiter non perſeueret in aliquo effectu, ſed interrupta ſit per plures actiones impertinentes. Sic Bonacina *loc.cit.num.15.* Granados *n.12.* Filliucius *tr.1.n.77.* qui contrarium aſſerere, abſurdum per hæc verba dicit: Verùm hoc modo, qui cum ſuſcepit Sacerdotium, habuit animum ſemper conſecrandi, & hunc non retractauit, ſi deinde non aduertens quod agit, ſe paret ad ſacrum, & ſemper ſit diſtractus dum celebrat, dicetur habere virtualem intentionem, atque adeò verè conſecrare: quod tamen nemo non cenſeret abſurdum. Sic ille. Qui tamen non bene (ſicut, & alij ſuprà citati) refert pro contraria ſententia Nauarrum, Sotum & Valentiam. Nam imprimis, meus Nauarrus loco ab ipſis citato *fol.mihi 162.col.3.* nec verbum de hac re loquitur, & Valentia, & Sotus nullo modo à noſtra diſcedunt ſententia, ſi attentè legantur, vt tandem vidit Bonacina, & conſtabit plane ex dicendis *q.18.*

QVÆSTIO XVII.

An ad valorem Sacramenti ſatis etiam ſit intentio habitualis in miniſtro?

REſpondeo negatiuè. Quia actio effectiua Sacramentorum debet eſſe humana, & rationabilis:

Sed intentio habitualis non facit actum perfectè humanum : ergo. Sic omnes DD. cum D.Th. *q.*64. *art.*8. Caiet.*ibidem*, Suarez *diſp.*13.*ſect.*13. Vaſquez *diſp.*138.*c.*2.Ægidius *q.*64.*art.*8.*dub.*2.*n.*73. Ochagavia *q.*23.*n.*3.Lugo *diſp.*8.*n.*9.& Henriquez *lib.*1, *c.*10.*n.*2. & alii omnes.

QVÆSTIO XVIII.

An validè conficiat Sacramentum ille, qui ea die qua natus eſt infans, habuit actualem intentionem illum baptizandi : ſed elapſis poſtea octo diebus, non repetita intentione, eum fortuitò baptizat?

AFfirmant Henriquez *loc.cit.* Quia exiſtimat talem intentionem eſſe,& manere virtualiter. Sic enim ait : *Intentio virtualis eſt illa,quæ præceſſit ex aliqua actuali prius habita, ita ut actum non interruperit contraria intentione, aut longioris temporis interruptione, & hæc ſatis eſt,quamvis dum miniſtrat,vel celebrat, abſtractione vagetur, abſque memoria primæ intentionis, vel ſi ante annum habuit intentionem baptizandi, vel ſecrandi non revocatam hactenus.* Sic ille.

Sed probabiliùs longè reſpondeo Negativè.Quia in eo caſu,non manet intentio virtualis ſed habitualis,ut benè Bonac.*loc.cit.n.*16. Granados *n.*13. Layman.*tract.*1.*c.*5.*n.*12.*concl.*3. Ægidius *loc.cit.* & Sotus *in* 4.*diſt.*1.*q.*5.*art.*8. expreſsè per hæc verba: *Ac forſan hic quiſpiam pulſaret animum,quanta ſcilicet intercapedo temporis ſufficiat,ut illa quæ præceſſit intentio neque in virtute duret. Planum enim eſt, quod ſi Sacerdos illa die, qua naſcitur infans, proponat illum baptizare, ſed tamen in toto dierum octonario nunquam ampliùs de eo cogitet, ſed ſicut dum quis barbam abſque ulla cogitatione fricat, ſic illum fortuitò octavo die baptizet, profectò videtur baptiſmus ille, abſque legitima intentione fieri. Ad hoc autem non opus eſt alia reſponſione, quàm verba S.Thomæ repetere. Ait namque: virtualem intentionem requiri,ut quando Sacerdos ad Sacramentum miniſtrandum accedat, tunc intendat facere quod facit Eccleſia. Itaque requiritur tam proxima intentio, ut illa moveat membra, vel ad eundum in Eccleſiam, vel ad præparandum ſe,&c.ita ut tota illa actio ſit actus humanus in virtute prioris deliberationis.* Huc-uſque Sotus, S. Thomas, & ego. Sic etiam Vega 1. *part.c.*33.*caſu* 58. & alii penes ipſum.

QVÆSTIO XIX.

An conficiat Sacramentum, qui ſine debita intentione incipit verba formæ proferre?

REſpondeo ſub diſtinctione. Si verba prolata à Miniſtro ſine intentione ſunt de ſubſtantia formæ, nullo modo fiet Sacramentum, etiamſi cum debita intentione reliqua verba ſubjungat : ſecus aliàs. Sit exemplum : Qui ſine debita intentione conſecrandi proferr illa verba formæ, *Hoc eſt*, nullo modo conſecraret, licèt poſtea cum debita intentione ſubjungeret,*corpus meum*. Qui verò baptizando proferret illam particulam,*ego*,ſine intentione: cæteras verò cum intentione ſubjungeret, validè baptizaret. Sic Sayrus, & Chametota, quos affert, & ſequitur Bonac. *loc.cit.n.*14.

QVÆSTIO XX.

An ad valorem Sacramenti requiratur intentio abſoluta?

REſpondeo certiſſimè requiri : nec ſufficere conditionatam, niſi talis ſit, quæ ſtatim tranſeat in abſolutam. Prima pars conſtat. Quia intentio debet eſſe efficax : at ſola abſoluta eſt talis : ergo.Secunda verò probatur. Nam conditio quæ apponi intentioni poteſt, eſt de futuro : ut ſi quis dicat, *ego te baptizo ſi non es baptizatus* : *ego te baptizo ſi es maſculus* : *ego te baptizo,ſi reſtitutionem feceris.* Si ergo Sacramentum adminiſtretur ſub conditione de præterito, vel præſenti, tunc validum profectò erit,ſi res ita eſt, vel fuit, ſicut in conditione exprimitur : quia voluntas conditionalis,conditione in re poſita tranſit in abſolutam : invalidum verò, ſi conditio illa non fuit in re, aut eſt. Si verò Sacramentum adminiſtretur ſub conditione de futuro,nullum erit ; quia hujuſmodi conditio ſemper eſt contraria ſubſtantiæ Sacramenti. Sic authores citati, præcipuè Navarrus *c.*16.*n.*12. Caiet.*verb.abſolutio*, *c.*1.Henriquez *lib.*1. *c.*10.*n.*7. & communis apud omnes.

QVÆSTIO XXI.

An hæc intentio conditionalis de præſenti : Ego te baptizo, ſi non es hæreticus ; ſufficiat ad efficiendum Sacramentum validum?

NEgat Sotus *in* 4.*diſt.*5. *q.*1.*art.*8. & ita acriter, ut dicat, nulli orthodoxorum hoc in dubium revocare licere.

Sed certè probabiliùs reſpondeo : Sufficere, ſi talis conditio adſit in baptizando : Quia in hoc caſu, intentio conditionata miniſtri tranſit in abſolutam. Sic Henriquez *lib.*1.*cap.*10.*n.*7. & Becanus *cap.*5. *q.*4.*n.*8. Qui contra alios idem exiſtimat dicendum de Sacramento cum hac conditionali miniſtrato, Ego te baptizo, ſi es prædeſtinatus. Et benè, quia eadem eſt in utroque caſu ratio.

QVÆSTIO XXII.

An apponere conditionem in conficiendis Sacramentis, ſit peccatum mortale?

REſpondeo cum diſtinctione. Apponere conditionem de futuro, ſemper eſt mortale : apponere verò conditionem de præterito, vel præſenti, ſi adſit cauſa rationabilis, nullum erit peccatum ; ſi deſit, erit,& mortale. Sic Henriquez *loco cit.* Suarez *diſt.*13. *ſect.*3.Reginald. *lib.*26.*n.*39. Naldus, Nuñus, Sà,& Ægidius, quos citat,& ſequitur Bonac. *loc.cit. n. ultimo*, & alii communiter. Sed de hac quæſtione, ſicut de aliis, quæ hîc ab aliquibus tractari ſolent, iterum tractatu de Baptiſmo,& de Pœnitentia agemus.

DISPVTATIO V.

De ſubjecto Sacramentorum.

QVÆSTIO PRIMA.

An ſoli homines viatores ſint capaces Sacramentorum?

RESPONDEO affirmativè. Quia ſolum ad ſalutem eorum inſtituta fuerunt. Verumtamen eſt,

Digitized by Google

quod de potentia abſoluta, eriam homo beatus poteſt Sacıamenta recipere, cum in hoc nulla reperiatur implicario. Sie omnes DD. communiter. Legantur D.Thnm. *3.p.q.64.art.10.* Hentiq. *lib.1.cap.21.* & Suarez *diſp.14.ſect.1.*

Qvæstso II.

An ad valorem Sacramentoram neceſſaria ſit intentio, ſeu conſenſus in adultis recipientibas?

NEgat Gloſſa *in cap. Solet, de confecr. diſt.4.* & *in cap. majores, de Baptiſmo,* docens: Validum eſſe Sacramentum, licet adultus, qui illud recipit, corde diſſentiat, dummodo ore conſentite dicat. Negant etiam Cajet. *3.p.q.68.art.7.* & Ledeſma *in 4.diſt.1. q.9.art.7.* affirmantes, ad valotem Sacramentorum non requiri adhuc in adultis (nam in parvulis eertum eſt non requiri) poſitivum conſenſum illa reeipiendi: ſed ſufficere nnn habere voluntatem conttariam. Ratio eſſe poreſt. Quia ex Conc.Flor. Saeramenta perficiuntur materia, forma, & iotentione Miniſtri: ergo nihil aliud eſt requiſitum.

Sed eertiſſimè reſpondeo, ad valorem Saeramentotum neeeſſarium eſſe poſitivum conſenſum, intentionem, & voluntatem adulti ſuſcipientis (excepto ad valorem Sacramenti Euchatiſtiæ.) Quia in Miniſtro tequiritur intentio poſitiva miniſtrandi, ut ſuprà eſt habitum: ergo & requiri debet in recipiente. Sic Innocent. III. *in cap. Majores, cit.* D.Th. *quæſt.68.art.7.* Scot. *in 4 diſt.4.q.4.* Suarez *diſp.14. ſect.2.* Vaſquez *diſp.138. num.65.* Ægid. *q.68.art.8. dub.5.* Hurtado *diſp.4. diff.13.* Lugo *diſp.9. n.115. pag.188.* Granados *tract.5.diſp.6.n.3.* Bonac. *diſp.1. quæſt.6. punct.2.n.1.* Layman. *tract.1. cap.6.n.4.* & Palaus *tract.18. punct.12. n.4.* qui ad argumentum contrarium reſpondet *primò*, quod ideo Concilium non fecit mentionem intentionis ſuſcipientis, quia non ſemper eſt neceſſaria in receptione omnium Sacramentorum, vt patet in Euchariſtia. *Secundò*, quod ſub materia comprehendatur intentio ſuſcipientium in Saeramentis, quæ in uſu conſiſtunt.

Qvæstio III.

An ad valorem Sacramenti ſufficiat intentio, ſeu voluntas habitualis adulti, qui illud recipit?

NEgate videntur Filliucius *tract.1.c.8.n.131.* & Ochag. *quæſt.23.n.8.* vbi ſic dicit: *Hoc tamen advertere oportet, ad valorem Sacramentorum, quæ recipiuntur ab adultis hominibus (excepto Sacramento Euchariſtiæ, cuius valor non dependet ex voluntate ſuſcipientis) requiri voluntatem directam, & actualem, vel virtualem recipiendi illa.* Sic ille.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Sufficere intentionem habitualem, ſive ſpecialem, & expreſſam, ſive generalem, & implicitam (qua ex vi profeſſionis Chriſtianæ cenſetur quis velle recipere debito tempore Sacramenta) ad validè recipienda omnia, vel ſaltem aliqua Sacramenta. Itaque ut quis validè, & fructuosè Sacramenta recipiat, ſufficit habuiſſe aliquando voluntatem actualem, & expreſſam illa recipiendi, vel petiiſſe implicitè. Ex quo ſequitur, validè, & licitè poſſe adminiſtrari Saeramenta Euchariſtiæ, & Extremæ-unctionis (& fortè Pœnitentiæ, ſaltem ſub condirione) homini exiſtenti in periculo mortis, ſi Catholicè vixerit; etiamſi explicitè id non petierit. Quia ſic vivendo, cenſetur petiiſſe Sacramenta, quæ conferuntur tali articulo. Sic colligitur ex Concilio Arauſicano *1. cap.11.* & tenent Valentia *diſt.4.q.4.punct.2.* Suarez *diſp.14.ſect.2.* Henriquez, Silveſter, Reginald. quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.1.q.6.punct.2.n.8.* Hurtado *diſp.4.diffic.vltima, in fine.* Layman. *loc. cit. n.4.* & etiam ex parte Ægidius *q.64. art.8. dub.3.n.103.* ſic dicens: *Nota, ut quis Sacramentaliter abſolvatur, debuiſſe id petiiſſe explicitè, ſua peccata ſaltem in genere confitendo, quia actus pœnitentis ſunt pars hujus Sacramenti, ut ſuo loco dicemus: Pro reliquis ſacramentis ſufficit ea implicite petiiſſe.* Sic ille, & ſic Lugo *diſp.9.n.122.* & *ſeq.* Palaus *tract.18.punct.12.n.6.* & *7.* & Bauny *tract.1. q.20.aſſert.5.* dicit eſſe ſententiam omnium.

Qvæstio IV.

An requiratur aliqua diſpoſitio in adulto ſuſcipiente Sacramenta, ut recipiat gratiam?

REſpondeo requiri; nam ad recipienda Sacramenta vivorum præcequiritur ſtatus gratiæ, ſaltem per ſe loquendo; ad alia verò recipienda, licèt non prærequiratur ſtatus gratiæ, quia per ſe ſunt ordinata ad dandam primam gratiam, prærequiritur tamen aliquis dolor de peccatis ex motivo ſupernaturali ſuſceptus; ut in Baptiſmo, & Pœnitentia. Sic omnes Doctores. Legantur Henriquez *lib.2.c.24. à n.3.* Bonac. *diſp.2.q.5.punct.6.à n.14.*

Qvæstio V.

An Sacramenta ejuſdem rationis æqualem gratiam omnibus ſuſcipientibus conferant, ſi æqualiter diſpoſiti ſint?

NEgant Paludan. *in 4.diſt.4.q.1.art.9.n.1.* Scot. *diſt.4 q.7.* Gabriel *q.1.art.2. concl.7.* & Cajet. *quæſt.64. artic.1.* docentes (licèt ex diverſo fundamento) ſemper conferre inæqualem gratiam, etiam infantibus.

Sed certiſſimè reſpondeo, ſemper conferre æqualem gratiam ſubjectis æqualiter diſpoſitis. Quia non poteſt aſſignari ratio, cur uni plus gratiæ tribuatur, quàm alteri. Nam ut conſtat ex Tridentin. *ſeſſ.6.c.7.* diſpoſitio cujuſque eſt menſura gratiæ accipiendæ: ergo non datur minor gratia non habenti minorem diſpoſitionem. Sic D. Thom. *in 4.diſt.4.q.2. art.3. quæſt.2.* & *3.part.q.64. art.5.* & *2.* & *q.69. art.8.* Alenſ. *part.4. q.21. memb.3.* Suarez *diſp.7. ſect.3.* Vaſquez *diſp.135.* Ægid. *q.62.art.1.dub.3.* Hurtado *diſp.3. diff.5.* Layman. *tract.1. cap.6.n.9.* Becanus *cap.3.q.9.* Lugo *diſp.9. ſect.3. pag.168.* Bonac. *diſput.1.q.4.punct.3.n.1.* Granados *tract.6. diſp.2.n.3.* & communis.

Qvæstio VI.

An etiam Sacramenta ejuſdem ſpeciei ſemper conferant æqualem gratiam ſubjectis inæqualiter diſpoſitis: v.g. homini attrito, & contrito?

AFfirmant adhuc aliqui, quos tacito nomine referunt Suarez, Ægid. & Becanus *locis cit.*

Sed certiſſimè reſpondeo: Nunquam Conferre æqualem gratiam: ſed ſemper majorem ſubjecto meliùs diſpoſito. Quia ſic clarè colligitur ex Trident. *locis cit.* ubi agens de juſtificatione adultorum, quæ fit per Baptiſmum, dicit eos ſuſcipere juſtitiam in-

teeman,

Digitized by Google

ternam, *vnumquemque ſuam ſecundum menſuram, quam Spiritus Sanctus partitur ſingulis, prout vult, & ſecundum propriam cuiuſque diſpoſitionem,* &c. ergo Baptiſmus, & conſequenter omnia alia Sacramenta, non conferunt ſemper æqualem gratiam, ſed inæqualem pro inæquali diſpoſitione ſubiecti. Sic omnes DD. citati, præcipuè Lugo, qui dicit nullum ſe inueniſſe Auctorem oppoſitæ ſententiæ.

QVÆSTIO VII.

An omnia Sacramenta fictè ſuſcepta, ablata fictione, ſeu obice, conferant ſuum effectum.

NEgant quamplures Doctores. Nam in primis Sotus *in 4. diſt. 6. q. 1. art.* 8. Vaſquez *diſp.* 101. *c.* 2. Hurtado *diſp.* 3. *diff.* 8. & alij, docent nulli Sacramento, niſi baptiſmo, conuenire conferre gratiam recedente fictione.

Alij Baptiſmo, & etiam Pœnitentiæ Sacramento conuenire affirmant. Ita Durand. *in 4 diſp. 4. q. 4. n.* 8. *& diſp. 17. q. 13. n.* 7. & Canus *de pœnit. part.* 5.

Alij id tribuunt omnibus, & ſolis Sacramentis imprimentibus characterem, nempe Baptiſmo, Confirmationi, & Ordini. Ita Maior *in 4 d.* 4. *q.* 2. & Couar. *in cap. Alma mater*, 1. *part.* §. 4. *n.* 23.

Alij his tribus Sacramentis addunt Pœnitentiam: Ita Palud. *in 4. diſt. 4. q.* 5. & Syluest. *Baptiſmus* 4.

Alij dictam efficaciam gratiæ, non ſolùm tribuunt Baptiſmo, Confirmationi, & Ordini, verùm etiam Matrimonio; & Extremæ vnctioni: ita Ægid *q.* 62. *art. 1. dub. 4. à num.* 74. & Ludouicus Tena Epiſcopus Tortuenſis apud Hurtadum *loc. cit.*

Alij id tribuunt omnibus Sacramentis, vna excepta Eucharistia. Ita Suarez *diſp.* 28. *ſect.* 6. Filliuc. *tr. 1. n.* 143. Lugo *diſp. 9. num.* 100. qui pro ſua ſententia citat Ægidium loco à nobis nuper citato; ſed non bene; ait enim ibi Ægidius *num.* 78. *De Sacramento Pœnitentiæ, nihil hic dico: quia probabilius credo, non dari informe.* Sic ille.

Alij denique, nulli Sacramento id concedunt; apud Hurtadum, & Filliucium.

Probabiliùs tamen reſpondeo: omnia Sacramenta fictè ſuſcepta, ablata fictione, ſuum effectum conferre: Sic S. Thom. *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 4. q.* 1. Caietanus *tom. 1. Opuſc. tr. 5. q. 5. §. communis autem*, Petrus de Soto *lect. 5. de Baptiſmo*, Bonacina *diſp. 1 q. 6. punct. 3. n.* 3. (qui etiam malè citat Suarium pro hac parte) Henriquez *lib. 2. c.* 24. *&* 25. & alij quos ſequitur Palans *tom. 4. tract. 18. punct. 9. à n.* 4.

QVÆSTIO VIII.

An ſit licitum petere Sacramentum extra mortis articulum à Miniſtro non tolerato?

REſpondeo negatiuè. Quia Eccleſia ſtrictiſſimè id prohibet. Dicitur autem miniſter non toleratus qui nominatim eſt excommunicatus, aut manifeſtus percuſſor Clerici, & etiam degradatus, ſuſpenſus, interdictus, & irregularis, publicè, & nominatim denunciatus. Sic Sotus *in 4. diſt. 22. quaſt.* 1. Suarez, Henriquez, Sayrus, & alij, quos affert, & ſequitur Granados *tract. 5. diſput. vltima, num.* 1. Hurtado *diſp. 4. diff.* 11. Becanus *cap. 5. quaſt.* 13; & communis.

QVÆSTIO IX.

An licitum ſit petere Sacramenta à miniſtro malo, tolerato, & parato, etiam extra caſum neceſſitatis, ſi ille illa adminiſtrando peccaturus ſit?

NEgant Sot. *diſt. 1. q. 5. art.* 6. Reginald. *lib. 1. n.* 165. Suarez *diſp. 18. ſect.* 2. Bonac. *diſp. 1. quaſt. 6. punct. 5. n.* 2. Granado *locis cit. à n.* 4. & alij aſſerentes; non licere abſque neceſſitate, aut magna aliqua vtilitate, petere Sacramenta ab eo, quem (ſiue paratus ſit adminiſtrare, ſiue non) ſcimus adminiſtraturum in mortali.

Sed probabiliùs reſpondeo: Licitum eſſe, etiam extra caſum neceſſitatis, vel maioris vtilitatis, petere, & accipere Sacramenta à miniſtro malo tolerato (id eſt excommunicato non denunciato, nec notoriè excommunicato, ob percuſſionem clerici) dummodo paratus ſit adminiſtrare illa. Quia tunc petens non inducit miniſtrum ad miniſtrandum, cum ad id paratus ſit. Sic S. Th. *q. 64. art. 6. ad* 2. Viuald. *c. 3. de Sacramentis in genere, n.* 13. Ioan. de Cruce *q. 4. dub. 1. concl.* 1. Becanus *c. 5. q. 13. n.* 4. & ex parte Caiet. Sotus, Valentia, & Sà apud Granados *loco cit. n.* 5. Hurtado *loc. cit.*

QVÆSTIO X.

An etiam liceat petere Sacramenta à miniſtro malo tolerato, extra caſum neceſſitatis, aut maioris vtilitatis: ſi aliàs non ſit paratus, & peccaturus in adminiſtrando ſit?

NEgant DD. nuper citati, id licere, niſi in caſu neceſſitatis, vel maioris vtilitatis petentis.

Sed probabiliter reſpondeo: licere, non ſolùm quando adeſt neceſſi[illegible] vel maior vtilitas petentis: verum etiam aliàs. 1. Quia petens vtitur iure ſuo, & petit quod ſibi vtile eſt. 2. Quia miniſter facilè poteſt adminiſtrare Sacramentum ſine peccato, ſi velit: ergo adminiſtratio illa optimè poteſt ſeparari à malitia: ergo petens talem adminiſtrationem non petit tem ex ſe malam; aut neceſſariò coniunctam cum malitia: ergo illa petitio ex ſe non eſt mala. Sic D. Th. 2. 2. *q.* 78. *art.* 4. & ibi Caiet. Nauarr. *c. 14. n.* 39. *& c. 17. num.* 261: Raconius *vbi infra.* Ioan. de Cruce *concl.* 2. Becan. *locis cit.* Sotus *lib. 6. de iuſt. q. 1. art.* 5. Sa *in edit. Rom. verbo peccatum, n.* 12. *in add.*

QVÆSTIO XI.

An ſaltem in caſu, quo receptio Sacramenti à miniſtro malo tolerato, nec commodior, nec vtilior ſit petenti, ſitque alius probus miniſter qui adminiſtrare poſſit Sacramentum, ſit peccatum mortale contra charitatem, tunc à malo miniſtro Sacramentum petere?

NEgant adhuc eſſe mortale, tunc à malo miniſtro Sacramentum petere, & accipere, niſi aliàs magnum eſſet ſcandalum, Sotus *diſt. 1. q. 5. art. 6. concluſ.* 1. Ioannes de Cruce *locis cit.* Quorum ſententia non diſplicet Henrico Henriquez *lib. 1. c. 30. n. 2. lit. F.*

Sed longè multò probabilius, imò ferè certiſſimè, reſpondeo: Eſſe peccatum mortale. Quia in propoſito caſu, nulla cauſa rationabilis adeſt petendi Sacramentum à miniſtro malo: cum æquè bene, æquè vtiliter (vt ſupponimus) ab alio bono miniſtro accipere poſſit Sacramentum: ergo mortaliter peccabit,

cùm ſit cauſa, quòd alius peccatum committat, aliàs non commiſſurus. Sic Doctores citati, præcipuè Suarez, Saytus, & alij, quos citat, & ſequitur Granados, *loc.cit. num.* 4. & 7. Nauar. *cap.* 21. *n.* 26. Sanchez *lib.* 1. *Sum.cap.* 7. *num.* 15. Vaſquez *de ſcandalo, art.* 8. *dub.* 3. Valentia 2.2. *diſp.* 5. *q.* 21. *punct.* 4. & alij quos citat, & ſequitur Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 6. *diſp.* 6. *punct.* 20. Raconis, etiam *tract.* 2. *in* 3. *p. diſp.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 2. his verbis: Petere Sacramentum à miniſtro, quem ſcis in peccato mortali exiſtere, eſt peccatum mortale, caſu quo poſſit commodè ab alio Sacerdote accipere: ſecus verò, ſi non poſſum ab alio commodè accipere, quia tunc optimè poſſum, & debeo ab eo miniſtra in mortali exiſtente, re mihi explorata, Sacramentum petere; non enim teneo defraudare me, & me meo iure priuare, neque periculo obiicere præ timore, ne is qui ius illud habet ad miniſtrandum mihi Sacramentum, hoc faciendo, mortaliter peccet, cum hoc per eum ſe teneat, non per me. Sic ille, & bene.

QVÆSTIO XII.

An ſit peccatum mortale reiterare formam Sacramentorum ſine cauſa ſupra eamdem materiam?

RESpondeo affirmatiuè. Quia grauis iniuria irrogaretur Sacramentis. Secus dicendum eſt, ſi miniſter eſſet dubius, an verba formæ pronunciauerit; nam tunc ſub conditione debet illa repetere, vt tract. de Baptiſmo dicemus. Sic omnes.

QVÆSTIO XIII.

An ſit etiam mortale, reiterare ſub conditione, Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, vel Ordinis, ſi adſit ſcrupulus de eorum validitate?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Villalobos *loc.cit.diff.* 4. *num.* 2. & videtur ſequi Granados *tom.* 5. *tract.* 1. *de Baptiſmo, diſp.* 8. *n.* 6.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non eſſe niſi veniale. Quia in tali caſu ſolum videtur interuenire quædam leuis irreuerentia. Vnde etiam eſſet ſolùm veniale, repetere ob ſcrupulum, ſub conditione, formam Sacramenti ſupra eaodem materiam. Sic Villalobos *loco citato.*

QVÆSTIO XIV.

An quoties probabilis opinio fert aliquod Sacramentum non fuiſſe validum, poſſit quis illud ſub conditione repetere?

REſpondeo: poſſe, imò & teneri, ſi Sacramentum eſt valde neceſſarium: Sic Angelus *Baptiſmus* 4. & *verb. Sacramentum, num.* 12. Suarez *diſp.* 22. *sect.* 2. §. *Eſt autem.* Valentia *q.* 1. *punct.* 4. Granados *tom.* 4. *de Sacrament. in genere, tract.* 2. *diſp.* 4. *n.* 7. vbi ſic ait: Illud generale principium mihi verum videtur, ſcilicet, quoties probabilis opinio eſt, Sacramentum non fuiſſe validum, licere illud repetere ſub conditione, ſcilicet ſi illud prius non fuit ratum. Et infrà: Imò crediderim, quod quando Sacramentum eſt valde neceſſarium, & non iterabile, vt Baptiſmus, & Ordo Sacerdotalis, eſſe grauem obligationem illud iterandi ſub conditione, alioqui orirentur grauia incommoda. Si enim homo non ſit baptizatus, nullum aliud Sacramentum recipit validè, & eſt in non leui periculo damnationis, &c. Similiter ſi quis non ſit verus Sacerdos, non conſecrat, nec miniſtrat Euchariſtiam à ſe conſecratam, nec verè abſoluit pœnitentes, ex quo prouenire poteſt multorum damnatio, &c. Quando verò Sacramentum non foret ita neceſſarium, vt Confirmatio; non valet [illegible] obligatio illud iterandi, & idem dicendum eſt de Ordinibus minoribus, de Subdiaconatu, & Diaconatu. Hucuſque Doctus Pater *loc. cit.* & idem docet *tom.* 5. *contr. tract.* 1. *diſputat.* 8. *num.* 7.

QVÆSTIO XV.

An quando Sacramentum iteratur propter probabilitatem opinionis de nullitate præcedentis, neceſſarium ſit apponere conditionem ſaltem in mente, v.g. Si receptum non ſit?

AEſtimare videtur Angel. *loc.cit.* per hæc verba: *Si dubium eſt Iuris, vtpote quia Doctores diuerſa opinantur, vel ſi dubium eſt facti probabile, vtputà, quia inuenitur puer proiectus, nec apparet, quod fuerit baptizatus, tunc baptizandus eſt iſto modo: Si non es baptizatus, ego te baptizo in nomine Patris,* &c.

Sed probabilius reſpondeo: Non eſſe neceſſarium, licèt ſit tutius, conditionem illam apponere. Sic Granados *loc.cit.n.* 8. qui benè addit ſecus dicendum eſſe in caſu dubij (in quo loqui videtur Angelus) nam tunc conditionem debet Miniſter apponere. Sic ſentit etiam Sancius *in ſelectis, diſp.* 44. *n.* 32. vbi ſic ait: *Quando communiter inquiunt Theologi miniſtrandum eſſe Sacramentum ſub conditione quando dubitatur de valore Sacramenti, id intelligendum eſt in dubio proprio, non in opinionibus.* Sic ille. Docuerat enim ibi: ſequenti opinionem probabilem, non opus eſſe miniſtrare Sacramenta ſub conditione, ſed abſolutè, abſque illa.

QVÆSTIO XVI.

An Sacramenta validè poſſint in quacumque lingua miniſtrari?

NEgatiuam ſententiam haud obſcurè indicat Cardinalis Conſtantius Sarnanus *in ſumma Theologica, loco ſexto, vbi de Baptiſmo, pag. mihi* 130. quatenus mutationem ſecundùm ſubſtantiam dicit illam, quæ fit in verbis. Exempli gratia, ſi Sacerdos latinus vtatur verbis græcis, dum aliquem baptizat.

Sed certiſſimè reſpondeo: Validè poſſe miniſtrari. Quia mutatio idiomatis, ſi eadem ſignificata remaneant, accidentalis ſolùm eſt, non ſubſtantialis. Sic S.Thom. Palud. Armilla, & Sylueſt. quos citat, & ſequitur Viuald. *de Sacr. in genere, in fine,* vbi ſic ait: *Sextò nota: Omnia Sacramenta Latina lingua, Græca, Hebraica, Hiſpana, Italica, vel quacumque alia, dummodo principalia remaneant ſignificata, miniſtrari poſſe.* Sic ille. Suarez *tom.* 3. *diſp.* 2. *sect.* 4. vbi benè adhuc ex Cajetano addit: mixtionem idiomatum, etiamſi in eodem numero forma fiat, non eſſe contra ſubſtantiam Sacramenti, dummodo voces in vnam orationem coniunctæ referant ſenſum, quem debita forma requirit. Reginald. ex vtroque *lib.* 26. *num.* 22. & Racon. in 3. *p. tract.* 2. *diſp.* 1. *loc. cit.* Addens, quod licèt Eccleſia poſſet definire verba certi Idiomatis, & tunc eſſet peccatum mortale in eo, qui contraueniret: non tamen poſſet efficere, vt illo alio idiomate non eſſet validum Sacramentum.

TRACTATVS SECVNDVS
DE SACRAMENTO
BAPTISMI.

TRACTANT De Baptiſmo Doctores citati *tract. præcedenti in principio*, & Scholaſtici cum Magiſtro *in 4. à diſt. 3. uſque ad 7.* & Theologi cum Angelico Doctore *3. part. à q. 66. uſque ad 72.* Doctores Canoniſtæ *de conſecr. diſt. 4. ferè per totam.* Concilium Florent. ſub Eugenio IV. Trident. *ſeſſ. 7. de Baptiſmo.* Summiſtæ *verb. Baptiſmus.* Navarrus *in Man. c. 22.* Victoria §. 8. Suarez, Vaſquez, & Ægidius *in 3 part. q. 66. art. 1.* Henriquez *lib. 1. Summæ*, Filliucius *tract. 2. 1. part.* Bonàcina *d. ſp. 2.* Gaſpar Hurtado *tract. de Baptiſmo.* Becanus, Vincentius Candidus, Molfeſius, Lublinus, Vivaldus, Bartholomæus, & Petrus de Ledeſma, Emanuel Sà, Petrus Cenedo, Villalobos, Chamerota, Barboſa *ubi de Baptiſmo*, & alii ſtatim recenſendi.

DISPVTATIO PRIMA.

De diviſione, definitione, & neceſſitate Baptiſmi.

QVÆSTIO PRIMA.

An triplex ſit Baptiſmus.

RESPONDEO affirmativè. Fluminis, videlicet, Flaminis, & Sanguinis. Baptiſmus Sanguinis eſt martyrium. Et de hoc dicebat Chriſtus Dominus, Ioan. 12. *Baptiſmo habeo baptizari*, id eſt, in Sanguine meo. Baptiſmus Flaminis, eſt pœnitentia, ſeu dolor de peccatis ob Dei amorem, cum propoſito ſuſcipiendi Baptiſmum. Et de hoc dicitur Lucæ 3. *Prædicans Baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum.* Baptiſmus tandem Fluminis qui eſt verus, & proprius Baptiſmus; verum, & proprium Sacramentum (de quo in præſentiarum nobis agendum eſt.) Nam alii, ſcilicet Flaminis, & Sanguinis, ſolum dicuntur impropriè, & metaphoricè: quia ſupplent vicem Baptiſmi. Vt habetur *in cap. Baptiſmi vicem, de conſecr. diſt. 4.* & docent omnes Doctores, Becanus *de Baptiſmo, c. 8. q. 6.* poſt Henriquez *lib. 2. cap. 1.* Angelum *verb. Baptiſmus 1.* & Navarrum *cap. 22.*

QVÆSTIO II.

An Baptiſmus aquæ ſit Sacramentum regenerationis per aquam in verbo vitæ?

RESPONDEO affirmativè. Sic Catechiſmus Roman. *titulo de Baptiſmo.* Henricus Caniſius *lib. 2. tit. 3.* & alii. Vel clariùs; *Eſt Sacramentum aquæ naturalis, qua unus ab alio in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, cum debita intentione abluitur.* Sic Navarrus *c. 23. n. 5.* Vel adhuc perfectius; *Eſt ablutio exterior corporis, aqua naturali facta, ſub præſcripta verborum forma à Chriſto inſtituta ad regenerationem ſpiritualem.* Sic Mag. *in 4. diſt. 3. ubi* S. Thom. Sotus *diſtinct. 3. quæſt. unica, art. 1.* Vict. *de Baptiſmo*, Sylu. & Angel. *eodem verbo*, Bellarm. *controv. 2. de Baptiſmo*, Suarez *tom. 3. quæſt. 66. art. 1.* Filliuc. *tract. 2. c. 1. q. 3.* Ægid. *q. 66. art. 1. n. 3.* Bonacina *de Baptiſmo; diſp. 2. q. 2. punct. 1.* Henriquez *loc. cit. n. 12.* & Ludovicus de S. Iuan. *in ſua ſumma, q. 1. de Baptiſmo, art. 1. concl. 1.* Reginald. *lib. 27. n. 3.* Candidus *1. tom. diſquiſitionum moralium, diſquiſit. 16. art. 1. dub. 2.* Molfeſius *in ſum. tract. 4. c. 1. n. 27.* & Villalobos *1. p. ſum. tract. 5. diff. 1. n. 1.* & communis.

QVÆSTIO III.

An Baptiſmi Sacramentum fuerit à Chriſto Domino inſtitutum.

RESPONDEO, fuiſſe à Chriſto Domino inſtitutum, ſicut & alia Sacramenta. Sic definit Trident. *ſeſſ. 7. can. 1. de Sacramentis in genere, & can. 1 de Baptiſm.* & habetur *in cap. ad abolendam; de hæret.* Sic omnes Sancti, & Doctores, ut videre eſt apud Navarrum *c. 23. n. 2.* Henriquez *lib. 2. c. 1. n. 8.* Covar. *lib. 1. var. c. 23.* Suarium *tom. 3. diſp. 19. ſect. 1.* Reginaldum *lib. 27. n. 5.* & alios Recentiores.

QVÆSTIO IV.

An fuerit inſtitutum ab ipſo poſt mortem, & Reſurrectionem ejus?

AFfirmant Rupert. *lib. 4.* in Ioan. in illa verba Ioan. *c. 3. Venit Ieſus in terram Iudææ*, & Alenſ. *q. 12. memb. 3 art. 1.* Albertus *in 3. diſtinct. 3. art. 3.* Et probabile exiſtimat Cano 8. *de locis, c. 5.* Quando ſcilicet dixit ſuis diſcipulis, Matth. ult. *Ite, docete omnes gentes, Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Sic etiam ſumma Theologica *ſextò loco, pag. 121.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo, fuiſſe inſtitutum à Chriſto ante ejus mortem, Quia Chriſtus Dominus

BIBLIOTECA ... ROMA

minus, ſtatim poſt Baptiſmum Ioannis prædicabat, & Baptizabat per ſe ipſum, & per ſuos Apoſtolos, ut dicitur Ioan. 1. *Ipſe eſt qui Baptizat in Spiritu ſancto*, & *cap*. 3. & 4. probat Auguſt. *tr*. 5. addens quod etiam Iudas baptizabat: at non baptizabant Baptiſmo Ioannis, aliàs non diceretur Chriſtus per ſe ipſum, & per Apoſtolos Baptizare, ſed Ioannes. Ergo conſtat ante mortem Chriſti fuiſſe inſtitutum Baptiſmum. Sic Mag. *in* 4. *diſt*. 3. S. Thom. 3. *p. quæſt*. 66. Henriquez *lib*. 2. *c*. 2. *n*. 3. & *c*. 5. *n*. 2. & 3. vbi citat Auguſtinum, Cyrillum, Hieronymum, & alios Patres. Valentia *q*. 1. *punct*. 4. Granados *tom*. 5. *in* 3. *p. tr*. 2. *diſp*. 2. Ochagavia *q* 2. *n*. 1. & 6. Villalob. *tr*. 5. *diff*. 2. Hurtado *diſp*. 1. *de Baptiſmo*, *diff*. 13. Peſantius *in* 3. *p. q*. 66. *art*. 12 *diſp*. 2. Vaſquez *diſp*. 140. *c*. 3. & 5. Barthol. de Ledeſma *de Baptiſmo*, *diff*. 2. *concl. unica*, *col*. 102. Candidus *diſquiſ*. 16. *art*. 1. *dubit*. 1. Vega 1. *part. ſumma*, *c*. 23. *caſu* 1. dicens: eſſe certiſſimam, & omnium ſententiam. Reginald. *lib*. 27. *n*. 6. Franciſcus de Abra de Raconis *tom*. 1. *in* 3. *part. tr*. 2. *diſp*. 2. *ſect*. 1. *q*. 2. *art*. 1. Palaus *tom*. 4. *tr*. 19. *punct*. 2. *n*. 2. & Dicaſtillo *de Baptiſ. diſp*. 1. *dub*. 2. *n*. 7 & communis.

QVÆSTIO V.

An Baptiſmus fuerit inſtitutus à Chriſto eo die, & hora, qua Baptizatus fuit à Ioanne?

NEgant Sotus *in* 4. *diſtinct*. 3. *q*. 4. *articul*. 1. Suarez *diſput*. 19. *ſect*. 2. *in fine*. Ægidius *quæſt*. 66. *art*. 2. & Hurtado *diſp*. 1. *diff*. 13. Layman. *tr*. 2. *c*. 2. *num*. 2. Bart. ab Angel. *dialog*. 2. §. 7. & Dicaſtillo *loc. cit. n*. 16. docens, non eadem hora, & tempore fuiſſe inſtitutum, quo fuit à Ioanne Baptizatus, ſed paulò poſt. Negat etiam Graffius *in deciſ. aur. part*. 2. *lib*. 1. *cap*. 3. Aſſerens 1 multiplicem fuiſſe inſtitutionem Baptiſmi; nam quoad materiam (inquit) fuit inſtitutus, quando Dominus fuit Baptizatus à Ioanne. Quoad formam, quando diſcipulis ſuis dixit: *Ite, Baptizate omnes gentes in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti*. Et quantum ad effectum, cum dixit Marc. ult. *Qui crediderit, & Baptizatus fuerit, ſalvus erit*.

Sed probabiliùs reſpondeo: Inſtitutum omnino fuiſſe eodem die, & hora qua Chriſtus Dominus baptizatus eſt à Ioanne, & poſtea Ioannes à Chriſto: ut aiunt Naziazenus *orat*. 40. *in ſanct. Baptiſ.* D. Th. 3. *p. q*. 38. *art*. 6. Chryſoſt. *homil*. 22. Imperf. & Hieron. *in Mat. c*. 3. Ratio eſt, quia Chriſtus Dominus baptizavit eodem die Ioannem; ſed non baptizavit baptiſmo Ioannis: ergo baptiſmo à ſe de novo inſtituto. Sic Mag. *in* 4. *diſt*. 3. Sotus *diſt*. 3. *quæſt. unica*, *art*. 1. Caiet. 3 *p q*. 66. *art*. 2. Vaſquez *diſp*. 140. *cap*. 6. Ochagavia *de bapt. q*. 2. *n*. 9. Petrus de Ledeſma *de Baptiſmo c*. 2. Vivaldus *de Baptiſmo*, *c*. 1. *n*. 15. Bart. de Ledeſma *loc. cit*. Filliuc. *tr*. 2. *c*. 1. *q*. 4. *n*. 9. Bon. *diſp*. 2. *q*. 2. *punct*. 1. *n*. 2. Valentia, & Bellarm. quos ſequitur Granad. *loc. cit.* qui tamen (ſicut Bonacina, ac Emanuel Suarez) malè citat pro hac ſententia Suarium. Nec miror, quia nimis obſcurè loquitur. Tenent etiam Candidus *loc. cit*. Molf. Saytus, Valentia, Reg. Vega, Villal. & alii. Præcipuè Archangelus *diſt*. 3. *pag*. 29. qui id bene probat. & Pal. *punct*. 2. *de bapt. n*. 5.

QVÆSTIO VI.

An Baptiſmus in re, vel in voto, ſit neceſſarius neceſſitate medii, ad ſalutem?

NEgarunt Pelagiani, & de facto negant hæretici noſtri temporis, ut latè refert Pater Vaſquez *diſp*. 149. *cap*. 2.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe neceſſarium. Eſt veritas de fide definita ab Eug. IV. in ſuo decreto fidei, & à Trident. *ſeſſ*. 7. *can*. 5. *de Baptiſmo*, & apertè habetur Ioannis 4. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei*. Ex quo ſic probatur hæc veritas. Quia illud eſt neceſſarium neceſſitate medii ad ſalutem (vel ad juſtificationem, & ſalvationem) ſine quo ſalus nequit obtineri: at ſine Baptiſmo in re, vel in voto ſuſcepto quando non adeſt facultas illum ſuſcipiendi in re, non poteſt ſalus obtineri. Ergo. Sic omnes Patres, & DD. ut videri poteſt apud Suarium *diſp*. 27. Bellarmin. *tom*. 3. *lib. de Baptiſmo*, *c*. 5. Vaſquium 3. *p. diſp*. 149. à *c*. 1. Valentiam *tom*. 4. *diſp*. 4. *q*. 3. Henriquez *lib*. 2. *c*. 3. Bonac. *loc. cit. punct*. 2. *n*. 3. & alios.

QVÆSTIO VII.

An Baptiſmus fuerit neceſſarius ad ſalutem ab eo tempore, quo Chriſtus Dominus, Ioan. 3. triennio ante ejus mortem dixit, Niſi quis renatus fuerit, &c.

AFfirmant Fulgent. *lib. de fide ad Petrum*, *c*. 30. & alii, quos refert D. Bern. *epiſt*. 77.

Sed certiſſimè reſpondeo: quod non. Ratio eſt, quia ante mortem Chriſti non fuit abrogatum vetus teſtamentum, ut ſupponit Paulus *ad Heb*. 9. Ergo neque evacuata ejus antiqua remedia. Vnde prædicta verba Chriſti, *Niſi quis renatus fuerit*, non fuerunt dicta ab ipſo pro eo tempore, quo dicebantur; ſed pro futuro. Sic omnes Doctores communiter. Bonac. *loc. cit punct*. 3. *num*. 11. Filliuc. *num*. 119. Hurtado. *diſ*. 1. *diff*. 15. & ante ipſos D. Thom. *q*. 66. *art*. 2. Caiet. ibidem, Sotos, Alexand. Gabriel, & alii quos refert, & ſequitur Vaſquez *loc. cit. cap*. 5. *n*. 28. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem fuerit neceſſarius ad ſalutem ſtatim poſt mortem Chriſti?

AFfirmant abſolutè Vaſquez, *diſp*. 145. *c*. 3. *n*. 29. Ochagavia *q*. 14. Hurtado *loc. cit*. Henriquez *lib*. 2. *c*. 2. *n*. 5. 6. & 7. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: non fuiſſe neceſſarium ſtatim poſt mortem Chriſti: Sed cœpiſſe eſſe neceſſarium ab eo tempore, quo Evangelium fuit ab Apoſtolis ſufficienter promulgatum. Ratio eſt, quia præceptum non obligat ante ejus promulgationem: ſed præceptum Baptiſmi non fuit promulgatum ſtatim poſt mortem Chriſti: ergo. Sic colligitur ex Trid. *ſeſſ*. 6. *c*. 4. & ſic Suarez *diſp*. 27. *ſect*. 4. Filliuc. *c*. 6. *n*. 118. Ægidius *q*. 69. *art*. 1. *dub*. 2. Victor. *de Baptiſ. n*. 10. & alii.

QVÆSTIO IX.

An promulgatio hujus præcepti facta fuerit in die Pentecoſtes?

AFfirmant Bellarm. *de Baptiſ. cap*. 5. Scotus *diſt*. 3. *quæſt*. 4. Ægidius *loc. cit. num*. 24. Suarez, & Filliuc. *loco citato*, & Petrus de Cañedo *de Baptiſmo c*. 1. & alii.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: completam hujus præcepti promulgationem factam fuiſſe anno 30. elapſo poſt paſſionem Chriſti: Quando Titus, & Veſpaſian. deſtruxerunt Hieruſalem, quo tempore obierant omnes Apoſtoli, & Evangelium in omnem terram prædicaverant, & ita orbem promul-

gatione

gatione Euangelii obligatunt. Ratio eſt, quia poſt Pentecoſtem Paulus circuncidit Timotheum; & Petrus ſeruauit Legalia, *Actor.* 10. Ergo ſignum eſt, quod ſufficiens promulgatio Euangelij non in Pentecoſte, ſed poſtea fuit facta. Sic inſinuat D. Thom. 1.2. *q.*106. *art.*4. *ad* 4. Scotus *diſt.*3. *q.*4. & eſſe opinionem æquè probabilem, docent Bonac. *in diſp.*2. *q.*2. *punct.*2.*n.*13. Henriquez *lib.*2.*c.*2.*n.*7. & tenet Archangelus *diſt.*3.*pag.*29.*col.*2.

QVÆSTIO X.

An Baptiſmus ſit etiam neceſſarius neceſſitate præcepti Diuini?

RESpondeo eſſe. Primò, quia ſic colligitur ex Trident. *ſeſſ.*7.*can.*5.*de Baptiſmo*, vbi ſic dicitur: *Si quis dixerit Baptiſmum liberum eſſe, hoc eſt, non neceſſarium ad ſalutem, anathema ſit.* Quod fundatur in illo Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit.* Et Matth. 28. *Euntes in mundum, docete omnes gentes, Baptizantes eos.* Secundò, quia quod eſt neceſſarium ad ſalutem, neceſſitate medij, eſt etiam neceſſitate præcepti, cum vnuſquiſque teneatur ſub præcepto ſibi quod eſt neceſſarium, conſulere: at baptiſmus eſt neceſſarius neceſſitate medij: ergo & præcepti. Sic omnes DD. præcipuè citati *q.*6. Legantur Vega *in Summa*, 1.*part.c.*33.*caſu* 30.*col.*225. & Dicaſtillo *diſp.*1. *dub.*10.*num.*210.

QVÆSTIO XI.

An præceptum diuinum de Baptiſmo obliget omnes adultos?

REſpondeo obligare omnes adultos, mox vt ritè illis proponitur. Ratio eſt, quia Chriſtus Dominus, qui eſt legiſlator (vt ait Trident. *ſeſſ.*6.*can.*21.) ſua lege totum orbem generaliter obligauit. Sic D. Thom. *quæſt.*63. *artic.*2. *&* *quæſt.*67. *art.*2. & cum eo omnes. Dixi *omnes adultos*: quia hoc præceptum non obligat directè paruulos ante vſum rationis, cùm incapaces præceptorum ſint. Indirectè tamen ad ipſos præceptum extenditur, & ſic baptizantur in fide parentum, vel Eccleſiæ: Sic Molfeſius *in ſum. tract.*4.*c.*1.*num.*82. Legantur Suarez *tom.*3.*diſp.*31. & Vaſquez *tom.*2.*diſput.*149. necnon Dicaſtillo *loco citato.*

QVÆSTIO XII.

An hoc præceptum obliget adultos ad recipiendam Baptiſmum quamprimùm commodè poſſunt, ſub obligatione peccati mortalis?

NEgat Ledeſma 1.*p.*4. *q.*9. *art.*3. *dub.*1. quia exiſtimat præceptum diuinum de Baptiſmo, pro nullo tempore determinato, ante finem vitæ obligare, & in hoc fauet illi Filliuc. *tract.*2. *cap.*6. *n.*130.*in fine, &* *n.*131.

Sed longè multò probabiliùs, imò certiſſimè reſpondeo: obligare cùm primùm moraliter loquendo commodè poſſunt. Primò, quia Baptiſmus eſt principium externæ vitæ Chriſtianæ, quæ incipit per fidem: ergo, poſito Chriſti præcepto, vrget ratio naturalis, vt quiſque ſtatim, ac commodè poſſit, inchoet vitam Chriſtianam per ſuſceptionem Baptiſmi. Secundò, quia ex charitate vrgetur homo ſtatim, ac commodè poſſit baptizari, tum ne ſe priuet magnis bonis, quæ habet ex baptiſmo: tum ne ſe exponat periculo damnationis æternæ. Dixi, *quamprimùm commodè.* Quia ſi adeſt rationabilis cauſa ad differendum baptiſmum, poteſt differre. Sic Caietanus, & Ægidius *q.*68.*art.*3. Henriquez *lib.*2.*c.*4.*n.*2. Suarez *diſput.*31.*ſect.*2. Filliuc. *loco citato, &* *n.*131. Vaſquez *diſp.*149.*c.*4. Victoria *q.*33. Bonacina *diſp.*2.*quæſt.*2. *punct.*2. *num.*5. Hurtado *diſp.*1.*diff.*16. Reginaldus *lib.*27.*n.*56. Chamerota *de Baptiſmo, c.*5.*dub.*12. & alij, quos ſequitur Dicaſtillo *dub.*10.*citata, n.*52.

QVÆSTIO XIII.

An Parentes, aut Tutores teneantur quamprimùm poſſunt, Baptizare infantes ſub pœna peccati mortalis?

NEgant (niſi adſit articulus neceſſitatis) Tertull. *de Baptiſm. cap.*18. Diuus Auguſtinus, Chryſoſt. & alij, quos citat Henriquez *lib.*2. *cap.*4. *n.*3. *lit.* C.

Sed reſpondeo: teneri, & aliàs peccare mortaliter contra legem charitatis. Primò: quia ſine neceſſitate exponunt illos periculo damnationis, vt ait Naz. *orat.*40. Secundò: quia conſuetudo Eccleſiæ ſatis arguit peccatum mortale. Sic Sotus *diſt.*5.*q.*10. Tabien. *bapt.*5.§.12. Bellarmin. *de Baptiſm.* c.8. Henriquez *loc. cit.* Filliuc. *tract.*2.*cap.*6.*n.*138. Ochagauia *q.*18.*n.*3 Peſantius *in* 3.*p.q.*68.*diſp* 2. & communis, quam tenet etiam Dicaſtillo *diſput.*1. *dub.*10. *numero* 156.

QVÆSTIO XIV.

An parentes peccent mortaliter, ſi abſque neceſſitate differant Baptiſmum infantibus vltra duodecimum, aut ad ſummum, vltra quintumdecimum diem?

NEgat D. Gregor. Nazianz. *loc. cit.* vbi ait, quod ſi neceſſitas non vrgeat, differendus ſit baptiſmus infanti vſque ad tertium ætatis annum. Idem docet Tertullian. *lib. de Baptiſmo, c.*18. dicens: Conuenientius eſſe (excepto caſu neceſſitatis) differre infantibus Baptiſmum vſque ad annus diſcretionis. Fauent alij dicentes, Baptiſmum differri poſſe, ſi non immineat periculum mortis, aut peculiare præceptum, ad arbitrium prudentis: cùm non ſit ab Eccleſia definitum, quo die conferendus ſit. Sic Ochagauia *loco citato*: addens tamen, cauendum eſſe, ne nimium ſine cauſa Baptiſmus differatur, & Bart. Ledeſmius *diff.*14.*col.*163. per hæc verba: Non tenentur parentes Baptizare puerum primo, aut ſecundo die ſuæ natiuitatis. Poterunt namque, cùm mortis periculum non imminet, ſi eis libuerit, differre Baptiſmum in diem octauum, imò vſque ad decimum, vel duodecimum. Et quamuis Mag. Sotus dicat, quod qui vltrà differunt, mortaliter peccant: mihi tamen melius eſſe videtur relinquere arbitrio prudentis viri, vt ipſe omnibus conſideratis, iudicet an qui filium baptizare diſtulit, moraliter peccauerit, an minimè. Sic ille. Huic ſententiæ fauet Caſtro Palao *tom.*4.*tr.*19.*diſp. vnica, punct.* 9.*n.*4. quatenus hæc ait: Crederem autem, ſecluſa graui cauſa, vltra menſem à natiuitate diuturnam eſſe dilationem: quia eſt dilatio contra communem praxim, & periculo ſcandali ſatis expoſita, ſtante verò cauſa graui, qualis fortè eſt, vt Baptiſmus maiori cum ſolennitate fiat, permitti poteſt dilatio vltra menſem vnum, ſed non duos, adhibita tamen ſpeciali diligentia, ne paruulo periculum contingat decedendi ſine Baptiſmo. Ita Palaus.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter, quia Infantes (regulariter loquendo) commodè

Google

modè in Eccleſiam portari, & mergi octauo, vel decimo, aut duodecimo die, vt moris eſt, poſſunt: at ſic eſt, quod parentes ſub pœna peccati mortalis tenentur illos baprizare, quamprimùm commodè poſſunt, vt ſuprà eſt habitum: Ergo. Sic Sotus *in 4. diſt. 5. quæſt. vnica, art. 3.* Henriquez *lib. 2. cap. 4. n. 3.* (qui non id arbitrio prudentis, vt dicit Diana, relinquit.) Booacina *diſp. 2. quæſt. 2. punct. 2. num. 6.* Diana *3. part. tract. 4. reſ. 8.* & Petrus de Ledeſma *cap. 7. de Baptiſmo, in fine*, per hæc verba: [Vltima concluſion. Pecan mortalmente los Padres, quando dilatan el baptizar ſus hijos pequeños por largo tiempo, fuera del vſo, y de la coſtumbre, ò conſtitucion que ay en la Igleſia, ò en el Obiſpado. Lo que ſe dize de los Padres, ſe ha de dezir de aquellos, que tienen los niños a ſu cargo, quando no tienen padres. Llamaſſe largo tiempo, el que los hombres diſcretos, y prudentes iuzgaren ſer largo, y demaſiado. Quinze, ò veinte dias ſerà muy largo tiempo, conforme a lo que ſe vſa en la Igleſia, de ſuerte que ſera pecado mortal dilatar el baptiſmo por mas tiempo, ſi no huuieſſe alguna vrgente razon.] Sic ille. Idem docet Naldus *verb. Baptiſmus, n. 3. pag. mihi 43.* & communis, quam ſequitur Granadus *in 3. p. contr. tract. 4. diſp. 4. n. 2.* & (ni fallor) me citato, Diana *p. 9. tr. 6. reſol. 1.*

QVÆSTIO XV.

An Eccleſia poſsit determinare tempus præcepti diuini Baptiſmi, quo adulti ante finem vitæ Baptizari teneantur?

NEgant Suarez *diſput. 31. ſect. 2.* Vaſquez *diſput. 150. cap. 2.* Hurtado *diſput. 1. diff. 17.* Ochagauia *quæſt. 23.* & alij quos ſequitur Dicaſtillo *tr. 2. diſp. 1. dubit. 12.* Quia præcepto diuino determinarum eſt hoc tempus, ut ſcilicet obliget cum primùm hoc fieri poſſit: ergo Eccleſia non poteſt aliud tempus determinare.

Sed probabilius reſpondeo: poſſe. Primò, quia de facto Eccleſia determinat vigilias Reſurrectionis, & Pentecoſtes, vt in eis fiat ſolemnis baptiſmus adultorum. *Can. Non ratione*, & in aliis *cap. de conſecration. diſtinct. 4.* Rurſus iubet, vt detur eis Baptiſmus abſque ſolemnitate, aliis temporibus, poſtquam per qoadraginta dies fuerint inſtructi: Ergo Eccleſia poteſtatem habet ad tempus recipiendi Baptiſmum determinandum. Secundò, nam id habet ex communi lege, quia Chriſtus Eccleſiæ commiſit Sacramentorum diſpenſarionem: ergo & determinationem temporis pro ſuſceptione eorum. Tertiò, quia de facto multa Concilia prouincialia determinanr tempus, intra quod infantes baptizentur: ergo poſſunt determinare, vt & adolti. Sic Henriq. *lib. 2. c. 5. num. 6.* Caietan. *quæſt. 66. art. 3.* Sotus *diſtinct. 4. q. vnica, art. 3.* Ledeſma *1. p. 4. q. 9. art. 3. dub. 1.* Bonac. *diſp. 2. q. 2. punct. 2. n. 6.* & apud ipſum Valentia *tom. 4. q. 1. punct. 4. verſ. Tempus*, & eſt communis.

QVÆSTIO XVI.

An infantes poſsint ſaluari (ſaltem in aliquo caſu) ſi moriantur ante realem ſuſceptionem Baptiſmi, vel martyrij?

AFfirmarunt Alex. *4. part. memb. 5. art. 1.* Gerſon *alphab. 59. lit. R.* Altiſiodor. *lib. 3. tit. 3. c. 4. quæſt. 2.* Bonau. *in 4. diſtinct. 3. 1. part. diſtinctionis, art. 2. quæſt. 2.* Caiet. *quæſt. 68. art. 2.* Angel. *verb. Baptiſm. 7. n. 8.* Ricard. *in 4. diſt. 3. quæſt. 3.* Syluest. *Bapt. 1. num. 5.* Somma Confeſ. *lib. 3. tit. 5. quæſt. 21.* Viuald. *de Baptiſm. num. 17. mihi pag. 47.* Bartholomæus ab Angelis *in exam. Confeſ. dialogo 1. §. 31.* Valentia *tom. 4. diſput. 3. quæſt. 5. punct. 3.* Zanardus, Viguerius, Durandus, & alij apud Dianam *3. p. tr. 4. reſ. 17.* licèt omnes diuerſo modo hanc ſententiam defendant, & concedant hoc euenire poſſe in diuerſis euentibus, de quibus infrà *diſput. 2. quæſt. 1. & diſp. 4. quæſt. 25.*

Sed certiſſimè reſpondeo, nullo modo ex lege ordinaria ſaluari poſſe infantes abſque reali ſuſceptione Baptiſmi, vel martyrij. Probatur primò ex illo Ioan 3. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in Regnum Dei.* Quem locum omnes Patres de paruulis, & adultis iotelligunt, probantque ex illo, pro infantibus eſſe neceſſarium Baptiſmum in re ſuſceptum: in his enim non habet locum Baptiſmus in voto. Dixi autem, *ex lege ordinaria*, vt excluderem priuilegium martyrij; hoc namque ſufficere, dicemus ſtatim. Sic D. Thom. *quæſt. 68. artic. 2. & quæſt. 73. artic. 3.* Sotus *in 4. diſt. 5. quæſt. vnica, art. 2.* Suarez *diſp. 27. ſect. 1. & 3.* Vaſquez *diſp. 151.* Ægidius *quæſt. 68. artic. 2.* Hurtado *diſp. 1. diff. 18.* Ochagauia *quæſt. 16.* Bonacina *diſp. 2. quæſt. 2. punct. 2. num. 8.* Filliuc. *tr. 2. num. 125.* Eſtque communis, vt videre eſt apud hos Doctores, & apud Henriquez *lib. 2. cap. 3. num. 2. & cap. 22.* per totum, & Dianam *loc. cit.* Eſtium *in 4. diſtinct. 4. §. 26.* Becan. *cap. 10. quæſt. 3. & 5.* & Dicaſtillo *diſp. 1. dubit. 13.*

QVÆSTIO XVII.

An infantes ſaluari poſsint per ſuſceptionem martyrij, abſque baptiſmo re ipſa ſuſcepto?

NEgant Alenſ. *4. part. q. 22. memb. 5. art. 1.* & Armacan. *de qq. Armenorum, lib. 8. c. 37.* & Adrian. *in 4. q. vlt. de Bapt. ad 3.*

Sed reſpondeo, ſaluari poſſe, imò & de facto, omnes infantes, qui mortem pro Chriſto paſſi ſunt, ſalui facti ſunt. Probatur, quia omnes infaotes, quos Herodes in odium Chriſti occidit, iodiſcriminatim ab Eccleſia vt Martyres, & Beati venerantur & coluntur: at multi eorum non erant iuſtificati, cum maximè credibile ſit, multos ex infantibus Iudæorum ante octauum diem occiſos eſſe ab illo: Ergo. Sic D. Thom. 2. 2. *quæſt. 124.* Vaſquez *diſp. 151.* Suarez *diſp. 29. ſect. 1.* Ægid. *quæſt. 66. art. 12.* Bonacina *loc. cit.* Hurtado *diſp. 1. diff. 20. & 21.* & alij communiter: qui idem dicendum eſſe de adultis, qui morte pro Chriſto perpeſſa, abſque Baptiſmo in re, vel in voto è vita decedunt, optimè affirmant. Sic etiam Candidus *diſquiſ. 16. art. 1. dub. 3.* & alij communiter.

QVÆSTIO XVIII.

An Sanctificati in vtero matris teneantur recipere Baptiſmum?

REſpondeo teneri, non vt per ipſum ab originali mundentur, cum iam mundati exiſtant: ſed vt ſic fiant capaces aliorum Sacramentorum, quorum ianua eſt Baptiſmus; & vt characterem, per quem ab infidelibus diſtinguantur, recipiant: & denique ad obediendum Chriſto Domino à quo præceptum de Baptiſmo omnibus datum eſt, & ab omnibus eſt implendum. Sic Henriquez *lib. 2. cap. 5. num. 3.* Syluest. *Baptiſm. 4. num. 1.* Filliuc. *num. 139.* Bonacina *diſp. 2. quæſt. 2. punct. 2. num. 9.* Archangelus *diſtinct. 5.*

pag.

*pag.*52.*col.*2. & alij omnes, quos ſequuntur Scotus, *diſt.*4.*q.*6. & Dicaſtillo *tr.*2.*diſp.*1.*dub.*10.*in fine.*

QVÆSTIO XIX.

An ſalvari poſſint abſque Baptiſmo, qui hoc tempore Baptiſmi legem ignorant?

AFfirmant aliqui, ſi legem naturæ obſervent: Quia credibile eſt (inquiunt) in tali caſu, Deum daturum lumen, & ſpeciale auxilium, quo ſe valeant ad ipſum conuertere. Ita Bonacina *loc. cit. n.*15. *Summa corona de Baptiſm. fol.*29. & alij apud ipſos.

Sed longè probabiliùs, & magis conſequenter reſpondeo: non poſſe. Quia, vt ſupra eſt habitum, poſt Euangelij Chriſti promulgationem non eſt aliud remedium pro remiſſione peccati origioalis, quàm Baptiſmus in re, vel in voto ſuſceptus: ergo. Vnde ſi illum, in voto ſaltem, in tali caſu noo receperint, oeceſſariò damnabuntur. Sic Vega 1.*p. ſummæ, c.*33. *caſu* 30.*col.*225. Barthol. de Ledeſma *de Baptiſm. diffic.*13.*col.*161. & alij communiter.

DISPVTATIO II.

De materia, tam remota, quàm proxima Baptiſmi.

QVÆSTIO PRIMA.

An omnis, & ſola aqua naturalis, ſit materia remota Baptiſmi?

NEGANT aliqui Hæretici Seleuciani, & alij quos referunt Bellarm. *de Bapt. c.*4. & Suar. *diſp.*20.*ſect.*1. Negarunt etiam alij Catholici, qui putaverunt parvulos, ingruente mortis neceſſitate, ſi deeſſet aquæ copia, vel ſi adhuc in vteris exiſterent maternis, ſaluar. poſſe voto, vel precibus parentum, aut aliorum fidelium, præſertim adhibito ſigno Crucis, vel alia quapiam pia ceremonia, cum invocatione Trinitatis. Ita ſenſerunt Gabriel, & Cajet. & ante illos Gerſon, vt refert Eſtius *in* 4. *diſt.*4.§.26. *pag. mihi* 72.

Sed certiſſimè reſpondeo affirmativè. Eſt veritas de fide definita io Trid. *ſeſſ.*7.*can.*2.*de Bapt.* Et clarè colligitur ex illo Ioan. *Niſi quis renatus fuerit ex aqua*, &c. Et ita tenent omnes Catholici, docentes conſequenter, ſufficere aquam naturalem cuiuſcumque generis ſit, vt maris, fluuij, paludis, putei, fontis, pluuiæ, etiam impuræ, aut etiam balnei, etiam ſulfurei; ſiue huiuſmodi aqua calida ſit, ſiue frigida, ſiue tincta colore, ſiue denſa. Sic S. Thom. *q.*66.*art.*4. Vict. *q.*12. Sotus *in* 4.*diſt.*3.*q. vnica, art.*4. Nugnus 3.*p.q.*66.*art.*3. Suar. *tom.*3. *de Sacram. q.*66.*art.*4.*diſp.*20.*ſect.*1. Henriquez *lib.*21.*cap.*6.*n.*1.& *cap.*22. *per tot.* Petrus de Ledeſma *de Bapt. c.*8.*concl.*18. dicentes, ſententiam Caietani eſſe pluſquam temerariam. Vaſquez *tom.*2.*diſp.*149. Molfeſ. *in ſum. tract.*4.*c.*1.*n.*32. Vega *loc. cit. caſu* 29.*col* 224. Becan. *c.*10.*q.*5. addens, ſententiam Cajetani iuſſu Pij V. ex comment. D. Th. expunctam in Romana impreſſione. Vivald. *de Bapt. n.*4. Bon. *loc. cit. punct.*3.*n.*1. Gran. *tr.*1.*diſp.*3. Candid. *diſq.*16.*art.*2 *dub.*1.*pag.*18. Turtebl. *lib.*2. practicarum, *c.*5.*n.*9. Regin. *lib.*27.*n.*10 & 11. & Bauny *tr.*2. *de Bapt. q.*4. Trull *de Sacram. lib.*2.*c.*3.*dubit* 3. Dicaſtillo *tract.*2.*de Baptiſm. diſp.*3.*dubit.*3. Geſualdus 1. *part. ſum. tract.* 3. *cap.*4.*a num.*4.

QVÆSTIO II.

Quanam quantitas aquæ ſufficiat ad Baptiſmum?

REſpondent communiter omnes, illam ſufficere, quæ poteſt contiogere corpus, & ſucceſſiuè fluere per aliquam eius partem, quod facere poteſt exigua quantitas aquæ. Sic S. Thom. *q.*68.*art.*11.*ad* 4. Sotus *diſt.*3.*art.*11. Henriq. *lib.*2.*c.*7.*n.*2. Filliuc. *tr.*2.*n.*23. Bonac. *loc. cit. punct.*4.*n.*16. & alij.

QVÆSTIO III.

An minima quantitas aquæ, ut duæ guttæ, aut una, ſufficiat ad Baptiſmum?

NEgant Valent. *tom.*4. *diſp.*4. *q.*1. *punct.*2. *verſ. Itaque ſequitur.* Poſſeu. *de Bapt. num.*7. *aliàs* 13. Gran. *tr.*1.*diſp.*4. & apud ipſum Sotus, & Graffius. Negant etiam Ludouic. de S. Iuan *q.*1.*de Bapt. art.*3.*dub.*1.*pag. mihi* 50. Layman *c.*3.*de Bapt. num.*1. Suar. *diſp.*20.*ſect.*2.§.*quare.* Zambr. *c.*1.*dub.*4. Regin. *tom.*2.*lib.*27.*c.*3.*n.*15. Bonac. *loc. cit. punct.*4.*n.*19. qui pro ſua ſententia citat Viuald. *c.*2.*n.*4. (qui tamen nihil de hac quæſtione tractat.) Candid. *loc. cit. dub.*6. Molfeſ. *loc. cit. n.*36.*pag. mihi* 183. & Bauny *q.*4. *de Bapt. aſſert.*1. Quia ille, cui tantum vna aquæ gutta infunderetur, propriè dici non poſſet lotus, nec proinde baptizatus. Ita etiam ſentit Palaus *tr.*19. *punct.*4.*n.*5.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſufficere. Quia per aſperſionem vnius, aut duarum guttarum aquæ (præſertim ſi per corpus fluaot) verè denominatur homo ablutus, veréque dicitur aſperſus, aut tinctus aqua: ergo quæcumque gutta ſufficiet. Sic Henriq *lib* 2.*c.*7. *art.*2.& *c.*21.*n.*4. qui pro hac parte citat D. Th. *q.*68. *art.*11.*ad* 4. & Sotum *diſt.*5.*art.*11. Vaſq. *diſp.*145. *c.*4.*n.*32. Neque diſſentit Diana 3.*p.tr.*4.*reſol.*5. imò clarè conſentit 5.*p.tr.*3.*reſol.*5. Tenent etiam Hurt. *diſp.*1.*diff.*6. Ochag. *q.*4.*n.*8. Meratius *tom.*1.*de Bapt. diſp.*2. *ſect.*4. & alij. Nec recedit ab hac ſententia Graffius citatus à Granado pro oppoſita parte; nam ſolum ait; materiam Baptiſmi eſſe aquam ſimplicem naturalem potentem abluere. Quod nos non negamus. Sic *lib.*1.*cap.*3.*de Bapt. n.*17.*fol. mihi* 7. ſic etiam Paſqualigus *deciſ.*75. Trullench. *lib.*2.*c.*1.*dub.*3.*n.*7. Dicaſtillo *tract.*2.*diſp.*1.*dubit.*3.*n.*46. & Remigius *in ſum. tract.*5.*cap.*2.*n.*8.

QVÆSTIO IV.

An ſi quis baptizet aliquem ſigno crucis in fronte, aut in capite, impreſſo digito, aut linteo aliquo madefacto aqua, verum efficiat Baptiſmum?

NEgant Angel. *verb. Bapt.*3.*num.*4. Aureol. *in* 4. *diſt.*3.*q.*3. Poſſeu. *de Bapt. c.*7.*n. mihi* 4. Graffius *p.*2.*lib.*1.*dec. aur. c.*3.*de Bapt. n.*17.*fol. mihi* 7. Molfeſ. *tr.*4.*c.*1.*n.*34.*pag. mihi* 283. & Reginald. *lib.*27.*n.*12. *pag. mihi* 22.

Sed probabiliùs reſpondeo, in tali caſu verũ efficere Baptiſmum. Quia per talẽ actionẽ verè denominatur homo ablutus. A qua enim, etiam non expreſſa è manibus, vel è linteo, ſufficiens eſt ad abluendum quemcumque, vt cõſtat. Sic Comitol. *in reſp. moral. lib.*1.*q.*12. Filliuc. *n.*14. & Diana *loc. cit.* Qui narrant hunc caſum cuidã mulieri accidiſſe, quę moribundũ infantem baptizauit, ſigno Crucis in fronte impreſſo digito aqua madefacto. Sic etiã Candid. *loc. cit. pag. mihi* 81. & Bonac. *in vlt. edit. diſp.*2.*punct.*3.*n.*14.*pag. mihi* 47. Paſqualig. *dec.*75. *per tot.* & Trullẽch. *lib.*2.*c.*1.*dub.*3.*n.*7.

Qvæstio V.

An aqua ex ſale reſoluta, ſit materia ſufficiens ad conferendum Baptiſmum.

NEgant Angel. *v.Bapt.*4. *(aliàs* 3.*) num. mihi* 2. Syluest.*eo verb.*2.*in fin.* Ægid *q.*66.*art.*4 *dub.* 1. *n.*22. & pro hac ſententia citat Henriquez Tabienam *Bapt.*4. §.7. *in fin.* & eam ſequitur Aureol. *in* 4.*diſt.*3.*q.*3. Lublin.*v.Baptiſmus,n.*2.& Layman *c.*3. *de Baptiſm.n.*1.& Palaus *punct.*3.*de Baptiſmo, num.* 2. (qui tamen malè citat Bonacinam pro ſe.) Quia talis aqua non cenſetur naturalis, ſeu elementaris.

Sed probabilius reſpondeo; eſſe materiam ſufficientem. Quia ſal efficitur ex aqua maris, vel putei ſalſi, congelata æſtiuo Sole: ergo liquefacta, & reſoluta, apta materia erit ad abluendum, & baptizandum. Sic Sotus *diſt.*3.*q.vnica,art.*4. Ochag. *quæſt.*3. *n.*4. Henriq.*lib.*2.*cap.*6.*n.*1. Armilla *v. Bapt.num.*23. Viuald. *eod.v.n.*10. qui pro hac ſententia citat Tabienam *eod.verb.n.*8. Bonac. *diſp.*2.*q.*2.*punct.*3.*n.*4. Poſſev. *n.*5. Anton. Fernandez Moure *p.*3.*cap.*2.§.4. *num.*5. Diana *loc.cit.* Filliuc. *n.*29. Trullench *lib.*2.*cit. cap.*1.*dub.*3.*n.*1. Dicaſtillo *loco ſupra cit.* Gaſpar Hurtado *diſp.*1.*de Baptiſm.diffic.*2. & Candid. *diſquiſ.*16. *art.*2.*dub.*1.& eſt communis ſententia; vnde immeritò dixit Ægidius, ſibi videri improbabilem, meliùs enim Paſqualig. *deciſ.*76. vtramque ſententiam probabilem reputauit.

Qvæstio VI.

An aqua reſoluta ex niue, glacie, gelu, aut rore cæli, ſit materia ad Baptiſmum ſufficiens?

NEgat Matſius cum aliis quos, tacito nomine, citat Viualdus *n.*5. & Victor. *q.*12.

Sed longè probabilius reſpondeo: eſſe. Quia aqua ex prædictis reſoluta, verè, & ſimpliciter eſt aqua. Sic S.Thom.*q.*66.*art.*4. Gabriel *in* 4.*diſt.*3.*q. vnica, lit. D.* Victoria *loc.cit.* Henriq.*lib.*2.*cap.*6.*num.*1. Sot. *diſt.*3.*q.vn.art.*4. Bonac. Filliuc. Viuald. *locis cit.* Vega *verb.Bapt.caſu* 2. Yribarne *diſp.*10.*in fin.* Ludouicus de ſan Iuan *q.*1.*de Bapt.art.*2.*dub.*1. Samuel Lublinus *loc.cit.* Barthol. de Ledeſma *de Baptiſm.diffic.*2. *col.*111.& 112. Petrus de Ledeſma *in ſumma, cap.* 1.*de Baptiſmo*, Hurtado *diffic.*2.*citata*, Archangel. *diſt.*3. *pag.*27.*col* 2. Valentia *diſp.*4.*de Baptiſm.punct.*2. *col.* 689. Ochagauia *loc.cit.* Diana 3.*p.tract.*4. *de Sacramentis, reſol.*5. Candidus *loc. cit. dub.*1. & Summa Theologica *ſexto loco, vbi de materia Baptiſmi, pag. mihi* 128. Molfeſius *tr.*4. *cit.cap.*1. *n.*34. Reginald. *lib.*27.*n.*11. poſt Angelum *Baptiſmus* 3.*num.*4.& eſt communis, quam nouiſſimè tenent Baunius *q.*4.*de Baptiſm.* Paſqualig *deciſ.*71. Trullench *loc.cit.*& Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3.*n.*31.

Qvæstio VII.

An ipſamet glacies, nix, aut gelu ſint apta materia Baptiſmi?

NEgant communiter omnes, S.Thom. 3.*p.q.*66. *art.*4. Sotus, Sylueſter, Archangelus, Victoria, & Angelus *loc.cit.* Viualdus *num.*5. Filliuc.*n.*29. Petrus de Ledeſma *cap.*3.*cit.* Armilla *num.*22.& 23. Reginald.*lib.*27.*num.*13. Ægid.*quæſt.*66.*art.*4.*dub.*1. *num.*17. Henriquez *lib.*2.*cap.*6.*num.*1. Diana *part.*5. *tract.*3.*reſolut.*1. Bonacin.*diſput.*2.*punct.*3.*n.*5. Chamerota, Molfeſius, Nugnus, & Rodriguez apud ipſum, & alij. Quia (inquiunt) ad Baptiſmum requiritur aqua apta ad abluendum: nix, gelu, glacies, &c. non ſunt aqua apta ad abluendum, donec liquefiant: ergo, &c.

Nihilominus tamen ex dictis probabiliter ſic reſpondeo: glacies, nix, aut gelu ſunt materia apta ad conficiendum Baptiſmum? Probatur primò, quia hæc omnia ſunt verè aqua, ſecundùm ſubſtantiam (quidquid Archangel. dicat) vt communiter docent DD. Ergo ſi applicentur alicui in fronte, aut in capite, cum expreſſione formæ Baptiſmi, verè fiet Baptiſmus. Conſequentiam, ſuppoſita veritate antecedentis, concedit etiam Archangel.*loc.cit.* nam ſic ait: Similiter, nec in niue, nec in grandine, neque in glacie celebratur Baptiſmus, non ea præcisè ratione, quia liquida non ſunt, cum revera in niue poſſet puer madefieri: ſed quoniam ſunt aliæ ſpecies ab aqua. Sic ille. Secundò, quia vt Diana, Filliuc. & alij concedunt, digito aqua madefacto poteſt quis pabtizare aliquem: ergo multo melius niue, glacie, aut gelu; cum hæc aptiora ſint ad abluendum, quàm digitus, aut linteus madefactus: nam, vt bene Sot.*diſt.* 3.*q.vn. art.*4.(& Archangel.*loc.cit.*) in niue bene poteſt puer madefieri. Tertiò, quia gelu, glacies, aut nix, &c. facillimè ex contactu corporum reſoluuntur: ergo, &c. Propter has ergo rationes, certè inſtante neceſſitate, cum huiuſmodi materia ſine ſcrupulo baptizarem, vt bene in hoc euentu concedunt etiam Puteanus, Præpoſitus, & Hurtadus apud Dianam *loc. cit.* Sic enim ait Hurtado *diffic.* 2. *cit.* In extrema tamen neceſſitate licitum eſt vti aqua, quamuis notabiliter permixta, imò & dubia, vt niue nondum reſoluta; ſub hac tamen conditione (ſiue exterius, ſiue mentaliter tantùm appoſita) nempe, ſi materia hæc eſt idonea; quia extrema neceſſitas excuſat irreuerentiam, quæ aliàs fieret conficiendo Sacramentum ſub conditione, & illud temerè exponendo periculo nullitatis. Hæc Doctus Pater.

Qvæstio VIII.

An aqua quæ diſtillat ex vite, vel aliqua arbore, ſit materia apta Baptiſmi?

AFfirmat Ioan. de Cruce *part.*2.*de bapt. quæſt.* 1. *dub.*1.*concl.*2. & alij, quos tacito nomine citat Ægidius *q.*66.*art.*4.*dub.*1.*n.*23. & id eſſe probabile apertè fatentur Dicaſtillo *diſp.*1.*cit. dub.*2. *num.*29. Paſqualig. *deciſ.*78. Quia exiſtimant, eſſe probabile, quod talis humor ſit ſubſtantialiter aqua, eo quòd nil aliud ſit, quam humor qui attrahitur à terra, & ab arbore, ſeu vite concoqui non poteſt; vnde effluit per poros ipſius.

Sed oppoſitum reſpondeo. Ratio eſt, quia ille humor non eſt aqua naturalis, ſed ſubſtantialiter ſuccus. Sic Henriquez *lib.*2.*cap.*6.*n.* 21 Filliuc. *tr.* 1. *n.*6. Ægidius *loc.cit.* Viuald. *n.*9. Bartholomæus de Ledeſma *de Baptiſ. diffic.*4. *concl.*2. *col.*111. Gabriel *in* 4.*diſt.* 3. *q.vn. lit.G*, Candidus *diſquiſit.*16. *art.* 2. *dub.*3. Diana 3.*p.tr.*4.*reſol.*5. & apud ipſum Moure *p.*3.*cap.*12.§.2.*n.*3. Zanardus, & Reginaldus *lib.*27. *n.*11. Bonac.*diſp.*2.*q.*2.*punct.*3.*n.*2. Trullench *cap.*1. *cit.dub.*3.*n.*2. & communis. An verò in vrgente neceſſitate poſſit huiuſmodi humor adhiberi pro materia Baptiſmi? Reſpondeo poſſe, imò & teneri quem illum adhibere propter probabilitatem oppoſitæ ſententiæ, in quo bene Paſqualius, & antea Diana 3.*p. tract.*4.*reſol.*5. Trullench *lib.*2.*c.*1.*dub.*3.*n.*3. & Dicaſtillo *loc.cit.*& *n.*32.& 33.

Qvæstio

QVÆSTIO IX.

An lixivium, brodium, ſeu ius carnium ſint materia apta Baptiſmi.

NEgant aliqui apud Sylveſtr. *verb. Bapt. 2. q. 4.* & expreſse Aureol. *in 4. diſt. 3. quæſt. 6.* Graſſius *part. 2. lib. 1. deciſ. cap. 3. de Baptiſm. num. 17.* & Molfeſius *in ſumma, tract. 4. cap. 1. num. 14.* per hæc verba: Itaque, neque lixivium, neque ius, neque aqua in qua decoquuntur herbæ, radices, vel elixantur carnes, vel piſces, & ſic de aliis, eſt apta materia Baptiſmi. Ita ille. Et Paſqualig. *deciſ. 80.* loquendo de aqua jurulenta. Quia (inquit) hujuſmodi aqua nón eſt apta ad lauaodum, cum potius polluat.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe lixivium, imò & brodium, aut jus carnium, dummodu non ſit ita ſpiſſum, ut ibi eſſe aquam dubitetur. Primum conſtat, quia ex eo quod aqua naturalis tranſeat per cinetes, non deſinit eſſe aqua. Secundùm etiam patet, quia in brodio verè, & realiter manet aqua naturalis, ſi tamen facta ſit parva decoctio; quia ſicut aqua mixta cum parvo vino, manet materia ſufficiens pro Baptiſmo, ita & aqua quæ remanet in brodio. Sic D. Th. *in 4. diſt. 4.* Sotus *art. 4.* Sylveſter *loc. cit. & q. 1.* Ægidius *q. 66. loc. cit.* Hurtado *diſp. 2. diffic. 2.* Poſſevinus *q. 7. a. 3.* Vega *de Baptiſm. caſu 2.* Vivald. *de materia Baptiſ. n. 6.* Angel. *Baptiſ. 3. n. 3.* Yribatue *in 4. diſt. 10.* Ludovicus de S. Iuan *q. 1. art. 2. dub. 2.* Lublinus *loc. cit. n. 2.* Bartholom. de Ledeſma *loc. cit.* Vaſquez *diſp. 141. n. 9.* Angles *in ſuis Floribus, de Baptiſ. art. 2. pag. mihi 30.* Granados *tract. 1. diſp. 5.* Candidus *art. 2. cit. dub. 1. pag. 81.* Summa Theologica *loc. cit. pag. 128.* Bonacina *diſp. 2. q. 2. puncto 3. n. 3. & 6.* Villalobos *tract. 5. diffic. 3. n. 2.* Becanus *de Baptiſ. c. 8. q. 2.* & Reginaldus *loc. citat.* necnon Baunius *tract. 2. de Baptiſmo, q. 4. coroll. 4.* Paſqualig. *deciſ. 79. loquendo de lixivio.* Trullench. *lib. 2. cap. 1. dub. 3. n. 1.* Dicaſtillo *diſp. 1. dub. 3. n. 29. & 56.* & Geſuald. *1. part. ſum. tract. 3. cap. 4.*

QVÆSTIO X.

An guttæ aquæ, quæ colliguntur ex vaporibus denſatis, & in tegumento ollæ reperiuntur, ſint apta materia Baptiſmi?

NEgat Trullench. *lib. 2. cap. 1. dub. 3. n. 3.* eo quòd exiſtimet hujuſmodi guttas non eſſe veram aquam.

Sed probabiliùs reſpondeo affirmativè. Imò idem affirmandum eſt de illa aquâ, quæ hyemali tempore ex parietibus, & lapidibus fluit, quia verè ſunt aquæ. Sic Monte *part. 3. cap. 11. §. 2. n. 5.* quem ſequitur Diana *3. part. tract. 4. reſ. 5. cit.*

QVÆSTIO XI.

An aqua, quæ exivit de latere Chriſti, poſſet eſſe materia debita Baptiſmi?

REſpondeo, quod ſic. Quia fuit vera aqua, ut habetur *in cap. In quadam, de celebrat. Miſſar.* & docent D. Thom. *quæſt. 66. art. 4. ad 3. & q. 74. art. 7. ad 1.* D. Chryſoſtom. Cyrill. Theophil. Euthymius & alii Patres in Ioan. 19. Sic Angelus, Sylveſter, Candidus, & Sotus *loco citat.* Vivaldus *loco citato, num. 7.* Archangelus *loco citato, pag. 28.* & eſt communis.

QVÆSTIO XII.

An ceruiſia, ptiſana, lac, urina, ſaliva, ſudor lachryma, & hujuſmodi, ſint materia debita, aut ſufficiens Baptiſmi?

AFfirmat Lutherus apud Bellarm. *de Baptiſm cap. 1. verſ. 5.* Quatenus ait: valere Baptiſmum in ceruiſia, lacte, aut alio liquore, in quo poſſit fieri balneum.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo, & dico non eſſe ſufficientem materiam, quia non ſunt verè aqua: & quidem de lachrymis, & de flegmate habetur *in cap. in quadam, cit.* & de ſaliva *in cap. pen. de Bapt.* Sic D. Th. *art. 4.* Sotus, Ledeſma, Tabiena, quos citat, & ſequitur Henriq. *lib. 2. c. 6. n. 2.* Bonac. Vivald. & alii *loc. cit.* & Binsfeldius *in ſuo Enchirid. p. 1. tr. de Bapt. §. 2.* & ibi ſuus Additionator Franciſcus Silvius, & Ægid. *art. 4. cit. dub. 1. n. 23.* (quamvis hic Author immeritò dubitet, an in neceſſitate poſſit fieri Baptiſmus cum ſaliva, aut ſudore, ut infrà.) Ang. *Bapt. 3. n. 1. & 6.* & Valent. *4. tom. q. 1. de Bapt. punct. 2.* quamvis hi tres Authores, loquendo de ceruiſia, aut ptiſana dicant, & benè, poſſe eſſe materiam Baptiſmi, ſi fiat levi aliqua decoctione hordei. Sic etiam Candidus *art. 2. cit. dub. 3.* Hurtado *diſp. 1. diffic. 2.* Archang. & Becan. *loc. cit.* & omnes.

QVÆSTIO XIII.

An inſtante neceſſitate poſſit quis baptizari cum ſaliva, ſudore, & hujuſmodi humoribus?

AFfirmativam partem ſatis inſinuat Ægidius *q. 66. dub. 1. n. 24.* vbi ſic ait: De ſputo tamen, ſudore, & ſimilibus humoribus, non videtur id poſſe dici, ob *cap. penult. de Baptiſ.* vbi Pontifex negat abſolutè, pro Chriſtianis habendos qui ex neceſſitate ſputo baptizati ſunt. Hoc etiam certum eſt, tam hac quàm illa materia baptizatos, ſaltem ſub conditione rebaptizandos, ſi poſtea fieri poſſit, quia utminimum eſt materia dubia. Sic ille. Dixerat autem idem *n. 22.* quod in neceſſitate, uti licitè poſſit materia dubia ſecundùm omnes Doctores. Hanc ſententiam approbat Baunius *q. 4. cit.* Palaus quoque *tr. 19. punct. 3. n. 2.* nec reprobat Dicaſtillo *diſp. 1. dub. 3. n. 36.*

Sed oppoſitum omnino reſpondeo. Quia expreſsè eſt hoc prohibitum *in cap. penult. de Baptiſm.* Et tenent omnes Doctores, & conſtat ex dictis. Legantur D. Thom. *3. p. q. 66. art. 4.* Sylueſter *verb. Baptiſmus 2.* & alij.

QVÆSTIO XIV.

An aqua artificialis, vel diſtillata ex floribus, ut roſacea. &c. ſit apta materia Baptiſmi?

REſpondeo: non eſſe. Quia hujuſmodi aquæ non ſunt aqua naturalis, quam ſolam eſſe ſufficientem, dixit Trident. *ſeſſ. 7. can. 7. cit.* Sic omnes Doctores *in 4. diſt. 3.* & cum D. Thom. *quæſt. 66. art. 4.* Navarr. *cap. 22. num. 5.* Sotus *diſtinct. 3. quæſt. unica; artic. 4.* Valentia, Bonacina, Vivaldus, Bartholom. de Ledeſma, Binsfeldius, & Silvius, Granado, & alii *locis citatis.* Sic etiam Archangelus *diſt. 5. pag. 27.* per hæc verba: Non poteſt autem celebrari Baptiſmus in ceruiſia, ac cæteris hujuſmodi liquoribus potabilibus, cùm certum ſit eos alias ſpecies eſſe ab aqua. Pariter in aqua roſacea, aliiſque herbarum ſuccis minimè fieri poteſt: ſicut neque in alchymicis aquis,

cum omnes non ſint veræ aquæ,quamvis cum addito, puta roſacei, &c. propter apparentiam,aquæ nomen eis ab arte tribuatur. Hæc ille. Cui iunge Paſqusligum *deciſ.*77. Peſantium , Nugnum , & alios plures penes illum.

QVÆSTIO XV.

An ſaltem in neceſſitate poſſit aliquis his aquis Baptizari?

AFfirmant Ioan.Puteanus *in* 3.*p*.D.Thom.*q.*66. *art.*4.*n.*5. Præpoſitus *ibidem a.*12.Tannerus,& Chametota apud Dianam 5. *p. tract.*3. *reſol.*2. & alii apud Ægidium *loc.cit.n.*23. qoi dicit , id ſe uon audere facilè approbare ; poſſet tamen approbare iuxta doctrinam ſuam nuper *q.*13. traditam. Sicuti approbat Palaus *punct.*3. *cit.n.*2. Imò & Bauny *q.*4. *cit.*his verbis : Hæc ſententia oon eſt improbabilis, quam qui ſequitur in neceſſitate extrema ſpirituali pueri,Baptiſmum non dabit, niſi ſub conditione,hoc modo : *Si aqua, qua utor , eſt materia Baptiſmi ſufficiens,ego te baptizo in nomine Patris* , &c. *Si non eſt, non te baptizo.* Sic enim admittendi ſacrilegii periculum vitatur. Ita Bauny. Et poſtea Remigius *in ſum. tract.*5.*cap.*2.§.1.*n.*2.*pag.*237.

Sed certè omnino reſpondeo oppoſitum. Quia prædictæ aquæ non ſunt naturales. Sic communiter omnes DD. cum S.Th.3.*p.q.*60.*art.*5.*&* 6. & Mag. *in* 4.*diſt.*3. ut docet Diana *loc.cit.* Addo tamen,qood dato, quod contraria ſententia ſit probabilis,teneretur quis illam in caſu neceſſitatis amplecti, ut docet Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3.*n.*36. & nos *tr.de pœnit.*

QVÆSTIO XVI.

An aqua per artem ex vino limphato , vel ex brodio ſpiſſo extracta ſit, ſufficiens materia Baptiſmi?

REſpondeo eſſe,quia verè eſt aqua naturalis,ſicut & eſt aqua depurata ex luto denſo. Sic S. Th. *art.*4.*ad* 2. Sotus *art.*4.*ad* 1. Ledeſma,quos ſequitur Henriquez *lib.*2.*c.*6.*n.*1. Vivald. *loc.cit.n.*6. Ochagavia*q.*3.*n.*4.Hurtado *diff.*2. citata,Vaſq. *diſp.*141. *a.*9. Bonac. *diſp.*2. *de Baptiſmo*, *q.*2. *punct.*3.*n.*4. in nova impreſſione, & apud ipſum Reginaldus, Poſſevinus , & Ægidius. Et eſt communis ſententia. Secus (inquit Archangel.*loc.cit.*) dicendum eſt de aqna quæ exprimeretur ex pane calido, aut ex eodem officio ignis deſtillaretur ; cùm non ſit certum (ut ait Sotus) eam eſſe veram aquam.

QVÆSTIO XVII.

An aqua naturalis mixta cum alio liquore ſit ſufficiens materia?

REſpondeo, quod ſi aqua naturalis mixta ſit cum aqua roſacea , v. g. vel cum alio liquore , aut corpore in tanta quantitate , ut ita admixta nequeat ampliùs denominari aqua naturalis , tunc non erit apta materia. Secus dicendum ſi miſceatur cum parva quantitate aquæ roſaceæ , vel alterius liquoris, &c. Quia cum ſit in parva quantitate admixta , non deſinit eſſe aqua naturalis , ſecundum ſubſtantiam, & ſic apta materia. Sic habetur in Concil.Florent. ſub Eug.IV.Angel. *loc.cit.num.*3. Ricard. *diſt.*4.*q.*3. *art.*5.Angles *quæſt.*1.*art.*2.*concl.*3. Filliuc. *n.*28. Bonac.*diſp.*1.*quæſt.*2.*punct.*1.*num.*6. & Molfeſ. *in ſum. tract.*4.*cap.*1.*num.*33. & alii poſt D.Thom.*quæſt.*66. *art.*4.

QVÆSTIO XVIII.

An peccet mortaliter baptizans in aqua naturali fœda,vel in aliquo brodio parum decocto, aut non ſpiſſo , aut in alia materia dubia?

REſpondeo peccare, ſi tali materia utatur abſque neceſſitate : cum illa enim noo peccabit baptizans,ſi hoc faciat ſub conditione : Ratio eſt , quia qui tali materia (vel alia de qua ſit dubium) utitur, abſque præciſa neceſſitate, facit contra reverentiam Sacramenti; quæ irreverentia ceſſat ſi urgeat neceſſitas, & fiat Baptiſmus ſub conditione. Sic Henriq. & Bonacin. *loc.cit.* Ægid. *art.*4.*dub.*1.*n.*12.Valentia *diſp.*4.*q.*1. *punct.*2. Sotus *art.*4. *ad* 2. Loduvicus de S.Iuan *q.*1.*art.*3.*diff.*2.*pag.*50.Villalob. *de Bapt.diffic.*3.*n.*2.Sotus *q.*3. & Lublin.*v.Baptiſ.n.*11. ubi ſic ait : Si dubitatur de aqua , an vera ſit, & Baptizandus in periculo exiſteret, nec alia certior ad manum poſſet haberi, debet cum ea baptizari, ſub conditione tamen hujuſmodi : Si hæc eſt materia ſufficiens. Poſtea talis,ſi ſupervivat,debet rebaptizari ſub conditione. Si non es baptizatus, ego te baptizo. Sic ille , ex Zambrana *cap.*1. *de Bapt. dub.*1. Reginaldus *lib.*27.*n.*13.Hurtado etiam *diſp.*1.*de Bapt.diffic.*2. & Palaus *de Baptiſ.punct.*3.*n.*5. Diana *tract.*6.*reſol.*33. ubi addunt, eſſe etiam peccatum grave uti alia aqua præter aquam benedictam , quæ in fonte Baptiſmali ſervatur, niſi aliàs in neceſſitate. Quod additum non admittit Quintanaduenas hîc *ſing.*12.ubi doctè probat , nec eſſe culpam lethalem baptizare aqua non benedicta, etiam in Baptiſmo ſolenni.

QVÆSTIO XIX.

An ablutio quæ eſt materia proxima Baptiſmi, poſſit fieri per ſubmerſionem,effuſionem & aſperſionem?

REſpondet Angelus *v.Bapt.*4.*n.*1.cum aliis,poſſe fieri per infuſionem , & aſperſionem , non per ſubmerſiooem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo,tribus prædictis modis poſſe fieri : videlicet vel immergendo corpus in aquam ; vel infundendo , vel applicando aquam corpori,vel tandem per aſperſionem. Ratio eſt , quia quovis horum modorum fiat, homo ſufficienter denominatur ablutus. Sic Henriquez *lib.*2. *cap.*7.*n.*5. Granad. *tract.*1. *diſp.*4.*n.*6. S.Th. *q.*66.*art.*6. Sot. *diſt.*3.Bonac.*diſp.*2.*q.*2. *punct.*3.*n.*17. Et habetur in Catech.Rom. *tit.de Baptiſmo*,*n.*17. ut notat Molfeſ. *in ſum. tract.*4. *cap.*1. *n.*41. Archang. Rub. *diſt.*3. *pag.*20.Hurt.*diſp.*1.*diff.*4.Palaus *punct.*4.*n.*2. Dicaſtillo *tract.*1.*diſp.*1. *dub.*3. *n.*27. & omnes. Qui tamen (licèt hæc ita ſint) benè notant, quod Miniſter qui ſolemniter baptizat,teneatur ſervare conſuetudinem ſuæ Eccleſiæ in qua baptizat,ſub peccato ſaltem veniali,niſi aliàs juſta excuſet,ut honeſtas in adultis, quos mergi non convenit , aquæ paucitas, debilitas Miniſtri,non potentis ſuſtentare baptizandum , &c. nam tunc, quamvis conſuetudo haberet , ut Baptiſmus per immerſionem conferatur , poſſet licitè per infuſionem, aut aſperſionem conferri.

QVÆSTIO XX.

An infans in utero matris exiſtens baptizari poſſit , ſi uterus matris abluatur?

AFfirmat quædam Gloſſa,quam citat Henriquez *loco citato, num.*2.*littera L.*

Sed

Sed certiſſimè reſpondeo: non poſſe. Quia per ablutionem vteri, non cenſetur ipſa perſona infantis manere abluta. Sic D.Thom. *quæſt.*68 *art.*11. Henriquez *loc.cit.* & latiùs *cap.*22.*n.*2. Sotus, Ledeſma, Syluester apud ipſum, Gabr. *diffic.*4.*quæſt.*2. Valent. *diſp.*4.*q.*1.*punct.*2.§. *tertiò ſequitur.* Viuald. *cap.vlt. de bapt. num.*16. & eſt communis per *cap. qui in maternis, de conſecratione diſt.*4.*citata.* Sic etiam Gaudid. *diſquiſit.*16. *art.*2.*dub.*7. Bonac. *loco citato, n.*25. Archangel. *diſt.*5. *pag.*52.*col.*1. Victoria *n.*32. Reginald. *lib.*27.*n.*16. & alij, quos ſectatur Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3.*n.*59. dicens, oppoſitam ſententiam eſſe pluſquam falſam.

Qværtio XXI.

An ſaltem validè baptizaretur, ſi manu, aut arte obſtetricis, ſuper ipſum infantem in vtero exiſtentem, poſſet aqua immitti?

NEgant Comitol. *lib.*1.*q.*13. Filliuc. *tract.*7.*n.*33. Ochag. *q.*4.*n.*5. Lublin. *v. Baptiſm.*22. Vega 1. *p.ſum.c.*33.*caſu* 18. [Porque (inquit hic autor) aun no auia nacido en el mundo, y por tanto no puede tornar a nacer a la Igleſia.] Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: Validè baptizari, ſi ſic fiat vel in capite, vel in alia parte corporis. Ratio eſt, quia in caſu prædicto nihil deeſſet, ſi forma adhiberetur, vt patet. Sic Archang. *diſt.*5.*pag.*52 Vict *q.*31. *aliàs* 32. Valentia, & Viuald. *loc.cit.* Gabr. *diſt.*4.*q.*2. *art.*3.*dub.*2. Reginald. *lib.*27.*c.*3. & alij. Ex quo rectè colligunt hi authores, eſſe validum Baptiſmum, neque rebaptizandum eſſe infantem poſtquam totus è ventre exiuit, ſi antequam totus exiret, baptizatus fuit in capite. Sic etiam Bonac. *loc.cit.n.*25. qui citat D.Th. Sotum, Vaſq. Peſantium, Philiarcum, Toletum, & alios. Et tenent etiam Suar. *diſp.*20. *ſect.*2. Diana 2.*p.tr.*1.*miſcell. reſol.*43.*&* 5.*p.tr.*3.*reſol.*12. Candid. *loc.cit.* Molfeſ. *tr.*4.*c.*1.*n.*37. & communis. Quam tenet etiam Dicaſtillo *loc.cit.*

Qværtio XXII.

An infans natus cum pelle ſecundina (id eſt, cum pellicula ſua generationis, dum) illa adhuc involutus eſt, poſſit baptizari?

AFfirmant Angel. *v. Baptiſm.n.*4. Aureol. *diſt.*5. *q.*1. Syluest. *Bapt.*4.*n.*2. & nouiſſimè Hurtad. *diſp.*1.*dub.*6. Armilla *verb. Bapt.n.*38 Ægidius *q.*66. *art.*7.*n.*78. Ochagauia *q.*4.*n.*1. Vaſquez *diſp.*145. *n.*31. & penes ipſum Roſella & Lublinus *loc.cit.n.*4. Palaus *punct.*4 *n.*8. Trullench. *lib.*2.*cap.*1.*dub.*3.*n.*8. *in fine*, & Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3. *n.*53. & probabile reputat Layman *c.*3. *de Baptiſm. num.*3. & quidem probabiliter, vt ait Valent. *diſp.*4. *quæſt.*1.*punct.*2.§. *quintò ſequitur*, & expreſsè tenet Reginaldus *lib.*27. *n.*16. per hæc verba. Neque obſtat, quod infans in vtero exiſtens inuolutus ſit pelle ſecundina; nam & natus poteſt cum tali pelle baptizari, iudicio Angeli *in verbo Baptiſmus* 5.§ 4. & Sylu. *eod. verbo* 4. *q.*1. ratioque eſſe videtur, quòd ea pellis ſit corpori adnata, ſicut & capilli, vel ſcabies. Sic ille.

Sed probabilius reſpondeo: Non poſſe baptizari, dum pellicula illa contectus infans fuerit, niſi fortè illa pellicula eſſet poroſa, ita vt aqua illam penetrare poſſet, & ad carnes infantis peruenire. Ratio eſt, quia adhoc, ut Baptiſmus ſit verus, requiritur, ut re vera abluatur aliqua pars corporis, vel ipſa perſona, quatenus eſt ſubjectum peccati originalis: non ergo ſufficiet, ut tantùm abluatur ſecundum id in quo continetur. Sic D.Thom. *art.*7.*ad* 3.*quæſt.*68.*art.*11. Sotus *diſtinct.*3. *art.*7. Henriquez *lib.*2.*cap.*7.*num.*2. Valent. *loc.cit.* Bonac. *diſp.*2.*q.*2.*punct.*4.*n.*21. Laym. *loc.cit.* Filliuc. *tract.*2. *num.*3. Poſſevin. *cap.*7. *mihi n.*15. Baunius *q.*4.*aſſert.*4. Zambr *de Bapt.dub.*3.*n.*8. & alii communiter, etiam docentes, non valere Baptiſmum, ſi puer eſſet in corio aut vtre, & eatenus lavaretur. Sic etiam Candidus *diſq.*16.*art.*2.*dub.*10. *&* 11. & quantum ad hoc ultimum Palaus *loc. cit, num.*6.

Qværtio XXIII.

An ſi aqua, vel ejus aſperſio veſtes tantum infantis attingat, fiat Baptiſmus?

AFfirmant Palud. apud Henriquez *cap.*7.*cit.lit.R.* quam opinionem eſſe probabilem innuunt Valent. *loc.cit.* Sotus *diſtinct.*3.*art.*7. & Vega *caſu* 65. quatenus ſolùm contrariam opinionem probabiliorem, & ſecuriorem affirmant. Sic enim ad propoſitam quæſtionem reſpondet Vega: Reſpondeo. [Que aunque alguno podra ſer inclinarſe por la parte affirmativa, que a Soto le parece, y con razon, ſer mas ſegura la parte negativa: Y concluyendo viene a dezir, que el creeria, que ſemejante hombre debaxo de condicion fueſſe tornado a baptizar.]

Sed probabiliùs longè reſpondeo: Non fieri Baptiſmum, niſi baptizandi veſtes ita delicatæ ſint, ut aqua attingere poſſit carnes; nam in hoc caſu verè diceretur ablutus infans: non in alio, propriè loquendo. Sic Henriquez, Valentia, Ochagavia, & Sot *loc.cit.* Filliuc. *n.*31.*cit.* Hurtad. *diſp.*1.*diff.*6. & Ludovicus de S.Iuan *loc.cit.art.*3.*dub.*2. Laym. *cap.*3.*de Baptiſmo, n.*1. Petrus Cañedo *c.*2.*de Baptiſmo.* Cand. *loc.cit.pag.*82. Torreb. *lib.*1.*pract.cap.*5.*n.*31. Bonac. *loc.cit. n.*21. Petrus de Ledeſma *cap.*3.*cit.* Reginald. *lib.*27.*n.*15. & Palaus *loc.cit.n.*6. Trullench. *lib.*2.*c.*1. *dub.*3.*n.*8. & Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*5.*n.*50.

Qværtio XXIV.

An aqua, ſi ſolum capillos abluat, ſufficiat ad validum Baptiſmum efficiendum?

NEgant Bon. *diſp.*2.*q.*2.*punct.*4.*n.*12. Rodrig. 1. *part.c.*25.*conc.*2. & ex parte Vega *c.*22.*caſu* 62. *col.*219. & Zambrana, quem videtur ſequi Laym. *loc.cit.* Negant etiam Petrus Cañedo *cap* 2.*de Bapt.* Villalobos *de Baptiſm. diffic.*4. *num.*3. Torreblanca *loc.cit.* Quia putant, capillos non eſſe partes hominis, ſed ſuperfluitates.

Sed probabiliùs reſpondeo: Sufficere. Primò quia capillis ablutis, homo moraliter dicitur ablutus capite, quod ad Baptiſmum ſufficit. Secundò, quia capilli verè ſunt pars hominis conjuncta ad ornatum ejus, & ſecundùm Ariſtotelem viuunt, & vegetant. Tertiò, quia quando D. Petrus tot millia aſpergendo baptizavit uno die, non eſt credibile, quin multi aſpergerentur, & tingerentur tantùm ſecundùm capillos: ergo. Sic Sot. *diſt.*3.*art.*7. Vaſq. *diſput.*145.*n.*31. Ægidius *quæſt.*66.*art.*7. *dub.*2.*n.*78. Hurtad. *diſp. diffic.*6. Filliuc. *tr.*2.*n.*32. Henriquez *lib.*2.*cap.*7.*num.*2. Valent. *loc.cit.verſ. Sextò ſequitur.* Tolet. *lib.*2.*c.*18. Suar. *diſp.*20.*ſect.*2. Granad. *tract.*1. *diſp.*4. Ochag. *loc.cit.* (qui idem dicendum putat, etiamſi aqua Baptiſmi ſolùm contingeret ungues.) Candidus *loco citato, dubitat.* 10. *&* 11. Poſſevinus, Graſſius, Molfeſius, & alii apud Bonacinam *loc. cit.*

Petrus de Ledeſma *cap.*3. & alii. Quos noviſſimè ſequuntur Palaus *punct.*4. *n.*7. Baunius *q.*3. *aſſert.*4. Trullench. *c.*1.*cit.n.*8. Dicaſtillo *dub.*3.*cit.n.*52. & Diana *part.*10.*tract.*16.*reſol.*28.

QVÆSTIO XXV.

An valeat Baptiſmus, ſi ſolus pes, aut digitus infantis fuerit ablutus?

NEgant Sotus *in* 4.*diſt.*3.*quæſt.unica, art.*7. Valentia *diſp.*4. *q.*1. *punct.*2. *verſ. quintò ſequitur,* Suarez *diſp.*20.*ſect.*2.Petrus Cañedo *cap.*2.*de Baptiſ.* Villalobos *tract.*5. *de Baptiſm.diffic.*4.*n.*3. Bonacina *loc.cit.n.*24.Ægid.*n.*3. Armilla *v. Baptiſm.n.*27.Granados *diſp.*4.*n.*10. & inclinat Layman. *loc.cit.* Torreblanca *loc.cit.* & Molfeſius *loc.cit.n.*43. necnon Palaus *punct.*4. *n.*5. Quia iuxta communem modum loquendi, non dicetur quis lotus ex eo quod digitus tantùm abluatur.

Sed probabiliùs reſpondeo: valere. Primò quia per ablutionem cujuſcunque partis, etiam minimæ, ut digiti, denominatur homo ſimpliciter ablutus: ſicut dicitur vulneratus in quacunque parte vulneretur. Ergo ablutio ſolius pedis, aut digiti, ſufficiet ad valorem Baptiſmi. Secundò quia aſperſio facta ſuper capillos infantis, ſufficit ad validitatem Baptiſmi: ergo etiam ſufficiet facta in alia parva quantitate corporis. Sic Vaſquez *diſp.*145.*c.*4. Durand. *in* 4.*diſt.*6.*quæſt.*1. Ochagavia *quæſt.*4. Henriq. *c.*6. *n.*2.Hurtad. *diſp.*1.*diffic.*6.Filliuc. *tract.*2.*n.*33. Navar. *conſil.*2. *de Baptiſm.* & in manuali *c.*22. *in fine.* Paludan. Panorm. & Innoc. quos ſequitur Victoria *quæſt.*31. (unde malè illum citat Bonac. pro contraria opinione.) Tenet etiam Lublinus *v. Baptiſmus, n.*10. Legantur Diana 5.*p.tract.*3.*reſ.*4. & Archangelus Rubeus *diſt.*3. necnon Baunius *loc.cit.* Trull. *c.*1.*cit.dub.*3.*n.*9.& Geſuald.1.*part.ſumm.tr.*3.*c.*4.

QVÆSTIO XXVI.

An baptizato in pectore, vel ſcapulis, poſſit iterum ſub conditione repeti Baptiſmus?

NEgant Vaſquez *q.*68.*art.*11.& Suarez *diſp.*20. *ſect.*2. Quia exiſtimant, non minùs firmum, ac ratum cenſeri, ac factum in capite: Sic etiam ſentit Petrus Cañedo *cap.*2.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe. Primò, quia ſic habet expreſsè S. Thom. *q.*68.*art.*11. *ad* 4. ubi ſic ait: *Si puer propter periculum baptizetur in capite, non eſt iterum baptizandus ſub conditione: ſi verò in quacunque alia parte baptizetur, iterum ſub conditione eſt baptizandus.* Sic Doctor ſanctus. Secundò, quia cùm dubium ſit, an baptizatus in pectore, vel ſcapulis, ſit verè baptizatus; ex non rebaptizatione poteſt evenire aliquod damnum baptizato, ſi fortè illa ſententia non ſit vera: ergo ad minus iterum poterit ſub conditione rebaptizari. Sic Ioan. Sancius *diſp.*44.*n.*2.& 26. & Torrebl. *loc.cit.n.*33. Vbi non ſolùm poſſe, ſed etiam debere repeti ſub conditione affirmat, & citat pro hac parte D. Anton. Durand. Palud. Ægidium, Bonacinam, & alios.

QVÆSTIO XXVII.

An poſſit rebaptizari, qui ſecundum capillos, manum, pedem, aut digitum eſſet dumtaxat aſperſus?

NEgant aliqui apud Sylveſt. *bapt.*4.*quæſt.*1.quam ſententiam probabilem eſſe affirmat Filliucius *num.*33.*cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe, imò & debere (quidquid dicat doctiſſimus P. Hurtado, ex Vaſquio *diſp.*1. *diffic.*12.) ſub conditione tamen, nempe *ſi non baptizatus es, ego te baptizo, in nomine, &c.* Ratio eſt, quia propter probabilitatem contrariæ ſententiæ, rectè ſic rebaptizari ſub conditione licebit. Sic Sotus, Valentia, Navarrus, Layman, Petrus Cañedo & Villalobos, & alij *loc.cit.* Sancius *in ſelectis, diſp.*44. *num.*26. Ludovicus *loc.cit. dub.*4. Suarez *diſput.*20. *ſect.*2. & habetur in ritualibus Eccleſiaſticis, & ſic præcepit Clemens VIII. obſervari. Tenent etiam Torrebl. Cand. Præpoſitus, Diana, & Petrus Ledeſma *loc.cit.* Molfeſ. *tract.*4. *cap.*1. *num.*43. & Naldus *verb. Baptiſmus, num.*5. Per hæc verba: baptizari quidem debent pueri apparentes extrà uterum matris cum brachio, pede, vel digitis, iam imminente mortis periculo: ſed egreſſi vivi, iterum ſub conditione (ſi non es baptizatus) baptizari debent. Sic Naldus, necnon Baunius *q.*4.*cit.in fine*, & Trull. *lib.*2.*cap.*1.*dub.*3.*n.*9.

QVÆSTIO XXVIII.

An valeat Baptiſmus ſi quis ob penuriam aquæ, infantem morti proximum, proferendo formam, in flumen, aut puteum proiiciat?

NEgant Scotus *diſt.*5.*q.*1. Angel.*bapt.*4.*n.*1.Sylveſt. *bapt.*4.*n.*8. Armilla *n.*30. Tabiena *bapt.*5. *n.*7.Palud. *diſt.*3 *q.*3. Ludovicus de ſan Iuan *loc.cit. art.*4. *dub.*1.*pag.*51. Lublinus *v. Baptiſ.n.*24. Sotus *diſt.*4.*art.*3. & *diſt.*5.*art.*8. & Henriq. *lib.*2.*c.*7.*n.*3. necnon Trullench. *dub.*3. *cit.n.*11. Quia talis projectio non eſt ablutio, ſed ſuffocatio.

Sed probabiliùs reſpondeo: Eſſe validum, quia adeſt ablutio infantis; adeſt forma, & intentio baptizantis. Ergo adſunt omnia neceſſaria ad validitatem Baptiſmi. Sic Victor.*q.*16.Panorm.*in cap. Non ut apponeres,* Nugnus *art.*8. *concl.*4. & 5. Suar. *diſp.*20. *ſect.*3.Valentia *loc.cit.verſ.ſeptimò ſequitur,* Vaſq. *diſput.*145.*c.*2.*n.*15.Ægidius *q.*66.*art.*7.*n.*68. Hurtad. *diſp.*1.*diffic.*5.Bonac. *diſp.*2.*q.*2.*punct.*4.*n.*27. & ante ipſos Gabr. *diſt.*3. *q.*2. & Major *diſt.*4. *q.*1. Laym. *c.*3.*de bapt.n.*5. Ochagavia *q.*6.*n.*2. Villalobos *tr.*5. *de Baptiſm. diffic.*4. *n.*7. Candidus *diſquiſ.*16. *art.*2. *dub.*8. *pag.*82. Petrus de Ledeſma *loc.cit.* Reginald. *lib.*27.*num.*21. & alii. Quos etiam ſequuntur Palaus *punct.*4. *num.*10. Filliuc. *tom.*1. *tract.*2. *cap.*2.*n.*38. Dicaſtillo *diſp.*1. *dub.*3. *num.*61. & 62. & Diana *part.*10. *tract.*16. *reſol.*20. Ad argumentum autem contrarium, dicendum eſt, talem actionem per ſe, & ex intentione baptizantis non eſſe ſuffocationem, ſed ablutionem ordinatam ad vitam ſpiritualem infantis; licèt tunc per accidens mors naturalis ſequatur.

QVÆSTIO XXIX.

An baptizans hoc modo, etiam eo caſu quo jam puer certò moriturus, aliter baptizari non poſſet, peccaret mortaliter?

NEgat peccare mortaliter, imò nec venialiter, Ochagavia *quæſt.*7.*num.*2. & apud ipſum Vaſquez 2.*tom.in* 3. *part.diſp.*145.*cap.*3. Sed immeritò illum pro ſua ſententia citat, cum potiùs oppoſitum clarè inſinuet *loc. cit. num.*24. *verſ. deinde notandum.* Citari tamen poſſunt pro hac parte Sot.*in* 4. *diſt.*3.*q.un.art.*7.Serra *in* 3.*p.q.*66.*art.*7.Mercerus,& Leſſ. quos pro hac parte citat Dian.*p.*10.*tr.*16.*reſ.*20.

Probabiliùs

Probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter, & incurrere irregularitatem. Ratio eſt, quia prædicta in puteum projectio, per ſe eſt directa occiſio innocentis; quæ cum ſit jure naturæ & divino prohibita, adhuc pro ſalute ſpirituali illius, non poteſt à peccato excuſari; non enim facienda ſunt mala, ut inde eveniant bona. Sic Vaſquez *loc. cit.* & Suar. *q.68. art.11.* Villalobos *de Baptiſm. difficult. 4. num. 5. & 6.* Ægidius *num. 71.* Hurtad. *diſput. 1. difficult. 5.* Palaus *punct. 4. num. 12.* Layman. *lib. 5. tract. 2. c. 3. quæſt. 4.* Trullench. *loc. cit.* & Dicaſtillo *n. 66.* & Diana *loc. cit.* Qui omnes conſequenter docent, non eſſe aperiendam matrem vivam, etiamſi ſit morti proxima, & à medicis deſtituta, & ipſamet vellet, & precaretur aperiri, ut puer vivus extractus baptizari poſſet, propter rationem aſſignatam. Sic etiam Diana *3. p. tract. 3. reſol. 8.* Reginaldus *lib. 27. num. 12. & 21.* & communis.

Qværtio XXX.

An ſi quis videns puerum labentem (aut ab alio projectum) in flumen, proferat formam Baptiſmi, efficiat Baptiſmum validum.

NEgant Bonacina *diſput. 2. quæſt. 2. punct. 4. n. 28.* & Candidus *loc. cit.* qui ambo citant Victoriam pro ſua ſententia, ſed nihil de hoc caſu Victoria. Negant tamen omnes Doctores ſuprà pro contraria ſententia *quæſt. 28. citati*; necnon Petrus de Ledeſma *loc. cit.* eo quòd injectio illa, aut lapſus non eſt actio humana, ſed caſus fortuitus: neque ille puer poteſt dici baptizatus, ſeu ablutus ab eo, qui illa verba protulit, ut dicunt Dicaſtillo *num. 67.* & Diana *loco citato.*

Sed poteſt nihilominus probabiliter reſponderi, efficere eo caſu Baptiſmum validum. Primò, quia ſi puer è manibus baptizantis fortè lapſus eſſet, & tunc ipſe Baptizans proferret verba Baptiſmi, verè efficeret validum Baptiſmum, ut aiunt Sotus, & Peña cum aliis apud Henriquez *lib. 2. c. 7. n. 3. lit. Q.* Villalobos *loc. cit. num. 7.* & Filliuc. *tract. 2. num. 39.* (quidquid dicant Olcot. *in 4. q. 1. art. 8. caſu 3.* & Petrus de Ledeſma *loc. cit.* & Trullench *lib. 2. cap. 1. dub. 3. num. 11.*) ergo & baptizans in noſtro caſu. Secundò, quia formaliter tunc verificarentur verba Baptiſmi, licèt materialiter ab ipſo baptizante non eſſet puer ablutus. Sic Sotus, Peña, & Sylveſt. apud Henriquez, & Ludovicus de S. Juan *loc. cit.* & confirmabitur ex quæſtionis ſequentis reſponſione.

Qværtio XXXI.

An valeat Baptiſmus quando quis aqua defluenti è tecto ſubmittit puerum abluendum, & verba Baptiſmi profert?

NEgant Franciſcus de Racoois *tract. 2. de Sacram. diſp. 2. q. 3. art. 1. pag. 132.*

Sed probabiliùs reſpondeo affirmativè. Quia in hoc caſu verè formaliter, & materialiter infans denominatur ablutus à ſubmittente, & proferente verba Baptiſmi, ſicut denominatur à projiciente in flumen; ut enim quis verè dicatur ablutus, ſufficit ut vel aqua corpori, vel corpus aquæ applicetur: ut bene ait Dicaſtillo *dubit. 3. cit. n. 38.* Sic Bonac. *loc. cit. n. 29.* & debent tenere omnes Doctores pro noſtra ſententia *quæſt. 28 citati.* Qui omnes rectè colligunt, & addunt: validum meliori iure eſſe Baptiſmum, ſi infans à baptizante fune mittatur in flumen, & ab illo vivus extrahatur. Sic etiam Angel. *Baptiſm. 4 n. 2.* Vivaldus *c. 5. n. 6* Bonacina *n. 38.* & Trullench. *loc. cit.* & me citato Diana *p. 10. tr. 16. reſol. 20. in fine.*

Qværtio XXXII.

An quando Baptiſmus fit per trinam merſionem, ſortiatur ſuum effectum poſt primam merſionem, modò forma ſufficienter prolata ſit ante duas alias merſiones?

NEgat Paludanus *diſp. 5. q. 3. art. 3.*

Sed probabiliùs, imò & ut certum, reſpondeo ſortiri. Ratio eſt, quia ad valorem, & eſſentiam Baptiſmi non ſunt neceſſariæ tres, neque duæ ablutiones, ſed ſufficit una, & prolatio verborum cùm ibi adſit materia, forma, & intentio Miniſtri. Ergo in una fit verus Baptiſmus. Sic D. Thom. *q. 78. art. 6. ad 2. & quæſt. 66. art. 8.* & Caietanus *ibid. art. 3.* Sotus *in 4. diſt. 3. q. unica, art. 8.* Victoria *q. 19.* Henriquez *lib. 2. c. 7. n. 4.* Valentia *diſp. 4. q. 1. punct. 3. verſ. & obſervandum eſt.* Vaſquez, Ægidius, & Suarez *in q. 66. art. 3.* Hurtado *diſp. 1. diffic. 4.* Reginaldus *lib. 18. n. 30.* Bonac. *loc. citat. n. 30.* Qui omnes ex hoc rectè colligunt, validum eſſe Baptiſmum, ſi puer, aut Sacerdos moriatur poſt primam merſionem. Sic etiam Trullench. *lib. 2. cap. 1. dub. 3. n. 5.*

Qværtio XXXIII.

An etiam in caſu quo Miniſter intendat conſummare Baptiſmum, non niſi in tertia merſione valeat & fiat Baptiſmus, poſita prima merſione, & prolata forma?

NEgant Palud. *loc. cit.* Sylveſter *bapt. 5. n. 2. in fine*, ubi ait, quod in una immerſione fiat Baptiſmus, ſi una tantum ſit intenta: ſed ſolùm in tertia perficiatur, ſi tres à baptizante intendantur.

Sed probabiliùs reſpondeo: adhuc valere, & fieri Baptiſmum, poſita prima, cum forma, & ablutione, modò miniſter intendat facere quod Chriſtus inſtituit, aut quod Eccleſia intendit, aut quod poteſt. Ratio eſt, quia intentio generalis Eccleſiæ, quæ eſt ut Baptiſmus perficiatur, cùm abſoluta eſt forma, & perſona ſufficienter abluta, prævalet intentioni particulari Miniſtri: Ergo. Secus dicendum eſt, ſi miniſter directè intendat trina ablutione Sacramentum Baptiſmi conficere, & non aliter; quia in hoc caſu, ex defectu intentionis requiſitæ nihil efficiet. Sic Valentia, Hurtado, Bonac. & alij *loc. cit.* Petrus de Ledeſ. *c. 3. de Baptiſmo, in fin.* Palaus *diſp. unic. de Baptiſm. punct. 4. num. 3.* Trullench. *loc. cit.* Dicaſt. *diſp. 1. dub. 3. num. 69.*

DISPUTATIO III.

De Forma Baptiſmi.

Qværtio Prima.

An hæc ſit conveniens forma Baptiſmi, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. Amen?

NEGANT aliqui Hæretici, quos latè refert Vaſquez *diſp. 142. cap. 1.* poſt Bellarminum *2. tom. lib. de Baptiſmo, cap. 3.*

Digitized by Google

Sed veritas Catholica docet : eſſe legitimam, neceſſariam, ac convenientem formam. Conſtat primò ex Mat. *cap.28. Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Secundò ex Concilio Flurentino *in inſtructione Armenorum,* & ex Trident. *ſeſſ.7. can.4. & cap. de Baptiſmo.* Sic omnes Doctores cum Doctore Angelico *quaſt.66. art.5.* Navar. *cap.22.n.2.* Suar. *tom.3. in 3. part.diſp.1. ſect.1.* Nugnus, & Ægidius *q.66. art.5.* Henriquez *lib.2. cap.8.* Archangelus *diſt.3. pag.20.* Victoria *num.13.* Bonacina *diſput.2.quaſt.2. punct.4. n.1.* & alij, quos ſectantur Palaus *punct.5. de Baptiſm.n.1.* Baunius *quaſt.5.*& Dicaſtillo *diſp.1. dub.5.num.77.*

Qvæstio II.

An illa particula, Ego, *ſit de ſubſtantia formæ Baptiſmi?*

AFfirmant aliqui apud Abbatem *in cap. ſi quis de Baptiſmo,* & apud Aureolum *diſt.3.q.1.*

Sed probabiliùs reſpondeo : Non eſſe, quia in verbo, *baptizo,* implicitè continetur. Vnde, ſi quis ſine tali particula baptizaret, verum efficeret Baptiſmum. Sic Innocent. III. *in cap.1. de Baptiſmo, & cap.retulerunt,de conſec.diſt.4.* S.Thom. *quaſt.66. artic.5.* & cum eo omnes Doctores; & clarè probatur, etiam exemplo Eccleſiæ Græcæ, quæ ſine pronomine illo baptizat, cùm hac vtatur forma; *Baptizetur,* aut *baptizatur ſervus Chriſti* (Petrus vel Ioannes) *in nomine Patris,& Filii, & Spiritus ſancti. Amen.* Qua ratione Peſantius *3.p.quaſt.66. diſp.4.* docet; quod prædicta particula, *Ego,*ne quidem implicita,eſt neceſſaria. Quod antea docuit D. Thom. quem refert, & ſequitur Vega *cap.23. caſu 7.colum. mihi* 211.& poſt hos Hurtado *diſp.1. difficult.7.* Legantur Vaſquez *diſp.152.cap.3.* Archangelus *dict.3.* Bonacina *loc.cit.num.11.* Sayrus *lib.1.de Sacramentis in genere,cap.4.art.4.*& alij apud ipſos, quos noviſſimè ſequitur Dicaſtillo *loc.cit.num.79.* vbi probare intentat, quod in Verbo, *Baptizo,* non ſolùm implicitè, ſed etiam explicitè ſignificetur prima perſona.

Qvæstio III.

An qui ſcienter omitteret hanc particulam, Ego, *peccaret mortaliter?*

AFfirmat Filliuc.*tract.2.num.49.*caſu quo illam omittat in publico,& ſolemni Baptiſmo,& ante illum abſolutè Olcot. *in 4.q.1.de Baptiſmo,art.2.* & Graffius *part.2 deciſ.aur.lib.1.cap.3. n.25.fol. mihi* 7. & apud ipſum Turrectemata. Quia ritus formæ in quavis Eccleſia ſub præceptum cadit.

Sed probabiliùs reſpondeo : tantum peccare venialiter (ſecluſo ſcandalo, & contemptu) ſiue illam omittat publicè,& ſolemniter; ſiue privatim. Ratio eſt, quia eſt materia levis, & nihil tollit de ſubſtantia formæ. Sic Sotus *in 4.diſt.3.quaſt. vnica,artic.5.* Henriquez *lib.2. cap.4. num.6.* Barthol. de Ledeſma *cap.4.* Ægidius *quaſt.66.num.61.* Vivald. *cap.3.n.5.* Granado *tom.5. tract.2.diſput.1. num.5.* Ochagavia *de Bapt. quaſt.8.n.6.* & innuunt Samuel Lublinus *1.part. Summula,v.Baptiſmus, n.1.* & Chryſoſtomus Iavellus *2.tom.tract.2. de Baptiſm.cap.4.* Binsfeldius *loc. cit.§.3.* Hurtad. *diſput.1. diff.7.* & penes ipſum Vaſquez, Archangelus *diſt.3.pag.mihi* 21.vbi id abſolutè per hæc verba docet. Dicendum eſt abſolutè, huiuſmodi non peccare mortaliter; tum quia Chriſtus illud pronomen, ſcilicet *Ego*, non poſuit : tum quoniam in verbo, *Baptizo,* ex vi locutionis ſubintelligitur. Quamobrem nec Eccleſiam ad id obligare ex præcepto voluiſſe, prorſus aſſerendum eſt. Scandalum autem, ſi inde oriretur, potiùs paſſivum, quàm activum foret. Sic ille. Necnon Palaus *punct.4. num.2.* Dicaſtillo *diſput.1. dub.5. num.84.* & Trullench *loco citato.*

Qvæstio IV.

An baptizans, qui loco, Ego, *diceret,* Nos te baptizamus, *&c. efficeret verum Baptiſmum?*

AFfirmant Vivald. *loc.cit.n.5.* & Victoria *q.17.* Vega *caſu 7. cit.* & apud ipſum Sotus *in 4. diſt.1.q.1.art.7.* Ledeſma *quaſt 5.* Henriquez *lib.2.de Baptiſmo, cap.* 12. & Rodriguez *tom.1. cap.24. n.2.* Ludovicus de S.Iuan *quaſt. 1. art. 8. diff.8. pag.55.* caſu quo baptizans ſit Papa, aut Epiſcopus, vel huiuſmodi perſonæ, quæ ob dignitatis authoritatem loco, *Ego,* ſolent dicere, *nos* : ſecus (inquiunt) dicendum, ſi perſona baptizans eſt communis, & particularis,vt Parochus,&c.

Sed probabiliùs reſpondeo : quod adhuc verè efficiet Baptiſmum, etiamſi perſona ſit particularis, & communis, ſi per, *nos*, intendat dicere, *Ego,* ſicut faciunt Domini. Ratio eſt Primò, quia ſemper quod per ly *nos* intendatur idem,quod *ego,* ſtat principale ſignificatum. Secundò, quia etiam perſonæ communes, & vulgares communiter dicunt, *Nos.* Sic D.Bonau. *in 4.diſt.5.* Angelus *Bapt.2. n.4.* Armilla *num.12.* Sylveſt. *Bapt.2. q.11.* Lublinus *loc. cit.*Bonac.*loc.cit.num.11.*Bellarminus *cap.4.de Bapt.* Reginald. *num.24.& 25.* Suarez,& Bartholomæus ab Angelo,& alij apud ipſos, quos ſequitur Baunius *de Baptiſm quaſt.2. dicto 1.pag.47.* An verò qui ita baptizaret, graviter peccaret? Affirmat Archangel. *diſtinct.3. pag.25. colum.1.* Mihi tamen id durum videtur.

Qvæstio V.

An eſſet Baptiſmus, ſi quis diceret, ego Petrus, *aut,* ego Sacerdos, *baptizo te in nomine Patris, &c.*

NEgant abſolutè aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Archangelus *diſt.3.pag.mihi* 22.& negat Innocentius *in c.1. de Baptiſm.* caſu quo tale additum exiſtimet eſſe de eſſentia formæ.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo : Quia in prædictis verbis nihil de ſubſtantia formæ variatur. Sic Sotus *diſt.3. quaſt. vnica*, Layman *cap.4. de Bapt. num.6.* Alenſ.& Ricard. quos citat,& ſequitur Sayrus *de Sacram.lib.1.cap.4.art.3.in fine,*& Archangelus *loc.cit.*& communis.

Qvæstio VI.

An ſi duo ſimul vnum baptizarent,& vnuſquiſque diceret : Nos te baptizamus, *&c. conferrent verum Baptiſmum?*

AFfirmant Caietan. *quaſt.67. art.7.* Palud. *in 4. diſt.3.quaſt.2.* Durandus, & Ricardus *diſt.3. q.3.* Valentia *quaſt.2.punct.2.*

Sed probabiliùs reſpondeo : non conferre (niſi in caſu quo, per ly, *nos*, unuſquiſque intenderet, *Ego,* & ſolùm cauſa gravitatis dicerent, *Nos*, ut nuper eſt habitum) quia variaretur ſenſus formæ. Sic S.Thom. *quaſt.66.art.5.& quaſt.67.art.7.* Victoria *quaſt.17.*

Vivaldus

Vivald. *cap.3.num.*7. D Bonavent. Sotus, Sylveſter, Henriquez, quos citat, & ſequitur Granados *tom.3. tract.2.diſput.3.num.*7. Villalobos *de Baptiſmo diff.5. num.5.* & alij. An verò ſi unuſquiſque diceret: *ego te baptizo*, & unuſquiſque applicaret materiam, verè baptizarent? Dicetur infrà *diſp.4.q.15.*

Qvæstio VII.

An illa particula, Te, *ſit de eſſentia, & ſubſtantia Baptiſmi?*

Reſpondeo eſſe. Primò, quia id colligitur ex verbis Chriſti, *Matt.vlt.baptizantes eos.* Secundò: quia neceſſaria eſt, ut indicetur diſtinctio baptizantis, & baptizati; quæ ſicut inter generantem, & generatum ſignificari debet, *cap. Debitum, de Baptiſmo.* Sic D.Thom.*q.66.art.5.*& omnes Doctores, qui bene advertunt, non eſſe ita neceſſariam illam determinatam vocem, *Te*, ut non ſufficiat quævis alia, per quam determinetur baptizandus, ut ſtatim dicemus contra Alexandrum *4.part.quæſt.8.memb.3. art.3.§.2.* docentem, quod ſi quis diceret, *Baptizo Ioannem, vel eum*, non indicando illud pronomen, *Te*,nullum faceret Sacramentum. Legantur Vaſquez *diſp.142.cap.3.in fine*, Archangel. *diſtinct.3.pag.21. & 22.* Sotus *in 4. diſt.3.q.unica,art.5.* Sayrus *lib.1. cap.4.art.4.* Soar. *diſput.21.ſect.2.*Tolet. *lib.2.c.19. num.5.* Bonac. *diſp.2.de Sacram.q.2.punct.4.num.2.* & alij apud ipſum. Dicaſtillo *diſp.1. dubit.5. n.83.* & Baunius *q.6.aſſert.2.*

Qvæstio VIII.

An peccaret mortaliter qui loco, Te, *poneret nomen proprium baptizati, videlicet: Ego te baptizo Petrum, in nomine Patris,&c.*

Affirmabit conſequenter Alexander, ut apertè colligitur ex ejus doctrina, & affirmant expreſsè Angel. *Bapt.n.2.* Arnull. *n.5.* & Vivald.*loc. cit. n.9.*& indicat Reginald. *lib.27.n.25.*Negant verò omnino Scotus (apud Henriquez *lib.2.cap.8.n 4. lit.Z,*) quatenus aſſerit, melius fore, ſi diceretur, *Baptizo Petrum*, quàm *baptizo te.* Bonacina *loc.cit. punct.4.n.2.* & alij apud ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non peccare mortaliter, ſed venialiter. Primum probatur, quia ſolum eſt de neceſſitate, & ſubſtantia Baptiſmi, quod exprimatur perſona baptizati: at prædicto modo rectè exprimitur (ſicut etiam exprimeretur, ſi quis diceret, *Ego baptizo hunc*; aut, *baptizo tuam Dominationem*;aut, *Tu baptizaris à me*) ergo.Secundum etiam conſtat,quia qui ſic baptizaret,faceret contra morem Eccleſiæ Latinæ: ergo.Sic Henriq. *loc.cit.n.4.* Ægid. *q.66.n.49.* Vaſquez *loc.cit.* Cand. *diſquiſ.16. art.4. dub.4.* & alij, quos ſequitur Dicaſtillo *loc.cit.*

Qvæstio IX.

An efficeret verum Baptiſmum qui baptizans unum diceret, Ego vos baptizo, *&c.*

Negabunt conſequenter Vivald.Victor. & Vega *ſup.cit.*,caſu quo baptizans non ſit Papa,Archiepiſcopus,vel Epiſcopus. Quia exiſtimant,in eo caſu fieri mutationem ſubſtantialem in forma.

Sed probabiliùs reſpondeo: efficere verum Sacramentum, etiamſi baptizans non ſit Papa,aut Epiſcopus,&c.Sed perſona particularis,dummodo per hoc, quod dicat, *vos*, velit ſignificare perſonam ſingularem baptizandam, tantumque hoc faciat propter ignorantiam, aut propter honorem, aut dignitatem.Ratio eſt quam *ſuprà* dedimus. Verum eſt,quod hujuſmodi baptizans, quiſquis ille ſit, peccabit, ſecluſo ſcandalo, & contemptu (ſicut in caſu *q.4. cit.deciſ.*) ad minus venialiter. Sic authores *ſup.cit.* & Filliuc. *tract.2. n.33.* Bonac. *diſp.2.q.2. punct.4. n.11.* & Vaſq. *diſp.142.cap.3.in fine.*

Qvæstio X.

An validè baptizaret qui loco, baptizo, *diceret, Lavo, Abluo, Intingo, Immergo, Aſpergo, Infundo?*

Negant Innocent. Gloſſator decreti,& Alexand. apud Sotum *loc.cit.*Gabriel *in 4. diſt 4.q.unica, dub.3.*& Aſtenſis 1. *p.ſum.lib.4. titul. de baptiſm.fol. mihi* 78.

Sed probabiliùs reſpondeo: Quod ſic, quia hæc omnia æquivalent omnino verbo *baptizo*,ſynonyma enim ſunt: ſecus eſſet dicendum,ſi quis diceret,*ego te linio,proiicio in aquam,te mundo ab originali*,quia tunc non valeret.Sic Suarez *diſp.11.ſect.2.* Vivaldus *c.3. n.10.* Filliuc. *tr.2.n.51.* Ægid. *q.66.n.44.* & Eſtius *in 4. diſt.3.§.6.* Barthol. de Ledeſma *diffic.5.concl.4. col.115.*Sotus *diſt.3.q.unica,art.5.*Cañedo *c.2 de bapt.* Bonacina *diſp.2.q.2.punct.4.n.4.* Toletus *lib.2.c.19. n.7.*Vaſquez *diſp.141.c.2.n.10.*Graffius *2.part.lib.1. c.3.n.21.* Sayrus *de Sacram.lib.1.c.4.art.2.* Archangelus *diſt.3.pag.21.* (Qui ſecus dicendum dicit, ſi quis loco *baptizo*,diceret *Balneo*)& communis apud Trullench. *lib.3.c.1.dub.1.n.20.*

Qvæstio XI.

An particula In, *ſit de eſſentia Sacramenti?*

Affirmant Angel. *Baptiſmus 2.n.6.*& Gualdenſis penes ipſum,Sylveſt. *Bapt.1.num.6.* Aſtenſis *loc.cit.* Navar. *cap.22.num.5.* Sut. *diſt.3.q. unic. art.5.*Reginald. *lib.24.num.30.* Comitol. *lib.2.q.9.* & Gabr.*loc.cit.* Tolet. *lib.2. cap.10. num.5.* Vivald. *cap.3.num.11.*& Ioan.Major. *in 4.diſt.2.§.Iam viſo*, necnon Baunius *tract.de Baptiſmo,q.10.* quia diminutio hujus particulæ adimit ſignificationem formæ: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe. Ratio eſt, quia adhuc probabilius eſt, quod prædicta illa particula ſublata, remanet idem ſenſus: nam idem omnino eſt, ſive dicatur In nomine Patris, ſive nomine Patris. Sic Henriquez *lib.2.cap.8.num.6.* Ægid. *loco cit.num.61.*Filliuc.*num.63.* Bonacina *loc.cit. num.16.* & Diana *1.part.tract.15.reſol.47.* Hurtado *de Bapt. diſput.1. diffic.7.* Candidus *diſquiſ.16. art.4.dubit.5. pag.84.* (Qui tamen malè citat Toletum pro hac parte, oppoſitam enim apertè docet) Sayrus *de Sacram. lib.1.cap.4.art.4.*Vaſq.*diſp.52.n.30.* Bonac. *punct.4. cit.num.16.*& apud ipſum Chamerotà, Toletus, Vivaldus, & alii. Sed ex his Doctoribus non benè citat pro ſe hos duos. Tenent etiam Dicaſtillo *dub.5. cit.in fine*,& Trullench.*loc.cit.n.9.*

Qvæstio XII.

An ſaltem peccaret mortaliter, qui talem particulam baptizando omitteret?

Affirmant omnes authores nuper citati aſſerentes particulam *In*, eſſe de ſubſtantia Baptiſmi, & ex aliis Filliuc.*loc.cit.* qui citat pro ſe Henriq *c.9. §4.*vbi nihil de hac re,& oppoſitum docet *c.8.n.62.*

Sed

Sed probabiliùs reſpondeo : Non peccare mortaliter, ſed venialiter tantum, dummodo prædictam particulam ſine ſcandalo, & contemptu omitteret. Ratio eſt, quia licet faceret contra communem vſum Eccleſiæ, non tamen contra materiam grauem. Sic Henriquez, Bonacina, & Diana *loc.citat.* & alij apud ipſos, quibus ego addo Ochag. *de Baptiſ.q.*10. Et idem videtur docere Ægidius *q.*60. *numero* 61. Qui tamen malè citat Sot. *in* 4.*diſt.* 3.*art.*5. pro contraria ſententia, cùm de omiſſione dictæ particulæ *in toto artic.* nihil tractet. Sic etiam videtur ſentire Hurtad. *loc.cit.* caſu quo ſuſcipiens Baptiſmum admoneatur de periculo nullitatis; quia omiſſio illius particulæ, facta ea admonitione, eſt, inquit, parui momenti. Sic Hurtado, ſed non bene, quia ſi ſemel concedat, adeſſe in omiſſione illius particulæ, *In*, periculum nullitatis Baptiſmi; neceſſariò debet fateri, eſſe talem omiſſionem mortalem. Tenent etiam noſtram ſententiam Dicaſtillo *diſp.*1. *dub.*5. *n.*118. adiuncto *n.*78. & clariùs *n.*130. & Trullench *cap.*1.*dub.*4.*num.*9.

QVÆSTIO XIII.

An validè baptizaret, qui diceret, Ego te baptizo in nomen Patris, & Filij, &c.

RESpondeo, quod ſic. Quia prædicta mutatio non corrumpit formam : nam in Græco accuſatiuus legitur : licet in Syriaco ablatiuus habeatur. Sic Eſtius *loc.cit.*

QVÆSTIO XIV.

An validè baptizaret, qui diceret, Ego te baptizo in nominibus Patris, & Filij, &c.

AFfirmant Arriani, & Lutherani. Imò (quod magis mirandum eſt) Marſil. *diſt.*4. *q.*1. *art.*4. ait, quod ſi quis, ſaltem ex ignorantia, vel lapſu linguæ, pro eo, quod eſt, *nomine*, diceret, *nominibus*, non auderet definire non eſſe Sacramentum, ſi intentionem habeat Eccleſiæ; nam fortè (inquit) Deus ratum haberet. Sic Marſil. Sed malè profectò, ſicut etiam malè prædictam ſententiam attribuit Vivaldus *cap.de forma Baptiſmi, num. mihi* 27. Sot. *diſt.*3. *quæſt. vnica, art.*3.§.*ut ergo.* Cùm hic Author ſolùm referat ſententiam Marſilij, & ejus verba, & illam impugnet. Tenuit tamen hanc partem ut probabilem, Aſtenſis *in ſumma*, 1.*part.lib.*4.*tit.*3.*de Baptiſmo, fol.*178. ubi ſic ait : Dicendum etiam ſecundùm Petrum Pal. quod ibi ſumitur ſingulare pro plurali : & ſecũdùm iſtam ſententiam videtur quod ſi diceretur, *In nominibus Patris, &c.* eſſet Baptiſmus. Sic ille.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo. Quia in forma Baptiſmi neceſſariò eſt exprimenda unitas divinæ eſſentiæ, una virtus, unaque majeſtas trium perſonarum, ut docent communiter Doctores; quod fit dicendo, *in nomine Patris, &c.* At ſi quis diceret, *In nominibus*, ſignificaret contrarium; nempe, non eſſe eandem eſſentiam, ſubſtantiam, virtutemque omnium perſonarum, quod eſt error in fide : Ergo. Sic S.Thom. *q.*6., *art.*6. & Mag. *diſt.*3. & omnes Patres, & Doctores, vt videre eſt apud Sotum *q.vnic. art.*5. Maldonat. & Granad. *loc.cit.diſput.*5. *num.*8. Suarez *diſp.*21.*ſect.*3. Vaſquez *diſp.*143.*num.*34. Archangelus *diſt.*3. *pag.*15. Henriquez *lib.*2.*c.*8.*n.*2. Bellarm. *de Baptiſm.c.*6. Sayrum *de Sacram.in communi lib.*1.*c.*4.*art.*1. & alios, quos ſequitur Dicaſtillo *diſput.*1.*dubit.*5.*n.*94. *&* 95.

QVÆSTIO XV.

An validè baptizaret, qui diceret: Ego te baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus ſancti?

NEgat Bonac. *diſp.*2.*q.*1.*punct.*4.*num.*5. per hæc verba : Si quis baptizando dicat, *Ego te baptizo in nominibus Patris, &c.* aut etiam ſi dicat, te baptizo in nomine Patris, in nomine Filij, in nomine Spiritus ſancti, invalidè baptizat, ut multi DD. teſtantur apud Suar. *loc.cit.ſect.*3.*concl.*2. apud Sayrum *loc.cit.* & apud Reginald. *loc.cit.n.*3. & apud Franciſc. Pitigianum *diſt.*13.*q.*2.*art.*6. apud Graff. *loc.cit.num.*26. & apud Viualdum *cap.*3.*num.*12. Sic ille. Sed malè profectò, præcipuè in eo quod dicit, ſuam ſententiam tenere multos Doctores apud Suarez, Vivaldum, & Reginaldum, cùm nullum apud hos Auctores (quos attentè legi) inuenire potuerim.

Sed probabiliùs reſpondeo : Validè, & verè baptizare. Quia talis repetitio, cum ſit vnius, & eiuſdem nominis, non mutat ſenſum per ſe; ſicut idem omnino eſt dicere, Deus Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, ac dicere : Deus Pater, Deus Filius, & Deus Spiritus ſanctus. Sic Suar. *diſput.*21.*ſect.*3.*concluſ.*2. Filliuc. *tract.*2.*n.*62. Henriquez *cap.*8.*n.*2. Ægidius *quæſt.*66.*num.*58. Viualdus *cap.*3. *numero* 13. Sotus *diſt.*3.*quæſt.vnica, art.*6. Eſtius *in* 4.*diſt.*3.§.6. Vaſq. *loc.cit.num.*36. Yribarne *in* 4.*diſt.*3.*diſput.*9. Ludouicus de S.Iuan *quæſt.*1.*de Baptiſm. artic.*4.*diffic.*4.*pag. mihi* 54. Barthulom. de Ledeſma *loc.citat. concluſ.*6. *col.*117. Diana *tom.*2.*tract.*3.*miſcell.reſol.*15. Candid. *diſquiſit.*16.*art.*4.*dubit.*5.*pag.*84. Petrus de Ledeſma *cap.*4. *cit.* Archang. *loc.cit.* (qui idem dicit de illo, qui hoc modo baptizaret : *Baptizo te in nomine Dei Patris, & in nomine Dei Filij, & in nomine Dei Spiritus ſancti,*) & communis : quam ſequuntur Palaus *punct.*5.*num.*17. Layman *hic c.*4.*num.*5.*quæſt.*3. Dicaſtillo *loc.cit.n.*96. & Trullench. *lib.*2.*c.*1.*dub.*4.*n.*7.

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem ſit validus Baptiſmus datus ſub hac forma : Ego te Baptizo cum nomine Patris, cum nomine Filij, & cum nomine Spiritus ſancti.

NEgant Bonac. *loc.cit.* & apud ipſum Ægidius *n.*60. Comitolus *lib.*1.*q.*10. & (in noua editione) Filliucius *tr.*2.*c.*3.*q.*10. & omnes alij Doctores, qui aſſerunt particulam *In*, eſſe de ſubſtantia formæ Baptiſmi, vt Scotus, Nauarrus, Reginaldus, & alij ſupra citati.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe validum, quod ex dictis conſtat. Sic Authores nuper *q.*11. citati.

QVÆSTIO XVII.

An valeat Baptiſmus ſub hac forma datus : Ego te baptizo cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu ſancto, *aut ſub iſta :* Ego te baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto?

AFfirmant Comitolus *lib.*1.*q.*10. apud Filliuc. *n.*61. (qui etiam dicit, talem Baptiſmum fore repetendum ſub conditione, ob formam dubiam,) & & etiam Guillelmus Eſtius *in* 4.*diſt.*3.§.6.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, Nõ valere. Quia per huiuſmodi formam non exprimitur expreſsè vnitas eſſentiæ; quam eſſe neceſſariò exprimendam, docent omnes Patres, vt *ſuprà*. Ergo. Sic Ægidius *loc.cit. num.*60.

Digitized by Google

*n.*60. Filliuc. *loc.cit.* obi attentè eſt legendus propter errorem Typographi. Bonac. Granad. & Peſantius *loc.cit.* Laym. *cap.*4 *num.*3. & apud ipſum Suar. Valent. Sotus, Henriq. Caodid. *diſquiſit.*16.*art.*4. *dub.*5. *pag.*84. & Vaſq. *diſp.*143.*n.*36. *&* 37. qui addit: ſecus dicendum eſſe, ſi quis hac forma baptizaret: *Ego te baptizo in unum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum,* vel *in uno Deo, Patre, & Filio, & Spiritu Sancto*, quia tunc non minus firmum & ratum eſſet Sacramentum, quàm ſi diceret, *In nomine Patris, &c.* Eo quòd modus ille loquendi, *in unum Deum, Patrem, &c.* vel *in uno Deo, Patre, &c.* exprimit tres perſonas in una eſſentia, & eas denotat ut cauſam, & authorem Baptiſmi. Nam præpoſitio *in* ſæpè denotat idem, quod *per.* Idem ſentiunt Palaus *punct.*5. *cit.n.*17. & Bauny *q.*11. contra Ægidium & Dicaſtillo *n.*97.

QVÆSTIO XVIII.

An ſit validus Baptiſmus, ſi loco illius verbi, in nomine, *dicatur* in virtute?

NEgant Filliuc. *tract.*2.*num.*54. & Ludov. de San Iuan *q.*1 *art.*4.*cit.diffic.*6.*pag.*55. & apud ipſum Sotus, Innocentius, & Hugo. Archangel. etiam *diſt.*3. *pag.*25.*col.*2. Trullench. *lib.*2.*c.*3. *dub.*4 *n.*7. & alii. Quia exiſtimant particulam, *in virtute*, non ſignificare idem, ac ſignificat hæc particula, *in nomine*. Citat etiam pro hac parte Hurtadu *ubi infrà*, Valentiam, & Ægidium. Affirmat verò ipſe Hurtado *diſp.*1. *diff.*7. *in ult. edit.* per hæc verba. Ex quibus conſtat, quod ſi quis dicat, *Ego te baptizo in Deo, Patre, & Filio, & Spiritu ſancto*, aut *in eſſentia*, aut *in virtute Patris, & Filii, & Spiritus ſancti*, validè baptizat (quidquid dicant Valentia, & Ægidius) quia particula, *in Deo*, aut, *in eſſentia*, aut, *in virtute*, æquivalet particulæ, *in nomine*. Sic Hurtado.

Sed ego abſolutè reſpondeo: utramque ſententiam eſſe valde probabilem. Ideoque cùm talis Baptiſmus ſit valdè dubius, ſit-ne validus, aut non, ſub conditione repetendus erit. Sic Henriquez *lib.*2.*c.*8. *n.*2. Ægidius & Bon. *loc.cit.* Yribarne *diſp.*9. & Layman. *loc.cit.* imò & Sotus *diſt.*3. *q.un.art.*5. hoc ipſum docet, ſiquidem ait: debere ſub conditione iterari, necnon Palaus *n.*17. quatenus ait, incertum eſſe an talis Baptiſmus ſubſiſteret.

QVÆSTIO XIX.

An ſit validus Baptiſmus ſub his verbis datus, Ego te baptizo in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, *vel* in nomine unius, & trini, *vel* in nomine trium perſonarum?

AFfirmat Caietanus *q.*66. *art.*6. poſt Mag. *in* 4. *diſt.*3. & Adrianum *in* 4.*q.*2.*de Bapt.*§. *Ad rationes.* Quia id videtur colligi *ex cap. à quodam Iudæo, de conſecrat. diſt.*4.

Sed longè probabiliùs, imò ut certum reſpondeo: Non eſſe validum, quia non exprimuntur expreſsè tres perſonæ Divinæ Trinitatis, quarum explicita expreſſiu & invocatio neceſſaria eſt ad valorem Baptiſmi. Habetur *in cap. in ſynodo, de conſecrat. diſt.*4. & tenent S. Thomas *q.*66.*art.*6. & priùs *diſt.*3.*q.*2. Sotus *diſt.*3. *ad artic.*6. Victoria *q.*16. Armilla *n.*6. Henriquez *lib.*2.*c.*8 *n.*1. *&* *c.*11.*n.*1. Suarez *diſp.*21. *ſect.*3. *&* 4. Ægidius *q.*66.*art.*5.*n.*52. Toletus *lib.*2. *c.*19.*n.*7. Vaſquez *diſp.*143.*c.*3. Valentia *diſp.*4.*q.*2. *punct.*2. Reginaldus *lib.*27.*c.*4.*n.*28. *&* 30. Filliuc. *n.*54. Vivaldus *c.*3.*n.*14. Bonac. *loc.cit.n.*7. Eſtius *loc. cit.* Granados *tract.*1.*diſp.*6. Yribarne *loc.cit.* Summa Theologica *de Baptiſmo, loco ſexto, pag. mihi* 130. & Hurtado *diſp.*1.*diffic.*9. Cano, Bellarminus, & communis penes ipſum Palaus *punct.*5.*n.*17.*verſ. Deinde.* Baunius *de Baptiſm. q.*11. *per totam*, & Dicaſtillo *dub.*5.*cit.à n.*103. vbi latè reſpondet ad textum pro oppoſita parte adductum. Legatur.

QVÆSTIO XX.

An hoc tempore valeat Baptiſmus ſub hac forma: Ego te baptizo in nomine Ieſu Chriſti?

AFfirmant Magiſt. *in* 4 *diſt.*3. Hugo *lib.*2. *de Sacramentis, p.*6.*cap.*2. Adrian. *in* 4.*q.*2. Caietan. *q.*66.*art.*6. Iavellus *tom.*2.*tract.*2. *de Baptiſmo, cap* 4. & in hanc partem aliqualiter inclinat Binsfeld. *loc. cit.*§.3. & Vivald. *c.*3.*n.*20. addens tamen, quod peccaret mortaliter, qui nunc ſic baptizaret. Favet huic ſententiæ Angelus *verb. Baptiſmus* 2.*n.*8. quatenus affirmat, quod baptizatus hoc modo, eſſet iterum ſub conditione baptizandus: propter dubium.

Sed longè multò probabiliùs, imò & ut certum reſpondeo: Non valere, quia Chriſti invocatio non eſt expreſſa Trinitatis profeſſio, quam in forma requiri ſæpè diximus. Sic S. Thom. *q.*66.*art.*6. Victoria *quæſt.*15. Sotus *diſt.*3.*q. unica, art.*6. Sylveſt. *Baptiſm.* 1.*n.*4. Armilla *n.*6. Henriq. *lib.*2.*cap.*8.*n.*5. Suarez *diſp.*21.*ſect.*3 Valentia *diſp.*4.*q.*1. *punct.*1. *verſ. in hac re*, Ægid. *q.*66.*n.*2 Filliuc. *tract.*3.*n.*6. Bonac. *diſp.*2 *quæſt.*2.*punct.*4.*num.*7 *&* 8 Vaſquez *diſp.*143. *cap.*4. Eſtius *in* 4.*diſt.*3.§.4. Sylvius *loc.cit.* Hurtado *diſp.*1.*diff.*9. Citatur etiam pro hac ſententia Sotus; ſed hic Doctor ſatis inclinat in contrariam, ut notat Gabriel *in* 3.*quæſt. unica, concl.*1. Tenet etiam Petrus de Ledeſma *de Baptiſmo cap.*4. prope finem, Reginald. *lib.*27.*n.*28. & alii, quos ſectantur Palaus *punct.*5.*n.*11. Dicaſtillo *loc.cit.* Trullench. *lib.*2.*c.*1. *dub.*3. *n.*8. & Bauny *q.*7. *de Baptiſmo*, dicens hanc ſententiam propè ad fidem attinere.

QVÆSTIO XXI.

An ſaltem debeat concedi, tempore Apoſtolorum adminiſtratum fuiſſe Baptiſmum ex diſpenſatione Chriſti ſub prædicta forma?

AFfirmant D. Thom. *q.*66.*art.*6.*ad* 1. Caiet. *ibid.* Sot. Bonav. Durand. *diſt.*3.*q.*2. Sylveſt. *Bapt.*1. *n.*4. Tab. *Bapt.*3.§.10. Nugnus *q.*66.*c.*9. *diff.*2. Armil. *n.*6. Tolet. *lib.*2.*c.*19. Valent. *q.*1.*punct.*3.§. *ad ſecundum reſpondeo.* Lublinus 1.*part. ſum. verb. Baptiſmus, n.*1. Binsfeld. *loc.cit.*§.3. Victoria *q.*15. & alii apud Henriq. *lib.*2.*cap.*10.*n.*1. *littera A.* Qui omnes aſſerunt, morem fuiſſe initio naſcentis Eccleſiæ (ſaltem ante paſſionem, aut aſcenſionem Chriſti) ut valeret Baptiſmus ſub hac forma, *Baptizo te in nomine Ieſu Chriſti*, ex diſpenſatione ab ipſomet Chriſto ad tempus data, ut ita nomen Chriſti Iudæis inviſum redderetur amabile fidelibus.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Nunquam adminiſtratum fuiſſe Baptiſmum in nomine Chriſti tantùm. Primò, quia non legitur in Scriptura, Apoſtolos ſub hac forma ad baptizandum habuiſſe diſpenſationem: ergo ſemper baptizarunt in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. Secundò, quia quando in actibus Apoſtolorum dicitur Apoſtolos baptizaſſe *in nomine Ieſu*, vel indicatur, baptiſmum adminiſtratum fuiſſe in merito, & virtute Chriſti, vel in nomine Chriſti, ſed nō ſolius; quia videlicet conjūgebātur aliæ perſonæ, hoc modo: *Ego te baptizo in nomine*

Patris,

Patris, Filii ejus Ieſu Chriſti Domini noſtri, & Spiritus ſancti. Sic D.Cypr. *epiſt.*73. & alii Patres. Henriquez *loc.cit.n.*3. Bellarmin. *cap.*3. Ægidius *loc.cit. num.*62. Filliuc. *tract.*2.*n.*57. Bonacina *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.*4.*num.*8. & Eſtius *loc.cit.* Cano *lib.*6.*de locis, cap.*8.*ad* 7. Suarez *diſp.*21.*ſect.*3. Salmeron, Maldonatus, Baronius, & alii quos citat, & ſequitur Granadus *tract.*1. *diſp.*7. *n.*3. Vaſquez *diſp.*143. *cap.*2. (unde malè citatur à Bonacina pro contraria ſententia.) Petrus Ledeſma *loc.cit.* Hurtado *diſp.*1.*diffic.*9. & Reginaldus *loc.cit.n.*29. dicens, ſed non bene, contrarium non eſſe probabile; eſt namque, ut innuit Vaſquez *loc. cit. n.*6. *pag. mihi* 478. Palaus *punct.*5. *cit.n.*11. & Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*5.*n.*103.

Quæstio XXII.

An validè baptizaret qui diceret: Ego te baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis, aut Spirati?

NEgant S.Th.*q.*66.*art.*5.*ad* 7. Henriquez *lib.*2. *cap.*9.*num.*4. Tolet.*lib.*3.*cap.*19. Scotus, Sotus Bonav. Ricard. Argent. quos refert, & ſequitur Suar. *diſp.*21. *ſect.*4. Filliuc. *tract.*2.*n.*58. Eſtius & Granad.*loc.cit.* Bonac.*loc.cit.n.*12. Vaſq.*diſp.*144. Hurtado *diſp.*1.*diffic.*10. Petrus de Ledeſma *c.*4. Archang. *diſt.*3. *pag.*22. Candidus *diſquiſ.*16. *art.*4. *dub.*7. & communis, quam tenet etiam Palaus *punct.*5.*n.*15. & Trullench. *lib.*2.*c.*1.*dub.*4.*n.*9.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Validè (licet non licitè) baptizare. Ratio eſt. Primò, quia mutatio accidentalis formæ non vitiat ſubſtantialiter illam: at in prædicta forma talis reperitur. Ergo. Secundò, quia in aliis formis mutatio verborum in alia præcipuè ſynonyma, non variat, aut deſtruit ſenſum eorum, neque obſtat valori Sacramentorum, ut ſuprà: at hîc licèt fiat mutatio, eſt in alia nomina ſynonyma, & propria trium perſonarum, manente expreſſa earum invocatione: Ergo. Sic Gloſſ.*in cap. multi, de conſecrat. diſt.*5. Caiet. *q.*66. *art.*5. Victor. *q.*14. Vivald. *cap.*3.*n.*17. & 18. Ægid. *q.*66. *n.*55. & reputant probabilem ſententiam Sotus, Suar. *loc. cit.* Valentia *q.*4. *diſp.*1. *punct.*3. Molfeſius *tract.*4. *cap.*1.*n.*46. *pag. mihi* 185. & Palaus *loc.cit.* Baunius *q.*12. & idem ſentiunt ſpeculativè loquendo, Dicaſtillo *n.*124. & Trullench. *loc.cit.*

Quæstio XXIII.

An validè baptizaret qui loco Filii, *poneret* Verbi, *dicendo*: Ego te baptizo in nomine Patris, & Verbi, & Spiritus ſancti?

NEgant Filliuc.*n.*51.& 68. Suarez *diſp.*21.*ſect.*4. & alii.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: validè baptizare. Quia ſi mutatio omnium trium perſonarum in alia æquivalentia & ſynonyma, non efficit formam invalidam, neque efficiet mutatio unius, aut alterius perſonæ. Sic Authores *ſuprà cit.* & Bonac. *loc. cit. n.*13. Addo quod vox *Verbum*, etiam accipitur communi acceptione pro Filio, non tamen conſequenter, ut conſtat. Quia ſi hic author concedit quod mutatio nominis unius perſonæ non efficit Sacramentum invalidum, ſimiliter debebat concedere, neque efficere invalidum mutationem cæterarum perſonarum: quod negavit *quæſt. præcedenti.*

Quæstio XXIV.

An validus fiat Baptiſmus, ſi dicatur: Ego te baptizo in nomine Patris, & Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti.

NEgant Vaſquez *diſp.*144. *c.*4. *n.*14. & 15. & Hurtado *diſp.*1.*diff.*10. niſi caſu quo addatur, & Ieſu Chriſti Filii ejus. Quibus ego addo Petrum Cañedo *de Baptiſ. c.*2. *pag. mihi* 43. & Angles *quæſt. de Baptiſ. art.*3. *diff.*6. dicentem eſſe probabile.

Sed probabiliùs reſpondeo: fieri validum, etiamſi non addantur illæ particulæ, ſcilicet, *& Filii ejus*, Quia etiamſi non addantur, eſt verus Filius Patris, & ſignificatur. Sic Sotus *diſt.*3.*q. unica, art.*5. Tolet.*lib.*2.*c.*19.*n.*7. Granadus *tract.*1.*diſp.*5.*in fine*, & innuunt Suar. *loc.cit.ſect.*4. & Bonac. *diſp.*2.*quæſt.*2. *punct.*4.*n.*8. *verſ. reſpondeo ſecundò*, & expreſſius hoc tenet Barth. de Ledeſ. *diff.*5.*concl.*4.*col.*118. per hæc verba. Si quis baptizaret in nomine Patris, & Chriſti & Spiritus ſancti, verè conferret Baptiſmum, quia Chriſtus etiam eſt perſona divina, in quantum Deus. Sic ille, & Rodrig. *cap.*2.*de Baptiſmo, n.*2. Vega 1.*p. ſumma, c.*23.*caſu* 5.*col.*211. & Archang.*diſt.*3.*pag.*24. *ad* 4.*argumentum*, Trullench *lib.*2. *cap.*1.*dub.*4.*n.*8. & omnes concedunt eſſe validum datum ſub forma: *Ego te baptizo in nomine Patris omnipotentis, & Filii unigeniti, & Spiritus ſancti Paracliti*, ex D.Thom. 3. *part. quæſt.*60. *art.*8. Durando *in* 4. *diſt.*3. *q.*2.*n.*6. & ex aliis.

Quæstio XXV.

An fiat validus Baptiſmus ſic adminiſtratus: Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus.

AFfirmant Hurtad. *loc. cit.* & Vaſq. apud ipſum *loc.cit.n.*15.& 16. Quibus ego addo Cañedo *de Baptiſ.c.*1.*pag.*49. Iavellum *tom.*2.*tr.*2.*de Bapt.c.*4.*in fine*, & uſum quem habet provincia Hæreticorum Boſniæ, prædicta forma baptizantium, ut refert Navar. *lib.*3.*conſil. de Baptiſ.conſil.*3.

Sed probabiliùs, & magis conſequenter reſpondeo, non fieri validum, non expreſſo nomine *Sancti*. Ratio eſt, quia omiſſo hujuſmodi nomine, non exprimitur expreſſe tertia perſona, quæ uno nomine dicitur Spiritus ſanctus, ex D.Thom. 1. *part. q.*36. *art.*1. Sic Filliuc. *tr.* 2.*n.*55. & ante ipſum doctiſſimus Navar. *loc.cit.* qui hoc latè, & doctè probat.

Quæstio XXVI.

An fiat validus Baptiſmus collatus ſub hac forma: Ego te baptizo in nomine Patris: Ego te baptizo in nomine Filii: Ego te baptizo in nomine Spiritus ſancti.

NEgat Comitol.*lib.*1.*q.*7. apud Laym.*c.*4.*de Baptiſmo, n.*5. & à fortiori negare debebat Bonacina qui ut vidimus *q.*15. negávit validum eſſe Baptiſmum ſub hac forma datum: *Ego te baptizo in nomine Patris, in nomine Filii, in nomine Spiritus ſancti*; non tamen negat, ſed potiùs in ultima impreſſione id expreſsè concedit *n.*15. qui etiam pro ſe citat Comitolum eadem quæſtione, qua Layman pro ſententia contraria citavit. Ratio Comitoli eſt, quod in prædictis verbis tres ſignificentur ablutiones, cum tribus formis imperfectis: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: quod ſic, ſive baptizatus ter aſpergatur aqua, ſive ſemel, modò prædicta verba morali continuatione dicantur. Ratio eſt, quia

per

per hoc non mutatur ſenſus formæ, ſed clariùs exprimitur, cùm hæc verba; *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, implicitè contineant hanc triplicem propoſitionem aſſignatam. Sic Layman *loc.cit.* Sotus *diſt.*4.*q.*1.*art.*3. Filliuc. *tract.*2. *num.*50. & alii. Addit item Bonacina *loc.cit.num.*15. cum Toleto *loco cit.num.*8. validum eſſe baptiſmum hoc modo collatum: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Ego te baptizo.* Vel, *In nomine Patris ego te baptizo, & Filij, & Spiritus ſancti.* Quod idē docent Layman *loc.cit.* Eſtius in 4.*diſt.*3.§.6. & communis, quam etiam tenent Trullench. *lib* 2.*cap.*1.*dub* 4.*n.*7. & Bannius *quæſt.*8. *de Baptiſ.* ubi ad rationem Comitoli negat ibi dari tres formas, ſed vnicā tantùm, cuius tres ſunt veluti partes, ac membra, quæ diuiſim, ac ſeorſum ab aliis completè nihil ſignificant.

QVÆSTIO XXVII.

An ſit validus Baptiſmus ſub hac forma datus: Ego te baptizo in nomine Patris, Filij, & Spiritus ſancti?

NEgat Alexand. Alenſ. apud Peſant. 3.*p.quæſt.*60. *art.*8.*diſput.*4. cui ſatis fauet Layman *tract.*2.*de Baptiſm. cap.*4.*n.*6. quem citat, & ſequitur Palaus, quatenus docet, non eſſe validum Baptiſmum collatum iis verbis: *Ego te baptizo in nomine Spiritus ſancti, Patris, & Filij.* Quia credit talem mutationem eſſe ſubſtantialem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, eſſe validum. Quia verè non mutatur ſubſtantialiter ſenſus formæ: Pater enim ſolùm eſt prior prioritate originis: hæc tamen ipſo nomine Patris, reſpectu Filij, ſatis indicatur. Sic D. Bonau. *diſt.*3 *q.*3. Scotus & Durand. *quæſt.*2. Sotus & Gabr. quos ſequitur Peſant. *loc.cit.* & Bonacina, & Tolet. *loc.cit.* necnon & Eſtius *loc.cit.* ſubjungens: peccare grauiter miniſtrum, ſic perſonarum ordinem ſecundùm originem, inuertentem: Tenent etiam Hurt. *diſp.*1.*de Sacram.diff.*14. Iavellus *tract.*1. *cit.cap.*2. Summa Theologica *ſexto loco, et pag.mihi* 131. Lugo *de Sacram. in genere, diſp.*2. *ſect* 9.*n.*117. & Sayrus *lib.*1.*cap.*4.*art.*6. & Vega 1. *part. Sum.c.*13.*caſu* 51. addens: [Que no ſeria baptiſmo, ſi diziendo lo, quiſi eſſe introducit error, diziendo ſer el Hijo primero, que el Padre; como lo dize Soto *in* 4.*diſt.*1.*quæſt.*1. *art.*8.] Sic etiam Dicaſtillo *dub* 6.*num.*129. Barthol. ab Angelo §.121. & Trullench *lib.*2.*cap.*1. *dub.*4.*num.*9.

QVÆSTIO XXVIII.

An etiam validus ſit Baptiſmus ſub hac forma datus: Ego baptizo in te nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti?

AFfirmat Ægid. *quæſt.*60.*art.*8.*dub.*1.*num* 69.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe. Quia re vera mutatur eſſentialiter ſenſus formæ. Sic Hurtado & Sayrus *loc.cit.* & Lugo *loc.cit.num.*112. addens ſecus eſſe dicendum, ſi baptiſmus iis daretur verbis: *Ego Patris baptizo te in nomine Filij, & Spiritus ſancti.* Sed Sotus *in* 4.*diſt.*3. *c.*2. etiam dicit inualidum baptiſmum iis verbis datum, & idem ex illo docet Sayrus *lib.*1. *cap.*4.*art.*6.*pag.mihi* 218.

QVÆSTIO XXIX.

An illæ duæ particulæ, Et, *ſint de eſſentia formæ Baptiſmi?*

AFfirmant Innoc. quem citat, & ſequitur Angel. *Bapt.*4.*num.*11. Syluest. *Bapt.*1.*num.*6. Armilla *num.*8. Gabriel *in* 4 *diſt.*4.*quæſt.vni c. dubit.*3. Palud Adrian. Marſil. & Maior, quos citat, & ſequitur Viuald. *cap.*1.*num.*22. Bartholom. de Ledeſma *diff.*5. *concl.*4.*col.*118. & nouiſſimè Bauny *q.*5.*de Baptiſm. pag.*36. & *q.*9.*per totàm*, ubi pro ſe, inter alios, citat Scotum, Sotum, & Ricardum: exiſtimantes, particulam *Et*, ſpectare ad formæ eſſentiam, citat etiam Diana pro hac ſententia Reginaldum *lib.*17.*c.*4. *n.*30. Sed meo iudicio, non rectè: cùm hic author potiùs loquatur in ſententia aliorum, & ſolùm dicat habere aliquid probabilitatis, per hæc verba: Perſonæ debent in forma Baptiſmi exprimi, ſecundùm eas maximè rationes, quibus conſtituuntur, & inter ſe diſtinguuntur, ad quam diſtinctionem indicandam, quia particula *Et*, facit aliquid, Syluest. *loc.cit.* cum Innocentio *ad caput* 1.*de Baptiſmo*, ſentit ea omiſſa, non perfici Sacramentum, niſi ſuppleatur per aliquam æquipollentem. Quod quia habet aliquid probabilitatis, talis omiſſio ſufficientem cauſam præberet Baptiſmum iterandi ſub conditione. Sic ille. Ex quibus verbis conſtat Reginaldum oppoſitam ſententiam probabiliorem ſentire.

Vnde probabiliùs reſpondeo, non eſſe de eſſentia formæ; & ita etiamſi tales coniunctiones omittantur, non eſſe inualidum Baptiſmum. Ratio eſt, quia earum omiſſio non deſtruit ſenſum formæ, cum abſque illis tota inuocetur Trinitas. Erit ergo validus Baptiſmus ſub hac forma datus: *Ego te baptizo in nomine Patris, Filii, Spiritus ſancti.* Sic Filliuc. *n.*63. Tolet. *loc. cit.n.*5. Ægid. *n.*61. Pitigian. *in* 4.*diſt.*3. *quæſt.*2.*art.*12. Diana 2.*p.tract.*15.*reſ.*47. Ochagau. *de Bapt.quæſt.*10.*in fine*, Hurtado *loc.cit.* Layman *de Baptiſmo, c.*4.*n.*5. dicens eſſe communem doctrinam Sayrus *lib.*1.*c.*4. *art.*4. *in fine.* Adrianus *quæſt.*1. *de Bapt. art.*3. *memb.*2.§. *Dico igitur*, Comitolus *lib.*1. *Reſponſ.quæſt.*9. & Dicaſtillo *diſp.*1.*dubit.*5.*in fine.*

QVÆSTIO XXX.

An peccaret mortaliter qui prædictam particulam Et, *omitteret?*

AFfirmant Doctores pro prima ſententia citati, necnon & Filliucius *loc.cit.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non peccare, niſi venialiter (omiſſo ſcandalo, & contemptu.) Ratio eſt materiæ paruitas. Sic Bonacina, Hurtado, & alij *loc. cit.* quos ſequitur Diana *loc. cit.* qui tamen malè citat Sotum pro hac ſententia, cùm nihil de hac quæſtione agat *Sic etiam* Dicaſtillo *dubit.*5.*cit.n.*78. Vbi ita ait: Deinde aliquid dicemus de particulis *In*, ac *Et*, an illas omittere ſit eſſentialis defectus; nam ſaltem peccatum mortale non erit eas omittere, ſi ſemel ſupponamus, non eſſe de eſſentia, &c. ſic ille.

QVÆSTIO XXXI.

An particula, Amen, *ſit de neceſſitate, & ſubſtantia formæ?*

AFfirmatiuam partem latè probat, & ſequitur Viuald. *cap.*3. *num.*23. *& ſequentibus*, licèt in fine ſe ipſum corrigat.

Vnde longè probabiliùs reſpondeo, quod non ſit. Ratio eſt, quia hæc vox, *Amen*, ſola eſt quædam confirmatio, & deprecatio, vt Baptiſmus factus ſit proficuus. Sic Filliuc. *num.*46. Henriquez *lib.*2.*cap.*8.*n.*6. Ægid. Bonacina & alij, & eſt communis, quam nouiſſimè tenent Baunius *de Baptiſmo quæſt.*19.*in fine*, & Dicaſtillo *loc.cit.n.*130.

Qvæstio XXXII.

An vox, Amen, *ſit ſaltem de præcepto formæ Baptiſmi?*

NEgant (niſi fortè conſuetudo particularis hoc habeat) Armilla *v. Bapt. q. 7.* Sylveſt. *Bap. 1. q. 3.* & Bartholomæus de Ledeſma 2. *p. diff. 5. col.* 113. & apud ipſum Petrus de Palud. Negat etiam abſolutè Gabr. *loc. cit. lit. E.* per hæc verba. *Amen*, non ponitur in hac conſtitutione Alexandri, ſed neque in Evangelio, Matth. ultimo, ubi forma traditur, *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Ideo, *Amen*, non eſt de complemento formæ, ſed uſu quorumdam baptizantium, ac ipſum addentium; ideò nihil refert, ſive addatur, ſive omittatur. Sic ille, & ante illum Olcot. *loc. cit.*

Sed probabilius reſpondeo, eſſe de præcepto. Hoc enim, ad minus, probant multa jura adducta à Vivaldo *n. 23.* præcipuè *c. 1. de Bapt.* quod eſt Alexandri; unde male dixerunt Olcot, & Gabr. non poni prædictam particulam, *Amen*, in dicta conſtitutione. Sic enim dicit Alexander III. *Si quis puerum ter in aqua immerſerit in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen*, & non dixerit: *Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen, non eſt puer baptizatus.* Sic Alexander, & ſic Viguer. & Argent quos ſequitur Vivald *loc. cit.* Filliuc. *n. 64.* Hurtado *disp. 1. diff. 7.* Archangel. *diſt. 3. pag. mihi* 21. Qui omnes concedunt, ſolùm reum fore culpæ venialis illum, qui talem omitteret vocem. Sic etiam Ægid. *n.* 16. & Bonacina *loc. cit. n. 61.* Henriquez *loc. cit.* & innuit Frias *fol. mihi* 83. & Binsfeldius in Enchirid. *§. 3. de Baptiſmo.* Sic etiam Graffius *part. 2. lib. 1. deciſ. aur. c. 3. de baptiſ. n. 25.* dicens, eſſe grave peccatum, poſt Navarrum *c. 22. n. 5.* docentem, illud verbum, *Amen*, eſſe de neceſſitate præcepti, quod idem docuit Fabius Incarnatus *in ſuo Scrutinio Sacerdot. tract. 2. 1. p. ubi de bapt. pag. mihi* 26 Leguntur Baunius, Trullench, & Dicaſtillo *loc. cit.*

Qvæstio XXXIII.

An ſit de neceſſitate præcepti, quod forma proferatur à Sacerdotibus Latino ſermone?

AFfirmat Aureol. *in 4 diſtinct. 3. q.* 2. docês, quod ſic debeat proferri à Latino, qui ſcit literas. Ab eo verò, qui laïcus eſt, ſed litteras neſcit, debeat proferri in vulgari.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe: Quia uſu receptum eſt, ut omnes indiſcriminatim proferant formam Baptiſmi vulgari lingua. Imò conſultum eſt, ut ſi miniſter neſciat bene exprimere formam latino ſermone, exprimat vulgari. Vnde fœminæ ſermone vulgari baptizantes, melius faciunt. Sic Victoria *q.* 18 Henriquez *lib. 1. c. 1. n. 2.* Angel. *Bapt. 2. n. 12.* Reginald. *lib. 28. n. 31.* Bonacina *loco citato, num.* 17. Nugn. *q. 60. art* 8. *diff.* 3. Diana 2. *p. tract. 1. miſc. reſ.* 46. Quamvis hi tres Doctores addant, Sacerdotes peccare venialiter proferendo formam Baptiſmi in lingua vulgari. Et id loquendo de omnibus, innuit Naldus *verb. Baptiſmus, n.* 18. ſic dicens: Baptiſmum conferre lingua materna, ſeu idiomate vulgari, non videtur mortale. Sic ipſe. Dicaſtillo *diſp. 2. dub. 6. n.* 131. & Barthol. ab Angelo §. 107.

Qvæstio XXXIV.

An valeat Baptiſmus, ſi eius forma ab Idiota, aut à Balbo proferatur corruptè?

REſpondeo, Quod ſic. Quia error ſyllabæ non nocet, ſi non fiat mala intentione, ſed ex impotentia, aut imperitia, maximè in fine dictionis. Sic definit Pontifex Alexand. III. *cap. ſi quis puerum*, & Zachar. Papa *cap. Retulerunt, de conſecrat. diſt.* 4 de illo qui ſic formam proferebat: *Ego te baptizo in nomine Patria, & Filia, & Spiritua Sancta*, &c. Tenent Angel. *loc. cit. n.* 15. Henriquez *lib. 1. c. 9 n. 6. & lib. 2. c. 9. n. 3.* Sotus *diſtinct. 1. q. 1. art. 8. & diſt. 3. art. 5.* & Sayrus *lib. 1. c. 4. art. 4. & art. 5.* qui idem aſſerit de illo, qui ex linguæ defectu diceret: *Ego te aptizo, vel batizo*: pro *ego te baptizo*, per hæc verba. Quando ſubtrahitur aliqua ſyllaba, vel littera per ſyncopam, non deſtruitur propter hoc forma: dummodo remaneat ſenſus ex accommodatione. Vnde ſi quis diceret, *ego te batize*, pro *baptizo*, vel *in nomine Patri*, vel *Pati*, pro *Patris*, non tollitur Sacramentum, & ſimiliter ſi quis diceret: *Hoc es*, pro *eſt*, corpus meum.

Qvæstio XXXV.

An etiam valeat, ſi quis ex induſtria, aut joco corrumpat verba formæ?

REſpondeo, valere: ſi aliàs ſervet intentionem Eccleſiæ, & ſenſus formæ moraliter maneat: peccabit tamen graviter ſic Baptiſmum adminiſtrans. Prima pars probatur, quia in prædicto caſu concurrunt materia, intentio, & ſenſus formæ. Secunda etiam conſtat, quia magnam infert irreverentiam Sacramento. Sic D. Th. *q. 60. art. 7. ad* 3. Palud. *diſt. 3. q. 1. art.* 1. Angel. *Bapt. 2. n.* 15. Henriquez *lib. 1. cap. 9. n. 6. & lib. 2. c. 9. n. 1.* & alij communiter.

Qvæstio XXXVI.

An ſi quis adderet aliquid formæ Baptiſmi, dicendo, v. g. Ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Beatæ Mariæ, aut omnium Sanctorum, *conficeret Sacramentum?*

NEgant Graff. *p. 2. lib. 1. c. 3. n.* 24. & apud illum Hoſtienſ. & Archidiac. Archang. Rubeus *in 3. diſt.* 2. Pitigian. *in 4. p. 1. diſt. 3. q. 2. art.* 12.

Sed probabiliùs reſpondeo: conficere Sacramentum, dummodo per illam verborum additionem non intendat baptizare in nomine Virginis (vel in nomine omnium Sanctorum) ſed tantùm implorare auxilium ejus parvulo baptizato ad conſervandam gratiam baptiſmalem. Ratio eſt, quia in hoc caſu non mutatur ſubſtãtialiter ſenſus formæ. Sic D. Th. *q. 60. art. 8. in corp.* Sotus *diſt. 1. q. 1. art.* 8. Durand. *diſt. 3. q.* 2. Palud. *q.* 1. Henriq. *lib. 2. c. 8. n.* 2. Suar. *diſp. 21. ſect.* 4. Ægid. *de Sacr. q. 60. n.* 70. Vaſq. *diſp. 129. c. 7. n.* 107. *& 4. tom. q. 84. art. 3. dub. 4. n.* 5. Diana *loc. cit. reſ.* 48. Bonacina *diſp. 2. q. 1. punct. 4. n.* 19. & apud ipſũ Summa Corona, Bartholomæus ab Angelo, & Molfeſius. Scrutinium Sacerdot. *tract. 2. 1. part. §. de Bapt. pag. mihi* 28. & Gabr. *in 4. diſt. 4. q. un. dub.* 1. qui ex Angelo in ſumma docet, quod etiamſi quis ex malitia diceret, In nomine Diaboli, Ego te baptizo in nomine Patris, &c. non ut aliquid formæ adderet, verè baptizaret, licèt graviter peccaret: lege Dicaſtillo *diſp. 1. dubit. 6. n.* 133.

Qvæstio XXXVII.

An validè baptizet qui profert verba formæ cum interruptione, aut diſcontinuatione?

REſpondeo: Quod ſi proferat cum magna verborum interruptione, aut interpolatione, ita ut tanta ſit, quod intercipiatur intentio pronuntiantis, aut non maneat moraliter, neque una oratio, neque unus ſenſus, non baptizabit validè: Secus tamen, ſi proferat

proferat cum parva interpellatione, putà tuſſis, vel ſilentii, vel interpoſitione ſermonis, ex aliqua orta occaſione, ut ſi poſt dicta illa verba: *Ego te baptizo*, dicat *fuge hinc*, vel *Dominus tecum*, aut ſimilia. Quia per hoc neque interrumpitur oratio, neque ſenſus formæ, neque intentio proferentis. Sic D. Th. *q.*60. *art.*8.*ad* 3. Angel. *loc.cit.n.*3. Henriquez *lib.*1.*cap.*9. *n.*8.*& lib.*2.*cap.*9. *n.*1. Gabr. *loc.cit.lit. F.* Bonacina *diſp.*1.*q.*2.*punct.*1.*n.*23. & apud ipſum Valentia, Sayrus, & alii, & eſt communis.

QVÆSTIO XXXVIII.

An validè baptizet, ſi quis poſtquam dixerit, Ego te bap, *propter unam tuſſim, aut propter reſpirationem, &c. paululum quieſcat, deinde addat,* tizo in nomine Patris, *&c.*

NEgat Bonacina *loc.citato, n.*13. qui pro ſe citat Barthol. ab Angel. *de Baptiſ.dialogo* 2. *n.*122. & Naldum *verb. Sacramentum, n.*4. Sed hunc authorem quem vidi, non bene, ut *infrà*.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, validè baptizare; quia huiuſmodi interpolatio, aut intermiſſio, neque intentionem Miniſtri, neque ſenſum mutare videtur. Sic Peſantius 3.*part.q.*60. *art.*8. licèt exemplum in alia Sacramenti forma apponat. Sic etiam Naldus eodem loco à Bonacina pro oppoſita parte citato, per hæc verba: Sacramentum non conficitur, ſi interrumpantur per ſpatium temporis notabile verba formalia, & neceſſaria ad ipſorum eſſentiam: putà ſi quis diceret: *Hoc eſt cor*, & ſtatim quieſceret per aliquod ſpatium notabile, & poſtea ſubiungeret, *pus meum*. Profectò non conſecraret, quod ſi pateretur aliquam breuem mentis euagationem aliquo, putà artifice in Eccleſia obſtrepente; & propterea aliquantiſper quieſcendo ſubſiſteret, & poſtea ſubderet *pus meum*; tunc non videretur perire ſenſus formæ Sacramenti; & ſic illa verba non eſſent iteranda. Poſt alios docet Bellarmin. *tom.*3. *controu. lib.*2. *c.*21. Hucuſque Naldus.

QVÆSTIO XXXIX.

An validus ſit Baptiſmus, ſi puer moriatur, nondum finita forma Baptiſmi, v.g. ſtatim poſtquam Sacerdos dixit: Ego te baptizo in nomine Patris?

AFfirmant Sylveſt. *Baptiſm.*1. *num.*5. Armilla *num.*16. Graff. 1.*p.lib.*1.*cap.*3.*n.*26.*fol.mihi* 7. Angel. *Baptiſm.*7.*num.*8. Vivald. *cap.ult.de Baptiſm. num.*17. & alii plures apud Henriquez *lib.*2.*cap.*11. & noviſſimè Lublinus 1.*p.Summ. v.Baptiſm.num.*6. dicens, eſſe ſententiam communem Doctorum exiſtimantium in hoc neceſſitatis caſu ſufficere, Sacerdotem unam perſonam exprimere Sanctiſſimæ Trinitatis: quia Chriſtus (inquiunt) ſummus Sacerdos tunc ſupplebit effectum quantum ad gratiam. Tenet etiam hanc ſententiam Iavellus *loc.cit.cap.*4. ubi abſolutè docet, quod ſi quis baptizaret tantum *in nomine Patris*, valeret baptiſmus; quoniam in Patre (inquit) perſonaliter ſumpto includitur Filius, & Spiritus ſanctus. Et hoc eſſe piè dictum, apertè firmat Trullench his verbis: piè tamen D. Th. *diſt.*3.*q.*2. *art.*2. *ad* 4. & cum eo Sylveſter *Bapt.*1.*n.*5. exiſtimant eſſe baptiſmum, & Deum ſupplere effectum, & conſequenter puerum ſepeliendum in loco ſacro. Ita ille *lib.*2.*cap.*1.*dub* 4.*n.*13.

Sed longe multò verius, & probabilius, imò ut mihi certum reſpondeo: neque in prædicto caſu valere baptiſmum, & conſequenter neque puerum ſepeliri debere in loco ſacro. Primò: quia non adeſt integra forma, neque integer ſenſus illius. Secundò: quia nullo capite conſtat, Deum ſupplere Baptiſmum, ergo cum aliàs conſtet eſſe invalidum, ita tenendum eſt Sic Sotus *diſt.*1.*q.*5.*art.*8. Bellarm. *lib.*2.*de bapt.c.*5. Henriq. *loc.cit.n.*2. Naldus *loc.cit. num.*10. Bonac. *diſp.*2.*cit.q.*2.*punct.*4.*n.*18. & eſt communis, quam tenet etiam Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*6.*n.*132.

QVÆSTIO XL.

An ſaltem ſit validus, ſi puer moriatur in eo inſtanti, in quo finitur ultima ſyllaba formæ?

AFfirmant Sotus *diſt.*1.*q.*3.*art.*1. *& diſt.*9.*q.*2. *art.*7. Ledeſma *q.*3.*art.*1. Major 4.*diſt.*16. & & conſequenter authores præcedenti quæſtione citati. Sed æquè probabiliter reſpondeo, adhuc non eſſe validum, neque puerum recipere in tali caſu effectum Baptiſmi, cùm jam non ſit homo Viator. Sic Henriq. *lib.*1.*c.*19.*n.*2. *& lib.*2 *c.*9. *n.*2. Adrian. *de confeſ.q.*4. Suarez *tom.*3.*diſp.*8.*ſect.*2. Hurtado *diſp.*3. *de Sacram.in gen.diff.*7. Bonac. *diſp.*1.*de Sacramentis, q.*4.*punct.*2.*n.*4. & alii communiter.

QVÆSTIO XLI.

An ſit neceſſaria ſimultas in prolatione formæ, & ablutione, ita ut eodem tempore concurrat ablutio cum verbis formæ?

AFfirmant Sotus *in* 4. *diſt.*6. *q.*2. *art.*2. Caiet. *tom.*1.*opuſc.tract.*26. Navar.*cap.*22.*n.*7. Angel. *Bapt.*4.*n.*4. Qui omnes docent, ſufficere quod prolatio verborum incipiat antequam ablutio terminetur, vel è contra: aliàs eſſe invalidum Sacramentum.

Sed probabiliùs reſpondeo: quod licèt requiratur ſimultas in prolatione formæ baptiſmi, & ablutione, non tamen eſt neceſſarium, quod ſit talis, quod antequam ablutio aquæ finiatur, incipiant verba, vel è contra antequam finiatur forma, incipiat ablutio, ſed ſufficit, quod finita ablutione proferantur verba, aut finitis verbis ſtatim ablutio fiat. Et ratio eſt, quia ſic cenſentur ſimul moraliter eſſe. Sic Victor. *q.*58. Henriq. *lib.*1.*c.*9.*n.*10.*& lib.*2.*cap.*9.*n.*1. Villalob. *tom.*1. *tract.*4.*diff.*2.*n.*1. Laym. *lib.*6.*tract.*2.*cap.*7.*n.*5. Diana 3.*p.tr.*4.*reſ.*6. Heredia *diſp.de Sacram. p.*6 *dub* 2. *n.*8. qui ſic ait: Qui baptizatur, poteſt ablui in totum ante inchoatam formam, quinimò interpoſita brevi morula (e.g. in qua poſſit oratio Dominica recitari) adiici poteſt forma baptiſmi, & vice verſa. Sic ille, ſed nimis laxè in exemplo appoſito, cujus morula, non brevis, ſed longa ſatis apparet, aptius ergo eſt à nobis ſuprà *q.*37. aſſignatum exemplum.

QVÆSTIO XLII.

An validus ſit Baptiſmus datus per nutus & ſigna?

PArtem affirmativam tueri Valentiam, affirmat Luduv. de S. Iuan *q.*1.*de Bapt. art.*4.*diff.*7. *p.*55. bis verbis. [Greg de Valentia dize, que aſſi como el Sacramento de la penitencia, el del Matrimonio ſo pueden dar ſin palabras, ſolamente por ſeñales tambien el del Bautiſmo, *non enim* (dize) *apparet differentia: & tamen nutibus non ſit omnino expreſſa ſignificatio.*] Sic Pater Ludovicus. Sed miror valde, virũ aliàs diligentem, ita in hac ſe dormitaſſe, ut rationẽ dubitandi Valentiæ ejuſdẽ eſſe ſententiam exiſtimet Cùm oppoſitũ expreſſis verbis ſuſtineat, ut ſtatim conſtabit. Melius poſſet referre pro hac parte opinionem Paludani *in* 4.

diſt.3.*q*.2.*art*.3. docentis, valere formam baptiſmi per nutum, aut ſcriptum, abſque prolatione verborum.

Sed certiſſimè reſpondeo, non eſſe validum Sacramentum Baptiſmi per ſigna, vel per nutus datum. Sic Valent. *diſp*.4.*de Bapt*.*q*.1.*punct*.3.*col*.703. vbi ſic ait: Ad quintam dubitandi rationem reſpondeo, *nutibus* nullo modo poſſe adminiſtrari baptiſmum. Diſcrimen enim eſt, quod Baptiſmus peculiari quadam ratione eſt Sacramentum fidei, cuius ideo facienda expreſsè confeſſio eſt, vt rectè oſtendit Adrian. *q. de baptiſmo, art*.1. ad vltimum, &c. Sic Valentia, & cum eo omnes Doctores, quos etiam ſequitur prædictus Ludouicus, de quo optimè Sotus *diſt*.4.*art*.5. Henriquez *lib*.1.*de Sacram. in genere, cap*.8.*num*.5. (vbi in Gloſſa, lit. L. ait: oppoſitam ſententiam eſſe periculo plenam; & ſecundum aliquos Recentiores, hæreticam, & contra communem ſenſum Eccleſiæ, & Conciliorum.) Sic etiam ipſe *lib*.1.*c*.8.*a*.1.*lit*.*D*. & ante ipſum Palatios, *diſt*.3.*q*.1.*pag*.60. Vbi expreſsè refutat ſententiam Paludani. Vega etiam 1.*p*.*ſumma*,*c*.33. *caſu* 72. & alij.

Qvæstio XLIII.

Quænam ſit forma conditionalis Baptiſmi: & quando ſit conferenda?

Reſpondeo ad primum: Quod hæc, *Si non es baptizatus, Ego te baptizo in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti, Amen*. Sic habetur *in c*.2. *de Bapt*. Ad ſecundum reſpondeo. Quod tali forma uti debemus, quando baptiſmus eſt incertus, & dubius. Sic omnes authores, præcipuè D. Thom. 3. *p*.*q*.66.*art*.9. *ad* 4. Sotus *diſt*.6.*q*.8. Vaſq. *in* 3.*p*.*tom*.2.*diſp*.146. *c*.3. Ochag. *de Bapt*.*q*.11.*n*.5. & alii.

Qvæstio XLIV.

An infantes expoſiti debeant baptizari ſub conditione?

Affirmant debere, ſi nulla ipſis adjecta ſit ſchedula, quæ de Baptiſmo teſtificetur, quamvis in ea teſtis nomen non producatur: Sotus *diſt*.3.*q*.*un*.*art*.9 Bartholom de Ledeſma *diff*.9.*col*.144. & 145. Laym *c*.5.*de Bapt*.*n*.2. Palud. Ricard. Angel. Sylveſt. & alii quos citat, & ſequitur Vivaldus *de Baptiſmo*,*n*. *mihi* 65. Dianá *in addit*.*ſecund*.*reſ*.9.& 10.& 5.*p*.*tr*.15. *reſ*.85. Dicaſtillo, Vaſquez, Palaus, Portel, Zambranus, & alii quos citat D. Didacus Frances *ut infrà*. Quia ex ſchedula ſatis probatur baptiſmus.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non ſolùm debere baptizari ſub conditione in caſu quo tales infantes non ferant ſchedulam, in qua ſcriptum habeatur, eos fuiſſe baptizatos (ut omnes Doctores teſtantur:) Verum etiam in caſu quo ſcriptum ferant fuiſſe baptizatos: ſi nomen teſtis ad minus non producatur. Sic docet Bartolus *in l*.1.*C*.*ne Sacr*.*Bapt*.*reit*. ut infrà, & Gab. *diſt*.4.*q*.2.*dub*.4.*lit*.*P*, per hæc verba Dubitatur 4. de parvulis expoſitis ſive inventitiis, an ſint baptizandi? Reſpondetur ſecundum Sotum *diſt*. *præſenti*,*q*.*ult*. & Robertum Olcot. *q*.1.*quarti*, & habetur caſus *de conſecratione diſt*.4.*Parvulos*, &c. *Placuit*. Quod ſi inveniantur certa ſigna quod non eſt baptizatus, ſicut mulierculæ ſolent cum eo ponere ſal ſicut cum deportantur ad baptiſmum, tunc abſque hæſitatione baptizandus eſt parvulus abſolutè. Si autem non inveniãtur aliqua ſigna, neque habentur vicinarum teſtimonia, quod baptizatus eſt, baptizandus eſt, & tutius fit ſi addatur conditio, *Si baptizatus es, non te baptizo*, &c. Sic ille. Vbi apertè docet noſtram ſententiam. Illamque approbat uſus, & praxis hoſpitalis Expoſitorum Toletanæ ciuitatis, vbi omnes ſub conditione baptizantur: quamuis ſecum ferant de Baptiſmo ſchedulas, vt ego à D. Gubernatore accepi.

Adde verba 6. Synodi, *can*.84. vbi ſic habetur: *Quoties non inueniantur firmi teſtes, qui eos, abſque vlla dubitatione, baptizatos eſſe dicant, neque ipſi propter ætatem de ſibi tradito miniſterio aptè reſpondere poſſint, debere Baptizari*. Sic Concilium. Quid clarius? Et idem habetur in Conc. Carthagin. 5.*c*.6. & in Conc. African. *can*.39. & in Concil. Vormacienſi, *can*.70. Imò, poſt hæc ſcripta inueni Torreblancam noſtram docentem ſententiam, *lib*.2. *practicarum*, *c*.4. vbi ſic ait: Vnde expoſitus baptizandus eſt in quacumque ætate, ſaltem ſub conditione, quando de eius baptiſmo non conſtat. Conſtare autem non dicitur per ſchedulam ſimplicem, etiam ſubſcriptam, quam tales expoſiti portare ſolent: aut per aſſertionem vnius vetulæ, vt arbitrantur Palud. Sotus, & Henriq. Sed per ſufficientem probationem, vel ipſius baptizati aſſertionem, ſi ſolùm agitur de baptiſmo iterando, vt deciſum eſt in Conc. Carthag. 5. *c*.6. *relato in cap*. *Placuit*, *de conſecrat*.*diſt*.4. Sic ille. Et ſic etiam apud Dianam *loc*.*cit*. Marchantius in Candelabro Sacram. *qq*. *Paſt*.*tr*.2.*de Baptiſm*.*c*.2.*q*.4. Et me citato Quintadoeñas *tom*.1.*ſingal*.9.*de baptiſm*. & Didacus Frances *in Paſtorali interao*,*p*.2.*tr*. *vnico*,*q*.4.*à num*.9. & Ioan. Henriquez *ſect*.19.*q*.10.

Qvæstio XLV.

An infantes, qui ob aliquam cauſam domi ab obſtetricibus, parentibus, aut aliis laicis baptizati ſunt, iterum baptizari in Eccleſia ſub conditione poſſint, aut debeant?

Negant communiter Doctores abſolutè docentes, nullo modo eſſe rebaptizandos antequam prius diligentiſſimè examinentur illi, qui eos baptizarunt, utrum legitima materia, & forma uſi ſint, & ſi legitimis uſi reperiantur ſolas cæremonias omiſſas ſupplendas eſſe. Si verò deprehendatur, ſaltem rationabile dubium, an aliquid eſſentiale baptiſmo defuerit, tunc ſub conditione rebaptizandos eſſe. Sic Sotus *in* 4.*diſt*.3.*art*.9. Suarez *diſp*.31.*ſect*.6. Ægid. *q*.66.*art*.9.*n*.94.& 95. Layman. *tract*.2.*de Bapt*.*c*.5. *n*.3. Diana 2.*p*.*in additionibus ſecund*.*reſ*.6.& 10.& *p* 5.*tract*.13.*reſ*.16. & alii apud ipſos. Quibus adde Dicaſtillum *dub*.7.*n*.178. Quorum omnium ratio eſt, quia non eſt fundamentum probabiliter dubitandi de validitate Baptiſmi.

Affirmat nihilominus Bartol. *in l*.1.*C*.*ne Sacr*. *Baptiſ*.*reit*. ubi dicit de jure poſſe fieri, quod ſi quis in periculo fuit baptizatus, iterum baptizari poſſit in Eccleſia cum hac conditione, ſi non es baptizatus, &c. Hanc eandem ſententiam docent nouiſſimè Sylvius *in* 3.*p*.*q*.66.*art*.9.*dub*.2. & Molanus *tract*.4. *ſua practica*,*cap*.3.

Sed probabiliter reſpondeo ſic. Licitè poſſunt Curati, imò & debent baptizare ſub dicta conditione infantes domi à laicis baptizatos, ubi conſuetudo id obtinuit, & ubi ritualia ſuarum diœceſum hoc præſcribunt, ſi aliàs non conſtet eis dictos infantes legitimè baptizatos eſſe. Quia non eſt veriſimile, quod abſque rationabili cauſa hujuſmodi morem introductum, vel ab Epiſcopis, aut Synodalibus decretum fuiſſe credamus, ut conſtat planè ex his quæ referunt Layman, & Ægid. *loc*.*cit*. Sic enim ait Layman. Quod verò Sotus *loco citato*, graviter reprehendit conſuetudinem quorundam Parochorum, qui omnes infantes quos obſtetrices ob neceſſitatem baptizatos à ſe aſſerunt, ſub conditione iterum baptizant: hæc

repre

reprehenſio intelligi debet, ſi interim moralis certitudo adſit, Infantes domi legitimè baptizatos eſſe, ſicuti notat Suarez *loco citato*, & Zambrana *de Baptiſ. cap. 2.* Verùm tamen in quibuſdam locis, vbi experientia conſtitit obſtetrices non rarò à Diabolo deceptas, in ipſius nomine baptizare ſolitas, conſuetudo obtinuit, vt omnes Infantes, quos mulier affirmat ſe domi baptizaſſe, iterum ſub conditione baptizentur: quam ego conſuetudinem reprehendere non audeo, imò approbatam reperio in Paſtorali Romano, *edito Antuerpiæ anno* 1607. *pag.* 20. & 31. cum re vera aliquod dubium, & periculũ animæ ſubſit, ideoque ceſſet irreuerentia Sacramenti. Sic ille, & bene.

Ægid. etiam *loc. cit. num.* 95. ſic ait: nota tamen primò in quibuſdam Epiſcopatibus, in libris Ritualibus, Paſtoribus præſcribi, vt baptizatos in neceſſitate ab obſtetricibus, vulgo rebaptizent. Prælati autẽ interrogati, cur hoc ſtatuant, reſpondent: Se hoc facere, quia ſæpe deprehendunt obſtetrices, non ſatis certò, & firmiter callere rationem baptizandi; aut etiam, ſi dum examinantur, bene reſpondeant, & videantur eam callere, tamen dum vrget tale periculum prolis, facilè turbari, ita vt poſtea vix ſciant, an legitimè baptizarint: Atque ita ſemper aliquod ſubeſſe periculum, quod in re tanta maximi faciendum eſt, & ſufficiens videtur cauſa, vt poſſit proles ſub conditione rebaptizari. Sic ille. Et mihi videtur ſufficientiſſima ratio, vt licitè poſſint Curati, imò & debeant, prædictos Infantes ſub conditione rebaptizare; non ſolùm in prædictis euentibus, verùm etiam in omnibus aliis, ſi examen, qua materia & forma baptizati domi à laicis ſint, difficile (vt regulariter contingit,) fieri poteſt. Quod ſi tibi hæc ratio non ſufficit, ſufficiat alia, videlicet, quod vix, aut rarò contingit Baptiſmum fieri à laicis, in quo non ſubſit aliquod dubium probabile, ſufficiens ad rebaptizationem ſub conditione, vt conſtat ex dictis qq præcedentibus de materia, & forma, & earum concurſu ſimultaneo, vt benè notat Sylnius *loc. cit.* Sic ipſe Molanus. Bart & ego, necnon Quintanadueñas *ſingul.* 5. *per totum*, vbi me citato hanc noſtram doctrinam abſolutè tenet Adamus Oparouius *tract. de Baptiſm. diſp.* 1. *q.* 6. *n.* 49. & eſſe ſententiam ſatis probabilem fatetur Diana *p.* 9. *tract.* 6. *Reſol.* 35.

QVÆSTIO XLVI.

An peccaret mortaliter Curatus, qui verè baptizatum iterum ſub conditione baptizaret?

REſpondeo, peccare, ſi illi eſſe verè, & validè baptizatum, manifeſtè conſtaret. Quia in hoc caſu adminiſtraret Sacramentum ſubiecto incapaci: ergo fieret magna irreuerentia Sacramento, adhuc adiecta conditione, quia hæc in tali caſu eſt impertinens, & moraliter habetur pro non adiecta. Sic Suar. *q.* 71. *ſect.* 6. Ludouicus de S. Iuan *q.* 1. *art.* 8. *dub.* 2. *concl.* 1. *pag.* 61. & Petrus de Ledeſma *cap.* 5. *de Bapt. concl.* 2.

QVÆSTIO XLVII.

An etiam peccaret mortaliter, qui non baptizatum baptizaret ſub conditione?

AFrmant aliqui, & ſatis probabiliter, apud Dianam 3. *parte, in additionibus reſ.* 6.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter, ſed venialiter tantùm. Quia iniuria, quam faceret Sacramento, non eſſet grauis, cum in eo caſu talis conditio habeatur pro appoſita, vt ſuprà. Sic Villalob. *tr.* 5. *diff.* 7. *num.* 2. Ludouicus, & Diana, & Petrus de Ledeſma *loc. cit.*

QVÆSTIO XLVIII.

An forma Baptiſmi apud Græcos ſit hæc: Baptizetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti?

AFfirmant Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 4. *n.* 3. & 10. & Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 8. vbi ait: Quod qui baptizaret, dicendo: *Baptizatur talis ſeruus Chriſti*, &c. inualide baptizaret. Quia (inquit) Eugenius IV. in ſuo decreto fidei, quamuis tradat vt ſufficientem hanc formam Græcorum, *Baptizetur talis ſeruus Chriſti, in nomine Patris*, &c. Non tamen hanc, *Baptizatur in nomine Patris*, &c. niſi addendo, *Baptizatur manibus meis.* Ita Hurtado, & communis.

Alij verò abſolutè negant: prædictam eſſe formam apud Græcos, ſed hanc: *Baptizatur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Sic Lugo *diſp. de Sacram. in genere, n.* 4. Filliuc. *tract.* 2. *cap.* 3. *num* 42. qui id ex lectione Græca probat. Legatur.

Ego verò in hac re reſpondeo dicendum, quod vtraque forma ſit vera; & quouis modo pronuncietur, validus fiat Baptiſmus. Primum conſtat. Quia in decreto Eugenij cit. ſic habetur: *Non tamen negamus, quin & per illa verba*, Baptizetur) *vel vt habetur in margine*) baptizatur talis ſeruus Chriſti in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: *vel*, baptizatur manibus meis talis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, *verum perficiatur baptiſma*, &c. Ex Eugenio ergo, vtroque modo ex dictis pronuntiatur forma: ergo quouis modo pronuncietur, validè efficietur baptiſma. Sic Eſtius *in* 4. *diſt.* 3. §. 3. *pag. mihi* 39. Vazq. *diſp.* 142. *c.* 2. *n.* 19. vbi ait: Si quis diceret, *Baptizaris in nomine Patris*, &c. vel, *baptizatur ſeruus Chriſti in nomine Patris*, &c. verum eſſet Sacramentum; quia in hac forma denotatur actio miniſtri, eſt enim ſenſus, baptizaris à me, hoc ipſo, quod additur, *in nomine Patris*, &c. Nec tota actio in Deum refertur, vt patet, & ideò hanc formam probauit Eugenius IV. in illo decreto fidei citato, Vaſquez, & Suares ſtatim citandus: ergo non benè Hurtado.

QVÆSTIO XLIX.

An Latini baptizati in huiuſmodi forma Græca ſint verè baptizati?

NEgant Angel. *Baptiſmus* 2. *num.* 18. & Syluest. *Bapt.* 1. *in fine* (quatenus docent iterandum eſſe talem baptiſmum ſub conditione) & Cardinalis Fr. Conſtantius Sarnanus *in ſum. Theolog. loc.* 6. *vbi de forma baptiſmi, pag. mihi* 130. Negarunt & alij apud S. Thomam *in* 4. *diſt.* 3. *q.* 2. & apud Vaſquium *diſp.* 142. *cit. n.* 29. & 30.

Sed reſpondeo: eſſe verè baptizatos. Colligitur ex Conc. Florent. ſub Eugenio IV. *cap.* 5. & docent omnes Doctores communiter; licèt verum ſit, quod Latinus ſub tali forma baptizans peccaret mortaliter, eo quòd in re graui non ſeruaret ritum ſuæ Eccleſiæ. Sic Suarez *diſput.* 21. *ſect.* 2. Viuàld. *cap.* 3. *n.* 1. Sotus *diſtinct.* 3. *quæſt.* 1. *art.* 5. Bonacina *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 4. *num.* 10. & Reginald. *num.* 24. Vaſquez *loc. cit.* & communis.

Digitized by Google

DISPVTATIO IV.

De Miniſtro Baptiſmi.

QVÆSTIO PRIMA.

Quotuplex ſit Miniſter Baptiſmi?

RESPONDEO, quod ttiplex; alter neceſſitatis,& alter ſolemnitatis,& alter ex commiſſione. Miniſter Baptiſmi in neceſſitate eſt omnis homo habens vſum rationis, potens,& ſciens debitam formam Baptiſmi, & materiam applicare. Miniſter verò ſolemnitatis,vel ex officio,eſt ſolus Sacerdos: huic enim ſoli competit ex officio, & cum ſolemnitate Baptizare. Miniſter tandem ex commiſſione, eſt Diaconus,vt infrà,*quæſt*.22. Sic habetur in decreto Eugenij in Concil. Florent. & *in c. Conſtat, de conſecr. diſt*.3. S.Thom. *q* 66.*art*.3.*&* *q*.77.*art*.2. & cum eo omnes DD.Legantur Vaſquez *tom*.2.*diſp*.147.*cum ſeqq*.Maldonatus *cap*.1.*de Baptiſm*.*q*.5.Suarez *diſp*.31.*ſect*.2 Henriquez *lib*.28.*num*.1.Bonacina *diſp*.2.*q*.2.*punct*.5.*n*.2.Reginald.*lib*.27.*à num*.37. & alij apud ipſos.Quibus adde Dicaſtillum *tr*.2 *de Sacram.diſp*.2.*dub*.1.*n*.4.& Trullench. *lib*.2.*c*.1. *dub*.9.

QVÆSTIO II.

An Angelus poſsit Baptizare ex lege communi?

AFfirmauit Scot. apud Caietanum,& apud Suarez *quæſt*.64. *diſputatione* 13. *ſectione* 1. Quam ſententiam ſatis probabilem reputat Gabriel *diſt*.6. *q*.1.*lit*.*D*. dum ait: Prubabile eſt adminiſtrandi Sacramenta poteſtatem de facto non conceſſiſſe Chriſtum,niſi hominibus viatoribus.

Sed reſpondeo,non poſſe,ex communi lege; bene tamen ex diſpenſatione diuina. Primum patet; quia poteſtatem conficiendi Sacramenta, ſolùm homini Chtiſtus (quia & homo eſt,)concedere præ Angelis dignatus eſt. Secundum etiam conſtat, quia potentia Dei non eſt alligata Sacramentis,ita vt non poſſit Angelos quoque Sactamentorum miniſtros conſtituere. Vnde ſi certò conſtaret Angelum bonum miniſtraſſe Baptiſmum verbis per corpus aſſumptum, ptolatis,ratum credi debet ex diſpenſatione Dei. Sic omnes Patres,& Concilium Florent. & Trid. *ſeſſ*.7. *can*.10.D.Th.*q*.64.*art*.7.& Magiſter *diſt*.6. Bonacina *diſp*.2. *q*. 2.*punct*.5.*n*.8. Henriquez, Graffius, Filliuc.& omnes ferè Doctores,idem docentes de anima ſeparata à corpore,non poſſe ſcilicet baptizare,quia ſic non eſt homo: lege Dicaſtillum *tr*.1.*diſp*.3.*dub*.4. *&* *tr* 2.*diſp*.2.*dub*.1.& Trullench.*loc.cit*.*n*.8.

QVÆSTIO III.

An homo beatus poſsit ex lege validè Baptizare?

NEgant Aureol. *diſt*.5. *quæſt*.1. & Angel.*ſect*.2. *Bapt*.5.*n*.1.quatenus docent,Miniſtrum Baptiſmi debere eſſe hominem viatorem; quam ſententiam probabilem reputat Suarez *loc.cit*.quia affirmatiuam ſolùm probabiliorem appellat. Negant etiam nouiſſimè Ægidius *q*.64.*art*.7.& Lugo *de Sacram*. *diſp*.8. *n*.2. *&* 3. eo quòd Sacramenta pro ſolis hominibus viatoribus inſtituta ſint: ergo eorum Ordinarij Miniſtri ſolùm poſſunt eſſe viatores.

Sed longè probabiliùs reſpondeo,poſſe: quia homo beatus verè eſt homo potens vitaliter verba formæ proferre, & applicare debitam materiam (neque neceſſe eſt miniſtrum eſſe viatorem.) Ergo. Sic D. Thom. *quæſt*.64.*art*.7.*ad* 2.Henriquez *lib*.1. *cap*.26. *num*.2.Suarez *loc.cit*.Bonacina *loc.cit*.*punct*.5.*num*.7. Chamerota *de Baptiſmo*,*cap*.4.Raconius *tom*.1. *in* 3. *p.tract*.2.*diſp*.1.*q*.2.*art*.2.*pag.mihi* 23. Vbi abſolutè docet, quod homo, in quocumque ſtatu conſideratus, ſiue paſſibilis,& viatoris; ſiue impaſſibilis, & comprehenſoris, poſſit eſſe legitimus Miniſter Sacramentorum.Sic contra Ægidium,& Lugum ſentit Dicaſtillo *tr*.1.*cit*.*diſp*.5.*dub*.4.*n*.38. qui bene ad argumenta contrariorum reſpondet, ſolùm probare quod miniſtri ordinarij Sacramentotum dumtaxat ſint viatores: quia iſti ſunt qui ordinariè agunt cùm viatoribus, non tamen quod non viatores nequeant eſſe miniſtri,extraordinaria facultate,& permiſſione Dei.Sic ille necnon Trullench.*loc.cit*.

QVÆSTIO IV.

An Paganus infidelis poſsit validè baptizare?

NEgatiuam partem ſequi Tertullian. *de Baptiſm*. *c*.17. Hieronymum contra Lucifer. & Concilium Elibertin.*cap*.36. exiſtimarunt aliqui, & tuetur Caluin.vt refert Bellarmin. *lib*.1.*de Baptiſm*.*c*.7. & videtur pro hac parte facere text. *in c.quos à Paganis,de conſecrat*.*diſt*.4. vbi Greg. II. decreuit Baptizatos à Paganis rebaptizandos eſſe.

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe,dummodo intentionem habeat faciendi ſaltem quod Catholica Eccleſia facit, quod idem omnino eſt dicendum à fortiori de Hæreticis. Ratio eſt,quia ita fuit à Chriſto ordinatum, propter ſummam Baptiſmi neceſſitatem; vt poſſet videlicet, conferri à quocumque homine, viro,vel fœmina. Sic habetur in Concil.Florent.ſub Eugenio IV.*cap*.3.Lateran.ſub Innocent.III.& Trident. *ſeſſ*.7. *can*.4. Et docent omnes Doctores cum Magiſtro *in* 4.*diſt*.5. & ibi D.Th. *&* 3.*part*. *loc.cit*. *in principio*, vbi notat, quod ſi duo non baptizati ſe inuicem baptizarent, dum prius vnus baptizaret alium, & poſtea baptizaretur ab eodem,conſequetetur vterque non ſolùm Sacramentum,ſed etiam rem Sacramenti.Si verò extra articulum neceſſitatis hoc fieret, vterque grauiter peccaret, ſcilicet baptizans, & baptizatus,& per hoc impediretur effectus Baptiſmi, licèt non tolleretur ipſum Sacramentum.Sic notat D. Th. & benè. Neque Patres citati contrarium huius veritatis cenſuerunt, vt bene illos explicant Henriquez *lib*.2.*cap*.28.*lit*.*F*.*&* *G*.& Vaſquez *diſput*.147.*cap*.2.Suarez *diſputat*.31.*ſect*.4.Legantur etiam Bellarmin. *de Baptiſm*. *lib*.1. *cap*.7. Nuñus 3. *part*. *quæſt*.67.*artic*.5.*diffic*.2. Bonacina *loco citato*,*num*.6. & alij apud ipſum, quos ſequitor Palaus *de Baptiſm*. *punct*.9. *num*.1. qui ad textum pro contrario adductum reſpondet,ideo tale decretum latum eſſe à Pontifice, quia baptizati erant ritu pagano,non Eccleſiaſtico.

QVÆSTIO V.

An in neceſsitate poſsit licitè quilibet homo Baptizare?

NEgauit Caluinus aſſerens,neminem qui non ſit miniſter Ordinarius ad id deputatus, poſſe adhuc in extrema neceſſitate baptizare.

Sed de fide certiſſimè, reſpondeo: poſſe validè,& licitè,dummodo ſeruetur debitus ordo. Patet ex dictis. Quia omnis homo in neceſſitate eſt miniſter:

ergo licitè poteſt fungi ſuo miniſterio. Ordo autem ſervandus hic eſt. Primò debet baptizare Paſtor. Secundò Sacerdos. Tertiò Diaconus. Quartò Subdiaconus. Quintò Clericus. Sextò laicus homo. Septimò fœmina, inter quas obſtetriz eſt alijs præferenda: Octavò infidelis, &c. Sic habetur *in cap. Mulier, capite In neceſſitate, de conſecration. diſtinctione* 4. S. Thom. *quaſt.* 67. *art.* 1. 2. 3. *&* 4. & omnes. Legantur Vaſquez *diſp.* 2. *diffic.* 2. *&* 3. Suarez *diſp.* 31. Archangelus *diſtinct.* 5. Becanus *cap.* 39. & alij ſtatim citandi.

Nota hîc, qood in caſu neceſſitatis, non ſolùm poſſit quilibet prædictorum baptizare, ſed teneri ſub mortali, quando non eſt alius, qui hoc munus exequatur. Vnde bonum eſt, ut quiſque formam baptiſmi addiſcat: quamvis illam ſcire ſub mortali non teneantur, niſi Curati, & obſtetrices. Sic Palud. *in* 4. *diſtinct.* 5. *q.* 2. *art.* 1. & ex illo Reginald. *lib.* 27. *num.* 45.

Qvæstio VI.

An peccet mortaliter non Sacerdos, qui extra neceſſitatem, & abſque ſolemnitate Baptizat?

NEgant Caiet. 3. *part. quæſt.* 7. *art.* 4. *&* 5. Henriquez *lib.* 2. *cap.* 29. *n.* 1. *lit B*, & apud ipſum Sotus *in* 4. *diſtinct.* 4. *artic.* 3. Navar. *cap.* 22. *num.* 7. Cano, & alii. Sed malè profectò citat pro hac ſententia Doctiſſimum Navarrum, cum oppoſitum expreſsè affirmet, ut *infrà.*

Vnde, & longè probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter. Primò, quia in re gravi facit contra prohibitionem Eccleſiæ. Secundò, quia per ſe, & ex directa intentione inſtituentis, ſolus Sacerdos eſt miniſter hujus Sacramenti: ergo nequit laicus, aut Clericus, qui non eſt Sacerdos, abſque mortali peccato ezrra neceſſitatem Baptizare: imò idem dicendum eſt de Sacerdote abſque neceſſitate extra Eccleſiam baptizante. Quia *in Clement. unica, de Baptiſm.* ſeverè præcipitur ut Sacerdos ſolemniter baptizet in Eccleſia, niſi in caſu neceſſitatis, aut caſu quo baptizandi, filii ſint Regum, aut Principum: ergo. Sic S. Thom. *quæſt.* 67 *art.* 3. Nugnus *art.* 5. *diff.* 3. Vaſquez *diſputat.* 147. *cap* 5. Suarez *diſput.* 31. *ſect...verſ. Secundò graviter, diſput.* 4. *q.* 3. *punct.* 10. Filliuc. *tract.* 2. *num.* 82. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt* 2. *punct.* 5. *num.* 9. *pag. mihi* 55. (citans Henriquez, ſed malè, pro hac ſententia) & alii communiter apud Dianam *loc. ſtatim citando.* Tenent etiam Granados *tom.* 5. *tract.* 2. *diſp.* 2. *num.* 5. Ochagavia *quæſt.* 12. *num.* 16. Navar *cap.* 22. *num.* 7. Layman. *tract.* 2. *de Bapt. cap* 7. *n.* 1. Antonius de Hinojoſa *in directorio Regular. verb. Baptiſ. fol.* 47. Villalobos *diffic.* 8. *num.* 6. *&* 7. Ludovicus *quæſt.* 4. *art.* 1. *dub.* 1. *pag.* 77. *& art.* 2. *dub.* 1. *concl.* 1 *&* 2. Bartholomæus de Ledeſma *diffic.* 10. *concl.* 2. *colum.* 147. ſic dicens: Crediderim ego, quod tam qui baptizat, quàm qui baptizatur, ſi ſit adultus, & pater etiam conſcotiens, ut ejus filius baptizetur à non Sacerdote, extra neceſſitatem, in domo ſine ceremoniis, mortaliter peccent, niſi ignorantia invincibili excuſentur, exiſtimantes quod illud licet. Sic Bartholomæus de Ledeſma *loc. cit.* Quid idem ait eſſe dicendum de Sacerdote etiam Parocho, extra caſum neceſſitatis ſine ſolemnitate baptizante, *diffic.* 10. *concl.* 3 *colum.* 149 Sic etiam Sayrus *lib.* 2. *de Sacram. in genere, c.* 7. *quæſt.* 1. *art.* 2. Qui bene pro hac parte citat Navarrum. Petrus de Ledeſma *loco citato*, *cap.* 6. Molfeſius *tract.* 4. *cap.* 1. *n.* 56. Vega *loc. cit. caſu* 68. *colum.* 241. vbi ait: hoc ſolùm licere tempore peſtis [en el qual como dize fra Mau. Rodriguez 1. *tom. cap.* 26. *n.* 4. pueden baptizar al niño en caſa, ó en la mas propinqua Capilla, ó Oratorio, por el peligro de ir a la Igleſia del Pueblo; aunque ſegun derecho, fuera de eſta neceſſidad, ó otra ſemejante, ninguno puede ſer baptizado, ſino es en la Igleſia, en laqual eſta la pila del Bautiſmo.] Sic Vega, Reginald. *lib.* 27 *cap.* 6. *num.* 46. dicens noſtram ſententiam eſſe D. Thomæ, & colligi apertè ex Clementin. unic. *de Baptiſm.* ubi hujuſmodi peccatum jubetur graviter puniri ab Epiſcopo in Sacerdote, in quo proinde ipſum grave eſt: & majori ratione in non Sacerdote. Nobiſcum etiam ſentiunt Bauny *tract. de Baptiſmo*, *q.* 21. *in fine.* Palaus *punct.* 9. *n.* 6. & Dicaſtillu *tr.* 2. *diſp.* 2. *dub.* 1. *num.* 20.

Qvæstio VII.

An etiam peccet mortaliter laicus, aut non Sacerdos, qui in neceſſitate, præſente Sacerdote, baptizat?

NEgant Henriquez *loco citato.* Valentia *diſp.* 4. *quæſt.* 2 *punct.* 1 Ioannes Suarez *lib.* 5. Enchitid. *verb. Baptiſ.* qui exiſtimant: ſecluſo contemptu, & non renuente Sacerdote, tantum peccare venialiter. Et eſſe ſententiam ſatis probabilem affirmant Petrus de Ledeſma *cap.* 6. *de Baptiſ.* poſt ſecundam concluſionem, Ludovicus de Sancto Ioanne *quæſt.* 4. *art.* 2. *dub.* 2. *concl.* 3 *pag.* 78. Et ex parte tenet Sotus *diſt.* 4. *quæſt. unic. art.* 2. Ratio eorum eſt, quia eſt fractio legis in re levi.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter, etiamſi abſit contemptus, & non renuat Sacerdos.

Primò, quia ſolus Sacerdos eſt per ſe inſtitutus Miniſter Sacramenti; ergo injuria gravis erit contra debitam reverentiam ejuſdem Sacramenti, non Sacerdotem Sacerduti præferre.

Secundò: Quia hoc peccatum non conſiſtit in iojuria Sacerdotis, ſed Sacramenti: Ergo parum illud diminuit, qnod fiat contradicente, vel annuente Sacerdure. Sic Suarez *loc. cit.* Ricardus, & Paludanus apud ipſum. Layman, Villalubos. Chamerota, Pitigianus, & Sylvius, quos citat, & ſequitur Diana 3. *p. tract.* 4. *reſ.* 4. Tenent etiam Granados, Ochagavia, Bartholomæus & Petrus de Ledeſma, & Ludovicus de ſan Iuan *loc. cit.* Bonacina *punct.* 5. *cit.* 5. *num.* 11 & Palaus *de Baptiſm. punct.* 9. *n.* 10. & penes illum Vaſquez & Ægidius, Quintanaduenas *de Baptiſ. ſingul.* 17. *num.* 5. Dicaſtillo *tract.* 2. *diſp.* 2. *dubit.* 2. *num.* 26. & Trullench. *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 5. *n.* 10. Qui addunt, non poſſe Sacerdotem conſentire, ut alius non Sacerdos baptizet, niſi Sacerdos aliàs ſit impeditus legitimè.

Qvæstio VIII.

An peccet mortaliter non Diaconus, qui in neceſſitate in præſentia Diaconi Baptizat?

AFfirmant Vaſquez *diſput.* 147. *cap.* 5. *num.* 34. *& ſequentibus*, Reginald. *lib.* 20. *num.* 44. Gaſp. Hurtado *diſput.* 2. Filliucius *num.* 82. Ioannes de Cruce *part.* 1. *de Bapt. quæſt.* 2. *dub.* 1. *concl.* 3. Nugn. 3. *part. q.* 67. *art.* 5. *diſt.* 7. Ægidius *quæſt.* 67. *dub.* 2. *concluſ.* 3. *n.* 19. qui pro hac ſententia citat Suarium non malè, ut malè vidit Diana, ſed bene, quia licèt Suarez contrarium teneat *diſp.* 31. *ſect.* 4. §. *unde tertiò* (ut rectè Diana) oppoſitum tamen docuerat *diſp.* 23. *ſect.* 2. *in fine*, per hæc verba: Nam in abſentia Superiorum, Diaconus veluti iure ſuo præferendus eſt omnibus inferioribus, ita ut inverſio huius ordinis non ſolùm ſit indecens ratione huius Sacramenti, ſed etiam ſit

quædam uſurpatio juris alieni. At verò ordo inter cæteras perſonas inferiores Diacono ſolùm fit ex decentia quadam, non verò ratione iuris quod aliquis eorum habeat ad miniſtrandum hoc Sacramentum, adeò ut probabile ſit, ioverſionem hujus ordinis in his inferioribus perſonis inter ſe, non eſſe peccatuio mortale, ſecluſo contemptu; cum tamen reſpectu Diaconi non ſit dubium, quin res ſit gravis. Sic ille. Qui tamen poſtea ſibi fuit contrarius. Bene tamen illum citat *loc. cit.* Ægidius, ſicut bene Hurtado etiam pro hac parte illum citat. Tenent etiam Palao *punct* 9.*n.*13. Dicaſtillo *diſp.*2.*dub.*2.*n.*29. & Trullench. *lib.*2.*cap.*2. *dub.*5.*n.*10.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non peccare pluſquam venialiter. Quia Diaconus non eſt Miniſter Baptiſmi ex officio: ergo non erit peccatum mortale illi alium inferiorem etiam laicum, adminiſtrando in ejus præſentia Baptiſmum, præferre. Sic Suarez *diſp.*31.*sect.*4.*verſ. Vnde tertiò.* Granados *loc. cit. num.*6. Tolet. *lib.*2.*cap.*10. Bonacina *loc. cit. n.*11. (qui citat plures Doctores pro hac parte, qui tamen id nequaquam docent.) Ytibarne *diſp.*12.*sect.*2. Bartholoioæus de Ledeſma *loc. cit. col.*146. Sotus *diſt.*4. *artic.*2.

Quam ſententiam probabilem eſſe docet Filliuc. & Dicaſtillo *loc. cit.* Tenent etiam Henriquez, & alii ſuprà citati. Layman *lib.*3. *tract.*2. *cap.*7.*n.*4. Villalobos *tom.*1. *tract.*5.*diff.*8.*n.*10. Petrus de Ledeſma & Diana *locis citatis.* Sà *verb. Baptiſmus*, *n.*7. & alii communiter, quos noviſſimè ſequitur Quintanadueñas *tract. de Baptiſmo, ſing.*17.*n.*5.

Quæstio IX.

An peccet mortaliter fæmina in præſentia viri, aut vir laicus in præſentia Clerici, aut Clericus in minoribus in præſentia Subdiaconi, in neceſſitate baptizantes?

Affirmat Vaſquez *loc. cit. n.*15. Niſi aliàs (inquit) contingat ut mulier meliùs quàm vir, aut non baptizatus meliùs quàm baptizatus ſciat baptizare. Palaus verò *punct.*9. *cit.* contrà ſentit dicendo, nec venialiter peccare.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter, ſed venialiter tantùm. Quia in hoc quod fœmina præferatur viro, & laicus Clericus in minoribus Subdiacono, licet aliqua indecentia reperiatur, eſt tamen leviſſima, & ideo ſolùm venialis. Sic Suarez, & Sotus. Filliuc. Hurtado, Reginald. Petrus Ledeſma, Ægid. & alii *loc. cit.* Qui bene advertunt etiam nullum peccatum eſſe caſu quo laicus, vel mulier propter majorem peritiam formæ, ac modi baptizandi in præſentia Clerici, baptizaret. Legantur Regin. *loc. cit. num.*44. Quintanadueñas *loc. cit.* Sà *Baptiſm. n.*7. Henriquez *lib.*1.*cap.*28. & Dicaſtillo *loco citato, num.*31.

Quæstio X.

An laicus baptizans ſine neceſſitate privatim incurrat irregularitatem?

Affirmant Palud. *in* 4.*quaſt.*2. Sylveſt. *Baptiſ.*3. *initio*, & Ioannes de Cruce *de Baptiſ. quaſt.*67. *concluſ.*3. *dub.*1. Angel. *Bapt.*5. *n.*1. & in hanc ſententiam vehementer inclinat Sotus *in* 4.*diſt.*4.*art.*4. *concluſ.*1.

Sed probabiliùs reſpondeo: oon incurrere, quia neque in oeceſſitate baptizans baptizat ut miniſter ex officio, ſed ex neceſſitate. Sic Angelic. Doctor, & D. Ant. quos ſequitur Filliuc. *tr.*2.*n.*85. Navarr. *cap.*21.*num.*7.*&* *cap.*27.*num.*242. Nugn. & Pirigian. quos citat, & ſequitur Diana 3.*part. tract.*4. *reſ.*4. Petrus de Ledeſma *cap.*6. *cit.* Antonius de Hinojoſa *loc. cit.* Ludouicus *q.*4.*art.*1.*dub.*1. *pag.*77. & eſt communis.

Imò, nec maoere irregularem laicum ſolemniter baptizantem, affirmant Angel. Atmilla, & alij apud Suarium *diſp.*31. *sect.*3.§.*Sed quæres an idem*, qui & dicit eſſe probabile. Ita etiam Trulleoch. *lib.*2.*cap.*1. *dub.*5.*num.*4. citans pro ſe Henriquez, Nauarrum, & Filliucium. Sed hos ultimos malè.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: irregularitatem incurrere laicum ſic ſolemniter baptizantem, quia ſic habetur *in cap.*1. *de Clerico non ordinat.* & docent Suarez, Navar. Filliuc. & alii *loc. cit.* Sotus *loc. cit.* & Villalobos *diff.*9.*n.*1. qui dicunt, eſſe certiſſimam ſententiam, & Ludovicus *quaſt.*4.*art.*2.*dub.*2. *concl.*2.*pag.*79. (ſibi tamen contrarius.) Nam oppoſitum docet ſtatim *diff.*1.*concl. unica, pag. ead.* & antè etiam docuerat *art.*1.*dub.*1. *concl.*1.*in fine.*

Quæstio XI.

An poſſit quis ſeipſum validè baptizare.

Videtur quod ſic. Primò, quia olim Iudæus poterat ſeipſum circuncidere, ut ait Abulenſ. *Ioſue* 5.*quaſt.*44. & annuit Henriquez *lib.*1.*cap.*6.*n.*5. & alii: ergo poteſt nunc quis ſeipſum baptizare. Secundò quia Innoc. III. *cap. debitum, de Baptiſ.* de quodam Iudæo qui ſeipſum ignoranter baptizavit, ait fuiſſe ſalvatum.

Certiſſimè tamen reſpondeo, invalidum eſſe baptiſmum quem quis ſibi confert dicendo, *Ego me baptizo*, &c. Primò, quia ſubſtantialiter mutatur ſenſus formæ Baptiſmi. Secundò: Quia in generatione naturali nemo ſeipſum generat, aut generare poteſt: ergo neque in generatione ſpirituali ſeipſum generare poteſt. Tertiò, quia Chriſtus non à ſe, ſed à Ioanne baptizari voluit. Sic omnes DD.

Neque obſtant argumenta; nam ad Primum reſpondeo. Quod in Circunciſione non erat verborum forma quæ reddi poterat falſa ex eo quod quis ſe circuncideret. Ad ſecundum dicendum quod fuit ſalvatus non propter Sacramentum fidei, ſed propter fidem Sacramenti, aut per Sacramentum in voto. Sic omnes Doctores cum S. Thom. *quaſt.*66. *art.*5. Vaſquez *diſp.*148.*cap.*7.*num.*53. Henriquez *cap.*30.*n.*1. Victoria *quaſt.*18. Bonacina *diſp.*2.*quaſt.*2. *puncto* 4. *num.*10. Archangelus *diſt.*3.*pag. mihi* 22. *columna* 1. & alii omnes.

Quæstio XII.

An unus poſſit plures unica aſperſione validè baptizare, dicendo: Ego vos baptizo in nomine Patris, & Filii, &c.

Negarunt aliqui quos ſuppreſſo nomine refert, ſed non ſequitur Aureol. *in* 4.*diſt.*3.*q.*2.

Sed certiſſimè reſpondeo. Poſſe. Primò, quia Princeps Apoſtolum (ut in actibus habetur) unica aſperſione complures baptizavit. Secundò, quia non mutatur ſenſus formæ, cum idem ſit dicere, *Ego vos baptizo*, ac dicere *baptizo te, & te*, &c. Nam vos, nihil aliud eſt quàm te, & te. Sic S. Th. *q.*66.*art.*5.*ad* 4. & cum eo omnes Doctores docentes etiam hunc modum ſimul plures baptizandi licere, ſi neceſſitas id poſtulet, aliàs non: legantur Vaſquez *diſp.*148.*c.*7. *num.*50. Henriquez *lib.*1.*cap.*7.*n.*5. *&* *lib.*2. *cap.*12. *num.*1. Sotus *diſt.*4. *quaſt. unica*, *art.*4. Angelus, Sylveſter, Armilla, Tabiena, & alii quos citat, & ſequitur

Digitized by Google

quitur Bonacina *diſp*.1.*q*.2.*punct*.4. *num*.12. Palaus *punct*.9.*n*.15.Dicaſtillo *diſp*.1.*dubit*.6. *n*.136. Trullench.*lib*.2.*c*.1.*dub*.4.*n*.26.& Diana *p*.9.*tr*.6.*Reſ*.30. Eſtius *in* 4.*diſt*.3.§.6.Sic dicens: Poteſt autem dici, *Ego vos baptizo*, ſi ob aliquam neceſſitatem plures ſimul baptizandi veniant: quomodo baptizati leguntur Infantuli Comitis cuiuſdam Batauæ, tot numero, quot ſunt dies in anno, quos omnes vno partu effuderat, vt eſt in annalibus Hollandiæ. Ita hic author. Sed caſus ab eo narratus adeò mirabilis, eſt vt vix credibilis.

Qvæstio XIII.

An ſaltem peccet mortaliter qui ſimul plures, abſque neceſſitate baptizat?

AFfirmant Scotus *in* 4. *diſt*.6.*q* 2.§. *Reſpondeo*: Gabriel *ibidem q*.1.*art*.1.*concl*.7.Ægidius *q*.67.*art*.6.*dub*.2.*num*.52. Filliuc.*tract*.2.*num*.53.Vaſquez *q*.67.*diſp*.148.*c*.7.Hurtado *diſp*.2.*diffic*.7.& Ochagauia *de baptiſm*. *q*.15.*n*.18. Palaus,& Diana citati. Quia exiſtimant, facere contra vſum Eccleſiæ in re graui.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, tantùm peccare venialiter eum, qui ſic abſque contemptu,& citra ſcandalum baptizaret. Quia ita adminiſtrare Sacramentum contra vſum Eccleſiæ, non grauis materia, ſed leuis iudicari debet. Sic Sotus *diſt*.4 *art*.4. Henriq.*lib*.2.*cap*.30.*n*.1.Valent. *diſp*.4.*q*.3.*punct* 2.*initio*, Reginald.*cap*.30.*num*.49.Viuald. *cap*.*de abſolut*.*n*.1. (& dicit probabile Bonac.*loc*.*cit*.)& Aureolus *loc*.*cit*. Vbi tantum dicit, peccare qui tali forma vteretur. Sic etiam ſentiunt Dicaſtillo *loc*. *cit*. *num*.138. & Trullench. *n*.15.*citato*.

Notant hîc etiam communiter omnes Doctores, in caſu dicto eſſe plures Baptiſmos, & plura Sacramenta,eo quòd plures ſint ablutiones formaliter, & expreſsè, & etiam plures formæ æquiualenter. Legatur Hurtado *loc cit*.Palaus, Dicaſtillo, Trullench & Diana.

Qvæstio XIV.

An plures poſsint ſimul vnum baptizare?

REſpondeo: poſſe, dummodo intentio vnius non dependeat ab intentione alterius; ſed quilibet independentem intentionem habeat: ita vt ſe ſolo baptizare velit,& integrè proferat formam dicendo, *Ego te baptizo*, &c. Et denique quilibet ſufficienter abluat(quamuis Caiet.*quæſt*.67.*art*.6.Marſil.*in* 4.*q*.4. & Durand.adhuc concurrendo partialiter dicam,validè etiam poſſe: & quidem probabiliter, vt *infrà*. Ratio eſt, quia ſic quilibet eorum integrè, ac ſi ſe ſola baptizaret, baptizat. Sic D Th. *q*.67.*art*.7. & cum eo omnes ferè Doctores,vt videre eſt apud Vaſquez *diſp*.148.*c*.1.& 6. Suarium *diſp*.23.*ſect*.3. Valentiam *diſp*.4 *q*.2. *punct*.2. Bonacina *loc*.*cit*. *n*.15. Filliuc.*tr*.2.*c*.4.*q*.4.& alios apud ipſos.

Qvæstio XV.

An ſaltem peccarent mortaliter, qui plures ſimul vnum, abſque neceſsitate Baptizarent?

VIdetur,quod non.Quia ſolùm peccat venialiter qui ſimul plures,abſque neceſſitate baptizat, vt ſupra eſt habitum. Et ſic ſentit Sotus *loc*.*cit*. ſi citra ſcandalum ſecretò fieret.

Sed reſpondeo,peccare mortaliter,quia non ſolùm faceret contra morem Eccleſiæ: verum etiam contra rationem miniſterij: cùm de huius ratione ſit, quod vnus ſit miniſter. Quod patet: quia homo non baptizat, niſi vt miniſter Chriſti, & vicem eius gerens: ergo ſicut vnus eſt Chriſtus, ita oportet eſſe vnum miniſtrum, qui Chriſtum repræſentet, ex quo ſoluta manet ratio dubitandi. Sic D.Th. *q*.67.*art*.7. in corpore,& ad2.Henriquez *lib*.2.*c*.30.*n*.3.Hurtado *diſp*.2.*diff*.5.& Vaſquez *diſp*.148.*c*.1. & apud ipſum Alex Ricard.Duran. Pal.& communis.

Qvæstio XVI.

An in caſu neceſsitatis poſsint duo, vel plures, diuidentes miniſterium Baptiſmi, validè, & licitè baptizare, v.g.ſi eſſet infans mortis proximus, & non adeſſent, niſi duo, vnus carens manibus, qui non poſſit abluere, & alter mutus, qui non poſſet verba proferre?

NEgant D.Th. *q*.67. *art*.6. *ad* 3. Ægid ibidem, *dub*.1 Henriquez *lib*.2.*c*.12.*n*.1.Scot.*diſt*.6.*q*.2. Sotus,*diſt*.4.*art*.4 Ledeſma 1.*p*.4 *q*.8. *art*.6. Victoria *q*.17. Angel. *Bapt*.5.*n*.6. Suarez *diſp* 23.*ſect*.3. Vaſquez *diſp*.148.*cap*.4.*n*.22. Hurtad. *diſp*.2.*diff*.6. Filliuc.*tr*.2.*n*.79.Archangel. *diſt*.3.*pag*.*mihi* 25.*col*.1. Ludouicus de S.Iuan *q*.4.*de Bapt*.*art*.4 *dub*.2 *pag* 80. Ochagau. *de baptiſm*.*q*.13.*n*.6. Bonacin. *diſp* 2.*q*.2. *punct*.4.*n*.23.Diana 3.*p*.*tr*.4. *reſ*.1.& 5.*p*.*tract*.3.*re*. *ſol*.26. dicens: opinionem contrariam non eſſe probabilem,quia communiter Doctores hanc docent. O bone Deus, ſi hæc eſſet efficax ratio, quot ipſe opiniones improbabiles probat,& approbat Vnde licèt hæc ſit communis,& verior ſententia. Primò,quia in prædicto caſu non verificaretur forma,cum verè non baptizet,qui diceret: *Ego te baptizo*.Secundò, quia miniſter baptiſmi debet repræſentare perſonam Chriſti immediatè,quæ vna eſt:ergo debet eſſe vnus, ſaltem quoad integritatem Miniſterij. Ita etiam ſentit Dicaſtillo *n*.141. & *n*.181. vbi oppoſitum dicit eſſe improbabile.

Nihilominùs tamen probabiliter reſpondeo: poſſe, & licitè, & validè in tali caſu plures ſimul vnum baptizare. Primò, quia ſic tenent plures, & graues Authores, præcipuè Caiet.*q* 67.*artic*.7. Marſil.*q* 4. *art*.3.*dub*.11.in quam ſententiam validè inclinat Palud.*diſt*.6.*q*.2.*art*.1. & dicunt eſſe probabilem Angel. *loc*.*cit*. Sotus, & Henriquez *loc*.*cit*.*lit*.(Suarez etiam *loc*.*cit*.verſ. *Ad vltimam verò*.Vbi ſic ait: *Non nego tamen,ſi occurrerit talis neceſſitatis articulus,poſſe iuxta aliam ſententiam conferri baptiſmum,quia melius eſt accipere Baptiſmum dubium,& aliquo modo probabilem,quàm omnino nullum*. Idem docet Heredia *de baptiſmo*,*p*.5.*lib*.9. per hæc verba:Quia nonnulli graues Doctores contrarium in hoc neceſſitatis conflictu ſentiunt, non dedecet in caſu propoſito, ſub hac conditione interius prolata (ſi ita conferri Baptiſmus poteſt) applicare baptiſmum: melius enim eſt (vt ne ſolus in hoc caſu iudicem) dubium Baptiſmum, quàm omnino nullum accipere. Cæterùm ſi Infans ille mortis euaderet periculum, eſſet iterum ſub conditione baptizandus. Sic ille: Et ſic etiam Chapeauilla apud Dianam 5.*p*.*loc*.*cit*.Secundò probo ex dictis ſuprà *diſput*.2. *quæſt*.31. Nam ſi quis aquæ defluenti è tecto puerum ſubmittat abluendum,& verba baptiſmi proferat,validè baptizabit, vt Bonacina, & alij communiter concedunt: ergo etiam in noſtro caſu, ſi truncus manibus, quomodo poſſet, applicaret puerum aquæ à muro proiectæ,& proferret verba,validè baptizabit.Tertiò,quia truncus in tali caſu poſſet vti forma Græcorum) vt concedit Henriquez *loc cit*.) at hæc verè verificaretur

in

in tali caſu. (Salrem loquendo de forma, quam aſſignat communis ſeotentia relata à nobis ſuprà *diſp.* 3. *quæſt.* 48. Ergo. Quartò, qui ſub hac forma, videlicet *baptizet te Chriſtus in nomine Patris*, &c. baptizaret, verè efficeret verum, & validum baptiſmum (vt concedunt Soto, Nuño, quos ſequitur Ioan. de Cruce *de Bapt. q.* 66. *concl.* 3. Quidquid Vaſquez neget *diſp.* 142. *n.* 27.) ergo, etiamſi truncus manibus illam diceret; nam quamuis alter aquam proiiceret, verè verificaretur talis forma. Ergo, &c.

QVÆSTIO XVII.

Quinam ſint Miniſtri Baptiſmi ex officio?

RESpondeo: quod ſoli Sacerdotes, inter quos primus numeratur Epiſcopus; Secundus Parochus: Tertius ſimplex Sacerdos. Sic habetur in Concil. Florent. ſub Eugenio IV. *in ſuo decreto*, vbi ſic de Baptiſmo ait: *Miniſter huius Sacramenti eſt Sacerdos, cui ex officio conuenit baptizare.* Et in *can. Conſtat, de conſecr. diſtinct.* 4. & docet D. Thom. *quæſt.* 67. *art.* 1. & 2. & cum eo Nuñus, & Ægid. ibidem. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 2. Henriquez *lib.* 1. *cap.* 28. *n.* 1. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 4. *quæſt.* 2. *punct.* 1 Filliucius *tract.* 2. *cap.* 4. *quæſt.* 2. Bonacina *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *punct.* 5. *n.* 2. & Dicaſtillo *diſp.* 2. *dubit.* 1. *n.* 4. Quorum ratio ſatis congrua eſt: quia Sacerdos, qui inſtitutus eſt ad miniſtrandam Euchariſtiam, par eſt, vt poſſit illa adminiſtrare, per quæ poteſt Euchariſtiam participare.

QVÆSTIO XVIII.

An Religioſi poſſint extra caſum neceſſitatis Baptizare?

RESpondeo: quod poſſunt, ſtando Iuri diuino; quia ex illo, cuilibet Sacerdoti, etiam Monacho, competit ex officio baptizare, vt docet D. Thom. *quæſt.* 67. *art.* 2. non verò ſtando Iuri canonico: Quia per can. *placuit*, 16. *q.* 1. prohibitum eſt Monachis baptizare. Verum eſt, quod poteſt Monachus, aut quilibet alius Sacerdos, de Epiſcopi, vel Parochi licentia (etiam illis præſentibus) extra neceſſitatem, & cum ſolemnitate baptizare. Sic habetur *in cap. Diaconos, diſt.* 93. & docet Gloſſa *in cap. peruenit*, 18. *q.* 2. Rodriguez *tom.* 1. *qq. Regular. quæſt.* 31. *art.* 1. Molfeſ. *tract.* 4. *cap.* 1. *num.* 58. Vbi ſic ait: An autem poſſint regulares baptizare, hoc determinatur hodie ex Rituali, ſeu Baptiſterio reformato à SS. Paulo V. in vſu tamen eſt, vt non baptizent, nec poſſunt baptizare ſolemniter abſque licentia Superioris, & Parochi, ſiue Epiſcopi loci, aut eius Vicarij.

QVÆSTIO XIX.

An Religioſus, vel quilibet alius Sacerdos, ſine prædicta licentia, & abſque neceſſitate baptizans peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem?

AFfirmat vtramque partem Armilla *de Baptiſm. num.* 39. aliàs 40.

Sed probabilius reſpondeo: peccare mortaliter; non tamen incurrere irregularitatem. Primum probo; quia qui baptizat abſque licentia Epiſcopi, vel Parochi, vſurpat eius officium in re graui: ergo. Secundum etiam probo, quia talis pœna non eſt iure impoſita: ergo. Sic Sotus *diſt.* 4. *q.* 1. *art.* 3. *concl.* 3. Angel. *Bapt.* 5. *n.* 1. Syluest. *bapt.* 2. *num.* 1. Ioannes de Cruce *in epit. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 1. *concluſ.* 2. & 3. Hinojoſa *loco citato.* Viuald. *de Miniſtro baptiſm. n.* 2. & 7. Nauar. *c.* 27. *n.* 20. Hurtado *diſp.* 2. & communiter.

QVÆSTIO XX.

An Clericus non Sacerdos ſolemniter abſque neceſſitate baptizans, committat aliquod mortale, & incurrat irregularitatem?

RESpondeo, quod ſic. Quia ita cauetur *in cap.* 1. *de Clerico non ordin. min.* Et ſic tenent Angel. & Syluest. *loc. cit.* Nauar. *c.* 22. *n.* 7. & *c.* 27. *n.* 242. Palud. & Ricard. *in* 4. *diſtinct.* 5. Sotus *diſt.* 4. *q.* 1. *art.* 3. Viuald. *loc. cit. n.* 3. Bonacina *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 5. *n.* 3. Henriquez *lib.* 2. *c.* 19. *n.* 1. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 4. Filliuc. *tr.* 2. *n.* 85. Granad. *tom.* 5. *tr.* 2. *diſp.* 2. *n.* 1. Bauny *q.* 21. *de Baptiſm. dicto* 5. & Dicaſtillo *diſp.* 2. *dubit.* 1. *n.* 5. & *dub.* 3. *n.* 40.

QVÆSTIO XXI.

An eandem cenſuram, & peccatum incurrat, ſi ipſemet Clericus non Sacerdos, baptizet aliquem non ſolemniter ſine neceſſitate tamen, & prohibente Parocho?

AFrmant vtrumque Sotus *diſtinct.* 4. *quæſt.* 1. *art.* 3. Armilla *de irregularitate, num.* 66. Maiolus *de irregular. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 3. Ledeſma *q.* 8. *art.* 2. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter; non tamen incurrere irregularitatem. Primum conſtat ex dictis. Secundum probo. Primò, quia hic non eſt actus ordinis ſacri. Secundò, quia dictum *cap. de Clerico*, tanquam odioſum debet reſtringi ad caſum expreſſum. Sic Nauar. *loc. cit.* Palud. *diſtinct.* 5. *quæſt.* 2. Syluest. *de irregular. n.* 12. & 27. Henriquez, & Granad. *loc. cit.*

QVÆSTIO XXII.

An Diaconus ex vi ſuæ ordinationis ſit ordinarius Miniſter Baptiſmi?

RESpondeo quod non; eſt tamen ex conceſſione Parochi. Primum probatum manet, & docet Clem. *lib.* 8. *Conſtitut. Apoſt. c.* 46. dicens: *Nec Diacono ſas eſt Baptizare.* Secundum probatur ex Pontificali Romano, in quo dicitur: Diaconum debere baptizare, hoc eſt, ex commiſſione, & Gelaſ. PP. *in Can. Diaconos,* 93. *diſt.* ait: *Diaconi abſque Epiſcopo, vel Preſbytero baptizare non audeant.* Sic S. Thom. *q.* 67. *art.* 1. Caiet. ibi, Sotus, Suarez, Valent. apud Granados *tract.* 2. *diſp.* 1. & alij Doctores citati, & eſt communis. Legantur Vaſquez *diſp.* 147. *cap.* 4. *n.* 22. Baunius *q.* 20. *de Baptiſm. dicto* 5. Palaus *punct.* 9. *num.* 4. & Dicaſtillo *dub.* 3. *cit.*

QVÆSTIO XXIII.

An Parochus, vel alius Sacerdos poſſit licitè baptizare ſolemniter puerum alterius Parochiæ, extra neceſſitatem?

RESpondeo, quod non poſſit, ſine licentia Epiſcopi, aut Parochi: aliàs peccabit mortaliter, licet non fiat irregularis, aut excommunicatus. Ratio eſt, quia uſurparet ſibi actum juriſdictionis alterius; cũ paſcere animas, quod maximè fit verbo, & Sacramento, pertineat ad Paſtores, qualis eſt Epiſcopus in

ſua

ſua diœceſi,& Parochus in ſua Parochia: ergo peccaret mortaliter,non tamen fiet irregularis,&c. Quia in tali caſu non uſurparet actum ordinis,ſed tantum juriſdictionis. Sic Navar. *cap.22.n.7.* Palud. *loc.cit.* Sotus *diſt.*4. Sylveſt. *de irregular.* §.12. Henriquez *loc.cit.n.*12. & eſt communis.

Qvæstio XXIV.

An Miniſter,ut validè baptizet,debeat habere intentionem actualem?

Reſpondeo, ſufficere virtualem, & hanc ſaltem eſſe neceſſariam. Ratio eſt, quia adminiſtratio baptiſmi eſt actus humanus: ergo. Sic omnes Doctores,de quo *ſuprà de Sacram.in gener.diſp.4.q.14.*

Qvæstio XXV.

An ſi deſit intentio Miniſtri neceſſaria in conferendo Baptiſmum, ſuppleatur à Deo quoad effectum gratiæ?

Affirmant Bartholom. ab Angelis *de Sacramentis in communi*, Dialogo 1.§.31. Sylueſt. *verb. Bapt.6.n.3.* Zanard.*p.1.de Sacram.Bapt.c.4.in fine*,& à fortiori Angel. *Baptiſm.7.n.12.* Alenſ.Dur Gabr. apud Suarez *diſput.13. ſect.2.* & apud Filliuc. *tr.1. num.*80. Tenent etiam Valentia *diſputat. 3. quæſt.5. punct.3.col.mihi* 655. Qui omnes exiſtimant, Deum in Infantibus ſupplere malitiam miniſtri, quando hic malitioſè ſubtrahit intentionem,non quoad characterem, ſed quoad gratiam; quia inquit non videtur iuſtum, cum qui bona fide accedit,ob ſolam malitiam miniſtri priuari ſpirituali remedio abſque culpa. Sic etiam tenent Iaucl. *de Baptiſm. cap.4.num.9. verſ. Tu tamen*, & Molfeſius *in ſum. tractat.4. cap.2. num.93.* vbi pro hac parte citat Gabrielem Vaſquez *diſput.138.cap.4.num.42.*D.Thom.3. *part.quæſt.64. art.8.ad 2.* citat etiam Vega pro hac parte Armillam *verb. Bapt. num.49.* & Tabienam, *eo verb.* Sed certè Molfeſius, & Vega malè citant prædictos Doctores pro hac parte.Nam Vaſquez planè contrarium docet *eodem loco citato,cap.3.à num.*19.& etiam Armilla,& alij, vt *infrà.*

Sed probabiliùs longè, imò & vt certum reſpondeo: non ſuppleri à Deo. Ratio eſt,quia quod Deus ſuppleat effectum intentionis miniſtri in dicto caſu, nulla lege,promiſſione,aut neceſſaria ratione fundatur; & intentionem miniſtri requiri,eſt de fide.Ergo. Sic S. Thom. *quæſt.64.loc.cit.* Sotus *diſtinct.1. q.5. art.*8. Capr. Caiet. Tabien. Quos ſequitur Henriquez *lib.1.cap.10.num.3.* & Cabrera *quæſt.64.art.8. diſp.1.n.65.& 66.* Quorum primus contrariam ſententiam omnino falſam appellat: Secundus autem temerariam,& erroneam.Sic etiam Suarez & Filliuc. *loc. cit.* Homobonus, Heredia, Naldus, Syluius, & alij, quos citat, & ſequitur Diana *3.p.tr.4.reſol.17.* Eſtius *in 4.diſt.4.§.26.pag.mihi* 70. Sayrus *lib.2. de Sacrament. in gener. cap.4. quæſt.3.* Bonacina *diſp 1. de Sacrament.quæſt.3.punct.2.§.3.numero* 10. Vega 1. *part. ſum. c.3 1.caſu* 57. dicens quod contrarium [no ſolamente es temerario, y que en ninguna razon eſtriua, ſino aun digno de peor nombre que eſte.] Sic etiam Armilla *loco citato,n.mihi* 58.& 60.vbi ſic ait: Si quis baptizaret ſine intentione faciendi,quod facit Eccleſia,ſi talis baptizatus eſt adultus, eſt ſecurus de ſalute: quia bonum propoſitum eum ſaluat, neſciens intentionem baptizantis. Si eſt puer, credendum eſt, quod Deus ſuppleat, ſecundùm opinionem, quam recitat Thomas *in 4.ſent.ſuprà*,& *in 3. part.* videtur eam improbare. Tabiena tenet hanc pro meliori, & ſi conſtaret poſtmodùm de intentione baptizantis, deberet puer iterum ſub conditione baptizari, quia intentio, ut diximus,neceſſaria eſt. Sic Armilla. Ergo nec ipſe, nec D.Thom. nec Tabiena bene citantur pro contraria ſententia. Sic etiam Dicaſtillo *tract.2.diſp.1.dubit.13.per tot.m.*

Qvæstio XXVI.

An validè baptizaret, qui per modum ioci baptizat?

Reſpondeo, quod ſic. Si cum intentione iocandi, vel ridendi veram habeat intentionem baptizandi ad imitationem Parochi. Probatur ex facto Athanaſij: qui cum ioco baptizaſſet aliquos pueros, judicatus fuit ab Alex.Patriarcha validè baptizaſſe. Sic S.Thom. *q.64 art.10. ad ſecundum*, Scotus, Sotus, Ledeſma,Bellarm.quos citat,& ſequitur Henriquez *loc.cit. n.4.* Bonacina *diſp.2.q.2. punct.3.n.14.* Lublinus *verb.Baptiſm.n.16.*& omnes.

Qvæstio XXVII.

An qui putat baptizare Petrum, & baptizat Paulum; aut qui putat baptizare fœminam & baptizat maſculum, validè baptizet?

Negant Hoſtienſ. & Roſella *de baptiſm.* §.10. quos citat Henriq. *lib.2. c.8. lit.D.* citat etiam pro hac ſententia Bonacina Angelum *baptiſmus 5. num.13.* Sed non bene, quia hic Auctor oppoſitum videtur docere.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, validè baptizare, modò non habeat intentionem contrariam, quam haberet ſi diceret; volo hunc, qui eſt Petrus (Filius v.g. Titij) baptizare, & ſi forrè alius ſit, nolo: vel volo hanc fœminam baptizare, & ſi maſculus eſt,nolo. Ratio eſt: quia licèt miniſter in tali caſu materialiter, & ſpeculatiuè erret, practicè tamen non errat, cum actualiter applicet, & dirigat ſuam intentionem in perſonam, quam determinatè habet præſentem. Sic Sylueſt. *Bapt.3.q.16.* Tabiena *bapt.6.* §.12. Sotus *diſt.1. q.5. art.*8. Victoria *q.33.* Henriquez *lib.1. c.10.n.6. & lib.2.c.8.n.4.* Vaſquez *diſp.138.c.6.n.92.& diſp.158.c.7.*Ægid. *q.66.art.6. dubit. vnic.n.5.& q.64.art.8.dub.4.* Suarez *diſp.23. ſect.4.*Bonacina *diſp.2.q.2.punct.4.num.26.*Hurtado *diſp.4. de Sacr. in gener. diff.7.* malè citans Sylueſtr. pro contraria ſententia Lubl. *loc.cit.num.17.*Toletus *lib.2.c.20.in fine*, Graffius *2.p.lib.1.c.3.n.33.*Viualdus *c.5.n.22.*Valentia *diſp.4.q.1. punct.3.* Sayrus *de Sacramentis in genere lib.2.c.4 q.6.*Reginaldus *lib.26. n.40.*& communis.

Qvæstio XXVIII.

An laicus baptizans in neceſſitate in peccato mortali, & excommunicatione peccet mortaliter?

Affirmat Vaſquez *diſput.136.cap.2.* Ochagauia *quæſt. 19.* Hurtado *loco citato, diff.9.* Durand. *in 4. diſtinct.5.q.6.n.6.* Palud. *q.2. art.1.* Capreolus *quæſt.1.art.1.concl.2.*Angel.*bapt.5.n.10.* & alij apud Vaſquez *loc.cit. num.17.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter. Quia miniſter per accidens non tenetur eſſe in gratia,quando Sacramentum adminiſtrat. Ratio eſt, quia non eſt miniſter conſecratus ad hunc effectum, & munus.Sic S.Thom. *q.64.art.3.ad 3. & in 4. diſt.* 24.

24.*quæſt.*1.*art.*3.*q.*5.Caiet.*quæſt.*64.*art.*3.Sotus *in* 4. *diſt.* 1.*q.*5.*art.*6. Sylueſt.*Bapt.*3.*q.*4.Suarex *diſp.*16. *ſect* 4. Filliuc.*tract.*1.*n.*85.Henriq. *lib.*1.*cap.*19.*n.*4. Bonac.*diſp.*1.*q.*3.*punct.*2.*n.*14. & alij, quos ſequitur Diana loco ſtatim citando.Sic etiam Ludouicus *q.*4. *art.*3.*dub.*2.*concl.*1.*pag.*79.& Archangelus *diſtinct.*5. *pag.*59.*col.*1.

QVÆSTIO XXIX.

An ſaltem Sacerdos in neceſſitate baptizans ſine ſolemnitate, in peccato mortali, & excommunicatione, peccet mortaliter?

AFfirmant conſequenter, Vaſquez, Ochagauia, Hurtado,& alij *loc.cit.*quibus adde Ludouicum *loc.cit. concl.* 2.

Sed probabiliùs adhuc, reſpondeo non peccare mortaliter, ob eandem rationem; quia videlicet in hoc caſu non agit, vt miniſter ex officio, aut ad id conſecratus: ſed veluti Laicus, aut veluti miniſter per accidens.Sic S.Th.*loc.cit.art.*6.Nauar.*c.*25.*n.*11. Victoria *de Sacram.q.*19.Suarez *loc.cit.* Filliuc.*n.*88. Henriq. *loco cit.& lib.*2.*c.*29. *n.*4. Syluius, Nugnus, Heredia, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 3.*p. tr.*4.*reſol.*10. Tenent etiam Granados *tom.*4.*tract.*5. *& tom.*5.*tract.*2.*diſp.*1 *n.*1.Bonacina *diſp.*2.*quæſt.*21. *punct.*5.*n.*17.Reginaldus *n.*47. Archangelus *loc.cit.* & communis.

QVÆSTIO XXX.

An Sacerdos baptizans ſolemniter, etiam in neceſsitate, in peccato mortali, peccet mortaliter?

NEgant aliqui, quos ſuppreſſo nomine,citat Ludouicus de S.Iuan,& ex parte ſequitur,vt vidimus *tr.*1.*diſp.*4. *quæſt.*8.*&* 9. exiſtimantes, ad licitè adminiſtranda Sacramenta ſufficere miniſtrum habere diſplicentiam ſui peccati mortalis, & adminiſtrate illa ſine contemptu, cum debita fide, & exteriori reuerentia.

Sed certiſſimè reſpondeo peccare mortaliter (niſi aliàs extrema neceſſitas ſuſcipientis, ita ad illud celeriter conficiendum cogat, vt nequeat moraliter ſe ad gratiam præparare.) Ratio eſt, quia Sacerdos eſt miniſter ex officio, & deputatus, & conſecratus ad baptizandum. At hic tenetur ſe diſponere ad gratiam, ſaltem per contritionem exiſtimatam, quando Sacramenta adminiſtrat: ergo. Sic S.Thom. *q.*64. *art.*6. Caiet *ibi*,Nauar.*cap* 22.*num.*3.Victoria *q.*20. Henriquez *lib.*1.*cap.*19.*num.*4.*& lib.*2.*cap.*29. *n.*4. Suarez, Vaſquez, Hurtado, Filliuc.Bonacina, Granad. & alij *loc. cit.* Archangelus etiam *diſtinct.*5. *pag.*57.& communis.

QVÆSTIO XXXI.

An Pater baptizans filium ſuum ex legitimo matrimonio natum in neceſsitate, nullo alio præſente, qui hoc facere poſſit, priuatus maneat iure petendi debitum?

AFfirmatiuam partem attentarunt (inquit Viuald. *loco ſtatim cit.*)tenere Sotus *in* 4. *diſt.*42. *art.*1. & Palud. ibidem. Sed reuera fallitur hic auctor; nam prædicti Doctores ſolùm dubitarunt de Patre baptizante in neceſſitate filium ſuum ex concubina conceptum,vt melius vidit Nauartus *loco ſtatim citando.*

Sed certiſſimè reſpondeo: non manere tali iure priuatum.Ratio eſt, quia per actum bonum non debet præiudicari matrimonio ſancto antea contracto. Et ſic habetur *in cap. Ad Limina*, 30.*q.*1.& tenent Nauar. *cap.*22.*num.*40.*in fine*, Sotus *loco citato*, & Viuald. *c.de Miniſtro baptiſmi*,*n.*8. Qui benè aduertunt, contrarium eſſe dicendum,ſi talis filius fuerit ex fornicatione: tunc enim eius Pater non poterit eius concubinam, & Matrem illius filij in vxorem ducere. Quia cognatio ſpiritualis, quæ inter baptizantes,& Patres baptizati impedit, & dirimit, obſtat talibus,ne poſſint contrahere: de quo adhuc *infrà diſp.*7 *q.*11.*&* 12.

QVÆSTIO XXXII.

An ſaltem, ſi in eadem neceſsitate baptizet Pater ſuum legitimum filium, præſentibus multis, qui eum baptizare poterant, maneat tali iure priuatus?

AFfirmant in hoc caſu Sanch. *tom.*3. *de matrim. lib.*9.*diſp.*36.*n.*7. Villalob. *tom.*1.*tr.*13. *diff.*51. *n.*1.quos videtur ſequi Ludouicus *q* 4. *art.*3. *dub.*3. *pag.*80.adiuncta *concluſ.*4.*art.*1.*pag.*77.

Sed probabilius reſpondeo: adhuc in hoc caſu non manere tali iure priuatum, licèt mortaliter peccauerit. Ratio eſt. Quia ex nullo textu,aut iure probari poteſt, Patrem tali iure petendi debitum priuatum manere. Sic Suarex *quæſt.*67. *art.*8. *ſ. penult.* Ægid. *de Sacrament. diſp.*34.*dub.*8.*n.*69. Heredia *de Baptiſm.punct.*6.*dub.*2.*n.*6.Diana 3.*p.tr.*4.*reſ.*3.Hurtado *de Matrimon.diſp.*10.*diff.*6.& alij.

QVÆSTIO XXXIII.

An Obſtetrices teneantur ſub peccato mortali formam baptiſmi,& modum baptizandi ſcire?

NEgant Suarez *diſput.*31.*ſect.*5.& Diana 2.*parte tract.*13.*reſ.*46.quos citat,& ſequitur Dicaſtillo *diſput.*2.*dub.*1. *num.*18. Quia nemo (inquit) tenetur ex charitate, aut iuſtitia eſſe paratus,vt ſi quando ſit grauis neceſſitas, ſciat modum ſubueniendi per baptiſmum; & rarò accidit, quod præter obſtetricem non ſit alia perſona, quæ ſciat,quod ſufficit, vt ideo deobligetur obſtetrix. Ita ille.Quem cautè lege propter errorem typographiæ.

Sed probabiliùs reſpondeo,teneri; quia vnuſquiſque tenetur neceſſaria ſuæ artis,& officij ſcire. Addo, quod ſæpiſſimè incumbit,& occurrit hæc neceſſitas, maximè quando puer nondum eſt integrè natus: ergo.Sic Nauarrus *cap.*22.*num.*6.Palud.*in* 4.*diſtinct.*5. *quæſt.*2.*art.*1. D. Antoninus 3.*part.tit.*14.*c.*15.Henriquez *lib.*2.*cap.*29.*num.*5.Filliuc.*tract.*2.*num.*86.Sà *verbo Baptiſm.num.*12.Viuald. *loc.cit.n.*6. Reginald. *lib.*27.*c.*6 *n* 45.Rodriguez *tom.*3.*c.*26.*n.*5. Poſſeuio. *de off.curati c.*6.*n.vltimo*, Granad. *tom.*5.*tr.*2.*diſp.*2. *n.*7.Bonacina *diſp.*2.*q.*2.*punct.*5. *n.*5. Qui etiam pro hac parte citat Suarium, ſed malè. Toletus *lib.*2. *c.*19.*n.*7. & alij, quos ſequitur Trullench *lib.*2.*c.*1. *dub.*5.*num.*6.

DISPV

DISPVTATIO V.

De ſubjecto Baptiſmi.

QVÆSTIO PRIMA.

An omnis, & ſolus homo, ſive adultus, ſive infans, ſit capax Baptiſmi?

NEGANT Hæretici Anabaptiſtæ, loquendo de infantibus, aſſerentes, eos non eſſe capaces Baptiſmi. Sic refert Becanus *cap.10.de Bapiſm.q.1.*

Sed de fide reſpondeo: Non ſolum adultos, ſed etiam infantes, eſſe capaces Baptiſmi, & legirimè baptiaari poſſe. Quia Baptiſmus omnibus eſt neceſſarius, vt ſuprà eſt habitum, & probatum ex illo Ioan. 3. *Niſi quis renatus fuerit*. Secundò, quia ſic tenet vſus antiquiſſimus Eccleſiæ, in ipſa enim ſemper vſitatum fuit, vt infantes baptizarentur. Sic docent omnes Catholici. Legatur Becanus *loc.cit.*

QVÆSTIO II.

An ſatyri, vel conceptus ex fœmina, & bruto, baptizari poſſint?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe probabilem, eo quòd probabile ſit, ſemen fœmineum actiuè ad generationem concurrere, innuit Dicaſtillo *vbi inf.*

Sed vt certum reſpondeo: Non poſſe, quia verè non ſunt homines rationales, neque habent peccatum originale, cùm hoc traducatur ex Adamo per virilem virtutem, vt docet Trident. *ſeſſ.5.can.3.& 4. & ſeſſ.6.c.3.* Sic Henriquez *lib.2.c.21.n.1.* ea D. Th. *1.2.q.81.art.5.* Bonacina *diſput.2.q.2.punct.9.n.3.* Poſſeuinus *de offic. Curati cap.6.mihi n.25.* Candidus *diſquiſit.16.art.5.dub.1.* Bartholomæus ab Angelo §.132. Trullench. *lib.2.cap.1.dub.6.n.2.* & Dicaſtillo *diſſ.1.dubit.21.n.118.* qui ad argumentum pro contrario factum, bene reſpondet, nihil inde concludi: nam etiam dato, quod ſemen fœmineum actiuè ad generationem concurrat, cùm non ſufficiat ſe ſolo, ſine conſortio virilis ſeminis, hinc eſt quod cum in dicto concubitu maſculinum ſemen ſit ferinum, & nnn humanum, non poſſit proles eſſe humana.

QVÆSTIO III.

An Monſtrum genitum ex vero homine, & bruta fœmina baptizari poſſit?

VIdetur, quod non: quia non erit homo verè rationalis, vt indicat Henriquca *loc.cit.* Ergo.

Sed probabiliter reſpondeo: Poſſe, ſaltem ſub conditione. Ratio eſt. Quia peccatum originale (vt nuper vt certum de fide eſt habitum) traducitur in prolem per virtutem vitilem ea Adamo: at huiuſmodi proles hac ratione eſt genita: Ergo poteſt ſaltem ſub conditione (*ſi es capax Baptiſmi*) baptizari, vt ſic per Baptiſmum peccatum originale tollatur. Sic Poſſeuinus *loc.cit.* lege Dicaſtill. *loc.cit.* & Palaum *punct.6. num.4.*

QVÆSTIO IV.

An Monſtrum genitum ex viro, & fœmina abſolute baptizandum ſit?

REſpondeo, quod ſic. Quia verè eſt homo conſtans corpore, & anima. Sic omnes Doctores.

Sed maior difficultas eſt, quomodo Monſtrum baptizandum ſit. Reſpondeo ea D. Th. quod ſi conſtet ibi eſſe duas animas rationales; purà, quia ibi ſunt duo capita, duo pectora, & conſequenter duo corda, baptiaari debet vt duo, vel dicendo: *Ego vos baptizo in nomine Patris, &c.* vel ſigillatim ſemel in utroque capite. Si verò non eſt certum eſſe duos, vt quia non ſunt duo capita bene diſtincta, aut ſi duo capita cum vno pectore, aut duo pectora cum vno capite, tunc bis baptiaandum eſt, ſemel abſoluté in ea parte, in qua perfectiùs caput apparet, & ſemel in alia parte, ſub conditione dicendo: *Si tu non es baptizatus, ego te baptizo, in nomine Patris, &c.* Sic Sylv. *Bapt.3. q.10.* citans S.Th. Palud. Landul. Henricum. Tenent etiam Tab. *Bapt.6.n.14.* Armil. *n.52.* Henriq. *lib.2. c.21.n.6.* Poſſev. *loc.cit.* Bonac. *loc.cit.n.4.* & apud ipſum Tolet. Chamerota, Graſſius, Vivaldus, & alij communiter. Sic etiam, & optimè, Archangel. *diſt.5. pag.57.& 58.* Palaus, & Dicaſtillo *loc.citatis.*

QVÆSTIO V.

An etiam ſit abſolutè baptizandum, quando dubitatur, an Monſtrum habeat animam rationalem, vel an ſit genitum ex fœmina, & bruto?

REſpondeo, quod non; ſed ſub conditione tantum: Vnde ſi Monſtrum habeat caput ferinum, licèt cætera membra habeat humana, non erit baptizandum abſolutè, ſed ſub conditione ad ſummum, eo quòd ſignum præcipuum hominis ſit caput humanum. Sic Navar. *Concil.3.de Bapt.* Comitol. *lib.1. q.8.* Bonac. *loc.cit.n.5. in nova editione,* Filliuc. apud ipſum, & Nald. *verb. Baptiſmus, n.10.*

QVÆSTIO VI.

An validus ſit Baptiſmus collatus infantibus abſque conſenſu parentum infidelium?

NEgant Palud. *in 4.diſt.4.q.4.n.28. & 29.* Dur. *diſt.6.q.7.* Marſ. *q.4.n.4 dub.3.* Sylv. *bapt.4.q.7.* & alii apud Vaſq. *q.60.art.10.d.155.c.6.n.64.* Quia baptiſmus non eſt validus collatus adulto, niſi conſentiat: ergo neque infanti, niſi conſentiant parentes.

Sed probabiliùs reſpondeo: valere. Primò, quia ad verum Baptiſmum tantummodò requiritur materia, & forma, & intentio Miniſtri, quæ omnia adeſſe ſupponimus: ergo voluntas parentum, aut eorum repugnantia ne quidquam obeſſe poteſt Baptiſmo filiorum infidelium. Secundò, quia Eccleſia non rebaptizat infantes invitis parentibus baptizatos, ergo Sic Henr. *lib.2.c.25.n.2.* Vaſq. *diſp.155.cit.* Regin. *lib.27. n.68.* Ægid. *q.68.art.10.n.66.* Nugno, & alii quos citat, & ſequitur Bonac. *loc.cit.n.11.* Suar. *diſp.25 ſect.1.* Hurt. *diſp.3.de bapt.diff.3.* & Bauny *q.28.* Ea quo colligunt omnes DD. citati, à fortiori aſſerendum, validũ eſſe Baptiſmum adminiſtratum infantibus parentum baptiaatorum, quamvis hæreticorum, & apoſtatarum, invitis eorum parentibus, & ex ſtatim dicendis amplius conſtabit. Ad argumentum contrariorum neganda eſt conſequentia. Ratio eſt, quod parvuli velle nequeunt ut adulti, quare juſtè exigi iſtorum conſenſus potuit, non illorum, cujus loco ſufficit interpretativus Chriſti, & Eccleſiæ.

QVÆSTIO VII.

An infantes baptizatorum etiam hæreticorum & apoſtatarum poſſint non ſolum validè, ſed etiam licitè invitis parentibus baptizari.

RESpondeo, quod ſic. Quia ſicut Eccleſia poteſt compellere ipſos parentes, utpotè Eccleſiæ ſubditos ratione Baptiſmi ad ſervanda omnia præcepta naturalia, & divina, & præcipuè ad obſervandam fidem: ita poteſt ipſis invitis filios ſuos baptizare. Sic S. Thom. *q.68.art.*10. Caiet. & Nugn. ibi. Suarez, Vaſq. Hurtad. & alii *locis citatis*, Bonac. *punct.*6. *n.*12. & apud ipſum Valentia, Ægidius, Henriquez, Reginald. Pitigian. Filliuc. Sotus, & alii.

QVÆSTIO VIII.

An filii hæreticorum poſſint licitè baptizari, caſu quo ſub cura parentum ſint, & timeatur periculum perverſionis eorum?

NEgant in hoc caſu licitè poſſe. Ægid. *quæſt.*68. *art.*10.*n.*81. Suar. *diſp.*25.*ſect.*5. Hæred. *de Bapt. p.*7. *dub.* 3.*n.*8. Quia inſtar periculum morale quod parentes irrideant fidem à filiis ſuſceptam, & quod filii illam deſerant cum ad rationis uſum pervenerint.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: licitè poſſe. Primò quia periculum perverſionis non eſt ita propinquum, & certum, cum fieri poſſit experientia id monſtrante, ut infantes ante uſum rationis moriantur, & ſalventur per Baptiſmum. Secundò, quia hæc praxis obſervatur à viris doctis in terris, in quibus Hæretici liberè exercent ſuam Religionem. Sic Layman *lib.*5.*tract.*2.*c.*6.*n.*12. quam ſententiam eſſe ſatis probabilem, ait Diana 3.*p.tract.*4.*reſ.*7. & ut talem videtur ſequi Palaus *punct.*6.*n.*10.

QVÆSTIO IX.

An infantes infidelium non baptizatorum qui Principibus Chriſtianis ſubditi politicè (non ſervi) ſunt, poſſint licitè invitis parentibus baptizari?

AFfirmant Sot. *in* 4.*diſt.*4.*q.*9. Gabriel *q.*1.*art.*3. *dub.*5. Angelus *Bapt.*6.*n.*15. Durand. *in* 4.*diſt.*4. *q.*6.*n.*9. & alii apud Vaſquez *diſp.*155.*c.*1. & apud Vivaldum *cap. ultimo de Bapt.n.*14.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe, quia vel hujuſmodi filii ſunt eripiendi à parentibus, & ſic fieret ipſis injuria, cum jure naturæ habeat Pater jus in filios, ut eos inſtruat, & regat, cùm filius ſit quid Patris; vel relinquendi in eorum poteſtate, & ſic fiet injuria Sacramento ob periculum apoſtaſiæ: Ergo. Sic S. Thom. *q.*68. *art.*10 & 2.2. *quæſt.*10. *art.*12. Caietan. *ibid.* Sotus *in* 4 *diſt.*5. *quæſt. unica, art.*10. Sylveſt. Paludan. Victor. & alii quos citant, & ſequuntur Vaſquez *loc. cit. cap* 2. Ægidius *q.*68. *art.*10. Hurtad. *diſp.*1. *difficult.*2. Vivaldus *loc. cit.* Candidus *diſquiſ.*16.*dubit.*5. & alii.

QVÆSTIO X.

An ſaltem infantes infidelium non baptizatorum, qui ſervi ſunt, & mancipia Chriſtianorum, poſſint invitis parentibus baptizari?

NEgant etiam S. Thom. Caiet. Sotus, Capr. apud Dianam 2.*parte, tract.*15.*reſ.*43. & apud Hurt. *loc. infrà citando.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: in hoc caſu poſſe. Quia Dominus habet jus vendendi ſuum ſervum, ſeparandi à filio, & mittendi in regiones etiam longinquas ad ſuum arbitrium: ergo ceſſat ratio juris paterni in filium: ergo ſine peccato poſſunt baptizari ipſis etiam invitis. Sic Suarez *diſput.*25. *ſect.*4. Vaſq. *diſp.*155.*c.*4.*n.*50. Luyſius Turrian. 2.2. *tom.*1. *diſp.*54. *dub* 2. Diana *loc. cit.* Filliuc. *tract.*2. *n.*142. citans pro hac ſententia D. Th. *q.*68. *art.* 10. Caiet. Sotum, & Durandum. Tenent etiam Hurtad. *loc. cit. diff.*3. Candid. *loc. cit.* & alii quos ſequitur Baunius *de Baptiſmo, quæſt.*27.*aſſertione* 3.

QVÆSTIO XI.

An in hoc caſu non ſolùm ſit licitum baptizare prædictos infidelium filios, verùm etiam teneantur Domini eorum hoc facere?

NEgant teneri Lorca 2.2. *q.*10. *art.*12. *diſp.*17. *n.*22. & Filliuc. *n.*146.

Sed probabiliùs reſpondeo: Teneri ſub peccato mortali ratione charitatis, niſi aliàs non ſit illis licitum hoc facere propter aliqua incommoda. Sic Vaſquez *diſp.*155. *cap.*7. Turrecrem. & Diana *loc. cit.* & 3.*p.tract.*4.*reſol.*1. & alii.

QVÆSTIO XII.

An infantes Infidelium, Maurorum ſcilicet, Turcarum, aut Gentilium, qui nullo modo ſunt ſubditi Chriſtianis, neque ſpiritualiter, nec civiliter, ſed ſua gaudent naturali libertate, poſſint invitis parentibus baptizari licitè?

AFfirmant poſſe baptizari, ſi id bona cautela poſſet fieri, & baptizati religiosè poſſent educari removendo eos à conſortio parentum infidelium, Scotus (non Sotus, ut leges apud Palaum) *in* 4. *diſt.*4 *q.ult.* & Gabriel *q.*2.*art.*3.*dub.*5. Quia parentes infideles tenentur divino præcepto filios ſuos in viam ſalutis dirigere, & ad id media neceſſaria eis concedere: ergo tenentur eos baptizandos offerre: ergo eos baptizans nullam injuriam parentibus irrogat, ſed eorum officium ſupplet, & obligationi ſatisfacit.

Sed ut ferè certum reſpondeo: Quod non, quia ſi filii infidelium ſubditorum tantùm civiliter nequeunt licitè baptizari invitis parentibus, multo minus filii infidelium nullo modo ſubditorum. Sic omnes DD. ut teſtatur Vivald. *cap. ultimo*, *n.*14. Filliuc. ex Suario *n.*145. Sotus *in* 4.*diſt.*5. *quæſt. unica*, *art.*10. ex D.Th. 2.2. *q.*10.*art.*12. & *q.*68.*art.*10. Vaſquez, Ægidius, Layman, & Bonac. quos citat, & ſequitur Palaus *de Bapt. punct.*5.*n.*13. Qui ad argumentum Scoti bene reſpondet, quod etiam ipſi parentes obligati ſunt ſe baptizandos offerre, non tamen obinde poſſe quem eos ad baptizandum cogere.

QVÆSTIO XIII.

An horum infidelium infantes, & aliorum qui tantùm ſunt politicè ſubditi Chriſtianis Principibus, poſſint licitè invitis parentibus baptizari, ſi ſint in articulo mortis, aut extra paternam poteſtatem, abſque ſpe inſtitutionis?

REſpondeo: Quod ſic, quia ſic ceſſant inconvenientia ſuprà allata, nec tunc fit injuria parentibus, cum habeant ipſi ſoli ius, ut curent de ſalute ſpirituali filiorum. Sic Vaſquez, Ægid. Filliuc. Hurtad. Candidus *loc. cit.* Diana 5.*parte, tract.*3.*reſol.*10. & communis. Legantur Bonacina *loc. cit.* Archang.

*diſt.*4.

by Google

diſt.4.pag.41.col.1. & alij recentiores, præcipuè Palaus *loc.cit.num.*14. vbi ita ait: ſi infans io periculo mortis conſtitutus ſit, baptizandus eſt, etiam inuitis parentibus, ne perpetuò pereat: ob æternam enim ſalutem pueri contemnenda eſt illa leuis læſio iuris parentis, præcipuè cum ex illa nullum moralc periculum apoſtaſiæ immineat.

QVÆSTIO XIV.

An filius cuiuſcumque infidelis habens vſum rationis, petenſque Baptiſmum, debeat baptizari, inuitis parentibus?

RESpondeo: Quod ſic, quia habet ius petendi quod ſibi neceſſarium eſt ad ſalutem, nec tenetur Patri obedire in his, quæ contraria ſunt ſaluti ſuæ, & Deo. Sic S.Th.*q.68.art.15.*Sà *Bapt.n.11.*Hurt.*loc.cit.*Filliuc.*n.*134. Arebang *diſt.*4.Bonac.*diſp.2.q.1.pun.6. n.12.*Suar.*diſp.25.ſect.3.* Henriq.*lib.2.cap.25.n.3.*& communis, lege Trullench *lib.2.cap.2.dub.6.n.6.*

QVÆSTIO XV.

An etiam quando dubitatur, vtrùm puer vſu rationis polleat, poſſit baptizari licitè, inuitis parentibus, ſi puer petat?

NEgant (ſi aliàs non inſtet neceſſitas mortis) Henriquz *lib.2.c.25.n.3.*Vaſq.*diſp.155.* Ægid. *loc.cit.n.61.*Hurtado *diſp.3.diffic.4.*Ochagavia *q.19. n.9.*Naldus, Antonin. & alij, quos citat Bonac.*diſp.2. q.2.punct.6.num.12.* & Palaus *de Baptiſm. punct.6. num.*6. Quia ſic vitatur & periculum retrocedendi à fide, cùm non ſit ſatis voluntariè ſuſcepta, & iniuria parentum. Affirmant autem Sotus *diſt.5.quæſt.vnica, artic.10.& 15.& diſtinct.29.art.3.* Candidus *loc.cit. dubit.12.* & alij. Quia in dubio inclinandum eſt in fauorem fidei, & Chriſtianæ Religionis.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe licitè baptizari (etiam extra articulum neceſſitatis) ſi compleuit ſeptennium; & Baptiſmum petierit: Quia completo ſeptennio, præſumitur vſum rationis habere, ſi verò non compleuerit ſeptennium, & filius ſit infidelium non baptizatorum, nec ſubditorum Chriſtianis, iuxta ſupradicta, non eſt baptizandus, inuitis parentibus (niſi vt dictum eſt, immineat periculum mortis.) Quia præſumitur non habere vſum rationis, & melior eſt conditio parentum poſſidentium. Sic vtraque ſententia conciliata manet. Sic Bonac. *loc.cit.* & alij, quos ſequitur Trullench.*dubit.6.cit.n.9.*

QVÆSTIO XVI.

An poſſit licitè baptizari infans, ſi vnus ex parentibus conſentiat?

REſpondeo poſſe. Nam ſi alter ex his fidelis ſit, haud dubium eſt, quia ſi Mater eſt Chriſtiana, & conſentiens, poteſt baptizari infans, quamuis pater diſſentiat, quia partus in hoc caſu ſequitur ventrem; cum ſit melior conditio parentis Chriſtiani, & innocentis: Si verò pater eſt Chriſtianus, & conſentiat, etiamſi Mater diſſentiat, poteſt infans baptizari. Quia pater eſt caput, & præcipua cauſa filij, & melioris conditionis. Si denique ambo parentes infideles ſint, modò vnus illorũ conſentiat, poteſt baptiaari, quia præfertur in fauorem Religionis, & filij. Sic Valẽtia *diſp.4.q.3.punct.3.verſ.Quartò dico.* Vaſq.*loc.cit. c.3.n.35.*Poſſeu.*c.6.n.14.*Filliuc.*n.144.*Suar.*diſp.25. ſect.3.*Hurt.*diſp.3.diffic.4.*Ochag.*q.19.n.7.*Caod.*loc.*

cit. dub.11. Bonac.*loc.cit.*Palao *punct.6. cit.num.11.* Trullench.*lib.1.cap.2.dub.6.num.15.*& communis.

QVÆSTIO XVII.

An Iudæi ſint ſerui, & mancipia Principum, in quorum Regnis habitant?

AFfirmant Durand. *in 4.diſtinct.4.q.6.* & Caietaous *q.68.art.10.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Non eſſe ſeruos, ſed liberos, & ciues politicè, & ciuiliter tantùm ſubiectos. Primò, quia id ſignificatur *in cap. Etſi Iudæus, de Iud.& Sarrac.* Secundò, quia id experientia docet, cùm verè tractentur vt ciues; ſiquidem eis permittitur habere bona, ire quò volunt, &c. Sic Sotus *in 4.diſt.5. quæſt.vnica, art.10.*Vaſq. *loc.cit.c.5.*Hurt. *loc.cit.* & Bonacina *loc.cit.n.12.*

QVÆSTIO XVIII.

An in infante baptizando requiratur aliqua diſpoſitio ad receptionem Baptiſmi?

REſpondeo: Quod non, quia infantes ante vſum rationis non ſunt capaces propriæ diſpoſitionis; neque enim habent vſum liberi arbitrij, quo credere poſſint (vt Lutherus finxit) aut velle Baptiſmum ſuſcipere; vnde Chriſtus Dominus, & eius Eccleſia, & intentionem, & diſpoſitionem ſupplent. Idemque omnino dicendum eſt de adultis amentibus perpetuò à Natiuitate, non habentibus lucida rationis interualla. Sic S.Th. *q.68.art.12.* Henriquez *lib.1.c.24. n.1.*Vaſquez *q.68.art.10.*Suarez *diſp.2.q.2.punct.6. n.16.*Archangelus *diſt.4.pag.37.*Palaus *punct.9.n.1.* & Trullench *c.1.dub.7.*& communis.

QVÆSTIO XIX.

An ad recipiendum validum Baptiſmum requiratur conſenſus baptizati?

NEgarunt Gloſſa *in cap. Solet, de conſecrat.diſt.4.* & Gloſſa *in cap. Maiores, de Baptiſmo.*

Sed oppoſitum omnino reſpondeo: Dicendum enim requiri. Sic habetur *in cap. Maiores, cit.* Et probatur, quia omnino eſt indecens reſiſtentem initiari ſacris Chriſtianis. Sic Gregor. XIII. qui rectè prædictas Gloſſas cum cenſura Magiſtri ſacri Palatij iuſſit deleri; & cum eo omnes Doctores. Legantur Archangelus *diſt.4.pag.38 col.1.*Palaus *punct.7.n.3.* Trullench *loc.cit.n.2.*& Bauny *q.25. de Baptiſmo.*

QVASTIO XX.

An requiratur poſitiuus conſenſus baptizatorum adultorum?

NEgant Caiet. *q.68.art.7.* & Ledeſm.*1.p.4 q.3. art.7.* Quia exiſtimant, ad valorem Sacramenti in adultis ſufficere, non reſiſtere.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Requiri poſitivum conſenſum, & intentionem. Primò, quia in Baptiſmo ſit ſpontanea profeſſio legis, & ideo Eccleſia priùs interrogat, *Vis baptizari.* Secundò, quia baptizatus per Baptiſmum ſuſcipit multas obligationes: ergo iuſtum eſt, vt qui pollet ratione, in eas conſentiat, & intendat eas ſubire. Sic S.Th.*q.68.n.7.* Scot.*in 4.diſt.4.q.4.*Sotus *diſt.5.art.7.*Henriq *lib.2. cap.24.n.3.* Vaſq.*diſput.118.n.65.*Suarez *diſput.14. ſect.2.*Ægidius *q.64.art.8. dub.5.* Filliuc. *num.103.*

Hurtad. *diſp.* 4. *de Sacram. in gen. diffic.* 13. Candidus *loc. cit. art.* 6. *dub.* 2. Archang. *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. num.* 16. & 23. & communis.

QVÆSTIO XXI.

An dormientes, vel amentes non perpetuò, poſſint validè, & licitè baptiZari?

RESpondeo poſſe, ſi ante ſomnum, vel ante amentiam Baptiſmum petierint, nec conſtet cum rationis uſu talem conſenſum revocaſſe. Ratio eſt, quia virtualiter, vel ſaltem habitualiter dicuntur habere intentionem. Sic Angelus *Bapt.* 6. *n.* 10. *ex cap. Majores cit.* Henriq. *lib.* 2. *c.* 24. *n.* 3. & 4. Sylv. *Bapt.* 4. §. 3. Graff. 2. *p. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 45. Bonac. *loc. cit. n.* 19. & Sancius in ſelectis, qui bene ex Sylveſtro addit: prædictum adultum, qui antequam in amentiam incideret, Baptiſmum periit, & non revocavit voluntatem, poſſe vi baptizari, etiamſi poſtea furia accenſus ſe Baptizari nolit, &c. Sic Sancius *diſp.* 44. *n.* 42. & Candidus *diſquiſ.* 16. *art.* 6. *dubit.* 3. Palaus *de Baptiſm. punct.* 7. *n.* 2. & Trullench *lib.* 2. *c.* 1. *dubio* 7. *n.* 4.

QVÆSTIO XXII.

An baptiZandus ſit amens, vel dormiens, de quo dubitatur, an petierit Baptiſmum ante amentiam, vel ſomnum?

AFfirmat Henriquez *loc. cit. num.* 4. baptizandum eſſe ſub conditione, ſi adſit conjectura, quod petierit.

Sed ego reſpondeo, quod etiamſi non adſit conjectura, quod petierit, poſſit baptizari ſub hac conditione, *Si petiſt. Baptiſmum, ego te baptizo, &c.* Quia hoc modo nulla irrogatur injuria Sacramento, & poteſt prodeſſe amenti baptizato. Sic Bonac. *loc. cit.* Sot. *diſt.* 5. *quaeſt. vn. art.* 12. Nugnus *quaeſt.* 86. *art.* 4. Qui bene addunt, hujuſmodi amentem non eſſe baptizandum, etiamſi conſtet cum ante amentiam Baptiſmum petiiſſe, ſi conſtet, eum poſt petionem Baptiſmi in ſtatu peccandi jacuiſſe, ut in concubinatu; quia baptizaretur cum obice, & Baptiſmus adminiſtraretur indigno. Sic Victor. *q.* 26. & Sancius *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO XXIII.

An ad recipiendum Baptiſmum requiratur in adulto fides ſupernaturalis?

RESpondeo: quod non requiritur ad recipiendum verum Baptiſmum, quoad characterem; bene tamen ad recipiendum Baptiſmum cum fructu, & gratia. Duo namque conferuntur in Baptiſmo: (characler ſcilicet, & gratia non ponenti obicem. Loquendo ergo de adulto, & reſpectu gratiæ, fides in eo neceſſariò requiritur; nam qui non crederet quod Eccleſia credit, nunquam gratiæ effectum reciperet. At verò loquendo de adulto reſpectu Characteris, & Sacramenti tantum, non requiritur in eo fides neceſſariò, ſed intentio ſuſcipiendi Sacramentum, ſicut Chriſtus inſtituit. Sic S. Th. *q.* 67. *art.* 8. Angel. *Bapt.* 6. *n.* 8. Sot. *in* 4. *diſt.* 5. *art.* 8. Henriq. *lib.* 2. *c.* 26. *n.* 1. Ledeſma *q.* 1. *art.* 7. Sa *verb. Baptiſmus, n.* 14. Valent. *diſput.* 4. *q.* 3. *punct.* 3. Filliuc. *tract.* 2. *n.* 135. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 1. *punct.* 6. *num.* 24. Ægidius, Pitigianus, Chamerota, & alij apud ipſum. Palaus *punct.* 7. *n.* 3. Bauny *de Baptiſmo, quaeſt.* 26. *aſſert.* 1. & Trullench. *lib.* 2. *cap.* 1. *dub.* 7. *num.* 8.

QVÆSTIO XXIV.

An adulto ſit opus credere explicitè Myſterium Sanctiſſimæ Trinitatis, & Incarnationis, ut Baptiſmum recipiat?

AFfirmant Sanchez *lib.* 2. *ſumma, cap.* 3. *num.* 14. Villalob *tom.* 2. *tr.* 1. *diffic.* 4. *n.* 13. & alij communiter. Quod verum cenſeo regulariter loquendo (quidquid alij dicant) In articulo verò mortis poſſe miniſtrari Baptiſmum adulto, non credenti talia myſteria, ſaltem ſub conditione, non dubito, vt docet idem Villalobos *diffic.* 3. *n.* 7. Sancius *in ſelect. diſp.* 44. *num.* 41. Vega, Aragon. & alij apud ipſos, & Palaus *loco citato.*

QVÆSTIO XXV.

An adultus baptizandus teneatur confiteri prius peccata ante Baptiſmum commiſſa?

AFfirmant Angel. *Bapt.* 6. *n.* 13. *in fine, & verbo Confeſſio* 2. *n.* 2. Qui pro ſe citat Ricardum *in* 4. *diſt.* 17. ſed malè, cum oppoſitum doceat, ut notat Medina *de confeſſ.* §. *de confitendis mortalibus ante Baptiſmum commiſſis.* Inſinuare tamen videntur hanc ſententiam Scotus, Adrian. & Gabr. quos tamen ipſe Medina optimè in oppoſitum explicat.

Sed certiſſimè oppoſitum omnino reſpondeo: videlicet, non teneri, imò nec poſſe. Ratio eſt, quia de ſe tollit omne peccatum, vt docet Trident. *ſeſſ.* 5. *can.* 5. Ergo. Sic S. Thom. *quaeſt.* 68. *artic.* 6. Sylueſter *Bapt.* 4. *quaeſt.* 10. Armilla *n.* 5. Sotus *diſt.* 4. *q. vn. art.* 6. Henriq. *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 1. Bonac. *loc. cit.* & Candid. *loc. cit. dub.* 10. *pag.* 97. & Naldus *verb. Baptiſmus, n.* 12. vbi ſic ait, Baptiſmum præcedentia peccata non ſunt confitenda per neophytos, ſed nec videtur poſſe illa confiteri; cum eiuſmodi confeſſio diceretur iniuriam irrogare Baptiſmo, per quem & originale, & omne actuale cum illo penitus deletur. Sotus *in* 4. *diſt.* 15. *quaeſt.* 1. *art.* 3. *concluſ.* 3. Sic Naldus.

QVÆSTIO XXVI.

An ſaltem teneatur habere contritionem peccatorum mortalium ante Baptiſmum commiſſorum?

AFfirmant Nauarrus *cap.* 1. *n.* 37. & *cap.* 11. *n.* 7. Victoria *q.* 23. Alexand. 4. *parte, q.* 18. *mem.* 2. *art.* 1. Gab. *diſtinct.* 4. *q.* 2. Adrian. 4. *de Pœnit. quaeſt.* 1. & *quodlibet.* 5. *art.* 3. Margarita Confeſ. *fol.* 33. & P. Sotus *de inſtruct. Sacerdot. lect.* 4. *de Baptiſm.* & alij apud Dianam 3 *parte tractat.* 4. *reſolut.* 13.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non teneri habere contritionem, ſed ſufficere habere attritionem, vt ſtatim dicemus. Sic S. Thom. *diſt.* 6. *q.* 5. *art.* 3. *q.* 1. Scotus *diſtinct.* 4. *q.* 5. & *diſtinct.* 14. *quaeſt.* 4. *artic.* 3. Suarez *diſput.* 28. *ſect.* 2. Vaſquez *diſputat.* 158. *cap.* 4. Ægidius *quaeſt.* 2. *artic.* 1. *dubit.* 22. Fillincius *n.* 104. Henriquez *lib.* 2. *cap.* 26. *n.* 2. Diana *loc. cit.* Hurtad. *de Baptiſm. diſput.* 4. *difficult.* 6. Villalobos *tract.* 5. *difficult.* 19. *num.* 3. Candidus *loc. dubit.* 11. Petrus de Ledeſma *cap.* 10. *concluſ.* 4. Molfeſius *tract.* 4. *cap.* 1. *n.* 54. & Llamas 2. *parte method. cap.* 2. §. 12. qui cum Soto docet, nullum dolorem ſufficere, dummodo actu, vel virtute non ſit complacentia dictorum peccatorum. Sic illi, ſed non ego.

QVÆSTIO

Qvæstio XXVII.

An attritio , quam adultus , qui ante Baptiſmum peccavit mortaliter , debet habere ad recipiendum Baptiſmum cum fructu , debeat eſſe exiſtimata contritio?

AFfirmant Navar. *loc.cit. n.59.* Alex. & Adrian. *loc.cit.* Corduba *lib.1.q.2.* Medina *de Pœniteat. quaſt. de Confeſſ. facta iter.* Ledeſma *1.p.q.20.art.1.* & alii apud Dianam *3.p.tr.4.reſ.13.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Sufficere habere attritionem veram, etiam ut talem cognitam, quia contritio non eſt neceſſaria; ergo neque exiſtimatio, quæ per ſe nihil confert , cum ſit judicium falſum. Antecedens probo , nam Baptiſmus cum ſit regeneratio per ſe, eſt inſtitutus ad remittendum peccatum: Ergo neque ſupponit hominem vivum , nec contritionem, per quam remiſſum ſit peccatum requirit. Sic ex S.Th. Filliuc. *tr.2.n.105.* Sotus *diſt.6.q.2. art.7.* Vaſq. Suar. Ægid. Diana *loc.cit.* Cabrera *q.66.art.8. diſp.2.§.2.& 10.* Villalob. *tom.1.tr.5.diff.19.a.1.* Nugnus *q.69.art.9.dub.2.* Hurt. *diſp.4. de Bapt. diffic.6.* & alii communiter cum Henriquez *lib.2.c.26.n.2.* & Petrus de Ledeſma *loc.cit.* Bauny *q.27.de Baptiſm* & Trullench *dub.7.cit.fine.*

Qvæstio XXVIII.

An attritio ſufficiens ad recipiendam gratiam Baptiſmi in adulto, qui peccavit mortaliter, debeat neceſſariò eſſe ſupernaturalis?

NEgant Sotus *diſt.6. q.1.art.7.& diſt.14.q.2. art.5.* Cano *relect.de pœnit.p.alt.* Ledeſma *c.20. de Baptiſ.* Pitigianus *in 4. diſt.4.q.4. art.3. concl.2.* & alii apud Henriquez *loc. cit. lit. Y*, putantes ſatis eſſe attritionem naturalem habitam ex viribus naturæ, & ex motivo naturali, videlicet ex motivo pœnæ temporalis , ex turpitudine peccati , &c. Præcipuè junctam actui Fidei , & Spei , & deſiderio recipiendi Baptiſmum.

Sed longè probabiliùs reſpondeo : Debere neceſſariò eſſe ſupernaturalem , & procedentem ex auxilio ſupernaturali , propter metum gehennæ , aut turpitudinem peccati. Primò , quia id colligitur ex Trident. *ſeſſ.6.cap.6.& ſeſſ.14.cap.4.* ubi inter diſpoſitiones ad juſtificationem , ponitur attritio, quam eſſe donum Dei , & Spiritus ſancti , dicit. Secundò , quia naturalis attritio nequit eſſe proportionata diſpoſitio ad gratiam, quæ eſt ſupernaturalis. Sic Mag. *in 4. diſt.4.* Nugnus *q.69.dub.4.* Ioannes de Cruce *2. parte de Baptiſm.q.4.dub.3. conclu.1.* Henriquez *loc.cit.* Filliuc. *num.104.* Bonac. Suar. Vaſq. Hurtado, Diana, Petrus de Ledeſma *loc.cit.* Candidus *loc. cit. dub.12.pag.97.* & alii.

Qvæstio XXIX.

An ſaltem ſufficiat attritio naturalis , exiſtimata ſupernaturalis?

AFfirmant Doctores primæ ſententiæ, quibus addendi ſunt Nauarrus, Henriq. Victoria, & alij à nobis tract. de Confeſſione citandi , affirmantes : Validam eſſe confeſſionem factam cum attritione exiſtimata ſupernaturali, licèt in re naturalis ſit.

Sed longè probabiliùs reſpondeo : Nondum ſufficere ; ſed in re requiri attritionem ſupernaturalem, ob rationes factas. Sic Authores citati , de quo amplius *loco cit.*

Qvæstio XXX.

An adultus, ut debitè Baptiſmum ſuſcipiat, debeat in memoriam revocare omnia peccata ſua, & de illis attritionem habere?

VIdetur quod ſic, quia hoc facere debet, qui Sacramentum pœnitentiæ vult recipere.

Sed reſpondeo , quod non ſit ei hoc neceſſarium; ſed ſatis eſt ſi dolorem in generali concipiat. Quia hoc Sacramentum non fit per modum judicii , ſicut Sacramentum Pœnitentiæ. Sic Ragutius *de Baptiſ. q.41.* Sancius *in ſelect. diſp.44.n.41.in fine*, & Candidus, & Archangelus *loc.cit.*

DISPVTATIO VI.

De virtute, & effectibus Baptiſmi.

Qvæstio Prima.

An Baptiſmus deleat omnia peccata, tam actualia, quàm originalia?

NEgant Hæretici noſtri temporis dicentes, per Baptiſmum non tolli peccata , ſed tantum tegi.

Sed certiſſimè reſpondeo : Verè deleri, & eradicari. Sic enim definitur in Conc. Flor. ab Eugen. IV. *in decreto fidei*, ſic dicente: *Hujus Sacramenti, nempe Baptiſmi, effectus eſt omnis remiſſio culpæ originalis, & actualis*, & in Trid. *ſeſſ.5.can.5.& ſeſſ.14.c.1.* Et ratio eſt. Quia Baptiſmus eſt Sacramentum regenerationis, & renovationis in Chriſto. Ad Tit. 3. *Salvos nos fecit per lavacrum, &c.* ergo ſicut generatio carnalis Adam omnes inficit originali peccato, ita ſpiritualis Chriſti generatio omnes emundabit ab eodem peccato. Rurſus unum peccatum non poteſt tolli, & deleri ſine alio : ergo, &c. Sic S.Th. *q.69.art.1.* Suarez *tom.1. de Sacramento* , Henriquez *lib.2.c.16.* Fill. *tr.2.n.84.* Bonac. *diſp.2.q.2. punct.7.n.4.* & omnes Catholici. Legantur Vaſquez *diſp.156. à c.1.* Palaus *punct.10. n.2.* Trullench *lib.2.cap.1.dub.8.* & Baunius *q.30. de Baptiſmo.*

Qvæstio II.

An Baptiſmus remittat , & deleat omnem pœnam peccatis etiam actualibus debitam?

REſpondeo : quod ſic. Sic enim definitur in Concil. Flor. *loc.cit.* & in Trid. *ſeſſ.5.can.5.& ſeſſ.6. c.14.& ſeſſ.14.c.8.* & probatur ex perpetua Eccleſiæ traditione , & conſenſu , unde Concil. Florent. ob id negat eſſe imponendam ſatisfactionem pro peccatis ante Baptiſmum commiſſis. Sic S.Th. *q.69.art 2.* Suarez, Nugnus, Ægidius, & Peſantius *ibidem*, Bonacina *loc.cit.n.3.& 5.* Vaſquez *tom.2.diſp.156.& ſeqq.* & omnes. Legantur Palaus *num.4.* & Trullench *dubi.8.cit.*

Qvæstio III.

An Baptiſmus auferat etiam omnes pœnalitates, quæ peccatum Adami, & originale in nobis contractum ſequuntur ; ut mors, fames, ſitis, morbus, &c.

REſpondeo : quod non aufert Baptiſmus hujuſmodi pœnalitates in hac vita, ut experientia nos

docet. Sed per virtutem illius auferentur in reſurrectione, quando mortale hoc induet immortalitatem. Sic cum D.Thom. *q.69.art.3.* Vaſquez, Suarez, Nugnus, & Ægidius *loc.cit.* Filliuc. *loc.cit.num.69.* Bonac. *num.7.* Henriquez *loc.cit.cap.16.num.7.* & omnes Doctores, præcipuè Palaus *num.5.* qui ideo dicit hæc non tolli per Baptiſmum, quia nec ſunt peccata, nec pœnæ propriè peccatorum, & ad patientiæ exercitationem, & virtutum augmentum conducunt.

Qvæstio IV.

An Baptiſmus conferat gratiam juſtificantem cum reliquis donis, & virtutibus, quæ cum ipſa conjunguntur.

Reſpondeo: quod ſic, modò non adſit obex ex parte baptizati. Sic definitur in Trident. *ſeſſ.7. c.6.7. & 8. & ſeſſ.6.c.7. de Baptiſ.* & probatur ex dictis. Quia culpa non deletur, niſi per infuſionem gratiæ habitualis: at per Baptiſmum deletur omnis culpa, ergo. Sic tenent cum D.Th. *loc.cit.art.4.* Vaſquez, Suarez, Peſaotius, Ægid. & Nugnus *ibid.* Bon. *loc.cit. punct.7.n.2.* & omnes. Legantur Dicaſtillo *tract.2.diſp.2.dub.17.* Baunius *q.30.de Baptiſmo*, & Trullench *lib.2.c.1.dub.8.n.6.& 7.*

Qvæstio V.

An Baptiſmus conferat omnibus parvulis æqualem gradum gratiæ?

Negant Paludan. *in 4. diſt.4.q.1.* Scot. *diſt.4. q.7.art.1.* Gabriel *q.2.art.2.concl.7.* Caiet. *q.64. art.1.ad 2.* Guillelmus Eſtius *diſt.4.§.9.* Ytibarne *diſput.17.pag.mihi 191.* & alii exiſtimantes, conferre eis inæqualem gratiam, vel ex vi Sacramenti (ut loquitur Palud.) vel ex vi meritorum baptizantis, vel parentum, vel adſtantium.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: æqualem gradum gratiæ omnibus parvulis conferre. Ratio, quia inæqualitas gratiæ ſolum poteſt provenire ex inæqualitate diſpoſitionis: at in infantibus nulla eſt diſpoſitio. Ergo. Sic D. Thom. *q.69.art.8.* Nugnus, *ibid.* Sotus in 4. *diſt.6. q.1.art.6.* Sylveſter *Bapt.6. num.4.* D Anton. *3.p.tit.14.cap.11.* Victor. *num.22.* Vaſquez *diſp.135.* Suar. *diſp.7.diſſ.28.ſect.3.* Ægid. *q.62.art.1. dub.3. & q.66.art.8.* Hurtad. *diſp.3. de Sacram.in gen.diffic.5.* Filliuc. *tract.2.n.109.* Bonac. *loc.cit.punct.7.n.3.* Henriquez *lib.2.cap.17.num.5.* & Candidus *diſquiſit.16.art. 8.cap.102.* Archangel. *diſt.4.pag.35.col.2.* Dicaſtillo *loc.cit.* & Palaus *tr.19. punct.10.num.3.* & communis.

Qvæstio VI.

An Baptiſmus etiam adultis conferat æqualem gradum gratiæ juſtificantis?

Affirmant aliqui apud Suarium *diſp.7.cit.ſect.5.* & apud Ægidium *dub.3. cit.* exiſtimantes Baptiſmum ex opere operato æqualem gratiam conferre homini, tam attrito, quàm contrito, ſeu homini, tam attrito ut duo, quàm attrito ut quatuor.

Sed reſpondeo: quod nullo modo conferat illis æqualem gratiam, ſed majorem, vel minorem ratione majoris, vel minoris diſpoſitionis eorum. Vnde homini melius diſpoſito majorem, æquali æqualem, & minus diſpoſito minorem gradum gratiæ confert. Ratio eſt, quia gratia datur juxta uniuſcujuſque diſpoſitionem, ut habetur in Trident. *ſeſſ.6. cap.7.* Sic S. Thom. *q.69. artic.8.* Nugnus, Victor. Sylveſter, Vaſquez, Suar. Hurtad. Filliuc. Bonacin. Candid. & alii *loc. cit.* præcipuè Palaus *tract.18. punct.8.n.8. & tract.19. punct.10. num. 3.* Dicaſtillo *diſp.2.dub.17.num.270.*

Qvæstio VII.

An Baptiſmus imprimat characterem?

Negant Hæretici noſtri temporis.

Sed oppoſitum eſt verum de fide. Reſpondeo ergo: quod ſic. Sic enim definitum eſt in Concil. Florent. ſub Eugenio IV. *in decreto fidei*, & in Trident. *ſeſſ.5. cap.9. & in cap. Majores, de Baptiſm.* & ratio eſt: Quia Baptiſmus nequit iterari, ut omnes Patres concedunt: at hoc ex nullo alio capite provenit, niſi quia imprimit in anima characterem qui eſt indelebilis, & manet etiam in hæretico, & in animabus ſeparatis etiam damnatorum: ergo. Sic S. Th. *q.63.art.1.* & cum eo omnes *q.66. artic.9.* de quo egimus *tract.1.diſp.1.q.15.*

Qvæstio VIII.

An Baptiſmus ritè ſemel collatus iterari poſſit?

Affirmavit Marcion apud Epiphan. *hæreſ. 42.* aſſerens poſſe unum ter baptizari.

Sed oppoſitum eſt de fide: reſpondeo ergo, quod nullo modo iterari poſſit, ſi ſemel ritè collatus ſit, etiam à laico, vel hæretico. Sic eſt definitum in Florent. & Trident. *loc. cit.* & conſtat primò ex dictis. Secundò, quia ſicut impoſſibile eſt bis hominem naſci, ita bis renaſci: unde qui ſciens miniſtrat, aut recipit Baptiſmum ſecundum, pœnam irregularitatis incurrit, *cap. eos quos, de conſecrat. diſtinct.4.* de qua Navarrus *c.27.n.247.* & alii. Sic omnes DD. Legantur Suarez *diſp.22.ſect.2.diſp.31.ſect.9.* Valentia *diſp.4.q.1.punct.4.* Bonacin. *loc. cit. num.10.* & alii apud ipſos. Imò ſecundùm leges civiles, tam rebaptizantes, quàm ipſi rebaptizati puniuntur capite, ſeu ultimo ſupplicio, quod importat mortem, qualitercunque inferatur, *l. ultimum, ff. de pœnis*, niſi ætas ipſos rebaptizatos excuſaret. Lege Graſſium *part.2. lib.1.cap.4.n.13.& part.1.lib.4.cap.26.n.10.* Palaum *tract.18.punct.9. & ſeq. & tract.19.punct.10.n.6.* & Dicaſtillo *tract.2.diſp.1.dub.7.*

Qvæstio IX.

An ſcienter rebaptizans, non abſolutè, ſed ſub conditione, prædictam irregularitatem incurrat?

Affirmant Sayrus *de cenſur.lib.7. cap.8.num.23.* Heredia *diſp.de Baptiſmo, part.4.dub.2. num.5.* & Hinojoſa *verb. Baptiſmus, fol.mihi* 48. licèt hoc neget de rebaptizante ſub conditione dubiè baptizatum.

Sed abſolutè probabiliùs reſpondeo: Non incurrere, quia hujuſmodi irregularitas non habetur expreſsè in jure: ergo illa non incurritur. Antecedens probatur, quia in jure *loc.cit.* ſolùm ponitur irregularitas propter rebaptizationem: Sed hæc non eſt rebaptizatio ſimpliciter, & abſolutè ſiquidem datur ſub conditione: ergo. Sic Nugnus *q.66.art.9. conc.6.* Cabrera *ibidem, n.18.& 19.* Suarez *tom.3. diſp.31. ſect.6.n.3.* Poſſevinus *c.16. n.18.* Tolet. *lib.1.c.65. n.5.* Avila, Valero, & alii quos citat, & ſequitur Diana *3.part.tract.4. reſol.9.*

QVÆSTIO X.

An alios effectus habeat, & producat Baptiſmus?

Reſpondeo affirmatiuè; tres videlicet præcipuos. Primus eſt apertio ianuæ regni cœleſtis. Quia Baptiſmus cum ex opere operato deleat totam culpam, & pœnam, qui cum Baptiſmo decedit, mox in cœlum euolat. Sic S. Thom. *q.* 69. *art.* 7. Secundus eſt coniunctio hominis cum Chriſto. Tertius, ſubiectio hominis Iuriſdictioni Eccleſiæ, per Baptiſmum enim fit membrum illius, & ſaltem implicitè promittit illi obedientiam. Sic ex Trid. *ſeſſ.* 7. *de Bapt. c.* 7. colligunt Vaſquez *diſp.* 156. *à n.* 19. Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 2. *& diſp.* 31. *ſect.* 6. & alij communiter apud Molfeſium *tr.* 4. *c.* 1. *à n.* 77. & legantur de his, & aliis effectibus D. Cyprianus *epiſt.* 2. *ad Donatum*, & *epiſt.* 76. D. Baſilius *in exhortat. ad Baptiſm.* & D. Auguſtinus *tr.* 5. *in cap.* 3. 1. *Ioannis*.

QVÆSTIO XI.

An Baptiſmus liberet ſeruum à ſeruitute, & faciat illum liberum?

Reſpondeo quod non, per ſe loquendo, quia nullo iure conſtat: per accidens autem liberat vbi hoc receptum eſt. Sic S. Th. *in* 4. *diſt.* 39. *art.* 4. Barthol. ab Angelis *de Sacram. Dialogo* 3. §. 170. Bonac. *diſp.* 2. *q.* 2. *punct.* 7. *n.* 17. & communis; qui tamen omnes concedunt, tolli per Baptiſmum irregularitatem ex delicto; de quo alibi.

QVÆSTIO XII.

An fictio impediat effectus Baptiſmi?

Reſpondeo: Quod ſic. Vnde ſi quis velit baptizari, actu tamen inhæreat peccato mortali, aut non habeat attritionem; quamuis huiuſmodi verè recipiat characterem, & Baptiſmum; non tamen recipiet gratiam, nec remiſſionem culpæ, adhuc originalis (quidquid Gabriel exiſtimauerit) eùm vnum peccatum non remittatur ſine alio. Sic S. Thom. *q.* 69. *art.* 9. & cum eo omnes Doctores.

QVÆSTIO XIII.

An Baptiſmus, recedente fictione (tollente non Baptiſmum, ſed gratiam) producat ſuum effectum?

Reſpondeo: quod ſic. Vnde Baptiſmus, ablato dicto impedimento, verè remittit omnia peccata, tam originalia, quàm actualia quæ aliàs remitteret, ſi ſine fictione reciperetur. Sic S. Th. *loc. cit. art.* 10. & cum eo omnes DD. Legantur Bonac. *loc. cit. n.* 13. & alij Doctores ſuprà citati.

DISPVTATIO VII.

De Ritu Patrini.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid ſit Patrinus, & an ſit de eſſentia Baptiſmi?

Ad primum reſpondeo: Quod Patrinus dicitur talis, eo quòd ſpondeat de baptizato ſe paternam curam habiturum. Vbi nota, quod etiam dicitur ſponſor, & fideiuſſor, eo quòd in Baptiſmo, quando Sacerdos interrogat de fidei articulis, an eos credat, & abrenunciet diabolo? Patrinus pro eo reſpondeat: Credo, & abrenuntio: ſpondens ſe pro eo ipſum hoc eſſe facturum.

Circa ſecundum reſpondeo: Non eſſe de ſubſtantia, aut eſſentia Baptiſmi: eſſe tamen neceſſarium, Iure Eccleſiaſtico, vt licitè fiat, vt conſtat ex conſuetudine Eccleſiæ. Sic Sotus *diſtinct.* 4. *q.* 5. *art.* 7. Henriquez *lib.* 2. *c.* 14. *num.* 1. & omnes DD. cum D. Thom. 3. *p. q.* 67. *art.* 7. & 8. & Canoniſtæ *de conſecrat. diſt.* 4. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. à diſput.* 57. Catech. Rom. *tit. de Baptiſm. à n.* 26. & Dicaſtillo *tr.* 2. *diſp.* 2. *dubit.* 5. *n.* 53.

QVÆSTIO II.

An Parochus ſolemniter baptizans ſine Patrino, mortaliter peccet?

Negat Poſſeuinus *loc. cit. num.* 52. in caſu, quo baptizatus habeat parentes Catholicos. Negare etiam videtur Archangelus *dict.* 3. *cit. pag.* 58. quatenus ait: Patrinum in Baptiſmo eſſe tantummodò de congruentia.

Sed probabiliùs reſpondeo: Peccare mortaliter, etiam in tali caſu Primò, quia facit in re graui contra præceptum Eccleſiæ. Secundò, quia omittere Patrinum in confirmatione, eſt peccatum mortale, vt docent Nauar. *cap.* 22. Syluest. Viguerius & alij, quos ſequitur Viuald. *de confirmatione, num.* 2. Ergo & omittere illum in Baptiſmo. Sic Bauny *tract.* 2. *de Baptiſm. in epitome, verſ. Decimotertiò.* Dicaſtillo *diſput.* 2. *dubit.* 5. *n.* 55. & Palaus *tr.* 8. *punct.* 11. §. 1. *n.* 1. Qui id probat ex Concil. Tridentino *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. *de Reformat.*

QVÆSTIO III.

An in priuato Baptiſmo, tempore neceſſitatis ſit neceſſariò adhibendus Patrinus?

Affirmat Zambran. *de Baptiſ. dub.* 18. *n.* 17.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non eſſe neceſſarium, licet aliàs poſſit adhiberi. Quia nullum extat præceptum, vt in tali Baptiſmo Patrinus adhibeatur. Sic Scotus *in* 4. *diſtinct.* 42. *quæſt.* 1. *artic.* 1. Henriquez *lib.* 2. *c.* 18. *num.* 3. Suarez, Sanchez, Rodriguez, quos citant, & ſequuntur Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 18. & 5 *p. tr.* 3. *reſol.* 7. & Layman *tr.* 2. *de Baptiſm. c.* 9. *n.* 3. *concluſ.* 1. necnon Dicaſtillo *loc. cit.* & Palaus *punct.* 10. §. 1. *num.* 1.

QVÆSTIO IV.

An vnus tantum debeat eſſe Patrinus?

Reſpondeo: quod ſpectato iure antiquo, *cap. Non plures, de conſecrat. diſtinct.* 4. vnus tantum, ſiue vir, ſiue fœmina, debeat eſſe Patrinus. Spectato tamen iure nouo Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 2. poſſunt eſſe duo, vnus, & vna. Quod ſi plures adhibeantur, ſolos deſignatos à Parocho contrahere affinitatem ſpiritualem, vult Concilium. Legantur Hurtado *diſp.* 2. *difficult.* 9. Raconius *tract.* 1. *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *articul.* 3. *pag.* 102. & Archangelus *loc. cit.* Palaus *de Sacram. tract.* 19. *punct.* 11. §. 2. *num.* 1. Baunius *in epitom. de Baptiſm. ver. cap.* 12. & Dicaſtillo *loco citato, numero* 55.

QVÆSTIO V.

An quando adhibentur duo Patrini, neceſſum ſit vt ſint diuerſi ſexus, vir ſcilicet, & fœmina?

NEgant aliqui apud Victorellum *in annotat. ad caput* 23. *lib.* 2. *Toleti*, dicentes: poſſe duos viros, vel duas fœminas munus obire Patrini. Id ipſum docent ex parte Naldus *verb. Cognatio, num.* 6. ſic dicens: Cognatio ſpiritualis contrahitur, quamuis vnus vir, nomine alterius viri, & alter vir nomine mulieris teneant baptizatum, vel confirmatum; non tamen duo viri nomine ſuo; vel duæ mulieres, nomine itidem ſuo, tenere poſſunt. Sic Nald. & etiam Farinacius *vbi infrà*.

Sed reſpondeo, quod in eo caſu, neceſſariò debent eſſe vnus, & vna; vir ſcilicet, & fœmina. Quia ita decernit Trident. *ſeſſ.* 24. *de Matrimonio, cap.* 2. & bene quidem, vt ſic generatio ſpiritualis carnalem imitetur, in qua neque duo Patres, neque duæ Matres; ſed vnus Pater, & vna Mater reperiuntur. Sic Anton. Cucus *lib.* 5. *inſtit. tit.* 2. *num.* 6. *& tit.* 14. *num.* 25. dicentes ita declaraſſe Cardinales Toletus, & Victorellus *loc cit.* Suarez *quæſt.* 67. *art.* 8. Sanchez *lib.* 7. *de Matrimonio, diſput.* 57. *n.* 4. Paſantius *q.* 67. *diſp.* 2. Franciſcus Syluius *in additionibus ad* §. 9. *Binsfeldy*. Moure *de Baptiſm* §. 9. *num.* 2 Et Bonacina *q.* 3. *de Matrim. punct.* 5. §. 2. *num.* 33. Addens, & bene, nec Epiſcopum diſpenſare poſſe in hoc, vt duo viri, vel duæ fœminæ ſimul ſuſcipiant infantem in baptiſmo. Sic etiam Raconius *in* 3. *part. tract.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 2. *artic.* 3. *pag. mihi* 100. & Franciſcus 4. *parte, in declarat. ſeſſ.* 24. Trident *pag. mihi* 282.

QVÆSTIO VI.

An Parochus, vel naturalis Pater peccet mortaliter, plures quàm duos aſſignans Patrinos?

NEgant Ludouicus Lopez 2. *part. vbi de Matrim. cap.* 51. & Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 57. *num.* 6. exiſtimantes: tantum peccare venialiter.

Sed probabiliùs reſpondeo, Peccare mortaliter; quia in re graui violant præceptum Trident. cùm ex eius tranſgreſſione multiplicentur cognationes dirimentes Matrimonium. Sic Ægidius *quæſt.* 67. *art.* 7. Rodriguez *tom.* 2. *c.* 216. *n.* 1. Bonac. *loc. cit. n.* 32. Baſilius *lib.* 7. *c.* 39. *n.* 12. Ochagauia *tr.* 3. *de Matrim. q.* 56. *n.* 6. Hurtad. *diſp.* 18. *de Matrimon. diffic.* 4. Vega 1. *p. ſum. c.* 33. *caſu* 39. *col.* 239. per hæc verba: [Verdad es, que ſi los Padres del que ſe quiere baptizar, nombraren tres Padrinos, ſi el Parocho los admitiere, contrahen parenteſco eſpiritual, aunque el Parocho pecara mortalmente en ello admitiendolos à ſabiendas, ſabiendo que el eſtà prohibido por el Concilio, como lo reſuelve Nauarro. y Fr. M. Rodriguez.] Sic Vega. Et ſic Palaus *tr.* 19. *punct.* 11. §. 2. *n.* 1. & Barboſa 2. *p. de poteſt. Epiſcopi, allegat.* 30. *n.* 44.

QVÆSTIO VII.

An tenentes Infantem in Baptiſmo nomine alterius, poſſint eſſe quatuor, duo viri, & duæ fœminæ?

AFfirmant Rebel. *de obligat. in addit. lib.* 4. *ſect.* 1. *num.* 90. & Poſſeuin. *cap.* 6. *num. mihi* 59. Et indicat Naldus *verbis ſuprà quæſt.* 5. *relatis*, & Farinac. *loco citato*, per hæc verba: Procurator non contrahit cognationem ſpiritualem ſibi, ſed mandanti. Hinc eſt, quod vnus, qui ſit vir, & alter, qui ſit procurator mulieris, baptizatum de ſacro fonte ſuſcipere poſſunt, ſed non duo viri, vel duæ mulieres; vnuſquiſque tamen proprio nomine, vir loco mulieris, vel mulier loco viri. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe, ſaltem licitè, *vt ſuprà*. Quia tantum debent eſſe vnus, & vna, vt abſolutè Concilium determinauit. In his enim quæ ſunt ex inſtitutione Eccleſiæ, & pendent ex iure poſitiuo, decretis Conciliorum ſtandum eſt.

QVÆSTIO VIII.

An in quacumque ætate poſſit quiſpiam eſſe Patrinus?

NEgant nonnulli. Nam in primis Abbas *in cap. Debitum, num.* 3. *de Baptiſmo*, & Ludouicus Lopez 1. *p. vbi de Baptiſm. cap.* 62. §. *At nota*, dicunt: illum debere excedere octodecim annos. Ancharan. *cap. Debitum, cit.* debere excedere ſaltem 14. Poſſeuinus tandem *cap.* 6. *num.* 55. debere attingere ſaltem duodecim: quia in hac ætate, & non antea, poteſt quis eſſe Pater.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: quod quilibet puer, in quacumque ætate, dummodo ſit capax rationis ad peccatum mortale committendum, poſſit obire munus Patrini. Primò: quia nullo iure determinatur ætas ad huiuſmodi munus exequendum. Secundò, quia licèt puer vſque ad 14. annum nequeat eſſe pater naturalis, bene tamen poteſt eſſe pater ſpiritualis ante dictam ætatem, dummodo habeat vſum rationis ſufficientem ad exercendam illam ſuſceptionem cum legitima intentione faciendi, quod alij Patrini faciunt. Addo, quod ſecundùm aliquos Doctores, baptizans eſt qui gerit vicem Patris; & aqua Matris; & non Patrinus, & Matrina, Patris, & Matris. Sic Naldus *verb. Baptiſmus, num.* 11. *pag. mihi* 44. & ante illum S. Thom. *in* 4. *diſt.* 42. *art.* 7. *ad* 2. Nauar. *lib.* 4. *conſil. de cognat. ſpirit. conſ.* 4. aliàs 3. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 21. *num.* 2. Rodriguez, Vega, & alij quos ſequitur Sanchez *lib.* 7. *diſput.* 61. *num.* 3. & 4. Filliuc. *loc. cit. num.* 196. Bonacin. *loc. cit. n.* 17. Baſil. *lib.* 7. *cap.* 37. *num.* 5. Ochag. *tract.* 3. *de Matrim. quæſt.* 57. *num.* 1. Molfeſius *tract.* 4. *c.* 1. *n.* 63. & communis. Palaus *tr.* 19. *cit. punct.* 11. *n.* 3. Quintanadueñas *de Baptiſmo, ſingul.* 24. vbi noſtram ſententiam latè probat: addens, quod peccaret mortaliter, qui puerum rationis impotem ad Patrini munus obeundum offerret, aut admitteret.

QVÆSTIO IX.

An quando nulli Patrini aſſignantur, & tamen plures baptizatum tangunt, omnes contrahant cognationem ſpiritualem?

NEminem tunc contrahere cognationem hanc, aſſerunt Suarez 3. *part. q.* 67. *art.* 8. Rodriguez *c.* 216. *n.* 1. Vega 1. *tom. c.* 33. *caſu* 40. & Sanch. *lib.* 7. *diſp.* 57. *n.* 12. & Gutierrez *de Matrim. c.* 100. *n.* 7. Quia Tridentinum *ſeſſ.* 24. *c.* 2. *citato*, cognationem ſpiritualem, & conſequenter munus Patrini ſuſtulit ab omnibus illis, qui deſignati non fuerint.

Sed probabiliùs reſpondeo: omnes contrahere dictam cognationem, ſi omnes ſimul tangant. Et ratio eſt: Primò, quia hic caſus fuit omiſſus à Concil. Trident. & nihil in eo diſpoſuit: ergo ſtandum eſt deciſioni iuris antiqui, ſecundùm quod omnes qui tangebant, contrahebant cognationem ſpiritualem,

cap. fin.

cap. fin. de cognat. ſpirit. in 6. Sic expreſsè declaravit ſacra Congregatio Card. apud Farin. & Rebellū *poſt lib. 4. de ſponſal. ſect. 4. n. 95.* Navar. *c. 22. n. 39.* Henriq. *lib. 12. c. 1 c. n. 3,* Sa *verb. 3. imped. dirim. n. 5.* Graffius, Ledeſmā, Lop. Vivald. apud Sanch *loc. cit. n. 11.* Baſil. *lib. 7. c. 39. n. 51.* Cornejo *diſp. 3. de Matrim. dub. 16. pag. 988.* Hurtado *diſp. 18. de Matrim. diffic. 4. n. 19.* Rebell. *lib. 3. q. 6.* Moure *de Bap. §. 9. n. 3.* Pal. *punct. 11. eu. §. 2. n. 9.* Barboſa *de poteſt. Epiſc. alleg. 30. n. 1 c.* & Layman *lib. 5. tract. 2. c. 9. n. 4.* & alij; cum quibus nota hic, quod cognatio ſpiritualis ex eo dicta eſt, quod contrahatur ratione Sacramentorum, quæ ſpiritualia ſunt; non quidem omnium, ſed dumtaxat Baptiſmi, & Confirmationis. Etenim per Baptiſmum ſpiritualiter renaſcimur, & per Confirmationem perfectiores reddimur Chriſtiani: ut ergo per naturalem nativitatem, naturalis cognatio naſcitur, ita per ſpiritualem ſpiritualis. Ad locum autem ex Tridentino adductum optimè reſpondet Palaus *n. 10.* ſolùm voluiſſe Concilium reſtringere cognationem ſpiritualem, non verò talem reſtrictionem irritativam facere.

Quæstio X.

An in dicto caſu omnes cognationem contrahant, ſi non omnes ſimul, ſed ſucceſſivè teneant & ſuſcipiant?

Affirmant Navar. Huttad. & Rebell. *loc. cit.* Sed probabiliùs reſpondeo: Non omnes contrahere, ſed ſolùm qui primò ſuſcipit, ſive vir, ſive fœmina. Quia Concilium unum tantùm vult eſſe Patrinum, duos autem ex deſignatione, ut plurimum: ergo in caſu, quo nullus deſignatus ſit, unus tantum debet haberi, ſecundùm jus, pro ſuſceptore, aut Patrino. Sic videtur declaraſſe ſacra Coogregat. Cardin. apud Rebell. *loc. cit.* per hæc verba: *Congregatio cenſuit, ſi plures ſuſcipiant, omnes contrahere cognationem, ſi non conſtat, quis primo tetigerit, ſi plures ſunt electi, vel nullus; ſi unus electus, ille tantum contrahit.* Sic ibi. Tenent etiam Baſil. & Cornejo *loc. cit.*

Quæstio XI.

An Pater Baptizans in neceſſitate filium ſuum & uxoris ſuæ, contrahat cognationem talem, quæ impediat uſum Matrimonij?

Reſpondeo, quod non contrahit; eſt enim caſus expreſſus *in cap. Ad limina* 30. *q.* 1. Et ſic tenent omnes Doctores, præcipuè Navar. *in man. cap.* 22. *n. 40. & lib. 4. conſ. loco ſtatim cit.*

Difficiliùs autem quæro, An ſaltem contrahat cognationem in caſu, quo in neceſſitate baptizet filium ſuum, adſtantibus aliis, qui hoc facere poterant? Affirmant Sanch. & Villalob. (*diſp. 4. quæſt.* 32. *citati*) & innuit Sà *verb. Baptiſmus, n. 8.*

Sed probabiliùs reſpondeo negativè, ſicut *ibidem* aſſerui. Sic præter Doctores ibi citatos, tenent Hurtad. *de Matrim diſp.* 10. Durand. *diſt. 42. q. 1. art. 3.* & dicit probabile Layman *tract. 10. p 4. c. 8. n. 8.*

Quæstio XII.

An Pater Baptizans in neceſſitate filium ſuum ex concubina ſuſceptum, contrahat cum illa cognationem ſpiritualem?

Negativam partem, non leviter probat Sot. *in 4. diſt. 42. art. 1.* (Qui tamen non audet eam tenere & quidam ex Iuriſconſultis, quos refert Paludan. ajunt, de hoc eſſe Papam conſulendum.)

Abſolutè tamen reſpondeo: contrahere, & ſic nequire cum illa matrimonium inire. Quia cognatio ſpiritualis impediens, & dirimens Matrimonium, contrahitur inter baptizantes, & parentes baptizati; ut habet regula juris, à qua non excipitur, niſi baptizans filium ſuum, & conjugis ſuæ, cum qua jam contraxit Matrimonium. Sic Navar. *c. 22. n. 40. & c. 16. n. 7 a. & lib. 4. conſil. de cognat. ſpirit. conſ. 5.* Gutierrez, Henriquez, & Sanchez, quos citat, & ſequitur Bonac. *q. 3. de Matrim. punct. 5. §. 2. n. 11.* Vega *1. p ſum. c. 3 3. caſu 7 3. col 243.* Lublin. *v. Matrim. n. 20. & verb. Baptiſm. n. 9.* Moure *de Bapt. §. 10. n. 6.* Candidus *diſquiſit. 16. art. 4. dub. 14. pag. 89.* & communis.

Notat tamen Naldus *verb. Baptiſmus, n. 13.* Quod ſi quis baptizaret, vel teneret filium ſuæ concubinæ, ea intentione, ne deinceps tentaretur de tali crimine, reputans nempe, cum commatre jam facta commiſceri carnaliter, graviſſimum eſſe crimen, magnóque ſupplicio dignum, non videretur peccare. Sic ipſe ex Lopezio *1. p. inſtruct. conſil. c. 21.*

Quæstio XIII.

An non baptizatus poſſit eſſe Patrinus?

Reſpondeo: quod non, *ex cap. in baptiſmate, de conſecrat. diſt. 4.* imò nec debet eſſe Hæreticus. Quia licet hic ſit baptizatus, non tamen eſt aptus ad inſtruendos alios in fide. Sic S. Thom. *in 4. diſt. 42. art. 2. quæſt. 3.* Navar. *c. 22. n. 36.* Angel. *Bapt. 8. n. 2.* Henriquez *lib. 2. c. 14. n. 2.* Filliuc. *tract. 2. n. 160.* Baſilius *lib. 7. c. 37. n. 5.* Moure *de Baptiſm. §. 9. num. 4.* Caodidus *loc. cit. dub. 12.* Petrus de Ledeſma *cap. 13. concluſ. 3.* Racon. *tract. 2. in 3. p. diſp. 2. ſect. 1. q. 1. artic. 3.* & alij communiter. Lege Palaum *tract. 19. punct. 1 c. §. 1. n. 3.* Trullench. *lib. 2. c. 1. dubit. 9. n. 6.* & Dicaſtillo *diſp. 2. dub. 3. num. 57.*

Quæstio XIV.

An ſi de facto non baptizatus fiat Patrinus, contrahat cognationem ſpiritualem?

Affirmat Archidiaconus *de cognatione, c. 1. n. 6.* Sed probabilius reſpondeo: Non contrahere, ut conſtat ex dictis. Sic docent cum prædictis Doctoribus Ægid. Rebellus, Nugnus, Valentia. Sor. P. de Ledeſma, & alij apud Sanch. *lib. 7. diſp. 60.* & Bonac. *loc. ſtatim citando, n. 19.* Moure *loc. cit. §. 10. n. 4.* & Caodidus *loc. cit.*

Quæstio XV.

An Monachi poſſint eſſe Patrini, aut Compatres?

Reſpondeo: quod non, *ex cap. non licet, de conſ. diſt. 4 & cap. Monachi, ead. diſt.* Si tamen de facto levent puerum de facto fonte, verè fient compatres, & contrahent Paternitatem, & cognationem ſpiritualem (quidquid dicat Nugnus.) Sic Bonac. *q. 3. de impedimento Matrimonij, punct. 5. §. 2. n. 24.* Sanchez *lib. 7. diſp. 60. n. 21.* Baſil. *loc. cit.* Vivald. *cap. ult. n. 30.* Huttad. *diſp. 2. diffic. 9.* Filliuc. *loc. cit.* Candidus *diſquiſit. 16. artic. 4. dub. 11.* Molfeſius *tract. 4. cap. 1. n. 64.* Raconius *loc. cit.* Petrus de Ledeſma *in ſum. cap. ult. de Baptiſmo, concluſ. 5.* & alij communiter apud ipſos.

Quæstio

QVÆSTIO XVI.

An etiam alii Religioſi, non Monachi, ſed mendicantes, prohibiti ſint exercere munus Patrini?

AFfirmant Angel. *verb. Baptiſ.* 8. *n.* 1. Vivald. *loc. cit.* & *de Matrim. ubi de cognatione, n.* 6. Sanchez *lib.* 2. *diſp* 60. *n.* 21. Fillіucius, & Moure, Bonacina, & Petrus de Ledeſma *loc. cit.* Rodriguez *tom.* 1. Regul. *q.* 58. *art.* 3. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſ.* 21. Layman *tract.* 2. *de Baptiſ. c.* 9. *n.* 3. Niſi aliàs (inquiunt) in caſu quo dicti Religioſi ad Epiſcopatum tranſlati ſint. Ita etiam Candidus *loc. cit.* Sà *n.* 9. & Vega *c.* 33. *caſu* 46. *col.* 233. Quia ſic dedecet Religioſos familiaritatem habere, præcipuè cum fœminis, ac dedecet Monachos, quæ fuit ratio ob quam munus Patrini Monachis fuit interdictum.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Quod non ſint hujuſmodi Religioſi probibiti, ſed tantum Monachi. Quia cum hi ſibi ſoli vacent, hujuſmodi munus alienum eſt ab eorum ſtatu: At verò Religioſi mendicantes, cùm ſibi, & aliis vacent, non erit ab eorum ſtatu alienum: ac proinde nec prohibitum. Sic Ægidius *q.* 67. *art.* 7. Hurtad. *loc. cit.* & alii moderni. Idemque potiori jure dicendum exiſtimo loquendo de Canonicis regularibus, quidquid doctiſſimus Canonicus Navar. dicat *lib.* 3. *conſil. de ſtatu Monach. conſil.* 10. Favet etiam noſtræ ſententiæ Molfeſius *in ſum. tract.* 4. *c.* 1. *n.* 64. Quatenus indicat clarè, poſſe Religioſos licitè eſſe Patrinos de licentia ſuorum ſuperiorum. Sic etiam Palaos *tr.* 19. *punct.* 11. §. 1. *n.* 4. Quintanadueñas *tract. de Baptiſ. ſingul. ult. per totum,* ubi latè probat, neque id eſſe prohibitum Religioſis, nec Sanctimonialibus, nec ullam afferre eorum ſtatui indecentiam. Dicaſtillo *loco citato, n.* 56. & rurſus me citato Diana *part.* 9. *tr.* 6. *reſ.* 32. dicens utramque ſententiam eſſe probabilem.

QVÆSTIO XVII.

An Abbas, vel Monachus exercens munus Patrini, peccet mortaliter?

AFfirmat Sotus *in* 4. *diſt.* 4. *quæſt. unica, art.* 5. §. *Quia verò,* quem citat, & ſequi videntur Cand. *diſq.* 16. *art.* 4. *dub.* 11. & Petrus Ledeſma *loc. cit.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo, tantùm peccare venialiter. Sic Antonius de Hinojoſa in ſuo directorio, *v. Baptiſm. fol.* 148. & alii apud ipſum.

QVÆSTIO XVIII.

An parentes poſſint eſſe Patrini propriæ ſobolis ſaltem in caſu neceſſitatis?

NEgant Moure *de Bapt.* 6. 10. *n.* 5. & Hurt *diſp.* 1. *diffic.* 9 adhuc loquendo in prædicto caſu neceſſitatis. Ita etiam Dicaſtillo *diſp* 2. *dub.* 5. *n.* 58. Quia munus Patrini non eſt tantæ neceſſitatis.

Sed probabiliùs reſpondeo: Extra caſum neceſſitatis nullo modo poſſe parentes exercere munus Patrini propriæ ſobolis: Bene tamen in neceſſitatis caſu. Sic colligunt communiter DD. *ex cap. ad limina* 30. *q.* 1. & tenent Sanchez *lib.* 9. *de Matrimon. diſp.* 26. *num.* 3. Ægidius *quæſt.* 67. *artic* 7. ex D. Th. *art.* 8. *ad* 2. Candidus *loc. cit. dub.* 14. Naldus *verb. Cognatio, num* 4 Raconius *tractat.* 2. *diſput.* 2. *ſect.* 1. *quæſt.* 2. *art.* 3. ubi ſic ait: Si vir, & uxor in neceſſitate ſuſcipiant legitimum filium ſuum, nullum contrahunt impedimentum petendi debitum. Quia non eſt congruum, ut jure ſuo priventur, quia filio ſuo ſubvenerunt: nec hoc Concil. Trid. ſtatuit, ſed tantùm cognationem ſpiritualem, quæ antiquo jure in variis caſibus contrahebatur, ad certum perſonarum numerum limitavit. Sic ille.

QVÆSTIO XIX.

An ſaltem impediantur Parentes à petendo debito, ſi exerceant munus Patrini propriæ ſobolis?

AFfirmant Angel. *B. ip.* 8. *n.* 1. Vivaldus *cap. ult. num.* 30. Moure *cit.* Petrus de Ledeſma *loc. cit.* & alii, ſive in neceſſitate, ſive ſine illa id faciant. Quia exiſtimant in omni eventu contrahere cognationem ſpiritualem.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non privari parentes jure petendi debitum, ſi in caſu neceſſitatis propriam ſobolem ex ſacro fonte levent. Quia tunc non contrahunt cognationem ſpiritualem. Sic Ægid. Nald. & Raconius *loc. cit.* H rt. *diſp.* 2 *de Bapt. diffic.* 9. & communis.

An autem contrahant illam, & impediantur à petendo debito, ſi extra neceſſitatem id faciant, negant adhuc aliqui cum Suario *q.* 67. *art.* 8. & Raconio. Sed cum D Th. *q.* 67. *art.* 8. *ad* 2. quos ſequuntur Layman, & Caud. *loc. cit.* probabiliùs affirmant.

QVÆSTIO XX.

An duo conjuges, maritus ſcilicet & ejus uxor, poſſint, abſque ullo peccato eſſe Patrini alienæ prolis?

NEgant Suarez *quæſt.* 7. *art.* 8. & Filliuc. *tract.* 2. *num.* 161. Quia exiſtimant, id non poſſe facere abſque peccato veniali. Id ipſum videtur ſentire Raconius *tractat.* 2. *diſp.* 2. *quæſt.* 1. *artic.* 2. *pag.* 105. ubi ſic ait. Si vir, & uxor ſimul eundem puerum alienum ſuſciperent de ſacro fonte, non privarentur jure petendi debitum vir ab uxore, & uxor à viro, proindeque tenerentur mutuò ſibi illud reddere: quanquam tamen ſimul ad hoc munus accedere non debeant, propter decretum Vrbani II. *in can. Qui autem,* 30. *quæſt.* 4. qui voluit hoc fieri ad majorem decentiam. Vnde & peccarent non quidem graviter, quia levis eſt materia, & fortè ab omni culpa ſalvarentur, ſi conſuetudine receptum eſſet, ut conjuges ſimul baptizatum ſuſciperent. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe abſque ullo peccato (niſi aliàs in aliqua diœceſi jure ſpeciali ſit prohibitum.) Primò, quia id nullibi prohibetur, ut fatetur Vrbanus II. *in cap. fin.* 30. *quæſt.* 4. Secundò quia quamvis idem Pontifex in eodem capite videatur ſtatuere, quod non ſint Patrini, hoc tamen non prohibet ſub præcepto, vel ſi prohibet, non eſt uſu receptum, vel potiùs eſt ſublatum per Concilium Trident. Sic Navarrus *cap.* 22. *n.* 39. Vivald. *loc. cit.* Sanchez *lib.* 7. *diſp.* 57. *n.* 5. Bonacina *q.* 3. *de impedim. Matr. punct.* 5. §. 2. *n.* 5. Vaſquez *q.* 67. *art.* 7. Ægidius *q.* 67. *art.* 7. Hurtado, & Laym. *loco citato,* Ochagavia *loc. cit. n.* 6. Baunius *tract. de Bapt. in epitome, verſ. Sextò.* Dicaſtillo *loco citato, n.* 59. Trullench *loc. cit.* legatur Diana *part.* 9. *tract.* 7. *reſ.* 51.

QVÆSTIO XXI.

An in Baptiſmo priuato contrahat Patrinus, ſi adhibeatur, ſpiritualem cognationem?

NEgant Sanchez *lib.7. diſput.62. num.15.* Suarez, Nugnus, Rebellus, Filliucius, quos citat, & ſequitur Bonacina *loco citato, num.21.* Sotus *in 4. diſtinct.41. quæſt.1. art.1.* Hurtado *diſp.18. de Matrimonio, difficult.6.* Rodriguez, & alij, quos ſequitur Diana *3. parte, tract.4. reſolut.2. & 18.* Candidus *diſquiſit.16. art.4. dub.15.* & alij, quos ſequuntur Palaus *tract.19. punct.11. §.2. num.12.* & Trullench. *lib.2.c.1. dub.3. num.5.* Quia Eccleſia nullum Patrinum in priuato Baptiſmo expoſtulat.

Sed probabiliùs reſpondeo, contrahere. Primò, quia verè obit munus Patrini, vt etiam contrarij fatentur: ergo verè contrahit talem cognationem. Secundò, quia vbi eſt ſpiritualis generatio, eſt ſpiritualis affinitas: ſed in Baptiſmo priuato eſt ſpiritualis generatio: ergo & affinitas. Sic Nauar. *cap.22. num.40.* Viualdus *1. parte, de Matrimon. num.154.* Sà *verb. Matrimon. de impedim. dirim. num.5.* Armilla *verb. Matrimon. num.24.* Ægidius *diſput.52. de Matrimon. dub.2. num.39.* Zambran. *cap.4. de Baptiſm. dub.18. num.4.* Syluius *in addit. ad 3. partem, quæſt.56. artic.3. ad 1.* Baſilius *lib.7. cap.40. num.5.* Gutierrez *c.84. n.7.* Layman *c.9. n.5. verſ. dico ſecundò.* Diana iam ſibi contrarios, *5. p. tr.3. reſol.7.* qui pro hac parte citat Suarium *q.67. art.8.* & bene profectò, quidquid Bonacina pro ſua citet. Sic etiam Vega *c.33. caſu 73. col.244.* citans pro hac parte Sotum *in 4. diſt.4. q.1. art.5.*

QVÆSTIO XXII.

An ille qui in Baptiſmo tenet infantem nomine alterius: aut ille, qui eum miſit, contrahat cognationem ſpiritualem?

AFfirmant contrahere eam, ipſum procuratorem, qui nomine principalis infantem tenet, Sotus *diſtinct.42. quæſt.1. artic.2.* Toler. *lib.7. cap.8. num.5.* Viualdus *de Matrimon. num.6.* & etiam Samuel Lublinus *verb. Matrimon. n.20.* dicens: Contrahere dictam cognationem, ſi procurator velit illam contrahere; ſi autem nolit, non contrahere illam.

Alij verò affirmant, non procuratorem, ſed ſolum illum qui eum mittit, talem cognationem contrahere. Ita Baſilius *lib.7. cap.39. num.10.* Bonacina *loc. cit. num.34.* Petrus Ledeſma, Beral. & alij apud ipſum. Ochagauia *tract.3. de Matrimon. q.56. n.14.* Hurtado *de Matrimon. diſp.18. difficult.5.* Ægidius *loco citato, n.40.* Layman *lib.4. tr.10. p.4. c.4. n.5.* Naldus *verb. Cognatio, n.3. pag.133.* Farinacius *loc. q.7. cit.* Sà *loco cit. n.5.* Rebellus *p.2. lib.3. q...7.12.* & alij. Palaus *n.16.* & Barboſa penes illum. Omnes quidem probabiliter.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Nullum horum, videlicet neque procuratorem, nec principalem, huiuſmodi cognationem contrahere. Prima pars probatur, quia procurator non eſt verè Patrinus, ſed eius vices gerens: ergo. Et ita hanc partem docent Ochagauia, & Hurtado *loc. cit.* Syluester *verb. Matrimon. 8. quæſt.7.* Armilla *eodem verb. n.12.* Sà *loco citato*, Sanchez *lib.7. diſput.59. num.2.* Syluius *loc. cit. artic.5. ad 4.* Diana *3. p. tract.4. reſol.2.* & alij *ſuprà cit.*

Secunda pars etiam probatur, quia principalis verè non obit actiones Patrini, quia nec eleuat è ſacro fonte infantem, haud tangit illum, &c. ergo. Sic Sà *in loco citato, num.4.* Reginaldus *lib.31. c.20. num.156.* Filliucius *loc. cit. n.291.* Villalobos *tom.1. tract.14. difficult.9. num.18.* Cornejo *tractat. de Matrimon. diſput.7. dub.16. pag.987.* Vega *1. p. cap.33. caſu 44. column.233.* & alij, quos me citato, ſectatur Diana *parte 10. tract.16. reſolut.29.* & alii penes ipſum.

QVÆSTIO XXIII.

An vt Patrinus contrahat cognationem, neceſſe ſit, quod phyſicè tangat infantem?

NEgant Sotus *in 4. diſtinct.42. q.1. art.2.* Sà *n.5. cit.* Lopez *2. parte, vbi de Matrim. c.52.* Syluester *in addit. ad §.10.* Binsfeld. & alij exiſtimantes, ſufficere aſſiſtentiam Patrini, quaſi offerentis ſe, & ſuſcipientis infantem in ſuam curam.

Sed probabiliùs reſpondeo: Neceſſe eſſe, Patrinum puerum tangere, aut tenere, dum baptizatur; aut ſaltem ſtatim ac baptizatus eſt, ipſum leuare è ſacro fonte: quia iura hanc cognationem ſtatuentia, vtuntur verbis id ſignificantibus, videlicet, ſuſcipit, accipit, leuat, tenet, tangit, vt conſtat de quinque primis, *c.30. quæſt.1.* Sic Henriquez *lib.12. cap.11. n.3.* Regin. *lib.31. num.151.* Vaſquez *q.67. artic.7. num.7.* Filliuc. *tract.10. parte 2. num.191.* Bonacina *de impedim. matrimon. quæſt.3. cit. punct.5. §.2. num.14.* Diana *3. parte, tractat.4. reſolut.2.* Sanchez *lib.7. diſputat.56. num.5.* Qui bene addit non eſſe neceſſarium quod Patrinus immediatè puerum tangat. Sed ſatis eſſe, ſi medio veſtimento, aut in diſco teneat. Quia qui hoc modo tenet, verè dicitur tangere, ac tenere. Sic etiam Baſilius *lib.7. cap.39. n.9.* Ochagauia *tract.3. de Matrimon. quæſt.56. num.5.* & Hurtado *de Matrimon. diſput.18. difficult.3.* Vega *loco cit. caſu 44.* Sic dicens: [Baſta que toque à la roba al tiempo que la baptizan, ò que la tenga en vna fuente de oro, ò plata, como eſtà dicho; y aſſi no tocandola de vna ſuerte, ò otra, no contrahe el dicho Padrino eſte parenteſco con la dicha criatura, como lo declararon los Señores Cardenales de la Reforma, à peticion del Obiſpo de Auila, y lo refiere Ledeſma *in addit. ad 3. partem, art. 1.* diziendo, que el lo vio.] Quam declarationem affert etiam Farinacius *4. parte, loc. cit.* per hæc verba: In Epiſcopatu Abulenſi adeſt conſuetudo communiter. Vulgariter dicta Marrina, non tangit infantem, donec compater, poſtquam eſt baptizatus, & infuſa ſuper eum aqua Baptiſmi, ponat infantem in manibus commatris. Itaque dicta commater non tangit baptizatum, donec, vt præfertur, baptizatus eſt leuatus à fonte Baptiſmali: dubitatur, ſi attentis præmiſſis, dicta commater contrahit cognationem ſpiritualem cum ipſo infante, & illius parentibus ex ſupra geſtis, & aſſiſtentia in dicto actu vti commater, nominata ad ipſum effectum; & ne deſuper dubitari contingat, ſupplicamus ſacræ Congregationi pro declaratione difficultatis. Congregatio Concilij cenſuit, mulierem quæ aſſiſtit infanti, ſi non tetigit infantem non contrahere cognationem. Sic Farinacius, & Trullench *lib.2. c.1. dub.9. n.6.*

Qvæstio XXIV.

An ut contrahatur cognatio, neceſſe ſit quod Patrinus nomine infantis reſpondeat, volo, abrenuntio?

AFfirmant Francus, Lancellotus, Hoſtienſ. Brunellus, & alii apud Sanchez *loc.cit.n.*7.8.*&* 9.

Sed probabiliùs reſpondeo: Noo eſſe neceſſarium, quia reſponſio non eſt de ſubſtantia, ſed ſolùm ractus tentio, ſeu levatio, nam hujus rantummodo jura meminere. Sic Navartus *c.*22. *n.*36. Sotus, Ledeſma, Armilla, Vega, Vivaldus, & alii, quos refert, & ſequitur Sanchez *loc.cit. num.*19. Tenent etiam Sylueſter *Matrimon.* 8. *q.*7. (Vnde malè illum pto contraria ſententia citat Bonacina *num.*14.) Ægidius *diſp.*32. *n.*33. Baſilius, & Ochagauia *loc.cit.* Hurtado *loc.cit. n.*10. & alij.

Qvæstio XXV.

An qui tenet infantem in Eccleſia quando ſolùm ſupplentur ſolemnitates Baptiſmi, contrahat cognationem ſpiritualem?

AFfirmarunt aliqui apud Navarrum *in man.c.*22. *num.*40.

Sed abſque dubio reſpondeo: Non contrahere, qoia verè non dicitur ſuſceptur in Baptiſmo, cum Baptiſmus tunc non fiat, ſed antea adminiſtratus ſit. Vnde certum eſt, non conttahi cognationem ſpiritualem dirimentem matrimonium ſubſequens. Ao verò contrahar impedimentum Catechiſmi, quod impediat, non ramen dirimat matrimoniom, dicetur alibi. Sie Navattus *c.*12. *num.cit.* Ochagavia *q.*56. *cit.n.*18. Sanchez *lib.*7.*diſp.*62.*n.*1. Filliucius *tr.*10. *cit.n.*197. Bonacina *q.*5. *cit.n.*9. Farinacius 4. *part. loc.cit.pag.*383. & communis.

Qvæstio XXVI.

An ſit peccatum mortale omittere ſolemnitates in Eccleſia, quando puer domi ſine illis baptizatus eſt?

NEgat Poſſevinus *c.*6.*de Baptiſm.n.*47. *aliàs* 23. dicens tantum eſſe peccatum veniale. Poſſevinum ſequi videtur Diana 5.*p.tr.*3.*reſ.*6.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe peccatom mortale, non ſolùm ſi omittantur ex contemptu, verùm etiam ſi ex negligentia omittantur, ex his quæ Toletus ait *lib.*a. *c.*13. & expreſſè docent Laymao *loc. cit.c.*9.*n.*4.9.*&* 10. Bartholomæus de Ledeſma *diſficult.* 10. *conclnſ.* 3. *columm.* 149. Granadus *tom.*4. *in* 3.*p.tr.*7.*n.*5.*& vlt.* Bunacina *diſp.*2. *q.*2. *punct.*7. *n.*18. & alij.

Qvæstio XXVII.

An etiam ſub mortali teneatur Parochus in tali caſu, non ſolùm alias cæremonias, verùm etiam exorciſmos ad Dæmones profligandos adhibere?

NEgat Comitolus *lib.*1. *Reſponſ. Moral. q.*12. quia exiſtimat talem cæteinoniam puero iam baptizato adhibere, eſſe ſacrilegium, & maximam iniuriam Sacramento fieri.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Etiam ſub peccato mortali teneri prædictos exorciſmos adhibere ad perfectiorem Diaboli (qui nunquam omnino infeſtare deſiſtit) expulſionem. Sic habetur in Paſtorali Romano, & docent Victoria *q.*58. Vivaldus *c.vlt.de Baptiſm.n.*18. & alij, quos ſequitur Layman *loc.cit.n.*10. & Diana *loc.cit.* Legantur S. Thomas 3.*parte, q.*71. *art.*3. D. Cyprianus *lib.*4. *epiſt.*7. Eſtius *in* 4.*diſt.*7.§ 3. & alij.

Qvæstio XXVIII.

An qui per errorem leuat, aut ſuſcipit filium Petri, credens ſe leuare filium Pauli, contrahat cognationem?

NEgant Sanchez *lib.*7. *diſp.*58.*n.*7. Reginaldua *n.*155. Bonacina *q.* 3 *cit.punct.*5. §.2.*n.*18. Villalubos *tr.*14.*difficultate* 19.*n.*17.

Sed probabiliùs reſpondeo: Contrahere, quia error ille non impedit in hoc caſu fideiuſſoris, & patris ſpiritualis officium. Sic Ægidius *diſp.*32.*dub.*2. *n.*34. Perez *fol.*169. Baſilius *lib.*7.*c.*39.*n.*9. & Diana 3.*p.tr.*4.*reſol.*16. & alij.

Qvæstio XXIX.

Cum quibus perſonis contrahat Patrinus cognationem ſpiritualem?

REſpondeo, quod cum tribus rantùm. Cum baptizato videlicet, cum patre, & cum matre eius. Sic Tridenr. *ſeſſ.*34. *cap.*2. *de reform. matrim.* Quare inter illum, & hos nequit eſſe Matrimonium. Ex quo conſtat primò, ablatum eſſe iam impedimentum fraternitatis ſpiritualis, quod inter baptizatum, & filios Patrini contrahi ſolebat. Secundò, quod ſi duo ſint ſuſceptores, vir ſcilicet, & fœmina, nullum inter eos oriatur impedimentum. Sic communiter Doctores, inter quos Naldus hoc vltimum corollarium his verbis docet: Cognatio nulla contrahitur inter ipſos leuantes, ſeu renentes, *cap. fin. de cognat. ſpirit.in* 6. Ideo non indigent diſpenſatione, ſeu declaratione aliqua, quamuis ignarum vulgus aliter opinari ſoleat. Sic Naldus *verb. Cognatio, num.*1.

Qvæstio XXX.

An ſi plures Patrini, quàm duo, aſsignentur de facto à Parocho, contrahant omnes cognationem ſpiritualem?

NEgant contrahere omnes, aut aliquem illorum, Suarez 3.*p.q.*67.*art.*8. & Filliucius *n.*161.

Sed probabiliùs reſpondeo: Omnes illos contrahere cognationem, ſi omnes ſimul tangant: ſi verò ſucceſſiuè, primus tantùm vir, & mulier. Quia quamuis Tridentinum ſtatuat, vt ad ſummum aſſignentur duo, vnus & vna, non tamen irritat deſignationem plurium duobus. Sic Nauarrua *cap.*22. *num.*39 Sanchez *lib.*7.*diſp.*57.*num.*14. Baſilius *lib.*7. *cap.*39.*num.*22. Sà *verb. Matrim.de impedim.dirim. num.*5. Rebellus *lib.*3.*q.*6.*num.*6. & apud ipſos quædam declaratio Cardinalium. Hurtado *diſput.*28. *de Matrimon.difficult.*4. Lublinus *verb. Matrim. n.*20. Naldus *loco cit.n.*2. & penes ipſum Vgolinus *de offic. & pot. Epiſcop.part.*1.*fol.*129. Farinac.4.*p.loc.cit.pag. mihi* 283.

Qvæstio

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXI.

An Patrinus teneatur inſtruere puerum in rebus fidei, & bonis moribus, ſub peccato mortali?

AFfirmat Peſantius abſolotè *q.67.diſp.*2. per hæc verba. Suſceptoris officium eſt, vt tanquam nutritius quidam ſpiritualis, inſtituat baptiaatum in vna fide, ac moribus Chriſtianis, ac proinde peccare mortaliter, ſi negligat. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri quidem, ab hac tamen obligatione excuſari, quando probabiliter credit, quod alia via puer ſatis inſtruatur: vnde inter Catholicos vix viget talis obligatio, cum credi poſſit, à ſuis Parentibus diligenter inſtrui. Sic Diuus Thomas *quæſt.*68.*art.*8. Et cum eo omnes Doctores. Præcipuè Raconius *tr.*2. *in* 3.*part. diſput.*2. *ſect.*1.*quæſt.*2.*art.*3. vbi docet: Patrinum teneri inſtruere baptizatum, quando non eſt alius, à quo credatur poſſe inſtrui. Et Henriquez *lib.*2. *cap.*14. *num.*1. per hæc verba: Patrinus tenetur ex implicito quodam pacto, ſimul cum quodam Eccleſiæ præcepto Infantes in doctrina ſalutari Chriſti inſtituere, tempore neceſſitatis: à qua tamen obligatione inter Chriſtianos communiter excuſatur, quia Pater, & Parochus intelligitur illos inſtructurus, vt qui arctiori vinculo tenentur ex officio. Sic ille.

QVÆSTIO XXXII.

An baptizans contrahat cognationem ſpiritualem, & cum quibus perſonis?

REſpondeo, quod contrahit cum Baptizato, & patre, & matre eius. Sic ex Tridentino *ſeſſ.*24. *c.*2. *de reformat. matrimon.* omnes Doctores. Itaque per hoc nouum ius Concilij Tridentini à numero cognationum ſpiritualium auferuntur omninò, tum fraternitas ſpiritualis, quæ olim inter baptizatum, & filios naturales baptizantis, atque filios patrinorum intercedebat; tum etiam affinitas ſpiritualis, quæ contrahebatur inter baptiaatum, atque parentes eius ex vna parte, & vxores patrinorum, vel maritos matrinarum ex altera; & dumtaxat ſuperſunt paternitas, & compaternitas ſpiritualis, quarum illa impedit matrimonium inter baptizatum, & baptiaantem; & inter eundem baptizatum, & patrinos: hæc verò inter parentes baptizati, & baptizantes; & inter eoſdem parentes, & patrinos. Legantur Nauarrus *in man.cap.*22.*à num.*6. Sanchez *lib.*7. *de matrim.diſp.*54.*& ſeqq.* Reginald. *lib.*31.*n.*148.*& ſeqq.* & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XXXIII.

An vir Baptizans contrahat cognationem ſpiritualem cum maſculo baptizato?

NEgatiuam partem latè probat Sancius *in ſelect. diſput.*40.*a num.*10. Eo quòd cognationem ſpiritualem tantum contrahi poſſe videatur inter perſonas diuerſi ſexus, videlicet inter fœminam, & virum baptizantem, aut è ſacro fonte leoantem. Sed non audet, & meritò, hanc ſententiam amplecti. Eam tamen non obſcurè indicat Fabius Incarnatus *in ſuo ſcrutinio Sacerdotali, tract.* 2. primæ partis, *vbi de Sacramento Baptiſmi, pag. mihi* 33.*verſ. Primo actu.* Licèt *pag.*34.*verſ. Tertio actu*, ex Trident. contrarium innuat. Sed quidquid ſit de hoc:

Certiſſimè reſpondeo affirmatiuè. Quia Tridentinum Concilium *loco nuper citato* abſolutè decernit: Cognationem ſpiritualem contrahi inter baptizatum, & baptizantem, & patrem, ac matrem baptizati; & inter ſuſcipientes baptizatum, ac baptizatum ipſum, & illius patrem, & matrem; neque diſtingui ſexus ad talem cognationem contrahendam. Et ratio eſt, quia hæc cognatio ſpiritualis, etiam poteſt reperiri inter eos, qui incapaces ſunt ad matrimonium contrahendum. Quia cum baptiaans generet filium ſpiritoalem, contrahit cum filio à ſe ſpiritualiter genito, quandam cognationem patris ad filium. Sic Sancius *loco citato.* Et ante ipſum, licèt non ita clarè, Archangelus Rubeus *in* 4. *diſtinctione* 41. *pagina mihi* 414.

TRACTATVS TERTIVS
DE SACRAMENTO CONFIRMATIONIS.

TRACTANT de Sacramento Confirmationis Scholaſtici cum Magiſtro *in 4. diſt.7.* ubi Sotus, & Theologi cum D.Thoma *in 3.p. q.72.* ubi Suarez & Ægidius, & alij Doctores Canoniſtæ *de conſecr.diſt.5.* Concilium Florentinum *in decreto Eugenij*. Tridentinum *ſeſſ.7.& 23.c.4.* Sylveſter, Angelus, Armilla, & alij Summiſtæ *verb Confirmatio.* Navarr.*cap.22. n.8.* Archangelus Rubeus *in 4.diſt.7.* Bonac. *de Sacramentis diſp.3.* Henriq *lib.3.* Victoria *à n.212.* Filliuc. *tract.3.* Hurtado *tract 3. de Sacramentis*, Becanus *de Sacramentis c.14.* Villalobos, Petrus de Ledeſma, Lublinus, Vivaldus, & alij plures citandi.

DISPVTATIO PRIMA.

De inſtitutione, definitione, & neceſſitate Sacramenti Confirmationis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Confirmatio ſit verum novæ legis Sacramentum?

NEGANT Hæretici noſtri temporis: ſequuti Novatianos, Vvaldenſes, Flagellantes, & alios, quos referunt Bellarmin. Henriquez *lib. 3.c.1.num. 2.* Suarez *q.72.diſp.32.ſect.1.* & alij.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe verum, ac perfectum Sacramentum. Eſt reſponſio definita in Concil.Trident. *ſeſſ.7.& 23. can.4.* in Florent. *in decreto Eugenij*, & in 6.Syn.*can.7.* & in aliis quam plurimis, quæ referunt Bellarmin. & Henriquez *loc.cit.* Sic omnes Catholici. Legantur nuper citati, & Dicaſtillo *tract. de Sacramentis, dubit. 1.n.7.* & Trullench *lib.2. cap. unico de Confirmat.*

QVÆSTIO II.

An Confirmationis Sacramentum inſtitutum fuerit ab Eccleſia?

AFfirmant in primis Hæretici aſſerentes, Confirmationem inſtitutam fuiſſe à Melchiade Papa. Deinde affirmant Alexand. de Ales 4 *p.q.24.n.1.* & D.Bonauent. *in 4.diſt.7. art.1.q.1.* dicentes: Inſtitutam fuiſſe in Concil. Meldenſi.

Sed certiſſimè reſpondeo: non ab Eccleſia, ſed à Chriſto Domino immediatè inſtitutum fuiſſe. Eſt de fide, ex Concil. Trident. *ſeſſ.7. can.1. de Sacramentis in genere, & de Confirmat.can.1.* & probant latè Doctores citati, & Couar. *lib. 1.variarum, cap.10.* Bartholomæus de Ledeſma *de Sacramento Confirmat. diffic. 2. concluſ. vnic. col.222.* P. Cañedo *de Confirm. cap.1.* & omnes Doctores, de quo etiam egimus *ſuprà tr.1. diſp.5.quæſt.5.*

QVÆSTIO III.

An fuerit hoc Sacramentum à Chriſto Domino inſtitutum in nocte ſuæ cœnæ?

NEgant quidam Doctores, affirmantes tunc inſtitutum, quando Chriſtus ante paſſionem ſuam, Matth.19. Marc.10. & Lucæ 18 paruulis manus imponit. Sic Caniſius *tit. de Confirmatione, in principio*, & olim Couar. *loc.cit. in 1.edit.* ſed ſuſtulit in vltima. Graff. 2. *p.lib.1.c.5.n.4. pag. mihi* 11. Lublinus *1.p. ſum.verb. Confirmatio, in principio.*

Alij verò dicunt, inſtitutum eſſe Ioan. 20. quando Chriſtus dixit, *Accipite Spiritum ſanctum. &c.* Sic Scot. *in 4.diſt.7.q.1.* vel Ioan.16. dum dixit: *Si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos; ſi autem abiero, mittam eum ad vos.* Ita Viuald. *de Confirmatione n.10.* Vega *caſu* 1. Victoria *q.40.* & Ludou. de S.Iuan *q.1. de Confirm.art.1.dub.2.concl.2.pag.92.* & ſuus Amicus Angles *de Confirmatione art.1.diffic.vnic.concl.1.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Inſtitutum eſſe à Chriſto in nocte cœnæ, ſaltem quoad materiam, & formam, ſed præceptum, & completum Ioannis 20. *cit.* quando dedit Apoſtolis plenam poteſtatem conficiendi hoc Sacramentum. Sic docet Fabian. Papa ex traditione Apoſtolica, *cap. Litteris, de conſecrat. diſt. 5.* & D.Thomas *q.72.art.1.ad 2.* Suarez *diſp.32.ſect.2.* Filliucius *tract.3. num.5. & 6.* Reginaldus *lib.28. num.4.* Ægidius *quæſt.72. artic.1.num.23.* Bonacina *diffic.3.de Confirmatione, punct.1.num.1.& 3.* Bartholomæus de Ledeſma *de Confirmatione, diffic.2. concluſ.2.col.124.* Petr. Cañedo *c.1.de Confirmat.pag.mihi* 54. Villalobos *tom.1.tr.6.de Confirmatione, diffic.1. num.3.* Torreblanca *lib.1.practic.cap.6.num.6.* & ex parte Henriquez *lib.1.cap.1.n.4.* Molfeſius *in Summa tract.1.cap.7.num.30.& tract.4. cap.2.numero 20.* Hurtado *tract.de Confirmat.diff.3.* Petrus de Ledeſma *in Summa tract.de Confirm.c.1.concl.3.* & communis. Trullench *lib.1. cap.vnico de Confirm.q.2.* Palaus *de Sacram.tr.20.punct.1.n.3.* Dicaſtillo *loco cit. dubit.2. n.20.* & Baunius *tr.3. de Confirmat.q.2.* Qui addunt

vſum

uſum hujus Sacramenti poſt Chriſti Domini Aſcenſionem incœpiſſe.

QVÆSTIO IV.

Quid ſit Sacramentum Confirmationis?

RESpondeo, quod eſt *Sacramentum Vnctionis chriſmatis conſecrati, quo Epiſcopus frontem hominis baptizati ungit, ſub præſcripta forma verborum.* Vel eſt, *Vnctio exterior chriſmatis ab Epiſcopo conſecrati in fronte, manu Epiſcopi in modum Crucis facta, ſub præſcripta forma verborum.* Vel tandem, *Eſt Sacramentum confirmativum in fide.* Sic Magiſt. *in* 4. *diſt.* 7. S. Thom. *q.* 72. & *ibi* Cajetan. Navar. *c.* 22. *n.* 8. Filliocius *loco citato, n.* 7. Vivaldus *n.* 7. Hurtado *tract. de Confirmat. diff.* 1. & communiter Doctores, ut videre eſt apud Henriquez *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 6. *littera L.* Reginaldus *lib.* 28. *n.* 3. qui *n.* 2. benè notaverat, hoc Sacramentum dici Confirmationem à ſuo proprio effectu, à forma Conſignationis Sacramentum, Signaculum dominicum, & Signum Chriſti, à materia Sacramentum Chriſmatis, Inunctio, Oleum Sanctificatum, & Sacrum Vnguentum. Et à ritu ipſius, Impoſitio manuum. Sic ille poſt Gregorium à Valentia *tom.* 4. *diſp.* 5. *q.* 1. *punct.* 1. *ſub initium.*

QVÆSTIO V.

An ſit præceptum Divinum impoſitum baptizatis, recipiendi hoc Sacramentum, ſi commodè poſſint.

AFfirmant Scot. *diſt.* 7. *q.* 2. Ricard. *art.* 5. *q.* 2. Vvaldenſ. *tom.* 2. *de Sacram. c.* 3. Petr. Sot. *lect.* 2. *de hoc Sacramento,* & alij apud Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 1. quibus favet Filliucius *tract.* 3. *n.* 40. quatenus docet, olim ſaltem ob frequentes perſecutiones, videri tale extare præceptum.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non dari tale præceptum divinum. Ratio eſt, quia nec ex Scriptura, nec ex traditione Patrum conſtat, dari tale præceptum. Sic S. Thom. *in* 4. *diſt.* 7. *q.* 1. *art.* 1. *q.* 2. & 3. *p. q.* 72. *art.* 8. *ad* 4. Navar. Ochagau. Ludovicus de San Iuan, Bartholom. & Petrus de Ledeſma, Victoria, Suarez, Bonacina, & alij citati. Henriquez *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 2. & *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. Hurtado *tract. de Confirmat. diff.* 11. & Archangelus *diſt.* 7. *pag.* 71. & 72. Necnon Palaus *tract.* 10. *punct.* 8. *n.* 1. & 5. Dicaſtillo *dub.* 10. *n.* 96. Trullench. *c. unico de Confirmat. n.* 5. & Diana *part.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 47.

QVÆSTIO VI.

An ſaltem ſit præceptum Eccleſiaſticum recipiendi hoc Sacramentum.

AFfirmāt Alexand. 4. *p. q.* 25. *memb.* 2. D. Bonavent. *diſt.* 7. *art.* 3. *q.* 2. Paludan. *q.* 1. D. Anton. 3. *p. tit.* 14. *c.* 14. §. 5. Sylveſt. *verb. Confirmatio, n.* 9. Dorand. *q.* 1. Petrus Soto *lect.* 2. Ricardus *diſt.* 7. Scotus, & Major apud Vegam ſtatim citandum, & alij aſſerentes peccare mortaliter illum, qui illud omittit non ſolùm ex contemptu, verùm etiam ex negligentia. Moventur ex variis Decretis Pontificum, in quibus id conſtat, cap. *Spiritus Sanctus,* & cap. *de his, de conſecrat. diſt.* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec tale præceptum eſſe datum. Ideoque ſecluſo contemptu, non peccare mortaliter, qui hoc Sacramentum omittit. Ratio eſt, quia nullibi reperitur tale præceptum: Ergo etiamſi quis Confirmationem ſponte, & ex negligentia omittat, non peccabit mortaliter. Conſequentia patet: antecedens verò probatur. Nam textus citati ſolùm convincunt, Confirmationem eſſe neceſſariam neceſſitate ſecundùm quid, quale reputatur illud quod eſt maximè conveniens; neque licitè potuiſſe baptiſmum olim conferri abſque Confirmatione. Sic S. Th. *quæſt.* 72. *art.* 8. *cit.* Caietanus *ibidem,* Sotus *diſt.* 7. *q.* 7. *art.* 8. (unde malè citatur à Bonacina pro oppoſita ſententia) Victor. *q.* 48 Navar. *c.* 22. *n.* 8. Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 1. Filliucius *n.* 4. Vivaldus *de Confirm. ubi de ſuſcipiend. q.* 7. Tolet. Sayrus, Regin. & alii quos citat, & ſequitur Bonacina *de Confirm. punct.* 2. *n.* 2. Valentia, Molfeſ. Hæredia, & alii quos ſequitur Diana 3. *part. tractat.* 4. *reſol.* 25. & 5. *part. tract.* 3. *reſol.* 30. Sa *v. Confirmatio, num.* 11. Henriquez *lib.* 1. *loco citato,* & *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 7. *lit. V,* Ochagav. *quæſt.* 12. *num.* 3. & 4. Peſantius *q.* 72. *diſp.* 3. *in fine.* Lublinus *loc. cit. num.* 4. Laym. *loc. cit. num.* 4. Granad. *tract.* 4. *diſp.* 1. *num.* 4. Ludovicus de San Iuan *q.* 1. *art.* 6. *concluſ.* 3. *Tannerus q.* 4. *dub.* 2. & Bartholomæus de Ledeſma *diff.* 7. *col.* 239. & Hurtado *de Confirmatione, diff.* 11. Villalobos *de Confirmatione, diff.* 5. Vega *caſu* 8. Petrus de Ledeſma *in Summa, tract. de Confirmatione, c.* 8. *concluſ.* 2. Archangelus *loco cit.* & communis, quam noviſſimè ſequuntur Palaus *tom.* 4. *tract.* 20. *punct.* 8. *n.* 5. Baunius *tract.* 3. *de Sacrament. q.* 14. Ioan. de Dicaſtillo *dubit.* 10. *num.* 99. & Trullench. *loco citato.*

QVÆSTIO. VII.

An ſaltem ſit peccatum veniale hoc Confirmationis Sacramentum ſolùm ex negligentia negligere?

NEgant Petrus Ledeſmius, Granad. & Ludovicus *loc. nuper cit.* & per ſe loquendo hoc ipſum docent Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 2. Torreblanca *lib.* 2. *pract. cap.* 6. qui etiam pro hac parte refert Sotum, Henriquez, Navarrum, Bonacinam, Ægidium, & alios. Hurtado etiam *diff.* 11. ubi ſic ait: unde non erit peccatum ſaltem mortale non ſuſcipere confirmationem, quia quod non eſt contra præceptum aliquod, non eſt peccatum. Sic ille. Trullench. *loco citato,* & Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 15.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe peccatum veniale hoc Sacramentum negligere. Quia ſi cùm occaſio ſuſcipiendi datur, etiam citra contemptum negligitur, re vera propter rei præſtantiam in ea negligentia eſſe aliqualem deformitatem conſpicitur. Sic Valētia *diſp.* 5. *q.* 2. *punct.* 3. dicens, id communiter ab omnibus concedi. Sic etiam Bartholomæus de Ledeſma *loc. cit. col.* 240. Caietan. & alii apud Suar. *loc. cit.* Immò hoc idem inſinuant Bonac. Molfeſius, & Sà *locis cit.* & Henriquez *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 4. *lit. S*: unde non bene citātur à Torreblanca pro oppoſita parte; & tandem in ſenſu à nobis explicato id docet Suarez. & ex illo Reginaldus *n.* 21. Palaus *punct* 8. *n.* 6. *cit.* & Bauny *q.* 14. docentes ex accidenti ſaltem eſſe veniale hoc Sacramentum omittere, eo quòd ejus omiſſio ſit ſpiritualis quædam prodigalitas.

QVÆSTIO VIII.

An peccet mortaliter qui Ordines ſaltem majores ante Confirmationem ſuſcipit?

AFfirmant Nuñus *tom.* 2. *q.* 35. *art.* 4. Fornatius *tract. de Ordine, cap.* 3. *n.* 3. Tolet. *lib.* 2. *cap* 71. *num.* 6. Tannerus *q.* 4. *dub.* 2. Anton. de Hinojoſa in ſuo directorio, *v. Confirmatio, fol.* 116. Ludovicus *q.* 1. *art.* 10. *diffic.* 1. *pag.* 103. Lublinus *n.* 8. Majolus *de Irregul. lib.* 4. *cap.* 12. Bonacina *de Sacram. diſp.* 8.

quaſt.unic.punct.5.n.10. quia exiſtimant facete contra præceptum Trident. ſeſſ 22.c.4. de reformat. dicentis:quod non initientur qui confirmationem non ſuſceperint.

Sed probabilius reſpondeo : non peccare mortaliter,ſed venialiter tantùm ; quia non facit contra aliquod præceptum ad mortale obligans:nam in verbis Concilij nil præcipitur initiandis ; ſed præſcribitur Epiſcopis,quod facere debent. Sic Sotus in 4.diſt.7. art.8.concluſ.3.Victor. q.48. & de Sacramento Ordinis q.132.Vivald.n.41. ubi de ſuſcipiente, n.13. Bartholomæus de Ledeſma diff.5.col.234.Valent.diſp.5. q.2.punct.3.Suar.diſp.25.ſect.1.in fine,Ægid.diſp.20. n.103.& q.72.art.8.num.90. Ochag. de Sacramento Confirmationis q.8.n.5.& q.12.n.92.Granad.tract.4. diſp.1.n.9. qui exiſtimat, nec adhuc venialiter peccare. Layman c.5.n.4.Rodrig.c.121. n.4. Diana 2. part.tract.16.reſol.4.& 3.part. tract. 4. reſol.24. & p.8.tract. 1.reſol.47.fine, Hurrad. tract. de confirmat. diff.11.in fine. Henriquez lib.3.c.5. in fine. Moure de Confirmat.§.5.Doctiſſimus Navarrus c. 22.n.9. qui cum aliis docet, neque ipſummet Epiſcopum peccare pluſquam venialiter, conferendo Ordinem, aut ipſummet Sacramentum Confirmationis, antequam ipſemet confirmatus ſit. De quo infrà diſp. 2. q.6. etiam Torreblanca loco cit. num. 37. & Philibertus Marchinus tract.1. de Ordine,part.4.c.3.n.3. qui tamen malè citat Suarium pro oppoſita ſententia,cum noſtram clarè doceat loc.cit.Molfeſius in ſumma,tract. 2.c.11.n.7.& tract.4.c.1.n.21.Reginaldus n.24.Dicaſtillo de confirmat.dubit.10.n.100.Trullench lib.2. cap.unico de confirmat.n.13.& me citato Diana p.10. tract.16.reſol.61.& Palaus punct.8.n.6.in fine. Quia licèt exiſtimet hic Author in præcitato Tridentini decreto præceptum contineri, ut non ſuſcipiantur Ordines ante confirmationem, addit tamen, non obligare ad mortale ; vel quia levis eſt materia, vel quia conſuetudine ſic præceptum temperatum eſt.

QVÆSTIO IX.

An ſaltem mortaliter peccet Epiſcopus ordinando illum qui non eſt Confirmatus?

AFfirmare à fortiori tenentur Authotes pro contraria ſententia nuper cit. & ex noſtris tenent Moure loc.cit. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non peccare pluſquam venialiter. Sic Navar. loc. cit. cum Soto diſt.24.q.1.art.4. Torreblanca loc. cit. & apud illum Victoria, Suarez, Henriquez, & alij quos ſequitur Diana p.8. reſol.47.cit. & me citato p. 10. tract. 11. reſol.14. & apud ipſum Dicaſtillo.

DISPVTATIO II.

De Miniſtro Sacramenti Confirmationis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Miniſter ordinarius Confirmationis ſit ſolus Epiſcopus?

NEGAVIT Armachanus lib.11.d. qq. Armenorum, exiſtimans quemlibet Sacerdotem, (imò & Diaconum) eſſe ſufficientem Miniſtrum Confirmationis, cui favent Durand. diſt. 7. q.3. & Scotus q.1.dicentes id eſſe probabile.

Sed oppoſitum omnino reſpondeo, & dico : Quod ſolus Epiſcopus eſt ordinarius Miniſter Confirmationis. Eſt hæc reſponſio de fide. Nam habetur in Trident.ſeſſ.7.can.3. de Confirmat.ubi ſic dicitur : *Si quis dixerit ſanctæ Confirmationis ordinarium Miniſtrum, non eſſe ſolum Epiſcopum, ſed quemvis ſimplicem Sacerdotem, anathema ſit.* Ergo ſolus Epiſcopus eſt ordinarius Miniſter Confirmationis, & hoc jure divino, ut docent Authores ſtatim citandi. Præſertim D. Thom. quaſt.72. art.11. & ibi Theologi. Magiſter diſt.7.& ibi D.Bonavent. art.1.q.3. Palac. quaſt.4. Soto artic.11. Henriquez lib.3. cap.6. n.1. & alij apud ipſum. Hurtado diff. 12. Archangelus diſtinct.7. Baunius tract.de Confirm. q. 7. Dicaſtillo dub.11. num.108. Trullench. lib.2.cap.unico de Confirmat.num.14. & Palaus tract.20. punct. 9. dicens, hanc ſententiam eſſe de fide certam.

QVÆSTIO II.

An ſimplex Sacerdotes ex commiſſione Papæ poſſit eſſe Miniſter Confirmationis?

NEgant D. Bonavent. diſt.7.poſt literam, Scotus ibid.q.1.Major,& Gabr. quaſt. unica. Durand. q.3.& 4.Adrian.quaſt. de Confirmat. art. 3. Caſtro verb.Confirmatio, & Eſtius in 4.diſt.7.§.11.

Sed longè probabiliùs, imò ut certum reſpondeo poſſe, quia Sum.Pontifex habet poteſtatem à Chriſto, ut poſſit facultatem confirmandi committere ſimplici Sacerdoti, & ita illam exercuiſſe Gregorium PP. I. affirmat Concil. Florent. Immò noſtris temporibus, ut fertur, Gregor. XIII. hanc poteſtatem confirmandi in India ſimplici Sacerdoti commiſit. Sic Sabetur in cap. pervenit, diſt. 95. & docent D. Thom. q.72.art.11.ubi Cajet.Nuñus,Peſantius, & Ægidius. Ledeſma q.11.Soto diſt.6. q. 11. Paludan. q.4. Aureol.in 4.diſt.7.q.2.Victor. quaſt.49. Navar. tom.1.conſ.lib.5.de privileg.conſil.14.Bellarm.c.12.de Confirmat.Henriquez lib.3. c.6.n.4. & 5. Suar. diſp. 33.ſect.2.Vaſquez q.72.diſp.219.c.1.n.3. Bonacina loc.cit.n.4. Filliuc. n. 13. Hurrad. tract. de Confirm. diff.13. Vivaldus de Miniſtro Confirm.n.4.Ochagan. q.10.n.2.Tolet. loc. cit. Granad. tract. de Confirmat. diſp.1.n.5. Lublinus loc.cit.num.19. Layman. cap.6. num. 1. Ludovicus de S. Iuan quaſt. 1. art.7. dub. 1. pag.98.Archangel.diſtinct.7.pag.68.col.1.Angles de Confirmatione,art.7.Sylvius in addit.§.3.de Confirmatione ſumma Binsfeldij.Petrus Cañedo cap.3.pag.58. & 59.Torreblanca loco cit. n. 26. Graſſius 2.ª part. deciſ.lib.1.c.5. n. 23. pag. mihi 14. Petrus de Ledeſma in Summa de Sacramento Confirmationis, cap. 9. Molfeſius in ſumma, tract.4. c.2. n. 27. dicens, noſtram ſententiam eſſe de fide.Reginald.n.18.& communis. Palaus & Baunius loc.cit.Diana p.8. tract.1. reſol. 3. & Dicaſtillo loc. cit. n.118. ubi probabiliter ait, poſſe Pontificem hanc facultatem quam habet committendi ſimplici Sacerdoti ad adminiſtrandum hoc Sacramentum, alteri committere, ut id faciat nomine ſuo quando ſubſit juſta cauſa.

QVÆSTIO III.

An Epiſcopus poſſit etiam committere ſimplici Sacerdoti ut validè confirmet?

AFfirmāt Cajet.q.71.art.11.Sot.& Ledeſm.q.13. art.11.id poſſe,niſi aliàs Papa hoc ſibi reſervaſſet.Dictis auctoribus accedunt Laymau,& Salmerō, quos affert,& ſequitur Baſilius de Confirm.p.4.cap.4.

Sed

Sed certiſſimè reſpondeo; non poſſe, etiam ſi à Papa noo prohibeatur; quia ſolus Pontifea id poteſt, cùm ille de plenitudine poteſtatis multa babeat à Chriſto, quæ inferiores Epiſcopi non habent. Sic Doctores, pto vtraque ſententia *ſup. cit.* præcipuè Suarez, Henriquez, Bellarm. Ægidius, Filliuc. & Viualdus, quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp. 3. q. vnic. punct. 2. n. 8.* Molfeſius *loco cit.* Hurtado *diſſ. 13.* Dicaſtillo *de confirmat. dub. 11. n. 123.* Trullench *loc. cit. n.* 14 Palaus, & Paunius *loc. cit.* Diana *p. 8. tract. 1. reſol. 5.* Ioannes Petit, Præpoſitus, Petrua à S. Ioſeph, Auerſa, & Ochagauia penes ipſum.

Qvæstio IV.

An ex commiſſione Papæ poſſint Diaconi Confirmare?

AFfirmant Abbas, & Innocent. *in cap. Quando, de conſuetudine*, Gloſſa *in cap. Manus, de conſecr. diſtinct. 5.* & Angel. *verb. confirmatio, num. 2.* Quia exiſtimant ex mandato Papæ quemlibet Clericum poſſe conferre otdinem, & Sactamentum, quod habet. Sic refert etiam Aureol *in 4 diſt. 7. q. 2.*

Sed certiſſimè reſpondeo: non poſſe, licet Diaconus ſit Cardinalis: quia ſolus Sacerdos eleuari poteſt, vt quædam Epiſcopalia officia attingat. Sic D. Thom *diſt. 7. q. 3. art. 1. & q. 72. art. 11.* Sotus, Ledeſma, Tabiena apud Henriquea *lib. 3. c. 6. n. 5.* Granad. *loc. cit. num. 9* Ludouicus de San Iuan *loc. cit. diffic. 2.* & Doctores ſupta citati. Præcipuè Reginald. *lib. 28. num. 19* qui id bene ptobat *ex cap. Manus, de conſecr. diſt. 5. & cap. Quanto, de conſuetudine*, Palaus etiam *punct. 9. n. 4.* Baunius *q. 7. aſſert. 3.* & Diona *part. 8. tract. 5. reſol. 5. in fine.*

Qvæstio V.

An Epiſcopus hæreticus, degradatus, vel excommunicatus, poſſit validè confirmare?

NEgant Magiſt. *diſtinct. 13. cap. 4. & diſtinct. 25.* Gloſſa *in cap. Accedens, 50. diſtinct.* & alij Iuriſperiti apud Caſtrum *lib. 2. de iuſta hæret. punit. cap. 21.* & apud Couat. *1. var. cap. 20. num. 8.* Et eſſe ſententiam ptobabilem innuit Ludou. de S. Iuan *loco citato, dub. 4. pag. 100.*

Sed certiſſimè omnino reſpondeo: poſſe validè, licèt non licitè, quia neque hæreſis, neque excommunicatio, aut degtadatio tollit characterem, aut ordinem Epiſcopalem, in quo fundatut poteſtas confirmandi. Sic Henriquez *lib. 3. cap. 6. num. 2.* Suatez *diſputat. 36. ſect. 3.* Filliuc. *num. 29.* Ægidius *quæſt. 72. art. 11.* Bonacina *de Confirm. quæſt. vnic. punct. 2. n. 6.* Ochagauia *quæſt. 10. num. 9.* Lublinus *loc. cit. num. 5.* Pettus Ledeſmius *c. 9. poſt. 7. concl.* Reginald. *n. 20.* & eſt certa, & communis ſententia. An verò Epiſcopus non confirmatus poſſit validè confirmare, conſtat ex dictis *diſput. 1. quæſt. 8.* poſſe. Ita Doctores *cit.* præcipuè Dicaſtillo *loc. cit.* & Palaus *punct. 9. num. 2.*

Qvæstio VI.

An Epiſcopus non Confirmatus peccet mortaliter alios Confirmans?

AFfirmant Tannerus *q. 4. dub. 2.* & à fortioti illi, qui negant (omnino malè) Epiſcopum oon confitmatum non poſſe validè confitmare.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſolùm peccare venialiter, quia licèt ſit aliqua inotdinatio miniſtrare hoc

Sacramentum ex officio, & illud nolle ſuſcipere, non tamen eſt gtauis. Sic Nauar. *cap. 22. n. 9.* Granados *tract. 2. diſput. 1. num. 11.* & alij communiter. Lege Dicaſtillo hîc *dubit. 11. n. 126.* & me citato, Diana *p. 10. tract. 11. reſol. 24.*

Qvæstio VII.

An Epiſcopus non Confirmans in ſua Diœceſi opportunis temporibus peccet mortaliter?

REſpondeo: peccare, quia cùm ſit paſtor, tenetur oues paſcere, etiam in his quæ ad vtilitatem ſuæ Eccleſiæ à Chriſto ſunt inſtituta. Sic Angel. *verb. Confirmatio, n. 2.* Sylueſt. *num. 2.* Viuald. *n. 8.* Suarez *diſputat. 38. ſect. 2.* Filliuc. *n. 31.* Ochagauia *quæſt. 11. num. 4.* & Layman *cap. 6. num. 3.* Reginaldus *lib. 28. num. 21.* ſic dicens: Mortaliter peccat Epiſcopus ille qui multo tempore negligenter talem adminiſtrationem omittit. Sic etiam Palaus *punct. 9. num. 13.* Tolet. Genuenſ. & Barboſa penes ipſum, Dicaſtillo *num. 140.* & Trullench *lib. 2. cap. vnico de Confirmat. num. 5. in fine.*

Qvæstio VIII.

An peccet mortaliter Epiſcopus in ſua Diœceſi ſubditos alterius Confirmans?

AFfirmant Viuald. *loc. cit.* Pettus Ledeſma *de Confirmatione, cap. 9. concl. 7* Battholom. ab Angelis *dial. 3. §. 62.* Suatez *loc. cit. in fine.* Bonacina *de Confirmatione, quæſt. vnic. punct. 2. n. 11.* Paludanus *diſtinct. 7. quæſt. 4.* & Sylueſt. *verb. Confirmatio, quæſt. 5.* Ludouicus *quæſt. 1. art. 7. dub. 3. pag. 100.* Toletus *lib. 2. c. 24. n. 5.* & Reginaldus *loco citato.*

Sed æquè ptobabilitet teſpondeo: non peccare, & conſequenter neque incurrere in cenſuram aliquam, quia credendum eſt, hoc eſſe ratum, & gratum proprio Epiſcopo, quod ſufficit in præſenti; nam cùm iuriſdictio non ſit de neceſſitate huius Sactamenti, faciliùs præſumi poteſt ratihabitio, quàm in Sactamento pœnitentiæ, vbi requiritur Iuriſdictio de præſenti, *vt infrà.* Sic Hentiquez *lib. 3. cap. 6. num. 6.* Sà *verb. Confirmat. num. 2.* Genuenſis *in man. prælat. c. 54. num. 7.* Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, p. 2 allegat. 30. num. 12.* Diana *2. part. tract. 17. reſol. 17. & 3. p. tr. 4. reſol. 24. & 4. p. tr. 4. miſcel. reſol. 50.* Ochagau. *q. 11.* & Layman *cap. 6. num. 2.* necnon me citato, Quintanaduenas *tom. 1. tract. de Baptiſm. ſing. 14. n. 5.* Dicaſtillo *num. 128.* & Palaus *punct. 9. n. 7.* vbi ait, vſu receptum eſſe, Epiſcopum in propria Diœceſi confirmantem, omnibus ad ſe confluentibus confirmationem miniſtrare, nulla inquiſitiooe facta, an ſint propriæ, vel alienæ Diœceſis.

Qvæstio IX.

An etiam poßit abſque graui peccato confirmare in aliena Diœceſi ſine expreſſa licentia proprij Epiſcopi?

REſpondeo, quod non, quia id expreſsè prohibet Trid. *ſeſſ. 6. de Reformatione, cap. 5.* adiuncta declaratione Congreg. Card. Sic Henriq *loc. cit.* Sà *n. 1.* Suatez, Bonacina, Syluester, Palud. Ludouicus, Filliuc. Ochagau. *loc. cit.* Reginaldus *num. 21.* Chamerota *de Confirmatione c. 7. dub. 3.* & communis, quam ſequuntur Palaus *punct. 9. num. 8.* & Barboſa cum aliis *2. p. de poteſt. Epiſcopi, allegat. 30. n. 15.* docentes & peccare mortaliter, & incurrere ſuſpenſionem ab exercitio Pontificalium.

QVÆSTIO X.

An poſsit Epiſcopus licitè Confirmare aliquem afferentem demiſſorias ſui Epiſcopi, vt Ordinetur?

RESpondeo: poſſe. Nam conceſſo vno, etiam reliqua conceſſa cenſentur, ſine quibus ad illud conuenienter perueniri non poteſt: at Confirmatio præmitti debet Ordinibus; ergo. Sic Diana *3.p.tr.4. reſ.24.* & apud ipſum Zambranus, Layman, Fagundez, & alij, quos ſequuntur Trullench. *loco citato, n.15. in fine, pag.44.* & me citato, rurſus Diana *p.10. tr.11. reſol.14.*

QVÆSTIO XI.

Quanam diſpoſitiones requirantur in Miniſtro Confirmationis?

REſpondeo, quod quatuor. Primùm enim debet habere intentionem, ſaltem virtualem, adminiſtrandi hoc Sacramentum. Secundò debet eſſe ſine conſcientia peccati mortalis. Tertiò debet vti Chriſmate illius anni. Quartò debet celebrare cum debita ſolemnitate. Sic omnes Doctores, præcipuè Henriquez *lib.3.c.5.& 6.* Bonac. *loc.cit.n.13.* Angel. Syluest. Tabiena, Toletus, Viuald. Graff. & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XII.

An requiratur, quod Epiſcopus miniſtrans Confirmationem ſit ieiunus?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Sà *verb. Confirmatio, num.1.* ait: Bonacina *loc. cit. punct.2. n.13,* ſed non ita bene id tribuit Emmanueli Sa: nam oppoſitum expreſsè docet *loc.cit. in editione non correcta*, per hæc verba: Confirmare poteſt Epiſcopus, etiam in ſuo Palatio, aut alio loco honeſto, & tempore interdicti, & poſt prandium. Sic ille. Et clariùs *n.23.* ſic dicens: Non eſt neceſſe præmitti ieiunium, aut Confeſſionem. Sic Sà *in editione prima*, licèt verum ſit, quod *in correcta* contrarium dicat. Meliùs poſſet pro hac affirmatiua parte citari Nicolaus Ploue (licèt hunc Authorem, poſſe confirmationem poſt prandium, quauis neceſſitate conferri, indubitanter affirmet.) Et text. *in cap. Vt ieiuni, & cap. Epiſcopi, de conſecràt. diſt.5.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non requiri de præcepto, ſed tantùm de conſilio (qua ratione intelliguntur *capita cit.*) quod conſilium iam vſus ſuſtulit. Sic Ochagauia *quæſt.11.n.2.* Granado *loc.cit. diſp.2.n.3.* Henriquez *loc.cit. num.7.* Angelus *n.7.* Reginaldus *num.17.* Toletus *lib.2.cap.14.n.9.* Bonacina *loc. cit. num.13.* Ægidius *q.72.art.7.* Hurtado *diff. vltima*, & Filliuc. *num.62.* dicens: conſuetudinem eſſe, vt poſt prandium conferatur. Sic etiam Bartholomæus de Ledeſma *diffic.10.col.248.* Angles *de Confirm. art. vlt. concl. vlt.* Archangelus *diſt.7. pag.68. col.2.* dicens: Confirmationem poſſe fieri, tam poſt, quàm ante prandium, & eſt communis, quam ſectantur Palaus *loc. cit. n.1.* Suarez & Layman apud illum, & Trullench. *de Confirmat. num.6.*

QVÆSTIO XIII.

An teneatur Epiſcopus ſub peccato mortali confirmare in Eccleſia?

AFfirmant Nuñus *quæſt.72. art.2. verſ. Secundus ritus*, Granado *loc.cit.* quibus fauet Sà *loc.cit.* & innuit ſatis Suarez *diſp.37. ſect.2. §. ſecundò notari*, & tenet Palaus *punct.10. num.6.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri ſub tanto onere, cùm communiter Epiſcopi in ſuo Palatio Confirmationem conferant: ſed potiùs poſſe in quocumque loco decenti, licèt interdicto, &c. Sic Sancius *in ſelect. diſp.40. num.4.* Ragucius *in Lucerna Paroch. de Confirmatione, quæſt.37. num.1.* Palud. *diſt.7.q.3. art.3.* Henriquez *cap.6. cit. num.7.* Ægidius, & Bonacina *loc.cit.* Filliucius *n.62.* qui ſolùm (& bene) ait: conuenientius hoc Sacramentum in Eccleſia conferri, & dicit probabile Suarez *loc.cit.* Sic etiam Bartholomæus de Ledeſma *diff.20. col.248.* & Diana *4.p.tr. 4. miſc. reſ.50. & antea 2.p.tr.17. miſcel. reſol.17.* Hurtado *loc.cit.* per hæc verba. Confirmatio quouis tempore, etiam in Feſto, & in Interdicto conferri poteſt, ſicut Baptiſmus: & extra Eccleſiam, & à non ieiunis conferri, & ſuſcipi. Sic ille, & Trullench *loc.cit.* & vt probabilem ſententiam illam admittit, licèt non ſequatur Palaus *loc.cit.*

DISPVTATIO III.

De materia, & forma Confirmationis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Chriſma ex oleo oliuarum, & balſamo confectum, ſit materia remota Confirmationis.

NEGANT aliqui apud Ochagauiam *tr. de Sacramento Confirmationis, q.2.n.1.* & apud Marſil. *in 4.q.5.art.1.* docentes; materiam remotam huius Sacramenti non eſſe Chriſma, ſed nudam impoſitionem manuum Epiſcopi. Negat etiam ex parte Canus, dicens materiam eſſe oleum, & balſamum: ſed quodlibet eorum ſufficere, cui ſententiæ fauent ſatis Caiet. Soto, Couar. Rubio, & alij *infrà* citandi.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe. Ita enim expreſsè definitur in Concil. Florentino ſub Eugenio IV. (Et ſic etiam intelligendum Trident. *ſeſſ.7. can.2.*) & in Concil. Brach. *1.c.4.* & docent omnes Doctores cum D.Th. *quæſt.72. art.2.* Catech. Rom. *pag.223.* & D. Dionyſius, Cyprian. & alij Patres apud Authores citatos. Legantur Nauar. *cap.22.n.8.* Suarez *diſp.33. ſect.1.& 2.* Sotus *in 4 diſt.7. q.1. art.2.* Nuñus *in 3. p. quæſt.72. art.3.* Ægid. *ibi, n.29.& 30.* Henriquez, Saytus, Toletus, Graffius, & alij, quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp.3.q. vn. punct.3.n.1.* Vega *c.64. caſu 2. col.686.* & Archangel. *diſtinct.7. pag.62.* Bauny *de confirm. q.4. dicto 1.* Palaus *tom.4. tract.10. punct.2.* Dicaſtillo *dubit.3. de confirmat. à n.23.* & Trullench *lib.2. cap. vnico de Confirm. n.6.*

QVÆSTIO II.

An hæc materia Confirmationis fuerit ab Eccleſia, an verò à Chriſto inſtituta?

AFfirmant ab Eccleſia eſſe inſtitutam aliqui Canoniſtæ apud Marſilium *in 4. diſt.5. q.2. art.5.* Sotus & Theſaurus Sacerd. apud Viuald. *c. de materia, n.2.* Alenſis & D. Bonau. apud Suarez *diſp.33. ſect.1.* & apud Henriquez *lib.3.c.1.n.3. & 4.* & dicit eſſe probabile Aureol. *in 4. diſt.7. art.1. §. Quod ſi videatur.* Et in id videtur inclinare Nicol. Plouë *de Sacram. Confirm. fol. mihi 10.*

Sed

Sed reſpondeo,non ab Eccleſia , ſed immediatè à Chriſto Domino materiam Confirmationis fuiſſe inſtitutam. Ratio eſt, quia de fide eſt,Chriſtum immediatè per ſeipſum hoc Sacramentum , quoad omnia eſſentialia,inſtituiſſe,*vt ſuprà tract.1.diſp.1.q.5.& 6.* eſt habitum : at de fide eſt, Chriſma eſſe materiam eſſentialem : ergo de fide eſt Chriſma inſtitutum eſſe à Chriſto. Sic Catechiſ.Rom. *pag.*221. Henriquez, Suarez, Vinald.& Ochagau.*loc.cit.* & eſt communis ſententia.Quod ſi dubites,an Deus poſſit diſpenſare, quod non confirmetur cum Chriſmate ? Reſpondet Aureol. quod non : ſed ego non dubito, quin Deus poſſit. Sic Authores ſtatim citandi. Legantur Henriquez *lib.3.cap.*2. per totum,& alij apud ipſum.

QVÆSTIO III.

An Balſamum,quod in materia Confirmationis reperitur,ſit de neceſsitate Sacramenti?

NEgant Valent. *diſp.5.q.1.punct.*2.Victor. *q.*40. Nauar. *cap.*22.*n.*8.Couar. 1.*var.cap.*10. Cajet. *q.*72.*art.*2.Sotus *in 4.diſt.7.art.*2.Viuald.*de Materia Confirmationis, num.*3. Moure *cap.*3.§.2.Reyna,Carrillo , Zanar. Barboſ. Philiarcus apud Dianam 3.*p. tract.4.reſ.*23. Guillel.Eſtius *in 4.diſtinct.*7.§.8. Peſantius *quæſt.72.diſp.*2.Lublinus *verb.Confirmatio*,in initio, & Barthol.de Ledeſma *diff.3.concl.2.col.*224. Angles *de Confirmat.art.2.concl.*2. Et Aureol.*loc.cit.* Vega *loc.cit.caſu* 2.Torteblanca *lib.2.pract.c.6.n.*19. Graffius *p.2.lib.5.c.5.n.27.pag.*14. & Archangelus *diſt.7.pag.63.col.*2.Barboſa 2.*p.de poteſt. Epiſc. allegat.31.n.*3. & alij exiſtimantes , balſamum non eſſe de neceſſitate huius Sacramenti : ſed ſufficere oleum, eo quòd ſic colligi videatur ex *cap. Paſtoralis,de Sacram.non iterand.* Ex quo colligunt hi Doctores,poſſe Pontificem diſpenſare , vt Sacramentum confirmationis adminiſtretur cum ſolo oleo oliuarum, ſi balſami copia deeſſet. Ita cum prædictis authoribus Diana *p.8.tract.1.reſol.*11. & Dicaſtillo *dubit.3. de Confirmat. num.*9.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe de neceſſitate Sacramenti. Itaque Chriſma ex oleo,& Balſamo vero, vel ſaltem adulterino confectum , eſt neceſſaria materia Confirmationis.Ratio eſt,quia Concilium Florent.*loc.cit.*abſolutè,& ſimpliciter affirmat,materiam huius Sacramenti eſſe Chriſma confectum in oleo, & Balſamo:ergo vtrumque eſt neceſſarium neceſſitate Sacramenti. Quia ſi alterum deeſt,deerit materia. Sic Nuñus *q.72.art.*3. ex D.Th. *art.*2.Suarez *diſp.33.ſect.*1. Durand.*q.*2.ex D.Th.*in 4. diſt.7. quæſt.2. art.2.quæſt.*2.Sotus *quæſt.*3.Ledeſma 2.4. *quæſt.13. art.2.dub.*3. Gabriel. Palud. Bonau. Alenſ. Adrian. Syluest. Bellarm. Pet.Sotus, & alij apud Suarez *loc. cit.concl.*4.Petr.de Ledeſma *in ſumma de Confirm.c.2. conc.*7. Henriquez *lib.3.cap.2.n.*1. dicens : eſſe ſententiam omnino certam. Tolet. *lib.1.cap.24.num.*3. & Hæredia, Syluius , Pitigian. Zambran. Layman, Villalob Ægidius,& alij,quos ſequitur,& citat Diana *loc.cit.* Ochagau.*q.2.n.4.& 6.*dicens : hanc concluſionem eſſe de fide.Granado *tom.5.tract.1.diſp.2. ſect.1.n.*3.Bonacina *loc.cit.punct.3. num.*2. Hurtado *de Confirmat.diff.*4. Ludouicus de S. Iuan *q.1.art.2. concl.3.pag.*92. P.Cañedo *c.2. de Confirmatione,pag. mihi* 56.& Ioannes de la Cruz *de Confirm.q.72.dub.1. concl.*1. addens,& benè : quod ſi hoc Sacramentum fortè adminiſtratum fuerit cum oleo ſimplici tantum, non ſit iterandum abſolutè,ſed ſub conditione, propter probabilitatem opinionis contrariæ. Vltra citatos Doctores tenent noſtram ſententiam Palaus *punct.2.n.*3. & Bauny *quæſt.4.de Confirmat. dicto* c. (qui *ad cap.cit.*pro contrariis benè reſpondent) Layman *lib.5.tr.2.c.2.dub.*1. Baſilius *de Confirmat. p.2. c.2.n.*4. Trull. *loc.cit.n.*6. & me citato Diana *p.10. tr.11. reſol.*14. (iam ſibi contrarius) & alij , qui conſequenter affirmare tenentur , non poſſe Pontificem diſpenſare vt dictum Sacramentum ſine balſamo miniſtretur.

QVÆSTIO IV.

An ſit de neceſsitate Sacramenti Confirmationis , quod Chriſma ſit conſecratum?

NEgant in primis Molfeſ. *in ſum.tract.4. cap.1. n.*21. & apud illum Maldonatus , docentes quod ſi quis oleo non conſecrato eſſet confirmatus, non eſſet iterum confirmandus.Negant etiam Palud. *diſt.7.q.1.n.19.& q.4.n.*34.Capreol. *diſt.7.quæſt.*5. Eſtius *loc.cit.*§.9. & alij. Quatenus affirmant , poſſe Eccleſiam diſpenſare, vt Confirmationis Sacramentum fiat ex Chriſmate non conſecrato.

Sed longè probabiliùs reſpondeo : eſſe de neceſſitate Sacramenti, & ita non poſſe Eccleſiam diſpenſare , vt ex Chriſmate non conſecrato Confirmatio fiat. Quia quæ ſunt de eſſentia,& neceſſitate Sacramenti, nequeunt ab Eccleſia mutari. Ratio eſt, quia materia Sacramentorum,qua Chriſtus Dominus non eſt vſus , neceſſariò conſecranda eſt antequam ad vſum Sacramenti applicetur:at materia Confirmationis non eſt vſus : ergo neceſſaria eſt prævia conſecratio eius. Sic S.Thom. *q.72. art.*3. Sotus *diſt.23. q.1.art.*3. Victoria *q.*42.Suarez *diſp.33.ſect.*2. Angles *loc.cit.conc.*4. Petrus Cañedo *cap.*2.Tolet.*lib.2. c.24.n.*2.Vega *caſu* 3.Granad.*loc.cit.ſect.2.n.*10. Filliuc.*n.*12.Peſantius *quæſt.*72. Layman *c.2.n.*2.Moure *loc.cit.n.*5.Petrus de Ledeſma *c.2. concl.*9. Hurtad. *diff.5 in fine*, Archangel.*loc.cit.* Ludouicus de S.Iuan *loc.cit.concl.*4.Henriquez *loc.cit.num.*2. per hæc verba : Similiter de Sacramenti neceſſitate iure diuino eſt, vt hæc materia ſit benedictione aliqua conſecrata, vt probat vſus Eccleſiæ , cum traditione Pontificum,& Patrum,tam Græcorum,quàm Latinorum, idque paſſim in Conciliis totius orbis definitur) cum ſit materia exterior permanens , quâ Chriſtus nunquam eſt vſus.Sic ille. Necnon Palaus *punct.2. n.*5. Baunius *quæſt.*4. & Trullench *loc.cit.*

QVÆSTIO V.

An Chriſma debeat neceſſariò neceſsitate Sacramenti conſecrari ab Epiſcopo?

NEgant Palud. *loc.cit.* Cajet. *q.72.art.*3. Victor. *q.*45.& Valentia *tom.4.diſp.5.quæſt.1. punct.*2. apud Reginaldum *lib.28.n.*8. (qui & probabilem ſententiam reputat) & ita exiſtimant , confirmationem factam cum Chriſmate, à ſimplici Sacerdote conſecrato , eſſe verum Sacramentum. Ratio eorum eſt,quia ſimplici Sacerdoti competit conſecrare Hoſtiam:ergo & conficere Chriſma,cùm hoc ſit minus.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo,quod neceſſariò debeat conſecrari ab Epiſcopo,vt fiat ex illo Sacramentũ.Ratio eſt, quia iure diuino data eſt hæc poteſtas ſolis Epiſcopis,vt conſtat ex multis Conciliis, præcipuè ex Florentino ſub Eug.IV. vbi definiendo materiam Confirmationis,ait *Eſſe Chriſma ex oleo,& balſamo per Epiſcopum benedictum*; & Concil. VVormatienſe *c.*2.ſic dicit : *Chriſma nullus conficere præſumat, præter Epiſcopum : Nam illi ſoli hæc dignitas conceſſa eſt.* Sic S. Th. *q.1. art.*4. Syluest. *Confirm. q.*2.Victor *q.*52.Nuñus *q.72.art.4. diff.*4.Suar *diſp.33.ſect.*2.Viuald.*loc.cit.num.*5.Bonacina *punct.3.n.*3. Gran. *loc.cit.ſect.2.n.*12. Layman *loc.cit.* Bartholom.

QVÆSTIO X.

An poſſit Epiſcopus licitè Confirmare aliquem afferentem dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt Ordinetur?

RESpondeo: poſſe. Nam conceſſo vno, etiam reliqua conceſſa cenſentur, ſine quibus ad illud conuenienter peruenirì non poteſt: at Confirmatio præmitti debet Ordinibus: ergo. Sic Diana *3.p.tr.4. reſ.24.* & apud ipſum Zambranus, Layman, Fagundez, & alij, quos ſequuntur Trullench. *loco citato, n.15. in fine, pag.44.* & me citato, rurſus Diana *p.10. tr.11. reſol.14.*

QVÆSTIO XI.

Quanam diſpoſitiones requirantur in Miniſtro Confirmationis?

REſpondeo, quod quatuor. Primùm enim debet habere intentionem, ſaltem virtualem, adminiſtrandi hoc Sacramentum. Secundò debet eſſe ſine conſcientia peccati mortalis. Tertiò debet vti Chriſmate illius anni. Quartò debet celebrare cum debita ſolemnitate. Sic omnes Doctores, præcipuè Henriquez *lib.3.c.5.& 6.* Bonac. *loc.cit.n.13.* Angel. Syluest. Tabiena, Toletus, Viuald. Graff. & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XII.

An requiratur, quod Epiſcopus miniſtrans Confirmationem ſit ieiunus?

AFfirmatiuam ſententiam tenere Sà *verb. Confirmatio, num.1.* ait: Bonacina *loc. cit. punct.2. n.13*, ſed non ita bene id tribuit Emmanueli Sæ: nam oppoſitum expreſsè docet *loc.cit. in editione non correcta*, per hæc verba: Confirmare poteſt Epiſcopus, etiam in ſuo Palatio, aut alio loco honeſto, & tempore interdicti, & poſt prandium. Sic ille. Et clariùs *n.23.* ſic dicens: Non eſt neceſſe præmitti ieiunium, aut Confeſſionem. Sic Sà *in editione prima*, licèt verum ſit, quod *in correcta* contrarium dicat. Meliùs poſſet pro hac affirmatiua parte citari Nicolaus Ploue (licèt hunc Authorem, poſſe confirmationem poſt prandium, quauis neceſſitare conferri, indubitanter affirmet.) Et text. *in cap. Vt ieiuni, & cap. Epiſcopi, de conſecrat. diſt.5.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non requiri de præcepto, ſed tantùm de conſilio (qua ratione intelliguntur *capita cit.*) quod conſilium iam vſus ſuſtulit. Sic Ochagauia *quæſt.11. n.2.* Granado *loc.cit. diſp.2.n.3.* Henriquez *loc.cit. num.7.* Angelus *n.7.* Reginaldus *num.17.* Toletus *lib.2.cap.14.n.9.* Bonacina *loc. cit. num.13.* Ægidius *q.72.art.7.* Hurtado *diff. vltima*, & Filliuc. *num.62.* dicens: conſuetudinem eſſe, vt poſt prandium conferatur. Sic etiam Bartholomæus de Ledeſma *diffic.10.col.248.* Angles *de Confirm. art. vlt. concl. vlt.* Archangelus *diſt.7. pag.68.col.2.* dicens: Confirmationem poſſe fieri, tam poſt, quàm ante prandium, & eſt communis, quam ſectantur Palaus *loc. cit. n.1.* Suarez & Layman apud illum, & Trullench. *de Confirmat. num.6.*

QVÆSTIO XIII.

An teneatur Epiſcopus ſub peccato mortali confirmare in Eccleſia?

AFfirmant Nuñus *quæſt.72. art. 2. verſ. Secundus ritus*, Granado *loc.cit.* quibus fauet Sà *loc.cit.* & innuit ſatis Suarez *diſp.37. ſect.2. § ſecundò notari*, & tenet Palaus *punct.10. num.6.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri ſub tanto onere, cùm communiter Epiſcopi in ſuo Palatio Confirmationem conferant: ſed potiùs poſſe in quocumque loco decenti, licèt interdicto, &c. Sic Sancius *in ſelect. diſp.40. num.4.* Ragucius *in Lucerna Paroch. de Confirmatione, quæſt.37. num.1.* Palud. *diſt.7.q.3. art.3.* Henriquez *cap.6. cit. num.7.* Ægidius, & Bonacina *loc.cit.* Filliucius *n.62.* qui ſolùm (& bene) ait: conuenientius hoc Sacramentum in Eccleſia conferri, & dicit probabile Suarez *loc.cit.* Sic etiam Bartholomæus de Ledeſma *diff.20. col.248.* & Diana *4.p.tr. 4. miſc. reſ.50. & antea 2.p.tr.17. miſcel. reſol.17.* Hurtado *loc.cit.* per hæc verba. Confirmatio quouis tempore, etiam in Feſto, & in Interdicto conferri poteſt, ſicut Baptiſmus: & extra Eccleſiam, & à non ieiunis conferri, & ſuſcipi. Sic ille, & Trullench *loc.cit.* & vt probabilem ſententiam illam admittit, licèt non ſequatur Palaus *loc.cit.*

DISPVTATIO III.

De materia, & forma Confirmationis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Chriſma ex oleo oliuarum, & balſamo confectum, ſit materia remota Confirmationis.

NEGANT aliqui apud Ochagauiam *tr. de Sacramento Confirmationis, q.2.n.1.* & apud Marſil. *in 4.q.5.art.1.* docentes: materiam remotam huius Sacramenti non eſſe Chriſma, ſed nudam impoſitionem manuum Epiſcopi. Negat etiam ex parte Canus, dicens materiam eſſe oleum, & balſamum: ſed quodlibet eorum ſufficere, cui ſententiæ fauent ſatis Caiet. Soto, Couar. Rubio, & alij *infrà* citandi.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe. Ita enim expreſsè definitur in Concil. Florentino ſub Eugenio IV. (Et ſic etiam intelligendum Trident. *ſeſſ.7. can.2.*) & in Concil. Bracb. *1.c.4.* & docent omnes Doctores cum D.Th. *quæſt.72. art.2.* Catech. Rom. *pag.123.* & D. Dionyſius, Cyprian. & alij Patres apud Authores citatos. Legantur Nauar. *cap.22.n.8.* Suarez *diſp.33. ſect.1. & 2.* Sotus *in 4. diſt.7. q.1. art.2.* Nuñus *in 3. p. quæſt.72. art.3.* Ægid. *ibi, n.29. & 30.* Henriquez, Sayrus, Toletus, Graffius, & alij, quos affert, & ſequitur Bonacina *diſp.3.q. vn. punct.3.n.1.* Vega *c.64. caſu 2. col.686.* & Archangel. *diſtinct.7. pag.62.* Bauny *de confirm. q.4. dicto 1.* Palaus *tom.4. tract.20. punct.2.* Dicaſtillo *dubit.3. de confirmat. à n.23.* & Trullench *lib.2. cap. vnico de Confirm. n.6.*

QVÆSTIO II.

An hæc materia Confirmationis fuerit ab Eccleſia, an verò à Chriſto inſtituta?

AFfirmant ab Eccleſia eſſe inſtitutam aliqui Canoniſtæ apud Marſilium *in 4. diſt.5. q.1. art.5.* Sotus & Theſaurus Sacerd. apud Viuald. *c. de materia, n.2.* Alenſis & D. Bonau. apud Suarez *diſp.33. ſect.1.* & apud Henriquez *lib.3.c.1.n.3. & 4.* & dicit eſſe probabile Aureol. *in 4. diſt.7. art.1. § Quod ſi videatur.* Et in id videtur inclinare Nicol. Plouë *de Sacram. Confirm. fol. mihi 10.*

Sed

Sed reſpondeo, non ab Eccleſia, ſed immediatè à Chriſto Domino materiam Confirmationis fuiſſe inſtitutam. Ratio eſt, quia de fide eſt, Chriſtum immediatè per ſeipſum hoc Sacramentum, quoad omnia eſſentialia, inſtituiſſe, *vt ſuprà tract. 1. diſp. 1. q. 5. & 6.* eſt habitum: at de fide eſt, Chriſma eſſe materiam eſſentialem: ergo de fide eſt Chriſma inſtitutum eſſe à Chriſto. Sic Catechiſ. Rom. *pag.* 221. Henriquez, Suarez, Viuald. & Ochagau. *loc. cit.* & eſt communis ſententia. Quod ſi dubites, an Deus poſſit diſpenſare, quod non confirmetur cum Chriſmate? Reſpondet Aureol. quod non: ſed ego non dubito, quin Deus poſſit. Sic Authores ſtatim citandi. Legantur Henriquez *lib. 3. cap. 2.* per totum, & alij apud ipſum.

QVÆSTIO III.

An Balſamum, quod in materia Confirmationis reperitur, ſit de neceſsitate Sacramenti?

NEgant Valent. *diſp. 5. q. 1. punct. 2.* Victor. *q. 40.* Nauar. *cap. 22. n. 8.* Couar. *1. var. cap. 10.* Caiet. *q. 72. art. 2.* Sotus *in 4. diſt. 7. art. 2.* Viuald. *de Materia Confirmationis, num. 3.* Moure *cap. 3. §. 2.* Reyna, Carrillo, Zanar. Barboſ. Philiarcus apud Dianam *3. p. tract. 4. reſ. 23.* Guillel. Eſtius *in 4. diſtinct. 7. §. 8.* Peſantius *quæſt. 72. diſp. 2.* Lublinus *verb. Confirmatio*, in initio, & Barthol. de Ledeſma *diff. 3. concl. 2. col. 224.* Angles *de Confirmat. art. 2. concl. 2.* Et Aureol. *loc. cit.* Vega *loc. cit. caſu 2.* Torteblanca *lib. 2. pract. c. 6. n. 19.* Graffius *p. 2. lib. 5. c. 5. n. 27. pag. 14.* & Archangelus *diſt. 7. pag. 63. col. 2.* Barboſa *2. p. de poteſt. Epiſc. allegat. 31. n. 3.* & alij exiſtimantes, balſamum non eſſe de neceſſitate huius Sacramenti; ſed ſufficere oleum, eo quòd ſic colligi videatur ex *cap. Paſtoralis, de Sacram. non iterand.* Ex quo colligunt hi Doctores, poſſe Pontificem diſpenſare, vt Sacramentum confirmationis adminiſtretur cum ſolo oleo oliuarum, ſi balſami copia deeſſet. Ita cum prædictis authoribus Diana *p. 8. tract. 1. reſol. 11.* & Dicaſtillo *dubit. 3. de Confirmat. num. 9.*

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe de neceſſitate Sacramenti. Itaque Chriſma ex oleo, & Balſamo vero, vel ſaltem adulterino confectum, eſt neceſſaria materia Confirmationis. Ratio eſt, quia Concilium Florent. *loc. cit.* abſolutè, & ſimpliciter affirmat, materiam huius Sacramenti eſſe Chriſma confectum in oleo, & Balſamo: ergo vtrumque eſt neceſſarium neceſſitate Sacramenti. Quia ſi alterum deeſt, deerit materia. Sic Nuñus *q. 72. art. 3.* ex D. Th. *art. 2.* Suarez *diſp. 33. ſect. 1.* Durand. *q. 2.* ex D. Th. *in 4. diſt. 7. quæſt. 2. art. 2. quæſt. 2.* Sotus *quæſt. 3.* Ledeſma *2. 4. quæſt. 13. art. 2. dub. 3.* Gabriel. Palud. Bonau. Alenſ. Adrian. Sylueſt. Bellarm. Per. Sotus, & alij apud Suarez *loc. cit. concl. 4.* Petr. de Ledeſma *in ſumma de Confirm. c. 2. conc. 7.* Henriquez *lib. 3. cap. 2. n. 1.* dicens: eſſe ſententiam omnino certam. Tolet. *lib. 2. cap. 24. num. 3.* & Hæredia, Syluius, Pitigian. Zambran. Layman, Villalob. Ægidius, & alij, quos ſequitur, & citat Diana *loc. cit.* Ochagau. *q. 2. n. 4. & 6.* dicens: hanc concluſionem eſſe de fide. Granado *tom. 5. tract. 1. diſp. 2. ſect. 1. n. 3.* Bonacina *loc. cit. punct. 3. num. 2.* Hurtado *de Confirmat. diff. 4.* Ludouicus de S. Iuan *q. 1. art. 2. concl. 3. pag. 92.* P. Cañedo *c. 2. de Confirmatione, pag. mihi 56.* & Ioannes de la Cruz *de Confirm. q. 72. dub. 1. concl. 1.* addens, & benè: quod ſi hoc Sacramentum fortè adminiſtratum fuerit cum oleo ſimplici tantum, non ſit iterandum abſolutè, ſed ſub conditione, propter probabilitatem opinionis contrariæ. Vltra citatos Doctores tenent noſtram ſententiam Palaus *punct. 2. n. 3.* & Bauny *quæſt. 4. de Confirmat. dicto 1.* (qui *ad cap. cit.* pro contrariis benè reſpondent) Layman *lib. 5. tr. 2. c. 2. dub. 1.* Baſilius *de Confirmat. p. 2. c. 2. n. 4.* Trull. *loc. cit. n 6.* & me citato Diana *p. 10. tr. 11. reſol. 14.* (iam ſibi contrarius) & alij, qui conſequenter affirmare tenentur, non poſſe Pontificem diſpenſare vt dictum Sacramentum ſine balſamo miniſtretur.

QVÆSTIO IV.

An ſit de neceſsitate Sacramenti Confirmationis, quod Chriſma ſit conſecratum?

NEgant in primis Molfeſ. *in ſum. tract. 4. cap. 1. n. 21.* & apud illum Maldonatus, docentes quod ſi quis oleo non conſecrato eſſet confirmatus, non eſſet iterum confirmandus. Negant etiam Palud. *diſt. 7. q. 1. n. 19 & q. 4. n. 34.* Capreol. *diſt. 7. quæſt. 2.* Eſtius *loc. cit. 6. 9.* & alij. Quatenus affirmant, poſſe Eccleſiam diſpenſare, vt Donfirmationis Sacramentum fiat ex Chriſmate non conſecrato.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: eſſe de neceſſitate Sacramenti, & ita non poſſe Eccleſiam diſpenſare, vt ex Chriſmate non conſecrato Confirmatio fiat. Quia quæ ſunt de eſſentia, & neceſſitate Sacramenti, nequeunt ab Eccleſia mutari. Ratio eſt, quia materia Sacramentorum, qua Chriſtus Dominus non eſt vſus, neceſſariò conſecranda eſt antequam ad vſum Sacramenti applicetur: at materia Confirmationis non eſt vſus: ergo neceſſaria eſt præuia conſecratio eius. Sic S. Thom. *q 72. art. 3.* Sotus *diſt. 23. q. 1. art. 3.* Victoria *q. 42.* Suarez *diſp. 33. ſect. 2.* Angles *loc. cit. conc. 4.* Petrus Cañedo *cap. 2.* Tolet. *lib. 2. c. 24. n. 2.* Vega *caſu 3.* Granad. *loc. cit. ſect. 2. n. 10.* Filline. *n. 12.* Peſantius *quæſt. 72.* Layman *c. 2. n. 1.* Moure *loc. cit. n. 5.* Petrus de Ledeſma *c. 2. concl. 9.* Hurtad. *diff. 5 in fine*, Archangel. *loc. cit.* Ludouicus de S. Iuan *loc. cit. concl. 4.* Henriquez *loc. cit. num. 2.* per hæc verba: Similiter de Sacramenti neceſſitate iure diuino eſt, vt hæc materia ſit benedictione aliqua conſecrata, vt probat vſus Eccleſiæ, cum traditione Pontificum, & Patrum, tam Græcorum, quàm Latinorum, idque paſſim in Conciliis totius orbis definitur) eum ſit materia exterior permanens, quâ Chriſtus nunquam eſt vſus. Sic ille. Necnon Palaus *punct. 2. n. 5.* Baunius *quæſt. 4.* & Trullench *loc. cit.*

QVÆSTIO V.

An Chriſma debeat neceſſariò neceſsitate Sacramenti conſecrari ab Epiſcopo?

NEgant Palud. *loc. cit.* Cajet. *q. 72. art. 3.* Victor. *q. 45.* & Valentia *tom. 4. diſp. 5. quæſt. 1. punct. 2.* apud Reginaldum *lib. 28. n. 8.* (qui & probabilem ſententiam reputat) & ita exiſtimant, confirmationem factam cum Chriſmate, à ſimplici Sacerdote conſecrato, eſſe verum Sacramentum. Ratio eorum eſt, quia ſimplici Sacerdoti competit conſecrare Huſtiam: ergo & conficere Chriſma, cùm hoc ſit minus.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, quod neceſſariò debeat conſecrari ab Epiſcopo, vt fiat ex illo Sacramentū. Ratio eſt, quia iure diuino data eſt hæc poteſtas ſolis Epiſcopis, vt conſtat ex multis Conciliis, præcipuè ex Florentino ſub Eug. IV. vbi definiendo materiam Confirmationis, ait *Eſſe Chriſma ex oleo, & balſamo per Epiſcopum benedictum*; & Concil. VVormatienſe *c. 2.* ſic dicit: *Chriſma nullus conficere præſumat, præter Epiſcopum: Nam illi ſoli hæc dignitas conceſſa eſt.* Sic S. Th. *q. 2. art. 4.* Sylueſt. *Confirm. q. 2.* Victor *q. 52.* Nuñus *q. 72. art. 4. diff. 4.* Suar *diſp. 33. ſect. 2.* Viuald. *loc. cit. num. 5.* Bonacina *punct. 3. n. 3.* Gran. *loc. cit. ſect. 2. n. 12.* Layman *loc. cit.* Bartholom.

Digitized by Google

de Ledeſma diſſ.3.cont.3.col.227.Pettus Cañedo,Vega,Torreblanca,Petrus de Ledeſma loc.cit. Hurtado tract.de Confirmation.diſſ.5.Dicaſtillo loc.cit. dubit.4. Palaus, & Baunius loco citato, qui ad argumentum conttariorum bene negat conſequentiam: quia aliàs ſine licentia Pontificis poſſet ſimplex Sacerdos Baptizare, confirmare, ſacrare altaria,&c.cum hæc confectione Euchatiſtiæ, dignitate ſint multò minora, quod tamen eum tentare Concilia prohibent.

QVÆSTIO VI.

An ſummus Pontifex poſsit ſimplici Sacerdoti talem conſecrationem committere?

AFfirmant Valentia diſput.5. quaſt.1. punct.2. Cajet.loc.cit.art.3.Victor. n.43. Sotus diſt.13. q.1.art.5.Ludouicus de S.Iuan loc.cit.dub.2. concl.2. pag. 93. & Bieſcas in apologia pro doctrina S. Thom. tom.2. pag.788. & Ledeſma q.72.art.3. Angles loc. cit.concl.6.Binsfeld.de Confirmat.§.2. Pettus Cañedo loco citato,& apud ipſum,& Henricum Henriq. Scotus q.1. Palud. quaſt.4. Capteol. quaſt.2. & Palac. q.4. & nouiſſimè Diana p.8.tract.1.reſol.12. Amicus & Eſcobat penes ipſum. Ratio eotum eſt, quia Pontifex poteſt committere ſimplici ſacerdoti adminiſtrationẽ Sacramenti Confirmationis,vt ſup.diſp.2. q.2. eſt habitum: ergo & poterit Chriſmatis conſecrationem ad ipſam adminiſtrationem requiſitam.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe: quia (vt oſtenſum eſt) de iure diuino, ſolis Epiſcopis eſt data poteſtas conficiendi Chriſma. Sic Suarez loc.cit.Filliuc.num.13.Ægid.quaſt.71.art.3.dub.1.concl.4.Barboſa de poteſtate Epiſcopi, part.2. allegat.30. num.6. Ioannes de la Cruz q.72. concl.3. Hurtado loc.cit. Archang.diſt.7.pag.66.col.2.& pag.67.col.1.Ochagav. q.3. num.9. & latiùs quaſt.10. num.2. Layman loc.cit. n.3. & videtut inclinare in hanc ſententiam Diana 3.p.tract.4.reſol.23. & tenent Barthol.de Ledeſma loc.cit.concl.6.col.121. & Sylv.3.p.q.72.art.3. & in addit.ad §.2. Binsfeldij, Vega de Confirmatione, caſu 2.Petrus Ledeſma loc.cit. & ante hos Doctores Henriquez lib.3.cap.2.num.2.lit.V. qui id probat ex uſu Eccleſiæ, ex Patribus, & Conciliis. Legantur Divus Thom. diſtinct.18.quaſt.1.2.& 3. & Bellarm. de Confirm.c.8.Ex quo conſtat, falsò docuiſſe Ledeſmam (ut refert Huttado) poſſe Epiſcopum conſecrationem Chriſmatis ſimplici committere Sacerdoti, cùm nec Summo Pontifici data ſit talis poteſtas. Tenent noviſſimè noſtram ſententiam Baſilius de Confirmat.2.p.cap.4.per totum, Trullench loc.cit.Baunius q.4. verſ. Infertur 3. & Palaus punct.2. n.7. quia ad argumentum factum pro conttaria parte,bene negat conſequentiam, eo quòd ad primum poteſtatem habeat Pontifex à Chriſto Domino acceptam: non verò ad ſecundum.

QVÆSTIO VII.

An ſit de neceſsitate materia Confirmationis, ut Chriſma ſit novum,& recens illius anni.

VIdetur,quod ſic: nam in Concil. Carthag.IV. cap.12.Toletan.I. cap.12.Valenſi,cap.3.præcipitur Parochis, ut ſingulis annis à ſuis Epiſcopis ante Paſchæ ſolemnitatem Chriſma petant.

Sed certiſſimè reſpondeo, hoc non eſſe de neceſſitate Sacramenti, ſed ſolùm de neceſſitate præcepti; & ideo validum eſſe Sacramentum adminiſtratum cum Chriſmate conſecrato alio anno,peccare tamen gtaviter Epiſcopum, qui veteri Chriſmate adminiſtraret. Prima pars probatur, quia Concil. Florent. ſimpliciter dixit: Chriſma eſſe materiam hujus Sacramenti; ſed quamvis ſit alterius anni, eſt verum Chriſma: ergo. Secunda pats conſtat ex Conciliorum decretis ſuprà adductis. Sic Suar. diſp.33.ſect.1. Bonac. punct.3.n.3.& Ochagavia q.2.cit.n.9.Ludovicus de San.Iuan loc.cit.concl.2.pag.93.Moure §.2. n.6. Lublinus de Confirmat.n.8.ex Nauar. c.22.n.9. Petrus Cañedo, Villalob. & Torreblanca loc.cit. & communis,qoam ſequuntur Baunius quaſt.4. & Palaus punct.2.num.10.

QVÆSTIO VIII.

Quando,& quomodo conſecrandum eſt Chriſma?

REſpondeo: quod debet in die Cœnæ Domini conſecrari,vetere combuſto Chtiſmate, ſolemnibus cætemoniis,iuxta Carech.Rom. pag.224. Sic Suarez & Bonac.loc.cit. Viuald.num.8. Henriq.lib.3. cap.1.num.4.& communis omnium,ex decretis ſuprà citatis,præcipuè ex c.ſi quis de alio,de Conſecr.diſt.4. & cap.litteris,diſt.3.

QVÆSTIO IX.

Quænam ſit materia proxima Confirmationis?

REſpondeo, quod eſt vnctio Chriſmatis facta in fronte in modum Crucis. Eſt reſponſio certa,& paret ex generali regula Sacramentorum,quæ in uſu conſiſtunt. Sic enim ablutio, in baptiſmo,& vnctio in Extrema vnctione, ſunt de eſſentia Sacramenti. Sic S.Thom. q.72.art.9. & cum eo Suarez diſp.83. ſect.3. Bellarmin. lib.de Confirmat.cap.8. Ægid. 3.p. q.72.à n.47.Henriq.lib.3.cap.2.num.3.Valentia n.4. diſp.5.q.1. punct.2.Bonac. diſp.3. punct.3.num.4. & omnes communiter.

QVÆSTIO X.

An ſit de neceſsitate Sacramenti, quod vnctio fiat in fronte confirmandi?

NEgat Ledeſma q.72. art.9. exiſtimans, ſolùm eſſe de neceſſitate præcepti Eccleſiæ,& conſequentet quocunque loco, vel parte corporis fiat Vnctio,factum tenere, licèt peccet ſic admioiſtrans. Negat etiam Victor. de Confirmatione q.vltim. Et id eſſe probabile, ait Filliuc.tract.1.num.15.

Sed longè probabiliùs,imò certiſſimè reſpondeo, eſſe de neceſſitate Sacramenti. Primò, quia id clarè colligitur ex Concil.Florent.in decreto de Armenis, & ex c.vnico de ſacra actione. Secundò, quia communiter apud Patres hoc intet eſſentialia numeratur,& meritò:nam cùm frons ſit ſedes verecundiæ, par eſt, vt confitmandus in fronte inungatur,vt ſine rubore, & verecundia Chriſti nomen confiteatur. Sic S.Th. q.72.art.9. Bellarm.c.8.propoſ.4.quia hoc ex Pontifice Innoc. I.Leone Ioanne III.Greg.I. Concil. Hiſp. 2.can.7.& Florent.probar.Sic etiam Henriquez lib.3. cap.2.n.3.& cap.5.num.4. Barrholomæus de Ledeſma diſſ.4.concl.2.col.131.Ægid.q.72.art.9.n.90.Filliuc.n.15.cit.Vivald.de ſuſc.Confir.n.4. Bonac.diſp.3. punct.3.n.5. & apud ipſum Chamerota, Nugnus, Graſſius,& alij.Sotus diſt.7.art.9.n.5. Suar. diſp.33. ſect.3. dicens oppoſitam ſententiam, non ſolùm eſſe falſam,ſed valdè temerariam,Hurtad.diſſ.6.Diana 3. p.tract.4.reſ.27. Philip.de Cruce tract.10.pag.145. Ochag.q.4.n.3.& apud ipſum Scot.Durand.& Gab. diſt.7 Peſantius in 3.p.q.72.diſp.2.concl.6.Ludov.de S.Iuan q.1.art.4.dub.1. concl.2.pag.93. Vega caſu 4. Valent.diſp.5.q.1.punct.2 in fine,Layman de Confirm. cap.2.

c.2,n.5. Angles *de Confirm.art.3.concl.3.*Petr. Cañedo *c.3.*Reginald.*lib.28.n.9.*& ante hos omnes, Nicolaus Plouë *de Confirm.loc.cit.* Archangelus *diſt.7. pag.69.col.2.& pag.70.& 71.*Bauny *de Confirm.q.4. corol.6.& q.5.*Palaus *punct.3.n.3.*Dicaſtillo *dubit.5. n.56.* Trullench *cap.unico de Confirmat.n.4.*& Diana *p.9.tract.8.Reſol.30.*

QVÆSTIO XI.

An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod Vnctio fiat in modum Crucis?

NEgant Aureolus *in 4.diſt. 7. q. 1.* prope finem, Vivald.*loc.cit.n.5.* (qui & dicit nullum authorem contrarium aſſerere) Moure *3.p.exam.c.1.§.7.*& innuit Scrutinium Sacerd.*tract.2.§. de Sacr. Confirmat. verſ.Quot ſunt de ſubſtantia, pag. mihi 44.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: eſſe de neceſſitate Sacramenti; quia aliàs non verificaretur forma,in qua dicitur:*Signo te ſigno Crucis*,&c. Sic S. Th.*q.72.art.4.ad 4.*Victor. *q.ult. de Confirm.* Sotus *art.6.* uterque Ledeſma,Gabriel,Dur.Scot. Bellarm. quos citat, & ſequitur Henriquez *loc.cit.n.3.* Nicolaus Plouë,& Vega *loc.cit.*Filliuc.*n.16.*Dian. Hurt. Philip.de Cruce,& Villalob.Suar.& Regin. *loc. cit.* Bonac.*diſp.3.punct.3 n.4.*& apud ipſum Sà, Ægid. Nugnus,Pitigianus,Petrus de Ledeſma,Angles, & Barthol.ab Angelis: Archang.*diſt.7.pag.* 70. Binſfeldius *de Confirm.§.2.*& alij *loc. cit.* unde immeritò dixit Vivald.nullum Authorem noſtram ſententiam aſſerere, cum tot, & tam graves Doctores id affirment, & doceant, ut bene notat Archangelus *loc. cit.*Baunius, & Palaus *loc.cit.* qui bene advertit hic, ita eſſe faciendam unctionem in formam Crucis, quod nequaquam ſatisfaciet Epiſcopus,ſi confirmandum ſignet crucè, & poſtea ungat: ſed neceſſariò debeat unctionem ipſam in figuram,& formam crucis facere.Dicaſtillo *n.55.*& Trullench *loc.cit.*

QVÆSTIO XII.

An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod unctio hujuſmodi fiat immediatè manu Epiſcopi?

AFfirmant Ochagau. *q.4. n.4.* Suarez *diſp. 33. sect.3.in fine.*Peſant.*loc.cit.conc.7.*Granado *loc. cit.*Filliuc.*n.17.*& Diana *tract.4.cit. reſ. 28. & 32.* Victorel.*in add.ad Emanuelem Sà, n.9.*Nugnus apud Dian.*loc.cit.*Lublinus *v.Confirmatio, n.12.*Layman. *loc.cit.n.5.*Ægidius *art.3.dub.1.n.52.* Reginald. *lib. 28.n.10.*Bonac.*loc.cit.*& Bauny *loc.cit.Corollar.6.*Palaus *tract.20.punct.3.n.4.*Dicaſtillo *loc. cit. n.66. & 151.*Trullench *loc.cit.n.7.pag 43.* & rurſus nominatim contra me & alios Diana *p.9.tract.8. Reſol. 30.* quia (inquiunt) hoc Sacramentum à primis Eccleſiæ exordiis impoſitione manus conficitur, ut conſtat ex Apoſtolorum uſu.

Sed æque probabiliter reſpondeo,non eſſe de neceſſitate Sacramenti, ſed de præcepto Eccleſiæ, unctionem fieri immediatè, ipſa manu, vel digito Epiſcopi. Primò, quia etiamſi fiat unctio medio aliquo inſtrumento,v.g.penna,verificantur verba formæ, ut conſtat. Secundò Quia non eſt credibile, Chriſtum inſtituiſſe,ut ex re non tanti momenti,pendeat valor Sacramenti Confirmationis.Sufficit ergo, quod fiat inſtrumento aliquo.Quod verò ſit de neceſſitate præcepti, quod fiat manu immediatè, conſtat ex uſu, & ritu Eccleſiæ. Sic Heredia *de Confirmat. diff.5.punct. 5.dub.unico, n.2.*Hurt *tract.de Confirm.diff.6.*qui citat Henriq.*lib.3.*& Vivaldum *c.5.* Sed hi Authores clarè id non docent, docent tamen eſſe probabilem ſatis noſtram ſententiam, Suar.Filliuc.Peſantius, & Dian.*loc.cit.*unde tempore peſtis licitè poteſt confirmare Epiſcopus medio inſtrumento aliquo,quidquid tenuat Diana concedere.Tenet etiam me citato, Doctus Quintanaduen. *tom.1.tract.2. ſingul.n.5.*

QVÆSTIO XIII.

An peccaret mortaliter Epiſcopus qui in Confirmatione ungeret alio digito, quàm dextro pollice?

AFfirmant Filliuc.*n.1.*Layman.*lib.5.tract.3.c.2. n.5.*Suar.*sect.3.*Zambran. apud Dianam *tract. 4.cit.reſ.22.*Hurt.*loc.cit.*Ochag.*q.4.n.4.*& Lublinus *v.Confirmatio 4.n.2.*& Regin.*lib.2.q.8.n.10.*& Bonac.*loc.cit.pag.mihi 67.*Qui etiam citat pro hac parte Nugnum,Emanuelem Sà,& nonnullos alios, qui tamen id nullo modo docent, immò ex illis aliqui contrarium; docent tamen Baunius, & Palaus *locis citatis.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non peccare mortaliter, quia res levis eſt,& parum refert quod unctio fiat cum dextro pollice,vel indice,manu dextra, vel ſiniſtra: ergo. Sic Nugnus *q.72.art.2.diff. 2.concl.4.*Diana *loco citato*,quos citat,& ſequitur Dicaſtillo *de Confirmat.dub.12.n.149.*& Trullench *loco citato.*

QVÆSTIO XIV.

Quænam quantitas materiæ requiratur ad iſtam Vnctionem?

REſpondeo: minimam ſufficere, quia hac poteſt Miniſter digito linire frontem pueri. Sic communiter Doctores,& nos *ſup.de materia Bapt. diſp.2. q.2.& 3.*Legantur Authores ibi citati. Et Hurtado *tract. de Confirmat. diff.6. in fine*, Trullench *loco citato*, Palaus *punct. 3.n.5.*Bonacina *diſp.3.q.ult.punct. 3. n.5.*Dicaſtillo *dub.5.n.61.*

QVÆSTIO XV.

An ſit aliqua forma neceſſaria hujus Sacramenti Confirmationis, & quænam ſit?

NEgat Archidiac.*diſt.5.c.noviſſimè*, apud Hugonem ibidem,licèt apud Nicolaum Plouë *de Confirmat.pag.mihi* 10.ſolùm hoc referat, aut ſub dubio neget, quod forma aliqua ſit neceſſaria, & de ſubſtantia hujus Sacramenti, quia credit, quod Sacramentum olei, & Sacramentum Chriſmatis poſſit conferre ſine verbo, dummodo fiat unctio de oleo, vel de balſamo conſecrato.

Sed certiſſimè oppoſitum,tanquam de fide reſpondeo, videlicet eſſe omnino neceſſariam formam, & hanc ab omnibus Theologis ex Florent. Concil.aſſignari, nempe, *Signo te ſigno Crucis, & Confirmo te Chriſmate ſalutis, in nomine Patris,& Filij, & Spiritus ſancti. Amen.* Sic Concil.Florent. Catech Rom. *pag.225.*S.Thom.*art.4.*& omnes Doctores, qui & optimè affirmant, etiam à Chriſto Domino eſſe hanc formam traditam, & ab Apoſtolis promulgatam.Legantur Henriquez *lib.3.c.2.n.4.*& apud ipsũ D. Thom. *art. 4.*Ledeſma, & Victoria §. 43. Sotus *art.3.* Hoſius *cap. 38.* Suarez *diſp. 33. sect.5.*& Archangelus *diſt.7. pag. 67. col. 2.* Baunius hîc *q. 6.* Palaus *punct.5. n.1.* Diana *p.8.tract.1.reſol.8.*Dicaſtillo *dub.7.n.74.*& Trullench. *loc.cit.n.8.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XVI.

An omnia prædicta verba formæ ſint eſſentialia, & ad valorem Sacramenti requiſita?

NEgant aliqui Doctores. Nam in primis Guillelmus Eſtius *in 4. diſt. 7. §. 10.* & alij quidam, quos ſequitur Baſilius *tract. de Confirm. p. 2. c. 7.* dicunt, quod illa verba, *Signo te Crucis*, non ſunt eſſentialia; alij verò quod nec illa verba, *Chriſmate ſalutis*, & tādem alij, quod neque illa duo verba, *Signo, & Confirmo*, ſimul; ſed ſufficere unum aut alterum. Omnes quidem probabiliter, ut ſentit Diana *tract. 4. cit. reſol. 27.* & ante ipſum Henriquez *loc. cit. in Gloſſa lit. 1.* cum aliis. Pro quorum dicendi modis facit, quod in libro, qui inſcribitur, *Ordo Romanus*, in officio Sabbathi ſancti, ſolùm hæc forma ſtatuitur: *Confirmo te, in nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti*: ergo, &c.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeò: omnia prædicta verba eſſe eſſentialia, & ad valorem Sacramenti requiſita. Quia omnibus illis ſemper uſa fuit Eccleſia, & omnia aſſignantur pro forma à Concil. Florent. Sic D. Thom. *q. 72. art. 4.* Palud. Soto, Scotus, Alexand. D. Bonav. & Ricard quos ſequitur Suarez *diſp. 33. ſect. 5.* Ochagau. *q. 5. n. 1.* Nicolaus Plouë *loc. cit.* Angel. *Confirmat. n. 1.* Filliuc. & Hurtado *loc. cit.* Granado *de Confirm. diſp. 3. n. 5.* & Diana *loc. cit.* Bonacina *loc. cit. n. 7.* & communis. Quam ſequitur Caſtro Palaus *tom. 4. tract. 20. punct. 5. n. 6.* qui ad argumentum Contrariorum bene reſpondet dicendo, quod in dicto libro non exprimatur tota forma, ſed ſub verbis conceſſis Confirmationem declarare. Tenet etiam nobiſcum Dicaſtillo *loc. cit.*

QVÆSTIO XVII.

An expreſſa invocatio Sanctiſſimæ Trinitatis ſit eſſentialis, & requiſita ad valorem Confirmationis?

NEgant aliqui apud Guill. Eſtium *loc. cit.* & negare videtur Aureol. *in 4. diſtinct. 7. q. 2.* ubi ait, quod forma hujus Sacramenti ſit iſta: *Signo te ſigno Crucis, & confirmo te Chriſmate ſalutis.* Vbi nō apponit invocationem Sanctiſſimæ Trinitatis. Negant etiam noviſſimè Baſilius Legionenſ. *tract. de Confirm. part. 2. c. 7.* & Amicus *tom. 7. diſp. 13. ſect. 3.* eo quòd forma Græcorum ſit ſufficiens; in qua tamen non fit expreſſio Sanctiſſ. Trinitatis. Horum Doctorum ſententiam latè refert, non improbans, Diana *p. 8. tract. 1. Reſol. 8. 9. & 10.*

Sed reſpondeo certiſſimè, quod ſic. Primò, quia ſic exprimitur in forma à Florent. tradita. Secundò, quia Confirmatio eſt perfectio baptiſmi; at in forma baptiſmi neceſſariò exprimitur: ergo, & hic. Tertiò, quia confirmatio præcipuè armat ad fidem: At hujus præcipuum myſterium eſt Trinitatis. Ergo. Sic omnes ferè Doctores cum D. Thom. *art. 4.* Peſantius, & Ægid. *ibidem*, Suarez *diſp. 33. ſect. 5.* Sà *ver. Confirmatio, n. 9.* Henriquez *c. 2. n. 4* Reginald. Filliuc. Petrus de Ledeſma, & alij quos citat, & ſequitur Bonacina *loc. cit. n. 8.* Baunius *q. 6.* & Palans *punct. 5. n. 3.* lege Dicaſtillum & Trullench. *loc. cit.* & Diana *Reſol. 10. cit.*

QVÆSTIO XVIII.

An eſſet valida Confirmatio ſub hac forma data: Confirmetur ſervus Chriſti N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.

AFfirmant Henriquez *lib. 3. c. 2. n. 5.* Bonacina *loc. cit. n. 9.* qui citat pro ſe Suariū *diſp. 33. ſect. 5.* Reginaldum *n. 33.* Affirmat Bellarm. *c. 10.* qui etiam putat eſſe validam ſub hac forma, *Confirmo te in nomine Patris*, &c. quibus adde Vegam *caſu 4.* quatenus addit eſſe ratum Sacramentum ſub hac forma collatum, *Confirmo te Chriſmate Sanctificationis*, &c. omnibus his modis dicendi conſentit Baſil. *loc. cit. c. 7.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe validam quovis modo ex his conferatur. Quia in his formis non explicatur materia unctionis, nec alia quæ ſuprà eſſe neceſſaria, eſt habitum. Sic Philippus de Cruce *tract. 10. fol. 144.* Henriquez *loc. cit. n. 6.* (ſibi contrarios.) Quatenus docet: non ſufficere verbum, *Confirmo*, niſi adjungatur verbum *Conſigno*; idemque docuit Bonacina (ut etiam ſibi contrarietur) in ultima impreſſione *loc. cit.* ubi etiam malè citat pro ſe Suarium, & Reginaldum; nam hi Authores id non docent, ut conſtat ex verbis Reginaldi, quæ ſic ſe habent: Notandum tertiò, non eſſe neceſſariò proferenda prædicta verba (*formæ ſcilicet*) in præſenti indicativi modi; *Signo te*, &c. Satis enim eſt ſi dicatur per modum deprecationis: *Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine Patris.* &c. Quod etiam notat Suarez *in citata ſect. 5.* non longè à fine. Sic Reginald. ex Suario. Nil ergo favent Bonacinæ. Lege pro hac parte Trullench *lib. 2. cap. unico de Confirmat. num. 8.*

QVÆSTIO XIX.

An ſaltem eſſet valida data ſub hac forma: Signetur (*aut*, ſignatur) ſervus Chriſti ſigno Crucis, & Confirmetur (*aut*, Confirmatur) Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, &c.

NEgat Philippus de Cruce *tract. de Confirmat. fol. 144.*

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe validam, ſed peccare mortaliter, qui ſub tali forma confirmaret. Prima pars conſtat ex dictis *tract. 2. de Baptiſmo, diſp. 3. q. 48. & 49.* Secunda etiam patet, quia faceret contra uſum univerſalis Eccleſiæ, tam Latinæ, quàm Græcæ, quia licèt fuerit conceſſa Eccleſiæ Græcæ facultas baptizandi ſub hac forma, *Baptizetur* (aut, *baptizatur*) *ſervus Chriſti*; non tamen eſt illi conceſſa ſimilis facultas in Sacramento Confirmationis. Sic Henriquez *loc. cit.* Nugnus *q. 72. art. 1. diff. 1.* Diana *tract. 4. cit. reſol. 27.* Reginald. & Suarez *loc. cit.* Petrus Ledeſmius *in ſum. tract. de Confirmatione c. 3. in fine*, & alij quos ſequitur Dicaſtillo *dub. 7. n. 75.*

DISPVTATIO IV.

De ſubjecto Confirmationis, & illius diſpoſitione.

QVÆSTIO PRIMA.

An capax hujus Sacramenti Confirmationis ſit omnis homo baptizatus, ſive adultus, ſive infans.

NEGAT Durandus *in 4. diſtinct. 25. q. 2. n. 8.* aſſerens eſſe invalidum Sacramentum Confirmationis datum infantibus ante uſum rationis. Negat etiam Sà *verb. Confirmatio, n. 5.* docens nec perpetuò amentes, nec infantes ante ſeptennium confirmari poſſe.

Sed certiſſimè reſpondeo affirmativè. Quod ſcilicet omnis utriuſque ſexus Chriſtianus, ſive ſit infans,

Digitized by Google

fans, ſiue adultus ſit capax huius Sacramenti; quia id conſtat *ex c. de Conſecratione, diſtinct.* 5. & ex vſu, & traditione Eccleſiæ. Requiritur autem, quod primò ſit Chriſtianus, ſiue baptizatus: quia cùm baptiſmus ſit ianua omnium Sacramentorum, neceſſariò requiritur ante Confirmationem. Sic habetur *c.* 1. *de Conſecr.* & in Trid. *ſeſſ.* 7. *de Confirmat. can.* 1. & omnes ferè Doctores cum S.Th. 3. *p. q.* 72. *art.* 8. Granad. *tr.* 2. *diſp.* 2. *n.* 1. Peſantius, & Nugnus 3. *p. loc. cit.* Bonacina *diſp.* 1. *punct.* 4. *n.* 4. Nauar. *c.* 22. *n.* 8. Henriquez *lib.* 3. *c.* 5. & Archangelus *diſt.* 7. *pag.* 72. & communis, quam nouiſſimè tenent Baunius *q.* 12. *de Confirmat.* Palaus *tr.* 20. *punct.* 7. Dicaſtillo *dub.* 9. Trullench *c. vnico de Confirmat. à n.* 12. *pag.* 44.

QVÆSTIO II.

An aliqua determinata ætas requiratur ad licitè ſuſcipiendum Confirmationis Sacramentum?

AFfirmant Gloſſa *in cap. vt Ieiuni, de Conſecratione diſt.* 5. Marſilius *in* 4. *q.* 5. *art.* 4. & alij aſſerentes: expectandam eſſe ætatem duodecim annorum. Diuus tamen Antoo. Catech. Rom. *pag.* 230. Sotus *diſt.* 7. *art.* 8. Sylueſt. *v. Confirmat. n.* 4. & Valentia *quaſt.* 2. *punct.* 2. Villalob. *diff.* 6. *n.* 1. Vega *caſu* 9. & Filliuc. *n.* 35. aiunt, expectandum eſſe ſeptennium: cui ſententiæ faoent Suarez *diſp.* 35. *ſect.* 2. §. *vtraque ex his opinionibus*, Ledeſma *in ſumm. c.* 7. *de Confirmatione*, & Reginald. *lib.* 27. *n.* 23.

Sed probabiliùs reſpondeo: nullam requiri determinatam ætatem. Ideoque nullo modo neceſſarium eſſe expectare adhuc ſeptennium, nec vſum rationis, vt infantes confirmentur, ſed licitè poſſe ante dictam ætatem confirmari. Primò, quia hoc Sacramentum datur infantibus ſine propria voluntate, aut diſpoſitione, ſicut datur baptiſmus, cuius complementum confirmatio dicitur: ergo poteſt illis cooferri in quacumque ætate. Secundò, quia olim ſtatim poſt baptiſmum infantes confirmabantur. Imò nunc multoties infantes vnius, duorum, vel trium annorum confirmantur io Hiſpania, & in toto orbe, caſu quo infans ſit in articulo mortis, aut ſit filius Principis, vt *infrà*: ergo. Sic S.Th. *in* 4. *diſtinct.* 7. *q.* 3. *art.* 2. *q.* 2. Angel. *n.* 3. Victor *q.* 48. Viualdus *de ſuſcipiente, n.* 9. & 10. Diana 3. *p. tr.* 4. *reſ.* 19. & 4. *p. tr.* 3. *reſol.* 31. Archangelus *diſtinct.* 7. *pag.* 72. Tanner. *tom.* 4. *diſp.* 4. *q.* 4. *dub.* 2. Bonacina *diſp.* 3. *punct.* 4. *num.* 5. Granado *diſp.* 2. *n.* 4. & 5. Moure *de Confirmatione*, §. 7. *num.* 2. Hioojoſa *in direct. deciſ. Regnl. verb. Confirmatio, fol. mihi* 115. Ludouicus de S. Iuan *q.* 1. *art.* 5. *dubit.* 2. *concluſ.* 4. *pag. mihi* 96. (qui tamen malè citat Marſilium pro hac ſententia.) Torreblanc. *lib.* 2. *pract. c.* 6. *n.* 30. & *ſequent.* & alij apud ipſum.

QVÆSTIO III.

An ſaltem ſit conuenientius infantes poſt ſeptennium Confirmari?

AFfirmant Sotus & Filliuc. *loco citato*, Bonacina *punct.* 3. *num.* 5. Sà *num.* 5. Henriquez *lib.* 3. *c.* 5. *num.* 2. Victoria *quaſt.* 8. Petros de Ledeſma *cap.* 7. *cit. concluſ.* 5. Suarez *diſp.* 35. *ſect.* 2. Reginald. *num.* 3. Hurtado *diff* 10. Eſtius *loc. cit.* §. 23. Ochagau. *q.* 8. *num.* 4. Granado *loc. cit. num.* 4. & Ludouicus de Sao Iuan *loc. cit. concluſ.* 5. & Villalob. & Vega *loco citato*, Archangelus *diſtinct.* 7. *pag* 73 *col.* 2. addens, illum qui confirmaret puerum ſtatim poſt baptiſmum, extra mortis articulum, ad minus peccare venialiter. Qui verò confirmaret pueros duorum, vel trium annorum, ſi id faciant iuxta conſuetudinem loci, minimè peccare. Ita ille. Legatur. Tenent etiam hanc ſententiam Barboſa *de poteſt. Epiſcop. alleg.* 30. *num.* 17. Layman *lib.* 5. *tract.* 3. *cap.* 5. *num.* 2. Ægidius *quaſt.* 72. *art.* 8. *num.* 79. Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 46. & 47. Palaus *tract.* 20. *punct.* 7. *num.* 4. qui id limitat dicens, ſolùm eſſe conuenientius in aliquibus caſibus, nempe ſi timeretur infans ſine Confirmatione deceſſurus, ſi adſit conſuetudo pueros ante vſum rationis confirmandi, &c. Addit Baunius *q.* 9. vel ſi poſtmodùm non ſit quis habiturus occaſionem recipiendi Sacramentum.

Sed probabiliùs reſpondeo, conuenientius eſſe, infantes ante vſum rationis confirmari. Primò, quia coouenientius eſt, in infantia baptizari: ergo & confirmari, cùm confirmatio ſit complementum baptiſmi. Secundò, quia hoc cedit in fauorem infantium; nam ſi confirmati decedunt, & maiorem gloriam conſequentur, & duplicem Characterem impreſſum animæ babebunt. Sic S.Thom. *diſt.* 7. *quaſt.* 3. *art.* 2. *q.* 2. D. Bonau. *art.* 3. *quaſt.* 1. Viuald. *num* 11. *loc. cit.* Petrus Soto *lect.* 2. *de Confirmatione*, & alij apud Suarium *loc. cit.* aſſerentem: hanc opinionem eſſe æquè probabilem ac contrariam. Tenent etiam Alex 4. *p. q.* 28. Vitriarchus *in Hiſt. occident cap.* 37. Bartholomæus de Ledeſma *de Confirm. diſſ.* 5 *col.* 234. & hoc obſeruari in Archiepiſcopatu Tarracon. affirmat Ludou. *loc. cit. dub.* 3. & intra Hiſpaniam Moure *loc. cit.* Tenent etiam Angles *de Confirmat. art.* 6. *concluſ.* 2. & Graffius *part.* 2. *deciſ. lib.* 1. *cap.* 5. *n.* 20. ſic dicens: imò ſecuodùm D. Bonauenturam, conuenientius pueris ante vſum rationis miniſtratur, quia aduenienre ætate adulta, habebit ſuam efficaciam, quemadmodum fides, quæ in baptiſmo infunditur. Sic etiam Genuenſ. *in praxi cap.* 54. *num.* 3. Perez de Lara *in Compend. vita homin. cap.* 16. *num.* 221. & probabile reputat Narbooa in annalibus, *anno* 7. *quaſt.* 4. *num.* 12.

QVÆSTIO IV.

An perpetuò amentes poſsint validè Confirmari.

NEgat Marſil. *in* 4. *quaſt.* 5. *art.* 4. vnde malè citat illum, & Sotum Rodriguez *de Confirmatione cap.* 12. *num.* 3. pro oppoſita ſententia, ſic dicens: [Y aun Marſilio, y Soto tienen, que ſe deue dar à los que nunca tubieron entendimiento:] cùm Marſilius dicat, quod oon poſſit: Sotus verò, quod non debeat adminiſtrari. Sic enim ait Sotus *in* 4. *diſtinct.* 7. *art.* 8. §. *En naſcitur. Si autem ſint nati perpetuò amentes, reſpondet illic Marſil. eadem ratione non eſſe confirmandos, propterea quod nunquam poſſunt gratia Confirmationis in fidei confeſſionem fungi. Reſpondetur autem, ſicut de infantibus dicebamus, quod ſi confirmantur, legitimum erit Sacramentum. Caterùm poſtquam iam vſus Eccleſia habet, non confirmare infantes vſque ad vſum rationis, fit vt neque poſſit idem Sacramentum amentibus diſpenſari.* Sic Sotus: malè ergo vtrumque Doctorem Rodrig. citat. Citari tamen poteſt pro hac parte Emmanuel Sa *verb. Confirmatio, n.* 5. & alij apud Bartholomæum ab Angelo *dialogo* 3. §. 58.

Sed oppoſitum reſpondeo: & dico, poſſe validè, imò & licitè, vt ſtatim dicemus. Eſt communis ſententia omnium ferè Doctorum, vt videre eſt apud S.Thom. *q.* 72. *art.* 8. Ægid. *ibi num.* 83. apud Suarez *diſp.* 35. *ſect.* 2. apud Henriquez *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 3. apud Bonacinam *diſp.* 3. *punct.* 4. *n.* 6. & apud alios communiter. Legatur etiam Archangelus *loc. cit.* & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO V.

An perpetuò amentes ſint de factoConfirmandi?

NEgant Sotus *diſt.7. q.unic.art.*8. Petrus de Ledeſma *de Confirm.cap* 7.Valent. *diſp* 5.*quæſt.*2. *punct.* 2 *in fine*, Sà *v. Confirmatio, num.* 5. Ludovicus de S. Iuan *loc.cit pag.mihi* 97. & Petrus Cañedo *c.* 3.*pag. mihi* 59.& alii.

Sed probabiliùs reſpondeo poſſe, quia verè ſunt capaces hujus Sacramenti, ſicuti ſunt infantes: ergo poſſunt, immò & debent ab Epiſcopis confirmari, ut ſic & majorem gloriam, & duplicem Characterem habeant, ut ſupra: idemque à fortiori dicendum eſt de amentibus qui ante amentiam uſum rationis habuerunt. Sic S.Thom *q.*72.*art.*8.*ad* 2.*&* 4. Nugnus *ibidem, concl.*7. Henriquez *lib.*3 *cap.*5.*num.*3. Suarez *diſp.*35.*ſect.*1. Filliuc.*num.*37.*&* 38 Ægid.*quæſt.*72. *art.*8.*n.*83. Villalob.*tom.*1.*tract.*6.*diffic.*6.*n.* 2. Hurtado *loc cit.* Layman, Sylvius, Pitigian. & Zambr. quos citat & ſequitur Diana *tract.*4. *cit. reſol.*20. Tenent etiam Granado *diſp.*2.*cit.n.*11. Lublin. *v.Confirmatio*, 7.12. Vega *caſu* 9. Archang.*diſt.*7.*pag.*74.& communis, quam etiam ſequuntur Bonacina *diſp.*3.*quæſt. unica, punct.*4.*n.*6. Barboſa 2.*p.de poteſt. Epiſc.alleg.* 30.*num.*21. Palao *punct.*7.*num.*8. Dicaſtillo *num.*92. Trullench. *num.*12.*pag.*44.

QVÆSTIO VI.

An licitè poſſint Confirmari infantes, vel adulti ſtatim morituri?

NEgat Rodriguez *in ſum.c.* 121.*n.* 3.ubi hæc dicit:[Y aunque S.Th.diga, que ſe puede Confirmar el que eſtà en el articulo de la muerte, eſto no eſta en uſo.] Sic ille, cujus ratio eſſe poteſt, quia qui ſtatim ſunt morituri, non ſunt præliaturi ſpiritualiter, ad quod Cõfirmatio ſpiritualiter armat: ergo, &c.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, licitè poſſe confirmari, quia capaces ſunt, & per accidens eſt, quod nunquam ſint ſpiritualiter pugnaturi. Idemque dicendum de Phreneticis, Mutis, Surdis, & hujuſmodi. Sic S.Th.*art.*8.*ad* 4. Cat Rom. *pag.*22.Sot. *loc.cit.* Sylveſt.*q* 4. Vivald.*n.*8. Suarez, & Filliuc. *loc. cit.* & Sancius *diſp* 40.*n.*4.& Ochagau.*q.*8.*n.*8. Ludovicus de San Iuan *loc.cit.diff.*1.*pag.*97. Layman *c.*5. *n.* 3. Ægid.*q.*72.*art.*8 *n.*82. Lublinus *loc.cit.* Vega *caſu* 8. Bonacina *loc.cit.n.*6. Henriquez *lib.*3. *c.*5. *n.* 1. Archang.*diſt.*7.*pag.*74.*col.*1.*&* 2. & communis, quam noviſſimè ſequuntur Bauoius *q.*12. *dicto* 2. *pag.* 76. Palaus *tract.*20. *punct.*7. *n.*10. Dicaſtillo *num.*93.& Trullench *loc.cit.n.*12. *pag.*44.

QVÆSTIO VII.

Quænam diſpoſitio requiratur in Adulto recipiente Sacramentum Confirmationis?

REſpondeo requiri primò, quod habeat intentionem, ſaltem virtualem, ut in baptiſmo. Secundò, quod ſit in gratia, vel ſaltem ut bona fide putet, ſe eſſe contritum; hoc enim ſufficit habenti conſcientiam peccati mortalis. Nec enim tenetur confiteri, ſed conteri, ante receptionem hujus Sacramenti, ut *infrà*. Tertiò addunt aliqui, quod ſit jejunus, tamen ut *ſuprà d ſp.* 2.*q.*12.de conferente dictum eſt, hoc non eſt de neceſſitate præcepti, ſed de Conſilio. Sic S.Th. *art.*7.*ad* 2. Sotus, Ledeſ. Henriquez, Suarez *loc.cit.* Petrus de Ledeſma *de Confirmation c.*6. Filliuc. *tract.*3. *c.*3.*q.*6. Bonac. *loc.cit.num.*7. Regin. *lib.*28.*num.* 33. *& ſeqq.* & communis, quam ſequitur Trull.*n.*12.*cit.*

QVÆSTIO VIII.

An habens peccatum mortale teneatur præmittere confeſſionem ante receptionem huius Sacramenti, ſaltem ſub reatu peccati venialis?

AFfirmant Sotus *diſt.*7.*art.*8. *verſ. de Confeſſione verò*, & Scrut. Sacerdot. §.*de Confirmatione, pag. mihi* 46. & innuunt Ludovic. de S. Iuan *q.*1. *art.*4. *diff.* 3. & Bonacina *loc.cit.* & alii apud ipſum, & probari poteſt ex Can. *ut ieiuni, de Conſecr.diſt.*5.vbi dicitur: quod qui ad hoc Sacramenttum accedit, debet eſſe iejunus, & de peccatis confiteri.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, adhuc ſub peccato veniali. Quia nullum adeſt præceptum ad hoc obligans. Nam quod conti..etur in Canone *citat.* tantùm eſt Conſilium, non præceptum: ut ipſemet Ludov. & Angles *de Confirm.art.*4.*dub.*1.*concl.*3.concedunt: Sic etiam Tolet. *lib.*2.*cap.*24. *num.*4. Henriquez *lib.*3.*cap.*5.*n.*6. Reginald. *loc.cit.* & Archangelus *diſt.*7.*pag.*7.*col.*1. necnon Trullench. *num.*12. *cit.pag.*44.

QVÆSTIO IX.

Quos effectus producit Sacramentum Confirmationis?

REſpondeo: quod tres principales. Primò enim producit gratiam habitualem, ex Trid. *ſeſſ.*7. *can.*2. Secundò, propriam & ſpecialem gratiam Sacramentalem, quæ eſt ſpecialis perfectio Spiritus ſancti, ac robur ad tenendam, & confitendam cõnſtanter fidem Chriſti coram Tyranno. Tertiò imprimit characterem in anima, qui eſt quoddam ſignaculum ſpirituale, quo miles Chriſti ad pugnam ſpiritualem deſignatur; & propter hanc cauſam hujuſmodi Sacramentum iterari nequit. Sic Trid. *loc.cit.* *& ſeſſ.*2.*can.*9.*de Sacram.in gener.* S.Th. *q.*71.*art.*7. Peſantius, Nugnus, & Ægidius *ibid.* Suarez *diſp.*34. *ſect.*2. Henriquez *loc.cit.n.*4. Valentia *tom* 4. *diſp.*5. *q.*1.*punct.*4. Bonac.*in diſp.*3. *punct.*4. *num.*1.2.*&* 3. Filliuc. *tract.*3.*c.*3. & alij apud ipſos. Quibus adde Palaum *tract.*10. *punct.*6. Baunium *quæſt.*11. & Dicaſtillo *dub.*8.*per totam.*

QVÆSTIO X.

An quando dubitatur, num aliquis ſit Confirmatus, iterum confirmari, abſque peccato mortali poſſit?

AFfirmat abſolutè Angel. *v.Confirmatio, num.*10. quia non dicitur iteratum, quod neſcitur factum.

Sed clariùs reſpondeo: licitè poſſe iterum confirmari: ſub conditione tamen, *Si non es confirmatus*, ut patet ex dictis *tr.de baptiſmo, diſp.* 3. *q.*43. & docent omnes. Legantur Suarez *diſp.*35. *ſect.*1. Bonacina *loc.cit.num.*10.& alij.

QVÆSTIO XI.

An reiterans Confirmationem, peccet mortaliter, & incurrat irregularitatem?

AFfirmant vtramque partem D. Anton. 3.*p.tit.* 18.*c.*6.§.1. Nauar.*c.*27.*n.*147. Maior *diſt.*7. *in fin.* Ricard. *eadem diſt.q.*4 *art.*6. Caſtro *lib.*1.*de lege pœn.cap.*7. & alij apud Suarium *diſp.*38.*ſect.*2.

Sed probabiliùs reſpondeo, quod licèt mortaliter peccet,

Digitized by Google

peccet, non tamen incurrat irregularitatem, quia huiuſmodi pœna non eſt expreſſa in jure. Sic Scot. *in 4. diſt. 7. q. 3.* Palud. *q. 2.* Sot. *art. 5.* Suarez *loc. cit.* Filliuc. *n. 54.* Valent. *diſp. 5. q. 1. punct. 4.* Covar. *in Clem. ſi furioſus*, Bonac. *punct. 4. n. 10.* Ochag. *q. 6. n. 7.* Ioan. de Cruce *q. 72. dub. 3. concl. 1.* Rodrig. *c. 121. n. 2.* & Ludovic. de San Iuan *q. 1. art. 4. diff. 1. pag. mihi* 95. Vega *caſu* 5. Philibert. Marchin. *tract. 1. de Ordine, p. 4. c. 3. n. 9.* Graff. *2. part. deciſ. lib. 1. c. 5. n. 28.* & alii, quos ſequitur Dicaſtillo *dub. 8. n. 79.*

DISPVTATIO V.

De Patrino Confirmationis, & aliis ritibus in ea conferenda.

QVÆSTIO PRIMA.

An Patrinus ſit de neceſſitate Confirmationis?

RESPONDEO quod non. Eſt tamen de neceſſitate præcepti, & ita peccaret mortaliter qui illum non adhiberet, ut habitum eſt *ſuprà de Bapt. diſp. 7. q. 1. &* 2. Sic Sylv. Nav. Vivald. *ibi citati*, Granad. *loc. cit. diſp. 3.* & apud ipſum Suarez & Ledeſm. Layman *cap. 7. n. 2.* Villalob. *diffic. 8. n. 1.* & Rodrig. *in ſum. de Confirm. c. 121. n. 1.* Henriq. *lib. 3. cap. 3. n. 3.* Archang. *diſt. 7. pag. 68. col. 2.* qui id colligit ex *c. Si quis, ex c. Dictum eſt, c. De his,* 30. *q. 1.* & eſt communis apud Palaum *tr. 20. punct. 10. n. 2.* Baunium *q. 9. de Baptiſm.* Dicaſtillum *de Confirm. dub ult. n. 145.* Trullench. *cap. unico de Confirm. n. 18.* & Didacum de Narbona *anno 7. q. 15. n. 1.*

QVÆSTIO II.

An poſſint eſſe duo Patrini, ut in Baptiſmo?

AFfirmant Tolet. *lib. 2. cap. 24. n. 6.* & Archang. *loc. cit. pag. 69.* ubi ſic ait: Vnus verò, aut ad ſummum unus, & una debent tenere baptizatum, & confirmatum. Ratio eorum eſt: Quia in Baptiſmo poſſunt eſſe duo Patrini, ut ſupra ex Tridentino eſt habitum: ergo & in Confirmatione.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: quod non, ſed unus, vel una, *ex c. Non plures, & cap. In Catechiſmo, de conſec. diſt. 4.* Sic D. Th. *q. 72. art. 10.* Henric. Filliuc. Sot. Ledeſma *loc. cit.* & Ludov. de San Iuan *q. 1. art. 9. diff. 3. pag. 102.* Qui hanc reſponſionem ex Trident. *ſeſſ. 24. c. 2. de reform. Matrim.* optimè probant. Hurt. *diff. 14.* & communis. Quam defendunt *de Confirm. q. 9.* Palaus *punct. 10. cit. n. 2.* qui bene ad argumentum contrariorum reſpondet, quod licèt ſint permiſſi à Tridentino duo Patrini in Baptiſmo, non tamen id debet extendi ad Confirmationem, cùm de illa mentionem Concilium non fecerit.

QVÆSTIO III.

An Patrinus Confirmationis poſſit eſſe idem qui fuit in Baptiſmo?

AFfirmat Hurtado *loc. cit.* & ante illum Sylveſter *v. Confirmatio, n. 4.* qui abſolutè docet hoc fieri poſſe ſine peccato: Quia eſt conſuetudo. Sylveſtro favet Ægidius *q. 72. art. 10. n. 84.* & Quintanadueñas *tract. 2. ſing. ultimo.*

Sed probabiliùs reſpondeo: quod non poſſit licitè niſi in caſu neceſſitatis, quia ſic habetur *in cap. in Catechiſmo, diſt. 4.* & docent communiter DD. quos citat, & ſequitur Diana *3. p. tr. 4. reſ. 21.* Quibus ego addo Zambr. & Henriq. quos citat, & ſequitur Layman *c. 7. n. 1.* Tolet. *lib. 2. c. 24. n. 6.* Vega *caſu* 11. & Bonac. *loc. cit. n. 22.* (qui adhuc in neceſſitate licitum eſſe fratri ſuſcipere fratrem, ex Sa *verb. Confirm. n. 14. &* 16. tuetur contra nonnullos, ut *infrà*) Palao *loc. cit. n. 2. fine*, Dicaſtillo *n. 145.* & Trullench *loc. cit.*

An verò peccaret mortaliter, qui id extra neceſſitatem faceret? Reſpondetur quod non, ex Bartholomæo ab Angel. apud Dianam *loc. cit.*

QVÆSTIO IV.

An Patrinus Confirmationis debeat de neceſſitate præcepti eſſe Confirmatus?

REſpondeo: quod ſic. Quia ita habetur *in cap. in baptiſmate, de conſecr. diſt. 4.*

An verò qui ſecus faceret, peccaret mortaliter? Dubium eſt. Affirmant enim Victor. *q. 2.* Granad. *diſp. 3.* Sot. Nugnus, Suar. *q. 72. art. 10.* & Henriq. *lib. 9. c. 2. n. 3.* Ægid. *q. 72. art. 10.* Negant verò D. Thom. *q. 72. art. 10.* (ut ait Suar. *ibidem*) & Diana *loc. cit.* omnes quidem probabiliter.

QVÆSTIO V.

An Patrinus non Confirmatus contrahat cognationem ſpiritualem?

AFfirmant Sylv. *v. Matr. 8. q. 7. §. 12.* (Quamvis pro oppoſita ſententia citetur ab Henriq. *lib. 3. c. 3. n. 3. lit. O, verſ. Confirmatio, in fine*, ſed malè. Quia Sylveſter loquitur ibi ſecundùm opinionem aliorum) Sot. *diſt. 42. q. 1. art. 3.* Sylvius *3. p. q. 72. art. 10.* Molfeſius *tom. 1. tr. 4. c. 2. n. 43.* Palud. Roſella, Tabiena, & alii apud Dianam *3. p. tr. 4. reſ. 21. &* 26. Sic etiam Navar. *lib. 4. conſ. tit. de cog. ſpirit. conſ. 1.* Sà *v. Matr. ubi de imped. dirim. n. 1.* Rodr. *c. 226.* Lopez *de Matr. c. 51.* Naldus *verb. Cognatio, n. 5.* & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: non contrahere. Quia non habet conditiones requiſitas ab Eccleſia, ut verus, & legitimus ſuſceptor ſit, ut conſtat *ex cap in baptiſmate*, citato, & tenent Aſtenſ. *tit. 7. art. 8.* Tabiena *§. 7.* Victor. *n. mihi* 50. aliàs 51. Nugnus, & Suar. *q. 71. art. 10.* (qui malè citatur à Victorello *in annot. ad c. 24. lib. 2.* Toleti pro oppoſita ſententia) & Ægid. *n. 94.* Henriq. & Dian. *loc. cit.* Filliuc. *n. 63.* Angel. *n. 11.* citans D. Th. Sanch. *lib. 7. de Matr. diſp* 60. *n. 19.* Baſil. *de imped. Matr. c. 24. §. 1. & c. 35. n. 1.* Vega *caſu* 11. Regin. *lib. 31. n. 157.* Sancius *in ſelect. diſp. 60. n. 18.* Valentia *diſp. 5. q. 2. punct. 1. in fine*, Ochag. *tr. 3. de Matr. q. 57. n. 7.* Hinojoſa *v. Confirm. fol.* 115. Ludov. de San Iuan *loc. cit. diff. 2. pag. 102.* & Tolet. *c. 24. cit. n. 6.* Cornejo *tr. 6. de Matr. diſp. 7. dub. 16. pag. 986.* Lublin. *v. Matr. n. 20.* & Archangel. *loc. cit. pag. 69.* Palaus *tr. 20. punct. 10. n. 2.* & Trullench *loc. cit. n. 18 pag. 46.*

QVÆSTIO VI.

An ſi de facto plures Patrini adhibeantur, omnes contrahant cognationem ſpiritualem?

NEgant Toletus *lib. 2. c. 23. n. 4.* & Quintanadueñas *ſingul. ultimo, in fine*, & alii exiſtimantes nullum illorum talem cognationem contrahere.

Sed probabiliùs reſpondeo: Omnes illos contrahere, juxta dicta *tr. de Baptiſmo, diſp. 7. q. 30.* Sic Sà *verb. Confirmatio, in fine*, & ibi Victorellus, Suarez *q. 72. art. 10.* & alii.

QVÆSTIO VII.

An Patrinus Confirmationis contrahat obligationem inſtruendi Confirmatum?

AFfirmant Sylvius, Granad. & Ludovic. de San Iuan *loc.cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: quod non, quia nullo jure exprimitur quod teneatur inſtruere filios ſpirituales, ſicuti exprimitur de Patrino Baptiſmi. Sic Henriq. Ægid. & Dian. *loc.cit.* Laym. *lib.5.tract.3. cap.7.num.*1. Suar. *q.* 72. *art.*10. Fillinc. *n.*63. Bonac. *punct.*4.*n.*11. Ochag. *q.*8 *de Confir.n.*9 Hurt. *diff.*14. *citata* (quamvis hic Doctor cum limitatione id doceat dicens, non teneri inſtruere, niſi in defectu Patrini Baptiſmi) & communis, quam etiam tenet Dicaſtillo *loc.cit.*

QVÆSTIO VIII.

An Religioſi mendicantes poſsint eſſe Patrini Confirmationis?

NEgant Angel. Vivald. Diana, & alii *ſuprà, tract. de Baptiſm.diſp.7.q.16.citatis*, & etiam Layman *tract.2.cap.9.n.*4. Sot. Sylveſt. Tabiena, quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.3.c.3.n.4.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe, quia ut ibidem diximus. tantum prohibiti ſunt hoc munus exercere Monachi. Sic Ægid. & Hurtad. *loc.cit.* ibi, & Chamerota *tract.2.de Sacram.cap.4.dub.*8. Dicaſtillo *loc. cit.* Quintanadueñas *tract.2. de Sacram. ſingul.*8. & innuit Palaus *punct.*10 *cit.* dum id ſolùm Monachis negat.

QVÆSTIO IX.

An vir, ſaltem in neceſſitate, poſſit eſſe Patrinus uxoris ſuæ, vel filii proprii?

AFfirmant Sà *v. Confirmatio, num.*16. poſſe in neceſſitate.

Sed probabiliùs reſpondeo: Neque in neceſſitate poſſe, & ſi ſcienter hoc fecerit, peccare, neque poſſe petere debitum, licèt teneatur reddere. Sic Victor. *q.ult.de Confirm.* Angel. *n.ult.* Sot. *diſt.*42. *art.*1. Archangelus *loc.cit.* Henriq. *loc.cit.* Vivald. *cap.ult.n.*5. Ochagavia *q.*8.*cit.n.*10. Tolet. *loc.cit.* Nicol. Plouë *de Confirm.pag.mihi* 11. & Victorel. *ad n.*16. Emanuelis Sà. Idemque dicendum eſt de uxore reſpectu ſui mariti, aut filioli. Probabile tamen eſt, poſſe in neceſſitate fratrem fratrem ſuſcipere, ut aiunt Sà *loc.cit.* & Bon. *punct.4.n.ult.* licèt contrarium ſentiant Tol. & Plouë *loc.cit.* lege Trullench *loc.cit.n.*18.*pag.*46.

QVÆSTIO X.

Cum quibus perſonis contrahat Patrinus Confirmationis cognationem ſpiritualem?

REſpondeo: Quod cum duabus tantùm, nempe cum confirmato, & ejus parentibus: ſicut & Confirmans tantùm contrahit illam cum eodem confirmato, & ejus parentibus. Sic Trid *ſeſſ.*24. *de reform. Matr.c.*2. & omnes Doctores.

QVÆSTIO XI.

An confirmatio poſſit quocunque tempore, & die conferri?

REſpondeo: Poſſe, quia Baptiſmus licitè poteſt adminiſtrari quocunque tempore (etiam interdicti) & quocunque die: Ergo, & Confirmatio, cum ſit quoddam complementum Baptiſmi. Sic Angelus *n.*6. Navarrus *c.*27.*n.*178. Paludanus *diſt.*7. *q.*3. *& diſt.*18.*q.*2. *art.*2. Ochagavia *de Confirmat. q.*11.*n.*3. Covarruvias, Sylveſter, Armilla, quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.3. c.6.n. ult.* & Ægidius *q.*72.*art.*11.*n.*114. Bartholomæus de Ledeſma *cap. ult.* Hurtado *tract.de Confirmat.diffic.ult.* & communis, quam tenent etiam Barboſa *de poteſtate Epiſcopi allegat.*30.*num.*13. Palaus *punct.*10.*n.*5. & Dicaſtillo *num.*148.

QVÆSTIO XII.

An Epiſcopus det alapam Confirmato, dicens Pax tecum, *ut recordetur, ſe hoc Sacramentum accepiſſe, ne iterum ad illud accedat?*

AFfirmant Sylueſter *verb.Confirmat.n.*4. Scrutin. Sacerd. §. *de Confirmat.pag.mihi* 46. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: Hoc principaliter fieri, ut confirmatus intelligat, ſe debere pati injurias pro fide Chriſti tuenda. Secundariò autem in memoriam ſuſcepti Sacramenti, ne illud audeat iterum ſuſcipere. Sic Henriquez *lib.3.cap.3.n.*2. Sotus *diſt.*7. *art.*12. Vivaldus *cap.vlt. num. vlt.* Filliucius *num.*62. Bonacina *punct.vlt.n.*9. & Layman *c.*7.*n.*2. Ægidius *loc.cit. n.*115. Hurtado *diffic.*14. & Palaus *punct.*10.*cit.n.*9.

QVÆSTIO XIII.

An ſit peccatum, ſaltem veniale, omittere alapam, vel Cereum?

AFfirmant Sà *verb.Confirmat. num.*10. Bonacina *loc.cit.n.*9. & Ludovicus de San Iuan *quæſt.*1. *art.9.dub.1.concl.3.pag.mihi* 102. aiunt enim, omiſſionem horum non videri eſſe peccatum mortale. Innuunt ergo clarè, veniale eſſe, & clarè id docet Petrus de Ledeſma *c.vltimo, in fine*, & etiam Palaus *loc. cit.* Suarez, Valentia, Sa, & Barboſa apud ipſum. Sed certè Valentia pro oppoſita eſt parte.

Sed probabiliùs reſpondeo: Nullum eſſe peccatum, ſi hæc citra contemptum omittantur. Sic Sot. *loc.cit.* & Valentia *diſput.5. quæſt.1. punct.3. in fine*, Archangelus *loc.cit.pag.*69. vbi ſic ait: Cereus autem, qui offertur, actus quidam Religionis eſt, cuius tamen omiſſio nullum eſſet peccatum: ſicut non dare alapam. Sic ille.

QVÆSTIO XIV.

An ſit peccatum Euchariſtiam ante Confirmationem recipere?

AFfirmat eſſe mortale Toletus *lib.2. cap.*24. *de Confirmat.num.*1. vt innuit Victorell. *in annotat. ad hoc caput*, & colligitur clarè ex iis quæ ipſemet Toletus docet, *lib.1.c.*71.*num.*6 Sed eſſe tantùm veniale affirmat Sotus apud Dianam *in 4. diſt.7. quæſt. vn.art.8.propoſit.*3. & clariùs *ead.diſt. & quæſt.art.6. verſ.Virum autem.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Non eſſe peccatum, quia licet ſit melius, & conuenientius, vt confirmatio antecedat, vt *ex ſupradictis* conſtat: hic tamen ordo non eſt in præcepto, vt bene Suar. *diſp.*37.*ſect.*1. *in fin* Sic ipſe, & Dian. 4.*p.tr.*4. *Miſc.reſ.*50. ex Præpoſito 3.*p.q.*72.*art* 8.*n.*18. imò & ipſe Sot. *diſt.1.q. 6.art.5 verſ. tertiò*, reputat hanc noſtram ſententiam æque probabilem ac ſuam.

TRACTA

TRACTATVS QVARTVS DE EXTREMÆ VNCTIONIS SACRAMENTO.

TRACTANT de hoc Sacramento Scholaſtici cum Magiſtro *in 4. diſtinct. 23.* ubi Sotus, & alii Theologi cum ſuo Magiſtro D. Thoma *in addit. ad 3. partem, à q. 29. uſque ad* 33. Doctores Canoniſtæ *in cap. 1. de Sacra Vnctione, cap. pervenit, diſt.* 95. Concil. Florent. *loco citato*, Tridentinum *ſeſſ. 14. poſt Sacramentum Pœnitentiæ*, Angelus Suarez *diſp. 19.* Ægidius *diſp. 14.* Filliucius *tract. 3. à cap.* 4. Navar. *c. 22. à n. 12.* Henriquez *lib. 3. à cap. 7.* Bonacina *de Sacram. diſp.* 7. Becanus *de Sacram. cap.* 27. Petrus de Ledeſma, Villalobos, Ludovicus de San Iuan, Hurtado, Archangelus, & alii plures citandi.

DISPVTATIO PRIMA.

De quidditate, inſtitutione, & neceſſitate Extremæ-Vnctionis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Sacramentum Extremæ-Vnctionis ſit Sacramentum Vnctionis infirmorum ad ſalutem animæ, & corporis?

RESPONDEO affirmativè, vel ſi mavis, *Eſt Sacramentum quo Presbyter ungit oleo conſecrato certas partes corporis ægroti probabiliter periclitantis, certa verba proferendo.* Vel tandem, *Eſt Vnctio exterior olei benedicti in aliquibus partibus corporis à Presbytero facta ſub præſcripta forma verborum.* Sic Sot. *in 4. diſt. 23. q. 1. art. 1.* Navarrus *cap. 22. n. 12.* Suarez *diſp 40. ſect. 4.* Reginald. *lib. 28. n. 44.* Hurtado *tract. de Extrema-Vnctione, diffic 1.* Henriquez *lib. 3. cap. 8. n. 1.* Filliuc. *tract. 3. n. 68.* Vivaldus *de Extrema-Vnctione, n. 2* Bonac. *diſp. 7. punct. 1. n. 4.* & communis Legantur etiam Bellarminus *tom. 2. lib. de Extrema-Vnct.* & Valentia *diſp. 8. q. 1. punct. 1.*

QVÆSTIO II.

An Extrema-Vnctio ſit verum Sacramentum?

NEgant hæretici Vvaldenſ. Albig Lutherani, & alii apud D. Antoninum *4. part. tit. 11. c. 7. §. 5.* & apud Bellarmin. *lib. de Extrema-Vnctione.*

Sed certiſſimè reſpondeo: Eſſe verum Sacramentum. Eſt reſponſio de fide ex Concil. Florent. *in decreto Eugen. IV.* Trident *ſeſſ. 14. can. 1*, & ex eo docent omnes Patres & Doctores, S. Thom. *addit. 3. p. q. 29. art. 1.* Suarez *tom. 4. diſp. 39* Valent *tom. 4. diſput. 8. q. 2.* Becanus *c. 27. q. 1. & 2.* Hurtado *loco citato, diffic. 2.* Bonacina *diſp. 7. q. unica, punct. 1.* & alii communiter apud ipſos.

QVÆSTIO III.

An fuerit immediatè inſtitutum à Chriſto?

NEgarunt Mag. *in 4. diſt. 22.* Hugo *lib. 2. pag. 15. cap. 2.* Alexand. *4. part. q. 8. memb. 2.* D Bonav. *diſt. 23. art. 1. q. 1.* & Ioan. Ekius apud Peſantium *in addit. ad 3. part. q. 33 diſp. 1.* & Altiſiodorenſis apud Palacios *diſt. 23. pag. mihi* 475. dicentes: inſtitutum fuiſſe ab Apoſtolo Iacobo *cap. 5.* quod probabile reputat Iavellus *tract. 6. de Extrem. Vnct. c. 2.* dum contrariam veriorem ſolùm vocat.

Sed certiſſimè reſpondeo affirmativè, quia ſic definitum eſt in Trident. *ſeſſ. 14. c. 1. & canon. 1.* & ex dictis *de Sacramentis in genere* conſtat, docentque omnes Doctores, præcipuè D. Thom. *in 4. quæſt. 22. quæſt. 1. art. 3.* ubi ait: Quod omnia Sacramenta Chriſtus inſtituit per ſe: ſed quæ ſunt difficiliora ad credendum, illa per ſe promulgavit, alia autem ſervavit Apoſtolis promulganda, ſicut Extremam-Vnctionem, & Confirmationem. Vnde à Iacobo fuit iſtud Sacramentum promulgatum, non inſtitutum. Navarrus *cap. 24. n. 12.* Scot. Sot. & Palacios *loc. cit.* & Angles *art. 5. q. 3. de Sacram. in genere.* Iavellus, & alii communiter apud Henriquez *lib. 3. c. 7. n. 1.* qui id ex Patribus, & Conciliis clarè demonſtrat. Suarez *diſp. 39. ſect. 1. & 2.* Ægidius *q. 71. à n. 2.* & alii quos ſectantur Dicaſtillo *tract. 7. dub. 2.* & Trulleuch *de Sacram. lib. 5. cap. unico, n. 3.*

QVÆSTIO IV.

An fuerit inſtitutum hoc Vnctionis-Extremæ Sacramentum illis verbis Ioan. 20. Quorum remiſeritis peccata, *&c.*

NEgant Graſſius *2. part. deciſ. lib. 1. cap. 8. num. 4.* & apud ipſum Palud. & Aſtenſis *lib. 5. tit. 41. artic. 2.* & alii docentes: inſtitutum eſſe à Chriſto Domino, Marc. 6. quando ipſe Apoſtolos ſuos miſit,

ut ſanarent infirmos ungendo illos oleo. Negant alii etiam dicentes iuſtitutum fuiſſe in nocte cœnæ, quoad deſignationem materiæ, & formæ: quoad poteſtatem verò illud adminiſtrandi, Ioannis 20. quando dedit Apoſtolis poteſtatem abſolvendi. Sic Filliuc. *n.*67. Ochagavia *tr. de Extrem. Vnct. q.*1.*n.*3. & ex parte Henriq. *lib.*3.*c.*7.*n.*4. Alii autem dicunt, nullum inveniri in ſacra Scriptura expreſſum locum ubi inſtitutum fuerit. Sic D. Th. *in* 4. *diſt.*23. & ibi Sot. *q.*1. Victor. *q.*213. Bonac. *punct.*1.*n.*3. Caſtro *v. Vnctio*, Lublin. *v. Extrema Vnctio, in initio.* Alii denique dicunt, inſtitutum fuiſſe poſt Reſurrectionem, & ante Aſſumptionem. Sic Hurt. *tr. de Extrema-Vnct. diff.*3. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: Inſinuatum eſſe hoc Sacramentum, Marc. 6. ut ait Concil. Trid. *ſeſſ.*14.*c.*1. & cum eo Catechiſmus *pag.*345. & inſtitutum fuiſſe Ioannis 20. illis verbis: *Quorum remiſeritis peccata remittuntur eis.* Sic Henriq. Peſant. *loc. cit.* Iavellus *loc. cit. c.*6. & Torreblanca *lib.*2.*pract. cap.*11.*n.*7. Petrus de Ledeſma *tr. de Extrem. Vnct. c.*1. *fine.* Suar. *tom.*4. *diſp.*39.*ſect.*2. & ex illo Regin. *lib.*28. *n.*47. Laym. *lib.*5.*tract.*8.*c.*1.*n.*2. Palaus *tom.*4. *tract.*26. *punct.*1. *n.*4. & 5. & Trullench *loc. cit.*

Qvæstio V.

An ſit præceptum recipiendi hoc Sacramentum ſub onere peccati mortalis?

Affirmant Pet. Sotus *lect.*2. *de Sacram. Extrema Vnct.* Binsf. *in Enchirid. de Vnction.* §.8. & Torreblanca *lib.*2. *juris ſpirit. c.*11.*n.*44. qui citat (ſed non bene) Henriq. *lib.*13.*c.*24. cum ibi nihil, & oppoſitum expreſsè doceat *loco infra citando.* Citat etiam Suar. contrarium clarè aſſerentem, *ut infrà.* Favent tamen huic ſententiæ Mag. & D. Bonav. *in* 4. *diſt.*23. & pro illa in nova editione citat Bonac. Sot. tenent etiam Major *in* 4. *diſt.*23.*c.*3. & Luyſius Turrianus *in ſum. p.*2.*cap.*136.*dub.*1.*concl.*1.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Non eſſe per ſe loquendo, unde ſecluſo contemptu, & ſcandalo non peccabit ſaltem mortaliter hoc Sacramentum omittens. Ratio eſt, quia nullibi invenitur tale præceptum, ut latè probat Dicaſtillo *tr.*7. *de Extrema Vnctione, dubit.*11.*n.*169. Sic Henriq. *lib.*3.*c.*1.*n.*7. & *c.*7.*n.*2. Filliuc. *tr.*3.*n.*112. ex Suar. *diſp.*44 *ſect.*1. Hurtado *tract. de Extrem. Vnct. diff.*11. Diana 2.*p. tr.*4. *reſ.*170. & 5.*p. tr.*3.*reſ.*97. Villalob. *tom.*1.*tr.*10.*diff.*5. *n.*1. Tolet. *c.*3.*n.*5. Sà *de Extr. Vnct. n.*5. Navar. *c.*12. *n.*16. Caiet. *in ſum. v. Vnctio* Vivald. *de Extr. Vnct. n.*9. Bonac. *diſp.*7.*punct.*5.*n.*10. Ochagavia *q.*9.*n.*2. Granad. *diſp.*6.*n.*11. Layman *c.*7.*n.*1. B. de Ledeſma *difſic.*8. *concl.*1. & 2. *col.*1119. Rodrig. *de Vnct. c.*191. *n.*7. Vega *de Extrema-Vnctione caſu* 4. Ægidius *de Sacramentis diſp.*19.*n.*30. Nugnus *q.*33.*art.*2.*diff.*1. & Molfeſ. *in ſumma tr.*4.*c.*3.*n.*33. & Reginald. *lib.*28. *n.*71. & 72. necnon Diana *p.*8. *tr.*1. *reſ.*58. Tanner. Opatovius, Eſcobar, & alii quos ibi citat, & rurſus me citato *p.*10.*tr.*12.*reſ.*31. Baunius *q.*10.*pag.*810. Palaus *punct.*8.*n.*1. & Trullench *dub.*4.*n.*8.

Qvæstio VI.

An ſaltem peccet venialiter, qui ex negligentia hoc Sacramentum non vult recipere?

Negant Villalobos, & Suarez *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Peccare venialiter, ſi nulla adſit juſta cauſa illud omittendi. Ratio eſt, quia eſt quædam rerum ſpiritualium prodigalitas omittere tantum remedium ſalutis. Sic Nugnus *tom.*2.*q.*23.*art.*2. Ægidius *diſp.*16.*dub. ultimo, n.*30. Bonacina, Granad. & Layman *loc. cit.* Tolet. *lib.*7.*c.*2. *n.*5. Bartholomæus de Ledeſma & Rodriguez *loc. cit.* & Molfeſius *loc. cit. n.*33. necnon Baunius *loc. cit. verſu Verum enim.* Dicaſtillo *num.*170. & Palaus *loc. cit. num.*2.

Qvæstio VII.

An Parochus, aut Prælatus Religionis teneatur ſub peccato mortali hoc Sacramentum ſuis ſubditis miniſtrare?

Reſpondeo: Teneri per ſe, vel per alium, quia ex officio, atque adeò ex juſtitia tenetur ſaluti ſuorum ſubditorum conſulere. Sic Henriquez *lib.*3.*c.*7. *n.*2. Suarez *tom.*4.*diſp.*44.*ſect.*1. Filliucius *n.*2. Bonacina *punct.*5.*n.*12. Ægidius *loc. cit. n.*31. & Poſſevinus *de Extrema-Vnctione num.*3. qui hoc colligit ex Trid. *ſeſſ.*23.*c.*1.*de reform.* Ochagavia *q.*10.*n.*1. Layman *c.*7.*n.*3. & communis, quam ſequitur Dicaſtillo *dub.*12.*n.*189.

Qvæstio VIII.

An etiam cum periculo vitæ, ut tempore peſtis teneatur Parochus hoc Sacramentum Conferre?

Affirmant abſolutè aliqui apud Filliucium *n.*97. & apud Victorellum *in annot. ad n.*41. & 42. Poſſevini, & tenent expreſsè Nugnus *tom.*2. *q.*33. *difficult.*... & Sylvius 3.*parte, q.*32.*art.*3. Ioan Echius *in homil. ultima Dominica* 2.*poſt. paſcha*, & Ludovicus *in Summa parva, cap.*136.*dub.*3.

Alii probabiliùs reſpondent: Non teneri, eo quòd non ſit Sacramentum neceſſitatis. Sic Navar. *q.*24. *n.*10. Suarez *diſp.*44. *ſect.*3.*n.*30. Filliucius *n.*100. Victorell. *loc. cit.* Villalob. *tom.*1.*tr.*10. *diffic.*6.*n.*7. Diana *loc. cit. reſ.*164. & 5.*parte, tr.*3.*reſ.*83. & 93. qui & citat Molfeſium *tom.*1.*tr.*4.*c.*3.*n.*31. & Hurtadum *de Extrema-Vnct. diffic.*12. necnon Pal. *punct.* 50.*num.*5.

Sed probabiliùs omnibus reſpondeo: Non teneri quidem, niſi in caſu quo infirmus abſque ullo Sacramento moreretur, & timeretur ejus æterna damnatio; quia tunc jam eſſet illi hoc Sacramentum ad ſalutem neceſſarium. Sic Armilla *v. Epiſcopus, n.*6. Tabiena *n.*5 Ægidius *loc. cit. n.*31. Ochagavia *q.*10. *n.*11. & *ſequent.* & alii apud Dianam *loc. cit.* quos ſequitur Dicaſtillo *dub.*11.*n.*191.

Qvæstio IX.

An ſimplex Sacerdos teneatur ſub peccato mortali adminiſtrare hoc Sacramentum tempore neceſſitatis, ſi licitè, & facilè poſſit?

Reſpondeo: Non teneri ſub peccato mortali, ſed ſub veniali tantùm ex lege Charitatis, niſi àliàs, ut nuper diximus in caſu quo infirmus hoc Sacramento Extremæ-Vnctionis extremè indigeret. Sic Authores *cit.* Laym. *tr.*8.*c.*7.*n.*3. Diana *tr.*4. *cit. reſol.*170. & Ochagavia *q.*10.*cit. n.*2. ubi ſic ait: Secundò certum eſt, ſimplicem Sacerdotem non teneri ex officio ad miniſtrandum hoc Sacramentum. Vnde neque ex juſtitia, ſolùm autem ex charitate deficiente Parocho tenetur ſimplex Sacerdos miniſtrare hoc Sacramentum, quoties poteſt ſine gravi incommodo ſuo. Patet, quia hoc Sacramento maximè indiget infirmus, & debemus ſuccurrere ex lege charitatis gravi neceſſitati proximi, quoties poſſumus ſine

gravi

Digitized by Google

gtavi incommodo noſtro. Sic ille *ibi*, & *n.*6 & communis, quam ſequitur Palaus *punct.* 8.*n.*6.

DISPVTATIO II.

De materia, & forma Extremæ Unctionis.

QVÆSTIO I.

An materia remota Extremæ-Vnctionis ſit oleum olivarum?

RESPONDEO affirmarivè. Eſt reſponſio de fide habita in Concil Flor. & Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.*1.& 3.& probatur ex illo Iacobi 5. *Vngentes oleo, &c.* ſic omnes DD. qui bene probant, hanc materiam docuiſſe. Quia ſicut oleum lenit, dolorem emollit, penetrat ad intima, affert hilaritatem, reſtituir interdum ſanitati, ſignificat pinguendinem, & robur gratiæ, & ſpiritus contra luctam: Sic hoc Sacramentum hæc omnia ſpiritualiter efficit. Ita D. Th.*q* 29.*art.*4.Sot.*art.*4. Victor *n.*199. & alii apud Henriq *lib.*3.*cap.*8.*n.*2. & in Gloſſa *lit.E*, Ochag. *loc.cit.* *q.*3.*n.*2. Archangelus *diſt.*23. & communis, quam tenent Dicaſtillo *tr.de Extrem. Unct. diſp.*2. *dub.*3.*n.*31.& Trullench *lib.*5. *cap. unico de Extrema-Unctiono, dub.*2.*n.*1.

QVÆSTIO II.

An ſit neceſſarium, quod tale oleum ſit benedictum ab Epiſcopo?

NEgant Palud. & Dur. apud Victoriam *q.*216. quatenus affirmant, poſſe Papam ungere oleo non conſecrato. Ita etiam tenet Maldonatus *de Extrem. Unction. q.*1. quem citat, & ſequitur Molfeſius *tr.*4.*c.*2.*n.*21.& *c.*3.*n.*25.

Sed reſpondeo oppoſitum, & dico eſſe neceſſarium, quia ſic expreſse habetur *in cap. unico, de Sacram. Vnct.* in Trid.*ſeſſ.*14.*c.*2. & ratio eſt, quia (*ut ſuprà diſp.*3.*de Confirmatione*, *q.*4. eſt habitum) ubi eſt materia extrinſeca Sacramentorum, qua Chriſtus non eſt uſus, requiritur benedictio. Sic omnes DD. cum D.Thom.2.*p.q.*73.*art.*3.& *in addit.q.*29.*art.*5. Ledeſma *q.*31.*art.*5. Soto *art.*5. Henriquez *loc.cit.*& *lit.F*, (ubi etiam pro hac parte citat, ſed non ita benè, Paludanum, & Durandum) Archangelus *diſt.*23. *pag.*169. Reginald. *n.*50. ex Suario *diſp.*40.*ſect.*1. Dicaſt.*dub.*3.*n.*32.& Trull.*dub.*2.*cit.n.*1.& 2.

QVÆSTIO III.

An hujuſmodi olei benedictio ſit de neceſſitate Sacramenti, an tantùm de neceſſitate præcepti?

AFfirmant eſſe tantùm de neceſſitate præcepti Victor.*num.*218.Torreblanca *de jure ſpirituali lib.*2.*c.*11.*n.*12. & probabile reputat Peſant.*loc.infrà citand.* Palud.& Caiet.*cit diſp.*3.*q.*5.*de Confirm.*& inclinat aliqualiter Vivald.*loc.cit.n.*4.& tenent expreſſè Henriq. *loc. cit. lit.G*, Maldonatus, & Molfeſius *loc.cit.* & Sà *verb.Extrema-Vnctio,n.*6.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, eſſe de neceſſitate Sacramenti, quia Conc.Flor.& Trid. *loc.cit.* abſolutè docent, & definiunt materiam Extremæ-Vnctionis, eſſe oleum ab Epiſcopo benedictum: tunc ſic: Si teſte eodem Concilio, ſi aliquid horum trium deſit, ſcilicet vel materia, vel forma, vel miniſter cum intentione faciendi quod facit Eccleſia, non perficitur Sacramentum: ergo de neceſſitate, & eſſentia Sacramenti Extremæ-Vnctionis erit, ut oleum ſit per Epiſcopum benedictum. Sic S.Th.*loc cit.* Sylv. *verb. Vnctio, q.*1.Sot. *diſt.*23. *q.*1. *art.*4. *concl.*4. Nugnus *q.*29.*ad art.*5.& 6. Peſant. *in addit.ad* 3.*p.q.*33. *diſput.*2.Aureol.*in* 4.*diſt.*23.*art.*1. Bartholom. de Ledeſma *de Extrem.Vnct.diff.*3.*concl* 4 *col.*1103.Petrus Cañedo *de Extr.Vnct.c.*1.*pag.mihi* 245.Tolet. *lib.*7. *c.*1.Rodrig.*de Extr Vnct.tom* 2.*c* 191.*n.*1.Ochag. *de Extr.Vnct.q.*3.*n.*3.& 12.Suar.*diſp.*49.*ſect.*1.*n.*6.Filliuc.*n.*72.Hurtad.*diff.*4.Vivald.*loc.cit.* Eſtius *diſt.*23. §.9.Ludon.*art.*2.*diff.*3.*pag.*728. & Palacios *diſt.*23. *pag. mihi* 478. docens, ita à Domino fuiſſe inſtitutum fortè, ut effectus hujus Sacramenti, non naturæ olei tribueretur, ſed potiùs ejus ſanctificationi. Sic etiam Graffius 2.*p.lib.*2.*c.*8.*n.*19. *pag.*16. Archang. *diſt.*23.*pag.*170.Bon.*diſp* 7. *punct.*2.*n.*5.Becan *c* 27. *q.*3. Regin. *lib.*2. *n.* 50. & communis, quam tenent Dicaſt. *dub.*3.*cit. n.*32. Trullench *loc. cit.n.*2. & me citato Diana *part.*10.*tr.*16.*reſ.*81.

QVÆSTIO IV.

An ex commiſſione Pontificis poſſit ſimplex Sacerdos tale oleum benedicere?

AFfirmant Palud.& Durand quos citat, & ſequitur Victor.*q.*118.& 119 Palacios *diſt* 23. *pag. mihi* 480.Henriquez *lib.*2.*cap.*8 *n.*2.Sot.*diſt.*23.*q.*1. *art.*3.Peſantius & Torreblanca *loc.cit.* Ludov.*loc.cit. diff.*4.*concl.*2.*pag* 728.Vivald. *de materia Vnct.n.*6.& probabile reputant Valentia *diſp.*8.*q.*1.*punct.*2. Bonac.& Petrus Cañedo *loc.cit.* Graffius *part.*1 *c.*8.*n.*5. *fol.mihi* 5.& alii quos noviſſimè ſequuntur Præpoſitus *in* 3.*p.q.unica, de Extr.Vnct.dub.*4.*n.*15. & in re, non in verbis, Diana *p.*8 *tr.*1. *reſ.*30.

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe Ratio eſt nuper adducta. Nam Papa non habet poteſtatem ſupra materiam Sacramentorum: at materia Extremæ Vnctionis eſt oleum benedictum per Epiſcopum: Ergo neceſſariò debet ab ipſo benedici. Sic S. Th. *loc.cit.* Suar.*diſp.*49. *ſect.*1.*n.*3.Hurtad.*diff.*4. Filliuc. *num.*72. Sà *num.*5. & *ibi* Victorel. Ægid. *diſp.*19. *num.*6.Ochag. *q.*3.*num.*2. Tanner. *dub.*1.*q.*2.Azor. *tom.*2.*p.*2.*lib.*5.*cap.*1.*q.*10.Granad.*tom.*5.*de Extrema Vnct.diſp.*1.Lublin. *loc.cit.n.*12. Layman *cap.*1.*n.*1. (qui tamen malè citat Paludanum pro hac ſententia) Nugnus *q.*29.*art.*6.*concl.*2. & Archangelus *diſt.*23. *pag.*271.*col.*2.& alii quos ſectantur Dicaſtillo *diſp.*1. *dub.*3. *n.*31. Trullench *dub.*3. *n.*2. Amicus *tom.*8. *diſp.*19.*ſect.*3.*num.*45. & Diana *loco citato* ait, id eſſe probabilius.

QVÆSTIO V.

An oleum olivarum benedictum ab Epiſcopo alia benedictione, quàm benedictione conſueta Eccleſiæ, ſit ſufficiens materia Extremæ-Vnctionis?

REſpondeo, quod ſic. Primò, quia Chriſtus Dominus non præſcripſit formam alicujus benedictionis. Secundò, quia quocunque modo benedicatur, verè dicitur oleum benedictum ab Epiſcopo: Ergo ſufficiens erit. Verum eſt, quod neceſſitate præcepti obſervanda eſt forma ab Eccleſia præſcripta. Sic Bonacina *diſp.*7. *punct.*2. *num.*4. Hurtado *difficult.*4. Valentia 4.*tom.diſput.*5. *quæſt.*2.*punct.*2. *verſ.*

verſ. Quæſtio autem, Ochag. *q.*3.*n.*10. Nugnus *q.*19.*ad art.*6. Regin. *lib.*28.*n.*50. & communis, quam tenent etiam Dicaſtillo *loc. cit. n.*33. & Trullench *dub.*2. *num.*2.

QVÆSTIO VI.

An ſit validum Sacramentum Extremæ-Vnctionis, ſi in neceßitate, aut per errorem Sacerdos ungat infirmum Chriſmate, aut alio oleo præter oleum infirmorum, modò ſit ab Epiſcopo benedictum?

NEgant Vivald. *de materia Confirmationis num.*7. Bonac. *loc.cit.n.*5. Naldus *n.*4. Nugnus *quæſt.*29. *art.*6. Reginald. *lib.*18. *n.*50. & Valentia *diſp.*8.*cit. q.*1.*punct.*2. Bellarm. & Pitigian. apud Bonacinam, & & Guillelm. Eſtius *in* 4.*diſt.*23.§.9. Bartholomæus de Ledeſma *diffic.*3.*concl.*3.*col.*103. & Graffius *loco citato.*

Sed probabiliter reſpondeo, Eſſe validum. Primò, quia ſic ex nuper dictis clarè deducitur. Secundò, quia olim Eccleſia uſa fuit Chriſmate pro oleo ad ungendos infirmos, ut conſtat ex cap. *Illud ſuperfluum, diſt.*95. Sic Sot. *diſt.*23.*art.*3. Henriquez *lib.*3. c.8.*n.*2. Suarez *tom.*4. *diſp.*49. *ſect.*1. Filliuc. *n.*63. Layman *lib.*5. *tract.*8.*c.*2.*n.*3. Ochag. *q.*3.*cit.n.*11. Tanner. *loc.cit.* & inclinat Granado *loc.cit.* (imò & docet hoc ipſum Eſtius *loc.cit.* in caſu quo in Chriſmate olei natura permaneat, & benedictio neceſſaria adſit.) Ludovic. *in parva ſumma, pag. mihi* 84.*n.*1. ubi ſic ait: [No ſe puede dar la Vncion con Chriſma de azeite, y balſamo, ò con azeite de Catechumenos: mas ſi ſe diere, ſera verdadero Sacramento.] Sic ille, & ante ipſum Archangel. *diſp.*13.*pag.*180.*col.*2. Dicaſtil. *loc.cit.n.*28. ubi exiſtimat quod caſu quo non eſſet aliud oleum quàm Chriſma Confirmationis, non eſſet peccatum de facto illo inungere ægrotum. Quod id ipſum me citato docet Doctus Diana *p.*10. *tract.*11. *reſol.*15.

QVÆSTIO VII.

An oleum olivarum admixtum cum liquore alio, ſit materia ſufficiens hujus Sacramenti?

REſpondeo ex ſæpè dictis affirmativè, dummodo admixtio ſit talis, vt oleum non exuat naturam propriam, ex quo colligitur oleum roſaceum eſſe ſufficientem materiam hujus Sacramenti, ſi alias non ſit multùm corruptum. Sic S.Th. *diſt.*23.*q.*1.*art.*3. Sotus *ibidem.* Bonac. *diſp.*7. *punct.*2 *num.*7. qui citat Henriquez, Victorell. & Poſſevin. qui Doctores nullo modo de hoc caſu loquuntur: tenent ex parte Victor. *q.*118. Vivald. *de materia Extremæ-Vnctionis n.*2. & alii quos ſequitur Dicaſtillo *loc.cit.n.*34. & penes illum Suarez, & Taonerus.

QVÆSTIO VIII.

An Parochus poßit licitè miſcere oleum conſecratum cum non conſecrato, ſi timeat quod oleum conſecratum non ſufficiat?

REſpondeo, poſſe dummodo oleum quod additur conſecrato ſit minoris quantitatis. Ratio eſt, quia extrema olei non conſecrati ita permiſcentur cum extremis olei conſecrati, ut ſimul utrumque conſecratum cenſeatur. Sic Henriquez *lib.*3.*c.*8. *num.*2. & apud ipſum D.Thomas *diſt.*12.*q.*26. & 3.*p.q.*87. *art.*3. Tabiena *verb.aqua*, §.3. ubi Sylveſter §.3. cum Angelo, Roſella, Panormitano, & Gloſſa, Poſſevin. *cap.*9.*n.*2. Bonac. *loc.cit.num.*8. Granad. *diſp.*2. Anton. de Hinojoſa *in ſuo directorio deciſ. Regul. v. Baptiſmus, fol.*49. Torreblanca *lib.*2.*cit.cap.*11.*n.*17. & alii ſtatim citandi.

QVÆSTIO IX.

An caſu quo oleum non conſecratum additum conſecrato ſit in majori quantitate, totum remaneat conſecratum?

AFfirmat adhuc Hinojoſa *loc.cit.* cui favet Naldus *verb. Extrema-Vnctio, n.*4. per hæc verba. Advertendum erit, etiam non ſacrum adhibitum ſacro, modò tamen quantitas non ſacri ſit minor, aut certè non ſit notabiliter major, ſecundùm omnes effici Sacramentum. Sic ille, & innuit Hurtado *difficultate* 4.*in principio*, & Henriquez *loc. cit.* & tenet expreſsè me citato pro ſe, ſed malè, Diana *p.*9. *tract.*6. *reſ.*44. Yſambert, & Vuigers penes ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo: Nullo modo manere, nec in tali caſu eſſe veram materiam Extremæ-Vnctionis. Quia ad hoc ut oleum maneat benedictum, requiritur ut quantitas in principio benedicta ſit major tota non benedicta ſuperaddenda, vel ſuperaddita, ſive ſimul, ſive ſucceſſivè, ſive variis vicibus fiat totius additio. Et ratio eſt, quia ideo quando minima pars olei non benedicti miſcetur majori olei benedicti, totum manet benedictum, quia in commixtionibus major quantitas debet in ſe minorem cōvertere, vel ſaltem ad ſui entitatem trahere: at hoc non poteſt fieri, cum pars addita eſt major: ergo hæc non poterit participare benedictionem illius. Sic authores citati, & Lud. de S. Iuan *art.*2.*diff.*6.*pag.*729. & *in Summa parva*, *pag.*84. *n.*2. & optimè me citato, Quintanadueñas *tom.*1.*tract.*5.*de Sacr. ſing.*1.*n.*4.

QVÆSTIO X.

An ſit de neceßitate Sacramenti quod oleum ſit eo anno benedictum?

REſpondeo: quod non, quia nullum jus hoc requirit. Sic omnes Doctores. Legantur citati.

QVÆSTIO XI.

An ſaltem ſit de neceßitate præcepti?

AFfirmant Poſſev. *c.*9.*n.*1. Bonac. *diſp.*7.*punct.*2. *n.*6. & Zambran. quem citat, & ſequitur Diana *tr.*4.*reſ.*176. & *q.*9.*tr.*6.*reſ.*46. Zambr. *de Extr. Vnct. c.*5.*dub.*4.*n.*5. Trulleoch *loc.cit.n.*2. & alii apud ipſos dicentes, non excuſari Parochum à peccato mortali, ſi oleum alterius anni adhibeat, niſi aliud ſuadeat neceſſitas. Quia ex conſuetudine Eccleſiæ, & præſcripto Clementis VIII. ſingulis annis conſecratur, ut veteri combuſto, uti novo poſſit.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non eſſe de neceſſitate præcepti, & ideo non peccare mortaliter illum qui oleo veteri ungeret infirmos. Ratio eſt, quia non eſt præceptum obligans ad mortale, ut renovetur oleum ſingulis annis; nam de ſolo Chriſmate præcipitur *in cap. ſi quis de alio, de conſecr. diſt.*4. Sic Henriquez *lib.*3.*cap.*8.*num.*2. Sà *n.*6. & ibi Victorell. ſibi contrarius *in addit. ad num.*1. *Poſſevini*, ubi ſatis lubricè loquitur. Ledeſma *tom.*1. *de Sacramento Vnct. cap.*2.*in fine*, & inclinat Layman *cap.*3.*num.*4. Lubl. *verb. Extrema Vnct. num.*19. ubi dicit: ita poſt longam conſultationem ſenſiſſe Theologos, & utriuſque juris peritos Salmanticæ. Quod idem antea teſtificatus eſt Henriquez *loc.cit.* Idem docet Ludovicus de San Iuan noviſſimè *in Summa parva, artic.*5. *de*

Extr.

*Extr.Vnct.n.*1.*pag.*83. Palaus etiam, ni fallor, *tr.*26. *punct.*2.*n.*12 & me citato Diana *p.*10.*tract.*16.*reſ.*81.

QVÆSTIO XII.

An una gutta olei ſit ſufficiens in unaquaque unctione, ad conferendum hoc Sacramentum?

NEgant Filliuc.*n.*78.Reginald.*lib.*28. *c.*9. *n.*53. Suarez *diſp.*40.*ſect.*2.*n.*5. Granad. *diſp.*2. *n.*4. Marchinus *de peſte parte* 3.*c.*6.*n.*14.Valentia,Poſſevin.& alij Doctores, qui docent non ſufficere unam guttam aquæ ad validitatem Baptiſmi, de quo *tract. de Bapt.diſp.*2.*q.*3.Negat etiam Trullench *lib.* 5. *de Sacram.cap.unico de Extrema Vnctione,dub.*2. *num.*7. *pag.*281.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſufficere. Primò, quia ut *quæſtione cit.* eſt habitum, una gutta aquæ ſufficit ad conferendum Baptiſmum: ergo & una olei, ad conferendam Extremam Vnctionem. Secundò, quia qui una ſtilla olei ungit, verè dicitur ungere: ergo. Sic debent tenere Henriq. Vaſq. Hurtad Ochag. *ſup. cit.* & probabile reputat Diana *tract.*4.*loc.cit.& reſol.*177. Imò & jam tenet expreſsè 5.*p.tract.* 3. *reſ.*88. Tenent etiam Tanner.*dub.*1.*q.*2. Dicaſtillo *n.*44. ubi tentat ad noſtram ſententiam Suarium, & Filliucium reducere.

QVÆSTIO XIII.

An materia proxima huius Sacramenti ſit Vnctio oleo facta?

NEgarunt olim quidam docentes, hujuſmodi Sacramentum eſſe ipſum oleum benedictum, Vnctionem verò ſolùm eſſe uſum illius.

Sed ut certum reſpondeo, quod eſt unctio ex oleo benedicto facta. Eſt reſponſio certa, & patet primò ex illo Iacobi 5. *ungentes oleo.* Secundò, quia Sacramenta, quæ in uſu conſiſtunt, habent pro materia proxima uſum materiæ remotæ. Sic omnes Doctores. Ægid.*diſp.*19.*dub.*2. Henriquez *lib.*1.*c.*8.*n.*4. Bonac. *diſp.*7.*punct.*2.*n.*9. Reginald.*loc.cit.n.*51.& communis. Legantur D.Th.*in* 4.*diſt.*23.*q.*1.*art.*2. & 3. & D.Bonavent.*art.*1.*q.*3.& Dicaſtillo *n.*39.

QVÆSTIO XIV.

An ſit de neceſſitate huius Sacramenti quod unctiones fiant in formam Crucis?

AFfirmat Iavellus *tom.*2. *tr.* 6. *de Extrema Vnct. c.*3. per hæc verba: Quantum ad formam adverte, quod ſicut in aliis Sacramentis forma conſiſtit in verbis, & opere: ſic & in hoc, v.g in Baptiſmo, forma conſiſtit in his verbis: *Ego te baptizo, &c.* & in minima immerſione in aqua. Sic & in hoc Sacramento forma conſiſtit in his verbis: *Per iſtam Vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam dimittat tibi Deus quidquid per viſum peccaſti*: & in hoc opere, ſcilicet in ſignatione membrorum per modum Crucis, dum liniuntur. Sic ille. Et eſſe ſententiam probabilem, ſatis clarè inſinuat Petrus de Ledeſma *cap.* 3. *de Extrem.Vnctione,diff.*3.*concl.* 2. quos poſtea ſequutus eſt Nugnus *in addit.ad* 3.*p.* probatique poteſt, quia de neceſſitate Confirmationis eſt, quod ejus unctio fiat per modum Crucis, ut *ſuprà tract.*3.*diſp.*3. *q.* 11. eſt habitum: ergo & in Vnctione Extrema.

Sed longè veriùs, & probabiliùs reſpondeo, quod non ſit, quia nullo textu, aut ſufficienti ratione hoc probari poteſt: neque obſtat ratio dubitandi, eſt enim magnum diſcrimen inter Confirmationem, & Extremam Vnctionem, quia in forma illius exprimitur, fieri debere in modum Crucis, ut *ſupra*; in hujus verò forma minimè. Sic ipſemet Petrus de Ledeſma, Sylveſter *verb.Vnctio,*§.2. Henriq. *lib.*3. *c.*8. *n.*2. *lit. M.* Poſſevinus *de Extrema Vnctione,n.*5. Bonac. *loc. cit. punct.*2.*n.*9. Suar.*diſp.*40.*ſect.*2. Reginald. *loc. cit.* & communis, quam tenent etiam Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3.*n.*42. & penes ipſum Tanner. Bauny *de Extrema Vnct. q.*3.*dicto* 5.& Trullench *dubit.*2.*n.*5.

QVÆSTIO XV.

An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti quod fiant in formam Crucis?

AFfirmant Sylveſt.*v.Vnctio,n.*2. Bonac. *diſput.* 7. *punct.*2.*n.*9.*in nova editione,* Nugnus 3.*p.q.* 29. *art.*6. Petrus Ledeſmius *tom.*1.*c.* 2.*de Extrema Vnctione,concl.*1.& Ludov.*de Extrema Vnctione,q.unica,art.*2.*diff.*2.*pag.mihi* 727. Gloſſa *cap. Nunquid,de Conſecratione diſtinct.*5 Moure 3.*p.exam.c.*1.§.7.& inclinat Torreblanca *lib.*2. *cit. c.*21.*n.*21.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe de neceſſitate præcepti: unde etiam extra caſum neceſſitatis, ſi Sacerdos ungeret, non cum forma Crucis, minimè peccaret mortaliter. Ratio eſt Primò, quia non extat de hoc præceptum. Secundò, quia materia non eſt gravis Sic Suar.*tom.*4.*diſp.*40.*ſect.*2.*num.*4. Filliuc. *c.*75. Zambran. quem citat, & ſequitur Diana 3. *p. tract.*4.*cit.reſ.*168.& *reſ.*178. Ægid. *diſp.*19. *dub.*2. *n.*7. Rodrig. *de Vnct.c.*191. *num.*2. Palaus *tract.* 16. *punct.*5.*n.*2. Reginald.*lib.*28.*n.*51. Becanus *quæſt.* 3. Layman *c.* 3.*n.*7. Peccaret tamen venialiter, ſi abſque neceſſitate id efficeret, juxta prædictos Authores, præcipuè Ochagau.*q.*3 *n.*3. Granad. *diſp.* 1. *num.* 4. quod certè adhuc dubito. Quia ut ait Molfeſ.*c.*3.*cit. n.*26. Vnctio dicta, ſive fiat per modum Crucis, ſive quovis alio modo, non intereſt; quia nec adeſt determinatio Conciliorum, nec traditio Eccleſiæ, nec aliquod præceptum Eccleſiaſticum, ut fiat ſigno Crucis, prout eſt in Sacramento Confirmationis, & ſic ſatis eſt quocunque modo fiat Vnctio ſacra. Sic Molfeſius, Dicaſtillo *loc.cit.num.*42. Baunius *loc. cit.* & Trullench *dub.*2. *n.*1.

QVÆSTIO XVI.

An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod fiat manu immediata Epiſcopi?

AFfirmare deberent Authores qui affirmant, eſſe de neceſſitate Sacramenti Confirmationis, ejus Vnctionem fieri manu immediata Epiſcopi, ſed non affirmant.

Reſpondeo ergo: non eſſe de neceſſitate Sacramenti. Conſtat ex *dictis tract.de Confirmat. diſput.* 3. *q.*12.& tenent utriuſque ſententiæ Doctores *ibidem cit.* & ſtatim citandi.

QVÆSTIO XVII.

An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti?

AFfirmant communiter Doctores, quia ſic præcipitur in rit.& cærem. Rom. Vnde juxta horum ſententiam, tempore dumtaxat peſtis licitè adminiſtrari poteſt hoc Sacramentum, non digito, ſed medio aliquo decenti inſtrumento. Sic Suar.*diſp.*44.*ſect.fin.* Diana 3.*parte,tract.*4.*reſ.*22.& 167. & 6.*p. tract.*3. *reſol.*79. Sylvius, Chapeavilla, Præpoſitus, Barboſa, & alij apud ipſum. Torreblanca *de iure ſpirituali,*

*lib.*2.*c.*11. *n.*22. & Coneil. Mediol.5. Layman *c.*8. *n.*4.Quod verum cenſeo, niſi aliàs obſtet contraria conſuetudo. Viget enim in Eeeleſiis Hiſpaniæ, ubi regulariter,& omni tempore, non immediata manu Sacerdoris,ſed virgula aurea, vel argentea, ad hunc uſum deputata, datur Sacramentum hujuſmodi.

Quæstio XVIII.

An ſufficiens forma huius Sacramenti ſit hæc? Per iſtam Sanctam Vnctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, vel auditum, &c. Amen?

NEgant Angel.*v.Vnctio extr.n.*2.Armill.*eo verbo, n.*2.P.Cañed.*c.*1.*de Extr.V.ct.pag.*245. Fab.*in ſuo ſerut.Sacerd.de Extrema V.ct.pag.*45. Lublin. *v. Extr. Vnct. initio.* Quia exiſtimant,debere addi prædictis verbis hæc,ſcilicet *In nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti.* Ita ſentit etiam Bauny *q* 5. *pag.*805. qui tamen ſolùm dicit, dicta verba addi debere de neceſſitate præcepti:quia ea omittere Eccleſiam nunquam conſtat.

Sed certiſſimè reſpondeo, eſſe ſufficientem. Sic enim habetur in Concil. Flor. & Trid. & cæterum. Romano. Nec ulla ſpecialis eſt neceſſitas invocandi Sanctiſſimam Trinitatem, cùm hoe Sacramentum non ſit profeſſio fidei, ſicut eſt Baptiſmus,neque ad illam armat,ut Confirmatio; unde neque de præcepto ſunt prædicta verba neceſſariò addenda.Sic Henriquez *lib.*3.*c.*8.*n.*4. ubi lit. *A*,dicit: eſſe veram,& communem ſententiam. Ægid.*diſp.*19. *dub.* 4. *n.*25. Filliuc. *n.*84.Pitigian.Bathol ab Angelis, quos citat,& ſequitur Bonaeina *diſp.*7.*punct.*3.*n.*2.& Diana *loc.cit.reſ.*175 (qui licet malè addat prædicta verba, dicit tamen non eſſe neceſſaria.Tenent etiam Ochag. *q.*4.*cit* Petrus de Ledeſma *de extrema V.ctione*, *c.*3. Molfeſ.*tr.*4.*c.*3.*n.*27. Suar.*diſp.*40 *ſect.*3.Regin. *lib.* 28.*n.*54.Becanus *q.*4.& communis,quam noviſſimè tenet Palaus dicens:Illud certum,invocationem Trinitatis nec ex Sacramenti neceſſitate,imò ſecundum veriorem ſententiam,neque ex præcepto neceſſariam fore, quia neque in Conciliis, neque in Rituali Romano cavetur Trinitatem invocandam eſſe:imò nec videtur expediens, & deprecatio accommodata.

Quæstio XIX.

An ſi quis omitteret illa verba: Et ſuam piiſſimam miſericordiam, *val dè conficeret Sacramentum?*

NEgant Nugnus *q.*29.*art.*6.*concl.*4. cui ſatis favent Hurt *diſ.*7.Ægid.*diſp.*19 *n.*15.&Granad. in eo quod duo ultimi remanēt valde dubij; ille verò ſolùm vocat veriſimilem opinionem contrariam.

Sed probabiliùs reſpondeo: conficere. Nam hæc verba non ſunt de ſubſtantia formæ,eum illis omiſſis,integer adhue maneat ſenſus formæ. Sic S. Th. *in* 4.*d:ſt.*23.*q.*1.*art.*4.*q.*3.Suar *diſp.*40. *ſect.*3. *n.*13. Regin.*lib.*28.*n.*56.Filliuc.*n.*85.Ægid *diſp* 19.*dub* 4. *n.*15.Layman, & Pitigianus,quos citat, & ſequitur Diana *tract.* 4.*reſol.*17, & 180. Angles *de Extrema Unctione,art.*1.*diſ.*5.Henriq.*l b.*3.*c.*8. *n.*3. Bonac. *loc cit.n.*4.Ochag.*q.*4.*n.*5.Peſant.*in addit.q.*33. *diſp.* 1. P.Cañedo *loc.cit.*Nicol. Ploně *de Extr. Unctione, pag. mihi* 34. Archangel.*diſt.*23. *pag.* 271. ubi docet eſſe validum Sacramentum hac forma datum: *Per iſtam V ctionem dimittat tibi Dominus quidquid commiſiſti*, &c.Baunius *de Extr.Unct.q.*5. Palaus *punct.* 4.*n.*4.Dieaſtillo *diſp.* 1. *dubit.* 4. *n.*68. & Trullench *lib.*5.*cap.de Extr.Vnct.dub.*2.*n.*10.

Quæstio XX.

An qui ſcienter illas particulas omitteret, peccaret mortaliter?

AFfirmant Suar. Filliuc. Ægid. Dicaſtil. Trullench,& Hurtado *loc.cit.*ob conſuetudinem, & præceptum Eccleſiæ.

Sed æque probabiliter reſpondeo, ſolùm peccare venialiter,ſecluſo contemptu,& ſcandalo. Quia illorum verborum omiſſio non eſt per ſe gravis; cum abſque illis integer permaneat ſenſus formæ,præcipuè quod in illis verbis, *Indulgeat tibi Deus*; ſatis poſtulatur actus miſericordiæ, ad quem exorandum prædicta verba,*ſuam piiſſimam miſericordiam*,ponuntur. Vnde Catech. Rom. *q* 6 *de Extr.Vnct.pag.mihi* 248.& Nicol.Ploue *loc.cit.* hæc verba revera omittunt: Ergo ſeotiunt,quod non ſunt adhuc de præcepto.Sic innuunt Granad. *diſp.*3. *n.*6. & Diana *reſol.* 175.*cit.in fine*, & clarè conſtabit ex dicendis *infrà* de forma abſolutionis, *tract.de Pœnitentia,diſput.*2.

Quæstio XXI.

An omittens illa verba, per viſum, per auditum,*&c.valide conficeret Sacramentum?*

AFfirmant Aureol.*in* 4.*diſt.*23.*art.*1.vbi ait,quod forma huius Sacramenti ſit hæc: *Per iſtam ſacram Vnctionem parcat tibi Dominus.* Bonae & Hurtad. qui pro hac ſententia citant Ægidium *loc. cit.* ſed malè, eum nihil de his particulis loquatur. Reginald. *lib.* 28.*n.*56.Diana *reſ.*175.*cit.in fine*,qui ſtatim ſibi contrariatur. Tenent & alij communiter, quos ſequitur Dicaſtillo *diſ.*1.*dub.*4.*n.*68. quia (inquit) per alia verba, & vnctionem factam in ea parte,ſatis ſignificatur ſenſus.Ita etiam Petr.à S.Ioſeph, Præpoſitus, & alij, quos nouiſſimè ſequitur Diana *p.*9.*tract.*7.*reſol.*46.& (nominatim contra me) *p.*10. *tract.*12.*reſol.*52.

Sed probabiliùs reſpondeo,Non conficere Sacramentum. Ratio eſt,quia prædicta verba ſunt de ſubſtantia formæ. Probatur primò,quia per illa explicantur effectus Sacramenti. Secundò,quia illis particulis ablatis,aufertur integer ſenſus formæ, vt conſtat: ergo. Sic Nugnus *loc.cit.* & Diana ſic dicens: *Igitur de neceſſitate Sacramenti ſufficiunt iſta verba,per iſtam Vnctionem indulgeat tibi Deus quidquid per viſum deliquiſti,vel per auditum, &c.* Tenent etiam Angles *l.c.cit.*& alij,quos ſectantur Bauny *q.*5.Palao *punct.*3. *n.*4 Auerſa hic *ſect.*4. & Trullench *loc.cit.n.*10.

Quæstio XXII.

An ſint de neceſſitate Sacramenti illa verba, Sanctam, & piiſſimam?

REſpondeo negatiuè, quia illis omiſſis, adhuc ſenſus manet integer. Sic Regin.&Pitigian.quos citat, & ſequitur Diana *tract.* 4.*cit.reſol.*175. Quibus ego addo Nugnum *q.*29.*art.*9.*concluſ.*2. Bonacinam *punct.* 3. *n.*4. & apud ipſum Ægidium. Secus dicendum puto de illis verbis: *Per iſtam Vnctionem* (aut de alus, his æquiualentibus, vt ſunt, *Per iſte olea Sancto, &c.* vt *infrà*) videlicet, eſſe de neceſſitate Sacramenti: quidquid Cañedo *loc.cit.* dicat, formam præciſam huius Sacramenti eſſe iſtam: Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti per viſum, ſiue auditum, &c.In nomine Patris, & Filij,& Spiritus ſancti.Lege Palaum *tr.* 26.*punct.*4.*n.*4. Bauniun *tract.de Extr. Vnct. q.*5.& Dianam *p.*9.*loco citato.*

Quæstio

Digitized by Google

Qvæstio XXIII.

An ſit de neceſſitate Sacramenti Extremæ Vnctionis, quod ejus forma proferatu modo deprecativo?

NEgant Becan. *c.* 27. *q.* 7. *n.* 3. Ricard. *in* 4. *diſt.* 23. *art.* 1. *q.* 4. Palud. *q.* 1. *art.* 2. Albert. *art.* 4. Durand. *q.* 3. Tanner. *dub.* 1. quia exiſtimant ad valorem Sacramenti ſufficere formam modo indicativo, vel deprecativo prolatam. Idem docuit Aureol. *in* 4. *diſt.* 23. *art.* 1. §. *ſed de forma*, ubi ſic ait: In quibuſdam Eccleſiis forma iſta eſt indicativa, puta: *Per iſtam Sanctam Unctionem parcit tibi Dominus*: in aliis eſt imperativa, ſed verba Iacobi videntur habere formam optativam, &c. Ideo dicendum eſt, quod forma verborum indifferenter poteſt eſſe indicativa, & optativa, ſicut de forma Baptiſmi, quæ eſt apud Latinos indicativa, ſed apud Græcos optativa, & ideo conſuetudo in talibus eſt ſervanda, & peccaret graviter qui conſuetudinem immutaret. Sic ille, & id probabile eſſe innuit Ochagavia.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Verè eſſe de neceſſitate Sacramenti, quod modo deprecativo proferatur. Primò, quia id clarè colligitur ex illo Iacobi 5. *Orent ſuper eum, & oratio fidei alleviabit infirmum*: & ex Florentino, & Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 1. Secundò, quia duæ formæ non poſſunt eſſe inſtitutæ pro uno Sacramento, niſi ſint æquivalentes in ſenſu: at forma deprecativa in omnium opinione eſt ſufficiens: Ergo indicativa, ſi non habet æquivalentem ſenſum, non ſufficiet. Sic S. Th. *in* 4. *diſt.* 23. *q.* 1. *art.* 4. *ad* 3. Sot. *ibid. art.* 4. Ledeſ. *q.* 51. Henriq. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 1. Nugnus *q.* 33. *art.* 6. Suar. *diſp.* 40 *ſect.* 3. *n.* 6. Filliuc. *num.* 80. Ægid. *diſp.* 19. *dub.* 4. Bonac. *punct.* 3. *n.* 3. Hurt. *diff.* 7. Ochag. *q.* 4. *n.* 4. Granad. *diſp.* 2. *n.* 4. *in fine*, & Diana *tr.* 4. *cit. reſol.* 175. Rodrig. *c.* 191. *n.* 4. Nicol. Ploue *loc. cit.* Regin. *lib.* 28. *n.* 55. Archang. *diſt.* 23. *pag.* 273. *col.* 1. ubi notat, quod ſi aliquæ Eccleſiæ utuntur verbis indicativi modi (uti fertur de aliquibus, quæ ita dicunt: *Vngo hos oculos oleo ſanctificato, in nomine Patris, &c.*) vel nihil conficiunt, vel utuntur illis tanquam præambulo, & diſpoſitione quadam ad formam, non quòd forma ipſa exiſtant, niſi ita proferrentur, *Vngo hos oculos oleo ſanctificato, ut indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti, &c.* Sic ille, & bene.

Qvæstio XXIV.

An conferret validum Sacramentum qui hac forma uteretur: Vngo te oleo Sancto, ut per ſuam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum, &c. diliquiſti?

NEgant Nugnus *loc. cit. art.* 8 Bonacina, Hurtado, & Petrus Cañedo *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Quod conferret validum Sacramentum; licet peccaret. Ratio eſt, quia hæc forma verè eſt deprecativa; cum verbo indicativo, ſufficiens adjungatur deprecatio; ergo. Sic Suarez Filliuc. Henriq. Sot. & Diana *loc. cit.* Regin. *lib.* 28. *n.* 55. Tolet. *lib.* 7. *c.* 1. Layman *lib.* 5. *tract.* 8. *c.* 3. *n.* 1. & Angles *loc. cit.* Vivald. *de forma Extrem. Vnctionis, n.* 6. Molfeſ. *loc. cit. n.* 31. & apud illum Maldonatus. Sic etiam Archang. *loc. cit.* Ochag. *q.* 4. *n.* 5. ex quo colligit, non eſſe eſſentialia illa verba videlicet: *Per iſtam Sanctam Vnctionem*, cum poſſit dici: *Vngo te oleo Sancto, &c.* ſed malè id colligit, ſunt enim eſſentialia, ut conſtat ex dictis *q.* 22. & docet etiam Nugnus *loc. cit.* & Dicaſtillo *dub.* 4. *citat. num.* 65.

Qvæstio XXV.

An hoc Sacramentum habeat formam determinatam jure divino.

NEgat Torreblanca *lib.* 2. *de jure ſpirituali, c.* 11. *n.* 25. qui citat pro ſua ſententia, Henriquez, & Valentiam, ſed malè profectò ut *infrà*.

Sed certiſſimè reſpondeo: affirmativè. Quia ut *ſuprà* eſt habitum, materia, & forma omnium Sacramentorum, jure divino, ſunt determinatæ: ergo forma hujus Sacramenti tradita à Concil. Florent. & Trident. ſaltem quoad ſubſtantiam, de jure divino erit. Sic Filliucius *n.* 79. & communis. Legatur Archangelus *diſtinct.* 23. *pag.* 273. qui contrariam ſententiam erroneam, imò & hæreticam appellat, quoniam teſte Concilio Trident. Beatus Iacobus in verbis illis: *Infirmatur quis, &c.* docet Materiam, formam, Miniſtrum, & effectum hujus Sacramenti.

Qvæstio XXVI.

An forma Extremæ Vnctionis qua tunc utitur Eccleſia, ſit de neceſſitate Sacramenti?

NEgant Vivald. *ubi de forma, n.* 4. Victor. *q. mihi* 120. & apud ipſum Paludan. & Durand. & alij aſſerentes, poſſe Eccleſiam mutare formam hujuſmodi deprecativam, in aliam non deprecativam.

Sed longè probabilius reſpondeo: Eſſe de neceſſitate Sacramenti, nec poſſe Eccleſiam mutare prædictam formam in aliam non deprecativam; aut deprecativam, ſi non ſervet eundem ſenſum ſubſtantialem. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum debet jure divino habere formam determinatam: at non habet aliam quàm illam qua nunc ex Conciliis tradita utitur Eccleſia (ſi quæ enim aliæ referuntur, omnes reducendæ ſunt ad hanc quoad ſenſum ſubſtantialem, ut ſupra eſt habitum) ergo. Verum eſt, quod Eccleſia poteſt mutare formam qua nunc utitur, in aliam ſimilem, ſervato tamen eodem ſenſu; quia verba formalia, quibus adminiſtrandum ſit hoc Sacramentum, non ſunt jure divino præſcripta. Et in hoc ſenſu loquuti ſunt Henriquez *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 2. *in fine*, & Valentia, Navarrus *c.* 22. *n.* 35. & alij Doctores; eſtque communis ſententia, & eam expreſſe docent Tolet. *lib.* 7. *c.* 1. *in fine*, & Archangelus *loc. cit. pag.* 273.

DISPVTATIO III.

De ſubjecto Extremæ Unctionis.

Qvæstio Prima.

An omnis homo ſit capax hujus Sacramenti?

RESPONDEO: quod non, ſed ſolùm homo fidelis, de vita periclitans, qui vel ratione utatur actu, vel antea illa uſus ſit. Sic ex Concilio Florentino *in inſtructione Armenorum*, docent omnes Doctores. S. Thomas *diſtinct.* 23. *q.* 2. *art.* 2. Sotus *ibidem* Suarez, *tom.* 4. *diſp.* 42. *ſect.* 1. Filliucius *tract.* 3. *c.* 5. *n.* 101. Ægid. *diſp.* 19. *dub.* 7. Bonac. *diſp.* 7. *q. un. punct.* 5. *n.* 1. & alij.

Qvæstio II.

An infantes ante uſum rationis ſint capaces hujus Sacramenti?

AFfirmant Major *diſtinct.* 29. §. *contra ſecundam concl.ad* 2.& Bellarm.*de Unct.c.*9.*in fine*,& Poſſevinus apud D.Didacum de Narbona *infrà*.

Sed reſpondeo : Nullo modo eſſe capaces,quia de pueris ante uſum rationis , nequit verificari forma hujus Sacramenti,nempe , *quidquid peccaſti,&c.* Nemo enim peccare poteſt ſine uſu rationis. Sic S. Th. *in addit.q.*32.*artic.*1. Navar. *c.*22.*n.*13.Sot.*q.*1. *artic.*2. Angel.Sylveſt.Armilla, Ledeſma, & alij quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.*3.*c.*11.*n.*9.Filliucius *n.*101. Sanctius *in ſelect.diſp.*27.*n.* 10. prope finem, Ochagavia *q.*5.*n.*16. qui etiam citat D.Thom.*in* 4. *diſtinct.*13.*q.*2.*art.*2.*q.*4.Granad.*diſp.*6.*n.*4.Nugnus *q.*22.*artic.*2. addens oppoſitam ſententiam eſſe improbabilem , & tenent etiam Bartholomæus de Ledeſma *diffic.*7.*concl.*2.*col.*1118. Toletus *lib.*7.*cap.*3. Torreblanca *lib.*2.*citato,c.*11.*n.*33.Molfeſius *tract.*4. *c.*3.*n.*35.Suarez *diſp.*42.*ſect.*1.& Reginaldus *lib.*28. *n.*64.Archangelus *diſt.*13.*pag.*282.*col.*1.& communis, quam ſequuntur Dicaſtillo *tract.*7. *diſp.*1. *dub.* 10. & Narbona *tom.*1.*anno* 7. *q.*8.

Qvæstio III.

An ſaltem poſſit dari hoc Sacramentum pueris caſu quo dubitaretur , an habeant uſum rationis?

NEgat Zambran.*de Extrema Unctione c.*3.*dub.*1. *n.*7.*apud Ioan.Sancium in ſelectis diſp.*27. *n.*17. & negabunt Auctores ſtatim *citandi.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo : Poſſe dari ſub conditione, *ſi capax es*, quia hoc modo adminiſtrando Sacramentum , nulla irrogatur injuria , & poteſt aliàs maximum lucrum evenire puero , ſi habeat uſum rationis : ergo poteſt , imò & debet illi adminiſtrari. Negotia enim , in quibus nihil admittendum timetur , ſed potiùs lucrum ſperatur , audacter tractanda ſunt , ut benè Sancius *loc.cit.*quem ſequitur Diana 3.*part tract.*4.*reſol.*169.Dicaſtillo *dub.*10. *cit. n.*142. & alij apud ipſum.

Qvæstio IV.

An pueris ſtatim ac annos diſcretionis attigerint , ſit Sacramentum Unctionis miniſtrandum, etiamſi ob defectum ætatis non ſint Euchariſtiæ capaces?

NEgant Sotus *diſtinct.*23.*q.*2.*artic.*1.Summa Corona *de Sacram.Unctionis,n.*8.& etiam Vivaldus *de ſuſcipientibus,n. mihi* 7. (quidquid à Sanctio pro contraria ſententia adducant) quatenùs ait , eſſe optimum conſilium in articulo mortis , in decimo anno puero viaticum præbere , ac conſequenter illum ungere. Negant etiam Aureol.*in* 4.*diſtinct.*23. *art.*1.§. *Nunc dicendum*,Synodus Hiſpalenſ.an.1586. ut refert Torreblanca *lib.*2. *pract.c.*11. *n.* 34. Nald. *n.*7.Philippus de Cruce *in ſua ſumma* , *tract.*10. *pag. mihi* 165.Lublinus *verb.Extrema-Unctio* , *n.* 2. & alij qui cum Soto ætatem pubertatis in pueris requirunt, ut illis Sacramentum hoc licitè, & validè miniſtrari poſſit.

Sed probabiliùs reſpondeo : Eſſe miniſtrandum hoc Sacramentum pueris, ſtatim ac annos diſcretionis attigerint , atque adcò omnibus poſt ſeptennium ; licèt non recipiant , neque ſint capaces Euchariſtiam recipiendi. Ratio eſt , quia hujuſmodi pueri in hac ætate poſſunt peccare ; ergo ſunt capaces recipiendi Sacramenta inſtituta ad delenda peccata,ut ſunt pœnitentiæ, & extremæ Unctionis. Sic Navarrus *c.*22.*n.*13.Angles *de Extrema Unctione,artic.*4.*conſ.*2. Bellarmin.& Major *loc.cit.* Sà *n.*2. Graſſius 1. *part. deciſ. c.*8. *n.* 16. Vega *de Extrema Unct.caſ.*1.Valent. Durand.D.Antonin. & alij quos ſequitur Sancius *diſp.*27.*n.*10.Poſſevinus *c.*9.*num.*6. Suarez *tom.* 3. *diſp.* 70. Hurtad. *difficult.* 10. Torreblanca *lib.*2.*de iure ſpirituali,c.*11.Layman *c.* 4. *n.*2. Ludovic.*in parua ſumma, art.* 5. *n.*7. *pag.*85. Petrus Cañedo *pag.*249. *cit.*Molfeſius *loc.cit.n.*35.Archangelus *diſt.*23.*pag.*281.Narbona *in annal. anno* 7. & communis , quam etiam tenent Dicaſtillo *dubit.*10. *n.*142.& Lugo *de Euchariſt.diſp.*13.*ſect.*4.*n.*41.

Qvæstio V.

An infirmus qui ſufficienter uſu rationis præditus nunquam peccavit actualiter, ſit capax huius Sacramenti?

AFfirmant D.Bonavent. *diſtinct.*23.*part.*2.*artic.* 1.Henriquez *lib.*3.*c.*11.*num.*3. Suarez *diſp.*42. *ſect.*3.Ægidius *diſp.*19.*dub.*7.*n.*23.Bartholomæus de Ledeſma *difficult.*7.*concl.*4.*col.* 1118. & apud ipſum D. Antoninus , & Paludan.Filliucius *n.* 108. Reginald.*lib.*28 *c.*11 *n.*69.Villalobos *tom.*1.*tract.*1c. *difficult.*4.*n.*7.Hurtado *diff.*10.Bonacina *punct.*5.*n.*13. Diana 3.*part.tract.*4. *reſol.*172. & 181. Ochagavia *q.*7.*n.*6.Ludov.Lopez *part.* 1.*c.*23. Layman *lib.* 5. *tract.*8 *c.*3.*n.*3. Ludovic. de S.Iuan *in parua ſumma, loc.cit.n.*9.Molfeſius *loc.cit. n.*42.& alij quos ſectantur Narbona *loco citato, n.*4.& Trullench *lib.*6. *n.*3. *dub.*6.Quia peccatum actuale non eſt (inquiunt) materia hujus Sacramenti : ergo quamvis non præceſſerit , poterit hoc Sacramentum adhiberi.

Sed probabiliùs reſpondeo : Non eſſe capacem. Primò , quia aliàs nihil obſtaret , quominus etiam infans ante uſum rationis eſſet capax hujus Sacramenti, quod ipſi Authores conſtanter nobiſcum negant. Secundò,quia Extrema Unctio eſt Sacramentum conſummativum pœnitentiæ,ut ait Trid.*ſeſſ.*14. in proœmio : at qui nunquam peccavit actualiter, non eſt capax Sacramenti Pœnitentiæ : ergo neque Unctionis. Tertiò , quia illi qui nunquam actualiter peccavit , nequit applicari forma Extremæ Unctionis, nempe , *Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti* : ergo.Sic Nugnus *quæſt.* 32. *artic.* 2. & 4. Vaſquez *diſp.*119. *c.*8. Sancius *in ſelectis diſp.*27.*n.*18. Granadus *diſp.*6. *num.*11. & alij. Ex quibus jam patet ad argumentum à contrariis factum.

Qvæstio VI.

An adulto infirmo in articulo mortis recenter baptizato , poſſit miniſtrari Extrema Unctio?

AFfirmant poſſe , imò & debere abſolutè miniſtrari , Henriquez , Suarez , Filliucius , Bonacina , & Diana, & alij Doctores *quæſt. præcedenti citati.* Affirmant etiam Molfeſius , Ludovicus,Præpoſitus , & Mercerus ,quos citat , & rurſus ſequitur Diana 5. *parte, tractat.*3.*reſolut.* 86. Naldus *n.*9. & alij.

Negant verò ullo modo debere , aut poſſe , niſi novum poſt Baptiſmum peccatum adultum commiſiſſe

miſiſſe conſtaret, Sancius *loc. cit.* & apud Dianam Nugnus *3. parte, quæſt. 32. art. 4. concl. 2.* Sed Nugnus hoc abſolutè non docet, vt ipſemet Diana poſtea aduertit.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe in tali caſu, imò & debere adminiſtrari Extremam Vnctionem ſub conditione, non tamen ſine illa, ſi aliàs non conſtet, nouum peccatum adultum poſt Baptiſmum patraſſe. Prima pars probatur, quia recèns baptizatus facilè potuit venialiter peccare, etiam in illa exigua mora interueniente inter Baptiſmum, & Vnctionem: Ergo ſaltem ſub hac conditione, *Si capax es*: aut *ſi peccaſti*, miniſtrari poteſt. Secunda verò pars conſtat ex dictis *quæſt. præcedenti.* Sic Nugnus *quæſt. 32. art. 2. & art. 4. concluſ. 1.* Hinojoſa *verb. Extrema Vnctio, fol. mihi* 251. & debent tenere Vaſquez, & Granado *loc. cit.* imò ipſemet Sancius ſentit hoc eſſe ſatis probabile, & tenet expreſsè Archangelus *diſt. 23. pag. 282. col. 1.*

QVÆSTIO VII.

An Beatæ Virgini Mariæ fuerit de facto hoc Sacramentum miniſtratum?

AFfirmant Albertus Magnus in Mariali *cap. 74.* D. Anton. *3. p. tit. 15. cap. 16.* Henriquez *lib. 3. c. 11. n. 7.* Suarez *tom. 2. diſp. 16. ſect. 3. & tom. 4. diſp. 42. ſect. 2. n. 8. &* 11. Filliocius *num.* 108. Reginaldus *lib. 28. n. 69.* Eſtius *diſt. 23. §. 3.* & Molfeſius *tract. 4. c. 3. n. 40.* qui citat pro hac parte Vaſquium *diſp. 119. n. 70.* ſed malè: nam oppoſitum apertè ſequitur vbi *infrà.* Tenet tamen Trullench *lib. 6. c. vnico, dub. 4. n. 6:* & ratio eorum eſt, quia forma Extremæ Vnctionis verè poteſt applicari ei, qui nunquam peccauit, cum illa verba, *Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti*, poſſint habere ſenſum conditionalem, itavt ſignificent, dari gratiam remiſſiuam peccati, ſi illud inueniat in ſubiecto.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non fuiſſe illi miniſtratum. Ratio eſt, quia Beata Virgo Maria nullum habuit peccatum, neque actuale, neque originale: Ergo non potuerunt verificari de illa verba formæ: *Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti, &c.* Sic Paludan *diſtinct. 23. quæſt. 3. art. 2.* Victoria *q* 224. Vaſquez *2. tom. diſput. 119. cap. 8. num. 74.* Ochagauia *quæſt. 7. n. 8.* Granado *diſput. 6. n. 7.* Tannerus *dub. 3.* Vega *in ſpec. curat. 2. tom. cap. 13. num. 15.* Sancius *diſp. 27. num. 20.* & Nugno *quæſt. 32. art. 2. difficult. 2.* qui exiſtimant diuerſam eſſe rationem de receptione Baptiſmi: Vnde concedunt Beatam Virginem fuiſſe baptizatam, negant tamen, fuiſſe vnctione inunctam. Legantur Lugo *de Sacram. in genere, diſput. 2. ſect. 2. n. 27.* Archangelus *diſt. 23. pag. 282. col. 1.* & alij, inter quos D. Didacus Narbona *tom. 1. anno 90. n. 3.* & Dicaſtillo *diſp. 1. dubit. 10. à n. 148.* vbi vtramque ſententiam eſſe probabilem latè probat.

QVÆSTIO VIII.

An amentes à natiuitate, aut furioſi perpetuò, ſint capaces huius Sacramenti?

AFfirmant conſequenter Bellarmin. & Maior *loc. ſupra cit.* Quia eadem eſt ratio de his, atque de infantibus.

Sed certiſſimè reſpondeo: Non eſſe capaces, quia omnes iſti ſunt incapaces ad committenda peccata actualia: ergo ad recipiendum illud Sacramentum, quod ad ea remittenda eſt inſtitutum. Sic communiter omnes Doctores *loco cit.* præcipuè Henriquez *lib. 3. cap. 11. num. 9. & lit. L.* & apud ipſum D. Thomas, Ledeſma, Sotus, Paludanus, Ricardus, Victoria, Nauarrus, & alij. Secus dicendum eſt, de amentibus, aut furioſis, qui aliquando vſum rationis habuerunt, & peccare actualiter potuerunt; hi namque capaces ſunt, debètque eis Sacramentum conferri; licèt formaliter ante amentiam illud non petierint (quidquid ſentiant aliter Petrus Cañedo *loc. cit. pag.* 248. & Ianellus *tr. 6. de Extrema Vnctione, cap. 5.* & Nicol. Ploue *de Extrem. Vnct. pag. mihi 34. col. 4.*) dummodo probabiliter præſumatur eſſe diſpoſitos. Semper autem eſt præſumendum, quoties contrarium non conſtat. Sic Nauarr. *c. 21. n. 13.* Suarez *diſputat. 42. ſect. 1. n. 6.* Filliucius *n.* 101. Bonacina *punct. 5. n. 3.* Henriquez *lib. 3. c. 13. n. 1.* Layman *in cap. 4. n. 2.* Bartholomæus de Ledeſma *difficult. 7. concl. 3. col.* 1118. Toletus *lib. 7. cap. 3.* & Rodriguez *cap. 191. n. 6.* Reginald. *lib. 28. n. 64. & 65.* Diana *5. parte, tract. 3. reſol.* 84. & alij apud ipſum. Archangelus *diſt. 23. pag. 282. col. 1.* & communis, quam tenet Dicaſtillo *loc. cit. n.* 136.

QVÆSTIO IX.

An homo ſanus ſit capax huius Sacramenti?

REſpondeo: non eſſe. Colligitur ex verbis Iacobi 5. *Infirmatur quis in vobis, &c.* & ex Trid. *ſeſſ. 14. canon. 3.* vbi hoc Sacramentum vocatur infirmorum, & alleuiatio illorum. Ex quo colligitur, quod ſi quis non eſt infirmus, etiamſi ſit in periculo, vel articulo mortis, non ſit capax huius Sacramenti; talis eſt enim ille, qui nauigaturus eſt cum periculo, aut pugnaturus in bello, vt docent Nauarrus *c. 22. num. 13.* Syluester *quæſt. 5.* Viualdus, & Filliucius, & alij *loco cit.* Archangelus *diſtinct. 23. pag.* 281. Bonacina *diſput. 7. quæſt. vnica, punct. 5. n. 4. & 5.* Bellarminus, Henriquez, & Suarez apud illum, & eſt communis, quam tenetur Dicaſtillo *diſp. 1. dub. 10. n. 159. & ſequente.*

QVÆSTIO X.

An ille qui ſtatim eſt ſuſpendendus, vel decapitandus, ſit capax Extremæ Vnctionis.

AFfirmatiuam partem tenuit quidam illuſtris Epiſcopus noſtræ Hiſpaniæ, de quo narrat Lublinus *loc. cit. num. 4.* ipſum in vigilia Apoſtolorum Philippi, & Iacobi, anno Domini 1589. duobus ſuſpendendis, confeſſis, & communicatis Extremam contuliſſe Vnctionem.

Sed certiſſimè reſpondeo: Nullo modo prædicti Sacramenti eſſe capacem, cum talis mors non proueniat illi ex defectu naturæ, ſed fortunæ. Sic Lublinus, Bonacina, & Ploue *loc. cit.* Layman *cap. 4. num. 3.* Henriquez *lib. 3. cap. 11. num. 1.* Molfeſius *loc. cit. num. 41.* Toletus *lib. 7. c. 3. num. 1* Rodriguez *2. tom. cap. 191. num. 6.* qui ex Viualdo affirmat prædictum Epiſcopum ideo ſuſpendendis prædictis contuliſſe Vnctionem, quia aliquam habebant infirmitatem naturalem: quo caſu ſuppoſito, optimè fecit, iuxta aliquorum ſententiam ſtatim referendam, vt optimè aduertit Archangelus *diſtinct 23. pag. 383. col. 1. & 2.* Dicaſtillo *diſp. 1 dub 10. n. 16.* Trullench *dub. 4. cit. num. 1.* Narbona *art. 90. quæſt vnica, num. 2.* Zerola, Perez de Lara, Cenedo, & alij apud ipſum. Thom Hurtad. *tract. . c. 10. reſol. 11. à num. 364.* vbi contrarium iudicat temerarium.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XI.

An ut quis ſit capax huius Sacramenti, ſufficiat quod ſit infirmus, an verò ſit neceſſarium, quod ſit in eo ſtatu infirmitatis, ut graviter ad mortem laboret?

AFfirmat ſufficere eſſe infirmum, quamvis non ſit in periculo mortis, Ægid. *diſp.* 19. *dub.* 7. *n.* 25. qui id ipſum ante docuerat. Armachan. *lib.* 9. *de qq. Armen. in finalibus*, ut refert Palacios *in* 4. *diſt.* 23. *pag. mihi* 476. & Fabrus ſuper Dion. *cap.* 7. *Eccleſ. Hierar.* ut refert Henriq. *loc. cit. lit. B.* Archang. *loc. cit. pag.* 281. docentes, quod licèt prædictis infirmis hoc Sacramentum non debeat dari, ac ſi daretur teneat. Et eſſe ſententiam probabilem innuunt Suarez *tom.* 4. *diſp.* 41. *ſect.* 2. & Bonacina *diſp.* 7. *punct.* 5. *n.* 4. Quintanadueñas *tom.* 1. *tract.* 5. *ſingul.* 2. *n.* 5. Leſſius *in* 3. *parte* D. Thomæ, *c.* 4. *de Extrema Unctione, dubit.* 1. *n.* 21. & Vuigers *in ſupplem.* 3. *p.* D. Th. *q.* 32. *n.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſufficere, neque eſſe capacem hujus Sacramenti, niſi ſit in gravi infirmitate laborans. Sic expreſsè docet Concil. Florent. per hæc verba: *Hoc Sacramentum niſi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet.* Ratio eſt, quia hoc Sacramentum inſtitutum eſt in remedium morientium, ut ex dictis colligitur. Sic Authores *ſup. cit.* & Bonac. *punct.* 5. *n.* 4 & Nugnus *q.* 32. *art.* 2. *diff.* 1. Palac. Henriq. Layman, & B. de Ledeſma, & P. Cañedo *loc. cit.* Reginald. *lib.* 28. *num.* 67. ex Suario *loc. cit.* & communis, quam noviſſimè tenet Diana *p.* 9. *tract.* 6. *reſol.* 45. Granados, Palaus, Caſpenſis, Amicus, & alij apud ipſum.

QVÆSTIO XII.

An hoc Sacramentum poſſit validè, & licitè miniſtrari mulieri in partu deficienti?

NEgat, & prohibet expreſsè Concil. Mediolanenſ. 4. *parte* 2. *pag.* 10. quod citat, & ſequitur abſolutè Bonac. *loc. infrà citando*, *n.* 4. & ante illum Naldus *n.* 4.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, Poſſe validè & licitè. Quia verè eſt in diſcrimine vitæ fundato jam in aliqua infirmitate. Sic Vivald. *de Extrem. Unctione, c. de ſuſcip. num. mihi* 3. qui citat Catech. Rom. Sà *n.* 4. & Victorell. *in addit.* Filliuc. *n.* 104. & Bonac. *punct.* 5. *n.* 6. aliàs 5. & Dicaſtillo *loc. cit.* (caſu ſolùm quo ſit in aliqua infirmitate ex partu proveniente) Archang. *diſt.* 23. *pag.* 282. dicens ſe neſcire quomodo Concil. Mediolan. affirmet vulneratos mortaliter inungi poſſe, & mulierem in partu deficientem inungi non debere, cùm tam iſta, quàm illi violenter ad mortem infirmentur: imò tantò magis mulier inungi deberet, cum ejus infirmitas ſit ex defectu naturæ, quæ in partu infirmitatem pati ſolita eſt. Lublinus *verb. Extrema Unctio, n.* 2. *&* 14. & Tolet. *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 4. Reginaldus *n.* 68. dicens, & bene, vix contingere poſſe tale periculum mortis ſine ægritudine nata ex torſione, & vexatione partium inferiorum. Et eſt communis ſententia, quam noviſſimè me citato docet Diana *p.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 9. Cardin. de Lugo, Amicus, Candidus, Trullench, & alij apud ipſum.

QVÆSTIO XIII.

An poſſit dari ſenibus qui abſque alia infirmitate ſenio ipſo conſumuntur.

REſpondeo Poſſe, primò quia ipſa ſenectus eſt morbus. Secundò, quia talis mors verè provenit ex defectu naturæ, non fortunæ: ergo, &c. Sic Navar. *c.* 22. *n.* 14. Sylveſter *q.* 5. Armilla *n.* 6. Suarez *diſp.* 42. *ſect.* 2. *n.* 11. Nicol. Plouë *de extrema Unctione pag.* 34. Filliucios *n.* 106. Vivaldus *loc. cit. n.* 2. Bonacina *punct.* 5. *n.* 6. & Henriquez *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 2. & Lublinus *loc. cit.* & B. de Ledeſma *difficult.* 7. *concl.* 2. *col.* 1117. Toler. *lib.* 7. *c.* 3. Regin. *lib.* 28. *n.* 69. ex Tabiena *verb. Unctio*, §. 6. Rodriguez 2. *tom. cap.* 86. Vega *c.* 91. *caſu* 5. Nald. *loc. cit.* Archang. *diſt.* 23. *pag.* 281. Dicaſtillo *dub.* 10. *n.* 182. D. Didacus de Narbona *tom.* 1. *de ætate, &c. anno* 90. *quæſt. unica, num.* 5. *& & ſeq.* & omnes communiter.

QVÆSTIO XIV.

An poſſit dari lethaliter vulneratis, aut peſte percuſſis, morſu viperarum læſis, & huiuſmodi?

NEgat Nicol. Plouë apud Vivald. *loc. cit. num.* 2. & alij apud Toletum *lib.* 7. *c.* 3. *n.* 3. qui & eſſe probabilem ſententiam innuit. Sed revera Nicol. Plouë hoc de omnibus vulneratis abſolutè non negat, ait enim (*loco citato, pag. mihi* 34. *col.* 4.) ſic: Dico enim probabiliter, quod ſi quis eſt vulneratus, & ex vulneribus inflictis incidit in infirmitatem longam, ex qua deſperatur de vita ſua, puto quod ei ſit dandum, ſed aliàs recenter vulnerato jam decedenti non eſt dandum. Sic ille.

Sed oppoſitũ longè probabiliùs reſpondeo. Ratio eſt, quia hujuſmodi revera ſunt infirmi; cùm habeant intra ſe periculum, & proximam cauſam mortis. Sic S. Thom. & Palud. *diſt.* 23. Sot. *diſt.* 24. *q.* 2. *art.* 2. Sylveſter *q.* 5. Angles *art.* 4. *concl.* 1. Henriquez, Suar. Filliuc. Bonac. & Vivald. *loc. cit.* & Binsfeldius *in ſuo Enchirid. de Extrema Unct.* §. 5. & Concil. Mediolan *parte* 4. Lublinos, Toletus, & Petrus Cañedo, Regin. & Suar. *loc. cit.* Molfeſ. *loc. cit. num.* 41. & communis, quam ſequitur Dicaſtillo *loco citato.*

QVÆSTIO XV.

An poſſit dari illi qui morte repentina præventus abſque confeſſione omnibus ſenſibus reperitur privatus?

NEgant aliqui apud Ægid. *diſp.* 19. *n.* 23. requirentes, ut hoc Sacramentum poſſit alicui conferri, ut utatur ratione dum ei confertur.

Sed omnino reſpondeo, Poſſe ſaltem ſub conditione, *ſi capax es.* Primò, quia (ut *infrà*) confeſſor poteſt abſolvere ſub conditione hujuſmodi ſenſibus privatum: ergo & ungere. Secundò, quia conſuetudine Eccleſiæ hoc conſtat, cùm hujuſmodi homines ungat, in ſacróque ſepeliat, licèt abſque ulla confeſſione, aut contritionis ſigno deceſſerint. Sic Navar. *c.* 22. *n.* 13. *& c.* 26. *n.* 27. Ægidius, & Vivald. *loc. cit.* & Reginald. *lib.* 28. *n.* 65. Qui & hanc rationem reddit: Nam ad hoc Sacramentum recipiendum ſufficiens eſt intentio, ſeu petitio virtualis, ſeu interpretativa, id eſt, ex Navarro, ſi tacitè petierit, aut petiturus eſſet, ſi meminiſſet. Legantur etiam Suarez *loc. cit.* & Archangel. *pag.* 281. *&* 282.

QVÆSTIO XVI.

An poſſit dari illi qui dubitatur mortuus?

REſpondeo, Poſſe, ſub conditione tamen, *ſi non es mortuus*, vel *ſi adhuc vivis.* Quia ſic non irrogatur injuria Sacramento, & poteſt prodeſſe infirmo fortè viventi adhuc. Sic Armilla *num.* 7.

Victor.

Victor. *q.mihi* 223.*aliàs* 221. Sà *n.*15. Vivald. *loc. cit.n.*8 Bonacina *n.*9. & Nugnus *q.*32.*art.*2. Hinojoſa,& Lublinus *loc.cit.*& communis,ut habet Suarez 4.*tom.diſp.*42.*ſect.*2.& ex illo Reginaldus *lib.*28. *n.*63.diceos, eſſe ſententiam communem Theologorum,& Summulariorum.

Qvæstio XVII.

An hoc Sacramentum poſſit dari non habenti privilegium tempore interdicti?

AFfirmat abſolutè Lublinus *loco citato,num.*12. ex Sayro.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo:non poſſe,quia prohibitum eſt per caput, *Quod in te,de pœnit.& remiſ.* Tria namque tantum Sacramenta conferuntur eo tempore,Baptiſmus,Pœnitentia,& Euchariſtia.Quia hæc ſunt de præcepto divino.Sic Navar.*c.*27.*n.*171. & 179.Henriquez *lib.*3.*c.*10.*n.*3.& Ludovic.*q.unica de Extrema-Unctione,art.*7. *diff.*1.*concl.*1. & *in ſumm. parva art.*5.*n.*17.*pag.*87.Torreblanca *lib.*2.*cit.c.*12. *num.*42. & alii.

Qvæstio XVIII.

An moribundus qui Euchariſtiæ, & pœnitentiæ Sacramenta non poteſt recipere, poſſit inungi tempore interdicti,ſi non habeat dictum privilegium,ſeu Bullam Cruciatæ?

NEgant Ledeſma *tom.*1.*cap.ult.de Extrem.Unctione,concl.*4.& Ludov.de San Iuan *artic.*7.*cit.* (& apud ipſum D.Bonaventura *diſt.*23.*q.*1. & Ricardus *q.*3.*art.*2.) Quamvis *in parva ſumma,loc.cit.*in oppoſitum magis inclinet.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe.Primò quia hic caſus in ſingulari nullo jure eſt prohibitus,cum enim jura prohibent, tempore interdicti Extremam-Unctionem dari abſque privilegio : agunt de caſu ordinario,in quo moriens recipit aliud Sacramentum.Secundò,quia in noſtro caſu,fortè unctio erit medium neceſſarium ad ſuam ſalutem tali moribundo attrito. Sic Palud. *q.*1.*art.*3. *concl.*3. Zambrana de caſibus tempore mortis, *cap.*5.*dub.*7.*n.*5. Torreblanca *loc.cit.* qui citat Henricum Henriquez *lib.*3.*c.*10.*n* 3. Sed hic author potiùs oppoſitum docet *n.*3. in fine, neque in margine *lit. F,* hoc docet ex ſe, ſed ex ſententia Palud.Tenet etiam Diana *tr.*4.*cit.reſ.*171.non tamen hoc advertit,tenet & Villalob.*loc.cit.*

Qvæstio XIX.

An ſit de neceſſitate hujus Sacramenti quod fiant ſeptem Unctiones?

AFfirmant Palacios *diſt.*23.*pag.*480. cum aliis, quia ex Concilio Florentino fieri debent in oculis,in auribus, in naribus, in ore, in manibus, in pedibus,& in renibus : ergo.

Sed longè probabiliùs reſpondeo,nullo modo eſſe de neceſſitate Sacramenti,imò neque præcepti,quod fiant ſeptem Unctiones : ſolùm ergo eſt de neceſſitate Sacramenti, vel præcepti, quod fiant ad minus quinque, in quinque ſenſibus corporis.Conſtans eſt hæc reſponſio apud omnes Doctores ex uſu univerſalis Eccleſiæ,cum omnes eas adhibeant. Sexta enim & ſeptima quæ fieri ſolent in renibus,& pedibus,etſi ſint in uſu alicujus Eccleſiæ, non tamen ſunt adhuc de neceſſitate præcepti. Quia non ſunt in uſu ſaltem quoad fœminas. Nec obſtat, quod Concil. Florentinum exprimat dictas ſeptem Unctiones:quia non expreſſit illas ut neceſſarias; ſed ut uſitatas ab aliquibus Eccleſiis. Sic Suarez *diſput.*42. *ſect.*2. Henriq. *lib.*3.*c.*12.*n.*2.Sà *n.*11.Torreblanca *loc.cit. n.*18.& 19.Valentia *tom.*4.*diſp.*8.*q.*2.*punct.*2.Ægid. *diſp.*19.*n.*11. Bonac. *diſp.*7.*punct.*5.*n.*16.& Nugnus 3.*p.q.*32.*art.*6. Molfeſius *n.*43. Reginaldus *lib.*18. *n.*70.& alii communiter,lege Palaum *tr.*26.*punct.*3. *n.*3. & Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3.*n.*45.

Qvæstio XX.

An ſit de neceſſitate hujus Sacramenti,ut inungantur quinque ſenſus corporis, oculi ſcilicet, aures, nares, os,& manus, repetita ad ſingulos forma?

AFfirmant Henriquez *lib.*2.*c.*12. *n.*1. & 4. (qui tamen quintam Unctionem non in manibus, ſed in pedibus fieri debere exiſtimat; ſed non bene. Ægid.*diſp.*19.*dub.*3.*n.*11. Suarez *diſp.*41.*ſect.*2. Filliuc.*n.*110.Nugnus *q.*32.*art.*6. Poſſeviu *n.*15.& ibi Victorell.Bonacina *punct.*5.*n.*16. Diana *loc.cit.reſol.* 179.Torreblanca *loc.cit. n.*18. Petrus Ledeſma de extrema unctione *cap.*1. Villalob. *diff.*2.*n.*2. Tolet. *lib.*7.*c.*3. & Victorell. *in addit.ad* Sa.Ochagav.*q* 3. *n.*6. & *q.*6.*n.*5. Granado *diſp.*7. *n.*6. Layman *c.*2. *n.*5. Hurtado *de extrema unctione,diff.*6. & B.de Ledeſma *in* 1. *editione,col.*116. & P.Cañedo *loc.cit.pag.* 247. Tannerus,Bellarm. Opatovius, Ioannes Petr, & Petr.à S.Ioſeph apud Dianam *p.*8.*tract.*1.*reſ.*21. Dicaſtillo *diſp.*1.*dub.*3 *n.*49 Quia (inquit) unctiones quinque ſenſuum ſemper adhiberi ſunt ſolitæ : ergo abſque graviſſimo fundamento non debet negari earum neceſſitas.Ita ille. Et etiam Palaus *loc.cit.n.*6.& Trullench *lib.*5.*dub.*1.*n.*11.& *dub.*5.*n.*5.

Sed probabiliter reſpondeo : non eſſe,ſed ſufficere ad valorem huius Sacramenti, ſi unicus inungatur ſenſus, dicendo conſuetam formam. Ratio eſt, quia in Unctione unius dumtaxat ſenſus, ſalvatur ratio hujus Sacramenti? Cum ibi detur materia,forma,intentióque Miniſtri : ergo. Sic Sylvius 3. *part.q.*32. *art.*7. quem ſequuntur Doctores Lovanienſes apud Dianam *loc.cit.reſ.*168. Becan. *de Sacr.c.*25.*q.*7.*n.*6. Chapeavil. *de Sacram.c.*5. *q.*3. Rodriguez *c.*191. *de extrem. unction. n.*4. & apud ipſum Summa Confeſſ. Tenent etiam omnes Doctores qui docent, in qualibet unctione conferri ſtatim gratiam : hi ſunt Medina *C.de pœnit.tract.*2. *q.de integrit.confeſſ.*ex mente Adriani,Cani,& Palud.tenet etiam B.de Ledeſma *in ſecunda editione,col.*1107.*diff.*4. & expreſſè Nicolaus Serarius *opuſc.de extrem.unct.c.*7. Eſtius *diſt.*23. §.15. Sotus apud Henriquez *lib.*3.*c.*12. *n.*3. *lit. L,* quam ſententiam ipſemet *loc.cit.*& Ægidius *diſp.*19. *n.*9.& 12. Layman *lib.*5.*tr.*8. *c.*3.*n.*3. & Diana *loc. cit.*& 5.*part.tr.*3.*reſol.*80. probabilem eſſe,& in praxi tutò amplecti poſſe affirmant. Verum eſt hoc fieri non poſſe licitè, niſi graviſſima neceſſitas cogat, ut ex dictis conſtat. Rurſus noſtram ſententiam expreſſè docet Molfeſ.*loc.cit.n.*28. per hæc verba. Verùm non omnes prædictæ unctiones ſunt de eſſentia hujus Sacramenti : quia una ſufficeret,ex quo adimpleretur quidquid per hoc Sacramentum præcipitur ut infirmus ungatur oleo.Sic ille.Legatur.Tenet iterum hanc ſententiam Diana *p.*8.*tr.*1.*reſ.*21.Caſpenſ. Granado & Amicus ibi apud illum, & me citato *p.*10.*tract.*12.*reſ.*31. & Baunius *tract.de Extr.Unct. quæſt.*2. *aſſertione* 2.

QVÆSTIO XXI.

An tempore peſtis licitè poſſit Sacerdos inungere unicum tantùm ſenſum, dicendo formam conſuetam?

NEgat expreſsè Petrus Binsfeldius *in Enchirid. Paſtoralis Theologiæ, p.1. de hoc Sacrament. §.4.* per hæc verba: Cavendus in adminiſtratione hujus Sacramenti error quorundam indoctorum, qui tempore peſtis exiſtimant ſufficere unctionem fieri in una, aut altera partibus, cum tamen ſecundum veritatem neceſſarium ſit ad Sacramenti eſſentiam quinque dictas partes ungi. Sic ille. Sed ſatis durè, ut bene Sylvius *ibidem in addit. & loco ſupr. cit.*

Negabunt etiam conſequenter omnes Doctores qui docent de eſſentiâ, & neceſſitate hujus Sacramenti eſſe quinque ſenſuum exteriorum unctiones: ſolúmque conferri gratiam Sacramentalem in ultima unctione, quæ eſt quinta, & nullo modo antea. Sic Suarez, Filliuc. Villalob. Diana, & alii *ſup. cit.*

Sed probabiliter reſpondeo: poſſe, quia ſufficiens cauſa eſt periculum infeſtationis tanti mali. Sic Authores pro noſtra reſponſione nuper citati, imò & Diana id expreſsè docet *5. p. tract. 3. reſ.* 80. Sed certè non conſequenter loquitur. Addo tamen cum ipſo, ſecurius eſſe in dicto caſu ungere celeriter, etiam ſine Crucis forma unum ocolum, unam autem, unam manum, narem, & os, ſic formam pronunciando: *Per iſtam ſanctam unctionem, & ſuam piiſſimam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum, auditum, odoratum, guſtum, & tactum deliquiſti.* Sic poſſe fieri docet etiam Ægidius *diſquiſ. 19. n. 12. in fine*, Zambr. Layman, Victurell. & Suarez apud Dianam *loc. cit.* Poſſevin. *cap. 9. num mihi* 28. & Peſantius *in add. ad 3. part. quæſt 3. . diſp* 2. Granado *diſp. - n. 12.* Rodriguez & Summa Confeſſ. *loc. ſupr. cit.* lege Dianam *p. 8. tr. 2. reſol. 21.*

QVÆSTIO XXII.

An ſit validum hoc Sacramentum miniſtratum in quacunque parte corporis?

AFfirmant aliqui apud Suarez *diſput. 40. ſect. 1. n. 81.* & Eſtius *diſt. 23. §. 15.* ſic dicens, ex quibus apparet, non improbabiliter dici poſſe, quod etiamſi ad integritatem hujus Sacramenti requirantur quinque ſenſuum conſuetæ unctiones, non tamen ad eſſentiam, ad quam fortaſſe ſufficit, ut corpus quacunque parte ungatur, his generalibus utendo verbis, *per iſtam ſanctam unctionem, &c. indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti*; ſicut in baptiſmo ſufficit quamcunque partem corporis aqua tangi: ſic ille. Et poſt illum Becanus *q. 7. n. 6.* ubi ſic ait, tametſi plures unctiones fiant in hoc Sacramento, tamen videtur una ſufficere ad eſſentiam Sacramenti, ſive fiat in capite, ſive in pectore, &c. Quia neque ex ſcriptura, nec ex univerſali traditione Eccleſiæ aliud colligi poteſt. Sic Becan.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non eſſe validum, quia non adminiſtratur per formam huic Sacramento aſſignatam. Sic omnes alii Doctores, inter quos Baunius.

QVÆSTIO XXIII.

An ſit de neceſſitate Sacramenti utrumque organum unius ſenſus inungi, nempe utrumque oculum, utramque manum, &c.

REſpondeo: non eſſe de neceſſitate, ſed ſufficere ſi unus oculus, aut una manus, &c. ungatur, quia per hoc ſatis veritas formæ ſalvatur. Servandus tamen mos Eccleſiæ, quo non obſtante, ſi neceſſitas urgeat, veluti ſi infirmus commodè non valet converti in aliud latus, aut timeatur periculum infectionis, licitè poterit Sacerdos unum oculum, unam aurem, &c. inungere, ut ex dictis conſtat. Sic Peſantius *loc. cit. diſp. 2 art. 3* Sà *n.* 0. Diana *loc. cit.* Suarez *diſp. 44. ſect. 2.* Bonac. *loc. cit. n. 21.* Henriquez *c. 12. n. 1.* Ioan. de Cruce *ſtatim citandus.* Filliuc. *n. 78.* & Torreblanca *loc. cit n. 2 3.* Ochagav. *q. 6. n. 5.* Naldus *n. 2. pag. mihi* 245. Reginald. *lib. 28. n. 53.* & omnes communiter, inter quos legantur Dicaſtillo *diſp. 1. dub. 3.* & Palaus *punct. 5. n. 9. & punct. 8. n. 15.*

QVÆSTIO XXIV.

An cæci à nativitate, necnon & mutilati debeant ungi in organo oculorum, aut in partibus propinquioribus partibus abſciſſis?

NEgat Becan. *de Sacram. c. 27. n. 6.* dicens, non eſſe neceſſarium ungere eum qui oculos non habet, neque dicere: *Indulgeat tibi Deus quidquid per viſum deliquiſti.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo, debere, & eſſe neceſſarium neceſſitate præcepti, iuxta dicta. Ratio eſt, quia infirmus poteſt peccare ſolo appetitu videndi, loquendi, audiendi contra regulam rationis: ergo etiamſi his ſenſibus corporis careat, capax erit hujus Sacramenti: poterit ergo illum Sacerdos ungere, & verè dicere: *Indulgeat tibi Deus quidquid per viſum, auditum, &c. deliquiſti.* Sic S Th. *diſt. 23. art. 3. q. 5.* Sotus *q. 2. art. 3.* Sylveſt. *num. 6.* Angel. *n. 5.* Henriquez *cap. 12. n. 1.* Victor. *quæſt. mihi* 125. aliàs 2 2. Vivald. *n. 41. mihi num. 2. 6. ubi conferendum* Bonacina *punct. 5. num. 16.* Ochagav. *loc cit. n. 12.* Lublin. *loc. cit. n. 6.* Tolet. *lib. 7. cap. 2. num. 7.* Nicol. Plovë *loc. cit.* Reginald. *lib. 28. num* 70. ex Suario dicente eſſe omnium Doctorum ſententiam, & certè uſus Eccleſiæ id confirmat.

QVÆSTIO XXV.

An Sacerdotis manus neceſſe ſit ungere?

NEgat Henriquez *lib 5. cap. 12. n. 1.* quia exiſtimat, hanc unctionem non eſſe neceſſariam, univerſaliter loquendo. Negant etiam apud ipſum D. Thom. Palud. Navar. Sed verè oppoſitum docent Navar. *cap. 22. num. 13.* D. Thom. *in add. q. 29. art. 9.* & alii. Vnde

Certiſſimè reſpondeo: neceſſarium eſſe ungi manus Sacerdotis. Sic Vivald. *loc. cit. num. 3.* Poſſevinus *de extrema-unction. num. 15.* qui citat Victorellum adducentem pro hac noſtra ſententia Rit. Rom. Bonacina *loc cit. num. 19.* Granado *diſput. 7. n. 8. in fin.* & Toletus *loc. cit.*

QVÆSTIO XXVI.

An manus Sacerdotis debeant ungi in palmis?

AFfirmant aliqui apud Poſſevinum *num. mihi* 15. aliàs 29. quibus favet Layman *cap. 8. num. 2.* ubi ſic ait: Sacerdotes porrò non in palmis, ubi ſacro Chriſmate uncti ſunt, ſed infra palmam, vel in exteriori manus parte ungi ſolent, teſte Vivaldo *de extrema-Vnctione, §. ubi conferendum*, Sà *n. 16. 6. Sacerdotes.* quamvis nihil refert etiam in ipſis palmis inungi, cùm hæc unctio ab altera diverſa ſit, uti notavit Paludan. *in 4. diſtinct. 23. artic. 3. quæſt. 3. concluſ. 3.* Zambran. *n. 5.* quare cujuſque in hac re conſuetudo

Diœceſis

Diœceſis ſequenda eſt. Sic ille, & etiam ante illum Nicol. Plouë *loc. cit. in fin.* & etiam Archangelus *diſt.* 4 3. *pag.* 283. *col.* 2.

Sed probabiliùs reſpondeo, abſolutè non in palma manus, cùm hæc ſemel inuncta fuerit in ſuſceptione Sacerdotii, ſed in ſuperiori verſa parte manus ungi debere. Sic Authores *cit.* præcipuè Bonacina *loc. cit. n.* 19. Suarez, & Poſſevinus apud ipſum, Baunius *tr. de Extrem. Vnct. q.* 7. *in fine*, & Palaus *punct.* 8. *n.* 15. & manet Rituale Romanum teſtomatum.

QVÆSTIO XXVII.

An ordo unctionum ſit de neceſſitate Sacramenti ſervandus?

RESpondeo quod non, ſed tantùm ex conſuetudine, & quia ita ordinat Rit. Rom. ut ſcilicet priùs oculi, deinde nares, & c. inungantur. Vnde abſque neceſſitate non licèt Sacerdoti talem pervertere ordinem. Sic Suarez *loc. cit. ſect.* 2. *n.* 9. Filliuc. *n.* 79. Poſſvinus *n. mihi* 26. Bonacina *n.* 20. qui citat Emanuelem Sà *in n.* 12. ubi de hoc dubio nihil. Granado *diſput.* 8. *n.* 7. addens id poſſe fieri ſine gravi culpa, quia non videtur res tanti momenti. Sic etiam Dicaſtillo *diſp.* 1. *dub.* 3. *n.* 58. & Palaus *punct.* 3. *n.* 11. quamvis hic addat, eſſe peccatum grave talem ordinem invertere: quod & repetit *punct.* 8. *n.* 15.

DISPVTATIO IV.

De Miniſtro, effectibus, & ritibus hujus Sacramenti.

QVÆSTIO PRIMA.

An ſolus Sacerdos ſit proprius Miniſter hujus Sacramenti?

REſpondeo, quod ſolus, quia illi ſoli dedit Chriſtus Dominus poteſtatem in peccatorum abſolutionem, & in illorum reliquias remiſſionem. Ioan. 20. *Quorum remiſeritis peccata*, &c. ſic definitur in Conc. Flor. *loc. cit.* & Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 3. & *can.* 4. *ex illo Iacobi* 5. *inducat preſbyteros Eccleſiæ, vel Sacerdotes.* Sic omnes Doctores, ex quo bene colligunt, quod neque ex commiſſione Pontificis poſſit Diaconus hoc Sacramentum miniſtrare, adhuc in neceſſitate extrema. Sic S. Thom. *q.* 31. *art.* 2. & cum eo communiter DD. Nugnez *ibidem q.* 2. *art.* 1. Suarez *diſp.* 43. *ſect.* 1. Bellarm. *tom.* 3. *cap.* 9. *de extrema unctione*, Ægidius *diſp.* 19. *dub.* 9. Archang. *loc. cit. pagin.* 281. Bonacina *diſp.* 7. *q. unica, puncto* 4. *n.* 1. & 2. & 3. alii, cum quibus Diana *p.* 8. *tr.* 1. *reſol.* 56.

QVÆSTIO II.

An quilibet Sacerdos poſſit hoc Sacramentam validè conferre?

REſpondeo poſſe validè, non tamen licitè, niſi ſit Parochus, aut de ejus licentia, ſaltem implicita. Primum probatur, quia hoc Sacramentum non datur per modum judicii, ſed medicinæ, ut habetur in Trid. *ſeſſ.* 14. *cap.* 1. 2. & 4. ergo ad illud conferendum non requiritur poteſtas juriſdictionis, ſed ſufficit poteſtas Ordinis. Ex quo patet eſſe validum, etiamſi adminiſtretur à Sacerdote excommunicato, vel degradato. Secundum etiam probatur, quia adminiſtrare Sacramenta pertinet ad Parochum, ut habetur in Clem. 1. de privil. & Clem. *Dudum, de ſepult.* Ergo peccabit mortaliter alius Sacerdos miniſtrans hoc Sacramentum ſine licentia, aut ratihabitione Parochi, ſaltem interpretativa: imò & ſi eſt Religioſus, excommunicatur per Clem. 1. *de priv.* Sic S. Th. *in* 4. *diſt.* 23. *q.* 2. *art.* 1. & omnes Schol. Toletus *lib.* 7. *c.* 2. Henriq. *lib.* 3. *c.* 13. Regin. *n.* 60. Archang. *loc. cit.* Sylv. Tabiena, Ægidius, & alii quos refert, & ſequitur Bonacina *loc. cit. n.* 3. & ſeqq. Molf. *tr.* 4. *c.* 3. *n.* 32. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 43. & communis, quam me citato tenet Quintanaduenas *de Sacram. tr.* 5. *ſing.* 3. addens cum Card. de Lugo *de Euchar. diſp.* 18. *ſect.* 2. non eſſe audiendum Vaſq. *de Euchar. diſp.* 219. *c.* 5. aſſerentem hoc licere vi Bullæ Cruciatæ.

QVÆSTIO III.

An quilibet Sacerdos etiam religioſus poſſit in neceſſitate, abſente Parocho, & abſque ejus licentia licitè hoc Sacramentum miniſtrare?

NEgant loquendo de Sacerdotibus Religioſis, Sylveſt. *v. Vnctio, q.* 4. Armilla *n.* 5. Navar. *c.* 27. *n.* 101. & Victor. *q.* 222. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe (etiamſi ſit Religioſus) imò & aliqualiter teneri. Ratio eſt, quia in hoc caſu præſumitur adeſſe conſenſum, vel licentiam Parochi, Epiſcopi, vel Pontificis, cum credibile non ſit Eccleſiam velle privare tanto Sacramento quo infirmus ex attrito fieri poteſt contritus, & ſalvari: at cum licentia quacumque etiam implicita Parochi, quilibet Sacerdos poteſt hoc Sacramentum conferre: ergo. Sic Sotus *diſt.* 23. *quæſt.* 2. *art.* 1. Caiet. *v. Excommunicatio, c.* 64. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 44. *ſect.* 2. *n.* 3. Filliucius *n.* 90. Vivaldus *de miniſtro, n. mihi* 5. & Sà *n.* 8. Ioan. de Cruce *dub.* 2. *concl.* 3. Villalob. *tract.* 10. *diff.* 6. *n.* 2. Poſſev. *n. mihi* 17. Bonacina *punct.* 4. *n.* 6. Henriquez *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 4. Torreblanca *de jure ſpirit. lib.* 2. *c.* 11. *n.* 18. Granado *diſp.* 8. *n.* 5. Hinojoſa *in ſuo direct. v. Extrema-Vnctio, fol.* 251. Ludovicus de S. Iuan *in parva ſum. art.* 5. *n.* 22. & Bartholomæus de Ledeſma *diff.* 6. *concl.* 3. *col.* 1115. Petrus Cañedo *de Extrema-Vnctione c.* 1. *pag. mihi* 245. Rodriguez *c.* 192. *cit. n.* 7. Graffius *part.* 2. *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 25. Regin. *lib.* 28. *n.* 61. Archangelus *diſt.* 43. *pag.* 28. & 281. & communis, quam me citato tenet Quintanadueñas *ſing.* 3. *citato*, & Diana *p.* 8. *tr.* 1. *reſol.* 56.

QVÆSTIO IV.

An præſente Parocho, & iniquè nolente hoc Sacramentum conferre, poſſit quilibet alius Sacerdos, etiam Religioſus, adhuc eo invito, & repugnante, licitè illud adminiſtrare?

NEgant Authores *ſup. cit.* quibus addendi ſunt Vivald. & Canoniſtæ communiter apud Nuñum *quæſt.* 31. *art.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, etiamſi ſit Religioſus, quia in hoc caſu præſumitur adeſſe licentiam tacitam Epiſcopi, vel Papæ, ob rationem dictâ; & ideo non uſurparet tunc juriſdictionem Parochi ille qui illo renuente hoc conferret Sacramentum. Sic Suarez, Filliuc. Ioannes de Cruce, Villalobos *loc. cit.* Torreblanca, Nugnus, & Granado, Quintanadueñas, & Hinojoſa *loc. cit.* imò & addo, ad id omnino ex lege Charitatis teneri, ſi infirmus abſque ullo Sacramento moreretur, ut *ſuprà diſp.* 1. *q.* 9. eſt habitum, & docent Quintanadueñas *ſing.* 3. *cit.* & *ſing.* 4. & Diana *loc. cit.*

Digitized by Google

QVÆSTIO V.

An Parochus excommunicatus, vel ſuſpenſus nominatim, poſſit dare licentiam alteri Sacerdoti, etiam non expoſito, ut miniſtret hoc Sacramentum?

NEgant Sà *v. Extrema-Vnctio, n.* 8. Suarez *tom.* 3. *de cenſur. diſp.* 14. *ſect.* 1. *n.* 7. (licèt oppoſitum docuerat *tom.* 4. *diſp.* 44.) & Rodrig. *c.* 191. *n.* 10.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia dare hujuſmodi licentiam, non eſt actus juriſdictionis: ergo etiam ab ea ſuſpenſus poteſt conferre. Sic Sylv. *n.* 4. Armilla *n.* 5. Tabiena *n.* 5. Palud. *diſt.* 13. Henriquez *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 3. Poſſevin. cum Victurello *c.* 9. *q.* 7. *n.* 17. *loc. cit.* Ortiz *c.* 23. §. 11. Filliuc. *n.* 97. Ludov. de S. Iuan 1. *tom. qq. Regul. de Extrem. Vnctione, art.* 1. & *in parva ſum. n.* 23. *pag.* 89.

QVÆSTIO VI.

An Sacerdos excommunicatus, vel ſuſpenſus poſſit licitè adminiſtrare Vnctionem in neceſſitate?

NEgant Suarez *tom.* 4. *diſp.* 44. *ſect.* 3. *n.* 6. Villalub. *diſſ.* 6. *n.* 6. Torreblanca *loc. cit. n.* 28. Bonacina *punct.* 4. *n.* 4. qui citat pro hac ſententia Henriquez *lib.* 5. *c.* 13. (ſed malè profectò, nam hic author ſolùm ait, quod peccet mortaliter qui cum conſcientia mortali hoc Sacramentum miniſtrat; quod quid diverſum eſt,) & alios Doctores. Ortiz *c.* 23. §. 12. Filliuc. *n.* 97.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe in caſu quo infirmus non poſſet aliud Sacramentum recipere. Primò quia, ut ſuprà eſt habitum, in hoc caſu poteſt quis tempore interdicti hoc Sacramentum conferre, ergo etiam tempore, quo excommunicatus exiſtat. Secundò, quia in articulo mortis, etiam excommunicatus licitè poteſt à peccatis abſolvere, ergo & per hoc Sacramentum eadem peccata, vel eorum reliquias tollere. Sic debent docere Palud. Zambrau. & Diana *ſupra citat* & expreſsè docet idem Diana 5. *part. tr.* 2. *reſ.* 89. & tenet Victorell. *in add. ad n.* 17. *Poſſevini*, & *in ſuo tract. de Extrem. Vnct. pag.* 92. & probabile reputant Villalob. & Filliuc *loc. cit.*

QVÆSTIO VII.

An hoc Sacramentum poſſit licitè, & validè à pluribus Sacerdotibus conferri?

NEgat Turrianus *in ſum. part.* 2. *c.* 155. *dub.* 2. *concl.* 2. ut refert Diana 5. *part. tr.* 33. *reſ.* 88. & negare debent qui ſentiunt, quod non quævis unctio conferat gratiam, ſed in fine ultimæ unctionis conferatur: ſic enim eſſet dimidiare, aut in partes dividere Sacramentum, & illius adminiſtrationem, quod nec licitè, nec validè fit.

Sed longè multo probabiliùs reſpondeo, poſſe. Nam ſi multi ungant in diverſis ſenſibus, ita ut unus ungat aures, alius oculos, &c. (Vnuſquiſque proferendo formam debitam) validè, imò & licitè, ſi urgeat neceſſitas infirmi, conficiet Sacramentum. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum habet diverſas partiales materias, & formas: ergo non repugnat à pluribus confici. Sic Suarez *diſp.* 43. *ſect.* 2. Filliuc. *n.* 94. Henriq. *lib.* 3. *c.* 12. *n.* 4. & *c.* 13. *num.* 3. & eſt communis apud omnes ex S. Th. *in* 4. *diſt.* 23. *q.* 2. *art.* 1. *quæſt.* 2. *ad* 3. Ochagav. *q.* 8. *n.* 5. Nugnus *q.* 31. *art.* 3. Granado *diſput.* 8. *n.* 7. Ludovicus *in parva ſumma*, *loc. cit. n.* 24. *pag.* 69. Diana *loc. cit.* Reginald. *lib.* 28. *n.* 62. Archangelus *diſt.* 23. *pag.* 275. *col.* 2. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An alius Sacerdos debeat perficere Sacramentum Extremæ Vnctionis, ſi primus morte præventus, aut ob aliam cauſam, non perficiat?

AFfirmant Suarez, Henriquez, Filliuc. Regin. *loc. cit.* Bonac. *punct.* 4. *n.* 9. Palaus *punct.* 7. *n.* 7. Villalub. *diſſ.* 6. *n.* 4. docentes: debere quidem neceſſariò complere Sacramentum, non iterando unctiones factas ab alio, ſed tantùm complendo cæteras. Affirmat etiam Dicaſtillo *dub.* 12. *n.* 186. dicens tamen, meliùs eſſe ut in dicto caſu Sacerdos unus faciat omnes unctiones, etiamſi alius qui tunc moritur, cœpiſſet aliquas facere. *Ita ille, ex Meratio.* Negat verò apud Dianam Faber *in* 4. *diſt.* 23. *q. unica. diſp. unic. c.* 4. Sed certè id non negat Faber, ut ex verbis illius, relatis à Diana 5. *p. tract.* 3. *reſol.* 87. conſtat.

Vnde juxta *ſuprà* dicta, reſpondeo: poſſe quidem perficere; non tamen teneri. Primum patet ex nuper dictis: ſecundum conſtat etiam, quia ratio, & eſſentia hujus Sacramenti in unica unius ſenſus unctione ſalvatur, ut *ſup. diſp.* 9. 20. eſt habitum: ergo etiamſi non fiant cæteræ unctiones, perfectum remanebit Sacramentum Sic Authores *ſup. cit.* præcipuè Nugnus, Granado, & Archangelus *loc. cit.*

QVÆSTIO IX.

An Epiſcopus hoc Sacramentum miniſtrans, debeat ungere Oleo, an verò Chriſmate?

REſpondet Gloſſa *in c. Illud*, 95. *diſt. v. Chriſma*, quòd debeat ungere Chriſmate, ad differentiam aliorum Sacerdorum. Immò addit Sà *v. Oleum, n.* 2. poſſe ægrum de licentia Epiſcopi Oleo Chriſmatis ungi. Ita etiam ſenſit Arch. *diſt.* 23. *pag.* 290. *col.* 2.

Sed reſpondeo, quod debeat ipſe oleo, non Chriſmate ungere, quia ut *ſuprà* eſt habitum, materia hujus Sacramenti eſt oleum ſimplex olivarum ab Epiſcopo benedictum: ergo etiam ipſe debet hac uti materia. Sic Vival. §. *ubi conferendum, n.* 4. & alii. Debentque à fortiori hanc ſententiam tenere Bonacina, Naldus, Nugnus, & omnes qui affirmant eſſe invalidum hoc Sacramentum Chriſmate adminiſtratum, de quo *ſup. diſp.* 2. *q.* 6.

QVÆSTIO X.

An ſit validum hoc Sacramentum, ſi adminiſtretur adulto infirmo, jam ſenſu, & ratione deſtituto?

NEgant aliqui apud Ægidium *diſ.* 19. *n.* 13.

Sed reſpondeo, eſſe validum, quia hoc docet ipſa Eccleſiæ Praxis, quæ ſæpè confert illud omni ſenſu, & ratione deſtitutis. Sic Authores *citandi*: de quo dubio etiam diximus *ſuprà diſp.* 3. *q.* 15.

QVÆSTIO XI.

An ſaltem peccet Parochus, qui ad conferendum hoc Sacramentum expectat tempus quo infirmus ſenſu, & uſu rationis careat, aut quo conſtet, non poſſe naturaliter vivere?

NEgat Poſſevin. *c.* 9. *n.* 24. & probatur. Quia Parochus non tenetur ſub mortali hoc Sacramentum miniſtrare, cum illud recipere non teneatur ægrotus, ſaltem ſub mortali, ut *ſup. diſp.* 1. *q.* 5. eſt

eſt habitum; ergo nec ſub mortali tenebitur Parochus opportunum illius tempus obſervare.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, peccare, & graviſſimè, ſi conſultò tale tempus expectet. Ratio eſt, quia expectare tempus, quo infirmus ſenſu, & ratione ſit deſtitutus, eſt contra reverentiam, & utilitatem Sacramenti. Deinde expectare tempus quo ipſe æger jam nequeat naturaliter vivere, eſt contra finem ſecũdarium ejuſdem, qui eſt ſanitas corporis. Quia cùm hoc Sacramentum non operetur miraculosè ſanitatem corporis, ſed virtute ordinaria, & finita ſupernaturali, non debet expectari tempus, in quo infirmus ita ſit viribus deſtitutus quod virtus iſtius Sacramenti nequeat illum ſanare: ergo Parochus conſultò hoc tempus expectans, graviſſimè peccabit. Sic Catech. Rom. *c.9. pag. mihi* 249 Henriquez *lib.3. c.11. n.2.* Sotus *diſt.23. q.2. art.2. & diſt.17. q.21. art.4.* Filliuc. *n.*107. Ægid. *diſp.19. dub.7. n.24.* Ioannes de Cruce *in ſum. dub.3. concl.3.* Pirigian. *diſt.25. art.5. q.4.* Bonac. *punct.5. n.7.* Diana *3. part. tr.4. reſ.173. & 5. part. tr.3. reſ.95.* Vivald. *c. de ſuſcipiente, n.8.* Naldus *Extrema-unctio, n.1.* optimè Archang *diſt.23. pag.282. col.1.* Quintanadueñas *loc. cit. ſing.9. per totum*, cum communi ſententia. Nec ratio pro contrario adducta quid probat. Nam negandum eſt antecedens, quia certiſſimum, eſt teneri Parochum ſub mortali ad extremam unctionem miniſtrandam fidelibus, eam ut mos eſt petentibus, ut *ſup. diſp.1. q.7.* eſt habitum, quamvis ipſi fideles ad eã ſuſcipiendã graviter non adſtringantur.

QVÆSTIO XII.

An Extrema Unctio neceſſariò debeat dari poſt Viaticum?

AFfirmant Sotus *diſt.23. q.2. art.2.* Vivald. *§. de ſuſc. n.7.* Alcuin. *de divin. offic. c. de infirmis*, Henriquez *lib.3. c.10. n.4.* & alii communiter.

Negant tamen Supplem. Gabr *diſt.23. q.1. dub. ultimo*, & habetur *in c. de infirmis, 26. q.6.* ubi dicitur potiùs è contra debere dari ante Viaticum.

Sed clariùs ſic reſpondeo: debere conferri poſt Viaticum, niſi aliàs cauſa aliqua ſubſit. Primum patet quia hæc eſt conſuetudo generalis Eccleſiæ. Secundum etiam conſtat, quia licèt Extrema Unctio ſit Sacramentum conſummativum aliorum, ut dicitur in Trid. *in proœmio de unctione*, non tamen petit ex ſe, quod ultimò adminiſtretur. Sic intelligendi ſunt Authores utriuſque ſententiæ, & tenent Poſſev. *c.9 q.5. n.15.* Sà *n.3.* Ludovicus *in ſum. p.*[illegible] *n.15. fol.*86. Ochag. *tr. de Extrema-Unctione, q.9 n.4* & Regin. *lib.28. n.74.* ex Suario *diſp.40. ſect.1. num.8* Palaus *punct.8. n.18.* Trull. *lib.6. dub.4. n.10* & Baunius *q.7. pag.*808.

QVÆSTIO XIII.

An per hoc Sacramentum conferatur gratia habitualis homini diſpoſito?

REſpondeo, quod ſic: nam hoc eſt commune omnibus Sacramentis, ſicut & facere de attrito contritum conferendo primam gratiam ei, qui reputat ſe contritum, & habet ſupernaturalem attritionem, ut ſpecialiter indicat forma hujus Sacramenti: *Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti*, &c. ſic habetur in Trid. *ſeſſ.7. can.6. & ſeq. & ſeſſ.14. c.2. & can.2.* & docet D. Th. *in add. q.30. art.1. ad 2. & diſt.24. q.2. art.2.* & cum eo omnes Doctores.

QVÆSTIO XIV.

An proprius effectus hujus Sacramenti ſit remiſſio peccatorum venialium?

NEgant Suarez *diſp.41. ſect.1. n.3.* Filliuc. *n.*116. Henriquez *lib.3. c.9 n.2. lit. N*, Archangelus *diſtinct.29. pag.*276. & alii apud ipſos docentes, non primariò, ſed tantùm ſecundariò tolli per unctionem venialia.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe proprium effectum. Probatur primò ex ipſamet forma Sacramenti hujus. *Indulgeat tibi Deus quidquid peccaſti.* Secundò, quia baptiſmus eſt inſtitutus per ſe contra peccatum originale, Pœnitentia contrã mortale: ergo Unctio erit contra veniale. Tertiò, quia ita videtur docere Trid. *ſeſſ.13. can.2.* ubi ſic ait. Si quis dixerit, ſacram infirmorum unctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleviare infirmos, anathema ſit. In quibus verbis clarè videtur innuere, effectum præcipuum hujus Sacramenti eſſe quoque peccata remittere. Sic D. Bonav. *1. part. diſt.23. art.1. q.1.* Sotus *q. unic.* Gabr. Durandus. Rubion, Alex. Altiſiodorenſ. & alii apud Suarium, & Henriq. Tenent etiam Vivald. *de effectu n.1.* (ubi dicit eſſe communem) Sà *n.16.* Catech. Rom. *q.14. pag. mihi* 252. Iavellus *de Extrema-Unct. c.4.* ubi ex Mag. ait, hoc Sacramentum inſtitutum eſſe & ad remiſſionem peccatorum, & ad corporalis infirmitatis alleviationem. Et hoc idem docent Nicol. Plouë. *de extrem. unct. in principio.* Et Graffius *lib.1. cit. c.8. n.20.* Moſfeſ. *loc. cit. n.76.* poſt Vaſquez *tom.4. q.87. art.3. dub.3.4. & 10.* Palud. & Capr. apud ipſos.

QVÆSTIO XV.

An etiam ſit effectus hujus Sacramenti tollere reliquias peccatorum?

REſpondeo, quod ſic. Sic enim habetur in Trid. *ſeſſ.14. c.2.* per hæc verba: *Res etenim hæc gratia eſt Spiritus ſancti, cujus unctio delicta ſi quæ ſunt adhuc expianda, ac peccati reliquias abſtergit*, &c. Per reliquias autem peccatorum, quidam intelligunt habitudines, & proclivitates ad malum, ut Bonac. *punct.6. n.1.* Alii reatum pœnæ temporalis, qui relinquitur poſt culpam dimiſſam, ut Armilla, Sylveſt. Tabiena, Victor. & alii apud Henriq. *lib.3. c.9. n.2. lit. K.* Alii denique per reliquias peccatorum, intelligunt peccata ipſa, tam mortalia, quàm venialia, quæ fortè ob negligentiam non fuerunt remiſſa per alia Sacramenta informiter recepta, aut fortè poſt confeſſionem fuerunt commiſſa, & non advertuntur, ut Bellar. *de unct. c.8.* Henriq *loc. cit. lit. M*, Filliuc. *num.*119. & alii. Omnes certè probabiliter. Sed ultimi probabiliùs loquuntur.

QVÆSTIO XVI.

An habeat aliquos alios effectus?

REſpondeo: quod ſic, nam in primis ſublevat infirmum à corporali ægritudine, & confert illi ſanitatem corporis quando ſaluti animæ expedit. Pro quo nota verba, quæ profert ad propoſitum Nicol. Plouë *loc. cit.* Sed dices (inquit ille) quare non ſemper homo infirmus unctus ſurgit de infirmitate, ſed ſæpius moritur? Reſpondeo: Quod cùm in iſto Sacramento ſanitas eſt effectus ſecundarius, ideo non datur, niſi ſecundùm quod expedit ad ſanitatẽ ſpiritualem: quia tunc ſemper eam inducit, dummodo non ſit impedimentum ex parte recipientis. Unde patet, quod unctus in extremis, ſi non ſurgit ab infirmitate illa per illam unctionem: ſignum eſt, quod ſanitas corporalis eſt ſibi nociva, & vult Deus potius eũ ſic habere infirmũ, quàm ſanum. Vel ſignũ eſt, quod infirmus non bene diſpoſitus eſt in cõſcientia, ita quod adhuc aliquid habet quod impedit, ne ſanitas corporis ſibi reſtituatur, aliàs tarò fallit. Sic ille. Quod eſt valde notandum. Tribuit etiam auxiliũ, & robur contra tentationes Dæmonis, quas ipſe in eo articulo vehe-

tes, & frequentes objicit. Quæ omnia ex proprio ſine hujus Sactamenti colliguntur, & babetur in Trid. *loc.cit.* & docent omnes DD. Legaotur citati, & præcipuè Molfeſius *tract.4.c.3.à n.45.*

QVÆSTIO XVII.

An hoc Sacramentum conferat prædictos effectus in prima vnctione?

NEgant communiter Doctores. Nam primò reſpondent aliqui, dari non in prima, ſed in vltima vnctione, quæ eſt quinta. Sic Henriquez *lib.3.c.12. n.3.& 4.* Sotus *diſt.23.q.1.art.1.& q.2.art.3.* Soarez *diſp.41.ſect.2.n.13.* Filliuc. *num.126.* Ochagav. *q.6. n.5.& 6.* Hurtado *diſſ.9.* Ioanoes de la Cruz *in ſum. de extrema vnctione, dub.1.conc.3.* Nugnus *q.29.art.6.* Petrus Ledeſma *in ſum.de extrem.vnctione, c.1.* Villalob. *diſſ.3 n.1.* Bonac. *punct.6.n.2.* citans Emanuelem Sà *num.6.* qui nec ibi, nec alibi de hac quæſtione quidquam docet. Ægid. *diſp.19.dub.6.n.21.* Diana 3. *p.tract.4.reſ.179.* & alij, in quorum omnium ſententia, ſi infirmus ante quintam vnctiooem moreretur, neque reciperet gratiam, neque aliquem alium effectum Saeramenti, quia non reciperet Sacramentum.

Alij reſpondent in qualibet partiali vnctione conferre partialem gratiam, cæteroſque pattiales effectus. Sic Palud. Adrian. Canon. & alij *cit.ſup.diſp.2. q.21.* quam ſententiam eſſe probabilem, docent Filliuc. Suarez, Villalob Granado, Diana, Heoriq. & alij *loc. cit.* quorum ratio eſt, quia in qualibet vnctione reperitur propria materia, & propria forma: ergo, &c.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, hoc Saeramentum producere ſuos effectus in prima vnctione, quia in hac reperitur propria materia, & forma hujos Sacramenti: ergo ſi accedat intentio Miniſtri, erit conſequenter Saeramentum. Sic Becanus *de Sacr. c.25. q.7.n.6.* Molfeſ. *tr.4.c.3.n.29.* Chapeavilla *de Sacr. c.5. q.1.* Sylvius *3.p. q.32. art.7.* & omnes alii, qui docent in neceſſitate ſufficere vngere vnicum infirmi ſenſum, de quibus *ſup.diſp.3. q.21.* Vnde immeritò Filliuc. omittit hanc ſententiam, quaſi oon probabilem, cùm tantos habeat Doctores.

QVÆSTIO XVIII.

An Sacramentum hoc ſit iterabile?

NEgant aliqui apud Viualdum *cap.vlt. n.1.* Alij verò dixerunt: eſſe iterabile, ſemel tamen dumtaxat, in eodem anno. Sic Nicol. Plouë, & alij apud eundem Viualdum.

Sed reſpondeo: iterari poſſe hoc Sactamentum, etiam in eadem infirmitate, ſi infirmus poſt Vnctionem per quindecim, aut viginti dies, aut ad ſummom per menſem ſaltem conualeſcat, & poſtea in eandem infirmitatem, vel aliam reincidat. Ratio, quia hoc Sacramentum noo imprimit characterem, ſicut imprimit Baptiſmus, Confirmatio, & Ordo, vt habetur in Trid. *ſeſſ.7.can.9.& ſeſſ.23. cap.4.* Sed Sacramenta, quæ non imprimunt characterem, iterari poſſunt: ergo. Sic expreſsè docet Trid. *ſeſſ.14. cap.3.* per hæc verba: *Quod ſi infirmi poſt ſuſceptam hanc vnctionem conualuerint, iterum huius Sacramenti ſubſidio iuuari poterunt, cùm in aliud ſimile vitæ diſcrimen inciderint.* Sic DD. communiter cum S.Th. *diſt.23. q.2. art.3.* Henriquez *lib.3.c.9.n.4.* Fagundez *de 3 præcept. Eccl. lib.1.c.7.n.6.* Bartholom. de Ledeſma *diſſ.10. concl.2. col.1122.* Rodrig. *tom.1.ſum.c.191.n.9* Ægidius *diſp. 29.dub.8.* Poſſeuinus *c.9.n.18.* Hurtado *diſſ.10.* Sotus *diſt.13.q.2.art.3.* Bonacina *diſp.7.punct.6.num.4.* & communis.

QVÆSTIO XIX.

An in diuturnis mortiferis morbis (ut hydropiſi) poſsit hoc Sacramentum ſemel in initio, & iterum in fine infirmitatis conferri?

AFfirmant Sà *n.4.* & ibi Victorell. & *in append. ad c.9.* Poſſeuini, & fauent Armilla *num.9.* & Flauius *in ſuo ſcrut. Sacerd.1.p.tr.11.c.ac Extrem. Vnctione, fol.46.* vbi ſic ait: *In vna infirmitate non debet quis bis inungi, niſi eadem infirmitas vltra annum protrahatur, ita quod in vno anno propter vnam infirmitatem nequaquam bis inungatur.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe in eadem infirmitate pluſquam ſemel hoc Sacramentum conferri, ſi ſtatus ioſirmitatis non motetur, iuxta nuper dicta. Primò, quia ſic expreſſe videtur ſentire Tridendinum *loc.cit.* Secundò, quia hoc Sacramentum ſemel in eadem infirmitate receptum, eſt ſufficiens medicina ad conferendos effectus, quibus ioſirmus indiget: ergo. Sic Bonacina *punct.6.n.4.* Catech. Rom. *q.11. pag.mihi 251.* Victor. *q. vlt.* Vivald. *cap.vlt. num. 2.* & Poſſevious *q.16.n.36.*

QVÆSTIO XX.

An Sacerdos poſsit hoc Sacramentum ſolus adminiſtrare, & ſibimet reſpondere?

AFfirmant Sà *num.9.* dummodo ſit in caſu neceſſitatis, quod idem docent Toletus *lib.7.c.2.* & Graſſius *p.2.lib.1.c.8.n.10.* Dicaſtillo *diſp.1. dubit. vlt.n.197.* & Diana *p.9.tr.6.reſol.48.*

Sed ego reſpoodeo, etiam extra illum caſum poſſe: Sic Poſſeuin. *quæſt.11. n.23.* Bonacina *punct.6. n.6.* Viuald. *cap.vltim.num.6.* qui bene notat, in omni euentu ſufficere, ſi infirmus vngenti Sacerdoti reſpondeat, *ora pro me, libera me, vel exaudi nos Domine.* Sic etiam Ludou. *in ſum.parua, art.5.n.28.fol.89.* per hæc verba [No es neceſſario que aya Miniſtro que reſponda, antes comunmente ſe da ſin miniſtro: eſta es comun de los Doctores.] Sic ille, & Vega *caſu 8.* & ante hos docuit Plouë *loc.cit.* per hæc verba: Poteſt hoc Sacramentũ Saeerdos conferre cum vno clerico, qui ſibi reſpondeat: ſi tamen careat clerico, poteſt ſolus expedire totum, ſecundùm Guillel. & Hoſtienſ. Sic ille. Et ſic etiam Archangelus *diſt.23.pag.283. col.2.* dicens, morem eſſe, quod ſi ſacerdos nullum habeat clericum, vel ſæcularem, ipſe ſolus adminiſtret, & ſibimet reſpondeat. Sic etiam Barboſa, Chapeauil. Griſaldus, & alij, quos affert, & ſequitur Quintanadueñas *hîc ſingul.6.* addens non eſſe licitum fœminæ reſpondere, aut miniſtrare Sacerdoti extremam vnctionem conferenti; quia peccaret venialiter ad minus, eo quòd id munus alienum nimis à fœmina ſit.

QVÆSTIO XXI.

An peccet mortaliter Sacerdos, qui adminiſtrat hoc Sacramentum, prætermiſsis precibus, quæ ab Eccleſia ante ipſum præcedere præſcribuntur?

REſpondeo, peccare, modò infirmi neceſſitas, atteſtatióque mortis eius, vel periculum contagioſæ infirmitatis, peſtis videlicet, & huiuſmodi, non cogat, vt tantum faciat eſſentialia (vnctiones videlicet) ne ſine Sactamento decedat. Quia in tali caſu non ſolùm poteſt, verùm etiam tenetur, illis prætermiſſis, Sactamentum conferre. Sic Bonacina *n.7.* Henriquez *lib.3.c.8.& c.12.in fin.* Poſſeu. *q.18.num.38.& q.20 num.41.& 42.* & Suarez *diſp.44. ſect.4.* Palaus *punct.8.n.13.* Zambran. & Layman peoes ipſum.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXII.

An etiam peccet mortaliter, ſi etiam abſque cauſa prætermittat ſeptem Pſalmos pœnitentiales, quos poſt vnctionem recitare Eccleſia præſcribit?

AFfirmat Granado *tom.4.in 3.p.tr.7.num.vlt.* cui fauere videtur Trullench. *lib.6.dub.5.in fine.*

Sed probabiliùs reſpondeo. Quod non, quia communiter prætermittuntur, abſque vllo ſcrupulo, præcipuè quod in Rituali Rom. non à Sacerdote, ſed ab aſtantibus recitari præſcribitur. Sic Bonac. & Poſſeu. *loc. cit.* imò & ipſemet Granados *tom.5. diſp.8. n.8.* hanc noſtram ſententiam per hæc verba docet: Nota in adminiſtratione huius Sacramenti ſeruanda eſſe omnia, quæ præſcribuntur in manuali recitanda, nimirum omnia, quæ ibi ponuntur, niſi acceleratio mortis aliud exigat, vt notauit Henriquez *c. 12. §. 5.* Sed ſi extra hunc caſum omitterentur, non credo peccare moraliter, ſecluſo contemptu, quia non eſt in Manuali verbum, quod indicet hoc eſſe præceptum graue, &c. Sic ille, oblitus ſententiæ, quam *tom.4.* docuerat. Sic etiam Palaus *punct.8.n.14.* quos citat, & ſequitur Diana *p.9.tr.6.reſol 46.*

QVÆSTIO XXIII.

An peccet, ſi adminiſtret hoc Sacramentum in neceſſitate, non adhibitis veſtibus ab Eccleſia præſcriptu?

AFfirmant Naldus *de Extrema Vnctione, n.1.* Bonacina *punct.6.n.9.* Reginald. *lib.28.in fin.* ex Suar. *diſp.44.sect.2.* ita dicens: Nunquam credo licere ſine ornatu Sacerdotali debito, & vſitato miniſtrari Sacramentum hoc, quia non eſt neceſſitatis, & reuerentia Sacramenti præferenda eſt ſemper. Ita Suarez.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare, quia neceſſitas lege caret. Et certè tempore peſtis, aut aliarum infirmitatum ſimilium, hoc eſſe licitum, haud dubium eſſe poteſt. Sic Poſſeuin. *c.5.q.37.n.52.* qui etiam *ibidem*, & *c.9.q.12. n.14.* bene docet: Tantùm peccare venialiter, qui ſine aliqua cauſa adminiſtraret hoc Sacramentum, non adhibito lumine. Sic etiam Palaus *punct.8.n.11.* & me citato Diana *p.9 tr.6.reſol.46.* & Quintanaduen. *ſingul.5.* vbi *n.4.* ad argumentum Suarij bene reſpondet, quod licèt hoc Sacramentum non ſit ita neceſſarium, vt Baptiſmus, eſt tamen ſemper valdè vtile, & aliquando neceſſarium, vt de attrito faciat ægrotum contritum, & præſtari nequeat interdum, ſi ritus obſeruentur; vnde in caſu dicto, ſine illis eſt præſtandum: Rituum enim horum obſeruationi morientis vtilitas eſt præferenda.

QVÆSTIO XXIV.

An ad recipiendum hoc Sacramentum ſit neceſſarium, vt infirmus lecto decumbat?

REſpondeo, quod non. Ideoque infirmus, qui videt ſe peſte percuſſum, vel venenum bibiſſe, vel morſu viperæ læſum, poteſt ire in donum Parochi, vel in Eccleſiam, & ibi hoc Sacramentum reverenter ſuſcipere; quia hoc neque indecens, neque prohibitū eſt. Supplem. *diſt.23.q.1.art.3.dub.2.* Henr. *c.11.n.2.* Filliuc. *n.134.* Victorel. *in add. ad Sac.* Layman *c.4.n.4.*

QVÆSTIO XXV.

An ad recipiendum hoc Sacramentum ſufficiat attritio, ut talis cognita?

AFfirmant aliqui apud Filliucium, quos ipſe videtur ſequi *n.132.& ſeqq.* ait enim, ſufficere ut in infirmo non adſit complacentia peccati, & conſequenter ſatis eſſe attritionem cognitam ad hoc Sacramentum recipiendum.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſufficere, ſed requiri ſaltem attritionem, reputatam contritionem. Quia ſulùm Sacramentum Baptiſmi, & Pœnitentiæ dignè recipitur à peccatore cum attritione nota. Verum eſt, quod Sacerdos licitè poteſt dare hoc Sacramentum infirmo attrito tantùm, cùm teneatur ex officio conferre ſubditis conſueta, & vtiliſſima media ſalutis. Sic Suar. *tom. 4. diſp.41. sect.1. num.19.* Henriquez *c.10.n.1.& 2.& c.13.n.1.* Poſſeuin. *q.10.n.22.* Rodriguez *tom 2. ſum.c.191.n 8.* & apud ipſum Catech. Rum. *p.2.c.6.n.12.* & communis.

QVÆSTIO XXVI.

An liceat Parochis præbere laicis oleum Extremæ Vnctionis, vt ipſi Infirmos vngant ad ſanitatem recuperandam?

AFfirmat Quintanaduen. *tom. 1. ſingul. tr.5. ſingul. vlt. n. 1.* qui id probat ex Scripturæ quibuſdam locis, & exemplis Patrum relatis à Surio, & Solpicio, ex quibus conſtat, Sanctos applicaſſe ægris hoc oleum extra Sacramentum, eóque miraculosè ſalutem recuperaſſe. Ita etiam ſentiunt Viualdus *de Vnctione, in fine,* & Molfeſius *tom.4.cap.3.num.25.* apud ipſum.

Negat verò contra dictum Quintanaduen. Diana *p.9.tr.6.reſol.43.* qui id probat primò ex Caſtro Palao *tom.4.tr.26.punct.2.n.8.* dicente, quod oleum infirmorum ſolùm pro Sacramento Extremæ Vnctionis miniſtrando deſeruit. Deinde ex Baunio *tom.1. tr.vlt.q.3.de Extrema Vnctione,* vbi ait: Cùm triplex genus ſit olei, quod ad vſum Chriſtiani populi benedicitur ab Epiſcopo, Chriſma, & Oleum Catechumenorum, & infirmorum, id laborare Parochus ſedulò debet, ne eorum aliquo vtatur ad aliud, quàm cuius cauſa inſtitutum eſt ab Eccleſia: ſed Eccleſia oleum infirmorum inſtituit ſolùm, vt dixit Palaus, & patet, pro materia Sacramenti Extremæ Vnctionis: ergo extra vſum illius Parocho minimè vti dicto oleo licitum eſſe patet. Hæc Diana.

Sed nihilominus tamen mihi prima ſententia nullo modo diſplicet. Illam enim olim docuit Doctiſſ. Sotus *in 4.diſt.23.q.2.art. 1. col.3.* his verbis: Fortaſſe quiſpiam, qui Thomam Vvaldenſ. *tom. 2. de Sacramentis, cap. penult.* legerit, crediderit, abſente Sacerdote licere etiam laico Sacramentum Extremæ Vnctionis infirmo in articulo mortis adminiſtrare: ita enim ille autumat citans Bedam *ſuper Epiſt. Iacobi,* qui quidem Beda allegat Innocentium I. *in Epiſt. ad Decentium*, quod omnibus Chriſtianis vti liceat eodem ſancto Oleo in ſuam & ſuorum neceſſitudinem vngendo. At hoc præter omnium opinionem aſſerit. Neque verò Beda, aut Innocentius hoc affirmant, ſed hoc dumtaxat, quod licitum ſit ſanitatis gratia oleo illo ab Epiſcopo conſecrato infirmos deliníre. Non tamen ſentiunt illud eſſe Sacramentum, niſi à Preſbyteris in forma Eccleſiæ illud fiat. Neque verò D. Thomas in præſentiarum hoc ſiluit: refert enim morem Sanctorum Patrum in Ægypto, qui oleum ad infirmos tranſmittebant, & ſanabantur. Hucvſque Sotus. Ergo conſtat ex his, licitum eſſe Parochis præbere laicis Oleum Extremæ Vnctionis, vt ipſi infirmos vngant, dummodo rarò, & prudenter, ac cum omni cautela id faciant.

Nec certè Palaus, nec Baunius oppoſitum adhuc inſinuant, vt legenti illos *loc. cit.* patebit.

TRACTATVS QVINTVS DE SACRAMENTO POENITENTIÆ.

TRACTANT de hoc Sacramento Scholaſtici cum Magiſtro *in 4. diſt.* 14. Sotus, Palacios, D. Bonaventura, Scotus Ricardus, Durandus, Carthuſ. Marſil. & alij *ibidem* Theologi cum S. Th. *in 4. diſt. 14. cit.* & 3. *part à q.* 84. & *in addit. à q.* 1. Suarez *tom 4 per totum* Vaſquez *tom.* 3. Granados, Valentia, Lugo, Hurtado, Bonacina, Candidus, & alij plures mox *citandi* Doctores Canoniſtæ *ſuper ſeptem primas diſt decreti*, ubi latè, & doctè, pius, & doctus Navarrus, & *in Man per totum.* Henriquez *lib. 4 ſummæ*, Filliuc. *tract. 6.* Concil. Florent. *ſeſſ. ultima.* Trident. *ſeſſ.* 14 Colonienſe *à c. 30. uſque ad* 39. Angelus, Sylveſter, Cajetanus, Tabiena, Armilla, & alij Summiſtæ *verbo Abſolutio, Confeſſio, Pœnitentia, Contritio, & Satisfactio.*

DISPVTATIO PRIMA.

De natura, & quidditate Sacramenti Pœnitentiæ, & ejus partibus.

QVÆSTIO PRIMA.

An in lege Gratiæ ſit verum Sacramentum Pœnitentiæ?

NEGARVNT olim Hæretici antiqui, & nunc negant etiam recentiores. Quorum primus fuit Montanus Cataphrygum Dux, Novatus Presbyter ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, qui vixit anno Domini 237. tempore Fabiani Papæ, Lutherus, Melancthon, Zuinglius, Calvinus, & eorum diſcipuli, aſſerentes, aut non eſſe Sacramentum Pœnitentiæ, aut non diſtigui à Baptiſmo.

Sed de fide certiſſimè Reſpondeo, eſſe in lege gratiæ verum & proprium Sacramentum Pœnitentiæ, & planè diſtinctum à Sacramento Baptiſmi. Quod quidem à Sanctis Patribus, & à Conciliis appellari ſolet lavacrũ lacrymarum, & ſecunda purgatio. Baptiſmus iterabilis, & laborioſus. Sacramentum Confeſſionis. Secunda tabula poſt naufragium. Reconciliatio. Manus impoſitio, & denique Sacramentum Pœnitentiæ.

Hæc reſponſio definita eſt in Concilio quodam Romano, cujus meminit Euſebius 6. *Hiſtoria Eccleſ. c.* 34. & in Concilio Nicæno *c.* 8. & in Concil. Floren. *in decreto Eugenij*, in Concil. Conſtantienſi 13. & denique in Trid. *ſeſſ. 13. c. 1. 2. & 3.* & *can. 1. 2. & 3.* & *in cap. ad abolendam, de hæret.* & ſtabilitur à S. Thom. 3. *part. q* 84. *art.* 1. & omnibus Theologis, & Scholaſticis cum Magiſtro *in 4. diſt.* 14. Videantur Bellarm. *lib. 1. de Pœnitent. c.* 10. & 13. Valentia *tom. 4. diſp. 7. q. 1. punct.* 1. Navar *de Pœnitent. diſt. 1. & ſeqq.* & *in Man. per totum*, Henriquez *lib.* 4. 5. & 6. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 16. & 17. Vaſquez *tom. 3. q. 84. art. 1. dub.* 1. & *q. 90. art. 1. dub.* 1. Granados *controverſ 7. tract. 1. diſp.* 1. Ioannes de Lugo *de Pœnit. diſp.* 12. Luyſius Turrianus *de Pœnit. q. 84. art. 1. dub.* 1. Gaſpar Hurtado *de Pœnitent. diſp.* 4. Bonacina *de Sacrament. diſp. 5. q.* 2. Candid. *in ſuis diſquiſit. mor. tom. 1. diſquiſ. 3. & tom. 2. diſq.* 24. Victoria *in ſum. q.* 104. Petrus Soto *lect. 1. de confeſſ* Becanus *de Sacram. tract. 29 q. 1. & 2.* Molfeſius 1. *part. ſum. tract. 7. c.* 3. & alij infrà citandi.

QVÆSTIO II.

An Sacramentum Pœnitentiæ componatur ex verbis Sacerdotis, ego te abſolvo, *tanquam ex forma, & ex actibus pœnitentis, videlicet contritione confeſſione, & ſatisfactione, tanquam ex materia?*

NEgant in primis Scot. *in 4. diſt. 16. q.* 1. & alij exiſtimantes, ſolam abſolutionem eſſe de integritate hujus Sacramenti. Scotum ſequitur Ludovicus à S. Iuan *q. 3. art. 1. dub. 3. pag.* 358.

Negavit etiam Durand. *in 4. diſt. 16. q. 1. & diſt. 14. q.* 3. & Palacios *ibidem*, dicentes hoc Sacramentum ſolùm componi ex abſolutione, & confeſſione.

Negant etiam Marſilius *in 4. q. 10. art.* 1. & Pighius *controverſ. 9. fol.* 181. dicentes componi dumtaxat ex contritione, confeſſione, & abſolutione.

Negant rurſus Sotus apud Suarez *in 4. diſt. 14. q.* 1. & alij ſentientes componi tantùm ex contritione, confeſſione, & ſatisfactione.

Negant denique Gabriel *diſt. 14. q. 2. art.* 1. & Altiſiodorenſ. apud Carthuſian. *diſt. 14. q.* 1. affirmantes ſolùm componi ex confeſſione, & ſatisfactione.

Sed certiſſimè reſpondeo, Sacramentum Pœnitentiæ intrinſecè, & eſſentialiter componi ex abſolutione tanquam ex forma, & ex contritione, & confeſſione, tanquam ex materia intrinſecè, & eſſentialiter componente illud, & etiam ex ſatisfactione, non tanquam ex parte eſſentiali, ſed ſolùm integrali (ut videbimus *infrà diſp. de ſatisfact. q.* 2.) componente tamen intrinſecè materiam hujus Sacramenti. Sic D. Th. *q. 84. art. 1. & 2. & q. 90. art.* 2. Sotus *diſt. 17. q. 1. art.* 2 (ut refert Granados) Bellarm. *lib. 1. de Pœnitent., c.* 17. Henriquez *lib. 4. c.* 10. Suar. *diſp. 18. ſect. 2. & 3.*

&

& apud ipſum Ricardus, Alenſis, Guillelmus, & D. Anton. Valentia *q.* 1. *punct.* 1. Lugo *diſp.* 12. *n.* 12. & *ſeqq.* Granad. *tract.* 1. *cit. diſp.* 2. & 5. Hurtado *diſp.* 4. *diff.* 2. Vaſquez *q.* 84. *art.* 1. *dub.* 2. Luyſius *ibid.* Becanus *loco cit. q.* 4. Ægidius *diſp.* 4. *dub.* 4. Nuñus *q.* 84. *art.* 1. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 3. *punct.* 1. Candidus *diſq.* 24. *art.* 2. *n.* 2. & 5. *pag.* 4. & 5. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 1. & Molfeſius *c.* 3. *cit. n.* 21. & *c.* 4. *n.* 14. & communis.

QVÆSTIO III.

An prædicti actus pœnitentis concurrant partialiter ad cauſandam gratiam iſtius Sacramenti?

NEgat Scotus *loco cit.* Vega *lib.* 13. *in Tridentinum, c.* 15. Capreol. *diſt.* 26. *q.* 1. *art.* 3. *ad* 1. D. Bonav. *diſtinct.* 17. 2. *part. art.* 1. *q.* 3. Ferrar. 4. *contra gent. cap.* 72. quos omnes refert pro hac parte Suarez *diſp.* 18. *ſect.* 2. *n.* 11. quia exiſtimat, hoc Sacramentum cauſare gratiam, non per omnes ejus partes, ſed per ſolam abſolutionem Sacerdotis, in quo eſt poteſtas Clavium ad abſolvendum.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, etiam actus pœnitentis concurrere partialiter ad cauſandam gratiam Sacramentalem; non tamen ſecundùm ſe conſideratos, ſed prout elevantur à Sacerdote per poteſtatem clavium ad cauſandam gratiam. Vnde tota activitas in rigore debet tribui verbis Sacerdotis, ſiquidem ab ipſis dimanat activitas in cæteras compartes, & ideo propriè non poteſt dici, quod pœnitens ſibimet conferat gratiam, aut remittat peccata, aut abſolvat ſeipſum. Sic S. Thomas *q.* 84. *art.* 1. & 2. *ad* 3. & *q.* 86. *art.* 6. Alenſ. *q.* 61. *memb.* 6 Ricard. *diſt.* 16. *art.* 2. *q.* 2. D. Anton. 3. *part. tit.* 14. *c.* 17. Cajet. *q.* 84. *art.* 2. Sot. *diſt.* 14. *art.* 2. & 3. quos omnes refert, & ſequitur Suarez *loc. cit. n.* 12. quibus addi poſſunt Cano *relect. de pœnit. q.* 5. *dub.* 1. Ioannes de la Cruz *in ſua ſumma de Sacramento Pœnit. q.* 1. *dub.* 4. *conc.* 1. ubi pro hac parte citat etiam Ferraram (necnon & Capreolum) eodem loco quo Suarez pro contraria citavit. Sic adhuc Ægidius *diſp.* 4 *dub.* 4. *in fin.* Lugo *diſp.* 12. *n.* 34. *pag.* 181. & eſt communis inter Thomiſtas, quos etiam ſequitur Ludovicus *loc. cit. dub.* 2. Becanus *c.* 23. *q.* 4. *n.* 4. & alij.

QVÆSTIO IV.

An non ſolùm dicti tres actus pœnitentis ſint materia proxima hujus Sacramenti, verùm etiam ipſa peccata per confeſſionem doloroſam explicata?

NEgant abſolutè communiter omnes DD. præcipuè Hurtado *loco cit. difficult.* 2. Granado *loc. cit. diſp.* 3. & alij.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo, etiam eſſe materiam proximam, non in recto, ſed in obliquo. Hoc enim modo intrant ad conſtituendum intrinſecè hoc Sacramentum. Nam confeſſio etiam cum dolore, & abſolutione non ſufficeret ad conſtituendum hoc Sacramentum, niſi re ipſa præceſſerint illa peccata, de quibus pœnitens ſe accuſat: ergo illa intrare debent partialiter, ſaltem in obliquo, ad componendum intrinſecè hoc Sacramentum. Nec id erit contra mentem Conciliorum aſſignantium pro materia illos tres actus pœnitentis; nam in illis includuntur peccata in obliquo, quia ſi aſſignantur pro materia confeſſio, & dolor de peccatis, quæ verè extiterunt, neceſſe eſt, quod in ipſo dolore includantur in obliquo ipſa peccata. Sic optimè, ut ſolet, Lugo *diſp.* 12. *n.* 1. *pag.* 185.

QVÆSTIO V.

An intentio qua pœnitens vult recipere hoc Sacramentum, ſit etiam pars, & quaſi materia intrinſeca huius Sacramenti.

AFfirmat timidè Vaſquez *q.* 84. *art.* 1. *dub.* 2. *n.* 11. dicens forſan eſſe partem intrinſecam.

Sed certè abſque dubio reſpondeo eſſe. Ipſa enim confeſſio includit in ſe intentionem recipiendi abſolutionem: nam accuſatio voluntaria pœnitentis nihil aliud eſt, quàm volitio obtinendi ſententiam à judice, & conſequenter intentio recipiendi Sacramentum, quod per abſolutionem perficitur. Sic Lugo *loc. cit. num.* 27.

QVÆSTIO VI.

An omnia peccata poſt Baptiſmum commiſſa poſſint eſſe materia huius Sacramenti?

NEgavit Franciſcus de Oſſuna *ſui Hiſpani Alphabeti tr.* 4. *del* 2. *Alphabeto, c.* 5. *lit. D.* Dicens venialia peccata non eſſe ſufficientem materiam Sacramenti Pœnitentiæ, & quod quando quis ſola venialia confitetur, & abſolvitur, non recipit gratiam ex opere operato. Sed hæc ſententia apertè eſt contra Concilia Florent. & Trident. unde meritò eam delere juſſerunt Domini Inquiſitores per ſuum ultimum indicem editum Matriti anno 1640. *pag. mihi* 425. unde certiſſimè

Reſpondeo poſſe eſſe materiam remotam in recto, proximam in obliquo. Duplex namque eſt materia hujus Sacramenti, proxima, & remota: illa ſunt actus pœnitentis, hæc verò peccata ipſius dicuntur: autem communiter materia remota, quia circa illa deſtruenda verſatur hoc Sacramentum, nam ſicut lignum dicitur materia remota ignis, quia ad ejus productionē deſtruitur lignum, ſic etiam peccata, quorum deſtructio intenditur per hoc Sacramentum, dicuntur ejus materia remota in recto; licèt re vera etiam dici poſſint proxima in obliquo, ut ſuprà eſt habitum.

Hoc ergo ſuppoſito dicimus, quod omnia peccata poſt baptiſmum commiſſa, ſunt propria materia hujus Sacramenti. Mortalia quidem, materia neceſſaria propria, & principalis, cùm ad tollenda illa hoc Sacramentum principaliter ſit inſtitutum. Venialia verò ſufficiens, & propria. Sic habetur in Trident. *ſeſſ.* 14. *can.* 7. & docent omnes Doctores cum D. Thoma *q.* 84. *art.* 2. de quo latè *infrà.* Legantur Becanus *c.* 29. *q.* 3. & Palaus *tract.* 23. *punct.* 6.

QVÆSTIO VII.

An peccata commiſſa ante Baptiſmum debeant, aut eſſe poſſint materia huius Sacramenti?

AFfirmarunt Angel. *verb. Baptiſmus* 6. & *verb. confeſſio* 2. *n.* 2. & Ricard. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 2. *q.* 2.

Sed certiſſimè reſpondeo, nec debere, nec poſſe, quia id conſtat ex Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 1. ubi ait, hoc Sacramentum inſtitutum eſſe ad delenda peccata poſt baptiſmum commiſſa. Sic jam omnes Doctores (de quo adhuc *infrà.*) Legantur Suarez, & Vaſquez *loc. cit.* Molfeſius *loc. cit. c.* 4 à *n.* 9. & Palaus *punct.* 6. *citato.*

QVÆSTIO VIII.

An peccata quæ fiunt in ipſomet inſtanti Baptiſmi, ſint materia huius Sacramenti?

NEgat omnino Hurtado *loco cit. diff.* 3. & negant etiam ex parte alij non pauci Doctores, docen-

tes

tes quod ſi peccatum quod tunc committitur eſt peccatum fictionis, ſeu voluntatis non recipiendi baptiſmum abſque diſpoſitione debita, tunc debeat illud peccatum pœnitens poſtea in confeſſione explicare; ſi verò ſit aliud quodcumque peccatum, ut odij, luxuriæ, furti, &c. tunc non debeat, quia non eſt materia Pœnitentiæ Sic Diana *3. part. tract. 4. reſol.* 14. & apud ipſum Cabrera *de Sacram. q. 69. art.* 10. *diſp.* a. 3. 2. *& ſeqq.* Sylvius *q. 69. art.* 10. Ioannes de Cruce *in ſua ſum. de baptiſmo, q. 4. dub. 4. concl.* 1. (qui & poterat citari etiam *q. 1. de pœnitent. dub. 1. concl.* 2.) Nugnus *q. 69. art.* 10. *dub.* 2. & Villalobos *in ſum. tom. 1. tr. 5. diff.* 20. quibus addi poteſt Granado *tr.* 1. *diſp.* 3. & apud ipſum S. Thom. Sotus, Valentia, & Suarez

Alij verò è contra affirmant omnia peccata tunc commiſſa eſſe materiam confeſſionis ſequentis, & ſic debere omnia à pœnitente poſtea confiteri. Sic aliqui Doctores, quos referunt Suarez *diſp. 28. ſect.* 2. & Vaſquez *tom* a. *diſp.* 159.

Sed probabiliùs reſpondeo, quod licèt utraque ex prædictis ſententiis ſit ſpeculativè valde probabilis; practicè probabilior longè eſt hæc ultima. Et ita dicendum eſt in praxi omnia peccata, ſive ſint fictionis, ſive quæcumque alia, quàm fictio, debere explicari in confeſſione ſubſequenti, tanquam materiam neceſſariam; quia jam omnia ſunt peccata hominis Chriſtiani, & baptizati, & ad minus nemo ſcire poteſt aliquod peccatum duraſſe toto tempore antecedenti, & ipſo etiam inſtanti terminativo Baptiſmi, vel ſolo illo inſtanti, & non fuiſſe continuatum ullo modo per aliquod temporis ſpatium: ergo ſi homo non poteſt ſcire, an illa voluntas mala deſierit ſimul cum Baptiſmo, vel continuata fuerit, debet illam poſtea confiteri, ſaltem tanquam peccatum, de quo dubitat, an fuerit factum poſt baptiſmum: atque ideo in praxi omnia illa ſunt materia neceſſaria confeſſionis. Sic Suarez *tom. 3. diſp. 28. ſect. 3. in fine tertiæ concluſionis*, optimè Lugo *diſp. 16. ſect. 1. quaſi per tot.*

QVÆSTIO IX.

An imperfectiones (qualis eſt non correſpondere inſpirationibus divinis, ſint materia confeſſionis, & ideo bene faciant qui de huiuſmodi imperfectionibus ſe accuſant?

NEgant eſſe materiam confeſſionis, quia negant culpam eſſe aliquam, Tannerus *in* 1. 2. *diſp. 4. q. 10. dub. 4. n.* 70 & Sanctius *in ſelectis, diſp. 1. à n.* 4. *& diſp. 6. n. 4. & diſp. 7. n. 4. &* 41. ubi conſequenter contendit, non eſſe permittendum pœnitentibus in confeſſione accuſare de hujuſmodi rebus; nempe quod non conſenſerint inſpirationibus divinis, quibus à Deo movebantur ad non habendam nimiam ſolicitudinem de corporis ſalute, ad non quærenda alimenta ſuperflua, ad non appetendas dignitates, à ſecularibus curis abſtinendum, &c. Item nec debent permitti accuſare ſe quod tranſgreſſi fuerint inſpirationem oblatam, quando urgebat occaſio violandi præceptum (hæc enim tranſgreſſio inſpirationis non eſt diſtinctum peccatum ab ipſa tranſgreſſione præcepti) quod non præmiſerint examen, nec doleant intensè, prout poſſent de peccatis; quod Deum non dilexerint tota qua poſſent intenſione, quod in copula cum conjuge nimiam delectationem fuerint experti, illóque tempore (vel aliàs) cum ea verba amatoria fuerint colloquuti, &c. Quia cum hæc, & ſimilia peccata non ſint, non debent afferri in confeſſione. Sic Sancius, quem refert Diana *3. part. tract. 4. reſol.* 52. qui quamvis vocet illum amiciſſimum, non audet ſequi.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe regulariter loquendo materiam abſolutionis; quia regulariter loquendo dictæ imperfectiones ſunt peccata venialia. Vnde nullo modo debent reprehendi Confeſſores in eo quod pœnitentes in iis dicendis non reprehendunt, quia (ut verbis Lugi utar) ad minus plura ex iis, quæ videntur meræ imperfectiones, non fiunt ſine aliqua culpa veniali, præſertim ſi cum communi (& mihi vera) ſententia Thomiſtarum, ſupponas non dari actum moralem indifferentem in individuo; ex hoc enim conſtat, eos omnes actus, qui ex fine honeſto non fiunt, eſſe peccata venialia. Tum etiam, quia non eſt neceſſe, quod omnia, quæ pœnitens in confeſſione dicit, ſint determinatè, & abſolutè materia abſolutionis: multa quippe dicuntur, vel ad majorem abundantiam, ut notitiam ſuam magis plenam pœnitens confeſſario tribuat. Vnde & beneficia etiam à Deo accepta narrantur: vel ut ſi quid fortaſſe culpæ, & peccati in iis fuit, id totum per Sacramentum & abſolutionem deleatur. Sicut ergo infirmus omnia medico narrat, ut ſi qui dinvenerit curatione dignum, remedium adhibeat: ſic pœnitens confeſſario, qui ſimul medicus eſt, poteſt abſque vitio omnia narrare, etiam imperfectiones; quia ad confeſſarium magis ſpectat diſcernere quæ ſit, & quæ non ſit abſolutionis materia, & ut confeſſarius magis perſpectam habeat pœnitentis conſcientiam, & eo melius de toto ejus ſtatu judicare poſſit, in ordine ad debitum remedium adhibendum. Hucuſque Lugo *diſput.* 16. *n.* 102. *&* 101. *pag.* 325. & ante ipſum Tolenis *lib.* 3. *ſum. c. 2. n.* 4. apud Lugum, Sancium, & Diaoam *n.* 6. apud me verò *n.* 5. Tenent etiam noviſſimè noſtram ſententiam Pellizarius *in Man. Regular. tom. 2. tract. 5. c. 3. ſect. 1. n.* 42. quem ſequitur rurſus Diana *pag.* 5. *tract. 9. reſol.* 19.

QVÆSTIO X.

Quid ſit Sacramentum Pœnitentiæ?

REſpondeo ex dictis, quod eſt *Sacramentum novæ legis, conſtans ex actibus pœnitentis, & abſolutione Sacerdotis, conferénſque gratiam, qua peccatum poſt Baptiſmum commiſſum remitti poſſit.* Sic Granadus *controv. 2. tract. 1. diſp.* 2.

Similis huic definitioni eſt illa, quam affert Navar. *c. 22. n.* 11. & ſequitur Reginald. *lib.* 28. *n.* 37. dicens: *Pœnitentiam eſſe Sacramentum abſolutionis, quo Sacerdos ſibi ſubditum peccata ſua, cum juſto dolore, & propoſito ſatisfaciendi, legitimè confitentem abſolvit.*

Denique omiſſis aliis definitionibus, hanc ſibi elegit Bonacina *diſp. 5. quæſt. 1. punct.* 2. *Sacramentum* (inquiens) *Pœnitentiæ, eſt Sacramentum conſiſtens in actibus pœnitentis, & abſolventis, inſtitutum à Deo per modum judicij emendativi ad remiſſionem peccatorum.* Sic etiam Nugnus *in 3. part. q. 84. art. 1. dub.* 4. & Candidus *diſquiſ. 24. art. 2. n.* 2. Omnes ſunt optimæ definitiones.

QVÆSTIO XI.

Quid, & quotuplex ſit Contritio?

REſpondeo breviter: Quod contritionis nomen tripliciter ſumitur. Primò pro quolibet dolore de peccatis: ſecundò pro dolore perfecto, quo quis ita dolet de peccatis, ut recipiat gratiam: & tertio pro dolore imperfecto, quo quis cum Sacramento, non ſine illo gratiam ſuſcipit.

Dolor ergo, ſeu Contritio formalis, prout abſtrahit à contritione perfecta, & imperfecta, ſic definitur à Trid. *ſeſſ. 14. cap.* 4. *Eſt animi dolor, ac deteſtatio*

tio de peccato commiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero.

Contritio verò formalis perfecta, ſic ab Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 1 definitur. *Eſt deteſtatio aut dolor de peccato, propter Deum ex charitate dilectum.* A Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 1. *punct.* 1. *n.* 1. *Eſt actus charitatis, quo quis deteſtatur omnia ſua peccata ſuper omnia deteſtabilia, quatenus ſunt offenſa Dei, ſeu contra amicitiam, & voluntatem eius, cum propoſito non peccandi in futurum.* A Granado *tract.* 2. *diſp.* 7. *n.* 3. *Eſt actus voluntatis liber, honeſtus & ſupernaturalis, deteſtans efficaciter peccata omnia, ſaltem lethalia commiſſa, quatenus ſunt contra Deum ſuper omnia ſupernaturaliter dilectum, cum firmo, & ſupernaturali propoſito non peccandi, ſaltem lethaliter, & ſpe etiam ſupernaturali veniæ* A Candido tandem *diſq.* 24. *art.* 1. *n.* 3. ſic breviùs diffinitur: *Eſt dolor perfectus voluntariè aſſumptus propter Deum pro peccatis, cum propoſito confitendi, & ſatisfaciendi.*

Contritio verò imperfecta, ſeu Attritio: *Eſt dolor de peccatis ob timorem gehennæ, aut aliarum pœnarum, aut ob turpitudinem, & malitiam peccati.* Sic colligitur ex Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 4. ubi ſic dicitur: *Illam contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati commiſſi conſideratione, vel gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat cum ſpe veniæ, declarat non ſolùm non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verùm etiam donum Dei eſſe, & Spiritus ſancti impulſum, non adhuc quidem inhabitantis, ſed tantùm moventis*, &c. Sic Concilium. De quibus omnibus breviter tractabimus. Videantur Navarr. *in man. c.* 1. *per totum.* Vivald. *in candelabro aureo*, 1. *part. ubi de contritione.* Suarez, & Vaſquez *ubi infrà.* Molfeſius 1. *part. ſumma, tract.* 7. *c.* 7. & Archangelus *diſt.* 17. *pag.* 175. *& ſeq.* Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 7. & Trullench *de Sacramentis lib.* 6. *c.* 5. *à dub.* 1.

QVÆSTIO XII.

An contritio perfecta ſufficiens ad iuſtificationem debeat neceſſariò eſſe ex motivo charitatis, ſcilicet Dei ſuper omnia dilecti?

NEgant aliqui Doctores, quos ſuppreſſo nomine refert Suarez *tom.* 4. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *n.* 14. aſſerentes, ſufficere ad contritionem, quod ſit dolor vel ex motivo charitatis, vel ex motivo obedientiæ, vel religionis, vel pœnitentiæ, hoc eſt, quod ſit dolor, quia peccatum diſplicet Deo, quem diligimus, vel quia eſt contra ejus præceptum, cui obedire debemus, vel quia eſt contra ejus cultum; vel quia eſt contra jus Dei, quod obſervare tenemur, aut quia eſt offenſa Dei. Sic tenent Sotus *diſt.* 17 *q.* 2. *art.* 2. Bonacina *loco nuper cit.* Granad. *controverſ.* 7. *tract.* 2. *diſp.* 7. *num.* 9. ubi ſic ait: Satis eſt ad contritionem efficax deteſtatio orta ex amore charitatis, ſive illa procedat etiam ex motivo charitatis, atque adeò ad charitatem pertineat; ſive procedat ex motivo religionis, ſive peculiaris virtutis pœnitentiæ; illud enim ſolùm requiritur, quod ſit talis dolor, qui peccatorem convertat ad Deum, & non ſit propter pœnas peccatorum, aut gloriam, aut quid ſimile. Sic Granados.

• Sed probabiliùs reſpondeo: debere neceſſariò oriri ex ſolo motivo charitatis Dei ſuper omnia dilecti. Quia ſicut per peccatum mortale expellitur charitas Dei, ſic debet reſtitui præcedente aliquo actu ipſiuſmet charitatis, ut congruè reſtituatur. Sic Suarez *loco citato.* Vaſquez *q* 85. *artic.* 1. *dub. unico, n.* 45. dicens (ſed valdè rigidè) oppoſitam ſententiam cenſendam eſſe erroneam. Lugo *diſp.* 5. *n.* 10. *pag.* 14. dicens eſſe communem omnium ferè Theologorum. Hurtado *diſp.* 2. *diff.* 2. Petrus Soto *lect.* 14. *de pœnitent. fol. mihi* 137. Molfeſ. *tract.* 7. *c.* 7. *n.* 13. & 19. & alij.

QVÆSTIO XIII.

An contritio debeat deteſtari peccata ſuper omnia deteſtabilia?

REſpondeo: quod debet deteſtari omnia peccata ſupra omnia mala pœnæ appretiativè, non intenſivè. Hoc eſt, debet homo per contritionem dolere de peccatis magis, quàm de omni malo pœnæ, ita ut pluris exiſtimet offendiſſe Deum, quàm ſi omnia mala incurriſſet, & conſequenter debet firmiter ſtatuere, potiùs tolerare quodlibet aliud malum, quàm peccare de cætero. Nec enim ad id eſt neceſſaria actualis comparatio peccati ad alia mala; quin potiùs prudentius erit, præſertim hominibus exiguæ virtutis, ab hujuſmodi comparationibus abſtinere; periculoſum namque eſſet, ſi hæc conditionalis illis proponeretur explicitè, & actualiter: Si occurreret talis, vel talis caſus infamiæ, vel mortis ſubeundæ ad vitandum peccatum, quid faceres? Sufficit ergo, quod implicitè proponatur deteſtatio peccati ſuper omnia. Sic S. Thom. *in addit. q.* 1. *art.* 1 *ad* 4. Henriquez *lib.* 4. *c.* 27. *n.* 7. Petrus Soto *loco cit.* unde non rectè citat illum Henriquez pro oppoſito. Lugo *diſp.* 1. *ſect.* 2. Granados *diſp.* 7. *cit. ſect.* 4. Navarr. *c.* 1. *n.* 21. Soto *diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 4. Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 9. & Archangel. *diſt.* 17. *pag.* 183. & omnes.

QVÆSTIO XIV.

An contritio debeat dolere de peccatis ſupra omnia mala, includendo mala (ſi poſſibilia eſſent) ipſiuſmet Dei?

AFfirmat Alenſis apud Lugum, docens quod ſi proponeretur hæc conditionalis, *aut peccandum mihi eſt, aut Deus patietur aliquod malum intrinſecum*; in eo caſu poſſe, & debere acceptari peccatum, ne pateretur Deus illud malum intrinſecum; quia hoc deteſtabilius eſſet peccato. Sic etiam ſentit Suarez apud eundem Lugum, quatenus ait, tunc eligendam eſſe culpam propriam, ad evitandum malum intrinſecum Dei.

Sed probabiliùs reſpondeo, quod data illa impoſſibili conditionali, & quod tunc maneret in ratione culpæ illa, quæ eligeretur, culpa ad vitandum malum intrinſecum Dei, dico quod deberet potius permitti malum intrinſecum Dei, quàm admitti peccatum. Quia hoc maneret cum oppoſitione ad aliquod bonum ſuperius, quàm eſſet bonum intrinſecum Dei, ut benè probat Lugo *diſp.* 5. *n.* 28. *pag.* 38.

QVÆSTIO XV.

An contritio debeat dolere de peccatis ſuprà omnem pœnam, etiam æternam?

NEgant aliqui quos tacitè refert Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 9. *n.* 4 & etiam negare videtur Duraud. *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 5. ubi ait: malum æternæ pœnæ nunquam eſſe eligibile, propter vitandam culpam.

Sed certiſſime reſpondeo: debere dolere, etiam ſupra pœnam æternam; dummodò hæc non includat culpam. Sic D. Anſelm. *lib. de ſimilitud. cap.* 190. per hæc verba: *Si hinc peccati pudorem, & illinc cernerem inferni horrorem, & uni eorum neceſſariò haberem immergi, potius me in gehennam immergerem, quàm peccatum in me mitterem: mallem enim ſine peccato purus infernum intrare, quàm peccati ſorde pollutus cælo-*

rum

rum regna tenere. Sic Anſelmus,& ſic D.Thom.*quodlib.*1.*art.*9.Suarez,& Archangel.*loc.cit.* Lugo *loc.cit. n.*10. qui bene explicat Durandum, dicens; debere intelligi de electione abſoluta nunc de facto, & per ſe loquendo: quia Deus decrevit æternam pœnam non eſſe medium ad vitandam culpam, ſed potiùs è contrà: at verò per actum conditionatum non repugnat fieri eam comparationem, imò propoſitum, quod ex vi contritionis debet habere pœnitens ſupra omnia, non peccandi, includit voluntatem conditionatam,qua velit pati etiam pœnam inferni, ſi id neceſſarium ſit ad vitandum peccatum futurum. Legantur Suarez, & Lugo *loc.cit.*

Quæstio XVI.

An de uno peccato debeat dolere pænitens magis, quàm de altero?

RESpondeo debere, ſive formaliter,ſi contritio de ſingulis peccatis habeatur; ſive virtualiter, ſi unus generalis contritionis actus pro omnibus habeatur peccatis. Quia magis deteſtanda ſunt quæ graviora peccata ſunt,cum in iſtis major ratio doloris, quæ eſt Dei offenſa,quàm in aliis eſt: ergo majorem dolorem de gravioribus habere, maximè nobis convenit.Sic S.Thom.*loc.cit.art.*3.Suarez *diſp.*4.*ſect.*18. Granados *tract.*2.*diſp.*7.*n.*40.Lugo *diſp.*5.*n.*39. & communis omnium, qui bene hoc debitum non de neceſſitate, ſed de congruentia intelligunt.

Quæstio XVII.

An de peccato levi proprio debeat quis magis dolere,quàm de peccato gravi alieno?

RESpondeo debere, quia ſi eſſet deteſtabilius peccatum grave alienum, poſſet quis eligere peccatum leve proprium ad vitandum alienum grave,quod omnino repugnat. Verum eſt, quod ad evitandum graviſſimum peccatum proximi poterit quis licitè permittere,& ſubire periculum peccandi; quia hoc non eſt velle peccatum,ſed permittere aliquid,ex quo non neceſſariò,ſed ob noſtram culpam ſequatur peccatum.Vnde ſi certò aliquis ſciret,ſua oratione præſervandum eſſe à Deo alium hominem,ne in hæreſim laberetur,teneretur ſine dubio orare, licèt ſciret in ea oratione commiſſurum ſe aliquod veniale, ob levem irreverentiam: id enim ſola eſſet permiſſio levis culpæ,quæ licita eſt, propter bonum proprium, & alienum.Imò,ſi ex divina revelatione ſcires te peccaturum mortaliter,ſi loquaris cum Petro, quem tua locutione liberabis ab æterna damnatione, & poſtea tu etiam à peccato juſtificaberis,poteris licitè ſubire illud periculum,quia hoc non eſt velle peccatum,ſed periculum peccati, quod ex gravi cauſa velle poſſumus,ut docet Thomas Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſp.* 45.*n.*6. Secus eſſet dicendum,ſi non ſolùm eſſet periculum peccati, ſed etiam damnationis tuæ; quia tunc nec pro vitandis peccatis totius mundi poſſes illud periculum ſubire.Sic Granados *loco citato,n.*41. Lugo *loco cit.n.*49.*& ſeq.*Suarez *diſp.*3.*ſect.*10.*n.* 10. & apud ipſos Paludan. Soto. & Ledeſma, Archangel. *diſt.*17. *pag.*183. & communis.

Quæstio XVIII.

An contritio debeat eſſe de peccato originali?

RESpondeo negativè, quia propriè loquendo, contritio ſolùm poteſt eſſe de peccatis illis,quæ ex duritia noſtræ voluntatis in nos perveniunt; ſed originale non ex noſtra actione, ſed ex peccato Adæ contractum eſt: ergo. Verum eſt,quod poſſit de originali dari in nobis vera diſplicentia,tam pura,quàm doloroſa,qua diſpliceat nobis,& doleat, illud peccatum,& offenſam habitualem Dei contraxiſſe. Imò & addo,quod de facto nobis quaſi quotidie diſplicet peccatum illud,quia ferè in omni actione moleſtiam afferente idem deteſtamur.Sic S.Th.*in addition.q.*24. *art.*2. & rurſus 3.*p.q.*84.*art.*1. *ad* 3. Sotus *diſt.*24. *q.*1.*art.*2.*ad* 3.*& diſt.*17.*q.*2.*art.*2.Nugnus *quaeſt.*2.*art.*2.*pag.*297.Hurtado *diſp.*1.*difficult.*2. & communis omnium.

Quæstio XIX.

An teneatur quis habere diſplicentiam, ſeu dolorem de peccato originali?

AFfirmant aliqui, quos tacito nomine refert Nugnus *loc.cit.*affirmantes non ſolùm illi, qui eſt in peccato originali,quando venit ad vſum rationis,ſed etiam omnibus aliis eſſe præceptum de poſitiuè dolendo de originali aliquando.

Sed certiſſimè reſpondeo: non teneri,quia nullus cenſetur obligatus ad talem diſplicentiam poſitiuè habendam; adhuc ille, qui in peccato originali ad vſum rationis peruenit. Quia iſte optimè poterit per actum dilectionis Dei ſuper omnia iuſtificari,cum in illo includatur de facto votum implicitum Baptiſmi. Sic Nugnus *loc.cit* & apud ipſum Scotus, Archangelus *diſt.*14.*pag.*130.& alij.

Quæstio XX.

An homo magis debeat dolere de peccato mortali perſonali à ſe cōmiſſo,quàm de originali,quod commiſit in Adamo,quando ipſe peccauit, & poſtea contraxit in inſtanti conceptionis?

RESpondeo magis debere dolere,quia licèt vtrumque peccatum omnino priuet gratia Dei:at peccatum perſonale proprium eſt magis voluntarium, cùm ortum habeat phyſicè à noſtra voluntate: ergo magis debemus dolere de illo. Sic Lugo *diſp.*5.*n.*58. dicens,& benè,eſſe id apud omnes certum.

Quæstio XXI.

An ad minus magis debeat homo dolere de peccato originali,quàm de peccato veniali actuali?

AFfirmatiuam ſententiam docere Hieronymum de Florentia,eximium Regis Hiſpaniarum concionatorem, in concionibus, quas publicè edidit de Conceptione Virginis,ait Lugo *loc.cit.n.*59.Qui tamen non citat ſermonem illius authoris, quia fortè illud non vidit.Eſt tamen in ordine primus, vbi *pag. mihi* 14. hæc verba dicit: [Pues el deudo de Maria con Chriſto,y el darle morada en ſus entrañes,y ſer Madre,obligò à Chriſto,que la libraſſe de qualquier pecado venial,ſo pena que paſſara à el la ignominia y deshonra,ſiendo tanto mayor deshonra,quanto es mayor culpa la original,de creer es,que por ſu propria honra la deuiò preſeruar de la. Y quanto mayor ſea la culpa original, que la venial,bien ſe dexa ver, pues priua de la gracia, y derecho a la gloria, y de hijos de Dios haze hijos de ira, y eſclauos de Satanas, loqual no haze el pecado venial por graue que ſea:y aſſi ſi a vna perſona le dieran à eſcoger vna de dos,ò hazer vn pecado venial, o contraher el original, deuiera eſcoger antes el venial, y aun muchos veniales,que el original.]Hucuſque Hieronymus.

Sed

Sed probabiliùs reſpondeo : non debere magis dolere de originali, quàm de veniali, quia licèt illud aliquo modo ſit gravius iſto, eo quòd gravius detrimentum afferat, iſtud tamen eſt magis voluntarium; ſiquidem committitur phyſicè per voluntatem propriam, illud verò per voluntatem moraliter alienam. Sic optimè, & latiſſimè Lugo *loc.cit.pag.*44.

QVÆSTIO XXII.

An B. Virgo potiùs elegiſſet committere unum peccatum veniale, quàm contrahere maculam peccati originalis in inſtanti ſuæ Conceptionis?

AFfirmat clariſſimè Hieronymus de Florentia, ut conſtat ex ejus verbis nuper adductis.

Sed probabiliùs reſpondeo : nullo modo id electurum fuiſſe. Quia (inquit Lugo *loc.cit.n.*60.) contrahere maculam originalem in primo inſtanti conceptionis, non eſt peccare, tunc enim nō peccat puer, ſed eſt in peccato habituali, eo quòd peccavit antea in Adamo, & non eſt ei condonatum illud peccatum : certum eſt autem, quod non poteſt aliquis facere unum peccatum veniale, ut poſſit exire à ſtatu peccati habitualis in quo eſt. Sic ille, legatur quæſo.

QVÆSTIO XXIII.

An perfecta dilectio Dei ſine contritione, aut deteſtatione formali peccati ſufficiat ad juſtificationem?

NEgant Petrus de Soto *lect.*4. & 5. *de pœnit.* (eo quòd exiſtimet, hominem exiſtentem in mortali, minimè poſſe habere veram dilectionem ſine formali actu contritionis) Cano *relect. de pœnit. part.*3. & ex parte Sotus *diſt.*15.*q.*1.*art.*2.

Sed longè probabiliùs reſpondeo : ſufficere, quia poteſt dari in peccatore actus dilectionis Dei ſuper omnia abſque contritione formali, cùm poſſit non occurrere in memoriam mortale quod deteſtari debeat : ſed ad juſtificationem ſufficit actus dilectionis amicitiæ Dei, ut conſtat tum ex illo Ioan. 14. *Qui diligit me, diligetur à Patre meo.* Tum etiam, quia dilectio perfecta, licet non ſit formaliter Contritio, eſt tamen virtualiter, eminenter, & æquivalenter; quod ſufficit. Sic Medina *C. de pœnit.q.*2. Nugnus *in addit. q.*1.*art.*3.*dub.*7 *pag.*281. Suar.*diſp.*9.*ſect.* 1. Ægidius *diſp.*2.*dub.*6. Lugo *diſp.*5.*n.*33.*pag.*50. Caiet. 3.*parte q.*87.*art.*1. Valentia *tom.*4.*diſp.*7.*q.*3.*punct.*2. Candidus *diſquiſ.*24.*art.*15.*dub.*5.&6. Hurtado *diſput.*1. *diffic.*5. Vaſquez *q.*86.*art.*2. *dub.*1.*num.*18. & apud ipſum Sotus & Gabr. Navar. & Maior.

QVÆSTIO XXIV.

An dilectio Dei ſuper omnia ſolùm iuſtificet caſu, quo non occurrant peccata diligenti Deum?

AFfirmant ſolùm in eo caſu iuſtificare, Suar. *loc. cit.n.*21. Sotus *diſt.*15.*q.*1.*art.*2.*concl.*2. Candidus *loc.cit.pag.*30. Vaſq. *loc.cit.n.*24. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, *Etiam iuſtificare adhuc in caſu, quo adſit memoria peccatorum.* Quia adhuc in eo caſu poteſt eſſe dilectio, ſine contritione formali, ſi non adſit neceſſitas pœnitentiam tunc ad ſalutem habendi : ergo adhuc in eo caſu, ſola ad iuſtificationem ſufficiet. Sic Lugo, & Hurtado *loc. cit.* & Becanus *de Sacram.c.*36. *quæſt.*3. *n.*12. *concluſ.*3.*pag.mihi* 529.

QVÆSTIO XXV.

An etiam ſufficiat ad iuſtificationem contritio ſine dilectione formali?

AFfirmant Paludan. *diſt.*24.*art.*2. *q.*3. Gabriel *q.*1.*art.*2.*concl.*5. Sotus *q.*2.*art.* 6. *ad* 4. Vega *lib.*13.*in Trident.c.*21. quos citat, & ſequitur Suarez *diſput.*4.*ſect.*2.*n.*6. & 9.

Negant verò è contrà Nugnus *loc.cit.q.*1. *artic.*1. *dub.*7.*pag.*280. qui refert pro hac parte D. Thom 3. *parte, quæſt.*85. D. Bonau. Palud. & Ricardum *diſt.* 15. & 16. Scotum *diſtinct.*14.*q.*2. Magiſtrum, Capreolum, & Gabrielem, *quia exiſtimant, non poſſe ex natura rei eſſe actum contritionis*, ſine actu formali charitatis

Sed media via, probabiliùs reſpondeo : Actum contritionis ſufficere ad iuſtificationem, ſine alio diſtincto actu charitatis, non verò ſine dilectione formali; quia ipſamet Contritio eſt ſimul dilectio Dei ſuper omnia : ergo ſine alio actu amoris ſufficiet ad iuſtificationem. Sic Hurtado *diſp.*2.*diffic.*2. & 6. Lugo *diſput.*5. *n.*92. Molfeſius *tract.*7.*c.*7.*n.*19. Becanus. *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An contritio perfecta habeat ſemper coniunctam remiſſionem, etiam peccati ante receptionem actualem Sacramenti?

NEgant Molan. *tract.* 1. Theologiæ practicæ, *c.* 8. docens contritionem cum voto Sacramenti ſolùm in caſu neceſſitatis, non extrà, afferre remiſſionem peccati. Guillelmus Eſtius *in* 4.*diſt.*17. & *in prima Epiſt. Ioan.cap.* 3.*verſ.*7. & noviſſimè Franciſcus Sylvius *in quæſt.*5. *Supplementi S. Thomæ, art.*1. ubi docet, non ſemper, imò nec frequenter, contritionem habere coniunctam remiſſionem peccatorum, antequam recipiatur Sacramentum, ſed ſolùm aliquandò id contingere, vt in caſu neceſſitatis, cùm quis non niſi difficillimè poteſt adire Sacerdotem; aut extra illum, ſi contritio eſſet vehementiſſima, & coniuncta magnæ dilectioni Dei, licèt non omnibus illam habentibus, ſed aliquibus, quibus Deus voluerit, daretur adhuc ſtatim remiſſio peccati. Sic ille, qui citat ibi pro ſententia Molanum *loc. cit.* Scot. *in* 4.*diſt.*4.*quæſt.*2. & *diſtinct.*17. & 19 & Caietanum *in ſum. verbo Contritio.* Eandemque doctrinam tradit iterum *in additionibus ad cap.*11.*prima parte Enchiridii Petri Binsfeldii*, §. 3. *pag. mihi* 73. vbi pro eadem ſententia citat eundem Binsfeldium; ſed malè.

Vnde certiſſimè reſpondeo : ſemper habere coniunctam remiſſionem peccati, etiam ante receptionem actualem Sacramenti. Quia hoc habet perfecta contritio, ſiue ex natura rei, vt aliqui volunt, ſiue ex infallibili inſtitutione diuina, vt alij. Sic ſentiunt omnes Patres, & Theologi, ita vt aliqui dicant, oppoſitam ſententiam eſſe erroneam, vt Ægidius *q.*68.*art.*1.*n.*30. Alij, eſſe contra ſententiam Catholicam, ut Vaſquez *tom.*2.*in* 3.*p.diſp.*152.*n.*3. Alii eſſe periculoſam, & parum tutam in fide, ut Curiel 1.2. *quæſt.*112. *art.*3.*dub. unic.* Alii denique eſſe temerariam, & ſcandaloſam. Temerariam quidem, quia in re graviſſima diſcedit ab omnibus Theologis, & Patribus, ſine fundamento. Scandaloſam verò, quia non parum removeret homines à procuranda contritione, ſi ſcirent non habituros ſe veniam, ante receptionem Sacramenti. Sic Lugo *diſput.*5. *à num.*99. *pag* 54. qui *num.*116. bene advertit, nec Caietanum, aut Scotum favere Sylvio, ſed ſolummodò Molanum & Eſtium, qui fuerunt diſcipuli Michaëlis Baii, & ejus

doctrinam in hac parte ſequuntur. Nam inter alias propoſitiones Baii, quas Summi Pontifices Pius V. & Gregor. XIII. reprobarunt, & prohibuerunt, continetur iſta: *Charitas illa, quæ eſt plenitudo legis, non eſt ſemper conjuncta cum remiſſione peccatorum.* Nec Binsfeldius eſt pro Sylvio, cum *loc. cit.* potiùs oppoſitum per clara verba dicat: Contritio nunquam eſt ſine charitate, & gratia, ſed attritio poteſt eſſe ſine his, cum auxilio ſpeciali. Sic ille. Becanus etiam *c. 35. q. 5.* & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An contritio ſit ex natura rei ſufficiens ad juſtificationem extra Sacramentum?

AFfirmant Sotus *diſt. 14. q. 1. art. 7.* Canus *relect. de pœnit. p. 3.* Vega *lib. 13. in Trid. cap.* 20. Vaſq. *quæſt. 86. art. 2. dub.* 1. Ochagavia *tract. 1. de Pœnit. quæſt.* 13. quos refert, & ſequitur Pater Hurtado *diſput. 2. difficult.* 6.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe ſufficientem ex natura rei, ſed ex divina inſtitutione exigente eam ad juſtificationem, ut diſpoſitionem. Sic Medina *C. de Pœnit. q.* 2. Suarez *diſp. 9. ſect. 3. num. 6. & diſp. 15. ſect. 3. num.* 7. Lugo *diſp. 5. num. 15. & diſp. 7. n. 192. & diſput. 8. num.* 142. & Henriquez *lib. 4. cap. 30. num.* 4. & alii.

QVÆSTIO XXVIII.

An contritio ſit ex ſe forma formaliter ſanctificans, & remiſſio peccatorum?

AFfirmant Vaſquez 1. 2. *diſp.* 103. & 3. *p. tom. 1. diſp. 2. cap. 6. n.* 62. Ianſen. *in Concordia Evangel. c.* 48. Vincentius *de Gratia Chriſti, q.* 1. Ochag. *loc. cit.* Hurtado *loc. cit. difficult.* 7. & alii.

Sed multò probabiliùs reſpondeo: non eſſe ex ſe formam ſantificantem, neque ex natura ſua habere vim ſantificandi, aut expellendi peccatum. Primò, quia contritio, vel dilectio Dei eſt mera diſpoſitio ad juſtificationem, ut expreſsè docet Trident. *ſeſſ.. c.* 7. & ex illo Salmeron (qui interfuit Concilio) *in epiſt. ad Galat. c.* 8. Ergo non eſt forma juſtificans.

Secundò, quia contritio ex natura ſua eſt actus tranſiens: ergo nequit eſſe forma propriè juſtificans, cùm hæc debeat neceſſariò eſſe radix habituum infuſorum, & habere ſe per modum naturæ in ordine ſupernaturali. Sic Suarez *tom. 1. in 3. partem, diſp. 4. ſect. 8. & diſp. 8 ſect. 3. & tom. 4. diſp. 8. ſect.* 3. (non 7. ut invenies citatum apud Hurtadum) & *tom. 3. de gratia, lib. 7. cap.* 8. & 13. Henriquez *lib. 4. c. 30. citat. n.* 3. (non 30. ut citat Hurtado) & apud ipſum D. Thom. Paludan. Durand. Capreol. & Hiſpal. Scotus, Major, Gabriel, Altiſiodor. Sotus, Ledeſma, Ferrara, Vega, Taper, & Bellarminus, Ægidius *diſp. 2. dub. 3. n.* 21. & 33. Lugo *diſp.* 8. *à num.* 98. *pag.* 130. Molfeſius *tract. 7. cap. 7. num.* 22. & 26. Onuphrius *diſp. 2. de pœnit. ſect. 3. quæſt.* 1. & 3. Fagundez *de præcept. 2. lib. 2. cap. 5. num.* 1. Becanus *de Sacram. cap. 35. q. 5. concluſ.* 1. Archangelus *diſtinct. 17. pag.* 183. & communis.

QVÆSTIO XXIX.

An perfecta contritio ſit ſub præcepto?

NEgarunt quidam, quos tacitè referunt Medina *C. de Pœnit. q. 2. §. Eſtò ſit neceſſarium*, & Vega *loc. cit. cap.* 19. cum quibus tenuit Victoria, ut refert Cano *relect. de Pœnit. part.* 4. ſed non ſequitur, quid quid Angles & Bonac. dixerint: ex quibus hic etiam pro hac parte citat Navarrum *in Manuali, c. 1. n.* 27. ſed certè neque abſolutè, & omninò, ſed ex parte tantùm docet meus Navarrus, ut ex dicendis conſtabit.

Sed certiſſimè reſpondeo affirmativè. Quia contritio eſt neceſſaria neceſſitate medii, ut conſtat ex illo Lucæ 13. *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis*: ergo & neceſſitate præcepti. Sic S. Thom. *q. 84. art.* 7. Suarez *diſp. 15. ſect.* 1. & apud ipſum D. Bonavent. Ricard. Alenſ. Major, Durand. Marſil. Soto, Cano, Petrus Soto, Vega, Viguerius, & Medina, Vaſquez *q. 86. art. 2. dub.* 2. Hurtado *diſp. 3. difficult.* 2. Lugo *diſp. 7. n.* 170. Bonacina *diſp. 5. quæſt. 5. ſect. 1. punct. 2. n.* 4. & apud ipſum Valent. Nugnus, Ægidius, Pitigianus, Filliucius, & alii. Fagundez *de 2. præcepto Eccl. lib. 2. c. 6. n.* 1. Becanus *c. 35. q.* 6. & eſt communis omnium Theologorum, lege Palaum *n. 4. tract. 23. punct. 3. num.* 1.

QVÆSTIO XXX.

An præceptum perfectæ contritionis ſit poſitivum, aut naturale?

AFfirmat eſſe poſitivum, & non naturale, Medina *C. de pœnit. tract. 1. q. 2. art.* 2. poſt medium. Eo quòd ſi eſſet præceptum naturale, deberet contineri in aliquo præcepto Decalogi: at non apparet ſub quo contineatur: ergo.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe præceptum naturale, quia de omni medio ad ſalutem neceſſario datur præceptum naturale. Verum eſt, quod aliqua ex parte poſſit etiam dici poſitivum, quia etiam oritur ex determinatione libera Dei, qui de facto voluit tale genus ſatisfactionis ad remittenda peccata. Sic Suarez *ubi infrà*, Villalobos *tract. 9. diffic. 20. num.* 3. Caiet. Sotus, Alenſis, D. Bonav. & Vega apud ipſum, atque alii ſtatim *citandi*.

Vnde ad rationem Medinæ reſpondet Vega *lib. 13. in Trident. c.* 10. negando minorem, quia continetur (inquit) ſub quinto præcepto non occidendi. Sed longè veriùs reſpondeo: non contineri, niſi ſub primo, eo quod oriatur ex obligatione diligendi, & reverendi Deum. Sic quoad ſubſtantiam tenent Suar. *diſp. 15. ſect.* 3. Vaſq. *q. 86. art. 2. dub.* 2. & 3. Granados *controv. 7. diſp. 9. pag.* 1162. Hurtado *diſp. 3. diffic.* 2. Lugo *diſp. 7. n.* 182. & *n.* 249. *pag.* 108. Becanus *c. 35. quæſt.* 6. Sotus *diſt. 17. q. 2. art.* 6. Valentia *quæſt. 8. punct.* 3. Bonac. *loc. cit. in ultima editione*, Filliuc. *tr. 6. cap. 8. quæſt.* 2. Molfeſius *tract. 7. cap. 7. num.* 37. & communis.

QVÆSTIO XXXI.

An præceptum contritionis obliget in actu ſecundo, ſtatim ac commiſſum eſt peccatum mortale?

AFfirmant Guillelmus Pariſienſis *tractatu de Pœnit. c.* 19. Innocent. IV. *in cap. omnis utriuſque ſexus, de pœnit. & remiſſion.* Archidiacon. *in cap. Ille Rex, de pœnit. diſtinct.* 3. Thom. de Argent. *in 4. diſt. 17. art.* 4. Major *quæſt.* 2. Petrus Soto *lect. 13. de pœnitentia.* Iis addi poſſunt Alenſ. 4. *parte, memb. 4. artic.* 1. Paludan. *in 4. diſt. 17. quæſt. 1 art.* 3. D. Ant. 3. *parte, tit. 24. cap. 18. §.* 2. Sylveſter *verbo Contritio, n.* 4. Marſilius *in 4. q. 12. art. 1. p.* 5. Abul. *lib. 1. Paralippom. c. 16. quæſt.* 36. & omnes alii qui dicunt obligare hoc præceptum quoties peccata practicè memoriæ occurrunt, hoc eſt, vel tanquam agenda, vel tanquam jam facta; non autem ſi ſpeculativè occurrant,

occurrant, ut eſt cum nobis veniunt in mentem tanquam res aliæ, ut de illis diſputemus, intelligamus quid ſit peccatum, &c. ut dicunt aliqui quos probat Maldonatus *diſp. de Contrit. c.4.* Quia conſequenter debent dicere quod obliget ſtatim, ſi ſtatim peccata memoriæ occurrant. Favent etiam huic ſententiæ S.Th. *in 4.diſt.17.q.4.art.1.q.4.& 2.2.q.62.art.8.* & Caiet. *1. tom. opuſc. tr.17.q.1.* docentes, nec per modicum tempus licere in peccato perſeverare. Tum ob injuriam Deo factam, quam velle cenſetis quoties illius pœnitere non vis. Tum etiam ob periculum æternæ damnationis quod incurris

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: non obligare ſtatim, ac commiſſum eſt peccatum, aut quoties memoriæ etiam practicè occurrit (tunc enim ſolùm de præcepto eſt, non habere complacentiam de peccato prædicto.) Quia præceptum contritionis eſt affirmatiuum: ergo nec ſtatim, ac peccatum eſt commiſſum, aut quoties memoriæ occurrit, obligabit. Non enim eſt fundamentum ſufficiens ad dicendum, quod hoc tempus ſit, in quo obliget; cùm potiùs contrarium conſtet ex communi ſenſu fidelium, qui nullo modo in ſe talem obligationem cognoſcunt Sic inſinuat S.Thom. *loc.cit.* & tenent expreſsè Durandus *in 4.diſt.17.q.10.* Angel. *Contritio, n.5.* Medina *C. de pœnit. tr.1.q.6.* Adrian. *in 4.q.3.de confeſſ.* Soto *diſt.17.q.2.art.6.* Cano *relect. de pœnit. parte 4.* Viguerius *in ſumma, c.27.& 29.* quos omnes refert, & ſequitur Suarez *diſp.15.ſect.5.n.1.* Navar. *in ſumma, c.1.n.27.& 29.* & Paludan. *loc. cit. n.20.* quos addit, & ſequitur Vaſquez *q.86. art.2.dub.5. n.9.* Henriquez *lib.4.c.6.n.7.* Valentia *q.8. punct.4. aſſert.2.* Granados *contr.7.tr.2. diſp.9. n.9.* Ægidius *diſp.3.dub.3.n.24.* Reginaldus *lib.5. n.19.* Filliucius *loc. cit. n.198.* Molſeſius *n.42. & ſeqq.* Villalobos *tr.19.diffic.21.n.2.* Hurtado *diſp.3. diff.1.* Lugo *diſput.7.n.196.pag.98.* Candidus *diſquiſ.24.art.16.n.2. pag.32.* Nugnus *in addit. q.2. art.3. dub.3. pag. mihi 311.* Diana *parte 5. tract.13. reſolut.13.* Bonacina *diſp.5.q.5.ſect.1.punct.2.n.8.* Fagundez *præcept.2. Eccleſiæ, lib.2.c.6.n.2.* Ochagav. *tr.1.de pœnit. q.15.pag. mihi 160.* Becanus *c.35.q.7.concl.3.* & jam omnes ferè, quos ſectatur Palaus *tr.23. punct.3.n.3.* Nec obſtant contraria. Nam ob voluntariam delationem non cenſetur quis velle eſſe formaliter in peccato habituali, ſed ſolùm velle non removere illud, nec incurrere periculum morale æternæ damnationis, cùm non ſit in periculo mortis conſtitutus.

Quæstio XXXII.

An ſaltem Religioſus ſtatim ac committit peccatum, teneatur ad contritionem habendam?

Affirmant D. Bonav. *in 4. diſt.17.2. part. q.2.* teneri ob majorem perfectionem ſui ſtatus. Cit. etiam Ochagavia *loc.cit.n.2.* pro hac parte Caietanum *2.2.q.66.art.5.* circa ſecundum, Archidiaconum *in . Ille Rex, de pœnit. diſt.3.* & Innocent. IV. *in cap. omnes, de pœnit. & remiſſion.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: adhuc non teneri. Quia nulla eſt major ratio de Religioſis, quàm de omnibus aliis. Sic Vaſquez, Lugo, Hurtado & alii *loco citato*, & optimè Ochagavia *loc. cit. n.4. & 5.* ubi probat ſolùm ſecundum congruentiam, vel Conſilium debere ſpecialiter Religioſos expiare animam poſt peccatum commiſſum ſtatim, quia eorum ſtatus majorem perfectionem requirit.

Quæstio XXXIII.

An præceptum contritionis obliget peccatores in diebus feſtis, ſaltem ſolemnibus?

Affirmant (apud Vaſq.) Scot. *in 3.diſt.27.q.1.* Petrus Soto *lect.13 de pœnit.* Vigner. *c.16.§.5. verſ.11.* Marſil. *in 4.q.12.art.1.p.5.* articuli, & apud Binsfeldium Angelus *verb. Feria, §.4.* & etiam Gabriel quem ipſe citat *in 3.diſt.18.* Vaſquez verò 27. & Suarez 37. Ego verò in nullo ex his locis invenire potui, quod id Gabriel doceat. Docet tamen meo videri Becan. *c.35.q.7.concl.2.* cum referat hanc ſententiam, & non impugnet. Ait enim ſic: Præter hæc duo tempora, ſolent alia aſſignari, quibus obliget præceptum contritionis. Primò in die feſto Secundò in communi calamitate Eccleſiæ. Tertiò in periculo oblivionis peccatorum. Sic ille.

Sed multò probabiliùs reſpondeo: non obligare, quia nulla apparet ratio, quæ ad id aſſerendum cogat, cùm nullibi ſit præceptum ſanctificandi dies feſtos per contritionem, ſed tantùm per Sacri auditionem, & ab operibus ſervilibus abſtinentiam: ergo. Sic Suar. *diſp.15.ſect.6.n.11.* dicens contrariam ſententiam eſſe falſam, & ſine fundamento. Vaſq *q.86. art.2.dub.6.* Cano *4.p. relect. de Pœnit.* Sot. *diſt.17. q.2.art.6.* Medina *C.de Pœnit.q.6.* Bonac. *diſp.5.q.7. ſect.1.punct.2.n.7.* & apud ipſum Reg Val. Pitig. Angles, & Zerola, Granad. *loc.cit.n.13.pag.1166.* Binsf. *p.1 ſui Enchir. c.11.§.6.* & apud ipſum Caiet. & Armilla, Candid *diſq.24.art.16.n.4.* Diana & Hurt. *loc. cit.* Thomas à Ieſu *in tribunali conſcientiæ, c.2.pag.24.* Ochag. *loc.cit.q.16.pag.161.* Molſeſ. *1.p.ſum.tract.7. n.45.* & communis, quam ſequitur Palaus *tom.4. tr. 23.punct.3.n.6.* & Trullench *lib.4.c.5.dub.2.n.9.*

Quæstio XXXIV.

An obligentur peccatores præcepto contritionis quando inſtat gravis aliqua calamitas populo?

Affirmant Adr. *in 4.q.3.de Confeſſ.* Petr. de Soto *loc.cit.* Navar. *c.1.n.27.* Valent. *q.8. punct.4.aſſert.6.* Zerola *de Pœnit. c.7.q.24.* Nugnus *q.2.cit.artic.3.dub.3.in fine.* Thomas à Ieſu, & Becanus *loc.cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non obligare, quia ex nullo jure colligitur dictum præceptum in tali caſu obligare, cùm homo exiſtens in peccato poſſit aliàs orare, & exaudiri à Deo, quidquid dixerit cæcus ille Ioan.9. cum nondum eſſet illuminatus. Sic Suarez, Vaſquez, Granados, Ochagavia, Hurtado, Bonacina, & Diana *loc.cit.* & communis.

Quæstio XXXV.

An peccator teneatur præcepto contritionis quando eſt in periculo oblivionis peccatorum?

Affirmant Sotus *in 4. diſt.17. q.1.art.6.* Cui favet Becanus *loc.cit.*

Sed longè multò, imò & certiſſimè reſpondeo, non teneri, quia ex vi contritionis non tenetur homo conteri de ſingulis peccatis diſtinctè recogitatis: ergo neque ex vi naturalis præcepti contritionis erit neceſſarium conteri propter metum oblivionis. Sic Suarez *loco citato, n.15.* Hurtado, Vaſquez, Ochagavia, Caietanus, & Diana *loc.cit.* & communis omnium apud Filliucium *loco citato, n.210.& 218.*

QVÆSTIO XXXVI.

An ſaltem in articulo mortis obliget contritionis præceptum?

RESpondeo certiſſimè, obligare ſi tunc confeſſio haberi nequeat: Quia non reſtat aliud tempus, in quo homo habere contritionem poſſit. Sic omnes Doctores, præcipuè citati.

QVÆSTIO XXXVII.

An ſolùm in articulo mortis obliget, ex vi ſua, & per ſe præceptum contritionis?

AFfirmant ſolùm in articulo, ſeu periculo mortis obligare, Vaſq. *q.* 86. *artic.* 2. *dub.* 6. Caiet. *in ſum. verb. Contritio.* Hurt. *diſp.* 3. *diff.* 4. Dian. *p.* 5. *tr.* 13. *reſol.* 33. & apud ipſum etiam Villalob. *tr.* 9. *diff.* 21. *n.* 4. & 5. citat etiam Lugo pro hac ſententia Navar. *cap.* 1. *n.* 27. Durandum *in* 4. *diſt.* 27. *q.* 10. *art.* 1. *juncto art.* 2. & Sotum *ibi q.* 2. *art.* 6. *concl.* 5. Nugnus quoque affert pro eadem Suarium *diſp.* 15. *ſect.* 6. adducentem etiam Adrianum *q.* 3. *de confeſſion.* & Medinam *C. de Pœnit. tract.* 1. *q.* 6. *art.* 1. Affirmant etiam Bonacina *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 1. *punct.* 2. *num.* 5. *verſic. Dixi in reſponſione*, qui in ultima editione etiam pro ſe citat Suarium *loco citato*, Molfeſium *tract.* 7. *cap.* 7. *num.* 42. Filliucium *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 213. P. Thom. à Ieſu *in tribunali conſcientiæ, c.* 2. *de Contrition. pag. mihi* 23. & *ſeqq.* Fagundez *de præc. Eod. lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 5. qui etiam citat pro ſe D. Thomam *diſt.* 17. *quæſt.* 1. *art.* 4. Suarium *loc. cit. n.* 2. Toletum *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 3. Vivaldum *de Contrit. n.* 20. Valentiam *q.* 8. *punct.* 4. & alios quos ſequitur Trullench *lib.* 4. *de Sacram. c.* 5. *dub.* 2. *dicto* 5. *n.* 7. Quia per unam contritionem fit (aiunt) ſatis præcepto.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non ſolùm in articulo, ſeu periculo mortis, ſed etiam aliquoties in vita præceptum contritionis obligare, quia qui poſt delictum commiſſum contra Deum nihil curat de obtinenda pace, & gratia cum ipſo, ſed differt petitionem veniæ, & reconciliationem vſque ad finem vitæ, proculdubio videtur ipſum Deum offenſum negligere & contemnere: ergo tenetur ante finem vitæ de peccatis commiſſis contritionem habere. Sic Nugnus *in addition. quæſt.* 2. *art.* 3. *dub.* 3. *pag. mihi* 310. ubi appoſitam ſententiam falſam, & improbabilem appellat, ſed immeritò. Henriq. *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 6. Ægid. *diſp.* 3. *dub.* 3. *n.* 32. dicens eſſe communiorem ſententiam. Ochagavia *q.* 16. Lugo *diſput.* 7. *n.* 234. *pag.* 105. Granados *controv.* 7. *tract.* 2. *diſp.* 9. *n.* 7. *pag.* 1164. dicens eſſe communem doctrinam Theologorum. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 16. *n.* 5. *pagin.* 32. Ioan. de Cruce *in ſumma, q.* 2. *dub.* 5. *concl.* 2. qui omnes etiam citant pro hac ſententia Suarium. Sic etiam Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 6. *c.* 8. *n.* 208. & probabile dicit Trullench *loc. cit.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An præceptum contritionis ex vi ſua obliget ad habendam contritionem ad minus ſemel in anno?

NEgant in primis Sotus, Ledeſma, & Marſilius, quos citat, & ſequitur Henriq *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 2. & 4. & *c.* 6. *n.* 6. in Gloſſa *lit. Z*, exiſtimantes, ſolùm obligare poſt aliquos annos, nempe poſt quinquennium.

Negant etiam Ochag. *q.* 16. *n.* 8. Ægid. *diſp.* 3. *dub.* 3. *n.* 33. & Lugo *diſp.* 7. *n.* 243. *pag.* 107. docentes, non violare dictum præceptum illum qui ad tres, vel quatuor annos contritionem, aut veniæ petitionem differret. Negant tandem omnes Doctores pro prima ſententia *quæſtione præcedenti* adducti.

Sed probabiliùs reſpondeo: ad minus ſemel in anno obligare, quia ut *infrà diſp.* 3. *q.* 13. dicemus, præceptum divinum confeſſionis, ſecluſa lege Eccleſiaſtica obligat quolibet anno: ergo à fortiori præceptum contritionis, cùm hoc ſtrictius ſit, ſiquidem eſt connaturale ſtatui gratiæ ſecundùm ſe, & ex alia parte faciliùs ſaltem conatur ad contritionem, ſiquidem ad dictum actum, homo confeſſario non indiget, & ex ſe ſolo auxilio ſupernaturali fretus poteſt illum elicere: ergo ad illum tenetur ad minus ſemel in anno. Sic Granados *loc. cit.* & dicit valde probabile Lugo. Sic etiam Nugnus *dub.* 3. *cit.* & Candid. *n.* 6. *pag.* 32. qui non ſemel in anno, ſed bis in anno affirmant teneri peccatorem ad conferendum ſub pœna violationis præcepti contritionis. Optimè etiã Llamas 2. *p. methodi, c.* 2. §. 12. per hæc verba: Cum præceptum contritionis ſit affirmatiuum, non pro ſemper obligat, ſed illis tantùm temporibus, quibus confeſſio obligat, cum adeſt copia confeſſoris, & ſic Eccleſia tempus limitante, & declarante, quãvis obligatio ſit iuris divini, & ſic ſemel in anno tenetur fidelis conteri de peccato mortali commiſſo anno illo, etiamſi non adſit confeſſoris copia toto anno illo, ut contingit navigantibus, & captivis; & hoc eadẽ certitudine certum eſt, qua & quod obliget Eccleſia, & determinet jus divinum ad ſemel in anno confitendum, quia illo præcepto non ad ſolam partem Sacramenti Pœnitentiæ obligat, quod ſtultum eſſet imaginari, ſed ad uſum Sacramenti Pœnitentiæ, cujus præcipua pars eſt contritio cordis, &c. Sic ille: Legatur

QVÆSTIO XXXIX.

An peccator qui non elicit per annum integrum actum contritionis, teneatur id in confeſſione explicare?

AFfirmant Nugnus *loc. cit. dub.* 3. & ex illo Candid. *loc. cit.* ubi ſic ait: Qui manet in aliquo peccato per octo, & fortè etiam per ſex menſes, & non elicit aliquem actum contritionis, tenetur ſe in confeſſione poſtea accuſare de violatione præcepti contritionis. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec teneri pœnitentem illud peccatum omiſſionis contritionis eliciendæ explicitè in confeſſione explicare: nec confeſſarium interrogare, ſaltem regulariter loquendo, de peccato illo. Primò, quia nullus fidelis de tranſgreſſione hujus præcepti ſe accuſat. Secundò quia ſicut de tranſgreſſione præcepti diligendi Deum ſuper omnia nunquam interrogamus pœnitentes, eo quod ex confeſſione ipſa ſatis conſtat nobis, an illud ſervaverint, vel non: ſic non tenemur interrogare ſpecialiter pœnitentes, an ſatisfecerint præcepto dolendi de peccatis poſt ultimam confeſſionem, quia ex ipſo pœnitentis ſtatu, & confeſſione, qua ſe accuſat de confeſſione per annum pluſquam omiſſa, innoteſcit ſatis illa tranſgreſſio. Sic Lugo *diſp.* 7. *n.* 242. & *ſeqq. pag.* 107. & Trullench *de Sacram. lib.* 4. *c.* 5. *dub.* 2. *n.* 12. & *lib.* 1. *in Decal. cap.* 6. *dub.* 6.

QVÆSTIO XL.

An per accidens poſſit quis obligari ad eliciendam contritionem pluſquam ſemel in anno?

REſpõdeo poſſe, imò & de facto obligari, quoties quis recepturus eſt, vel adminiſtraturus Sacramenta

menta

menta. Si enim eſt in mortali,& nolit, aut non poſſit confiteri, tenetur conteri: excepta ſuſceptione Baptiſmi,& pœnitentiæ,ad quam ſufficit attritio, ut diximus *tract.2.de Baptiſm.diſp.4. quæſt.26.* & dicemus *infrà.*

QVÆSTIO XLI.

An quando quis eſt in periculo probabili incidendi in aliquod mortale, teneatur elicere actum contritionis?

AFfirmant communiter Doctores, ut Medina, Valentia,Reginaldus,Ægidius, Zerola,& Toletus; quos citat,& ſequitur *loc.cit.n.5.* Candidus,& Nugnus *loc.cit.* & alii.

Negat nihilominus Suarez *diſp.15. ſect.6.* quia exiſtimat contritionem non eſſe medium unicum, & neceſſarium ad vincendas tentationes, cùm poſſint vinci auxilio gratiæ excitantis, & adjuvantis abſque elicientia dicti actus.

Sed clariùs reſpondeo: teneri elicere actum contritionis caſu quo contritio ſit medium omninò neceſſarium, & unicum ad vitandum aliquod peccatum,cujus ſine illa eſſet periculum proximum,in quo caſu vera eſt ſententia Nugni, & aliorum. Secus ſi non eſſet medium omninò neceſſarium, ut bene probat Suarez *loc.cit.* Legantur Lugo *diſp.6.ſect.9.* Fagundez *loc.cit.n.5.* & alii.

QVÆSTIO XLII.

An qui per attritionem cum Sacramento juſtificatus eſt, teneatur adhuc ex præcepto illo naturali ad contritionem?

AFfirmant Valentia *tom.4 diſp.7.q.8.punct.4.col. mihi* 1564.& apud ipſum Ioan.de Medina *tr.1. de Pœnit.q.3.§.ex dictis ſequitur.* Vega *lib.13.in Trid. cap.*20. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Tum quia per attritionem jam homo retractavit peccatum,& reprobavit factum,quantum ſufficit ad vitandam irreverantiam novam in Deum offenſum. Tum etiam, quia ex diſpenſatione Chriſti Domini jam contritio non eſt medium neceſſarium ad juſtificationem,cum per ſe loquendo, poſſit per attritionem cum Sacramento haberi: ergo non apparet unde maneat obligatio ad contritionem ex præcepto naturali pœnitentiæ. Sic Vaſquez *q.86. art.2. dub.2. n.*10. Suar. *diſp.15. ſect.4. n.13.* Nugnus *q.1. art.3. diff.4.pag.mihi* 37. Lugo *diſp.7.n.255.pag.*109. Cano *relect.de Pœnit.parte 4.quæſt.2.* Candidus *diſquiſ.24. artic.16. n.8. pag.33.* Hurtado *diſp.3. difficult.4. in fine,* Fagundez *de præcept.2. Eccleſiæ,lib.x.c.4. n.10. 13.& 14.& cap.5.n.14. & cap.6.n.1.* Henriq. *lib.4. capit.26. num. 6.* Becanus *cap. 35. quæſt.7. num. 3.* & alii.

QVÆSTIO XLIII.

An ſaltem ille qui per dilectionem Dei juſtificatus eſt, teneatur adhuc ex præcepto naturali pænitentiæ ad eliciendum actum Contritionis?

AFfirmant Nugnus *loc.cit. diff 4. in fine,* Suarez *loc.cit.*& apud ipſum Medina,Vega,& Corduba Reginald. *lib.5.n.55.* Graffius *lib 1.dec.aurear.cap.5. n.23.* Henriquez *lib.4.cap.6.n.5.& cap.28.n.4.* Ægidius *diſp.3.dub.4.* Filliucius *tract.6. cap.8.num.* 196. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Quia pœnitentia neceſſaria eſt ex præcepto,& ut Deo reconciliemur, & ut ſaluti noſtræ conſulamus: ergo qui per dilectionem juſtificatus eſt,& Deo reconciliatus, non babebit obligationem ad Pœnitentiam formalem. Sic Vaſquez,& apud ipſum etiam Vega,& Sotus, Hurtado & Lugo *loc. cit.* Bonacina *diſp.5.q.5. ſect.1.punct.2.n.2.* qui pro hac ſententia citat etiam Cordubam *lib.1.q.1.dub.2.*

QVÆSTIO XLIV.

An contritio, & attritio differant ſpecie, & eſſentialiter?

NEgant Scotus, & Palud. *diſt.17.q.1.art.5.* quatenus illas ſolùm diſtinguunt per majorem, vel minorem intentionem, vel durationem. Caiet. dicens eas diſtingui tantùm per acceptationem divinam. Palud.*loc.cit.art.1.concl.3.* Sot.*lib.2.de natura,& gratia,cap.14.in fine,*& Ruard. *art.3.* contra Lutherum diſtinguentes eas dumtaxat ex informatione gratiæ, ita ut unus, & idem actus,prout informatur à gratia, ſit, & dicatur contritio;prout verò non informatur, ſit,& dicatur attritio.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: differre ſpecie, & eſſentialiter, quia contritio, & attritio habent motiva ſpecie, & eſſentialiter diverſa,ſiquidem contritio eſt dolor de peccatis propter Deum ſummè dilectum: attritio verò eſt dolor de peccatis propter alia motiva, nempe propter pœnas inferni, &c. ut *infrà*: ergo. Sic Suarez *diſp.5. ſect.1.* qui optimè impugnat omnes dicendi modos primæ ſententiæ. Nugnus *in addition. q.1.art.2. dub.1. pag. mihi* 282. Lugo *diſp.5. n.131.pag.57.* Candidus *diſquiſ.24. art.13.n.11.pag.* 27. Granados *controv.7. tract.1.diſput.8.n.12.pag.*1160. Bonac.*diſp.3.q.5.ſect.1.punct.4. num.*12. Becan. *de Sacram.cap.15.q.1.concl.3.* & jam communis.

QVÆSTIO XLV.

An idem numero actus qui eſt attritio,poſſit fieri contritio?

AFfirmant Scotus *in 4.diſt.14.quæſt.x.* & Caiet. *tom.1 opuſc.tract.4.q.1.*& poſt illos Cardinalis Sarnanus *in ſua ſumma Theologia,loco 6 pag mihi* 152. docentes ſola continuatione temporis poſſe attritionem fieri contritionem. Favent illis Victoria *in relect.1.de poteſt.Eccleſ.q.2.n.9.& in ſum.n.*121.& Ledeſma *2.p.4. q.20. art.1.* quatenus dicunt attritionem poſſe fieri contritionem, ſolùm per alicujus actus exterioris additionem.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo negativè, quia ea quæ ſpecie differunt, non poſſunt unum in alterum converti,taliter quod unum fiat, & ſit alterum: at contritio, & attritio differunt ſpecie,ut nuper eſt habitum: ergo.Sic D.Th. *in 4. diſt.17. q.1. art.1.q.3.* & habetur *in addition. q.1. art.5.* & ibi Nugnus *dub.1.* Palud. *diſt.17.q.1.*Gabr.*diſt.16 q.1.* Alenſ.Ricard.& Medina,quos citat,& ſequitur Suarez *diſp.5.ſect.3.* Navar.Soto,Vega,Cano,Corduba, & Durandus,quos citat,& ſequitur Henriquez *lib.4. cap.25.n.6.* Granados *loc. cit. n.13.* qui tamen bene advertit, ſolùm in ſenſu minùs proprio dici poſſe attritionem fieri contritionem, ſeu peccatorem de attritio contritum, quatenus ſcilicet per attritionem diſponitur homo ad contritionem,& tandem ad contritionem divino auxilio pervenire poſſit, & ſoleat, quatenus attritio ſimul cum Sacramento Pœnitentiæ confert effectum gratiæ,& remiſſionem peccatorum,

quem contritio ſine Sacramento in re ſuſcepto tribuit Sic ille,& etiam Becanus *de Sacram.cap.35.q.1. concl 5. n.10.* & communis apud Trullench *lib.4. cap.5.dub.5.n.17.*

QVÆSTIO XLVI.

An attritio ſola, ſine Sacramento, ſit ſufficiens ad juſtificandum?

AFfirmant Sylvius *q.1.ſupplem.art.3.* dicens, attritionem ſufficere ad juſtificationem ſine Sacramento caſu quo ejus ſuſceptionem excludat neceſſitas, aut impoſſibilitas.

Sed certiſſimè omninò reſpondeo: non eſſe ſufficientem ad juſtificandum, ſine Sacramento, quia h c apertè docet Tridentinum *ſeſſ.14. can.4.* per hæc verba: *Et quamvis ſine Sacramento Pœnitentiæ per ſe ad juſtificationem perducere peccatorem nequeat; tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam diſponit.* Sic Concilium, & ſic omnes Theologi. Legantur Lugo *diſp.5. n.133. pag.57.* Suarez *diſp.20. ſect.1.* Vaſquez *q.92. art.1. dub.2.* Granad. *diſp.8.cit.n.8.* & alii DD. citati.

QVÆSTIO XLVII.

An ad valorem Sacramenti ſufficiat attritio naturalis ordinis?

AFfirmant (apud Suarium) Sotus *in 4. diſt.18. q.3.art.3.* & Cano *relect.de Pœnit.p.5.* Valentia *q.8.punct.2.* Hurtado *diſp.6.de Pœnit. difficult.6.* qui pro hac parte citat Vaſquium *1.2. diſp.194.c.4.* docentes, non ſolùm ad valorem, verùm etiam ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ ſufficere attritionem naturalem, id eſt ſolis viribus naturæ elicitam. Affirmant Bonac. *diſp.5.q.5. ſect.1. punct.3. n.12. & q.3. punct.2. n.9.* & penes ipſum Henriquez *lib.4. c.26.n.2.* & apud ipſum Ledeſma, Cano, Navar. Capreol. Ricard. Caietan. Sylveſter, Victoria, & alii aſſerentes ad valorem Sacramenti ſufficere dolorem naturalem, licèt ad effectum illius conſequendum dolor, aut attritio ſupernaturalis requiratur.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: non ſufficere ullu modo. Primò quia attritio quæ diſponit hominem ad gratiam in hoc Sacramento impetrandam, ex Trident. *loc.cit.* eſt donum Dei, & impulſus Spiritus ſancti: ergo ſupernaturalis. Secundò, quia diſpoſitio debet eſſe ejuſdem Ordinis cum forma ad quam diſponit, ſed hæc eſt Ordinis ſupernaturalis, nempe gratia juſtificans: ergo & illa. Sic Suar. *diſp.20.ſect.2.n.8.& ſect.4.n.6.* Vaſquez *q.92. art.1.dub.unica,n.13.* Molina *in Concordia, diſp.14.in fine*, vocans oppoſitum parum tutum in fide. Zumel *1.2.q.113.art.4.diſp.2.* Granados *diſp.8.cit.n.7.* Candidus *diſquiſ.24.art.11,n.3.* & eſt communis, quam tenent etiam Ægidius *diſp.10. dub.5. num.40.* Palaus *tom.4. tract.23. punct.7. num.4.* & Trullench *lib.4. cap.5.dub.5.num.2.*

Sed an Sacramentum Pœnitentiæ poſſit eſſe informe ex defectu fidei, & ex defectu actus ſpei, dicemus *quæſt.49.* an ex defectu doloris, dicemus *infrà diſp.3. quæſt.51.52. & 53. & diſp.5.q.66. & 67. & diſp.7.q 22.* an ex defectu integritatis, *diſp.3.q.51. & diſp.5. quæſt.69. & 70.*

QVÆSTIO XLVIII.

An exiſtens in mortali, teneatur elicere expreſsè actus fidei, & ſpei, ad obtinendum in Sacramento Pœnitentiæ primam gratiam?

AFfirmat Hurtado *diſp.6. de Pœnit. diff.6. & 8.* docens: teneri ſub mortali peccatorem toties, quoties noviter recipit Sacramentum Pœnitentiæ elicere expreſsè actum ſpei veniæ, ſeu gratiæ remiſſivæ peccatorum, & inſuper actum fidei divnæ Dei juſtificatoris, & veniam concedentis: quod idem repetit *tract. de fide diſp.8. diff.11.* ſed in neutra parte citat aliquem authorem pro ſua ſententia, poterat tamen citare Luyſium de Torres *de fide diſput.32. dub.2.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: non teneri peccatorem, quoties noviter recipit Sacramentum Pœnitentiæ elicere præfatos actus expreſsè, ſed ſufficere illos elicere implicitè, aut illos aliquando explicitè elicuiſſe. Sic ſentiunt communiter Doctores, quorum verba in re tanti momenti placet verbum pro verbo, tranſcribere.

Bonac *diſp.3.in primum Decalogi præceptum, q.2. punct.2.n.9.* ſic ait: Exiſtimo tamen hominem qui ſemel juſtificatus eſt, & elicuit actus fidei, non teneri explicitè elicere actus fidei, dum poſtea vult iterum juſtificari per Sacramentum Pœnitentiæ, aut per actum contritionis, ſed ſufficit fides implicita quæ ſimul habetur cum actu contritionis, vel ſufficit actus fidei præteritus non retractatus, cum nulla ſufficienti ratione probetur actum explicitum requiri. Ita Malderus *q.2.art.7.ſub finem, verſic.ſextò enim,* & alii. Sic Bonacina.

Azor etiam *tom.1.lib.8.c.7.q.6. col. mihi 753.* per hæc verba: Si verò loquamur de fidelibus, & piis hominibus, qui jam fidem Chriſti ſuſceperunt, præceptum credendi vim habet obligandi eos, ita ut actum credendi explicitum, vel implicitum elicere debeant eo tempore, quo charitatem, quam ante peccandu amiſerunt recuperare per veram cordis pœnitentiam lege, & præcepto coguntur: nam actus charitatis & pœnitentiæ quo peccator ad divinam gratiam redit, eſt conjunctus cum actu ſpei, quo ſecundum Dei promiſſionem, veniam peccatorum ſperamus, ſpes autem non eſt ſine fide. Sic Azor, & idem docet loquendo de actu ſpei, *lib.9.c.2.q.6.col.842.*

Ex Azotio hoc ipſum docet Sanchez *lib.2.ſummæ, c.1.n.1.* ubi loquens de temporibus, in quibus præceptum fidei obligat, ſic ait: Vltimum tempus eſt, quando tenetur quis gratiam amiſſam recuperare. Tunc enim actum fidei internæ explicitum, vel implicitum tenetur habere. Quippe actus pœnitentiæ ad divinam gratiam recipiendam neceſſarius, eſt conjunctus cum actu ſpei, quo peccator veniam ſperat: at ſpes non eſt ſine fide. Sic Sanchez.

Filliuc. quoque loquendo de præcepto ſpei, hæc dicit verba. Dico primò, quatenus ejuſmodi præcepta ſunt affirmativa, non obligare ſemper, ſed in his ferè caſibus. Primus quando quis juſtificatur per proprium actum, ſaltem prima vice, nam in ſecunda, & aliis, non eſt neceſſe repeti actum, timoris ſaltem, quia præcedens non retractus cenſetur habitualiter perſeverare. Hæc Filliucius *tr.22.c.9.n.256.*

Accedant etiam verba Valentiæ qui loquens de motibus, ſeu actibus quibus oporteat hominem converti in Deum ut juſtificetur, ſic ait: Quibus ita probatis tria quædam circa doctrinam hanc animadverti debent. Primò motus jam enumeratos non ita requiri, ut neceſſarium ſit omnes explicitè elici. Rectè enim notant Sotus *lib.2. de natura, &*

gratia

*gratia,cap.*13. & Vega *lib.6. in Trident.cap.*13. ſatis eſſe, ſi aliqui illorum implicitè tantùm, & virtute habeantur. Nam qui credit, & diligit Deum ſuper omnia, vel etiam ſuper omnia dolet ſe Deum offendiſſe, hoc ipſo paratus eſt, cum opportunum fuerit, & in mentem venerit, ſperare bene de Deo, & timere ipſum: atque adeò per actum charitatis, aut pœnitentiæ implicitè etiam ſperat,& timet. Actum autem charitatis, vel pœnitentiæ exiſtimo requiri explicitè; quoniam Scripturæ teſtimonia, quæ de illis loquuntur,maximè videntur illos requirere. Hucuſque Valentia *tom.2.de p.8 q.5.punct.4.verſic. Quibus ita probatis.* Quod & repetit *eodem puncto, verſic. Reſpondeo ſi de implicito.* Legatur.

Tenet tandem noſtram ſententiam Ægidius Trullench *lib.1.in Decalog.cap.2. dub.6.n.7.pag.mihi* 30. ubi hæc verba habet: Exiſtimo tamen cum Bonac. *ſuprà num.9. cit. verſic. Hinc colligitur.* Hominem, qui ſemel iuſtificatus eſt, & elicuit actum fidei, non teneri explicitè elicere actum fidei, dum poſtea vult iterum iuſtificari per Sacramentum Pœnitentiæ,aut per actum contritionis: ſed ſufficit fides implicita, quæ ſimul habetur cum actu contritionis: vel ſufficit actus fidei præteritus non retractus. Idem etiam cenſere videntur Sanchez, Azor.*ſuprà*, dum dicunt, in hoc caſu teneri elicere actum fidei explicitum, vel implicitum, quaſi dicant, ſufficere implicitum. Contrarium enim nulla ſufficienti ratione fundatur: non enim hic iuſtificandus tenetur omnia fidei myſteria explicitè credere; ſufficit namque credat tunc Deum peccata condemnare, gratiam, & gloriam concedere. Sic Trullench, & alij Doctiſſimi, quos conſului.

QVÆSTIO XLIX.

An Sacramentum Pœnitentiæ poſsit eſſe informe ex defectu actus expreſsi fidei, vel ſpei?

AFfirmant Gaſpar Hurtado *difficult.8. de Pœnitent.* per hæc verba: Addimus, Sacramentum Pœnitentiæ non tantum poſſe eſſe informe ex defectu doloris, ſed etiam ex defectu fidei, & ex defectu actus ſpei veniæ peccatorum; quia Sacramentum Pœnitentiæ poteſt recipi validè, abſque novo actu fidei divinæ Dei juſtificatoris, & abſque novo actu ſpei veniæ, & abſque eis perſeverantibus actu, poſt aliud Sacramentum Pœnitentiæ priùs ſuſceptum,& tamen ſic receptum,non confert gratiam: quia quoties noviter recipitur, requiritur tanquam nova diſpoſitio, actus ſpei veniæ, ac proinde etiam actus fidei divinæ Dei iuſtificatoris, & veniam concedentis, neceſſarius ad eum actum ſpei veniæ, quamvis non ſit neceſſarium,quod hi actus ſint actu, quando Sacramentum recipitur, ſed ſufficiat, quod præceſſerint,& non ſint revocati. Quod autem Sacramentum Pœnitentiæ poſſit validè recipi abſque eis actibus noviter elicitis, & abſque eis actu perſeverantibus poſt aliud Sacramentum Pœnitentiæ priùs ſuſceptum, conſtat; quia ex una parte dicti actus non ſunt partes eſſentiales Sacramenti Pœnitentiæ; nec ſunt intentio recipiendi illud, ut Sacramentum, & ex altera, poteſt recipi abſque illis, non peccando mortaliter in eorum omiſſione, ſi recipiatur abſque illis ex ignorantia, aut ignorantia invincibili, vel ex inconſideratione, aut cum inconſideratione naturali neceſſitatis eorum ad effectum Sacramenti. Hucuſque hic Doctor.

Sed mihi certiſſimè reſpondeo, nullo modo poſſe dari Sacramentum Pœnitentiæ informe ex defectu actus expreſſi fidei, vel ſpei. Primò, quia peccator accedens ad Sacramentum Pœnitentiæ, vel accedit cum contritionis actu,aut ſine illo; ſi cum actu expreſſo contritionis: ergo etiam accedit cum actu fidei, & ſpei implicito, & contento in illo actu expreſſo doloris, (vt *ſuprà* eſt habitum,) at hoc ſufficit ad hoc, vt Sacramentum Pœnitentiæ non ſolùm ſit validum, ſed etiam formatum, & fructuoſum,vt etiam conſtat ex ſuper dictis: ergo. Si verò accedit ſine dolore, omnino erit invalidum, non ſolùm defectu huius actus, verùm etiam ex defectu actuum ſpei, vel fidei, cum in eo caſu neque expliciti vt ſupponimus, neque impliciti dentur, aut inveniantur: ergo ex defectu horum actuum nequit dari Sacramentum Pœnitentiæ informe,ſed aut nullum, aut formatum.

Secundò, quia ad iuſtificationem impij, eodem tenore verborum, requirit Tridentin. *ſeſſ.6. cap.6.* actum timoris, ac requirit actum fidei, & ſpei: at nullus hucuſque dixit,quod ex defectu timoris expliciti queat dari Sacramentum Pœnitentiæ informe: ergo nullùs poteſt dicere, id contingere poſſe ex defectu actus expliciti fidei,vel ſpei.

Tertiò id ipſum probo clarè ex praxi omnium ferè hominum,etiam ſapientium, & timoratæ conſcientiæ (quos plurimos vidi, conſului, & cum quibus ſeriò de hac re tractavi) qui cum ad iuſtificationem recipiendam per Sacramentum Pœnitentiæ ſe præparant,nunquam de eliciendis his actibus expreſſis curant; nec aliquando de defectu horum actuum explicatorum, nempe fidei, & ſpei,in confeſſione ſe accuſant; neque confeſſarij etiamſi doctiſſimi, de præfato defectu interrogant: ſignum ergo evidens morale eſt, illos actus explicitos requiri nunquam, ad hoc vt Sacramentum Pœnitentiæ ſit formatum.

Quartò, id ab inconvenienti probo: nam ſi oppoſita ſententia eſſet vera, ſequeretur, quod rarò eſſet, (nec hucuſque in Eccleſia fuiſſet) confeſſio fructuoſa, & formata; quod abſurdum, inauditum, & incredibile omnino eſt: ſequela autem patet, & conſtat ex tertio argumento facto.

Vltimò, quia dato huic doctori, & non conceſſo, quod in caſu dicto extet præceptum eliciendi expreſſos actus fidei,& ſpei,non inde ſequitur, quod qui illos ex ignorantia invincibili,aut ex inconſideratione naturali omittit, faciat confeſſionem informem: patet, quia etiam extat præceptum faciendi confeſſionem integram omnium mortalium, vt liquet eſt Trident.*ſeſſ* 14.*cap.*5.& tamen ſi quis omitrit, ex ignorantia invincibili, aut inconſideratione inculpabili, confiteri aliquod mortale; non ideo facit confeſſionem informem, ſed validam, & formatam,vt omnes concedunt,& hoc non ob aliam rationem, niſi quia in hoc caſu omitit inculpabiliter aliquid,quod formaliter non pertinet ad eſſentiam Sacramenti: ſic qui ex ignorantia invincibili omittit elicere expreſsè illos actus fidei, & ſpei, non omitit aliquid eſſentiale Sacramento Pœnitentiæ, vt ipſe Hurtado concedit: ergo non faciet confeſſionem informem. Dicere autem, prædictos actus expreſſos eſſe eſſentiales ad effectum Sacramenti, & non ad ſubſtantiam,ſicut gratis dicitur,gratis reiicitur.

DISPVTATIO II.

De forma Sacramenti Pœnitentiæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An forma Sacramenti Pœnitentiæ in his verbis conſiſtat: Ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Amen.

NEGARVNT olim nonnulli apud Raynerium *v. abſolutio, c. 5. pag. 6.* ex quibus aliqui dixere, hanc eſſe formam abſolutionis: *Quæcunque petieritis eſſe ſoluenda, erunt ſoluta.* Alij verò quod hæc: *Abſolutionem, & remiſſionem tribuat tibi omnipotens Deus.* Alij iſtam: *Ego remitto tibi omnia peccata tua*: & his favet Abulenſ. 1. *parte defenſorij, c. 6.* Alij quod dicere, *Sanet te Dominus noſter Ieſus Chriſtus.* Alij denique dicere benedicendo, *Benedictio Dei Patris, &c.*

Sed certiſſimè reſpondeo: verè in præfatis verbis conſiſtere, ut apertè habetur in Concil. Florent. *ſub Eugen. IV.* & in Trident. *ſeſſ. 14. c. 3.* ubi ait: Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè eſt ejus vis, ſitam eſſe in illis verbis: *Ego te abſolvo.* Sic S. Th. *3. p. q. 84. art. 3.* Catech. Rom. Sotus *diſt. 14. q. .. artic. 3.* Navar. *in man. c. 26. n. 11. c. 1. de Pœnit. diſt. 6. à n. 8.* Raynerius *loc. cit.* & omnes Doctores, qui id tanquam de fide docent.

QVÆSTIO II.

An illud pronomen, Ego, *ſit de eſſentia, & ſubſtantia abſolutionis, ita ut ſit neceſſe in illa expreſsè apponi?*

AFfirmativam ſententiam tenet Hieronymus Llamas *4. parte methodi, c. 2. §. 1. pag. mihi 985.* Illamque docere D. Thomam *3. p. q. 84. art. 3.* Scotum *in 4. diſt. 3. quæſt. unica, art. 5.* Paludanum *in 4. diſt. 22. q. 3.* Majorem *diſt. 14. quæſt. 2.* & alios aſſerit Fagundez *præc. 2. lib. 2. c. 9. n. 3.* & hoc eſſe probabile ait ipſe *n. 4* & Becanus *de pœnit. c. 29. q. 3. n. 3.* Probatur. Quia ex Trident. *ſeſſ. 19. c. 3.* hæc ſunt verba formæ Sacramenti Pœnitentiæ: *Ego te abſolvo,* &c.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Non eſſe de eſſentia abſolutionis. Quia eſſentialiter, & intrinſecè includitur in verbo, *Abſolvo*; ut diximus de pronomine *Ego,* appoſito in forma Baptiſmi. Sic Navar. *in man. c. 26. n. 11. & diſt. 6. de Pœnit. c. 1. in principio, n. 9.* ſequutus D. Thom. *loc. cit. 3. p q. 84. artic. 3.* Nugnus *ibidem dub. 2. pag. mihi* 28. Suarez *tom. 4. diſp. 19. ſect. 1. n. 19.* Vivaldus *de Abſolutione n. 94.* Sà *verb. abſolutio, n. 1.* Cajetanus *eo verbo.* Vaſquez *quæſt. 84. art. 3. dub 4* Ægidius *diſp. 4. dub. 3.* Lugo *diſput. 13. n. 10.* Candidus *diſquiſit. 24 artic. 7. n. 2.* Villalobos *tract. 9. diff. 5. n. 2.* Molſeſius *tract. 7. . 5. n. 23.* Luyſius *diſp. 2. de Pœnitent. dub* 4. Hurtado *diſp. 5. diff. 4.* Fagundez *loc. cit.* Toletus *lib. 3. c. 12. n. 1.* Ochagavia *tract. 1. de Pœnitentia, quæſt. 6.* Henriquez *lib. 4. & tr. de Pœnit. c. 11. n. 3.* P. Soto *lect. 4. de Pœnit pag. mihi* 166. Moure *3. parte, c. 6. §. 7. n. 4.* dicens de hoc neminem dubitare. Bonac *diſp. 5. q. 4 punct. 1. n. 1.* Granados *5. tom. controv. 7. diſp. 6. ſect. 1. n. 5. & n. 23.* Vega *c. 6. caſ. 23. & 37* Reginald *lib. 28. n. 2.* Archangelus *diſt. 14. pag. 130.* & omnes communiter. Neque D. Thomas, & alij à Fagundez citati contrarium ſentiunt, ut ipſemet tandem fatetur. Legantur etiam pro nobis Baunius *tract. 4. q. 6.* Trullench *lib. 4. de Sacram. cap. 1. dub. 3.* & Palaus *tract. 23 punct. 5. n. 1.* Nec obſtat quod ly, *Ego*, à Concilio in verbis formæ ponatur, quia illud ſufficienter in verbo, *Abſolvo*, exprimitur.

QVÆSTIO III.

An ſit peccatum mortale pronomen Ego, *in forma Abſolutionis prætermittere?*

AFfirmat Fagund. *præcep. 2. lib. 2. c. 9. n. 4.* dicens, eſſe grave peccatum mortale ſacrilegij, & irreverentiæ. Quia etſi non pertineat (inquit) ad eſſentiam formæ, pertinet tamen ad integritatem illius, & citat pro hac ſua ſententia Toletum *lib. 2. ſum. c. 22. n. 1.* & Suarium *diſp. 19. ſect. 1. n. 22.* Sed certè Suarez hoc non docet, nam ſolùm *n. 21.* ait, illam particulã, *à peccatis tuis*, nunquam rationabiliter omitti poſſe.

Longè ergo probabiliùs reſpondeo, non eſſe peccatum mortale, ſed ad ſummum veniale tantum, illud pronomen prætermittere, quia neque eſt de eſſentia, nec de integritate abſolutionis, ut formaliter in ea exprimatur, cum intrinſecè in verbo, *Abſolvo*, contineatur, & involvatur. Sic Bonacina *de Sacram. diſp. 2. q. 2. punct. 4. n. 16.* Loquendo de eodem pronomine appoſito in forma Baptiſmi; & apud ipſum Sotus, Vaſq. Henriq. & alij infra citandi. Diana *5. p. tract. 9. reſol. 39.* Archang. *diſt. 14. pag. 131. col. 1.* ubi docet, nec eſſe veniale tale pronomen omittere; & communis, quam tenent Trullench *lib. 4. c. 1. dub. 3. n. 4.* Geſualdus *1. p. ſum. tract. 23. c. 2. n. 2.* & Mendo citandus.

QVÆSTIO IV.

An illud pronomen, Te, *ſit de eſſentia & ſubſtantia Abſolutionis?*

NEgat Sot. *in 4. diſt. 22. q. 1. art. 1. verſ. poſtremò.* Vivald. *de Abſol. num 97.* Henriq. *lib. 1. de Pœnit. c. 11. n. 3.* & apud ipſum, & apud Bonac. & Fagundez, Petrus Soto, Navar. & D. Thomas, exiſtimantes, Sacramentum Pœnitentiæ datum cum hoc ſolo verbo, *Abſolvo*, eſſe validum.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe de eſſentia, & ſubſtantia abſolutionis, & ita neceſſariò, neceſſitate Sacramenti, debere explicitè, & formaliter à Sacerdote proferri. Ratio eſt, quia Concil. Florentin. & Trident. *loc. cit.* expreſsè apponunt hoc pronomen, *Te*, in forma abſolutionis: ergo, cum aliàs non includatur in verbo abſoluo, ſicut diximus includi pronomen *ego*, neceſſariò debet in illa expreſsè apponi, ut fiat validum Sacramentum. Sic D. Thom. *3. parte, quæſt. 84 art. 3.* Vnde malè illum citant pro oppoſita ſententia Henriquez, & Bonacina. Sic etiam Petrus Soto *lect 4. de pœnit. verſ. Secundum, fol. mihi* 166. ubi expreſsè ait, neceſſariò eſſe explicandam perſonam pœnitentis, *te*, vel, *tibi*: falsò ergo illum citat Bonac. pro parte contraria. Sic etiam Navarrus *in Man. c. 26. n. 11.* ubi ſic: non ſunt tamen hæc omnia neceſſaria, eſſentialia enim, & neceſſaria ſunt illa ſola. *Abſolvo te*, ut diximus *in d. princ. num. 9.* & colligitur ex utroque Thoma *3. parte, q. 84. art. 3.* & Concil. Florent. *in decr. Eugenij. §. 4.* Sic Navar. & clarius hoc habet *in d. cap. in principio, n. 18. & 28.* nec *n. 27.* contrarium ſentit; nam ſtatim *eodem num. & ſequenti*, ſe explicat. Malè ergo illum citant Henriquez, & Bonacina pro oppoſita parte. Solùm ergo

Sotus,

Sotus, Vivaldus, & Henriquez, quem ego viderim, contrariam] ſententiam amplectuntur. Noſtram autem expreſsè tenent Bonacina *diſp. 5. de Sacram. q. 4. punct. 2. n. 10.* Fagundez *prac. 2. lib. 2. c. 9. n. 5. & 6.* Vincentius Candidus *diſquiſit. 24. art. 7. dubit. 5.* Suarez *diſp. 19. ſect. 1. n. 24.* Ledeſma *tract. de Pœnit. c. 3. concl. 1. & ſequent.* Archang. *loc. cit.* Valentia *4. tom. diſp. 7. q. 1. punct. 3. verſ. Tertia opinio*, ubi ait eſſe ſententiam omnium Theologorum. Et Lugo *diſp. 13. n. 24. pag. 196.* qui tamen addit ſufficere ad valorem formæ, ſi Sacerdos dicat, *abſolvo à peccatis tuis*. Quia in illo, *tuis*, implicitè continetur illud, *te*. Tenent etiam noſtram ſententiam Baunius *tract. 4. de pœnit. q. 6. dicto 3.* Palaus *tract. 23. punct. 5. n. 2.* Geſualdus *loc. cit. n. 6.* & me citato, Mendo *in Bull. Cruc. diſp. 23. cap. 12. n. 120.*

QVÆSTIO V.

An illa particula, ab omnibus, *ſit neceſſaria exprimi in forma abſolutionis?*

AFfirmativam partem tueri Gabrielem *in 4. diſt. 14. q. 2.* referunt Suarez *diſp. 19. ſect. 1. num. 19.* Fagundez *loc. cit. n. 18.* Lugo *diſp. 13. n. 13.* & Granados *tract. 1. de Pœnit. diſp. 6. ſect. 1. n. 4.* ſed immeritò citant illum pro hac ſententia, cùm oppoſitum expreſsè doceat *loco citato*, lit. C. per hæc verba: *Quia Deus principaliter abſolvit per miniſterium Sacerdotis, convenienter apponitur aliquid quod pertineat ad authoritatem principaliter abſolventis ut ſic.* Ego abſolvo te à peccatis tuis; in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. *Vnde videntur illa verba omnino ſufficere, & eſſe congrua.* Et infrà: *Præterea cum dicitur*, Abſolvo te à peccatis tuis, *omnia peccata includuntur, & ab omnibus abſolvitur, ſi non ponit obicem: nullum enim peccatum, ſaltem mortale, ſine alio non remittitur.* Sic ille.

Longè ergo probabiliùs, imò certiſſimè reſpondeo, non eſſe neceſſarium, illam particulam exprimi. Primò ob rationem nuper dictam. Secundò, quia minimè eam Concil. Florent. & Trident. apponunt. Sic Fagundez, Lugo, Suarez, & Granados *loc. cit.* Sancius *in ſelectis, diſp. 6. n. 15.* Philippus de Cruce *in Theſauro Eccleſiæ, tract. 1. §. 10. n. 6. fol. 63.* Villalobos *loc. cit. difficult. 5. n. 3.* Coriolanus *de caſib. reſervatis, parte 1. ſect. 2. artic. 14. n. 8. pag. 186.* & Mendo *diſp. 23. cit. cap. 12. n. 122.*

QVÆSTIO VI.

An ſaltem ſit aliquod peccatum illam particulam, ab omnibus, *omittere?*

AFfirmare videtur Granados *ſect. 1. cit. num. 9.* & fortè affirmabunt omnes Doctores apponentes illam in forma abſolutionis. Hi autem ſunt Navarrus *in man. c. 26. n. 11.* Suar. *loc. cit.* Vivald. *de abſolutione, n. 94.* & alij communiter, ut fatetur Navar. *cap. in principio, citato, n. 27.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo: nullum eſſe peccatum. Quia revera ſuperflua eſt illa particula in abſolutione; cum abſolvens à peccatis, ab omnibus mortalibus, imò & venialibus confeſſis, abſolvere neceſſum ſit, ut nuper eſt habitum. Vnde quamplurimi Doctores nullo modo talem particulam in forma abſolutionis ponunt, ut Concilium Moguntinum *c. 24.* quod habetur *tom. 3. Concil.* Rituale Pauli V. *fol. mihi* 28. Albertus *in 4. ſent. tit. 17.* Henriquez *lib. 1. de Pœnit. c. 11. n. 3.* Valentia *diſp. 7. q. 1. punct. 3.* Toletus *lib. 3. c. 12. n. 1.* Sà *verb. Abſolut. n. 1.* Monte 3. *parte exam. Theolog. c. 6. §. 7. n. 1.* Bonac. *diſp. 5. de Sacram. q. 4. punct. 1. n. 1.* Hurtado *de Pœnit. diſp. 5. diff. 4.* Sancius *in ſelectis diſp. 6. n. 13. & 15.* Samuel Lublinus *verb. Abſolutio, n. 1.* Ægidius *diſp. 4. de Sacram. tom. 29.* Fagundez *lib. 2. cit. cap. 9. n. 2. & 18.* Lugo *diſp. 13. num. 14.* Archang. *diſt. 14. pag. mihi 131. col. 1.* & communis, quam tenet Mendo *loco citato.*

QVÆSTIO VII.

An ad eſſentiam formæ abſolutionis pertineant illa verba, à peccatis tuis?

AFfirmant Palud. *in 4. diſt. 22. q. 3.* Major *diſt. 14. q. 2.* Angel. *verb. confeſſ. 5. q. 1.* Viguerius *c. 16. §. 4. verſ. 2.* Gabriel *eadem diſt. & quæſtione.* Et Petrus Soto *lect. 4. de confeſſione*, dicentes: non valere abſolutionem datam ſine illis verbis; quia illa verba: *Te abſolvo*, indifferentia ſunt, tum abſolutioni peccatorum, tum cenſuræ: ergo neceſſariò indigent verbis ſubſequentibus, nempe, *à peccatis tuis*, quibus ſignificatio determinatur.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non pertinere illa verba ad eſſentiam abſolutionis, & ita datam abſque illis valere. Quia Tridentinum diſputans de forma hujus Sacramenti, harum vocum, *Abſolvo te*, dumtaxat meminit. Sic D. Thom. *3. parte, q. 84. art. 3.* Cajet. & Nugnus *ibidem* Navar. *in Man. c. 26. n. 11. & diſt. 6. de Pœnit. cap. in principio, n. 9. 18. & 28.* Lugo, Valentia, Henriq. Suar. Bonac. & Granados *loc. cit.* Vaſquez etiam, Hurtado, & Luyſius Turrian. *loc. cit.* (quamvis hi tres Authores ſatis ſubtiliè loquantur) Sic etiam Fagundez *loc. cit. n. 18.* & omnes alij DD. qui docent eſſentiam abſolutionis ſitam eſſe tantùm in his verbis, *Abſolvo te*, præcipuè Lugo *diſp. 13. à n. 54. pag. 198.* Villalob. *loc. cit.* Petrus Ledeſma *c. 3. cit. dub. 6.* Reginald. *lib. 28. n. 2.* Llamas *4. p. meth. c. 2. §. 1. pag. 984.* ubi ſic ait: Formam abſolutionis habemus ex traditione, & ſunt iſthæc formaliter: *Ego te abſolvo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti Amen*: & ante hos omnes Raynerius *verb. Abſolutio, c. 7. pag. mihi 7.* & Palaus *tract. 23. punct. 5. n. 2.* Qui bene ad argumentum contrariorum reſpondet dicendo, quod hæc verba, *Abſolvo te*, abſolutè prolata ſtant pro famoſiori ſignificato, quod eſt peccatorum abſolutio. Præterquam quod peccatorum confeſſione ſufficienter determinantur.

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem ſit peccatum mortale omittere illa verba, à peccatis tuis?

AFfirmant conſequenter Gabriel, Palud. Major & omnes alij, qui exiſtimant, prædicta verba ad eſſentiam formæ pertinere. Affirmant etiam Fagundez *loc. cit. n. 19.* & apud ipſum D. Thomas, D. Anton. Cajet. & alij. Quia exiſtimant pertinere, licèt non ad eſſentiam, ſaltem ad integritatem formæ. His adhærent Palaus *loc. cit.* & Bauny *tract. 4. q. 6. dicto 3.*

Alij verò, ut Sotus *in 4. diſt. 14. q. 1. art. 3.* Vivald. *de Abſolut. n. 48. & 99.* Poſſevinus c. 7. *num. mihi 71. pag. 244.* & clariùs Ludovicus de ſan Iuan *quæſt. 1. de Pœnitent. artic. 11. dub. 1. concl. 2. pag. 326.* Valentia *diſp. 7. q. 1. punct. 3.* & Henriquez *lib. 1. citat. cap. 11. numero 3.* è contra aſſerunt, nec eſſe veniale, illa verba omittere, ſi abſit contemptus, & ſcandalum. Quod à fortiori docebunt Raynerius, & Llamas.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe peccatum, ſed ad ſummum veniale, ſi abſque urgentiſſima cauſa omittatur, ſecus verò ſi aliàs. Ratio eſt, quia tā pronomen

Ego,

Ego,quàm verba,*à peccatis tuis*,verè includuntur intrinſecè, & involvuntur in illis verbis, *Abſolvo te*: ergo ad ſummum erit veniale, ſi abſque rationabili cauſa omittantur.Sic à fortiori Sotus, Valentia, Petrus Ledeſma,& alij nuper citati.Granados *tract*.1.*cit.diſp*.6.*ſect*.1.*n*.9.Bonac.*diſp*.5.*ſect*.4.*punct*.2. *n*.2. Sic etiam in ſimili caſu Diana 2.*p.tract*.17.*reſol*.14. *& tract*.15.*reſol*.14.Moure 3.*p.c*.6.§.7.*n*.4 *verſ. dico tertiò*.Nugnus 3.*p.q*.84.*art*.3.*dub*.2.*in fine*.Trullench *lib*.4.*c*.2.*dub*.3.*num*.5.& me citato, Mendo *in Bull. diſp*.23. *c*.12. *n*.128.

QVÆSTIO IX.

An ad minus in articulo mortis teneatur Sacerdos ſub mortali non omittere prædicta verba, à peccatis tuis?

AFfirmant, non ſolùm Doctores affirmantes eſſe hæc verba de integritate, aut de ſubſtantia formæ,verùm etiam Granados *loco citato*,ubi ſic ait: Solùm in articulo mortis videtur ſub mortali teneri confeſſarius non omittere ea verba, *à peccatis tuis*, ne exponat pœnitentem alicui periculo non recipiendi tam neceſſarium Sacramentum; nam graves Doctores,ut vidimus,exiſtimant ea verba eſſe omnino neceſſaria. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri ſub mortali, adhuc in illo articulo dicta verba non omittere; quia longè probabiliùs,imò ferè certum eſt,prædicta verba nec ad eſſentiam, nec ad integritatem formæ pertinere,niſi ad ſummum,ut implicitè,& intrinſecè contenta in illis verbis, *Abſolvo te*, ut ait Suarez *diſp*.19.*ſect*.1.*n*.20.*&* 21.Ergo. Sic me citato,Mendo *loc.cit*.quamvis addat, in praxi conſulendum eſſe contrarium, quod ego non nego.

QVÆSTIO X.

An illa verba, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, *pertineant ad eſſentiam Abſolutionis?*

AFfirmant Durand.*in* 4.*diſt*.22.*q*.2.*art*.2.Major *diſt*.14.*q*.2. Aureolus *diſt*.22. *q.un. artic*. 3. & apud Franc.Suar.*diſp*.19.*ſect*.1.*n*.18.Stephanum Fagundez *præcep*.2. *lib*.2.*c*.9.*n*.2. Antonium Fagundez,&Moure 3.*parte*,*c*.6.§.8.*n*.4.Petrus de Soto:ſed immeritò omnes iſti Doctores citant Petrum de Soto pro hac ſententia, cum oppoſitam expreſsè cum D.Thom. doceat, loco ab ipſiſmet citato, ut ſtatim. Affirmant tamen Gerſon 2.*parte*,*fol*.183.*col*.1.ut refert Navar.*cap.in principio*, *cit. num*.18. & Angelus *Confeſſ*.5.*n*.1.Hieronymus Llamas 4. *parte Method. Curat.c*.2.§.1.*pag. mihi* 984. ubi ſic ait: Vtrum autem poſſit nomen Trinitatis ſileri, dicimus quidquid aliqui dicant, quod eſt de ſubſtantia, ſicut in Baptiſmo,dicente Paulo 2.*Cor*.2. *Si quid donavi vobis*, *in perſona Chriſti donavi*.Id eſt,*peperci*,*& abſolui*,& cùm pœnitentia ſit ſecunda tabula poſt naufragium, & quaſi ſecundus Baptiſmus,pari modo forma conſtare debet; ſed de illa dicit Chriſtus R. N. *Matth*. & *Marc. ultimo*,quod fiat in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: ergo & iſta. Sic Llamas.

Sed longè probabiliùs, & jam certò reſpondeo: non pertinere, quia prædicta verba neque à Chriſto Domino fuerunt præſcripta, ut conſtat ex Ioan.20. neque ab Eccleſia,ut eſſentialia pœnitentiæ,propoſita,ſed ad ſummum,ut convenientia in Concilio Moguntino *loc.cit*.Sic D.Thom.3. *parte*,*q*.84.*art*.2.Petrus Soto *lect*.4.*de confeſſione*, *pag. mihi* 166. ubi ſic ait: Itaque explicanda eſt perſona pœnitentis, *te*, vel, *tibi*, &c. Item remiſſio, vel abſolutio de præſenti: denique peccata. His poſitis perfecta eſt forma Sacramenti: *Abſolvo te à peccatis tuis & remitto tibi peccata tua*. Sic ille, & clariùs *infrà*, per hæc verba, Placet B.Thom.addi,*in nomine Patris*,*& Filij*, *& Spiritus ſancti*: quamquam id non ex neceſſitate. Sic Petrus. Malè ergo citatur pro oppoſita ſententia etiam Navar. *loc.cit. n*.18. *&* 34. *& in Man. c*. 26. *n*.11.Cajetan.3.*parte*, *loc.cit*.Sotus *in* 4. *diſtinct*. 14. *q*.1. *art*. 3. Scot. Palud. & Gabriel *loc. cit*. Suarez etiam, Fagundez & Moure *loc.cit*.Granado *tract*. 1. *de pœnitent. diſp*.6. *ſect*.1. *n*.5. Vaſquez, Luyſius, & Ægidius, quos citat, & ſequitur Hurtado *diſp*. 5.*de Pœnit.diffic*.4. Archangel. *loc.cit*. Ludovicus *q*. 1. *de Pœnit.art*.10.*dub*.2. *pag*. 325. Lugo *diſp*. 13. *q*.13. *n*.2. Candidus *diſquiſit*.24. *artic*.7.*dub*.1.*n*.5.*pag*.54. P. Ledeſma *c*. 3. *cit. dubit*.7. & noviſſimè Index librorum prohibitorum, & expurgandorum pro Catholicis Hiſpaniarum Regnis editus Anno 1640. qui *pag. mihi* 522.oppoſitam ſententiam delere juſſit ex Summa Hieronymi Llamas *loc.cit*. Baunius *tract*. 4.*de Pœnit. q*.6. *dicto* 4. Palaus *tract*. 23. *punct*. 5. *num*. 3. Trullench *lib*.4. *c*.2.*dub*.3.*n*.3.Geſualdus 1. *parte ſumm. tract*.23. *cap*. 2. *n*.11. & Mendo *loc.cit. num*.124.

QVÆSTIO XI.

An ſaltem ſit peccatum mortale prædicta omittere verba?

AFfirmant, licèt cum timore, Granados *loc.cit. n*.9.per hæc verba.Quod verò attinet ad verba, *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vel ſimilia, non audeo omnino obligare ſub mortali, etiam in prædicto articulo (mortis ſcilicet)ad ea proferenda; quia Suarez *ſuprà n*.19. & alij viri docti certum reputant,ea non eſſe de eſſentia:ſed nihilominus valde ſcrupuloſum cenſerem ea omittere, & vix excuſarem à mortali,cum graves Doctores putent,eſſe de eſſentia Sacramenti,& non poſſint evidenter convinci falſitatis. Sic ille,& expreſsè etiam Chamerota *de Sacram.tract*.5. *c*.7. *dub*.1. Et ſic debent tenere omnes qui dicunt prædicta verba pertinere ad eſſentiam, vel ad integritatem ſaltem formæ.

Alij verò abſolutè docent eſſe tantùm veniale.Ita Nugnus 3.*p.q*.84.*art*.3.*dub*.2.*ad* 4.*prope finem*.Trullench *n*.6.*cit*.Palaus *tract*.23.*punct*.5. *num*. 3. *in fine*. Quia hujuſmodi Trinitatis invocatio, eſt ritus ab Eccleſia præſcriptus. Idem ſentit Baunius *loco citato*, quando hujuſmodi invocatio ſine cauſa omittitur. Bonac. *de Pœnit.diſp*.5.*q*.4.*punct*.1. *n*.3.

Sed longè probabiliùs reſpondeo,neque eſſe peccatum veniale, ſi prædicta verba cum aliqua rationabili omittantur cauſa. Quia ferè certum eſt apud omnes, nec ad eſſentiam,nec ad integritatem formæ pertinere,ut bene Suar.Henriq.& alij *loc. cit*. Et ſic D.Th.*loc. cit. art*.3.*ad* 3.apertè hoc ſentit,dum hoc arbitrio Sacerdotis relinquit. Sic etiam Ludovicus *loco* ſtatim *citando*. Et ante illum Archangel.*diſt*.14. *pag*.131.*col*.1.& communis,quam ſequitur Valentia *diſp*.7. *q*.1. *punct*.3. & apud illum Sotus.

QVÆSTIO XII.

An dumtaxat hæc verba, Abſolvo te, *ſint à Confeſſore exprimenda?*

AFfirmare videtur Ludovic.*q*.1.*de Pœnit.art*.11. *dub*.1.*concl*.1.*pag*.325.ubi ſic ait [No es licito añadir algunas palabras,como ſi fueſſen de eſſentia, y neceſſidad de la forma; mas ſolamente ſe han de

dezir

dezir las ordinarias, *Ego te abſolvo, & concl.* a. No ſera illicito añadir alguna en razon de devocion (y deſta manera ſe pone en la forma ordinaria, *à peccatis*, y el *in nomine Patris*, &c.) antes es licito.] Sic ille.

Sed certiſſimè reſpondeo negativè; ſed apponenda eſſe omnia illa verba, quæ ſanctè, & laudabiliter addita ſunt ab Eccleſia. Sunt autem hæc: *Miſereatur tui*, &c. *Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſolvat, & ego authoritate ipſius te abſolvo, in primis ab omni cenſura Eccleſiaſtica, ſi quam fortè incurriſti, in quantum ego poſſum, & tu indiges*: deinde, *ego te abſolvo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, & merita B. Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum, in augmẽtum gratiæ, & præmium vitæ æternæ, Amen.* Sic communiter omnes DD. Legantur Coriolanus *loc. cit. n.* 9. & Trullench *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 3. *n.* 8.

QVÆSTIO XIII.

An ſit peccatum omittere illa verba, Miſereatur tui omnipotens Deus, *&c.*

AFfirmare videtur Granados *tract.* 1. *cit. diſp.* 6. *ſect.* 1. *n.* 2. dicens eſſe peccatum veniale illa abſque neceſſitate omittere; mortale verò, ſi cum ſcandalo, & contemptu omittantur.

Sed probabiliùs reſpondeo: nullum eſſe peccatum, niſi aliàs omittantur cum ſcandalo, & contemptu, quia tunc ad minus erit veniale (ne dicam mortale, ut dicunt Granados *cit.* & Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 15. & apud illum Sot. *diſtinct.* 14. *q.* 1. *art.* 3. *ante verſum Tandem*, Vivald. *de abſolut. n.* 65. *mihi* 99.)

Prima pars hujus reſponſionis conſtat; quia illa verba, *Miſereatur tui*, neque ad eſſentiam, neque ad integritatem Abſolutionis pertinent, neque de illis Concilia mentionem faciunt: ergo neque erit veniale illa voluntariè omittere. Sic Fagundez *n.* 15. *cit. & n.* 2. Vivaldus *loc. cit.* Lugo *diſp.* 23. *n.* 8. Archangelus *diſtinct.* 13. *pag.* 131. *col.* 1. & communis.

Secunda verò pars etiam patet; quia contemptus Eccleſiæ ritus in tanti Sacramenti adminiſtratione, ad minus erit veniale. Vix tamen crederem mortale eſſe, etiamſi quis precationem illam ex contemptu omitteret, dummodo contemptus ſiſteret intra limites hujus levis materiæ, eo quòd contemptus divinæ adhuc legis, determinatus ad materiam peccati venialis ſolùm eſt culpa venialis, ut bene in ſimili ait Cabrera 3. *parte, tom.* 3. *diſp.* 59. *ſect.* 2. & ex illo Diana 2. *parte, tract.* 17. *reſol.* 2. Sic videtur ſentire Sotus *loco* à Fagundez *citato*, ubi loquendo de omiſſione illorum verborum, *in nomine Patris, &c.* (non de omiſſione harum precationum, ut malè exiſtimavit Fagundez) ſic ait. Sed tamen omiſſio illius nullatenus eſſet peccatum mortale. Imò niſi interveniret aliquis contemptus, nec eſſet veniale. Sic Sotus. Ex omni ergo parte malè citatur à Fagundez pro ſua parte. Cum Soto tenent Trullench *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 3. *n.* 8. & Geſualdus *c.* 2. *cit. n.* 14.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem ſit peccatum omittere illa verba: Dominus noſter Ieſus Chriſtus te abſolvat, & ego authoritate ipſius te abſolvo, in primis ab omni cenſura Eccleſiaſtica, ſi quam fortè incurriſti, quantum ego poſſum, & tu indiges?

AFfirmant Granados *tract.* 1. *de Pœnit. diſp.* 9. *ſect.* 1. *n.* 2. & Fagundez *loc. cit. n.* 16. ubi ait, quod niſi legitima cauſa excuſet, ut magna confeſſionum affluentia, Iubilæum, &c. ſemper ſit peccatum veniale, & fortè mortale illa verba omittere.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, non ſolùm non eſſe peccatum mortale illa verba omittere, ſed neque veniale, quia ex una parte illa verba nullo modo pertinent ad eſſentiam, aut integritatem abſolutionis: & ex alia multoties expedit illa omittere, ut in Confeſſionibus quotidianis, ne abſolutio prolixior fortè fiat, quàm ipſa confeſſio fuit: ergo in talibus caſibus licitè poteſt confeſſor, imò & debet illa verba omittere, & vel juxta Concilium Moguntinum *c.* 24. *cit.* dicere: *Ego te abſolvo à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti*, vel juxta Rituale Pauli V. *fol. mihi* 58. *Ego te abſolvo ab omnibus cenſuris, ſi fortè incurriſti, & à peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen.* Sic Coriolan. 1. *parte, ſect.* 3. *art.* 11. *n.* 9. & 10. Bonac. *de cenſur. diſp.* 1. *punct.* 5. *n.* 3. & Ioan. Sancius *diſp.* 6. *n.* 13. Vbi bene advertit; quod reſpectu pœnitentium crebrò confitentium, & quorum habetur probabilis præſumptio in excommunicationem non incurriſſe, ſufficiat dicere: *Ego te abſolvo à peccatis tuis.* Imò tempore neceſſitatis urgentis ſat erit dicere: *Abſolvo te a peccatis*, ut notat ipſe ex eodem Rituali Pauli V. Sic me citato, tenet Mendo *in Bullar. diſp.* 23. *c.* 12. *n.* 124.

QVÆSTIO XV.

An ſit peccatum omittere illa deprecatoria verba, Paſſio Domini Ieſu Chriſti, & merita B. Mariæ, & omnium Sanctorum, & quidquid boni feceris, *&c.*

AFfirmant eſſe veniale, ſi abſque rationabili cauſa omittantur, Suar. *diſp.* 18. *ſect.* 6. *n.* 2. & *diſp.* 19. *ſect.* 1. *n.* 18. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 2. *c.* 9. *n.* 22. & Granado *tract.* 1. *cit. diſp.* 6. *ſect.* 1. *n.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo: neque eſſe veniale, etiamſi abſque ulla neceſſitate omittantur; quia prædicta verba nec ſunt de neceſſitate formæ, nec de præcepto, ut omnes Doctores concedunt, & colligunt ex Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 3. Sic Vivald. *de Abſolution. num. mihi* 99. *pag.* 187. & apud ipſum Sotus *in* 4. *diſtinct.* 14. *artic.* 3. ante verſum *Tandem*. Sed certè Sotus, ut *ſuprà* vidimus, non de omiſſione harum precum, ſed illorum verborum, *In nomine Patris, &c.* loquitur. Legantur Vega 1. *parte ſummæ, c.* 6. *caſu* 23. & 24. & Archangelus *loc. cit.* Trullench *lib.* 4. *c.* 2. *dubit.* 3. *n.* 8. Geſualdus *n.* 13. & me citato, Mendu citatus.

QVÆSTIO XVI.

An de eſſentia Abſolutionis ſint verba voce prolata?

NEgant Palud. *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 2. *art.* 1. & Adrian. *in* 4. *de confeſſ. q.* 1. *col.* 6. quos citat, & ſequitur Navar. *in Man. c.* 22. *n.* 36. & *in cap. Quem pœnitet, de pœnit. diſt.* 1. Medina *Cod. de Confeſſ. q. de modo confitendi.* Petrus Soto *lect.* 11. *de Confeſſione, verſic. Tertium iſtud ſit*, aſſerentes ad valorem Sacramenti ſufficere dare abſolutionem nutibus, aut ſcripto, aut quocumque alio ſigno, quo manifeſtetur intentio abſolvendi Sacerdotis: & hanc ſententiam eſſe probabilem, innuit Fagundez *lib.* 2. *cit. cap.* 10. *numero* 2. dum contrariam veriorem tantùm vocat, & pro illa citat Bonacina *ubi infrà*, Filliucium, & Molfeſium. Sed certè malè. Probari tamen poteſt hæc ſententia. Quia abſolutio eſt actio judicialis:

ſed

ſed indices ſuam ſententiam ferre poſſunt ſcripto : ergo & Sacerdotes.

Vnde certiſſimè reſpondeo, de eſſentia Abſolutionis eſſe, vt eius verba propria voce humana à Sacerdote proferantur, quia id clarè colligitur ex Concil. Florent. *in litt. Eugeny*, vbi loquendo in particulari de hoc Sacramento Pœnitentiæ, ſic ait: *Forma huius Sacramenti ſunt verba abſolutionis, quæ Sacerdos profert, cum dicit, Ego te abſolvo.* Quæ verba optimè expendit Suarez. Sic tenent ipſe *diſp.* 19. *ſect.* 1. *n.* 3. & ante ipſum S.Thom. 3. *p.q.* 8. *art.* 3. *ad* 3. Nugnus *ibidem dub.* 1. *pag. mihi* 22. (vbi immeritò dicit, nullum authorem ex ſupra citatis contrarium docere) Caiet. *verb. Confeſſio, conditione* 11. Ægid. *diſp.* 4. *n.* 65. Fagund. *loc. cit.* Bonac. *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 8. *in editione noua, n.* 2. & apud ipſum Sotus dicens : contrariam opinionem eſſe erroneam. Molfeſ. *tr.* 7. *cit. c.* 5. *n.* 14. vbi ſic ait : Dum Sacerdos dicit pœnitenti : *Ego te abſoluo*, &c. debet humana voce loqui, & ſic non poteſt ſignis, & eo minus per ſcripturam aliquem abſoluere. Et ſic improbatur opinio Palud. Medinæ, & aliorum, qui dicebant, vt ſignis poſſet Sacerdos ſuam intentionem explicare in abſolutione pœnitentis. Sic Molfeſ. Sic etiam Rutilius Benzonius *de fuga peſtis, q.* 5. *concl.* 5 *fol. mihi* 108. qui *concl.* 6. benè docet, ſolam pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem, cum non ſit Sacramentum, ſeu pars eius eſſentialis, iniungi poſſe ſcripto. Filliuc. *tract.* 6. *c.* 3 *q.* 6 *n.* 6. Granados *diſp.* 6. *cit. ſect.* 1. *n.* 1. *pag.* 1099. ubi ait, eſſe certam ſententiam. Valent. *diſp.* 7. *punct.* 3. Layman. *tr.* 6. *c.* 3. Hurtado *diſp.* 5. *diffic.* 7. Lugo *diſp.* 13. *n.* 2. *pag.* 192. Candidus *loc. cit. art.* 7. *dub.* 6. *n.* 10. & eſt communis omnium Theologorum. Lege Baunium *tr.* 4. *de pœnit. q.* 4. Qui ad minorem argumenti contrariæ ſententiæ multipliciter reſpondet, Primò, quod omnium Tribunalium hæc ſit conſuetudo, vt Iudicum ſententia ſit vocalis. Secundò, quod alia ſit ratio fori interni, & alia externi; nam in illo idem eſt teſtis, actor, & reus: in externo verò minimè. Et ideo non valet conſequentia de vno foro ad aliud. Cuius rei ratio alia afferri non poteſt, quàm Chriſti Domini inſtitutio, quam talem eſſe conſtat ex praxi Eccleſiæ, & traditione omnium ſæculorum. Lege etiam Palaum *tr.* 23. *punct.* 5. *n.* 1. & Trullench. *c.* 2. *cit. dub.* 4.

Qvæstio XVII.

An forma Abſolutionis deprecatiua, v.g. Abſoluat te Deus, *ſit ſufficiens ad remittenda peccata?*

Affirmant Sot. *in* 4. *diſt.* 3. *art.* 5. apud Suarez, & Fagundez, ſed certè non ita clarè, vt ipſi exiſtimant. D. Bonau. *diſt.* 18. *art.* 2. *q.* 1. & 2. Alenſ. *q.* 82. Mayron. *diſt.* 14. *q.* 2. Imò Author eiuſdem libelli, quem refert, & impugnat S. Th. *opuſc.* 22. *c.* 1. exiſtimauit non ſolùm huiuſmodi formam eſſe ſufficientem, verùm etiam magis conuenientem, eo quod forma Extremæ Vnctionis verbis deprecatoriis conſtat: ergo conſtare quoque poterit forma pœnitentiæ.

Sed certiſſimè reſpondeo : non eſſe ſufficientem, quia abſolutio eſt proferenda, & danda per modum iudicialis ſententiæ : at forma deprecatiua repugnat cum forma iudicij ; nunquam enim ſententia modo deprecatiuo profertur : ergo. Sic S.Thom 3 *p. q.* 84. *art.* 3. *ad* 1. Palud *diſt.* 22. *q.* 3. P. Soto *lect.* 4. *de Confeſſ.* Nauar *c.* 1. *de Pœnit. diſt.* 6. *à n.* 9. Dominic. Soto (iam ſibi, & bene, contrarius) *diſt.* 14. *art.* 3. Suar. *diſput.* 8. *ſect.* 1. *n.* 14. Fagund. *lib.* 2. *cit. c.* 9. *n.* 8. Granados *diſt.* 6. *cit. n.* 27. *pag.* 1108. Hurtado *diſp* 5. *diff.* 3. Henriquez *lib.* 4. *de Pœnit. c.* 11. *n.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 2. *n.* 8. Lugo *diſp.* 13. *n.* 92. & communis, quam tenet etiam Trullench *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 3. *n.* 11. & *dub.* 4. *n.* 1. & Bauny *loc. cit.* Qui ad argumentum oppoſitæ ſententiæ benè negat conſequentiam, eo quòd effectus Extremæ Vnctionis, à precibus, quæ formæ vim habent, dependet; huiuſmodi autem nihil eſt in pœnitentia.

Qvæstio XVIII.

An ſaltem ſit ſufficiens ad valorem Sacramenti Abſolutio modo imperatiuo prolata, vt v.g. Abſoluaris à me, *vel* abſoluatur Petrus à me.

Negant aliqui recentiores apud Henriq. *loco cit. lit. G.* & ipſe, vt ait Granados *diſput.* 6. *cit. n.* 29. dubiam credit talem formam.

Sed ego abſque dubio reſpondeo : eſſe ſufficientem, quia ſatis declarat propriam iudicis poteſtatem. Sic Suarez, Fagundez, Granados, & Hurtado *loc. cit.* & Bonacina *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 2. *n.* 7. Vaſquez *q.* 84. *art.* 3. *dub.* 4. *n.* 12. & Nugnus 3. *p q.* 84. *art.* 3. *dub.* 2. *concl.* 4. *pag.* 28. & Lugo *loc. cit. n.* 104. & communis.

Qvæstio XIX.

An validum ſit Sacramentum datum cum his formis: Volo abſoluaris: Placet te abſolui: Iubeo hunc abſolui: Sacramentum abſolutionis tibi impendo, &c.

Negant Caietan. 3. *part. q.* 84. *art.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 2. *art.* 3. Petr. Soto *lect.* 4. *de Confeſſ. verſ. Secundum, fol. mihi* 166. Bonac. *loc. cit. num.* 9. Henriquez *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 3. *lit. I.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo : eſſe validum, quia illis formis verè ſignificantur actus iudicis ſententiam deciſiuam abſolutionis à peccatis proferentis. Sic Suar. & Hurt. *loc. cit.* Fagundez *loc. cit.* Vaſq. *loc. cit. dub.* 3. *num.* 12. Filliuc. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 68. Scotus, Gabriel, Roſella, & alij apud ipſos, Lugo *loc. cit. num.* 143.

Qvæstio XX.

An ſit peccatum mortale prædictis Abſoluendi formulis vti?

Negat G. Hurtado *diſp.* 5. *cit. diff.* 3. *fine*, exiſtimans, eſſe tantum veniale. Sententiam huius Doctoris refert Diana 1. *p. tr.* 13. *reſol.* 34. tacens quid ipſe ſentiat, ſed hoc non eſt illi novum.

Sed probabiliùs reſpondeo : eſſe mortale, quia prædictæ formæ ſunt valde dubiæ : ergo graue mortale ſacrilegij erit illis vti. Sic Fagondez *lib.* 2. *cit. c.* 9. *num.* 10. & *lib.* 13. *c.* 1. *n.* 8. Nugnus *loc. cit.* Suarez *diſput.* 19. *ſect.* 1. *num.* 24. quatenus ait, eſſe valde illicitum. Bonac. *loc. cit. num.* 11. & apud illum Sotus, Valentia, Reginaldus, Henriquez, & alij. Secus eſſet dicendum, ſi quis hac vteretur forma : *Tu abſolueris à peccatis tuis per me*, vt ait Vega *c.* 6. *cit. caſu* 4. per hæc verba. [P. ſi el Confeſſor que abſoluiſſe con eſta forma : *Tu abſolueris à peccatis tuis per me*, ſeu, *à me* : ò, *peccata tua remittuntur à me*, pecarà, y ſi la abſolucion dada con eſta forma ſerà valida? Reſpondo, que pecarà, aunque no *genere ſuo* mortalmente, ſi no ay en ello eſcandalo; y que el Sacramento dado en eſta forma ſerà verdadero, &c.] Sic Vega poſt Sotum quem affert, & ſequitur Reginaldus *lib.* 8. *n.* 3.

QVÆSTIO XXI.

An ſit validum Sacramentum his formulis datum: Remitto tibi peccata, *vel* condono te?

RESPONDEO affirmatiuè, quia hæc verba non differunt eſſentialiter ab illis verbis, *Ego te abſoluo.* Sic Doctores nuper citati, & Granado *tr.* 1. *de Pœnit. diſp.* 6. *n.* 29. Lugo *diſp.* 12. *n.* 141. Trullench *lib.* 4. *c.* 1. *dub.* 4. *n.* 1. & Geſualdus *loco cit. c.* 3. *n.* 10.

QVÆSTIO XXII.

An etiam ſit peccatum mortale his verbis abſoluere?

AFfirmant Bonac. *diſp.* 5. *quæſt.* 4. *punct.* 2. *n.* 11. *verſ. Addo*, & apud ipſum Suarez *diſp.* 19. *ſect.* 1. *num.* 24. Ægidius & alij, quibus adde Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 1. *cap.* 1. *num.* 8. *pag.* 147. vbi ſic: Tertiò, quia ſicut ſub peccato mortali obligat conſuetudo abſoluendi communis, per hæc verba, *Ego te abſoluo*; & peccaret mortaliter qui illam mutaret, & diceret, *Ego tibi remitto peccata.* Licèt efficiat verum Sacramentum. Sic ille. Et ante ipſum Nugnus 3. *p. q.* 84. *art.* 3. *dub.* 2. *fine*, & Llamas 4. *part. Method. c.* 1. *§.* 1. *in fine*, per hæc verba. Si quis diceret: *Ego remitto tibi peccata*, &c. Factum teneret, ſed eſſet mortale peccatum, & inſitatus loquendi modus ab Eccleſia, & præſumptuoſus. Sic ille. Et etiam Archangel. *in* 4. *diſt.* 14. *pag.* 131. *col.* 1. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe, niſi veniale: quia prædicta mutatio, in opinione ferè omnium, ſolùm eſt accidentalis, vel materialis, non verò formalis, & quoad ſignificationem: ergo ſolùm erit venialis. Sic Sotus *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 1. *art.* 3. Reginald. *lib.* 8. *c.* 1. *n.* 3. Filliucius *tr.* 6. *c.* 3. *num.* 67. Hurtado *diſp.* 5. *diffic.* 3. *in fine*, Ochagauia *tr.* 1. *de Pœnit. q.* 6. *num.* 6. & Diana *part.* 5. *tract.* 5. *reſol.* 39.

QVÆSTIO XXIII.

An validum ſit Sacramentum, ſi detur Abſolutio ſub conditione de præterito, v.g. Abſoluo te, ſi deſeruiſti concubinatum?

RESPONDEO: eſſe validum, ſi conditio addita à Confeſſario verificatur, ſecus verò ſi non verificatur conditio, v.g. ſi dicat Confeſſarius, *Abſoluo te, ſi deſeruiſti concubinatum*; ſi revera deſeruit, Sacramentum erit validum. Si verò reuera non deſeruit, Sacramentum erit nullum. Ratio eſt, quia ſtante veritate conditionali, ſtatim Sacramentum ſortitur ſuum effectum, ſi verò non ſtat, nihil fit. Sic omnes DD.

QVÆSTIO XXIV.

An Confeſſarius licitè aliquando poſſit proferre Abſolutionem ſub conditione de præterito?

RESPONDEO: poſſe ſemper quod rationabilis, & iuſta cauſa addit: ſecus aliàs. Prior pars probatur: quia ſi Confeſſarius dubitet, an verba abſolutionis protulerit, tunc validè, & licitè abſoluere poteſt ſub hac conditione exterius prolata, vel mente tantùm retenta, *Si non es abſolutus, ego te abſoluo.* Deinde quando is, qui confitetur ita vitioſus apparet, vt vix colligat Sacerdos, an illa quæ confitetur ſint peccata, tunc etiam validè, & licitè poteſt eum cum conditione hac abſoluere: *Si ea quæ confeſſus es, ſunt peccata, ego te abſoluo.* Verumtamen eſt quod in hoc caſu communiter certa materia adiungitur dubiæ, vt ſic abſolutio impendi abſolutè poſſit. Licèt ſemper ſit liberum pœnitenti, ſolam materiam dubiam confeſſioni ſubiicere, quando certam mortalem non habet, aut in ſolum venialem fuerit lapſus, vt optimè Sancius *diſput.* 6. *n.* 12. & Diana 4. *p. tr.* 3. *reſol.* 53. Vega 1. *part. ſummæ, c.* 65. *caſu* 30. *col. mihi* 641. quidquid ſentiant Hurtado *diſp.* 9. *de Pœnit. diff.* 7. Suarez, & Granado *diſp.* 6. *n.* 18. Legantur Reginald. *lib.* 8. *num.* 9. Baunius 9. 5. & Geſualdus *n.* 14.

Poſterior verò pars conſtans eſt etiam apud omnes, nam valdè illicitum eſt tradere ſub dubia forma quod Chriſtus Dominus ſub certa forma mandauit, vt bene Trullench *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 4. *n.* 4.

QVÆSTIO XXV.

An valeat Sacramentum Pœnitentiæ, ſi detur Abſolutio cum conditione de præſenti, vt ſi dicatur, ſi Deus vult, aut ſi ego poſſum te abſoluere, te abſoluo?

RESPONDEO eſſe validum, ſi adſit conditio, quam Confeſſarius apponit, ſecus verò, ſi conditio abſit, quia tunc confeſſio erit nulla, & oportebit illam iterari. Sic tenent communiter omnes, præcipuè Caietan. *verb. Abſolutio.* Nauar. *cap.* 26 *n.* 12. Henriquez *lib.* 1. *de Pœnit. cap.* 12. *num.* 1. & alij, conſtatque ex dictis.

QVÆSTIO XXVI.

An poſſit Confeſſarius licitè prædictam conditionem de præſenti in abſolutione apponere?

RESPONDEO poſſe, quoties rationabiles occurrant cauſæ, quas toterdum occurrere poſſe nullus dubitat. Sic prima, quando Confeſſarius dubitat, an pœnitens habeat vſum perfectum rationis, vt ſi eſt puer vel an habeat neceſſarium dolorem, vel an phreneticus ſit, an ſanæ mentis, tunc optimè poteſt, imò debet licitè abſoluere illum, ſub hac conditione, *Si poſſum, vel ſi capax es, aut ſi habes vſum rationis, vel peccata, Ego te abſoluo à peccatis*, &c. Secunda eſt, quando pœnitens eſt in articulo mortis, & nequit exhibere ſigna contritionis; tunc optimè poteſt Confeſſarius, imò & tenetur abſoluere illum, cum conditione, *Si capax es, vel ſi poſſum*, &c. *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, &c. Si verò abſque vlla rationabili cauſa prædictæ conditiones à Confeſſario apponantur, peccatum ab eo committitur, vt ex dictis *quæſt. præcedenti* conſtat. Sic tenent DD. *nuper citati*, & Bonacina *diſp.* 5. *queſt.* 4. *punct.* 3. Granados *tr.* 1. *cit. diſp.* 6. *ſect.* 3. *n.* 19. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 12. Reginaldus *lib.* 8. *num.* 8. & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An valeat Sacramentum Pœnitentiæ, ſi abſolutioni addatur conditio de futuro, v.g. Si reſtitueris cras famam Petro, ego te abſoluo?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe ſatis probabilem inſinuat, & non leuiter probat Nauarr. *de Pœnitent. diſt.* 6. *in cap.* 1. *in princip. num.* 64. licèt contrariam apertè definiat *n.* 62. & 63. quidquid dicat Granados *diſp.* 6. *n.* 22. *pag.* 1197.

Sed certiſſimè reſpondeo: non valere, ſed talem abſolutionem eſſe non ſolùm illicitam, & ſacrilegam: verùm etiam irritam, & nullam. Sic Nauarr. *n.* 62. *cit.* per hæc verba: Tertia declaratio, quod abſoluti-

ſed indices ſuam ſententiam ferre poſſunt ſcripto: ergo & Sacerdotes.

Vnde certiſſimè reſpondeo, de eſſentia Abſolutionis eſſe, vt eius verba propria voce humana à Sacerdote proferantur, quia id clarè colligitur ex Concil. Florent. *in litt. Eugenij*, vbi loquendo in particulari de hoc Sacramento Pœnitentiæ, ſic ait: *Forma huius Sacramenti ſunt verba abſolutionis, qua Sacerdos profert, cum dicit, Ego te abſoluo.* Quæ verba optime expendit Suarez. Sic tenent ipſe *diſp.* 19. *ſect.* 1. *n.* 3. & ante ipſum S.Thom. 3. *p.* *q.* 8. *art.* 3. *ad* 3. Nugnus *ibidem dub.* 1. *pag. mihi* 22. (vbi immeritò dicit, nullum authorem ex ſupra citatis contrarium docere) Caiet. *verb. Confeſſio, conditione* 11. Ægid. *diſp.* 4. *n.* 65. Fagund. *loc. cit.* Bonac. *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 8. *in editione noua, n.* 2. & apud ipſum Sotus dicens: contrariam opinionem eſſe erroneam. Molfeſ. *tr.* 7. *cit. c.* 5. *n.* 14. vbi ſic ait: Dum Sacerdos dicit pœnitenti: *Ego te abſoluo*, &c. debet humana voce loqui, & ſic non poteſt ſignis, & eo minus per ſcripturam aliquem abſoluere. Et ſic improbatur opinio Palud. Medinæ, & aliorum, qui dicebant, vt ſignis poſſet Sacerdos ſuam intentionem explicare in abſolutione pœnitentis. Sic Molfeſ. Sic etiam Rutilius Benzonius *de fuga peſtis, q.* 5. *concl.* 5. *fol. mihi* 108. qui *concl.* 6. benè docet, ſolam pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem, cum non ſit Sacramentum, ſeu pars eius eſſentialis, iniungi poſſe ſcripto. Filliuc. *tract.* 6. *c.* 3. *q.* 6. *n.* 6. Granados *diſp.* 6. *cit. ſect.* 1. *n.* 1. *pag.* 1099. ubi ait, eſſe certam ſententiam. Valent. *diſp.* 7. *punct.* 3. Layman. *tr.* 6. *c.* 3. Hurtado *diſp.* 5. *diffic.* 7. Lugo *diſp.* 13. *n.* 2. *pag.* 192. Candidus *loc. cit. art.* 7. *dub.* 6. *n.* 10. & eſt communis omnium Theologorum. Lege Baunium *tr.* 4. *de pœnit. q.* 4. Qui ad minorem argumenti contrariæ ſententiæ multipliciter reſpondet. Primò, quod omnium Tribunalium hæc ſit conſuetudo, vt Iudicum ſententia ſit vocalis. Secondò, quod alia ſit ratio fori interni, & alia externi; nam in illo idem eſt teſtis, actor, & reus: in externo verò minimè. Et ideo non valet conſequentia de vno foro ad aliud. Cuius rei ratio alia afferri non poteſt, quàm Chriſti Domini inſtitutio, quam talem eſſe conſtat ex praxi Eccleſiæ, & traditione omnium ſæculorum. Lege etiam Palaum *tr.* 23. *punct.* 5. *n.* 1. & Trullench. *c.* 2. *cit. dub.* 4.

QVÆSTIO XVII.

An forma Abſolutionis deprecatiua, v.g. Abſoluat te Deus, *ſit ſufficiens ad remittenda peccata?*

AFfirmant Sot. *in* 4. *diſt.* 3. *art.* 5. apud Suarez, & Fagundez, ſed certè non ita clarè, vt ipſi exiſtimant. D. Bonau. *diſt.* 18. *art.* 2. *q.* 1. & 2. Alenſ. *q.* 82. Mayron. *diſt.* 14. *q.* 2. Imò Author eiuſdem libelli, quem refert, & impugnat S.Th. *opuſc.* 22. *c.* 1. exiſtimauit non ſolùm huiuſmodi formam eſſe ſufficientem, verùm etiam magis conuenientem, eo quod forma Extremæ Vnctionis verbis deprecatoriis conſtat: ergo conſtare quoque poterit forma pœnitentiæ.

Sed certiſſimè reſpondeo: non eſſe ſufficientem, quia abſolutio eſt proferenda, & danda per modum iudicialis ſententiæ: at forma deprecatiua repugnat cum forma iudicij; nunquam enim ſententia modo deprecatiuo profertur: ergo. Sic S.Thom 3 *p. q.* 84. *art.* 3. *ad* 1. Palud *diſt.* 22. *q.* 3. P. Soto *lect.* 4. *de Confeſſ.* Nauar *c.* 1. *de Pœnit. diſt.* 6. *à n.* 9. Dominic. Soto (iam ſibi, & bene, contrarius) *diſt.* 14. *art.* 3. Suar. *diſput.* 8. *ſect.* 1. *n.* 14. Fagund. *lib.* 2. *cit. c.* 9. *n.* 8. Granados *diſp.* 6. *cit. n.* 27. *pag.* 1108. Hurtado *diſp.* 5. *diff.* 3. Henriquez *lib.* 1. *de Pœnit. c.* 11. *n.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 2. *n.* 8. Lugo *diſp.* 13. *n.* 92. & communis, quam tenet etiam Trullench *lib.* 4. *c.* 2. *dub.* 3. *n.* 11. & *dub.* 1. *n.* 1. & Bauny *loc. cit.* Qui ad argumentum oppoſitæ ſententiæ bene negat conſequentiam, eo quòd effectus Extremæ Vnctionis, a precibus, quæ formæ vim habent, dependet; huiuſmodi autem nihil eſt in pœnitentia.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem ſit ſufficiens ad valorem Sacramenti Abſolutio modo imperatiuo prolata, vt v.g. Abſoluaris à me, *vel* abſoluatur Petrus à me.

NEgant aliqui recentiores apud Henriq. *loco cit. lit. G.* & ipſe, vt ait Granados *diſput.* 6. *cit. n.* 29. dubiam credit talem formam.

Sed ego abſque dubio reſpondeo: eſſe ſufficientem, quia ſatis declarat propriam iudicis poteſtatem. Sic Suarez, Fagundez, Granados, & Hurtado *loc. cit.* & Bonacina *diſp.* 5. *q.* 4. *punct.* 2. *n.* 7. Vaſquez *q.* 84. *art.* 3. *dub.* 4. *n.* 12. & Nugnus 3. *p* *q.* 84. *art.* 3. *dub.* 2. *concl.* 4. *pag.* 28. & Lugo *loc. cit. n.* 104. & communis.

QVÆSTIO XIX.

An validum ſit Sacramentum datum cum his formis: Volo abſoluaris: Placet te abſolui: Iubeo hunc abſolui: Sacramentum abſolutionis tibi impendo, &c.

NEgant Caietan. 3. *part. q.* 84. *art.* 3. Sotus *in* 4. *diſt.* 14. *q.* 2. *art.* 3. Petr. Soto *lect.* 4. *de Confeſſ. verſ. Secundum, fol. mihi* 166. Bonac. *loc. cit. num.* 9. Henriquez *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 3. *lit. I.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: eſſe validum, quia illis formis verè ſignificantur actus iudicis ſententiam deciſiuam abſolutionis à peccatis proferentis. Sic Suar. & Hurt. *loc. cit.* Fagundez *loc. cit.* Vaſq. *loc. cit. dub.* 3. *num.* 11. Filliuc. *tract.* 9. *cap.* 3. *num.* 68. Scotus, Gabriel, Roſella, & alij apud ipſos, Lugo *loc. cit. num.* 143.

QVÆSTIO XX.

An ſit peccatum mortale prædictis Abſoluendi formulis vti?

NEgat G. Hurtado *diſp.* 5. *cit. diff.* 3. *fine*, exiſtimans, eſſe tantum veniale. Sententiam huius Doctoris refert Diana 1. *p. tr.* 13. *reſol.* 34. tacens quid ipſe ſentiat, ſed hoc non eſt illi nouum.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe mortale, quia prædictæ formæ ſunt valde dubiæ: ergo graue mortale ſacrilegij erit illis vti. Sic Fagundez *lib.* 2. *cit. c.* 9. *num.* 10. & *lib.* 13. *c.* 1. *n.* 8. Nugnus *loc. cit.* Suarez *diſput.* 19. *ſect.* 1. *num.* 24. quatenus ait, eſſe valde illicitum. Bonac. *loc. cit. num.* 11. & apud illum Sotus, Valentia, Reginaldus, Henriquez, & alij. Secus eſſet dicendum, ſi quis hac vteretur forma: *Tu abſolueris à peccatis tuis per me*, vt ait Vega *c.* 6. *cit. caſu* 4. per hæc verba. [P. ſi el Confeſſor que abſoluiſſe con eſta forma: *Tu abſolueris à peccatis tuis per me*, ſeu, *à me*: ò, *peccata tua remittuntur à me*, pecarà, y ſi la abſolucion dada con eſta forma ſerà valida? Reſpondo, que pecarà, aunque no *genere ſuo* mortalmente, ſi no ay en ello eſcandalo; y que el Sacramento dado en eſta forma ſerà verdadero, &c.] Sic Vega poſt Sotum quem affert, & ſequitur Reginaldus *lib.* 8. *n.* 3.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXI.

An ſit validum Sacramentum his formulis datum: Remitto tibi peccata, *vel* condono te?

REſpondeo affirmatiuè, quia hæc verba non differunt eſſentialiter ab illis verbis, *Ego te abſoluo*. Sic Doctores nuper citati, & Granado *tr.* 1. *de Pœnit.diſp.*6.*n.*29. Lugo *diſp.*12.*n.*241. Trullench *lib.*4.*c.*2.*dub.*4.*n.*1. & Geſualdus *loco cit.c.*3.*n.*10.

QVÆSTIO XXII.

An etiam ſit peccatum mortale his verbis abſoluere?

AFfirmant Bonac. *diſp.*5. *queſt.*4. *punct.*2.*n.*11. *verſ. Addo*, & apud ipſum Suarez *diſp.*19.*ſect.*2.*num.*24. Ægidius & alij, quibus adde Faguodez *præcept.*2. *lib.*3 *cap.*1.*num.*8. *pag.*347. vbi ſic: Tertiò, quia ſicut ſub peccato mortali obligat conſuetudo abſoluendi communis, per hæc verba, *Ego te abſoluo*; & peccaret mortaliter qui illam mutaret, & diceret, *Ego tibi remitto peccata.* Licèt efficiat verum Sacramentum. Sic ille. Et ante ipſum Nugnus 3.*p q.*84.*art.*3.*dub.*2.*fine*, & Llamas 4.*part. Method.c.*2.*§.*1.*in fine*, per hæc verba. Si quis diceret: *Ego remitto tibi peccata*, &c. Factum teneret, ſed eſſet mortale peccatum, & inuſitatus loquendi modus ab Eccleſia, & præſumptuoſus. Sic ille. Et etiam Archangel. *in* 4. *diſt.*14. *pag.*131.*col.*1. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe, niſi veniale: quia prædicta mutatio, in opinione ferè omnium, ſolùm eſt accidentalis, vel materialis, non verò formalis, & quoad ſignificationem: ergo ſolùm erit venialis. Sic Sotus *in* 4.*diſt.*14.*q.*1.*art.*3. Reginald.*lib.*8.*c.*1.*n.*3. Filliucius *tr.*6. *c.*3. *num.*67. Hurtado *diſp.*5.*diffic.*3.*in fine*, Ochagauia *tr.*1.*de Pœnit.q.*6.*num.*6. & Diana *part.*5.*tract.*5.*reſol.*39.

QVÆSTIO XXIII.

An validum ſit Sacramentum, ſi detur Abſolutio ſub conditione de præterito, v.g. Abſoluo te, ſi deſeruiſti concubinatum?

REſpondeo: eſſe validum, ſi conditio addita à Confeſſario verificatur, ſecus verò ſi non verificatur conditio, v.g. ſi dicat Confeſſarius, *Abſoluo te, ſi deſeruiſti concubinatum*; ſi reuera deſeruit, Sacramentum erit validum. Si verò reuera non deſeruit, Sacramentum erit nullum. Ratio eſt, quia ſtante veritate conditionali, ſtatim Sacramentum ſortitur ſuum effectum, ſi verò non ſtat, nihil fit. Sic omnes DD.

QVÆSTIO XXIV.

An Confeſſarius licitè aliquando poſſit proferre Abſolutionem ſub conditione de præterito?

REſpondeo: poſſe ſemper quod rationabilis, & iuſta cauſa addit: ſecus aliàs. Prior pars probatur: quia ſi Confeſſarius dubitet, an verba abſolutionis protulerit, tunc validè, & licitè abſoluere poteſt ſub hac conditione exterius prolata, vel mente tantùm retenta, *Si non es abſolutus, ego te abſoluo.* Deinde quando is, qui confitetur ita virtuoſus apparet, vt vix colligat Sacerdos, an illa quæ confitetur ſint peccata, tunc etiam validè, & licitè poteſt eum cum conditione hac abſoluere: *Si ea quæ confeſſus es, ſunt peccata, ego te abſoluo.* Verum tamen eſt quod in hoc caſu communiter certa materia adiungitur dubiæ, vt ſic abſolutio impendi abſolutè poſſit. Licèt ſemper ſit liberum pœnitenti, ſolam materiam dubiam confeſſioni ſubiicere, quando certam mortalem non habet, aut in ſolam venialem fuerit lapſus, vt optimè Sancius *diſput.*6.*n.*12. & Diana 4.*p.tr.*3.*reſol.*53. Vega 1.*part. ſummæ,c.*63. *caſu* 30.*col. mihi* 641. quidquid ſentiant Hurtado *diſp.*9.*de Pœnit. diff.*7. Suarez, & Granado *diſp.*6.*n.*18. Legantur Reginald.*lib.*8.*num.*9. Baunius *q.*5. & Geſualdus *n.*14.

Poſterior verò pars conſtans eſt etiam apud omnes, nam valdè illicitum eſt tradere ſub dubia forma quod Chriſtus Dominus ſub certa forma mandauit, vt bene Trullench *lib.*4.*c.*2.*dub.*4.*n.*4.

QVÆSTIO XXV.

An valeat Sacramentum Pænitentiæ, ſi detur Abſolutio cum conditione de præſenti, vt ſi dicatur, ſi Deus vult, aut ſi ego poſſum te abſoluere, te abſoluo?

REſpondeo eſſe validum, ſi adſit conditio, quam Confeſſarius apponit, ſecus verò, ſi conditio abſit, quia tunc confeſſio erit nulla, & oportebit illam iterari. Sic tenent communiter omnes, præcipuè Caietan. *verb. Abſolutio.* Nauar.*cap.*26 *n.*12. Henriquez *lib.*1. *de Pœnit. cap.*12.*num.*1. & alij, conſtatque ex dictis.

QVÆSTIO XXVI.

An poſſit Confeſſarius licitè prædictam conditionem de præſenti in abſolutione apponere?

REſpondeo poſſe, quoties rationabiles occurrant cauſæ, quas interdum occurrere poſſe nullus dubitat. Sit prima, quando Confeſſarius dubitat, an pœnitens habeat vſum perfectum rationis, vt ſi eſt puer: vel an habeat neceſſarium dolorem, vel an phreneticus ſit, an ſanæ mentis, tunc optimè poteſt, imò debet licitè abſoluere illum, ſub hac conditione, *Si poſſum, vel ſi capax es, aut ſi habes vſum rationis, vel peccata, Ego te abſoluo à peccatis*, &c. Secunda eſt, quando pœnitens eſt in articulo mortis, & nequit exhibere ſigna contritionis; tunc optimè poteſt Confeſſarius, imò & tenetur abſoluere illum, cum conditione, *Si capax es, vel ſi poſſum*, &c. *Ego te abſoluo à peccatis tuis*, &c. Si verò abſque vlla rationabili cauſa prædictæ conditiones à Confeſſario apponantur, peccatum ab eo committitur, vt ex dictis *quæſt. præcedenti* conſtat. Sic tenent DD. *nuper citati*, & Bonacina *diſp.*3.*quæſt.*4.*punct.*3. Granados *tr.*1.*cit.diſp.*6.*ſect.*3.*n.*19. Fagundez *præcept.*2.*lib.*2.*c.*5.*n.*12. Reginaldus *lib.*8.*num.*8. & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An valeat Sacramentum Pænitentiæ, ſi abſolutioni addatur conditio de futuro, v.g. Si reſtitueris cras famam Petro, ego te abſoluo?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe ſatis probabilem inſinuat, & non leuiter probat Nauarr. *de Pænitent.diſt.*6.*in cap.*1.*in princip.num.*64. licèt contrariam apertè definiat *n.*62. & 63. quidquid dicat Granados *diſp.*6.*n.*22.*pag.*1107.

Sed certiſſimè reſpondeo: non valere, ſed talem abſolutionem eſſe non ſolùm illicitam, & ſacrilegam: verùm etiam irritam, & nullam. Sic Nauarr. *n.*62.*cit.* per hæc verba: Tertia declaratio, quod abſolutio

ſolutio non debet fieri ſub conditione, puta ſi ſatisfecerit; nam taliter abſolutus non eſſet ſimpliciter abſolutus, *c. actue. de reg. iur. lib. 6.* Sic ille, & *in Man. cap. 26. num. 21.* vbi ſic ait. Admonens etiam id quod *vbi ſuprà num. 62.* quod non debet abſoluere ab excommunicatione de futuro, & minùs à peccatis, dicendo: *Ego te abſoluo ab Excommunicatione, aut à tuis peccatis, ſub conditione, ſi illud, aut illud feceris, aut ſi ſatisfeceris.* Tum quia abſolutio non debet eſſe in ſuſpenſo, ex *c. ad hac quoniam, de appell.* Tum quia, licèt ſortiretur effectum poſt impletam conditionem, peccaret tamen qui eam ſic faceret, vt dixi *ibidem n. 65.* Quamuis poſſet ferre ſub conditione de præterito, quæ actum non ſuſpendit, *l. cum ad præſens, ff. ſi certum petatur,* veluti dicendo: *ſi feciſti, aut præſtitiſti talem rem, ego te abſoluo,* vt dicitur, cum de baptiſmo dubitatur, *ſi tu non es baptizatus, ego te baptizo, cap. 2. de Baptiſm.* Sic Nauarr. Malè ergo dicit Granados *loc. cit.* nullam definiiſſe ſententiam in hac re Nauarr. definit enim ſemel, & iterum. Sic etiam tenent cum ipſo omnes Doctores. Henriquez *lib. 1. cit. cap. 12. n. 5.* citans Nauartum *loc. à nobis cit.* Caietan. *verb. Abſolutio, cap. 1.* Syluest. *Abſolutio 3. n. 1.* Armilla *eodem verb.* Suarez, Vaſquez, Ægidius, Ochagauia, quos citat, & ſequitur Hurtado *diſp. 5. difficult. 8.* Granad. *loc. cit.* Rodriguez, Reginald. Graff. Peſant. & alij, quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp. 5. q. 4. punct. 5. num. 1.* Tolet *lib. 3. c. 12. n. 3.* & Fagundez *loc. cit.* Lugo *diſp. 13. n. 109* & omnes, inter quos Palaus *tr. 23. punct. 5. n. 9.* Trulleneh *lib. 4. c. 2. dub. 4. n. 5.* & Bauny *tr. 4. q. 5. pag. 85.*

Quæstio XXVIII.

An Abſolutio Sacramentalis collata abſenti ſit valida?

Affirmarunt olim Paludan. D. Anton. Syluest. Armilla, Nauar. & alij quamplures, quos referunt Coriolan. *1. p. sect. 2. art. 10. pag. 221.* Fagundez *lib. 2. c. 10. à n. 4.* & alij recentiores.

Sed certiſſimè reſpondeo, nullo modo eſſe validam, etiam extrema neceſſitate interueniente. Sic omnes, poſt Decretum Clem. VIII. ſuper hoc editum die 20. Iunij anno 1602 in quo decernit, oppoſitam ſententiam ad minus eſſe falſam, temerariam, & ſcandaloſam: additque excommunicationem ipſo facto incurrendam, & ſibi reſeruatam contra violatores huius Decreti, per hæc verba.

Die vigeſima menſis Iunij, anno à Natiuitate Domini Noſtri Ieſu Chriſti 1602. in generali Congregatione Sancta Romana, & vniuerſalis Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtol. in monte Quirinali, coram Sanctiſſimo Domino Noſtro Domino Clemente Diuina prouidentia Papa VIII. propoſita quæſtione, vtrùm liceat per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſente abſolutionem obtinere: Sanctiſſimus Dominus Noſter, auditis votis Patrum Theologorum, & re cum Illuſtriſſimis & Reuerendiſſimis DD. Cardinalibus contra hæreticam prauitatem Generalibus Inquiſitoribus, maturè ac diligenter conſiderata, hanc propoſitionem: ſcilicet licere per litteras, ſeu internuncium Confeſſario abſenti peccata Sacramentaliter confiteri, & ab eodem abſenti abſolutionem obtinere, ad minus vti falſam, temerariam, & ſcandaloſam damnauit, ac prohibuit, præcepitque, ne deinceps iſta propoſitio in publicis, priuatiſque lectionibus, concionibus, & congreſſibus doceatur, néve vnquam, tanquam aliquo caſu probabilis defendatur, imprimatur, aut ad praxim quouis modo deducatur. Quod ſi quis illam docuerit, defenderit, imprimi fecerit, aut etiam de ea diſputatiuè tractauerit, niſi forſan impugnando, vel ad praxim directè, ſeu indirectè deduxerit, præter excommunicationem latæ ſententiæ, quam ipſo facto incurrat, & à qua non poſſit, præterquam in articulo mortis ab alio, quacumque etiam dignitate fulgente, etiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ maiori Pœnitentiario, niſi pro tempore exiſtente Romano Pontifice, abſolui, alijs etiam pœnis arbitrio infligendis ſubiaceat. Hucuſque verba Decreti Clementis, poſt quod id omnes docent Doctores. Legantur Coriolanus *loco citato.* Bonacina *ſtatim citandus.* Suarez *diſp. 19. sect. 3.* Vaſquez *q. 91. art. 3. dub. 2.* & alij apud ipſos, lege Palaum *punct. 5. cit. n. 7. & 8.* Trulleneh *lib. 4. c. 2. dub. 4. n. 10.* & Thomam Hurtado *tom. 1. Moral. reſol. tr. 3. c. 4. reſol. 30. à n. 170.* ubi contra nonnullos Doctores optimè probat non ſolùm eſſe illicitum abſenti Sacramentaliter confiteri, & ab eo abſolutionem accipere, verùm talem confeſſionem, & abſolutionem eſſe inualidam.

Quæstio XXIX.

An ſaltem ſit valida abſolutio collata pœnitenti, qui per litteras miſit ſua peccata Confeſſario, & deinde in præſentia eiuſdem dicit ſe de omnibus illis accuſare?

Negare videtur Becanus *de Pœnit. cap. 57. quæſt. 8. pag. mihi 846.* & fortiter negat Nugnus *in addit. q. 9. art. 3. verſ. vnde infertur, pag. 520.* ſibi tamen contrarius, vt ſtatim.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: valere, quia non datur abſolutio abſenti, ſed pœnitenti præſenti. Sic vt certum ſupponit Nugnus *in add. q. 9. art. 3. diff. 2. not. 1. pag. 518.* & Pitigianus, quem citat (& ſequitur Bonacina *diſp. 5. quæſt. 4. punct. 5. n. 2.* & Suarez apud Nugnum *loco citato.* Kelliſonius *in 3. p. tom. 2. q. 9. art. 3. dub. 3.* quem citat, & ſequi videtur Machado *tom. 1. lib. 2. p. 4. tract. 5. docum. 5. n. 3.* his verbis: [Vn author graue defiende, que aunque la confeſſion ſe vbieſſe hecha por eſcrito, como la abſolucion ſe dieſſe en preſencia, no ſe contrauenia al Decreto de Clemente VIII. Ateſtigua con el Card. Bellarmino, que el dicho Pontifice *viua voce* declarò, que no auia ſido ſu intencion, prohibir la abſolucion del penitente dada en preſencia, aunque ſe vbieſſe confeſſado en auſencia del Confeſſor, ſino la abſolucion del Confeſſor dada a el penitente en ſu auſencia.] Sic ille.

Quæstio XXX.

An ſi Sacerdos inaduertenter pœnitentem non abſoluat, poſsit illum parum diſtantem abſoluere?

Reſpondeo poſſe, ſi aliàs Confeſſor nequeat pœnitentem reuocare ſine ſcandalo, vel alio incommodo. Quia ad abſolutionem non requiritur contactus phyſicus, ſed ſufficit præſentia quædam moralis, ita vt Sacerdos videat pœnitentem, aut alio ſenſu illum percipiat. Sic Ochagau. *tr. 2. de confeſſione, q. 41. n. 6.* Diana *p. 5. tr. 13. reſol. 56.* Benzon. *de fuga peſtis, q. 5. fol. mihi 106.* & Molfeſ. *1. p. ſumma, tr. 7. c. 5. n. 59.* per hæc verba. Eſt bene verum, quod ſi pœnitens cōfeſſus ſit præſentialiter peccata ſua Confeſſario, qui poſt diſceſſum pœnitentis dubitet an illum abſoluerit, tunc Confeſſarius eum dexteritate vocare debet pœnitentem, & ſuam negligentiam illi aperire. Quod ſi id facere nequeat ſine ſcandalo, & pœnitēs ſit moraliter præſens, nempe parumper diſtans, etiā viginti paſſus: & ex qualitate perſonæ probabiliter conſtet Confeſſario, pœnitentem non incidiſſe in nouum peccatum mortale, poteſt tunc Confeſſarius pœnitentem illum abſoluere. At ſi certus ſit de abſentia,

vt

vt quia conſtaret illum diſceſſiſſe ex templo, vel illum non videat, non poteſt illum abſoluere. Sic ille.

QVÆSTIO XXXI.

An ſit valida abſolutio data moribundo, qui per litteras, aut internuncium confeſſionem poſtulans à confeſſario domum dumtaxat à longè vidente, moribundo in illa incluſo collata eſt?

AFfirmatunt, in facti contingentia, nonnolli docti, & amici recentiores, ex eo quod tunc moribundus moraliter eſt præſens alicui ſenſui Confeſſarij, ſumpto contineote pro contento, id eſt domo pro pœnitente in ea incluſo.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: non eſſe validam, quia verè, & in rigore tunc abſolutio datur abſenti, cum Sacerdos nullo modo pœnitentem videat, aut auditu, aut alio ſenſu percipiat: quod eſt neceſſarium, vt ex dictis conſtat. Secus eſſet dicendum, ſi in propoſito caſu Sacerdos à longè audiret pœnitentem confeſſionem poſtulantem. Quia tunc verè eſſet illi moraliter præſens; & ideo validè poſſet illum abſoluere, aliàs minimè, etiamſi videat domum continentem moribundum; nam vltra hoc requiritur, vt ipſemet pœnitens à Confeſſario præſens cognoſcatur per aliquem ſenſum, vt ex nuper dictis, & ex Decreto Clementis VIII. ſuprà relato liquet. Sic tenent viri Doctiſſimi à me de hoc caſu conſulti, inter quos eſt vnus in rebus moralibus ſine ſecundo, nempe N.R.P.Fr. Franciſcus à Sancto Iuliano, olim in Complutenſi, & Salmantino noſtro Collegio digniſſimos Lector: Miniſter Prouincialia huius noſtræ Spiritus ſancti Prouinciæ, & hodie totius Religionis Definitor Generalis. Doctor P. Gaſpar Hurtado, Decanus in Academia Complutenſi, & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An poſſit iterari Abſolutio ſuper eadem peccata ſemel ritè Confeſſa?

NEgant Guillelmus de Rubion *in 4. diſtinct.* 15. *q.* 2. & alij quidam, apud Ricardum *diſt.* 18. *art.* 2. *q.* 2.

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe, ſi eorundem peccatorum confeſſio iteretur. Quia quamois in hoc caſu materia remota (nempe peccata) ſit eadem, materia proxima (quæ eſt confeſſio eorum cum nouo doloris actu) eſt noua, quod ſufficit, vt probat vſus & praxis omnium Catholicorum. Sic S. Th. *in 4. diſt.* 18. *quæſt.* 1. *art.* 3. *quæſt.* 2. *ad* 4. Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 1. *n.* 6. *& ſect.* 4. Vaſquez *q.* 92. *art.* 2. *dub.* 6. Henriquez *lib.* 1. *de Pœnitent. cap.* 9. *n.* 4. *lit. P.* Granados *tract.* 1. *de Pœnit. diſp.* 4. *num.* 4. *pag.* 1096. Bonacina *loco citato, punct.* 4. *num.* 1. Lugo *diſp.* 13. *ſect.* 3. & omnes communiter, de quo adhuc *infrà*.

QVÆSTIO XXXIII.

An vnica abſolutione poſſit Confeſſor plures pœnitentes abſoluere?

REſpondeo affirmatiuè, quia in hoc nulla eſt implicatio; ſicut non eſt in eo, quod quis vnica aſperſione moltos baptizet dicendo, *Ego vos baptizo in nomine Patris*, &c. Vnde ſi ingruente procella, graſſante peſte, vel ſæuiente prælio, aut incendio, Confeſſarius audiat ſimul multos alta voce aliquod peccatum confitentes, poteſt, imò & debet, aut ſaltem expedit, ſimul eos abſoluere dicendo: *Ego vos abſoluo à peccatis veſtris, in nomine Patris*, &c. Sic Nauarrus *cap.* 8. *n.* 13. Sotus *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. Henriquez *lib.* 1. *de Pœnitent. cap.* 11. *n.* 4. *& lib* 2. *c.* 12. *n.* 3. Bonacina *loc. cit. punct.* 2. *n.* 4. Fagundez *precept.* 2. *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 11. & communiter omnes.

QVÆSTIO XXXIV.

An abſolutio Sacramentalis poſſit per aliquod tempus differri, poſt factam confeſſionem, & impoſitam ſatisfactionem?

VIdetur quod non, quia in aliis Sacramentis requiritur, vt forma coniungatur cum materia proxima præſente; ergo.

Nihilominus tamen reſpondeo: poſſe, etiamſi ſit per plures dies, nec Confeſſarius recordetur ſingulorum peccatorum, aut pœnitentiæ iniunctæ (ad ſummum ſat erit, vt hanc recolat;) & ratio eſt, quia Sacramentum Pœnitentiæ, cum ſit adinſtar iudicialis actus, non requirit tantam continuationem agendorum, vel dicendorum, ſicut alia Sacramenta (excepto Matrimonio, quod etiam tam ſtrictam coniunctionem inter materiam, & formam non requirit.) Sic Henriquez *lib.* 2. *de Pœnit. c.* 13. *n.* 3. *&* 4. Nauarrus *cap.* 9. *n.* 19. Reginaldus *lib.* 8. *n.* 11. & alij quampluri-mi apud ipſos, & eſt communis.

QVÆSTIO XXXV.

An confitens generaliter de peccatis aliàs confeſſis, & abſolutis, poſſit per partes abſolui?

REſpondeo, poſſe, licèt debeat haberi ratio de reuerentia Sacramenti, ne paſſim, & per horas interpolatas velit pœnitens abſolutionem recipere. Probatur, quia peccata iam ritè confeſſa, & abſoluta, non ſunt materia neceſſaria, ſed voluntaria, & libera confeſſionis: ergo poterit pœnitens per partes ab eis abſolui. Et hæc eſt praxis, dum Parochus per multos dies facit confeſſionem longam de conſilio, & celebrat quotidie. Sic Victoria *n.* 166. Henriquez *lib.* 2. *cit. c.* 12. *n.* 2. Soto *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *& q* 4. *art.* 3. Sà *verb. Abſolutio, num.* 25. Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 4. *dub.* 6. & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An poſſit Confeſſarius proferre verba abſolutionis ſine intentione, ob metum mortis à pœnitente incuſſum, ſi non abſoluat?

AFfirmant Ludouicus de S. Iuan *tract. de Euchar. q.* 7. *art.* 8. *diff.* 4. *fol.* 167. & Sancius *in ſelect. diſp.* 36. *n.* 7. quem & refert Diana 3. *p. tr.* 6. *reſol.* 81. & defendit à calumnia Caſtri Palao (licèt in ſoamet defenſione ſibimet contrarietur.)

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non poſſe, quia illà ſimulatione fit magna iniuria Sacramento, & non minor pœnitenti, qui exiſtimat in eo caſu eſſe abſolutum. Sic Caſtro *in opere morali, tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 1. *punct.* 13. *n.* 8.

Ex quo conſtat, nulla ferè probabilitate dixiſſe eundemmet Sanc. *loc. cit. num.* 8. poſſe etiam Confeſſarium, ob ſolatium pœnitentis ſcrupuloſi, anxie petentis abſolutionem, verba eius ſine intentione proferre, ſi videat Confeſſarius vſu rationis, aut materia ad eam impartiendam carere. Hæc enim inſufficientiſſima cauſa eſt vtendi ſimulatione intentionis in adminiſtratione tanti Sacramenti, vt apud omnes eſt notum. Quare miror Dianam hanc ſententiam Sancij referentem, & non reprobantem.

QVÆSTIO XXXVII.

An ad ſubſtantiam Abſolutionis pertineat, quod dum Sacerdotes illam proferunt, manus capitibus pœnitentium imponant.

AFfirmant aliqui apud Raynerium *c. 5. de Abſolution. pag. mihi 7.*

Sed certiſſimè reſpondeo: nullo modo pertinere, neque eſſe neceſſariò faciendum, imò potiùs, quandoque id facere malum eſſe, vt ſi pœnitens ſit fœmina molli pulchritudine ornata. Sic Raynerius *loc. cit.* & Nauarr. *cap. 1. de Pœnit. diſt. 8. n. 29.* vbi ſic ait: Secundum autem præambulum eſt, ſcilicet manus impoſitio ſuper capite; quod maxima cura, etiam cum duabus manibus ſeruari video, adeò eſt abſolutioni accidentale, vt neque ſit de neceſſitate præcepti faciendum, ſecundùm Thom. *3. p. quæſt. 84. art. 4. Imò aliquando facere malum eſt, puta cùm pœnitens eſt fœmina, & fortè molli pulchritudine, vt molliter ornata.* Quoniam, vt ait Hieron. *lib. 1. aduerſ. Iouin. relatus in cap. Hoſpitiolum, 32. diſtinct. ſi bonum eſt mulierem non tangere, malum eſt ergo tangere.* Sic Nauarrus, & omnes DD. præcipuè Coriolanus *de caſibus reſeruatis 1. p. ſect. 3. vbi de ſecunda conditione confeſſionis.* Addens, ſolum in vno caſu eſſe neceſſarium, vt Sacerdos manum ſuam ſuper pœnitentem extendat, vtpută quando adſunt circumſtantes, & Sacerdos rationabili de cauſa abſolutionem denegat pœnitenti, & ex eo quod non extenderet manum ſuper illum, adſtantes poſſent ſuſpicari, quod propter aliquod graue peccatum pœnitens non eſſet abſolutus: tunc enim debet manus extendere, & dicere pœnitenti, quod propter circumſtantes id facit, ne de illo ſcandalizentur; ſed quod nihilominus non dat ei abſolutionem, ſed dicit aliquam aliam orationem, vt ita confuſus non recedat. Sic ille.

QVÆSTIO XXXVIII.

An Sacerdos poſſit his verbis,* Abſoluo te, *validè vti, ad abſoluendum à peccatis, ſimul & à cenſuris?

NEgare videntur Syluester *Abſolutio 6. num. 1. §. Quarſum eſt*, & Vega *cap. 6. caſu 50.*

Sed probabiliùs reſpondeo, validè poſſe, quia nulla eſt implicatio in hoc: cum & verificetur forma Sacramentalis, & relaxatio vinculi cenſuræ: ergo dicendo: *ego te abſoluo*, ſi intendat ſimul abſoluere à cenſuris, & à peccatis, ab vtroque validè abſoluet, quia quamuis vtraque abſolutio ſit ſimul tempore, abſolutio tamen cenſurarum eſt prior natura, quod ſufficit ad valorem vtriuſque. Sic Nauarrus *de Pœnit. diſtinct. 5. in cap. Conſideret, §. cautum, num. 32. & 33.* vbi ex Gerſone *2 part fol. 183. col. 1. ſub cap. Confeſſio, & col. 3. ſub cap. excommunicationum*, ſic ait: Confeſſarium qui rectâ intentione ſuper pœnitentem dixit: *Abſoluo te in nomine Patris*, &c. non ſolùm à peccatis, ſed etiam à cenſuris abſolviſſe iudicandum. Ex quo infertur, Palud. dictum procedere, etiam quando Confeſſarius non abſoluiſſet expreſsè à cenſuris, ſed ſolùm generaliter dixiſſet, *Abſoluo te*, ſi modò id rectâ intentione dixiſſet. Rectam verò intentionem illam arbitror eſſe, qua Confeſſarius abſoluere proponit a neceſſariis, qualem puto, vel expreſſam, vel virtualem omnes Confeſſarios habere. Sic optimè Nauar. Quod idem repetit *diſt. 6. cap. 1. n. 17. & 28.* Sotus *diſt. 14. q. 1. art. 2.* Henriquez *lib. 4. & 1. de Pœnit. c. 11. n. 3.* Bonacina *diſp. 5. q. 4. punct. 1. n. 19.* Ægid. *diſp. 14. num. 31.* Coriolan. *1. part. ſect. 2. art. 14. num. 6. & 7. pag. 185.* Granados *de Pœnitent. tract. 1. diſput. 6. ſect. 1. num. 2.* & communis, quam tuetur Trullench *lib. 4. cap. 2. dub. 3. n. 13.*

QVÆSTIO XXXIX.

An etiam licitè poſſit Sacerdos, his verbis,* Abſoluo te, *à peccatis, & à cenſuris ſimul abſoluere pœnitentem?

AFfirmant Bonacina *loc. cit. verſ. objicies ſecundò.* Sed æquè probabiliter reſpondeo: non poſſe, niſi in caſu neceſſitatis, quia verè nonnulla inordinatio eſt omittere modum conſuetum abſoluendi prius ab excommunicatione: erit ergo peccatum veniale. Sic Granados *loc. cit. pag. 1100.* per hæc verba. Sed ſi quis nollet eam abſolutionem (à cenſuris videlicet) præmittere, quamuis peccaret recedendo à communi vſu (niſi in valde vrgenti caſu,) non crederem, per ſe loquendo, peccare mortaliter, dummodo mediis verbis, quæ poſt ſubiunguntur, ſcilicet *Ego te abſoluo*, intenderet non ſolùm à peccatis, ſed etiam à cenſuris abſoluere pœnitentem. Sic ille. Et idem docet Boſſius, licèt non ita clarè, de Iubileo *ſect. 1. caſu 23. n. 18. 19. & 20.* & omnis:

QVÆSTIO XL.

An ſit à præfata diſtincta forma abſolutionis danda pœnitentibus, præcipuè Religioſis, habentibus Indulgentiam plenariam pro tempore mortis?

REſpondeo: eſſe diſtinctam ex congruitate, non ex neceſſitate; ſic enim præfata ſufficit. Primò ergo dicat infirmus: *Confiteor Deo*, &c. ſi poteſt, ſi verò non poteſt, dicat alius eius nomine. Poſtea Confeſſor, cui fuit confeſſus, dicat: *Miſereatur tui*, &c. *Indulgentiam*, &c. & deinde, ſequentia.

Auctoritate Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ſibi conceſſa, mihique in hac parte commiſſa, Ego te abſoluo ab omni ſententia excommunicationis maioris, vel minoris, ſi quam incurriſti: & reſtituo te vnitati fidelium, & Sanctis Sacramentis Eccleſiæ. Item eadem auctoritate abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, & à tranſgreſſione Regulæ, & ſtatutorum. Item auctoritate Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & etiam Domini noſtri Papæ, mihi in hac parte commiſſa, in quantum claues Sanctæ Eccleſiæ ſe extendunt, ſi iſta vice morieris, Abſoluo te ab omnibus pœnis tibi in Purgatorio debitis propter culpas, & offenſas, quas contra Deum, animam tuam, & proximum tuum commiſiſti, & quantum mihi permittitur, reſtituo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizatus fuiſti. Si verò iſta vice non morieris, reſeruo tibi plenariam Indulgentiam conceſſam à Domino Papa pro vltimo articulo mortis tuæ, vt in ea commiſſione præfata Indulgentiæ Domini noſtri Papæ continetur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. Et hæc prima forma.

Datur & alia abſolutionis forma ab omni caſu, etiam pertinente ad Papam, quæ datur Religioſis in agone exiſtentibus, authoritate Priuilegiorum Ordinis, & eſt huiuſmodi.

Dominus noſter Ieſus Chriſtus per merita ſua ſacratiſſima Paſſionis te abſoluat, & gratiam ſuam tibi infundat, & ego authoritate ipſius, ac Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Summorum Pontificum, mihi in hac parte commiſſa, Abſoluo te ab omni vinculo excommunicationis maioris, vel minoris, vel ſententia ſuſpenſionis, & interdicti: & diſpenſo tecum in omni irregularitate, ſi quam contraxiſti: & reſtituo te vnioni, & participationi fidelium, necnon Sanctis Sacramentis Eccleſiæ:

eadem

eadem auctoritate Abſoluo te ab omni tranſgreſſione votorum tui Ordinis, & ſtatutorum Papalium, Generalium, Prouincialium, Cuſtodialium, Localium, & Synodalium quorumcunque.

Eadem authoritate Abſoluo te ab omni officio malè perſolmo, horis indebitè tranſpoſitis, vel dimiſſis. Item eadem auctoritate: Ego Abſoluo te ab omnibus peccatis tuis, quibus contra Deum, fragilitate humana, ignorantia, vel malitia deliquiſti, concedens tibi remiſſionem, & Indulgentiam plenariam omnium peccatorum tuorum confeſſorum, & cunctorum, de quibus etiam non recordaris, aut oblitus fuiſti, in quantum claues Eccleſiæ ſe extendunt. Item eadem auctoritate, Ego Abſoluo te à pœnis Purgatorij, quas pro peccatis commiſſis, & delictis in hoc mundo perpetratis meruiſti, reſtituendo te illi innocentiæ, in qua eras, quando baptizatus fuiſti. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, Amen. Quod ſi hac vice non deceſſeris, referno tibi hanc gratiam vſque ad extremum mortis tuæ articulum. Sic ex Compendio Priuilegiorum deprompſit has duas formas Abſolutionis, ad ſolatium Religioſorum, Cotiolanus *de caſibus reſeruatis 1.p. ſect. 2. art. 14. in fine*, & ego ex vtroque.

DISPVTATIO III.

De Confeſſione Sacramentali, de ejuſque neceſſitate, & præcepto?

QVÆSTIO PRIMA.

Quid, & quotuplex ſit Confeſsio.

AD primum reſpondeo: quod confeſſio in communi, ſic ſecundum Auguſtinum *de vera, & falſa Pœnit. lib. 10.* & ſecundum D.Th. *in Addit. q.7. art. 1.* definitur: *Eſt per quam latens morbus ſub ſpe veniæ aperitur.* Secundùm verò D. Gregorium *hom. 40. in Euang. Eſt peccatorum declaratio, & deteſtatio, & vulneris ruptio.* Sic Catech. Rom. *c. 5. n. 33.*

Ad ſecundum dico, quod Confeſſio eſt triplex, Mentalis, quæ eſt Recognitio peccati coram Deo in corde; & aliquando etiam in ore, vt cum peccator non ſolùm corde, ſed etiam ore confitetur Deo peccata ſua, & hæc fuit in lege naturæ, ſtatim poſt peccatum Adami: & eſt de iure naturæ, cum ſit de dictamine rationis naturalis. Cæremonialis, quæ ex quirebat, vt peccans tali peccato, offerret Deo tale ſactificium, & peccans alio aliud, & hæc fuit in lege Moſaica. Sacramentalis denique, quæ fit Sacerdoti, & eſt de neceſſitate ſalutis omnibus pœnitentibus, & hæc eſt in lege Euangelica, de qua ſermo. Sic Catechiſm. Rom. *de Pœnit. c. 1.* Legantur Reginaldus *lib. 6. in præfatione*, & Archangelus *diſt. 17. à pag. 186.*

QVÆSTIO II.

An Confeſsio Sacramentalis ſit, Peccatoris accuſatio ſecreta de ſuis peccatis, coram proprio Sacerdote, ut ab illis ſacramentaliter abſolvatur?

REſpondeo affirmatiuè. Sic Nauarr. *in Man. c. 2. n. 1.* & Archangelus *loco cit. pag. 191. col. 1.* Vel breuiùs: Confeſſio, *eſt propriorum peccatorum accuſatio, coram legitimo Sacerdote facta ad obtinendam eorum abſolutionem.* Sic ex Trid. *ſeſſ. 14. c. 5.* Catechiſm. Rom. *de Pœnit. n. 33.* Magiſt. *in 4 diſt. 17.* S. Thom. *ibidem*,

Scholaſtici, & omnes Iuriſperiti *in c. omnis vtriuſque ſexus, de Pœnit. & remiſſ.* Legantur Palud. *in 4. diſt. 17. q. 2. art. 1.* & Reginaldus *lib. 6. cap. 1. per totum.* Suarez *de Pœnit. diſp. 21.* Bonac. *tom. 1. diſp. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 1.* & Baſſeus *Confeſſio Sacrament. 1. n. 1.*

QVÆSTIO III.

An Confeſsio Sacramentalis inſtituta fuerit ab Eccleſia?

AFfirmarunt Gloſſa *in principio diſt. 5. de Pœnit.* Panormit. *in cap. omnis vtriuſque ſexus*, & *ibidem* alij Canoniſtæ communiter, vt ait Nauarr. *in Man. cap. 2. num. 3.* & in Gloſſ. *ſumma de Pœnitentia, diſt. 5. n. 14. & ſequent.* Petrus Oxomenſ. & alij, apud Caſtrum *verb. Confeſſio*, exiſtimantes vel inſtitutam eſſe à B. Iacobo Apoſtolo *Epiſtola ſua cap. 5.* per ea verba, *Confitemini alterutri in peccata veſtra*, &c. vel ex Eccleſiæ vniuerſalis traditione inductam eſſe: vnde malè citat hos Authores Hurtado *diſp. 7. de Pœnit. diff. 1.* dicendo: tantùm illos negare, confeſſionem fuiſſe à Chriſto præceptam; non verò negare, ab illo fuiſſe inſtitutam. Id enim non illi, ſed Caiet. *c. 20. in Ioan.* & penes Becanum D. Bonauentura *diſt. 17. dub. 1.* Hugo de S. Victore *lib. 2. de Sacrament. part. 14. c. 1.* & alij dixerunt.

Sed certiſſimè de fide reſpondeo, non ab Eccleſia, ſed immediatè à Chriſto Domino Saluatore noſtro eſſe inſtitutam, & præceptam: ſicque eſſe de iure Diuino. Sic definitur *in cap. ad abolendam, de hæret.* & in Concil. Conſtant. *ſeſſ. 8.* & in quodam Concil. Complutenſi tempore Sixti IV. & in Trident. *ſeſſ. 14. c. 1. & 5. & can. 6. & 7.* & docent omnes Theologi cum D. Thom. *3. p. q. 84. art. 7.* Alex. *4. part. q. 59. memb. 1. art. 2. & 3.* D. Bonau. *in 4. diſt. 17. quæſt. mihi 3.* licèt vt probabilem alteram etiam ſuſtineat, vt *infrà*. Legantur Bellarmin. *tom. 1. lib. 3. de Pœnitent.* Valentia *tom. 4. diſp. 7. q. 9. punct. 2.* & alij recentiores.

Ex quo conſtat, iam nullo modo eſſe probabilem (quidquid valdè inaduertenter contrarium innuat Fagundez *præcept. 2. Eccleſiæ, lib 1. initio*) ſententiam illorum, qui dixerunt, confeſſionem Sacramentalem inſtitutam eſſe in Paradiſo terreſtri, per illa verba: *Adam vbi es?* Et etiam eorum, qui dixerunt, inſtitutam eſſe in lege veteri, Ioſue 7. per illa verba: *Fili mi, da gloriam Domino Deo Iſrael, & confitere, ac indica mihi quid feceris, ne abſcondas.* Et multò minùs eorum, qui dixerunt inſtitutam eſſe à Iacobo Apoſtolo, aut introductam tantùm ab Eccleſiæ conſuetudine. Quod optimè probat Nauarr. *loco cit.* & ex illo Lugo *diſp. 15. ſect. 1.* Candidus *diſquiſ. 24. art. 3. dub. 2. pag. 7.* Reginaldus *loco cit. n. 8.* & Archangelus *diſt. 17. pag. 191.*

QVÆSTIO IV.

An Confeſsio Sacramentalis inſtituta fuerit ante Chriſti Domini Reſurrectionem?

AFfirmauit Armacanus *lib. 11. de quæſt. Armenorum, cap. 14. & 15.* dicens: Chriſtum inſtituiſſe hoc confeſſionis Sacramentum, Marc. 5. Matth. 10. & Lucæ 6. quando Apoſtolos miſit ad prædicandum. Affirmarunt etiam & alij dicentes, inſtitutum eſſe in nocte Cœnæ.

Sed certiſſimè, imò & de fide, reſpondeo hoc Sacramentum inſtitutum fuiſſe præcipuè poſt Reſurrectionem, cum Chriſtus Dominus *Ioan. 20.* dixit: *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata*, &c. licèt antea Matt. 16. fuerit promiſſum Petro, illis verbis: *Tibi dabo claues regni cœlorum.* Sic habetur

in Trident.*ſeſſ.14.cap.*1.per hæc verba.*Dominus Sacramentum Pœnitentiæ tunc præcipuè inſtituit, cùm à mortuis excitatus inſufflauit in Diſcipulos ſuos dicens: Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis*, &c. Sic etiam Catech.Rom. *loc.cit. num.*34.& iam omnes.Legantur Vaſquez *tom.3.in 3. p.q.84.art.1.dub.1.& q.93.art.1.dub.1.& ſeqq.* Suarez *tom.4.diſp.16.ſect.2.à n.4.* Becanus *c.36.quæſt.1.* Archangel. *loc.cit.* & alij Theologi.

QVÆSTIO V.

An confeſſionis Sacramentum, in re, vel in voto ſit neceſſarium ad ſalutem, neceſſitate medij?

NEgauit Petrus Oxomenſis, exiſtimans peccata mortalia per ſolam contritionem deleri ſine ordine ad claues, hoc eſt,non manente obligatione confitendi illa.

Sed certiſſimè ſecundùm fidem reſpondeo, Sacramentum Pœnitentiæ eſſe neceſſarium ad ſalutem homini lapſo poſt Baptiſmum: in re quidem,ſi poteſt: vel in voto, ſi confiteri non poteſt. Sic habetur in Trident. *ſeſſ.*13.*c.*2. per hæc verba.*Eſt hoc Sacramentum Pœnitentiæ lapſis poſt Baptiſmum ad ſalutem neceſſarium, vt nondum regeneratis ipſe Baptiſmus.* Sic Concilium:tunc ego.Sed Baptiſmus eſt medium abſolutè, & ſimpliciter neceſſarium ad ſalutem: ergo & Sacramentum Confeſſionis, ſeu Pœnitentiæ. Sic tenent omnes Theologi cum S.Th. 3. *p.q.84.art.5.* Sotus *diſt.14.q.1.art.5.*Catech.Rom. *loc.cit.*Henriquez *lib.1.de Pœnit.c.2.n.1.* Paludanus *diſt.17.* Valentia *q.1.punct.6.* Suarez *diſp.17.ſect.2. & diſp.35. ſect.1.* Archangel. *diſt.17. pag.186.* Cano *de Pœnit. 5.p.fol.mihi* 62. Granados *contr.7.de Pœnit. tract.1. diſp.7.n.2* Hurtado *diſp.4.diff.5.& 6.* Candidus *loco cit.dub.3.pag.8.* Villalobos *tract.9.diff.7.num.3.* Reginald. *num.*8,Petrus Ledeſma *tract.de Pœnit.cap.4.* & omnes.

QVÆSTIO VI.

An Confeſſionis Sacramentum ſit neceſſarium neceſſitate præcepti Diuini,his qui poſt Baptiſmum lethaliter deliquerunt?

NEgarunt D.Bonau.*in 4.diſt.17.dub.1.*circa textum Magiſtri.Hugo Victorinus *lib.2.de Sacram. p.14.c.1.*& alij apud Becanum *de Pœnitentia,c.36.q.1.* ſentientes: Confeſſionem eſſe à Chriſto inſtitutam, non tamen præceptam. Meliùs poſſet pro hac ſententia citari Caiet.*cap.20.in Ioan.*vt nos *q.3.* citauimus: Nam D.Bonau.*loc.cit.q.mihi* 3. etiam noſtram ſententiam vt probabilem defendit.

Sed ſecundùm fidem reſpondeo & eſſe à Chriſto, non ſolùm inſtitutam,ſed etiam eiſdem verbis Ioan. 20. præceptam. Quia Chriſtus Dominus illis verbis, *Accipite Spiritum ſanctum*, &c. dedit Apoſtolis poteſtatem non ſolùm abſoluendi, ſed etiam retinendi peccata fidelium: ergo fideles tenentur comparere eorum iudicio, vt ab eiſdem peccatores abſoluantur à peccatis ſuis.Sic omnes Theologi apud Becan. *loc. cit.* Bellarm.*lib.3. de Pœnitent.*Granados *tr.1.diſp.8. pag.*1111. & habetur in Concilio Conſtantienſi *ſeſſ.*8. & in Trid. *ſeſſ.14.c.5.* & Canone 6. & 7. Sic etiam Suarez *tom* 4. *diſp.17.ſect.2.* Vaſquez ex D. Th.3 *p.q.90.art.1.* per quinque dubia. Molfeſius 1. *part.ſumma,tract.7.cap.9.à num.23.*Reginald.*num.*8. Archangel. *diſtinct.17.pag.186.* & clariùs *pag.193. col.1.*Lugo *diſput.15.à num.5.*Candid. *loc.cit.dub.4.* Villalobos *tr.9.diff.26.n.1.* Petrus Ledeſmius *tr.de Pœnit.c.8.concl.43.* Machado *1.p.ſumma,tr.5.lib.3. docum.1.*Baſſæus *Confeſſio Sacram.1.n.1.*& omnes.

QVÆSTIO VII.

An præceptum diuinum Confeſſionis ſolùm obliget ad confitenda mortalia?

REſpondeo, ſolùm ad hoc obligare. Sic enim expreſsè definit Trid. *ſeſſ.14.cap.1.& 5. & can.7.* vbi ſic dicitur: *Oportet à pœnitentibus omnia peccata mortalia in Confeſſione recenſeri,etiamſi occultiſſima illa ſint. Nam venialia,quibus à gratia Dei non excludimur, & in quæ frequentius labimur,quamquam rectè & vtiliter, citraque omnem præſumptionem in confeſſione dicantur,taceri tamen extra culpam,multiſque aliis remediis expiari poſſunt.* Sic Concilium, & omnes, apud Petrum Ledeſmium *loc.cit.concl.6.* & Villalobos *loc. cit. num.2.* Baunium *tr.4.q.3.de Confeſſ.* & Palaum *tom.4.tr.23.punct.20.§.1.n.7.*

QVÆSTIO VIII.

An hoc diuinum Confeſſionis præceptum obliget infantes ante vſum rationis, aut adultos innocentes?

REſpondeo: non obligare, quia non habent peccatum mortale actuale, quod eſt materia huius Sacramenti, vt nuper eſt habitum. Ex quo conſtat B. Virginem, ex defectu materiæ incapacem fuiſſe huius præcepti.Quod ſi eſt verum (quod non credo) aliquando certa confeſſionis forma vſam fuiſſe apud Apoſtolum Ioannem, dicendum eſt: hoc non feciſſe ad implendum præceptum diuinum, cùm illo non teneretur,ſed ad exemplum.Sic omnes Doctores. Suarez *diſp.35.ſect.2.num.1.*Victoria *n.15.*Viualdus *de Confeſſion. n.82.* & alij,quos ſectantur Fagundez *de Pœnit.lib.1.cap.2.in fine*,& Palaus *loc.cit.n.8.*

QVÆSTIO IX.

An hoc præceptum diuinum obliget infideles non baptizatos?

AFfirmant Ricardus *diſt.17.art.2.q.4.* Angelus *v. Confeſſio 2. n.2.* Sylueſt. *eo verb.q.4.* Scotus *diſt.16. q.1.art...* Frias *tr. de arte confitendi, fol.48.* Adrian. *q.vlt.de Confeſſ.* Ratio eorum eſt, quia præceptum de ſumenda Euchariſtia obligat infideles: ergo & præceptum confeſſionis.

Sed probabiliùs longè, imò certiſſimè reſpondeo, non obligare: quia vt dicitur in Trident. *ſeſſ.14. cap.1.2.& 5.* Sacramentum Pœnitentiæ tantùm eſt neceſſarium lapſis in mortale poſt Baptiſmum: ergo.Sic Suarez *loc.cit.* Vaſquez *quæſt.90.art.2.dub.1.* Hurtado *diſp.7.diff.3.*Granado *tract.1.cit.diſp.3.n.2. pag.1091.* Becanus *cap.36.de Pœnit.q.4.* Sotus *diſt. 18.quæſt.1.art.2.*Fagundez *præc.2.lib.1.cap.2.num.4.* Lugo *diſp.15.num.26.& 144.* Villalobos *loc.cit.n.4.* Petrus Ledeſma *loc.cit.concl.5.*Molfeſ.*tract.7.cap.10. num.1.*Reginald.*num.42.*Archangel.*diſtinct.17.pag. 187.* dicens, opinionem contrariam prorſus falſam eſſe,& alij communiter,docentes: ſolùm teneri hoc Diuino præcepto confeſſionis illas perſonas, quæ poſt Baptiſmum aliquod mortale commiſerunt, ſiue hæretici ſint, ſiue apoſtatæ, impuberes etiam, ſi ſibi conſcij ſint alicuius mortalis, necnon & Romanus Pontifex, vt clarè docet Trid.*loc.cit.cap.5.*lege Baunium *tr.4.de Pœnitent. quæſt.3.de Confeſſ.*& Palaum

tom.4

tom.4.tract.23.punct.2.§.1.n.6. Ad argumentum autem oppoſitæ ſententiæ reſpondeo primò negando antecedens, nam probabilius eſt oppoſitum, vt dicemus *tract.7. de Euchar. diſp.2.quæſt.2.* Secundò, dato antecedenti, negando conſequentiam. Diſparitas eſt, quod præceptum recipiendæ Euchariſtiæ obligat per ſe, & propter ſe; confeſſionis verò, ſuppoſito peccato admiſſo poſt baptiſmum, cùm hoc dumtaxat deleri poſſit virtute clauium. Sic Bauny *loc.cit.* Diana *p.8. tract.7.reſol.81.* & Baſſeus *loc.cit.num.5.*

Qvæstio X.

An hoc præceptum diuinum Confeſſionis obliget per ſe in articulo neceſſitatis, omnes qui ſibi conſcij ſunt peccati mortalis?

Negar per ſe obligare hoc diuinum præceptum in propoſito caſu (ſed ſolùm per accidens) Molfeſ. *loc.cit.n.16.pag.mihi* 413. per hæc verba: Igitur iure diuino obligatur Chriſtianus confiteri peccata ſua mortalia in tempore determinato per Eccleſiam, vt dictum eſt, ſed per accidens obligat diuinum præceptum in multis aliis caſibus. Primò, in articulo mortis, nempe quoties imminet mortis periculum, &c. Sic ille.

Sed certiſſimè reſpondeo affirmatiuè, quia hoc præceptum adimpleri debet in hac vita: ergo ad minus in articulo mortis, ſeu neceſſitatis extremę Obligabit ergo hoc præceptum homines, quando ſunt in articulo mortis naturalis, aut in periculo illius, vt in inſtante prælio, in imminenti naufragio, in periculoſa nauigatione, in graſſante peſte, in tranſitu per loca infidelium, aut infeſta latronibus; in infirmitate acuta, in partu mulieris, aut quæ partus difficiles habere ſolet, vt volunt Sanchez, Bonacina, Layman, & alij vbi *infrà*, verum etiam cuiuſcumque alterius mulieris. Nam omnes prægnantes, dum ſunt iam parituræ, verè in articulo ſunt mortis, vt cum Syluestr. docet Petrus Hurtado vbi *infrà*. Nam hi, & ſimiles caſus intelliguntur nomine extremæ neceſſitatis, aut articuli, ſeu periculi mortis: in quibus tenentur confiteri, iure diuino, omnes qui conſcientiam habent peccati mortalis. Sic D.Thom. *diſt.17.* Ricard. *art.3. quæſt.6.* Soto *diſt.18.* Nauarr. *c.27. num.270.§.7.* & alij apud Henriquez *lib.1.de Pœnit.c.3. n.3.* Couarr. Comitolus, & alij, quos citat, & ſequitur Fagundez *de præc.2. Eccleſ.lib.1.cap.1.n.7.* Durand. Gabr. Valentia, Suarez, quos citat, & ſequitur Granado *tract.1. in diſp.8.n.2.* Lugo *diſp.15.n.35.* Archangel. *diſt.17.pag.190.* Villalob. *tract.9. diff.27. num.3. & 4.* Sanchez *lib.2.ſum c.15.n.4.* Bonacina *diſp.5. de Sacram. quæſt.5. ſect.2. punct.4. n.14.* Layman *tom.2. lib.5.tract.6.cap.12.num.13.* Petrus Hurtado *tom.1. in 2.2.diſput.84.ſect.8.§.127.* & communis, quam renent Baunius *loc.cit.quæſt.5.de Confeſſ.* Palaus *tom.4. tract.23. punct.20.§.1.n.2. lib.2. docum.1. num.3.* & Baſſeus *loc.cit.num.7. & 8.*

Nota hic circa tempus hujus obligationis in articulo mortis, quod definivit Innocent.III. *cap.cùm infirmitas, de pœnit.& remiſ.* ut Medici vocati ad ægrotos teneantur ſtatim eos admonere ad confeſſionem. Quam conſtitutionem poſtea renovavit Pius V. in quadam Bulla, ubi etiam jubet, ut Medici, quando promoventur Doctores, iurent ſe obſervaturos id, & non daturus Medicinam corporalem, niſi intra triduum adhibita ſit Medicina ſpiritualis. Aduertit tamen Baſſeus *Confeſſio Sacrament.1. n.8.* dictas Pontificias Conſtitutiones non obligare in quibuſcumque morbis, ſed in graui, & periculoſo, vt contra Rodrig.D. Antonin. & Syluestrum docent Suarez *diſp. 35.ſect.3.n.4.* Graffiis *1.p.lib.3.cap.14.num.7.* & Vrga *tom.2.ſum.cap.33.caſu 3.* Quia ſic Conſtitutiones illas interpretata eſt conſuetudo: & ſatis eſt, ſi talis monitio fiat à Medico per alios. Quod ſi æger in periculo mortis conſtitutus pertinax ſit in renuenda confeſſione, aut credatur nihil monitionem profuturam, tunc nec Medicus tenetur eum admonere, nec eum deſerere. Lege Sanchez *lib.3.opuſcul.c.16.n.10. 12.& 16.* Dianam *3.p.tr.4.reſ.93.* & Filliuc. *tr.7.n. 34.* qui addit, quod iuramentum à Medicis præſtitum ante gradum Doctoratus exequendi decreti, ſolùm intelligitur in quantum præſens Conſtitutio Pij V. uſu recepta eſt.

Qvæstio XI.

An ſi quis eſt in eo ſtatu, in quo ſi non confitetur, probabiliter timet, ante mortem non poſſe habere copiam Confeſſoris (vt accidere poteſt in India, aut in captiuitate) teneatur tunc hoc præcepto diuino anticipare confeſſionem?

Affirmant Nauar. *in ſumm. c.2.n.8.* Suarez *diſp. 36. ſect.5.n.2.& 5.* Fagundez *præc.2. lib.1.c.1. n.6.& præc.3.lib.1.c.6.n.3.* Henriquez *lib.1.de Pœnit. c.3.n.3.* & apud ipſum Durand. Bonau. Palud. Gabr. Maior, Ricard. Syluest. Tabiena, & alij. Layman *lib.5.tr.6.c.5.n.8.* Gaſp.Hurtado *diſp.7.diff.13.* Diana *3.p.tr.4.reſol.69.* Cano *de Pœnit.p.5.fol mihi 114.* Lugo *loc.cit.* Bonacina *diſp.5.q.5.ſect.2.punct.4.n.21.* Molfeſ. *tr.7.c.10.n.18.* Villalob. *tr.9.diff.27.num.4.* Naldus *verb. confeſſio, n.17.* Reginald. *lib.2.n.15.* & eſt communis. Probantque à paritate rationis. Nam ſi quis (inquiunt) in die feſto præuidet, ſe non poſſe audire ſacrum hora nona, tenetur anticipare tempus, & audire hora, qua poteſt: ergo ſimiliter.

Sed nihilominus æquè probabiliter reſpondeo: non teneri. Primò, quia in hoc caſu, nullo modo adeſt periculum mortis, in quo tempore eſt præceptum diuinum confitendi: ergo ante illud nequit obligare. Secundò, qui non eſt confeſſus in articulo mortis, non tenetur, eo articulo elapſo, poſtea confiteri ad implendum præceptum diuinum, vt *infrà quæſt.43.* ergo à fortiori non tenebitur quis confiteri ante aduentum prædicti articuli. Sic in ſimili tenet Azor. *tom.1.inſtitut.moral lib.17.c.41.quæſt.13.* & reputant probabile Ioannes à Cruce in *Summ. de Pœnit. quæſt.3.dub.3. concl.2.* & Ioan. Sancius *in ſelect. diſp.11.n.90.pag.mihi 91.* & tenent alij moderni.

Nec argumentum Contrariorum multùm obſtat; eſt enim diſcrimen manifeſtum, quia in dicto caſu iam obligat præceptum audiendi Miſſam: cùm ergo in hora tertia, v.g. poſſit quis illud adimplere, verè ad id tenetur: In noſtro autem caſu non ſic; cùm nondum obliget præceptum confeſſionis pro articulo mortis.

Qvæstio XII.

An iure diuino teneatur quis confiteri tempore ab Eccleſia determinato?

Negant Scotus, Durand. Gabr. Ricard. & Palud. ſtatim *citandi*.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: teneri, quia præceptum Eccleſiaſticum annuæ confeſſionis nihil aliud eſt, quàm modificatio præcepti diuini, vt colligitur ex Trid. *ſeſſ.14.c.5.* & *infrà* dicemus. Sic Sotus *diſt.18.quæſt.1.art.1.* G. Hurtado *diſp.7.diff.2.* Granados *tract.1.de Pœnit.diſp.8.n.8.* Victoria *quæſt.121.* vbi expreſsè ſic ait: De iure diuino tenemur confiteri quando Eccleſia determinauit. Sic etiam Suarez

diſp. 35. ſect. 3. n. 8. Molfeſ. in ſum. 1. part. tract. 7. c. 10. num. 26. & communis penes omnes recentiores, vt bene Aaor lib. 7. cap. 29. quaſ. 8. & Reginaldus lib. 6. num. 31 atque Palaus tom. 4. tract. 23. punct. 20. §. 1, n. 3. ex Vaſquio quaſt. 90. art. 1. dub. 4. n. 26.

QVÆSTIO XIII.

An ſecluſo articulo mortis, & lege Eccleſiaſtica de confitendo ſemel in anno, obliget hoc divinum præceptum per ſe?

NEgant Scotus in 4. diſt. 17. art. 3. Durand. q. 20. n. 3. Gabr art. 3. dub. 5. Ricard. art. 3. quoſt. 6. & Palud. q. 2. art. 5. Quia (inquiunt) præceptum affirmativum per ſe non obligat, niſi in articulo neceſſitatis, qui per ſe loquendo, nullus eſt dabilis ante mortem. Ita etiam Suarez loc. cit. n. 9. Valentia quaſt. 9. punct. 4. Lugo diſp. 15. num. 39. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: obligare, licèt per ſe loquendo, ſecluſo articulu mortis, & præcepto Eccleſiaſtico, non ſit tempus determinatum, in quo obliget præceptum diuinum confeſſionis; quamuis vagè in hoc, vel illo anno, aut aliquoties in vita obliget, vt optimè probat Granado loc. cit. n. 5. & nos infrà. Vnde quamuis Henriquez loc. cit. n. 4. affirmet, quod ſecluſa lege Eccleſiaſtica, fortè obliget hoc præceptum quolibet quinquennio; melius tamen Ganado ex Soto, & Ledeſma ait obligare quolibet anno. Vnde ſi quis per annum, vel paulo plus differret confeſſionem, contra præceptum diuinum confitendi, peccaret. Sic Victoria, & Granados loc. cit. P. de Ledeſma cap. 9. de Confeſ. conc. 6. Raynerius cap 4. citando. Nugnus loco infrà citando. Et Reginald. lib. 6. n. 28. necnòn Bauny tr. 4. quaſt. 4. de confeſſione.

QVÆSTIO XIV.

An etiam iure divino teneatur quis confiteri ſtatim poſt commiſſum peccatum?

AFfirmant Guillelmus Pariſ. lib. de Sacram. tit. de Pœnit. Angel. v. Confeſſio 2. n. 2. Alenſ. 4. part. quaſt. 77. memb. 4. art. 2. D. Bonau. in 4. diſt. 17. art. 4. q. 2. qui maximè Religioſis imponit hanc obligationem: quia habent ſemper optimam opportunitatem ſtatim confitendi. Referunt etiam Suarez (licèt timidè) & Lugo pro hac ſententia, Raynerium 1. part ſumm. v. Confeſſio, c. 5. Sed non bene, quia oppoſitum expreſsè docet ibidem cap. 4. & 5. pag. mihi 418. & 419. citat etiam pro hac parte Petrus Ledeſma Innocentium ſuper cap. omnis, & Archidiaconum ſuper cap Ille Rex, de Pœnit. diſt. 3.

Sed certiſſimè reſpondeo: quod licèt valdè vtile ſit ſtatim poſt commiſſum peccatum confiteri, tum propter incertitudinem mortis, tum etiam, quia qui immoratur in peccato, peccato peccatum accumulat; nihilominus tamen dicendum eſt, dictum præceptum non obligare adhuc Religioſos: nam hi non tenentur ad alia, quàm cæteri homines, niſi ad quæ ex voto obligantur, pro ſtatim, ac commiſſum eſt mortale. Primò, quia tantæ obligationis nullum eſt idoneum fundamentum. Secundò, quia præceptum de confeſſione, etiam de iure diuino eſt affirmatiuum: at omnia præcepta affirmatiua habent ſua ſtatuta tempora, quibus neceſſariò adimplenda ſunt: ergo & hoc. Sic D. Thom. diſt. 17. quaſt. 1. art. 2. q. 4. Cano de Pœnit. p. 5. fol. 113. Rayner. latè & optimè cap. 4. cit. Suarez diſp. 35. ſect. 3. n. 1. Layman tract. 6. cap. 5. num. 4. Granad. tract. 1. de Pœnit. diſp 8. n. 8. Hurtado diſp. 7. diff. 2. Nugnus in addit. q. 6. art. 5. diff. 1. verſ. Ad primum argumentum. Optimè Navar. ex D. Th. in man. c. 2. n. 9. Vivald. de Conf. n. 12. Summa Confeſ. tit. Quando obligat confeſſio, fol. mihi 42. & 43. Lugo diſſ. 15. n. 36. Villalob. loc. cit. diff. 27. n. 1. Archang. diſt. 17. pag. 190. Petrus Ledeſma cap. 9. cit. concl. 2. Reginald. lib. 6. n. 30. & alij, quos ſectantur Palaus tom. 4. tract. 23. punct. 10. §. 1. num. 3. Ægidius diſp. 5. dub. 1. num. 31. & Machado loc. cit.

QVÆSTIO XV.

An ſaltem teneatur quis iure Divino confiteri ante annum, quando adeſt periculum obliuionis alicuius peccati mortalis, aut multorum mortalium?

AFfirmant Marſilius in 4. q. 12. Maior diſt. 17. quaſt. 2. Adrianus quaſt. 5. de confeſſione, Nugnus loc. cit. concl. 4. pag. mihi 385. vbi ſic ait: Quando eſt ſpeciale, & graue periculum, quod obliuiſcetur homo multorum peccatorum mortalium, tenetur confiteri. Sic ille. Nauarrus ſuper cap. Placuit, de Pœnit. diſt. 6. num. 159. Medina C. de Pœnit. tr. 2. quaſt. 14. §. 2. & Caiet. verb. Confeſſio, cap. 5. Citat etiam Ludouicus de San Iuan pro hac ſententia Sotum in 4. diſt. 18. q. 2. art. 4. ſed malè. Nam Sotus ſolùm hoc affirmat, ſecluſo iure poſitiuo, concludit enim ſic: *Ex quo ſequitur, quod à tempore illius ſtatuti canonis, ius diuinum præter articulum mortis non obligat, niſi ſecundùm Eccleſiæ diſpoſitionem ſemel in anno.* Sic Sotus. Affirmat etiam Molfeſ. tr. 7. cit. c. 10. n. 10. cum aliis.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non teneri. Sic tenet, & probat Navarrus in man. cap. 21. num. 35. per hæc verba: Secundò peccat mortaliter, qui non confitetur, etiam extra Quadrageſimam, occurrente caſu, in quo ad id obligatur. Quinque autem caſus, in dicto cap. 2. n. 6. & duobus ſequent. attigimus, quibus prædictis Ioan. Maior addit alium in quo quis nouit, ſe memoriam omnium totius anni peccatorum in Quadrageſima minimè habiturum, quod videtur vtile, ſed non neceſſarium. Tum quia ferè omnes in anni decurſu toties peccamus, vt veri numeri in Quadrageſima non meminerimus. Tum quia nulla lege ad id obligamur, & ſine lege non eſt afferenda obligatio, §. conſideremus, auth. de trient. & ſemiſſ. coll. 3. & cap. conſuluiſti 2. q. 5. Tum quia Concilium Florent. citatum à nobis in cap. Fratres, de pœnit. diſt. 5. n. 66. cui Trid. conſentit vbi ſuprà c. 5. tantùm obligat ad confitenda peccata, quorum meminimus. Sic Nauarrus, contra id quod remiſſiuè dixerat cap. Placuit, cit. Sic etiam Valentia diſp. 9. punct. 4. Granados loc. cit. Viuald. loc. cit. n. 13. & apud ipſum Sotus, & B. de Medina. Luyſ. Turrianus de Pœnit. q. 6. art. 2. diſp. 19. diff. 1. Henriquez lib. 1. de Pœnit. c. 4. n. 8. & apud ipſum Durand. Cano, P. Soto, Victoria, Syluest. & Tabiena, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 3. p. tr. 4. reſol. 155. Vaſquez etiam q. 90. art. 1. dub. 4. Ludouicus q. 5. art. 9. dub. 2. pag. 409. Lugo diſp. 15. n. 42. pag. 268. Petrus Ledeſma loc. cit. concl. 3. Regin. lib. 6. n. 31. Archangel. diſt. 17. pag. 190. col. 1. & 2. & iam communis, quam nouiſſimè tenent Palaus loc. cit. & Baſſeus loc. cit. n. 10. verſ. ſed dubium eſt.

QVÆSTIO XVI.

An iure Diuino teneatur confiteri qui credit, ſe aliter non poſſe euitare aliquod peccatum, v. g. odij, carnis, aut inuidiæ in particulari, niſi confitendo?

AFfirmat Suarez diſp. 35. ſect. 4. num. 10. Quia (inquit) omnes obligamur iure diuino ad fugiendum peccatum: ergo ad ponendum medium neceſſarium

rium

rium ad talem finem conſequendum. Secus eſſet (addit Suarez *num.* 11.) ſi quis non in particulari, nec aliquod certum peccatum, ſed in communi, & in confuſo multa peccata euitaturum crederet, ſi ſæpius in anno confiteretur: quia eſſet valdè ſcrupuloſum ad id obligare. Hanc ſententiam priùs tenuerant Caiet. *verb. Sacramentalis Confeſſio.* P. Soto *lect.* 5. *de Confeſſ.* & poſt Suarium Ægidius *diſp.* 5. *de Sacram. dub.* 11. *n.* 31. Granado *tr.* 1. *de Pœnit. diſp.* 8. *num.* 9. Fagundez *præc.* 2. *Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 15. & 16. Nugnus *in add. quæſt.* 6. *art.* 5. *diff.* 1. *concl.* 3. *pag.* 384. vbi abſolutè, & ſine vlla diſtinctione hanc ſententiam docet. Filliuc. etiam *tract.* 7. *num.* 40. Molfeſ. *tract.* 7. *cap.* 10. *n.* 18. *pag. mihi* 414.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: in neutro caſu ad confeſſionem teneri, quia ad hoc, quod confeſſio in eo caſu obligaret, deberet quis ſibi perſuadere, illam eſſe vnicum, & ſingulare remedium ad euitanda peccata, ſiue in communi, ſiue in particulari, & hæc perſuaſio eſſet falſa, cum revera confeſſio non ſit tale remedium: ergo. Minor probatur primò, quia plura alia remedia reperiri poſſunt, vt ieiunia, flagellationes, &c. Secundò, quia licèt confeſſio ad hoc vtiliſſima ſit, non tamen eſt remedium efficax, & infallibile; nam confeſſio ſolùm habet efficaciam circa peccata præterita; circa futura verò, licèt habeat aliqualem, non tamen infallibilem: ergo tota obligatio hæc prouenire ſolùm poteſt ex falſa hominis perſuaſione, ergo ſolum interuenire poteſt hîc obligatio, quam quis per conſcientiam erroneam ſibi imponit. Sic tenent de noſtris, ſapientiſſ. PP. Fr. Franciſcus à S. Iuliano, olim in noſtro Complutenſi Collegio meritiſſimus Lector, & nunc Prouinciæ Caſtellæ digniſſimus Prouincialis, & P. Fr. Eugenius à Sancto Gregorio, Lector in noſtro Salmanticenſi Collegio, & poſtea totius noſtræ Religionis Definitor Generalis, & tenet ex parte Sà *verb. Confeſſio, num.* 5. & poſt hæc ſcripta inueni Patrem Ioan. de Lugo, id idem doctè & latè docentem, *diſp.* 15. *ſect.* 4. quaſi per totam. Et Réginald. *lib.* 6. *n.* 28. cui accedit Bauny *tr.* 4. *q.* 4. *de Confeſſion. aſſertione* 3.

Qværtio XVII.

An iure diuino teneatur confiteri ſtatim, qui habet conſcientiam, quod ſtatim debeat confiteri?

AFfirmant Henriquez *lib.* 1. *de Pœnit. cap.* 3. *n.* 4. & apud ipſum Scotus, & Martin. de Ledeſma, Viuald. *de Confeſſ. num.* 12. *verſ. Secundò.* Et apud ipſum Nauar. *c.* 2. *n.* 9. Petrus Soto, Paludanus, Syluester, Maior, Adrian. Durand. Angel. Anton. Cano, Couarru. Ioannes de Med. & M. de Ledeſma, quibus ego addo Summam confeſ. *tit. cit. fol.* 43. & Andream Molfeſium *loc. cit.* Reginald. *lib.* 6. *num.* 26.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia licèt teneatur in tali caſu ſtatim confiteri, hoc non eſt ratione præcepti Divini, ſed ratione conſcientiæ; quæ quamuis erronea ſit, obligat, vt optimè docet Nauar. *præludio* 9. *num.* 7. Sic & ipſe *cap.* 2. *num.* 10. per hæc verba; debet item (*confiteri ſcilicet*) cum probabiliter credit, ſe per totum annum non habiturum opportunitatem confitendi, vel etiam quando conſcientia dictat illum ad confeſſionem teneri, *argum. cap. fin. de præſcrip.* quamuis ad hoc ſatis eſſet illam deponere, ſi fuerit erronea. Sic ille. Petr. Soto *lect.* 5. *de confeſſ.* vbi ſic ait: Duo alij caſus afferuntur, quibus confiteri tenemur, magis ex conſcientia ad id obligante, quàm alio præcepto. Et *infrà*. Eſt alius, loquiunt, ſi quis putet, ſe teneri ſæpius ad confeſſionem; quod certè in omnibus præceptis eſt; tenemur enim propter conſcientiam etiam errantem. Sic ille. Melch. Cano *de Pœnit.* 5. *part. fol. mihi* 114. ita dicens: Quintum verò, quem Durand. adiecit *diſt.* 17. *quæſt.* 10. Palud. *ead. diſt.* quem Adrianus quoque refert *q.* 3. *de confeſſ.* Sed ratione conſcientiæ ſcrupuloſæ non exiſtimamus ſupernacaneum. Non enim obligat præceptum de confeſſione in tali euentu, ſed ipſe habens erroneam conſcientiam ſeſe ligat, quandiu non deponit talem errorem. Sic Cano. Sic etiam Adrianus *de Confeſſione q.* 5. *verſ. Quintus caſus, fol. mihi* 246. Vnde hos ſaltem quatuor Doctores male citat Viualdus pro ſua ſententia. Tenent etiam Fagundez *præc.* 2. *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 17. Martinus de Frias *in ſum. fol.* 40. Granados *tr.* 1. *diſp.* 8. *n.* 8. Nugnus *loc. cit. pag.* 384. *verſ. tertia ſententia.* Vaſquez *quæſt.* 90. *art.* 3. *num.* 3.

Qværtio XVIII.

An hoc divinum præceptum Confeſsionis obliget, quoties quis poſt mortale commiſſum communicare, vel celebrare vult?

NEgavit Cajet. *in ſum. v. Communio,* & apud Vivaldum Summa Confeſſorum, quibus dicit favere Ricardum *diſt.* 17. *q.* 6. *art.* 3. Palud. *q.* 2. Adrian. *q.* 3. *de Confeſſione,* & Roſenſ. *art.* 15.

Sed certiſſimè, imò & de fide reſpondeo: obligare. Sic enim declaravit, & determinavit Conc. Trid. *ſeſſ.* 13. *cap.* 7. & *can.* 11. ex illo Pauli 1. *Cor.* 11. *Probet autem ſe ipſum homo*: & docent D. Thom. 3. *p. q.* 80. *art.* 4. & cum eo omnes Theologi. Sic etiam Summa Confeſſ. *fol. mihi* 42. 43. & 44. ubi poſtquam ſemel, & iterum hanc noſtram ſententiam docuerat, ſic tertiò ait: tamen, quia ſemel in anno eſt præceptum communicare, quod dignè fieri non poteſt ſine confeſſione, etiam de peccato interiori tenetur talis intra annum confiteri. Sic ibi. Sic etiam Paludanus, ut ſtatim dicemus. Sic tandem omnes: malè ergo citat Vivaldus tot Authores pro contraria ſententia, lege Suarium *diſp.* 80. *ſect.* 3.

Qværtio XIX.

An etiam teneantur confiteri iure divino, qui recipere volunt alia Sacramenta?

AFfirmant Marſilius *in* 4. *q.* 12. *art.* 1. Paludanus *diſt.* 17. *quæſt.* 2. & Adrianus *quæſt.* 3. *de Confeſſione,* apud Suarium *ſect.* 3. *n.* 13. Sed revera Adrianus potiùs in oppoſitum inclinat *loc. cit.* à Suario *citato fol. mihi* 146. *verſ. Primò propter Sacramentum.* Affirmant etiam Summa Confeſſ. *tit. Quando obligat Confeſſio, fol. mihi* 42. & Molfeſius *tract.* 7. *c.* 10. *n.* 17. cujus verba retulimus *tract. de Sacrament. in genere, diſp.* 4. *quæſt.* 10.

Sed certiſſimè reſpondeo, non teneri. Quia nullum extat præceptum circa hoc impoſitum, ut clarè colligitur ex Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 1. *de reform. Matrimonij.* Sic D. Thom. *Quodl.* 1. *art.* 11. Navar. *c.* 2. *n.* 3. (qui licet excipiat Sacramentum Ordinis, hoc non eſt præcisè propter ipſum Sacramentum Ordinis, ſed propter Euchariſtiam, quam ſimul recipiunt qui ordinantur.) Victor. *n.* 135. Sylveſter, Angel. P. Soto quos citat, & ſequitur Suarez *loc. cit.* Vivaldus *de Confeſſione, n.* 12. Fagund. *præc.* 1. *lib.* 1. *cap.* 1. *à n.* 10. Lugo *diſp.* 15. *n.* 40 *pag.* 168. Villalobos *loc. cit. n.* 6. & omnes communiter.

Qværtio

QVÆSTIO XX.

An teneatur præcepto Divino Confiteri, qui voto, vel iuramento in aliquibus diebus confiteri ſe obligavit?

RESpondeo teneri, quia voti, vel iuramenti obligatio eſt divina, ut conſtat. Sic Navar. *n.*10. Vivald. *loc.cit.* Granados *tract.* 1. *diſput.*8. *num.*9. & Scotus, Palud. Sotus, & alij, quos ſequuntur Suarez *tom.*4. *diſp.*35. *ſect.*2. *num.*5. Vaſquez *quæſt.*90. *art.*2. *dub.*2. Molfeſ. *tractat.*7. *cap.*10. *num.*20. & 21. & communis.

QVÆSTIO XXI.

An ſit latum ab Eccleſia ſtatutum annuæ Confeſſionis?

RESpondeo: quod ſic, ſic enim habetur in concilio Lateranenſi, ſub Innoc. III. *Omnis utriuſque ſexus fidelis, poſtquam ad annos diſcretionis pervenerit, omnia ſua peccata, ſaltem ſemel in anno fideliter confiteatur.* Et idem definitur in Trid. *ſeſſ.*14. *can.*8 & tenent omnes Theologi, & Canoniſtæ. Legantur S. Thom. 3. *p.q.*90. *art.*1. & *ibi* Vaſquez, Suarez *tom.*4. *diſp.*17. *ſect.*2. & *diſp.*35. & 36. Bonacina *diſp.*5. *q.*5. *ſect.*2. *punct.*4. & alii apud ipſos.

QVÆSTIO XXII.

An hoc ſtatutum ab Eccleſia latum obliget ſub mortali?

NEgat Durandus *diſt.*17. *q.*14. exiſtimans: hactenus Eccleſiam ſolum tuliſſe præceptum de Communione in Paſchate, de confeſſione verò tantùm conſilium, & exhortationem. Negat etiam Mich. de Medina *C. de Confeſſione, q.*5. apud Henriquez *lib.*1. *de Pœnitentia, c.*4. *n.*1. *in Gloſſ. lit. A.* Sed malè profectò Henriquez citat Medinam pro hac ſententia, ut ſtatim dicemus. Meliùs citare potuiſſet Turrecrem. *de Pœnit. diſt.* 1. §. *denique, n.*4.

Certiſſimè ergo, imò & de fide reſpondeo obligari ſub mortali, quia expreſſe in Concil. Trident. *ſeſſ.*14. *cap.*5. & *can.*8. dicitur, eſſe in Eccleſia præceptum annuæ confeſſionis. Et certè nil eſt magis commune & volgare inter fideles omnes, quàm eſſe quinque præcepta Eccleſiæ, ex quibus vnum eſt confeſſionis. Sic tenet Mich. de Medina *C. de Confeſſ. q.*4. *fol. mihi* 25. & latiùs *quæſt.*18. *fol.*67. vbi noſtram ſententiam optimè probat, & reſpondet ſententiæ Dorandi. Sic etiam Henriquez *loc.cit.* Suarez *diſp.* 6 *ſect.*1. *num.*4. Palud. Cajet. P. Soto, P. Cano, & Gabriel apud ipſum, Ægidius *diſp.*5. *n.*47. & 48. Fagund. *præc.*2. *lib.*1. *c.*3. *num.*2. & apud ipſum D. Thom. Nauar. Viuald. Victor. Bellarm. Vaſquez etiam *quæſt.*90. *art.*3. *dub.*4. *n.*18. Lugo *diſp.*15. *n.*89. & Villalob. *loc. cit. diff.*28. *n.*1. Petrus Ledeſma *c.*8. *concl.*1. Molfeſ. *tr.*7. *c.*9. *n.*24. Reginald. *lib.*6. *num.*10. 15. & 19. & omnes communiter.

QVÆSTIO XXIII.

An hoc Eccleſiaſticum præceptum obliget per ſe, & ex vi propry præcepti ad Confeſſionem?

NEgat D. Anton. 1. *part. tit.*14. *cap.*19. §.3. docens, tantùm per accidens obligari fideles ad confeſſionem ſemel in anno faciendam, ſcilicet ratione communionis.

Sed certiſſimè reſpondeo: obligare per ſe, & ex vi proprii præcepti diſtincti à præcepto communionis, quia hoc conſtat clarè *ex c. omnis utriuſque ſexus*: & ex Trid. *ſeſſ.*14. *c.*5. & *can.*8. & ex ſenſu omnium fidelium. Sic Doctores nuper citati. Præcipuè Petrus de Ledeſma *poſt.*5. *concluſionem*, Molfeſ. *loc.cit.* Azor *lib.*7. *can.*28. *quæſt.*9 Suarez *tom* 4. *diſp.* 36. *ſect.*1. *n.*4. Reginald. *lib.*6. *n.*34. & communis, quam noviſſimè tenent Diana *p.*8. *tract.*1. *reſol.*14. & Baſſeus *loc.cit. n.*6. hic colligens, & bene, quod ille qui omitteret confeſſionem, & communionem, non unum tantùm, ſed duo peccata committeret.

QVÆSTIO XXIV.

An dictum præceptum ſit purè humanum quoad ſubſtantiam, & quoad tempus?

AFfirmat, quoad utramque partem, Adrian. *in* 4. *q.*1. *de Confeſſione*, §. *Pro hujus deciſione.* Et id eſſe probabile inſinuat Petrus Ledeſma vbi *infrà*.

Sed certiſſimè reſpondeo: eſſe divinum quoad ſubſtantiam, quoad determinationem verò temporis, Eccleſiaſticum. Sic expreſsè docet Trident. *cap.*5. *cit.* dicens, Eccleſiam tantum ſtatuiſſe, ut divinum præceptum confeſſionis ſingolis annis impleretur. Et ſic omnes Doctores *citati*, præcipuè Suarez *diſp.*36. *ſect.*3. *n.*5. Vaſquez *q.*90. *art.* . *dub.*4. *n.*21. Fagund. *loc.cit. n.*2. Villalob. *loc.cit. n.*1. Archangel. *diſt.*17. *pag.*188. Petrus Ledeſma *loc.cit. concl.*3. & Becanus *cap.*36. *q.*2. & omnes communiter.

QVÆSTIO XXV.

An Papa poſsit in præcepto Confeſſionis diſpenſare?

RESpondeo: quòd licèt non poſſit diſpenſare in præcepto diuino Confeſſionis, cùm ad hoc commiſſionem non habeat, poteſt tamen diſpenſare, tam ſecum, quàm cum aliis (& licitè, ſi cauſa ſubſiſtat) ita ut nullo modo teneantur ad confeſſionem annuam. Ratio eſt, quia cum hoc præceptum quoad temporis determinationem ſit Eccleſiaſticum, totùm pendet ex voluntate illius. Sic D. Th. *diſt.*17. *q.*3. *art.*2. *q.*5. Ricard. *art.*2. *q.*7. Sotus *diſt.*18. *q.*1. *art.*5. Vaſquez *loc.cit. dub.*5. *num.*10. Hurtado *diſp.*7. *diff.*6. Villalob. *loc.cit.* Suarez *diſput.*36. *ſect.*1. Molfeſ. *tract.*7. *cap.*10. *num.*19. & omnes communiter, vt tenet Fagundez *de præcept. Eccleſ. lib.*1. *cap.*3. *n.*8. & Diana *part.*8. *tract.*1. *reſol.*18.

QVÆSTIO XXVI.

An omnes Baptizati habentes conſcientiam peccati mortalis, teneantur annuæ confeſſionis præcepto?

REſpondeo affirmatiuè, quia ſic expreſsè habetur *in cap. Omnis, cit.* & in Concil. Trid. *ſeſſ.*14. *c.*5. & *can.*8. per hæc verba: *Si quis dixerit, confeſſionem omnium peccatorum, qualem Eccleſia ſervat, eſſe impoſſibilem, aut ad eam non teneri omnes, & ſingulos utriuſque ſexus fideles*, &c. *Anathema ſit.* Et ſic docent omnes Theologi cum D. Thoma *q.*90. *art.*3. & Iuriſtæ *ad c. omnis, cit.* Qui benè hac lege comprehendi hæreticos docent, quia cùm ſint baptizati, verè ſunt ſubditi Eccleſiæ. Legantur Suar. *diſp.*35. *ſect.*2. Reginald. *lib.*6. *n.*48. Molfeſ. *c.*10. *cit. n.*11. & alii Recentiores, inter quos videndus eſt doctus, & amicus Narbona *tom.*1. *de ætate, anno* 7. *q.*7.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXVII.

An Summus Pontifex obligetur annuæ Confeſsionis præcepto?

NEgant Ricard. *diſt.* 17. *art.* 2. *quæſt.* 4. *ad* 5. Scotus *quæſt.* 1. *art.* 1. Nauar. *de Pœnit. diſt.* 5. *in principio*, §. 2. *n.* 32. Ludouicus de S. Iuan *quæſt.* 5. *de Confeſ. art.* 6. *dub.* 2. Quatenus tantùm teneri ex congruitate, vel ſub veniali, affirmant, quia lex Concilij non poteſt ligare Pontificem, cum hic ſit illo ſuperior.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri, & obligari ſub mortali, non tanquam præcepto, & ratione obedientiæ: cum Papa non ſit inferior Concilio (quidquid ſentiat Almayn. *diſt.* 17. *col.* 32.) à quo tale præceptum latum fuit; ſed ratione conformitatis cum cæteris fidelibus, cùm diſſonum ſit rationi caput non conformari corpori. Sic Couar. *in cap. Alma mater*, 1. *p. cap.* 1. §. 5. Suarez *diſp.* 35. *ſect.* 2. *n.* 5. Bonacina *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 4. *num.* 4. & apud illum Sayrus, Reginaldus, Filliucius, Molfeſ. Nugnus, & Henriquez, Hurtado *diſp.* 7. *diff.* 9. Becanus *cap.* 36. *de Pœnit. q.* 3. Azor *lib.* 5. *inſtit. Moral. cap.* 11. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 1. *cap.* 3. *num* 18. & 19. Vaſquez *q.* 90. *art.* 1. *dub.* 5. *num.* 12. & Lugo *diſp.* 15. *n.* 142. qui addit, probabile eſſe quod ſi hanc legem Eccleſiaſticam quoad ſe non omnino tolleret Pontifex, ſed alteraret quoad tempus, volendo quod determinatio temporis quoad ſe eſſet pro hac vice annus cum dimidio, non peccaret grauiter, lege de hac quæſt. Dianam *p.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 20.

QVÆSTIO XXVIII.

An omnes pueri in quavis ætate ſint, teneantur dicto præcepto, ſi conſcientiam habent peccati mortalis?

NEgant in primis Sancius *in ſelect. diſp.* 51. *n.* 31. Caſtrus Palaus *n.* 1. *tract.* 3. *diſp.* 1. *punct.* 24. §. 2. *n.* 3. quos citat, & ſequitur Diana 4. *part. tract.* 3. *reſolut.* 52. docentes nullo modo teneri pueros ante ſeptennium ad annuam confeſſionem, etiamſi conſtet habere vſum rationis. Fauent huic ſententiæ Lugo *loc. cit. num.* 152. docens non teneri tali præcepto ante octo annos, & D. Anton. *part.* 2. *tit.* 9. *cap.* 8. §. 2. Affirmans, non teneri pueros vſque ad decimum annum cum dimidio, & fœminas vſque ad nonum cum altero dimidio.

Negant etiam Sotus *in* 4. *diſt.* 12. *q.* 1. *art.* 11. *fine*, & Sà *in editione* 1. *v. confeſſ. num.* 3. & apud Fagundez D. Anton. 2. *p. ſum. tit.* 9. *c.* 18. §. 2. Hoſtienſis, & Ancaran. *in c. Omnis, cit.* Viguerius *de Confeſſion. verſ.* 14. apud Viualdum, docentes; pueros non teneri confiteri præcepto Eccleſiaſtico, ſed ſolùm diuino, ante annos pubertatis, hoc eſt pueros ante 14. & puellas ante 12. Sed ex Doctoribus, quos citat Fagundez, ſaltem D. Auton. *loc.* à nobis *cit.* ſolùm docet, pueros non teneri hoc præcepto vſque ad decimum, & dimidiatum annum, & puellas vſque ad nonum, & dimidium.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri abſolutè, & obligari omnes pueros, cum primum peccare poſſunt, etiamſi ſeptennium non attigerint. Primò, quia id clarè conſtat ex *cap. Omnis, cit.* ubi ſic dicitur. *Omnis utriuſque ſexus fidelis poſtquam ad annos diſcretionis peruenerit, omnia ſua peccata, ſaltem ſemel in anno, fideliter confiteatur*, &c. Secundò, quia non requiritur major diſcretio, aut ætas ad recipiendum Sacramentum Confeſſionis, quàm ad peccatum. Sic expreſſe Aureol. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 2. vbi ſic ait. Vnde Papa tenetur confiteri, inſuper & puer habens diſcretionem: Si enim habet infra vnum annum, vel duos natiuitatis ſuæ diſcretionem, per quam haberet conſcientiam de peccato, puto quod teneretur ad confitendum. Sanchez *in ſumma, lib.* 1. *c.* 17. Nauarr. *c.* 21. *n.* 33. Victor. q. 128. Scotus *diſt.* 17. *quæſt.* 1. *art.* 2. Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 2. *n.* 3. & apud ipſum Cano, Gabr. Syluest. Ricard & Corduba. Henriquez *lib.* 1. *de Pœnit. c.* 5. *num.* 2. Zambranus *cap.* 4. *dub* 3. *cap.* 5. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 5. *num.* 6. Vaſquez *q* 90. *art* 1 *dub.* 2. Luyſius *de Pœnit. q.* 6. *diſp.* 21. *dub.* 4. Granado *tract.* 2. *diſp.* 9. *ſect.* 2. Hurtado *diſp.* 7. *diff.* 9. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 12. qui ſimul cum Corduba, & Bonacina bene citat Diuum Antoninũ pro oppoſita ſententia, non enim eſt pro noſtra, vt volunt Suarez, & Henriquez, cùm apertè illam per hæc verba impugnet Temerarium ergo videtur aſſerere, & publicè prædicare, quod immediatè poſt ſeptennium teneantur pueri ad iſtud præceptum ſeruandum. aliàs peccant mortaliter, & ipſi, & parentes eorum, qui non faciunt confiteri. Sic Anton. Tenet etiam Becanus *cap.* 36. *q.* 5. imò & ipſe Sotus, poſtea *diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 3. §. *de verbo autem*, hanc etiam ſententiam ſuſtinet, vt aduertunt Turrian. & Henriquez. Tenet etiam Viuald. *de Confeſſ. num.* 15. & meo videri Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 4. *n.* 2. Reginald. *lib.* 6. *c.* 50. & nouiſſimè Doctus Didacus de Narbona *in Annalibus hominis, anno* 7. *q.* 7. *à num.* 12. *pag. mihi* 64. Bauny *tract. de Pœnit. q.* 5. *de Confeſſ. dicto* 3. necnon Palaus ſibi aliqualiter contrarius) *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 10. §. 2. *n.* 2. ſic dicens: omninò tenendum eſt, pueros ſtatim cum vſum rationis perfectum fuerint conſequuti, obligatos eſſe ſingulis annis confiteri, ſi conſcientia peccati mortalis grauentur. Sic ille.

QVÆSTIO XXIX.

An Senes octogenarij præcepto annuæ Confeſſionis, & Communionis teneantur?

NEgat D. Didacus de Narbona I.C. Doctor (imò & Iure Hæreditario. Habuit namque Patrem, Patruum, & Fratres Doctiſſimos, vt eorum ſcripta demonſtrant. Benedicta ſit talis familia) *in ſuo pulchro libro de ſtatu Hominis*, &c. anno 80. *quæſt.* 4. *n.* 2. *pag.* 682. per hæc verba. Veruntamen contrarium non ſolùm probabilius, ſed certius mihi videtur. Ideóque tenendum profiteor, ſenectutem illam, vtpotè octuagenariam, quæ ferè ſemper ita homines ſimplices, & rationis reddit expertes, vt nihil à pueris differre videantur, veluti *hoc eodem anno* pluribus oſtendimus, ab omnibus, & quibuſcumque, tam Eccleſiaſticis, quàm divinis legibus eos immunes reddere. Et ratio eſt, quoniam eiuſmodi ætatis ſenes, infantes pueri ſunt. Ita Hippocrates, vt refert Alphonſus à Ruizibus *in Medicina medicor. inſipient. luminar.* 2. *fol.* 65. Ludouicus Viues *lib.* 2. *de Anima*, & alij à nobis relati *q. proximè antecedenti*: quibus addenda ſunt quæ in eandem rem adducit Velaſcus *de priuilegiis miſerabil. perſonar. q.* 18. *num.* 11. Ergo cum pueri ante ſeptennium his legibus ſint ſoluti, veluti ſupra *ann.* 7. comprobavimus, etiam octuagenarij liberi cenſendi erunt. Et *infrà num.* 4. Sic ait. Cujus ſimile eſt, quod ſcripſere Hoſtienſ. *in ſumma*, §. *Quando confitendum*, *in principio*, & poſt eum Stephan. Gaëta *in repetit. c. Ad limina*, §. 5. *n.* 107. Palac. Rubeus *in c. omnis utriuſque ſexus, verbo poſtquam ad annos diſcretionis, de pœn. & remiſſion.* ſcilicet ita ſenes, qui iam diſcretione carent, ut ſæpè numero octuagenarij eſſe ſolent, nec præcepto annuæ Confeſſionis, aut ſuſceptionis Euchariſtiæ in Paſchate teneri, eo nimirum, quod *ſuprà* diximus, quia in eis eadem capacitatis deficientia, ac in parvulis militat: igitur quemadmodum iſti à quo-

cunque

cumque Eccleſiaſtico præcepto hc ratione reperiuntur immunes. ſic & illi eſſe debebunt. Sic Narbona.

Sed certiſſimè reſpondeo, non ſolùm ſenes octogenarios, verùm etiam nonagenarios, & majoris ætatis teneri præcepto annuæ Confeſſionis, & Communionis (ſicut & aliis præceptis divinis, & humanis eorum, viribus corporalibus nō adverſantibus) dummodo (ut commune eſt) compotes ſint rationis.

Primò, quia id clarè colligitur *ex cap. Omnis, cit.* ubi indiſcriminatim omnibus utriuſque ſexus perſonis quæ ad annos diſcretionis perveniunt, præcipitur ut ſingulis annis confiteantur, & Sacra Communione reficiantur: ſed ſic eſt, quod ſenes octogenarii pervenerunt, & ſatis, & non amiſerunt (ut ſupponimus) uſum rationis: ergo.

Secundò, quia adimpletio præcepti annuæ Confeſſionis, & Communionis, non officit ſaluti corporali ſenum etiam decrepitorum (ſicut officit præceptum abſtinentiæ à carnibus, præceptum jejunii in Quadrageſima, &c.) ſed potiùs illam reficit, & fovet: ergo cum aliàs ſint capaces, & potentes ad illius obſervationem, verè tali præcepto tenebuntur.

Tertiò quia (ut nuper eſt habitum adhuc pueri qui ante ſeptennium uſum rationis habent, eo ſolùm quod illum habeant ligantur præcepto Confeſſionis annuæ, licèt non ligentur aliquibus aliis præceptis Eccleſiaſticis, vt ieiunij, &c. Ergo ſimiliter octogenarij, quamuis propter eorum debilem, ac iam puerilem ætatem non teneantur legibus illis valde oneroſis, tenebuntur tamen lege annuæ Confeſſionis, ac Communionis toto vitæ ſpatio, quo vſu rationis polleant, vt multi huius ætatis in hac noſtra ætate illo pellent, vt nos experientia docet.

Verum eſt, quod ſi dicti octogenarij omnino ſint rationis expertes, ſicut ſunt infantuli, aut omnino amentes; tunc non ligabuntur hoc, aut aliquo alio præcepto. Sed cum id ſit per accidens (quomodo etiam viris triginta annorum poteſt contingere, ſi propter aliquam infirmitatem vndequaque rationis expertes fiant) non ideo abſolutè aſſerendum eſt, octogenarios non ligari lege annuæ Confeſſionis, & communionis: nam ſic improbabile eſt dictum.

Nec ſententiam huius Doctoris docet Hoſtienſ. *loc. cit.* ſed potiùs expreſsè noſtram his verbis. Item confitendum eſt tempore pueritiæ, vt nos *ſuprà eod. §. proximo, ſub §. Cui pueri.* Item & tempore ſenectutis: in quo caſu, ſi eſt in ætate decrepita, ſcilicet vltra ſenium iam proceſſit, puta poſt 80. annos, alleuiari debet ieiuniis, & grauari orationibus. *Et ſuprà:* Quid ſi ſit ita ſenex, quod omni diſcretione careat? Dic ſicut de pupillo, & furioſo, vt notat *ſuprà eo §. prox. ſub §. Cui pueri*, vbi dicit, quod ſi pueri non ſint doli capaces, non teneantur confiteri. Quia tales furioſis comparantur, cum eorum ætas quid videat, ignoret. Sic Hoſtienſ. Vnde ſi hoc idem vult docere Narbona (vt à me conſultus eius frater Doctiſſimus Dominus (& certè meus) D. Ioannes Narbona I. C. in hac Complutenſi Academia Doctor, virtute pius, pietate clarus, necnon in Magiſtrali Sanctorum Martyrum Iuſti, & Paſtoris Eccleſia Canonicus, reſpondit) certiſſima eſt, & non ſolum probabilis (vt ipſe ait) eius ſententia; & debet modificare hanc propoſitionem, nempe *Octogenarij ſenes non ligantur præcepto annuæ Confeſſionis, & Communionis*, quam in Summario *q. 4. citata*, & *in Indice, verbo Octogenarij*, habet.

Quæstio XXX.

An teneatur praecepto annuæ Confeſſionis, qui tantùm habet peccata interna?

NEgat Margarita Confeſſorum *v. Confeſſio, fol. mihi* 44. vbi ſic ait: Si quis haberet ſolùm peccata cordis, videtur quod poſſit differre Confeſſionem vſque ad mortis periculum, cum de illis Papa nihil habeat iudicare, tamen quia ſemel in anno eſt præceptum communicare, quod dignè fieri non poteſt ſine Confeſſione, etiam de peccato interiori tenetur talis infra annum confiteri. Item quia confeſſio non poteſt diuidi, ſi cum peccato interiori habet exterius, de quo poteſt Eccleſia præcipere, tenetur indirectè cum illo de interiori confiteri. Sic Author, cuius verba volui hîc ad vnguem ponere, ne ampliùs dubitet quis cum Suario de ſententia hac, aut fundamento illius. Negant etiam Gloſſa ex Bartol. *c. ſi cui, de pœnit. diſt.* 1. & P. Oxomenſ. apud Martinum de Frias *in ſum. c. 3. fol.* 43. & fauet ſatis Palud. *in 4. diſt. 17. quæſt. 2. art.* 5. quatenus docet; quod ſaltem directè, non teneatur quis ad confitenda peccata interna, ex præcepto Papæ, & Eccleſiæ.

Sed certiſſime reſpondeo, teneri omnino tali præcepto, & obligari: quod clarè colligitur ex dicto *c. Omnis*, & conſtat ex vſu, & conſenſu totius Eccleſiæ hoc modo dictum præceptum intelligentis, & videtur definitum in Trident. *ſeſſ. 4. can. 7. & cap. 5.* vbi ſic habetur: *Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorum poſt diligentem ſui diſcuſſionem conſcientiam habent, in confeſſione recenſeri, etiã ſi occultiſſima illa ſint.* Sic Concilium, & ſic Nauar. *in c. Fratres, de Pœnit. diſt. 5. n.* 59. Suarez *diſput.* 36. *ſect. 2. n.* 2. Frias *loc. cit.* Qui contrariam ſententiam plus quàm temerariam, aut erroneam meritò appellant: Bonacina *diſput. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 4. n.* 9. Vaſquez, Henriquez, Reginald. Valentia, Ægidius, Filliucius, & Molſeſius apud ipſum, & Petrus de Ledeſma *loc. cit. poſt concl.* 6. dicens, eſſe ſententiam certiſſimam, & omnium Theologorum, & Iuriſtarum.

Quæstio XXXI.

An qui tantùm habet peccata venialia, teneatur ſub mortali, ex vi hujus praecepti, aliqua ſemel in anno confiteri?

AFfirmant D. Bonau. *in 4. diſtinct. 17. p. 2. art. 2. q.* 1. Alenſis 4. *part. q.* 18. *memb. 4. art.* 2. Ricard. *diſt. 17. art. 2. q.* 4. Innocent. etiam, & Supplem. apud Margaritam Confeſſ. *fol.* 52. & etiam affirmat Nugnus *in add. q. 6. art. 3. dub. 2. pag. 387. verſ. in hac quodlibetica quæſtione.* Vnde malè citatur à Candido, & Bonacina (*vbi infrà*) pro oppoſita parte. Affirmat etiam Thom. Hurtad. *tom. 2. tract.* 12. *c.* 1. *§.* 2. *dub.* 11. *num.* 2106. Quia præceptum (*inquit*) Eccleſiæ non eſt, quod quia confiteatur venialia, ſed quod ſemel in anno confiteatur, ſicut præcipit, quod ſuſcipiat Eucharistiam.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Primò, quia hoc præceptum tantùm eſt determinatio præcepti diuini, vt ſuprà eſt habitum: at ex præcepto diuino ſolùm tenetur confiteri, qui habet aliquod mortale: ergo. Secundò, quia nullo humano præcepto poteſt quis obligari ſub mortali ad confeſſionem venialium, vt ſtatim dicemus: ergo. Sic D. Thom. *diſt.* 17. *quæſt. 3. art. 1. q. 3. ad* 3. Scotus, Palud. Gabr. Angel. Caiet. Maior, & alij, quos citat, & ſequitur Vaſquez *q. 90. art. 2. dub. 2. num.* 1. Nauarrus, Corduba, Soto, & Gloſſa, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp. 36. ſect. 2. n* 5. Granado *tract. 1. diſp. 9. ſeſſ. 3. n.* 9. Becanus *c.* 36. *quæſt.* 6.

q.6.Hurtado *diſp.7.diff* 7. Fagundez *præcept.2.lib.1.c.2.n.8. & lib.1.c.1.n.4.& c.2 n.7. & ſeq.* Petrus de Ledeſma *c.8. de Pœnit.concluſ.6.dub.1.pag.mihi* 376. Diana *3.p.tr.4.reſ.*126. Ludouicus *q.7.art.5. diff.2. pag.*296. Lugo *diſp.15.n.*133. Molfeſius *tr.7. c.*10. *n.*21.Vega *1.p.ſumma,c.*36.*caſu* 83. Reginald.*n.*44. Archangel.*diſt.*17.*pag.*188 Candidus *diſq.24.art.5. dub.1.pag.*11.Bonac.*loc.cit.n.*8.Villalobos *loc.cit.n.*4. & communis, quam ſequitur Palans *tom.4.tract.*23. *punct.*20.*n.*5.

Qvæstio XXXII.

An ſaltem teneatur ſub mortali confiteri venialia, qui habet mortalia, quæ ex iuſta aliqua cauſa non debet aperire Confeſſario?

AFfirmant à fortiori Alenſ. D.Bonau.Rieard.& alij *quæſt.præced.cit.*& Nugn. *q.6.diff.1.pag.mihi* 397. Granado *tr.9.diſp.5.n.23.pag.*1251.

Sed probabiliùs reſpondeo,nec io hoc caſu teneri, ex vi ſaltem præcepti diuini, vel Eccleſiaſtici confeſſionis. Quia nullum extat præceptum obligans fideles in communi ad confitenda venialia. Sic Suarez *diſp.36.ſect. 6. n.*1. quem ſequitur Diana *3.p. tr.4. reſol.*125.Lugo *n.*175.*loc.cit.*& alij.

Qvæstio XXXIII.

An ſaltem teneatur ſub veniali ex præcepto Eccleſiæ confiteri aliqua venialia, qui mortali peccato caret: aut ſi illo non caret, non poteſt aperire illud?

REſpondeo nec ſub veniali teneti,quia nec Chriſtus Dominus in præcepto diuino Confeſſionis, nec Eccleſia in ſuo humano voluerunt obligate fideles ad confeſſionem venialium ſub aliquo veniali, cùm multis aliis modis remitti poſſiut. Sic Angel. *Confeſſio* 2.*n.*27. & Scot. *diſt.17. q.1.* quos citat, & ſequitur Fagundez *præcept.2.lib.2.c.2.n.9.* Archangel.*diſt.17.pag.*188.& 189.& communis.

Qvæstio XXXIV.

An ſaltem in dicto caſu teneatur pœnitens ex vi dicti præcepti, ad comparendum coram proprio Sacerdote,& illi dicere,ſe non habere conſcientiam peccati mortalis?

AFfirmant Suarez *diſp.36.ſect.2. n.*9. Fagundez *præc.2.lib.1.cap.2.num.9.& lib.2.cap.1. num.*4. Lublinus *verb.Confeſſio,n.*2. Scotus, & Sotus apud Vaſquez *quæſt.90.art.2.dub.2.n.*18. Alex.de Ales 4. *part. quæſt.77. memb.*1. apud Pettum de Ledeſma & apud Thomam de Ieſu *in Tribun.Conſc.de Confeſſ. cap.8.pag.*129.Summa Confeſſ. *fol.mihi* 52. imò & D.Thomas *in addit. quæſt.6. art.3. ad* 3. Viuald. *de Confeſſ.n.51.verſ.Tertia concluſio.*Hentiquez *lib.1. de Pœnitentia, c.15.n.3.* Vega 1. *part. cap.63. caſu* 84. Bartholom. de Ledeſma, & Graſſius penes ipſum,& Palaus *loco citato.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, ex vi ſaltem præcepti confeſſionis, quia ſi comparere debetet,maximè ad hoc, ut potiùs Sacerdos cognoſceret vultum ſui pecoris: at pœnitentis vultus non debet cognoſci à Sacerdote,niſi in judicio confeſſionis: ergo ex quo ſemel ceſſat obligatio hujus judicii,ceſſat obligatio ſic comparendi. Verum eſt quod ratione ſcandali ſedandi,ſi ortum eſt ex eo quod quis non confiteatur, poſſet fortè aliquando contingere talis obligatio comparendi,ſed non ratione præcepti confeſſionis. Sic Vaſquez *loc.cit.* Hurtado *diſp* 7. *diff.*7. Thomas à Ieſu *loc.cit.* Bonacina *de Pœnit.c.36. concluſ.6.n.4.*P.de Ledeſma *c.8.de Pœnit concl.6.dub.2. pag mihi* 376. Ludovicus de S. Iuan *q.3. de Pœnit. art.5.diff.5.pag.*397.(ubi attente eſt legendus,propter errorem Typographi) Archangel *loc.cit.* Lugo *diſp.15. n.*133. & Bonacina *loc cit. n.*8. & pro hac parte citat Vega *ubi ſuprà* Victoriam *de Sacr. n.*129. & Sotum *in 4.diſt.18.q.1.art.3.pag.*749.

Qvæstio XXXV.

An teneatur confiteri venialia, ſi mortalibus caret, qui vult comparare Iubileum, quando in illo requiritur Confeſſio?

AFfirmant Sotus *in 4.diſt.21.q.2 art.*3.Sanchez *lib.8.de Matrim.diſp.15.n.*19. Vivald *de Confeſſ.n.*53 Corduba *lib.5.quæſt.*28 quos omnes citat, & ſequitur Fagundez *præc.2.lib.2.cap.1.num* 21. qui omnes (ait Fagundez *num.* 20.) dicunt tutius eſſe confeſſionem præmittere, ſaltem alicuius venialis, licèt non omnium, aut ſaltem omnium in generali, nullum in particulari explicando, dicendo ſcilicet Confeſſario: Conſcientiam mortalis non habeo,in multis tamen venialibus deliqui,& ideo peto abſolutionem,quia illorum me pœnitet Sic ille.Eandem ſententiam tenent Rodrig. *in ſum. verb. Iubileo, num.*12. Philippus de Cruce *in Theſaur. Eccleſiæ, tr. de Iubileo,§.20 num.2.fol.*146.& apud ipſum Caiet. Navarr.&Villalobos.Tenet etiam Granados 5.*tomo, controverſ.12.tract.de Indulgentiis,diſp.4. num.6.pag.*1472 & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, quia cùm ſit in ſtatu gratiæ, nec habeat materiam neceſſariam ad confeſſionem, non obligabitur pro comparando Iubileo ad illam. Sic Henriquez *lib.7.cap.8.num.*10. *& cap.12. n.2. ubi littera* C, citat pro hac ſententia Navatrum *§.in Levitico,notab.18.n.18. & notab.50. num.6.* & meritò, docet enim illam iſtis verbis. Secundò dico,quodquamvis indultum dicat de plenaria remiſſione omnium peccatorum, de quibus eſt ore confeſſus, & corde contritus; tamen non tenemur confiteri de aliis antea confeſſis,nec de venialibus,ut latè per multa concludit D. Antoninus *ubi ſuprà*,§.5. & omnes probant, ſicut & ſuprà *notab.*18. diximus. Sic Nauartus: malè ergo illum citat Philippus pro ſua ſententia. Sic etiam Suarez *diſp.52.ſect.3.num.*5. Ægidius, Beja, Filliucius, Zanardus, Graſſius, Reginaldus, Comitolus, & Benzonius, quos citat, & ſequitur Diana *3.part.tract.4.reſolut.*126. & *5.part. tract.12.reſolut.*30.de quo nos etiam *infrà diſput. de Indulgentiis.*

Qvæstio XXXVI.

An Eccleſia præcipere poſsit Confeſsionem Sacramentalem de venialibus, ſaltem de aliquibus?

AFfirmant Vaſquez *q.90. art.2. dub.2. &* 3. & apud ipſum Caiet.Canus, & Nauarr. *in c.placuit, diſt 6.de Pœnit.n.*122. Suar. *diſp.12.ſect.8.n.*5. (licèt ſatis lubricè)& apud ipſum Alenſ. D.Thom. D.Bonau. & Ricard.Hurt.*diſp.7 diff.*8. & Layman *tr.6. c.*5. & id eſſe probabile ait, & defendit Lugo *diſp.15.n.*129. & tenet Candid. *diſq.24.art.4.dub.2. p.*11. & apud ipſum Azor.1. *p.lib.7. c.39. dub.*4. & Reginald. *lib.6.n.*47. Bauny *q.10. de Confeſſ.* etiam Diana *p.8.tr.1.reſol.*15.

Sed æquè probaliter reſpondeo: non poſſe, quia Eccleſia nequit inſtituere diſtinctum forum pœnitẽ-

tiæ, ac Chtiſtus Dominus inſtituit: ſed Chriſtus ioſtituit quod ſolùm mortalia ſubiiciantur tali foro neceſſariò: venialia verò noo neceſſariò, ſed ex voluotate confiteotis: ergo oon poterit Eccleſia aliter diſponere. Sic Sotus *diſt*.18.*q*.1. *art*. 3. & 4. & Palud. *diſt*. 17. *q*.2. *art*.4. & huic ſententiæ favere Sylveſtrum *v.Confeſſio* 1.*q*.14. Henricum Henriquez *lib*.4. *c*.4.*n*.1. & Rodrig. *qq.regul.tom*.1. *q*.62.*art*.1. ait Diana 3. *part.tr*.4. *reſ*.123. (qui nihil circa banc quæſtionem reſoluit.) Sed re vera Sylveſter omninò oppoſitum ſentit: imò & Henriquez, non *loco* à Diana *citato*, ſed *lib*.4. (vel 1.*de Pœnit.*) *cap*.15. *num*.3. Tenent tamen oostram ſententiam alii ſapientiſſimi Iuniores, & ex parte Ægid.*diſp*.5.*num*.59. & omnioo Archaog.*diſt*.17.*pag*.191.*col*.1. Quibus in re aſſentit Palaus *tom*.4.*tract*.23. *punct*.20.§.1. *num*.6. docens, non poſſe Eccleſiam directè legem fetre de confeſſione venialium.

Qvæstio XXXVII.

An qui in anno ſemel ſaltem confeſſus eſt peccata venialia, ſi poſtea ante finem anni committat aliquod mortale, teneatur confiteri intra illum annum dictum peccatum mortale?

NEgant omnes qui aſſerunt confeſſione venialium ſatisfieri præcepto annuæ confeſſionis, ut Ricard. Alenſ. Bonav. & Nugnus *suprà cit.* quibus addo Ochagav.*tract*.2.*de confeſſ*.*q*.9. apud Dianam 4. *part.tract*.4.*reſ*.206. & apud Hurtadum.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri, quia ut *suprà* eſt habitum, per confeſſionem venialium non ſatisfit præcepto annuæ confeſſionis, cùm hoc ſolum præcipiat confeſſionem mortalium. Sic Becanus *cap*. 36.*de Pœnit*.*q*.9.*num*.4. Diana *loc.cit*. & apud ipſum Maderus, & Hurtado *diſp*.7. *diff*.11. Quibus addo Suarium *diſp*.36.*sect*.3.*num*.9.*fine*, & Luyſium Turrian. ſtatim *citand*. Lugum *diſp*.15.*n*.162. & 163. (& *n*.173. addit, idem dicendum eſſe de illo qui habens peccatum aliquod morrale, cujus nõ recordatur, confitetur ſola venialia, nempe quod teneatur poſtea dum recordatur, illud eodem anno confiteri.) vaſquium, Zerolam, & Reginaldum, quos citat etiam & ſequitur Bonacina *loc. cit*.*n*.33. Palaum *punct*.20. *cit*.§.3. *n*.1. Layman *lib*.5. *tract*.6.*c*.5.*n*.10. & Balſeum *v. confeſſio ſacram*.1.*num*.18.

Qvæstio XXXVIII.

An etiam qui intra annum confeſſus eſt ſua mortalia, teneatur poſtea in Quadrageſima confiteri, ſi tunc conſcientiam novi peccati mortalis habeat?

AFfirmat Madetus apud Dianam *loc. cit.* cui ego addo Suarium *loc.cit.n*.9.& 10.& Henriq.*lib*.4. *c*.4.*n*.2.& 6.& ratio eſt, quia præceptum Eccleſiæ eſt de confeſſione facienda ſemel in anno omnium mortalium quæ eo anoo fuerint commiſſa: ergo.

Sed probabiliùs reſpoodeo: non teneri ex vi præcepti annuæ confeſſionis, quia jam ſemel confeſſus eſt omnia mortalia, quæ tempore confeſſionis habuit & conſequenter implevit præceptum annuæ confeſſionis. Teneretur tamen (ſed divino præcepto) ſi ſacramEuchariſtiam vellet recipete; quod ſi nollet, peccaret quidem contta præceptum communicandi in Paſchate, non autem contra præceptum annuæ confeſſionis. Sic Gaſp. Hurtado, & Diana *locis cit*. Vaſquez, quem citat, & ſequitur Luyſius de Pœnit. *diſp*. 21.*dub*.2. Reginaldus *lib*.3.*n*.38. Archang.*diſt*.17. *pag*.189.*coll*.2. Victor. *n*.137.& Ledeſma 2.*part*.4. *q*.6.*art*.5. Lugo *loc.cit.num*.154.*vbi num*.169. addit idem aſſerendum eſſe in caſu, quo aliquis ſæpè in hoc anno confeſſus eſſet venialia, & etiam aliquod mortale dubium: quod ſcilicet non teneatur ille poſtea in Quadrageſima confiteri, etiamſi incidat in aliquod mortale certum; ſentiunt etiam nobiſcum Ægidius, Layman, & alij, quos ſequitur Palaus *punct*. 20.*cit*.§.3. *n*.3. vbi ad argumentum contrariorum bene negat, præceptum eſſe de Confeſſione facienda eo anno, omnium peccatorum, quæ eo anoo fuerint commiſſa, ſed omnium peccatorum, quæ ad validam confeſſionem faciendam fateri neceſſarium fuerit.

Qvæstio XXXIX.

An præceptum annuæ confeſsionis obliget per ſe pro determinata parte anni, v.g. in Quadrageſima, aut in Paſcha?

AFfirmant P.Soto *lect*.5.*de confeſſione*, Megala 1. *p.lib*.5.*c*.3.*n*.3. & etiam P. Suar. *diſp*.36.*sect*.3. *n*.9. 10.& 11. vnde immeritò dicit Diana 3. *p.tr*.4. *reſ*.81. malè pro hac ſententia citari à Paulo Layman; nam pro illa etiam citatur à Patre Granado *controu*.7.*tr*.1.*diſp*.9.*sect*.4.*n*.14. Affirmat etiam Medina *C.de Confeſſ*.*q*.18.& alij docentes: obligare pro Quadrageſima à Dominica ſcilicet Palmaram, vſque ad Dominicam in Albis, qoia hæc eſt conſuetudo omnium fidelium, vt peccata ſua coofeſſione circa Paſcha expient; ergo talis conſuetodo inſtar legis eſt habenda, vt nouiſſimè etiam tenent Fagundez *de præcept*.2. *Eccleſ.lib*.1.*c*.3.*n*.6. Machado 1.*p.ſum.lib*.2. *tr*.5.*docum*.1.*n*.5.& Baſſæus, *confeſſ.ſacram*.1.*n*.9.

Sed probabiliùs reſpondeo: nullo modo obligare per ſe, pro determinata parte anni, ideoque ſatisfieri poſſe tali præcepto confeſſione facta in qualibet anni parte. Quia caput *Omnis, cit.* non limitauit tempus confeſſionis ad aliquam pattem anoi: Si ergo quis confeſſionem fecit intta annum, noo tenebitur poſtea in Quadrageſima ex vi huius præcepti confiteri. Sic Soto *diſtinct*.18. *q*.1. *art*.4. Victoria *num*.137. Canus *in relect*. *p*.5. *de Pœnitent*. Nugnus *in addit*. *q*.6. *artic*.5. *difficult*.4. Henriqoez, Valentia, Reginald. Ægidius, Zerola, Vaſquez, Syluius, Azor, Layman, & Hurtado, quos citat, & ſequitur Diana 2. *p.tr*.17.& 3.*Miſcell.reſol*.54.& 3.*p.tr*.4.*reſ*.81. (qui tamen ipſe, & Hurtado non benè citant pro hac ſententia Suarium, vt vidimus) P.Graoados *loco citato*, & apud ipſum, Graffius & Petrus de Ledeſma, & Ludouicus *q*.5.*art*.6.*dub*.4.*pag*.398. Bonacina *loco citato*, *n*. 20. & (apud ipſum) Sylueſter, Valentia, Molfeſius *tr*.7.*c*.10.*n*.23. Vaſquez, Megala, Nauarrus, & alij penes ipſum, Archangelus *loc.cit*. & commuois, quam tuetur Baunius *tom*.1.*tract*.4.*de Pœnit.quæſt*.7. *de confeſſione*, *pag*.121. qui ad argumentum oppoſitæ partis reſpondet, verum eſſe, quod fideles ſoleant circa Paſcha confiteri; boc tamen non facere ex præcepto vllo, aut conſuetudioe ad id obligante, ſed quia hoc tempus eſt commodius ad ſatisfaciendum Eccleſiæ præcepto communionis, ad quam confeſſio eſt via.

Qvæstio XL.

An pro impletione præcepti annuæ confeſsionis computandus ſit annus à Ianuario in Ianuarium?

AFfirmant Vaſquez *q*.30. *art*.3.*dub*.1. Ochagauia *tract*.2.*q*.9. *diſp*.7. *diff*. 10. Becanus *cap*.36. *de Pœnitentia*, *quæſt*.8. *num*.3. Lugo *diſput*. 13. *num*. 157. & Diana 2.*part*. *tract*.17. *reſol*. 54. & 3.*part*. *tract*.

*tract.4.reſolut.*81.& *4.part.tract.4. reſolut.*106. Alij verò negant computari debere; ſed à die vltimæ confeſſionis. Ita tenent Dominicus Sotus *diſt.*18. *quæſt.*1.*art.*4.Granados *loco citato* , *num.*16. & apud ipſum Henriquez, & Graffius, & ita ſecundùm hos Authores, qui confeſſus eſt die octaua Septembris, optimè poteſt per ſe differre ſequentem confeſſionem vſque in diem octauam Septembris ſequentis anni,ſed non vltrà.

Sed probabiliùs reſpondeo, computari debere ab vno Paſchate vſque ad alterum,vel à Quadrageſima in Quadrageſimam. Primò, quia ita communiter ab omnibus fidelibus computatur annus pro impletione huius præcepti. Secundò, quia id clarè colligitur ex Tridentino *ſeſſ.*14.*c.*5. vbi ſic habetur: *Vnde iam in vniuerſa Eccleſia, cum ingenti animarum fidelium fructu obſeruatur mos ille ſalutaris confitendi ſacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadrageſima: quem morem hæc ſancta Synodus maximè probat,& amplectitur tanquam pium, & meritò retinendum.* Sic ibi, & *can.*8. Et ita tenent Suarez *diſp.*36. *ſect.*3. Filliucius *tract.*7. *cap.*3. Layman *tract.*6. *cap.*5. Sà *verb.Confeſſio,num.*4. Mercerus *de Sacramentis,quæſt.*6.*artic.*3. *num.*3. Fagundez *præcept.*2.*lib.*1.*c.*4.*n.*18. Bonacina *diſp.*5. *q.*5.*ſect.*2.*punct.*4. *n.*19. & apud ipſum Ægidius *diſp.*5.*dub.*6.*concl.*2.*num.*56. Reginaldos *lib.*6. *n.*35.& 37. Nugnus,Syluester,& Azorius.His addit Palaus Nauarrum *c.*21. *n.*45. Sotum *in* 4. *diſt.*18. *q.*1.*art.*4.Medinam *de Confeſſ.q.*14.Victoriam *n.*147. & Henriquez *lib.*4.*c.*4.*n.*1.ipſe verò Palaus *punct.*20. *cit.*§.2.*n.*10. ſolùm ait, ſententiam Vaſquij, ſpectato iure,& ratione naturali,ſecloſa authoritate,probabiliorem,& veriorem eſſe.Nota quod Sotus meliùs citatur à Granado pro ſe quàm à Palao pro nobis.Lege illum *loco cit.concl.*1.Henriquez verò melius citatur à Palao,quàm à Granado,vide illũ *loc.cit.in marg.lit.F.*

QVÆSTIO XLI.

An qui ex aliqua cauſa iuſta, vel iniuſta non eſt confeſſus per annum integrum, teneatur confiteri in initio ſequentis anni?

NEgant D.Antoninus *3.p.tit.*9.*c.*9. Syluest. *verb. Euchariſtia* 3.*q.*15. Cano apud Nugnum *in addit.q.*6.*art.*5.*diff.*5.*pag.*391.Tabiena *verb.Communicare, n.*10. Megala *in* 1.*p.lib.*5.*c.*3.*n.*3. & alij exiſtimantes, eum qui ob aliquam cauſam non impleuit debito tempore annualis confeſſionis præceptum, non teneri amplius confiteri vſque ad ſequentem, Quadrageſimam, vel finem anni ſequentis. Citant etiam Diana (*reſ.*130.*citanda*)& Molfeſius *vbi infrà*, pro hac ſententia Valentiam 4.*tom.diſp.*6.(per errorem 7.) *q.*8.*punct.*4.*verſ. Quartum eſt*, ſed malè (vt ſtatim videbimus.) Ratio pro hac parte eſſe poteſt, quia ſi tranſacto anno adhuc permaneret obligatio confitendi, bis teneretur quis eodem anno confiteri, ſemel vt ſatisfaciat obligationi anni præteriti, & ſemel obligationi anni præſentis,quod praxi receptum non eſt: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri ad confeſſionem,cùm primùm commodè poſſit. Quia ex conſuetudine Eccleſiæ conſtat,adhuc tranſacto anno omnes ad confeſſionem teneri; cùm illos ad illam faciendam Eccleſia cenſuris obliget. Sic Nauarrus *c.*21. *num.*45. Victor *n.*147.Medina *C.de Confeſſ.quæſt.*14. Nugnus *in addit. q.*6.*art.*5. *diff.*6. Suarez *diſput.*36. *ſect.*4.*n.*2.Vaſquez *q.*90.*art.*3.*dub.*2.Ægidius *diſp.*5. *n.*63.Henriquez *lib.*1.*de Pœnit.c.*4.*n.*6.Luyſius Turrianus *diſp.*21.*dub.*3.Nugnus *loc.cit.* Ludouicus *q.*5. *art.*6.*dub.*9.Lugo *diſp.*15.*num.*177.Fagundez *loc.cit. n.*16 Layman *tr.*6.*c.*5.*n.*8.Villalobos *tr.*9.*diffic.* 28. Hurtado *diſp.*7.*diff.*12. Diana *3.p.tr.*4. *reſol.*130. & 135.& 4.*p.tr.*4.*reſol.*206. Becanus *c.*36.*cit.q.*8.*n.*5. Bonacina *ſtatim citandus*, & Valentia *loco cit. verſ & quoniam*,vbi tantùm dicit,opinionem contrariam eſſe probabilem; noſtram tamen expreſsè docet ibi, & expreſſiùs *diſp.*7.*q.*9. *de Confeſſione,punct* 4. per hæc verba: Tertiò notandum, quod ſi quis vltra anni ſpatium confeſſionem differat, teneri illum ex vi illius ſtatuti quamprimùm eam facere, nec licere ad alterum annum differre, ac proinde neque poſſe niſi ſtatim confeſſionem prætermiſſam faciat (ſi habeat Confeſſarij copiam)legitimam habere contritionem per quam ſine confeſſione conſequatur gratiam. Ita, & rectè notat Sotus *diſt.*18. *q.*1.*art.*2. & Ioan.Medina *diſtinct.cit.q.*54 *de Confeſſione*,§.4. contra Antoninum *3.p.tit.*14.*c.*19. §.3. licèt contrarium quoque ſit probabile,vt *ſup.diſp.*6.*q.*8.*p.*4. diximus. Sic Valentia,Quid expreſſius.(Sic etiam Molfeſius *tr.*7. *c.*10.*n.*32.& Reginaldus *lib.*6.*n.*37.Sic rurſus Diana *p.*8.*tr.*7.*reſol.*80. Palaus *tom.*4.*tr.*21. *punct.* 20. §.2. *n.*13. Baſſæus *confeſſio* 1.*cit. n.*15. & Fagundez *præcept.*2.*Eccleſ.lib.*1.*c.*4.

QVÆSTIO XLII.

An omittens per integrum annum confeſſionem, toties mortaliter peccet, quoties oblatâ confitendi opportunitate, non confitetur?

NEgant omninò DD. nuper *citati*, cùm aſſerant, eum qui in Paſchate confeſſionem non fecit, non teneri poſtea ampliùs confiteri.

Affirmat verò è contra Bonacina *diſp.*5.*de Sacram. q.*5.*ſect.*2.*punct.*4. *n.*30. (& innuit Hurtado *diſp.*7. *difficult.* 12.) aſſerens: toties peccare, quoties non confitetur.

Sed probabiliùs reſpondeo: quod licèt in eo caſu non toties de nouo peccet pœnitens,quoties confeſſionem omittit,augeat tamen peccatum,& tantò ampliùs,quantò confeſſionem differt.Vnde qui tempore Paſchali confeſſionem omiſit, ſat illi erit, ſi poſtea confiteatur tempus, à quo non eſt confeſſus peccata ſua. Sic contra præfatos Authores ſentiunt Molfeſ. *tom.*1.*tr.*7.*c.*10.*n.*37. Layman *tr.*6.*c.*5.*n.*8. Nugnus *in addit.q.*6.*art.*5.*diff.*5. Villalobos *tr.*9.*diff.*20.*n.*8. Diana *3.p.tr.*4.*reſol.*135.Valentia *loc.cit.*& alij.

QVÆSTIO XLIII.

An qui non eſt confeſſus in articulo mortis, vel quia noluit, vel quia non potuit, teneatur eo articulo elapſo quamprimùm confiteri?

AFfirmat Henriquez *lib.*1.*de Pœnit.c.*4.*n.*5.& *in Marg.lit.C.*

Sed probabiliùs reſpondeo:non teneri,propter rationes aſſignatas *ſupr.q.*11.Sic Bonac.*diſp.*5.*de Sacr. q.*5.*ſect.*2.*punct.*4.*n.*18 Hurtado *diſp.*7.*diff.*12.Diana *3.p.tr.*4.*reſol.*130. & Palaus,& Baſſæus *locis citatis.*

QVÆSTIO XLIV.

An qui ob aliquam cauſam diſtulit confeſſionem præſentis anni,in principium anni ſequentis, poſſit vna, & eadem confeſſione præcepto vtriuſque anni ſatisfacere?

NEgant Suarez *diſp.*36.*ſect.*4.*num.*5. Nugnos *in addit. q.*6 *art.*5.*diff.*5.*pag.*393. Ægidius *diſp.*5. *dub.*8.& Bonacina *loco citato,num.* 31. & apud ipſum Filliucius

Filliucius *tract.7.c.3.n.56.* Becanus *c.36.q.8.concl.5.* & penes hunc Medina C. *de Confeſſ.quæſt.*14. Sotus *in 4.diſt.*10.*q.*1.*art.*4. & Navarrus *cap.*21. *num.*45. necnon Baſſeus *loc.cit.n.*16. & Syluius 3.*part.q.*80. *art.*11.*q.*4. Ratio eorum eſt, quia Confeſſio, quæ fit initio ſequentis anni, ſolùm fit in ſatisfactionem anni præcedentis; ſupereſt ergo, vt obligationi præſentis anni ſatisfiat.

Sed probabiliter reſpondeo: poſſe, ita vt in illo anno ampliùs confiteri non teneatur, ſi in ea confeſſione aliquod mortale illius anni ſequentis confiteatur. Quia rectè poteſt vnico, & eodem actu fieri ſatis duplici occurrenti obligationi. Sic Gaſpar Hurtado *diſp.7.diff.*12. Diana 4.*p.tr.*4.*reſ.*206. Lugo *diſp.*15. *n.*180. & 181. & probabile reputat Suarez *loco cit.* & Diana *p.6.tr.7.reſ.*80. & Palaus *punct.*20.*cit.§.*2. *n.*15. ubi ita ait: Si initio anni ſequentis omnia tua peccata, tam præcedenti, quam præſenti anno commiſſa fatearis, tametſi eo anno nullam aliam confeſſionem feceris, præceptum latum de confeſſione ſemel in anno facienda, eo anno non tranſgredieris, ſiquidem eo anno ſemel confeſſus es. Sic Palaus.

QVÆSTIO XLV.

An qui in Confeſſione annua inculpabiliter omiſit aliquod mortale, teneatur confiteri illud, cùm primùm poſsit?

AFfirmant Martinus de Ledeſma apud Suarez, & Medina *in ſua Summ. lib.2.c.*14.*§.*41. caſu quo peccati omiſſi recordetur, & poſſit confiteri intra eundem annum: ſecus verò (inquiunt) ſi recordetur poſt tranſactum annum, quia tunc iam non tenebitur confiteri. Affirmat etiam Sotus *in 4.diſt.8. quæſt.*1. *art.*5. ante ſolutionem quarti argumenti, loquendo de illo, qui propter iuſtam cauſam, dictis aliis mortalibus, tacuit aliquod mortale: dicit enim tunc teneri illud peccatum, cum primum opportunè poſſit, confiteri.

Sed probabiliùs reſpondeo, qui inculpabiliter, aut abſque graui culpa, aut denique ex iuſta aliqua cauſa omiſit, aut oblitus fuit confiteri aliquod mortale, non tenetur ſtatim confiteri, ſed poteſt illud differre vſque ad alium annum, niſi priùs ratione periculi mortis, aut Euchariſtiæ ſuſcipiendæ oporteat confiteri; ſecus eſt dicendum, ſi omiſſio, aut obliuio fuit mortaliter culpabilis, quia cum in hoc caſu eſſet nulla confeſſio, verè maneret pœnitens obligatus iterum confitendi, non ſolùm culpam, quam omiſit, vel oblitus fuit; ſed reliqua mortalia, vt omnes concedunt. Ratio eſt, quia huiuſmodi pœnitens verè confeſſus eſt, & conſecutus finem præcepti confeſſionis, nempe reconciliationem cum Deo: ergo adimpleuit præceptum Eccleſiaſticum annuæ confeſſionis: ergo donec annus elabatur, nõ tenetur iterum ratione huius præcepti confiteri. Sic ex parte etiam Sotus *diſt.*18. *q.*1.*art.*4 *pag.mihi* 854. vbi ad quæſtionem propoſitam per hæc verba reſpondet: Reſpõdetur enim, non teneri ſtatim vſque ad alium annum, niſi caſu mortis, vel ſumendæ Euchariſtiæ; nam poſtquam iſte ſemel confeſſus eſt, non ampliùs tenetur illo anno, ſecus ſi ex culpa ſua fuerit oblitus. Sic Sotus. Sic etiam Suar. *diſp.37.ſect.4.n.6.* Nugnus *in addit.q.6.art.5.diff.6.* Diana 3.*p.tract.4.reſ.*124. & apud ipſum Ioannes de Cruce, Victoria, Toletus, Fagundez, Syluius, Layman Villalobos, Filliucius, Nauarrus, Sylueſter, & Hurtado, quibus ego addo Granados *tract* 1.*de Pœnit.diſp.9.* *n.1.pag.*1119. Ludouicum *q.5.art.6.dub.5.pag.*398. Lugum *diſp.15.n.*165.& 167. Bonacin. *loc.cit.n.*32. Reginaldum *lib.6.n.*40. & communem, quam ſequitur Baſſæus *loco cit.n.*17.

QVÆSTIO XLVI.

An qui prævidet, ſe non habiturum copiam confeſſoris in toto anno ſequenti, teneatur ex vi præcepti anticipare confeſſionem, & illam facere in fine anni præſentis?

AFfirmant Suarez *diſp.36. ſect.5. n.5.* Fagundez *præcepto 3.lib.1.cap.6.n.3. & præcepto 2. lib.1. cap.4.num.*16. Hurtado *diſp.7.diffic.3.* Diana 3.*parte tract.4 reſol.*69. quibus addo Bonacinam *diſp.5.q.5. ſect.2. punct.4. num.*21. & apud ipſum Henriquez, Sylveſtrum, Tabienam, Reginaldum, Ægidium, Nuñum, Vaſquium, Pitigianum, Zetolam, Filliucium, & alios, & communem.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non teneri, quia tunc nondum obligat præceptum annuæ confeſſionis: ergo ex vi illius nemo poteſt teneri ad confeſſionem antequam obliget. Sic aliqui DD. *ſuprà q.*11. *citati*, & debebat hanc noſtram reſponſionem tueri Bonacina, ſiquidem *diſp.4.q.7. punct.2. num.*15. loquendo de præcepto annuæ communionis, eam amplectitur; nam ut benè Fagundez *loc.cit.* eadem profectò eſt vtriuſque præcepti ratio.

QVÆSTIO XLVII.

An ſaltem qui putat toto reliquo anno, aut tempore Paſchali defecturum ſibi Confeſſorem, teneatur ex vi præcepti anticipare Confeſſionem, hoc eſt confiteri in principio ejuſdem anni, aut ante Paſcha.

NEgant aliqui DD. quos ſuppreſſo nomine refert Ludovicus de S. Iuan *q.5. de Pœnitentia, art.6. dub.7.pag.*399. & indicat ſatis Sà *v.Confeſſ.n.5.* ubi ſic ait: Probabilis eſt illa ſententia, teneri ſtatim confiteri qui putat toto reliquo anno defuturum ſibi Confeſſorem. Per quæ verba probabiliorem eſſe contrariam ſententiam inſinuare videtur.

Sed longè probabiliùs reſpondeo teneri, quia huiuſmodi annuæ confeſſionis præceptum obligat in qualibet parte anni, *ut ſuprà q.*38. eſt habitum: ergo poteſt tunc adimpleri: ergo tenebitur qui putat fore impeditum toto anno reliquo, aut in Paſchate. Sic Navarrus, Suarez, Fagundez, Ludovicus, Diana, & alii *ſuprà citati*, & Lugo *diſp.15.n.*182. Villalobos *difficult.28. citata, n.9.* Baſſæus *n.*10. Pureanus, Sylvius, Bonacina, & Filliucius apud ipſum. Palaus *tract.23. punct.20.§.2.n.*11. dicens eſſe communem omnium ſententiam.

QVÆSTIO XLVIII.

An ex vi Clement. 1. Ne in agro, *non ſolùm Monachi Benedictini, ſed etiam alii omnes Religioſi, & Moniales teneantur ſemel ſingulis menſibus ad Confeſſionem accedere?*

AFfirmat Navar. *in Man.cap.2. num.9.* per hæc verba: Religioſus autem S. Benedicti, & alii ſaltem de honeſtate duodecies in anno, ſemel ſcilicet ſingulis menſibus, ad confeſſionem adſtringuntur: Clement. *Ne in agro, §. Sanè*, juncta gloſſ. *de ſtatu Mon. Omnes item Sanctimoniales, c.10 ſeſſ.25. de reg. & monial. Concil. Trident.* Sic Navar. Malè ergo citatur à Hieronymo Llamas, & à Ludovico pro oppoſita ſententia. Affirmant etiam cum Navarro Henriquez *lib.1.de Pœnit.c.4.n.*10. Ludovicus *q.9.de Pœnit.art.1.diffic.1.pag.*504.& *dub.2. pag.*506. Villalobos *tr.9.diff.28.n.5.* Llamas 2.*part.meth.c.3.§.4.* Granad. *tr.1.diſp.9.n.21.pag.*1122. & alii apud ipſos.

Sed

Sed probabiliùs teſpondeo, nullo modo obligari alios Religioſos præter Benedictinos, ex vi dictæ conſtitutionis ad confeſſionem menſtruam, quia odia ſunt reſtringenda, *Regul. jur. 6.* ergo cum hoc ſtatutum ſit graviſſimum, reſtringi tantùm debet ad Monachos nigros, de quibus loquitur. Sic Vivaldus *de Confeſſione, num. 51.* Fagundez *præcept. 2. lib. 2. cap. 2. num. 18.* ubi dicunt, poſt Concilium Tridentinum eſſe noſtram reſponſionem certam: cùm *ſeſſ. 25. de regul. cap. 10.* habens præ oculis prædictam Clementinam, tantùm afferat id conſulendum, & monendum. Sed malè præfati Authotes citant Navarrum *c. 21. n. 59.* dicentem: Moniales ſub mortali ad confeſſionem dictam teneri, quia profectò nullo modo hoc affirmat ibi, cum ſolùm hæc verba proferat. Decimo-tertiò peccat Monachus S. Benedicti qui non communicat ſemel in menſe. Clem. *Ne in agro, §. Sanè de ſtat. Monach.* & Monialis cujuſvis Ordinis quæ idem non fecerit. Concilium Trident. *ſeſſ. 25. c. 10. de regul.* Sic Navarrus, ubi tantum loquitur de communione menſtrua.

QVÆSTIO XLIX.

An dicti Monachi non habentes niſi venialia, teneantur ex vi tulis Clem. *ad Confeſſionem menſtruam ſub peccato mortali?*

Affirmant Canus *de Pœnitent parte 1.* Caietanus *tom. 1. opuſc. 5. q. 1.* Suarez *diſput. 30. ſect. 5.* Vaſquez *q. 90. art. 2. dub. 3.* Henriquez *lib. 1. de Pœnit. cap. 4. num. 10.* Layman *tract. 6. c. 5.* Hurtado *diſp. 7. diffic. 8.* & apud ipſos Navarrus *in cap. Placuit, n. 110. & 122.* Granados *loc. cit.* Luyſius *diſp. 11. de Pœnit. dub. 3.* Nugnus *in additionib q. 6. art. 5. diff 7. pag. 394.* Reginaldus *lib. 6. num. 106.*

Sed probabiliùs reſpondeo: nullo modo obligari ex vi dictæ Clementinæ; nam (ut bene gloſſa *v. Menſibus, in dicta Clement.*) Monachi arctantur ſingulis menſibus, ad quod fideles arctantur ſingulis annis: at nullus fidelium tenetur venialia quulibet anno confiteri: ergo nec Monachi ſingulis menſibus. Sic Sotus *diſt. 18. q. 1. art. 3.* Paludanus *diſt. 17. q. 2. art. 4.* Scotus, Gabriel, & Ledeſma, quos citat, & ſequitur Vivaldus *de Confeſſione, n. 52.* Fagundez *præcept. 2. lib. 2. c. 2. n. 17.* Villalobos *tr. 9. diff. 28. n. 5.* Diana *5. parte, tr. 13. reſ. 15.* & Llamas *loc. cit.* poſt Sylveſtrum *Conf. 1. q. 13.* & hanc ſententiam ut probabilem defendit Diana *p. 8 tr. 1. reſ. 16.* & ut probabiliorem Præpoſitus *in 3. p. D. Thom. q. 5. de Confeſſ. dub. 10. num. 62.*

QVÆSTIO L.

An ſaltem teneantur ſub mortali ad confeſſionem menſtruam, ſi dicti Monachi peccata mortalia habeant?

Affirmant Vaſquez & Gaſpar Hurtado, & Luyſius Turtian. *locis cit.* (& à fortiori cum aſſerant etiam obligari ſub mortali ad confeſſionem venialium) Llamas, & Nugnus *locis* etiam *citatis.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri ſub mortali, ſed ad ſummum ſub veniali, quia nec verba dictæ Clementinæ, nec pœna ibi impoſita, mortalem obligationem inducunt. Sic Navarr. *in c. Placuit, n. 122.* Caietanus *tom. 1. opuſculorum, titul. 5. quæſt. 1.* Cano, Villalobos, Granados, Henriquez *locis cit.* Ludovicus de S. Iuan *quæſt. 9. diff. 1. pag. 505.* & etiam (ni fallor) Diana *3. part. tract. 4. reſol. 125. & 5. part. loco cit.* Barboſa *in remiſſ. Concilii, ſeſſ. 14. c. 5.* & Palaus *tom. 4. tract. 23. punct. 20. §. 1. num. 6.*

QVÆSTIO LI.

An Monachi D. Bernardi qui ex ſtatuto habent obligationem ſemel in anno ſuis Abbatibus confitendi omnia mortalia, iam ritè aliis confeſſariis confeſſa, teneantur ſub mortali ad tale ſtatutum?

Affirmant Fagundez *præcept. 2. lib. 2. cap. 1. n. 6.* & apud illum Henriquez *lib. 3. de Pœnit. cap. 9.* Navarrus *in cap. Placuit, cit. num. 118.* & Llamas *1. part. method. c. 5. §. 10.* quibus ego addo Reginaldum *lib. 6. n. 109.* aſſerentes quod licèt dicti Monachi non teneantur ad reconfitenda peccata ſuis Superioribus immediatè, & directè, ex vi ipſius præcepti, & ſtatuti (cum nulla lex humana ad hoc vires habeat) teneantur tamen mediatè, & indirectè ex vi taciti, vel expreſſi conſenſus, aut voti emiſſi in profeſſione. Ita etiam Thomas Hurtado *tom. 2. tract. 12. cap. 1. §. 2. dub. 11. num. 2102.*

Sed longè probabiliùs, imò certiſſimè reſpondeo, tale ſtatutum de facto non obligare ſub mortali, neque ſub veniali adhuc. Primò, quia (ut ait ſapientiſſimus Navarrus *loc. cit.*) hoc eſſet nimis datum. Secundò, quia jam hæc conſuetudo apud Ciſtercienſes ceſſavit, ut refert Coriolanus *1. part. ſect. 1. n. 7. fol. 59.* Tertiò denique, quia modò extat Decretum fel. mem. Clem. VIII. quo præcipitur, ut nullus Superior poſſit obligare ſubditos, ut ſibi confiteantur, niſi ipſi ſubditi ſponte id velint, aut habeant aliqua reſervata peccata. Sic tenet Coriolanus *loc. cit.* & in hanc ſententiam valdè inclinat Navarrus (licèt aliam ſatis timidè ſequatur.) Sic etiam Vivald *de Confeſſ. n. 67.* & alii apud Lugum *diſp. 15. à n. 95. pag. 278.*

QVÆSTIO LII.

An præcepto annuæ Confeſſionis ſatisfaciat quis per confeſſionem non integram, v. g. ſi voluntariè omittat aliquod mortale externum?

Affirmant ſatisfacere, & evadere pœnas tranſgreſſoribus hujus præcepti impoſitas apud Fagundez Sylveſter *v. Confeſſor 4. num. 3.* Sà *v. Confeſſio, num. 1.* Victoria *num. 163.* Alenſ. *4. part. quæſt. 77. n. 5. art. 7. & q. 18. n. 4. art. 4 §. 7.* Gabr. *diſt. 17. q. 1. art. 3. dub. ult.* Paludan. *diſt. 17. q. 7.* Cano *de Pœnit. part. 5. fine,* & Ledeſma *q. 8. art. 2.* & ipſe Fagundez ait, eſſe probabile, & ut probabilem ſententiam illam tuetur Diana *3. part. tract 4. reſol. 120.* licèt probabiliorem contrariam dicat. Fundamentum hujus ſententiæ videbis *quæſt. ſequenti.*

Sed ego longè probabiliùs reſpondeo, nec ſatisfacere præcepto, nec evadere pœnas prædictas, quia qui ſic cõfitetur, non facit quod præceptum eſt: ergo. Antecedens probo, quia nec Chriſtus Dominus, nec ejus Eccleſia præcipiunt confeſſionem, niſi propter veram Sacramenti receptionem, & ad abſolutionem peccatorum obtinendam: at qui ſua culpa integrè non confitetur, non eſt dignus abſolutione: ergo culpabiliter recedit ab illa, & conſequenter à Sacramento: ergo nec ſatisfacit præcepto Chriſti, nec Eccleſiæ. Sic Navar. *cap. 10. n. 4.* Vivaldus *de Confeſſ. n. 81.* Adrian. *q. 4. de Confeſſ. 6. ſed quid.* Nugnus *loc. cit. diffic. 6.* Suarez *diſp. 36. ſect. 7. n. 3. & lib 4. de legibus, cap. 13. num. 3.* Soto *diſt. 18. quæſt. 3. art. 3. concluſ. 6.* Medina, Ægidius, Layman, Comirolus, Filliucius, P. Soto, & alii, quos citant, & ſequuntur Diana *loc. cit.* & Fagundez *præcept. 1. lib. 1. cap. 4 num. 4.* Quorum primus citat Emanuelem Sà pro noſtra ſententia, ſecundus verò pro contraria, & uterque benè,

ſine diſtinctione tamen. Nam primam ſententiam docuit in editione prima, noſtram verò in correcta, & ultima editione. Nec Victoria contrarium docet, cùm (*loco* ab ipſo *citato*) ſolùm dicat ſatisfacere præcepto Eccleſiæ per confeſſionem informem. Quod verum eſt, *ut infrà q.* 14. dicemus: tenet etiam Reginaldus *lib.*6.*n.*53.*& ſeqq.* & communis apud Baſſeum *loc.cit.n.*13.

Quæstio LIII.

An ſaltem ſatisfaciat per Confeſſionem integram peccatorum, nullam tamen ob defectum omnino internum, v.g. ob defectum doloris pœnitentis?

Affirmant Gabr. Sylveſt. Victor. & alii *loc.cit.* quibus adde Ludovicum *q.*8.*art.*2.*diff.*2.*pag.*498. ubi ſic ait: [El que en la confeſſion de la Quareſma eſtà impenitente, ſi confeſſa al Sacerdote todos ſus pecados, y la impenitencia, porque no le abſuelven, queda eſcuſado del precepto Eccleſiaſtico de annua confeſſione: eſta concluſion eſtà definida expreſſamente por Alexandro Papa, *cap. Quod quidam, de Pœnitent. & remiſſ.*] Sic ille. Et Zerola apud Bonacinam *diſp.*5.*q.*5.*ſect.*2.*punct.*4. *num.*13. Ratio eorum eſt: quod Eccleſia ſolùm externam confeſſionem præcepit, & illius defectum punit, cujus executioni occultiſſimus defectus doloris ſoli Deo cognitus obſtare non poteſt: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo, nec iſtum ſatisfacere; quia licèt Eccleſia nequeat ex ſe præcipere actus internos nullo modo neceſſarios ad actus externos ritè faciendos, poteſt tamen, cum non tam imponit præceptum quàm declarat legem divinam quæ verè poteſt obligare ad actus internos: at Eccleſia *in c. omnis*, non tam imponit præceptum novum confeſſionis quàm ſtatuit, ut ſaltem ſemel in anno impleatur præceptum divinum (ut *ſuprà* eſt habitum:) ergo, cùm certum ſit præceptum divinum non impleri ſine actibus internis doloris, &c. ad illos obligabit lex Eccleſiaſtica, ac proinde qui invalidè confeſſus fuerit defectu diſpoſitionis internæ, non implebit præceptum annuæ confeſſionis. Sic Granados *controverſ.*7. *diſp.*9.*n.*14.*pag.*1123. qui benè reſpondet *cap. Quod quidam*, Navar. Sotus, Suarez, & alii *loc.cit.* Vaſq. *q.*92.*art.*3.*dub.*5. Lugo *diſp.*15.*n.*136.*&* 138. Bonac. *loc.cit.* & apud ipſum Henriq. Azor. Ægid. Reginald. Nugnus, Pitigianus, Filliucius, Molſeſius, & alii, quos citant, & ſequuntur Palaus *tom* 4. *tr.*16. *punct.*10. §.3.*n.*4. & Baſſeus *loc.cit.n.*12.*&* 13.

Quæstio LIV.

An tandem ſatisfaciat quis tali præcepto per Confeſſionem informem?

Negativam ſententiam tenere Medinam, *C. de Confeſſ. q. de Confeſſ. ficta iteranda*, affirmant Bonac. *loc.cit.n.*22. & vaſq. ſed immeritò, cùm oppoſitum expreſsè ſentiat *in quæſt. de Confeſſ.* iteranda ob defectum pœnitentis. Tenet tamen P. Vaſq. *q.*92. *art.*3.*dub.*5.*num.*5.

Sed certiſſimè reſpondeo: Satisfacere, quia qui informem confeſſionem facit, verè recipit Sacramentum Pœnitentiæ, & aliquem effectum illius, licèt pro tunc non recipiat effectum gratiæ ſanctificatis: ergo. Sic Suarez *diſp.*35.*ſect.*4. Granado *tract.cit.diſp.*8. *n.*10. Hurtado *diſp.*7.*diff.*14. Fagundez *præcept.*2. *lib.*1.*c.*4.*n.*13. Sic etiam Lugo *loc.cit.n.*137. Bonac. *loc.cit.* & apud ipſum Henriquez, Nugnus, Valentia, & alii. Et eſt certa ſententia apud omnes, qui admittunt confeſſionem informem, quidquid dicat Palaus *loc.cit.* ſolùm id verius eſſe, lege Baſſeum *loc.cit.n.*12.

Quæstio LV.

An etiam ſatisfaciat per Confeſſionem integram peccatorum (ſive formatam, ſive non) ſi non conferatur abſolutio, vel ob defectum doloris pœnitentis, vel ob malitiam abſolventis, vel ex aliquo caſu repentino?

Affirmant expreſsè Ludovicus de S. Iuan *loc.cit. ſuprà quæſt.*52. & ante illum Victoria *q.*163. per hæc verba: Qui confitetur omnia peccata ſua, etiamſi non habeat dolorem, ſi confiteatur hoc ipſum quod non habet dolorem, ſive abſolvatur, ſive non, credo quod ſatisfacit præcepto Eccleſiæ: ego certè non damnarem talem. Sic ille. Et alii apud Suarez *diſp.*36.*ſect.*7.*num.*1. Tenet etiam Azor *lib.*7.*c.*29. *quæſt.*4. loquendo de pœnitente, qui prout potuit digne confeſſus eſt: ſed vel ex malitia Sacerdotis, vel ex aliquo caſu repentino abſolutionem non accepit. Ratio eſt, quia præceptum confeſſionis non eſt impoſitum, nec imponi poteſt de actione quæ non ſit in pœnitentis poteſtate, ſed confeſſoris ſolùm, ut eſt abſolutio: ergo.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non ſatisfacere, quia nullo modo recipit hujuſmodi pœnitens Sacramentum Pœnitentiæ: ergo non ſatisfacit præcepto annuæ confeſſionis, cùm per hoc illud recipere præcipiamur. Sic Durand. *diſt.*17. *q.*14. Soto *diſt.*18. *q.*3.*art.*5. Navar. *c.*10.*n.*4. P. Soto, Michaël, & Bartholom. de Medina, Vivald. & alii communiter, quos citant, & ſequuntur Suarez *loc.cit.* Fagundez *præc.*2. *lib.*1.*c.*4.*n.*5. & Granado *tr.*1.*cit. diſp.*9.*n.*24. Vaſq. Lugo, Bonac. *loc.cit.* Reginald. *lib.*6.*n.*58. Baſſeus *loc. cit.n.*13. Laym. *n.*7. qui ad argumentum oppoſitum reſpondet, quod licet abſolutio nō dependeat proximè à pœnitente, dependeat tamen ab illo abſolutionem procurare, & confiteri ei qui abſolutionem concedat: quod ſi aliquando id præſtare non poſſit, à præcepto excuſabitur, tametſi illud non adimpleat. Quod ſi inquiras, an ſi in caſu propoſito abſolvatur pœnitens, tunc ſatisfaciat præcepto Eccleſiæ? Affirmant à fortiori prædicti Doctores, & alii recentiores qui exiſtimant in eo caſu fieri confeſſionem informem.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, non ſatisfieri, quia ferè certiſſimum eſt, tunc non informem, ſed invalidam eſſe confeſſionem. Sic Naldus *verb. confeſſio, n.*5. per hæc verba. Confitens ſine animo relinquendi omnia mortalia, & hanc ſuam fictionem detegens in confeſſione, ſi de facto ſacrilegè abſolvatur, tenetur eandem confeſſionem, tanquam invalidam iterare quidquid aliqui etiam ex recentioribus aliàs ſcripſerint. Sic ille, & communis.

Quæstio LVI.

An jure communi ſit impoſita aliqua pœna tranſgreſſoribus præcepti annuæ Confeſſionis?

Negativam ſententiam eſſe probabileo affirmat Durandus *diſt.*17.*q.*14. quia exiſtimat probabile, non poſſe Eccleſiam punire hujuſmodi delictum.

Sed certiſſimè reſpondeo, poſſe Eccleſiam pœnam aliquam imponere, & de facto impoſuiſſe pœnam privationis Eccleſiaſticæ ſepulturæ, & ingreſſus Eccleſiæ, quamvis verum ſit quod tranſgreſſores hujus præcepti non incurrant has pœnas ipſo facto, ſed poſt ſententiam à judice latam. Sic Suarez *diſt.*36.*ſect.*8. Granado *diſp.*9.*n.*31. Hurtado *diſp.*7.*diff.*9. Bonac. *diſp.*5.*ſect.*5.*q.*2.*punct.*4.*n.*3. & eſt communis.

Quæstio

QVÆSTIO LVII.

An Impuberes non implentes præceptum annuæ confeſſionis, incurrant præfatas pœnas?

AFfirmant Ægidius *diſp.* 13. *dub.* 6. *n.* 45. Alterius *lib.* 3. *de cenſ. diſp.* 10. *c.* 4 G. Hurtado *diſp.* 7. *diff.* 9. *fine.* Favet huic ſententiæ Didacus de Narbona *in Annalibus hominis, anno* 7. *q.* 7. *n.* 17. *& anno* 11. aſſerens maſculum ante decimum annum cum dimidio, & fœminam uſque ad nonum annum cum altero dimidio, non incurrere præfatas cenſuras.

Sed probabiliùs ſic reſpondeo. Pueri qui decimum quartum annum, vel ad minus duodecimum nacti non ſunt, nullo modo incurrunt prædictas pœnas, ideſt nullo modo plectendi ſunt ingreſſu Eccleſiæ, & privatione Eccleſiaſticæ ſepulturæ, nec excommunicatione, quia piè creditur uſque ad eam ætatem, piam matrem Eccleſiam noluiſſe pueros cenſuris ad ſua præcepta ſervanda cogere. Sic Vaſquez *q.* 90. *art.* 2. *dub.* 4. Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 2. *n.* 4. *& ſect.* 8. *n.* 5. Corduba *in Sum. q.* 60. *diſt.* 4. Sanchez *in Sum. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 7. Sotus *diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 3. Azor *lib.* 7. *inſtit. mor. cap.* 40. *q.* 6. Henriquez *lib.* 8. *c.* 42. Granado *diſp.* 9. *cit. n.* 23. Sà *v. Confeſſio, n.* 3. *& v. Puer, & v. Cenſura, n.* 21. Luyſius *diſp.* 21. *dub.* 4. Ochagav. *tract.* 1. *de Confeſſ. q.* 7. Becan. *c.* 36. *de Pœnit. q.* 5. *n.* 2. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 12. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 15. Lugo *diſp.* 15. *n.* 150. *pag.* 288. Bonacina *loc. cit.* & communis, quam me citato tenet rurſus Diana *p.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 36.

QVÆSTIO LVIII.

An ſaltem Meretrices non implentes dictum annuæ confeſſionis præceptum, incurrant excommunicationem Synodalem, & cæteras Iuris pœnas?

AFfirmant Vaſquez, quem citat & ſequitur Lugo *diſp.* 15. *num.* 449. *pag.* 288. & Fagundez *præc.* 2. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 16. *& c.* 4. *n.* 10. *&* 11. qui pro ſua ſententia citat Emmanuelem Sà *verb. excommunicatio, n.* 43. Sed malè, quia ibi nihil de hac re: & oppoſitum docet *verb. Confeſſio*, tam in priori, quàm in poſteriori editione (quidquid dicat Lugo) in priori quidem edita Antuerpiæ anno 1599. *pag. mihi* 50. & Lugduni anno 1601. *pag. mihi* 90. *n.* 43. in poſteriori verò, & (quod ampliùs eſt) correcta à Mag. Sacri Palatij, edita Antuerpiæ anno 1614. *n.* 41. *his verbis. Meretrices non comprehenduntur ſtatutis Synodalibus excommunicantibus non confitentes, aut non communicantes in Paſcha, itaque tales nunquam denunciantur.* Sic ille, licèt, ut verum fatear, in aliis impreſſionibus (ut in illa Matriti edita annò 1602.) oppoſitum habeatur. Sed ego Antuerpianæ editioni credo. Tenet etiam Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 20. §. 3. *num.* 6. quia *cap. omnis utriuſque ſexus*, æquè omnes fideles comprehendit.

Sed probabiliùs reſpondeo: licèt meretrices peccent mortaliter, non implendo annuæ confeſſionis præceptum, non tamen incurrunt præfatas pœnas. Primò, quia tales nunquam denunciantur, etiamſi per multos annos non confiteantur. Secundò, quia illarum miſerrimus ſtatus permittitur ab Eccleſia ob vitanda majora incommoda: non ergo ab illa puniuntur; nam aliàs nullo modo diceretur permitti, ſi tam rigida pœna earum peccatum puniretur. Sic Vivald. *de Confeſſ. n.* 60. Sà *loc. cit.* Graffis *lib.* 1. *c.* 9. *n.* 8. Rodrig. *in add. ad Bullam Cruc.* §. 11. *aliàs* 9. *n.* 133. Zerola *in praxi Epiſcop.* 1. *part. verb. Lupanaria*, §. 3. lege Dianam *p.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 36.

QVÆSTIO LIX.

An dictæ pœnæ incurrantur ob ſolam omiſſionem Confeſſionis, etiamſi quis communicet; aut è contra ob ſolam omiſſionem communionis, etiamſi quis confiteatur?

REſpondeo incurri per ſolam omiſſionem confeſſionis, aut communionis. Quia licèt *in d. c. omnis utriuſque ſexus*, utrumque ſimul præcipiatur, mens tamen Pontificis eſt obligare fideles, ut neutrum horum omittant. Sic Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 8. *n.* 3. & Granado *controv.* 7. *tract.* 1. *diſp.* 9. *n.* 36. dicentes eſſe opinionem communem.

QVÆSTIO LX.

An excuſetur ab adimpletione præcepti annuæ confeſſionis, qui non habet copiam Confeſſoris?

REſpondeo, excuſari. Quod quidem eſt verum, ſive illam non habeat phyſicè, ſive moraliter: quapropter non ſolùm phyſica, & abſoluta impotentia, ſed etiam moralis, ut eſt difficultas extraordinaria adeundi ad confeſſarium, aut quando quis nequit confiteri ſine gravi detrimento famæ, vitæ, &c. juxta *infrà* dicenda, verè excuſabit hominem ab adimpletione præcepti. Sic Nugnus *in add. q.* 6. *art.* 6. *pag.* 397. & Villalobos *tract.* 9. *diff.* 29. *n.* 1. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *puncto ultimo, n.* 1. 2. *&* 3. & communis apud Baſſeum *confeſſio* 2. *n.* 1. Suarium *diſp.* 36. *ſect.* 6. *n.* 1. Filliuc. *tract.* 7. *c.* 3. *q.* 8. Puteanum 3. *part. q.* 80. *punct.* 2. *de Confeſſ. dub.* 5. & Palaum *loc. cit. n.* 8.

QVÆSTIO LXI.

An etiam excuſetur, qui nequit aliter quàm per ſcripturam confiteri, ut ſi pœnitens ſit mutus, & Confeſſor ſurdus, & nequeat nutibus explicare peccata?

AFfirmant Diana 3. *part. tr.* 4. *reſol.* 128. & apud ipſum Ioan. de Cruce *de Pœnit. quæſt.* 3. *dub.* 7. *concl.* 1. Sotus *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 6. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 11. *punct.* 1. Filliuc. *tract.* 7. *num.* 63. Henriquez *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 4. *lit. A*, quibus ego addo Navar. *in Man. c.* 21. *num.* 36. Armillam *v. Confeſ. num.* 23. Angelum *n.* 23. Ledeſma 2. 4. *q.* 8. *art.* 3. *dub.* 3. & Ricardum *diſt.* 17. *art.* 2. *q.* 5. Victoriam *n.* 173. Toletum *lib.* 3. *cap.* 6. & Hieronymum Llamas 2. *part. meth. c.* 3. §. 2. Vegam 1. *part. Summæ, cap.* 63. *caſu* 16. *col. mihi* 632. dicentem eſſe communem. Ratio eorum eſt, quia ſcriptura eſt publicum inſtrumentum, & qui ſcribit peccata, exponit ſe periculo ſcriptum perdere, vel ut illud de manibus ejus accipiat confeſſor, & in publicum ferat.

Sed probabiliùs reſpondeo, non excuſari, ſed teneri per ſcripturam confiteri, ſi Sacerdos præſens adſit; quia commodè, aut certè ſine magna difficultate poteſt hoc modo præceptum ſervare: ergo tenetur. Sic Sylveſt *v. Confeſſio* 1. *q.* 15. Cajetan. *v. Confeſſio, condit.* 11. P. Soto *lect.* 11. *de Confeſſ.* Palud. *diſt.* 17. *q.* 2. Nugnus *in add. q.* 6. *art.* 6. *diff.* 3. *pag. mihi* 398. *& q.* 9. *art.* 3. *pag.* 517. & apud ipſum Cano *relect. de Pœnit.* Suarez *diſp.* 36. *ſect.* 6. Vaſquez *q.* 90. *art.* 4. *dub.* 5. Ægid. *diſp.* 5. *dub.* 10. *num.* 78. Hurtado *diſp.* 8. *diff.* 4. Luyſius *diſp.* 32. *dub.* 2. Granado *tr.* 1. *de Pœnit. diſp.* 9. *n.* 4. Imò & Henriquez hanc noſtram ſententiam tueri non dubito, cùm loco citato ab ipſo Diana, videlicet *lib.* 4. (aut 1. *de Pœnit.*) *cap.* 4. *n.* 4. ſic di-

cat: Per ſcriptum non expedit communiter confiteri præſenti Sacerdoti, quia periculum eſt, ut amiſſa, & ſublata papyrus legi poſſit ab aliis: at ſi cautè abſque periculo fiat, ut fieri poteſt, tenetur ſaltem in periculo mortis ſic confiteri, & mutet modum ſcribendi, vel literas, aut ſeparatim oſtendat ſpecies peccatorum in libro impreſſo, & in alia papyro numerum peccatorum, ne agnoſcatur ab aliis. Sic ille. Et *lib.2. de Pœnit.c.3.n.*8. ſic ait: Mutus tamen qui novit ſcribere, debet per ſcriptum confiteri ſub ea cautela, ut in una papyro referat numerum, in alia habeat ſcriptas ſpecies peccatorum. Sic Henriquez. Aut ergo ſibimet planè contrariatur, aut noſtram tenet ſententiam. Sic etiam Bonacina *diſp.5.q.5.ſect.3.punct.ult.n.6.* & apud ipſum Peſantius *in addition.q.10.diſp.2.pag.976.* Filliuc. *tract.7.c.3. q.8.n.63.* & alij, de quo adhuc *infrà q.94.* Ad rationem contrariam conſtat ex relatis Henrici verbis.

QVÆSTIO LXII.

An ſaltem excuſetur ab iſto praecepto Ecclesiaſtico, qui non poteſt confiteri niſi per interpretem?

NEgare videtur S. Thom. *in add.q.9.art.3.ad 2.*

Sed reſpondeo affirmativè, quia præcepta non obligant cum tanto onere. Sic Navar. *cap. 21. n.36.* Cajet. *v.Confeſſio, condit.* 11. Soto *diſt.* 18. *q.2. art.6.* Ledeſma 2*.part.4.q.8.art.3.* Victoria *n.*173. P. de Soto *lect.*11*.de Confeſſ.* Medina *C.de Confeſſ.q.*29. de modo ſecreto confitendi. Major *diſt.*17. & ibi Palud.*q.3.* Valentia *diſp.7.q.11.punct.1.§.2. aſſerimus*; quos omnes citat, & ſequitur Sancius in Selectis *diſp.32. num.* 8. quibus adde Stephanum Fagundez, Luyſium Turrianum, Layman, Villalobos, Filliucium, Ioan. de Cruce, & Hurtadum, quos citat, & ſequitur Diana 3*.part.tract.4.reſol.*129. Addo etiam ego Nugnum *in add. q.6. art.6. diff.2. pag.* 398. & Suarium *tom.4.de Pœnit.diſp.36.ſect.6. n.4. pag.mihi* 802. (Vnde malè citatur à Sancio *loc.cit.* pro contraria ſententia.) Becanum *de Pœnit. c.37. quæſt.* 5. Llamas, & Vega *loc.cit.* Lugum eadem *diſp.5.n.*65. *&* 75. Bonacinam *loc.cit.n.*5. & eſt communis apud Baſſæum *Confeſſio* 2. *n.* 1.

QVÆSTIO LXIII.

An etiam excuſetur à præcepto divino confitendi in articulo mortis, qui nequit confiteri niſi per interpretem?

NEgant Sylveſt. *Confeſſio*, *q.*15. Suarez *diſp.36. ſect.6.n.5.* Luyſius *diſp.32.de Pœnit.dub.2.* Llamas *loc.cit.* Negant etiam Granados *tract.1. diſp. 9. n.28.pag.*1124. Lugo *diſp.15. num* 65. & alij apud ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo. Pœnitens, qui in articulo mortis nequit alteri, quàm per interpretem confiteri, non tenetur ad confitendum ex vi præcepti divini confeſſionis: tenetur tamen ex vi præcepti naturalis virtutis charitatis erga Deum, vel ad contritionem perfectam eliciendam, vel ad confeſſionem per interpretem faciendam. Primam partem hujus reſponſionis docent communiter Doctores *citati*, Cajet. uterque Sotus, Ledeſma, Victoria, & alij apud Dianam, & Sancium *loc. cit.* Tenent etiam Ægidius *diſp.5.de Sacram.dub.*10. *n.77. concl.* 2. & Vaſquez *q.91. art.4. dub.* 3. Vnde malè hos Doctores citat Sancius pro oppoſita ſententia. Secundam verò docent Vaſquez, Ægidius, & Hurtado *loc.cit.* & alij. Sed de his adhuc *infrà diſp.6.q.10.*

QVÆSTIO LXIV.

An quando quis in articulo mortis dubitat de ſua contritione, teneatur confiteri per Interpretem omnia quæ habet mortalia?

AFfirmant aliqui, & quidem ſatis probabiliter, ut innuit Nugnus *in add. quæſt.6. art.6. diff.2. pag.*398.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, ſed ſufficere confiteri peccata minoris infamiæ, quia prædicta cauſa ſufficiens eſt ad excuſandum pœnitentem à facienda confeſſione materialiter integra. Sic Nugnus *loc.cit. & quæſt.9. art.3. diff.1. ad 2. argumentum*, Suarez, & Hurtado *loc.cit.* Fagund. Henriquez, & Layman, quos citant, & ſequuntur Diana *reſol.*129. *cit.* & Lugo *loc.cit.n.*63. Bonacina *loc.cit. n.5.* & alij quos ſequitur Baſſæus *loc.cit.n.2.verſ. Quidam tamen.*

QVÆSTIO LXV.

An quis in prædicto caſu poſſit confiteri de ſolis venialibus, & tacere mortalia?

NEgant aliqui Doctores, inter quos videtur eſſe Diana 3 *part.tract.4.reſol.*129. quatenus ſolùm dicit opinionem contrariam eſſe probabilem: & eodem ferè modo loquitur Baſſæus *loc.cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, dummodo peccata mortalia in genere fateatur, dicendo ſe confiteri omnia alia peccata, quibus Deum offenderit. Quia ſic ſufficienter providebit homo de ſua ſalute, & fiet ex attrito contritus. Sic Ægid. *n. 77. cit.* & Molfeſius apud Dianam *tom.1.tract.7. c.11.n.12.* & ante illos ex parte Nugnus *art.6.cit. diff.2. pag.* 398. per hæc verba. Vnde etiam videtur mihi ſatis probabile, quod ſi omnia mortalia ſint notabilis infamiæ, quod poteſt homo, in tali caſu, confiteri de ſolis venialibus. Sic ille. Et ita conſequenter ad noſtram Doctrinam dicendum eſſe, fatetur Lugo *n.63.cit.*

DISPVTATIO IV.

De conditionibus, aut qualitatibus confeſſionis Sacramentalis.

QVÆSTIO PRIMA.

An Conditiones bonæ Confeſſionis ſint ſexdecim?

RESPONDEO eſſe ſexdecim, his verſibus comprehenſæ barbaris:

Sit ſimplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis,
Atque frequens, nuda, diſcreta, libens, verecunda,
Integra, ſecreta, lachrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parêre parata,

Sic S. Thom. *diſt.17.quæſt. ult. art.4. q.3. ad 4. & in add.q.9.art.*4 Navar. *in c.Fratres, de Pœnit.diſt.5. & in Man.c.2 à n.5.* Sotus *diſt.18.q.2.art.2.* Petrus Soto *lect.7.de Confeſſion.* Angelus, Cajet. & Sylveſter *Confeſſio* 1. & alij quos refert Henriquez *lib.5. Sum. c.3.* Bonacina *diſp.5. q.5. ſect. 2. punct.2.* Coriolan. *de caſib.reſerv.part.1. ſect.3.* Llamas 2*.part.meth.c.3.* §.2. Reginald. *lib.6. à n.60.* Archangel. *diſt.17. pag.* 198. & alij quos ſequitur Palaus *tom. 4. tract. 23. punct.8.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO II.

Quanam ratione Confeſſio eſſe debet ſimplex?

RЕſpondeo : quod debet eſſe ſimplex ſtylo, hoc eſt,abſque attificio verborum, & ſine admixtione hiſtotiatum, & aliorum impertinentium. Sic D. Th.& Navar.*loc.cit.* Sancius *in ſelectis diſp.* 1. *quaſi per totam*,& Bonacina *diſp.* 5.*q.* 5.*ſect.* 2.*punct.* 2.§.2. *n.* 1. Henriquez, Saytus, Reginaldus, Pitigianus,& communis apud ipſum.Sic ferè etiam Palaus *loc. cit. n.* 1. ubi ita ait : Simplex erit confeſſio, ſi ex debita intentione procedat, vel ita apertè facta, ut nihil ex obligatione manifeſtandum celetur.

QVÆSTIO III.

An ſit peccatum nimiis cum præambulis, aut magna cum eloquentia confiteri?

AFfirmant S.Thom.uterque Sotus, Ricard. Sylveſter,Cajet.& Angelus apud Henriquez *lib.* 2. *de Pœnitent.c.* 3. *n.* 2. *lit. B.* docentes eſſe veniale.

Sed clatiùs reſpondeo, eſſe quidem veniale,tegulariter loquendo,non tamen ſemper, quia ab illo tevera excuſantur fœminæ, & viri ſctupuloſi, qui non ſatis putant aliter,quàm longa enattatione declarari peccatum. Sic P.Soto *lect.* 7.*de Confeſſ.*& Henriquez *loc.cit.*Legantur Saytus *de Pœnit. c.* 12. Reginaldus *lib.*6.*n.*62. Bonacina *loc.cit.*§.2. *num.* 1.& alij apud ipſos.

QVÆSTIO IV.

Quanam ratione Confeſſio debet eſſe Humilis?

RЕſpondeo, quod debet eſſe humilis in habitu externo,& geſtu pœnitentis.Nam pœnitens debet magna cum humilitate peccata ſua fateri, de ſe ipſo videlicet humiliter ſentiendo, & tanquam reus genuflexus,& aperto capite ſe Sacerdoti ſubmittete. Item debet eſſe humilis quoad intellectum, & affectum,ita ut pœnitens ſibi attribuat ſua peccata, non aliis, & cognoſcat ſe miſerum,& infirmum. Sic Doctores citati,præcipuè Hentiquez *loc.cit.n.* 2.Navat. *cap.Fratres, n.* 11.Bonacina, Saytus, & Coriolanus *loc.cit.* Reginald. *n.*63. & alij.

QVÆSTIO V.

An ſit peccatum cooperto capite, aut non flexis genibus abſque cauſa confiteri?

NEgant Angelus, & Sotus apod Henriquez *loc. cit.lit.C*,quibus ego addo Matgatitam Confeſſotum *fol.mihi* 45.aſſerentes, ſolùm id eſſe de bono, & æquo.

Sed probabiliùs teſpondeo : eſſe peccatum veniale,abſque neceſſitate prædicto modo confiteri; quia aliqualis itteverentiæ injutia irrogatut Sacramento. Sic Navat.*in cap.Fratres,diſt.*5.*de Pœnit.n.*10.& 11. Cajet.*v.Confeſſio*, Bonacina *diſp.*5.*q.*5.*ſect.*2.*punct.* 2.§.2.*n.*2.Coriol.1.*part.ſect.*3.*pag.*252. & idem videtur ſentire Henriquez *loc.cit.in Marg.lit.C*,& alij. Notantet dixi,*abſque cauſa*,quia poteſt occurrere caſus, ut quis licitè poſſit non flexis genibus confiteri, ut ſi febri labotet; tunc enim etiam cubans poterit confiteti. Similiter poteſt accidere, ut quis deambulando poſſit confiteri,nempe quando quis confitetur caſus teſervatos, de quibus eſt ſuſpicio apud reliquos, qui ſi viderint ipſum flexis genibus provolutum,& alicui dicentem ſua peccata,facilè confirmatentur in opinione, ſcilicet quod talis haberet caſus reſervatos, &c. Legatur Coriolanus *loc. cit.*

QVÆSTIO VI.

An Religioſi Militares licitè, & decenter ad Sacramentum Pænitentiæ accedant enſe, & pugione accincti?

NEgavit quidam apud Dianam 3. *part. tract.* 2. *reſol.*30.

Sed certiſſimè reſpondeo licitè, & decenter accedete enſe,& pugione accinctos : quia illis accinguntur ut habitu ſui ordinis,juxta illud commune aſſertum,*Enſis militem,cuculla monachum,ſtola Sacerdotem indicat.* Sic latè Sancius *in Select. diſp.*45. *num.*3. & Diana *loc.cit.*

QVÆSTIO VII.

An etiam laici licitè enſe accincti poſſint ad Sacramentum Pænitentiæ accedere?

APfirmat Sancius *loc.cit.* quem putat Diana (*loc. cit.*) hoc aſſerete, ſecluſo ſcandalo quod in tali caſu non contingere, difficile exiſtimat ipſe Diana.

Sed probabiliùs teſpondeo, nec licitè,nec decenter accedere poſſe,etiam ſecluſo ſcandalo. Quia prædictus habitus potiùs eſt militantium, quàm pœnitentium:peccabunt ergo venialiter ſic ad Sacramentum accedendo, etiam ſecluſo ſcandalo.

QVÆSTIO VIII.

Quanam ratione Confeſſio debeat eſſe pura?

RЕſpondeo,quod intentinne. Debet namque pœnitens peccata ſua fateti bona intentione, hoc eſt,intentione conſequendi veniam, Eccleſiæ ſanctæ obediendi,& Deum placandi.Sic Atmilla *v.Confeſſio, n.*4. Sotus *diſt.*18. *q.*3. *art.* 3. Henriquez *lib.* 2. *de Pœnit.c.*5.*n.*4. Lugo *diſp.*15. *num.*185. Coriolan.*de caſibus reſerv.loc.cit. ubi de tertia conditione confeſſionis, pag. mihi* 260. & Bonacina *loco citato,num.*4.& communis.

QVÆSTIO IX.

An confeſſio facta principaliter ob finem venialiter malum, v. g. ob vanam gloriam, ſit invalida?

AFfirmat Angelus *Confeſſio* 1.§.5.& 14.& *v.vana gloria,n.*1.& poſt illom Sylveſt.*v.Confeſſio* 1. *quæſt.*7.per hæc verba : Qui principaliter confitetur proptet inanem glotiam, vel ne notetur in populo, aut alium malum finem, peccat mottaliter petendo abſolutionem, ptupter injutiam, quam facit Sacramento,pervertendo finem ejus, & illud annollando; non enim valet talis confeſſio,nec eſt Sacramentalis, quia de eſſentia ejus eſt,quod fiat ſpe veniæ. Sic ille. Et etiam Armilla *v. Confeſſio, num.*4. Abulenſis *c.*4. Matth.*q.*3.& *quæſt.*55.Sic etiam Navar.*in can. Fratres, de Pœnit.diſt.*5.*n.*54.ubi ſic ait : Octava conditio eſt, ut ſit lubens, hoc eſt, ut voluntariè propter Deum confiteatur omnino, vel ſaltem principaliter proptet ipſum, licèt verecundiæ, vel infamiæ timore minùs principaliter ad id impellatur. Ex quo ſequitur, eum ſatisfacere præcepto de confitendo, qui principalitet id facit, quod veniam à Deo adipiſcatur; quamvis fortè non fuiſſet confeſſurus, niſi timor infamiæ ipſum ad id impuliſſet. Quoniam ſecundùm

eundùm id quod principaliter proponitur, res eſt judicanda. Sic ille.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non eſſe invalidam, dummodo, etiamſi minus principaliter, fiat ex fine veniæ peccatorum. Quia qui hoc modo confiteretur, ſolùm peccaret venialiter: ergo ſi aliàs adſint omnes partes eſſentiales confeſſionis, ſimul & intentio recipiendi Sacramentum, verè erit validum. Sic Sotus *in 4. diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 3. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 11. *punct.* 1. *pag.* 1460. Sanchez *in Sum. lib.* 1. *c.* 3. *n.* 1. Vaſquez *q.* 92. *art.* 3. *dub.* 1. Hurtado *diſp.* 8. *diff.* 7. Diana 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 112. (qui totam de verbo ad verbum, omiſſis nonnullis neceſſariis) tranſcripſit ex Hurtado, licèt illum non citet. Vivald. *de Confeſſ. n.* 63. Lugo *loc. cit. n.* 289. Suarez, & alij apud ipſum. Sic etiam videntur ſentire Henriquez *c.* 3. *cit. n.* 4. & Bonacina *loc. cit. n.* 4. Qui & citant pro hac parte doctiſſimum meum Navarrum *in Man.* ille *in cap.* 23. *n.* 13. hic verò *cap.* 21. *n.* 40. & certè Henriquez id clarè docuerat *lib.* 4. (*ſeu* 1. *de Pœnit.*) *c.* 36. *n.* 3. Qui omnes ſecus dicendum putant, ſi confeſſio fiat ob aliquem pravum finem mortalem, quia tunc invalida redderetur confeſſio.

QVÆSTIO X.

An ſi quis timore infamiæ, vel inferni confitetur tempore præcepti, aliàs non confeſſurus, impleat præceptum Confeſſionis?

NEgant Angelus *loc. cit.* §. 23. & Antonin. 3. *part. tit.* 14. *c.* 19. §. 15. Negat etiam Henriquez *lib.* 2. *de Pœnit. c.* 3. *n.* 3. *in Gloſſa lit. H.* caſu quo expreſsè excludat; ſecus ſi eſt in habituali fragilitate animæ, ut ſecluſo eo motivo, non confiteretur. Sic etiam docuerat antea *lib.* 1. *de Pœnit.* (*ſeu* 4. *in ordine*) *c.* 36. *num.* 1.

Sed probabiliùs reſpondeo: implere, etiamſi expreſsè excludat; dummodo ad ſummum hoc ipſum confiteatur, & adſint cætera ad valorem Confeſſionis, quia finis præcepti non cadit ſub præcepto. Sic innuit Navar. *loc. cit. de Pœnit. n.* 45. & Reginald. *lib.* 6. *n.* 63. & 65. & 74.

QVÆSTIO XI.

An confiteri uni Sacerdoti peccata mortalia, & poſtea alteri venialia, ſit peccatum mortale?

AFfirmativam ſententiam docere Sylveſtrum *v. Confeſſio* 1. *q.* 6. & Victoriam *n.* 196. aiunt Fagundez *prac.* 2. *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 14. Lugo *diſp.* 16. *n.* 57. & Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 132. Sed immeritò illos pro hac parte abſolutè citant, cùm neque Sylveſter, neque Victoria hoc abſolutè doceant. Nam in primis Sylveſter hæc profert verba. Sextò quantum ad humilitatem quæritur, utrum annullet confeſſionem qui ex ſuperbia non vult adire proprium Confeſſorem erubeſcentiâ ductus? & dico quod non, ſi totaliter, & integrè confitetur: licèt dicat Huſt. hoc non eſſe utile: ſicut neque infirmos medicos mutare. Et *infrà*. Eſſet tamen hoc mortale, ubi quis eſſet diſpoſitus, & paratus non dicere proprio Confeſſori, ſi alium non haberet, ſicut plerumque hoc faciunt imperfectæ mulierculæ, quæ volunt habere ad complacentiam unum confeſſorem compagnum, cui dicunt omnem veritatem de laſciviis; & ad reputationem unum timoratum, & bonæ famæ, cui poſt confeſſionem cum primo dicunt levia tantùm: imò talis hypocriſis poſſet eſſe mortalis. Sic Sylveſter, ubi clarè conſtat, non ita ut citatur, ſentire. Nec Victoria, cum in hæc verba prorumpat: Non damnarem tamen eum qui ſemel incidit in mortale, non ſolitus peccare, ſi confiteatur alteri, ne perdat opinionem, quam habet erga primum Confeſſorem ſuum. Sic ille. Non ergo illum benè citant Lugo, & Diana: Sic Henriquez *lib.* 4. (*ſeu* 1. *de Pœnit.*) *c.* 36. *lit.* 1. & clariùs *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 2. ubi ſic concludit. Qui tamen ſemel, aut iterum præ rubore mutat conſuetum confeſſarium, dum caſu ſemel lapſus eſt, ne apud iſtum perdat bonum nomen, non eſt grave peccatum, & interdum inculpatè decet. Sic Henriquez ibi, & etiam *eodem libr.* 5. *c.* 16. *lit. A*, ubi pro ſe citat Victoriam, quem & ipſe ſequitur *n.* 6. *in fine*. Et Sà *v. Confeſſor, n.* 16. & Vivald. *v. Confeſſor, n.* 63. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: per ſe loquendo, non eſſe mortale, imò nec veniale; etiamſi ſæpius fiat ob pudorem, aut verecundiam vitandam, aut ob conſervandam bonam ſuam opinionem apud ſuum Confeſſarium, aut ob alium honeſtum finem: Secus autem ſi fiat etiam ſemel, ob aliquem finem mortalem, vel venialem. Nam tunc mortale, aut veniale, ut fuerit finis, erit.

Prima pars conſtat, quia confiteri prædicto modo, nec veritati doloris, aut propoſiti, nec integritati confeſſionis repugnat, cum utraque ſit vera, & integra confeſſio: ergo. Secunda pars de ſe conſtat. Dixi autem *per ſe loquendo*, quia per accidens poteſt eſſe mortale: ut ſi ob prædictum modum confitendi remaneret pœnitens in aliqua occaſione peccandi mortaliter, aut exponeretur periculo in illud ſæpius labendi. Sic Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 1. *n.* 13. Ægid. *diſp.* 6. *dub.* 4. *n.* 13. Hurtado *diſp.* 8. *diff.* 6. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 14. Layman, & Villalobos, quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 122. & alij, inter quos optimè Navar. *in Man. c.* 21. *n.* 40. per hæc verba: Vnde ſequitur, non peccare mortaliter eos, qui ne ſuam exiſtimationem honeſtam amittant, confeſſario cuidam familiari ſuo confitentur omnia ſua peccata, etiam obſcœna, & poſtea alteri probo, & gravi ſolùm leviora, quod de ſe non eſt malum; & ſi finis venialis fuerit, peccatum veniale erit; & ſi mortalis, mortale, & ſi bonus, qualis frequenter eſt, ſanctus, & probus, imò interdum neceſſarius. Sic ille, ubi abſolutè, & abſque ulla limitatione totam noſtram docet ſententiam: malè ergo citat illum Vivald. *loc. cit.* Sic etiam Bonacina *loc. cit. n.* 5. *pag. mihi* 193. qui bene pro hac ſententia citat Sylveſtrum, & Victoriam *loc. cit.* Filliuc. *tract.* 7. *c.* 4. *n.* 75. & alios, quos ſequuntur Palaus *tract.* 23. *punct.* 10. *num.* 9. & Baſſeus *confeſſio* 4. *n.* 6.

QVÆSTIO XII.

Quanam ratione Confeſſio debet eſſe Fidelis?

REſpondeo, quod confeſſio debet eſſe fidelis, quia debet eſſe vera, ſine fallacia, & aliena à mendacio: ita ut pœnitens certa pro certis, & dubia pro dubiis fateatur. Sic Navar. Cajet. Fagundez, Lugo, Bonac. *loc. cit.* Coriolan. *loc. cit. ubi de quarta conditione cõfeſſionis, pag. mihi* 263. Sotus, & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XIII.

An mendacium quo pœnitens interrogatus, negat aliquod veniale, quod commiſit, ſit peccatum mortale?

AFfirmat Cajetanus 2. 2. *q.* 69. *art.* 1. & *q.* 110. *art.* 4. Pro cujus ſententia facit quod ait D. Th. 2. 2. *q.* 69. *cit. art.* 1. videlicet omne mendacium in

judicio

judicio dictum,eſſe peccatum mortale:& Palud.*in* 4. *diſt.*21.*q.*2.*art.*1. (apud Cotiolanum *ubi infrà*) ait, id videri ſibi mortale. Quod idem ſentire videtur D. Anton.3.*part.tit.*14.§.8.

Sed longè probabiliùs reſpondeo,non eſſe mortale, ſed veniale tantùm, quia mendacium nunquam eſt peccatum mortale,niſi ſit etiam contra aliam virtutem,ultra veritatem ut v.g.contra juſtitiam,contra fidem,vel religionem,ſed hujuſmodi mendacium,ſolùm eſt contra veritatem,cùm nulla fiat injuria, ſaltem gravis, Sacramento, ſi aliàs offeratur materia ſufficiens abſolutionis:ergo.Sic Luyſius *tom.* 5.*de Iuſtitia,diſp.*50.*dub.*1.*n.*2.Diana 5.*part.tract.*5.*reſol.*27. Henriquez *lib.*5.*c.*4.*n.*1.& 2. ubi ſic ait: In foro exteriori, ſi reus timore acerbæ pœnæ ſe falsò infamet, non videtur mortale,quia eſt dominus famæ; & ſicut in tali foro mendacio veniali decipiens judicem ſine juramento, non peccat mortaliter. Ita in judicio confeſſionis,non peccat mortaliter. Primò, quia mentitur in re ad confeſſionem non pertinente, niſi mendacium eſſet perniciosum. Secundò, ſi confeſſario roganti de peccatis quibuſdam venialibus, aut de quodam mortali, aliàs ritè abſoluto, neget ſe feciſſe. Tertiò,nec peccat mortaliter,ſi confiteatur aliquod veniale,quod non fecit, niſi dum non ſubjicit aliam veram materiam, & ob id fruſtratur vim Sacramenti. Sic enim vult abſolvi à peccato, quod non habet.Sic Henriquez, Bonacina *loc.cit.n.*12.& communis, quam tenet etiam Bauny *tract.*4. *de Pœnit.q.*12.*de Confeſſ. pag.*126.*aſſert.*2.

Qvæstio XIV.

An ſaltem mendacium, quo pænitens ſibi imponit aliquod veniale, quod non commiſit, ſi fateatur aliud quod commiſit, ſit peccatum mortale?

AFfirmant cum Cajetano *loc.cit.& verb.Confeſſio condit.*4.Palud.*in* 4. *diſtinct.* 51.*q.* 5. Ledeſma 2 *part.q.*5. *art.*4.*dub.*4.& Armilla *v.Confeſſio*, *n.*5. Quia tunc forma Sacramẽti ex parte eſſet falſa,cùm caderet in confeſſionem peccati venialis non admiſſi: ergo redderet confeſſionem nullam: ergo eſſet mortale.

Sed probabiliùs reſpondeo: Nec adhuc eſſe mortale,ſed veniale tantùm, quia in eo caſu non decipitur confeſſarius in re gravi, aut neceſſaria Sacramento, nec tale mendacium obſtat ejus integritati: ergo.Sic Navar.*c.*21.*n.*37. Sotus *diſt.*18.*q.*2. *art.*4. *& de juſtitia lib.*5.*q.*5.*art.*4.Suarez *diſp.*22.*ſect.*10. *à n.*4.Vaſquez *q.*91.*art.*1.*dub.*7. Ægidius *diſp.*6.*dub.* 3.*tract.*8.Luyſius *diſp.*29.*dub.*7.Hurtado *diſp.*8.*diff.* 6.Henriquez,Toletus,Azor, Covarr. & alij quos citat, & ſequitur Fagundez *prae.*2.*lib.*3.*c.*6.*à num.*9. *pag.*351. Lublinus *verb. mendacium,n.* 9. Villalobos *tract.*9.*diff.*41.*n.*5.Sylveſter *v. Confeſſio* 1.*q.*8.*n.*9. Lugo *diſp* 16 *n.*99.*pag.*323.Bonacina *loco citato*, & apud ipſum Sayrus, Zerola,Nugnus, Reginaldus,& alij quos ſequuntur Palaus *tom.*4.*tract.*23.*punct.*10. *n.*4.& Bauny *loc.cit.aſſert.*4 Qui ad argumentum factum bene negat conſequentiam, quia tunc falſitas formæ reddit Sacramentum nullum, quando forma eſt falſa ſecundum totum ſuum integrum effectum,& non ſolùm ſecundum aliquam ejus partem,ſicut hic.

Qvæstio XV.

An ad minus ſit peccatum mortale accuſare ſe de aliquo veniali, quod non fecit caſu quo fiat totalis materia Confeſſionis?

NEgat Philippus Faber (ut refert Diana) *in* 4. *diſt.*57.*quaeſt.unica,diſp.*14.*c.*3.*n.*51. aſſerens quod mendacium veniale,etiam quando eſt tota materia Confeſſionis,tantùm ſit peccatum veniale, cujus ſententiam fortè non eſſe improbabilem, dicit Bauny *ubi infrà*.

Sed certiſſimè reſpondeo:Eſſe peccatum mortale. Quia in tali caſu pœnitens nullam materiam formæ abſolutionis ſubjicit:ergo erit nulla:ergo neceſſariò peccabit peccato mortali ſacrilegij. Confirmatur ex nuper dictis: quia in hoc caſu pœnitens verè facit, ut forma ſecundùm totum ſuum integrum effectum ſit falſa: ergo gravem facit injuriam Sacramento: ergo.Sic Navarrus *in cap.Fratres,cit.n.*18.Henriquez *loc. cit.* Suarez *diſp.*22.*ſect.* 10. Angelus, Layman, Ægidius,Filliucius,Megala,Hurtado,& alij,quos citat, & ſequitur Diana 3 *part. tr.*4.*reſol.* 96. quibus addi poſſunt Candidus *diſquiſ.*24.*art.*5 *dub* 1. Lugo *diſp.*14.*n.*113.Llamas,& Bonacina *loc. cit.* Reginaldus *lib.*6.*n.*69.& omnes communiter, quos ſequuntur Bauny *tract.*4.*de Pœnit.* *q.*12. *de Confeſſ.aſſert.*4. *pag.*127. & Baſſeus *confeſſio* 4. *n.*5.

Qvæstio XVI.

An mendacium,quo quis negat aliquod mortale nunquam confeſſum, ſit peccatum mortale?

REſpondeo affirmativè, quia tale mendacium eſt contra integritatem Sacramenti. Nam ex imperio Chriſti, ut ipſa inſtitutio Sacramenti indicat, peccata mortalia integrè ſunt Confeſſori narranda, ut habent Concil.Florentin.in Decreto, & Tridentin.*ſeſſ.*14.*c.*5.Secus autem dicendum eſt de mendacio,quo quis negaret aliquod peccatum mortale,aliàs ritè confeſſum;cum nemo teneatur bis confiteri. Sic omnes communiter, præcipuè Navar. *loc. cit.* & *in Man.c.*21.*n.*37.& 38. Sotus *in* 4.*diſt.*18. *q.*2. *art.*4. *concl.* 3.Reginaldus *n.* 67. Henriquez *loc. cit.* & alij Doctores nuper adducti.Nec ob hoc,ait Baſſeus,falſificat pœnitens materiam Sacramenti,cùm abſolutè non habeat obligationem tale peccatum confitendi, nec etiam rogatus à Confeſſario.

Qvæstio XVII.

An etiam peccet mort.qui ſibi in confeſſione imponit aliquod mortale,quod non commiſit?

NEgativam ſententiam indicare Sylveſtrum *Confeſſio* 1.*q.*8.ait P.Hurtado *diſp.*8.*diff.*6. ſed immeritò profectò; nam oppoſitum expreſsè docet per hæc verba: Vnde accuſans ſe de peccato, quod non fecit in confeſſione,ſecundum multos peccat mortaliter, quod verum eſt, ſi quis ſe accuſet in ſpeciali de mortali in caſu certo, quia ſe injuſtè infamat.Sic Sylveſt.

Certiſſimè ergo reſpondeo: eſſe peccatum mortale. Primò,quia in tali caſu, revera deciperet judicem ſuum: confeſſorem videlicet, in re gravi. Secundò quia ſi citra periculum peccandi, & invaliditatis Confeſſionis, poſſemus nobis in confeſſione imponere mortalia, non eſſemus ſolliciti in diſcuſſione propriæ conſcientiæ, circa numerum indagandum; ſed plura peccata confiteremur,ut vel ſic ſine magno

labore

labore, nullum eſſet peccatum, quod in illo numero non includeretur, quod per ſe fieri poſſe nemo dicet: quamvis per accidens, ob indiſcretum zelum pœnitentium ſe plus juſto accuſantium, vel quia ſic ipſi putant bona fide ſecuriorem viam eligere, numerum peccatorum augere non ſit mortale (ut *citato* Navarro, docet Reginald. *lib.6. c.3. n.67.*) ſed veniale tantùm (ut ait Cajet. *v. Confeſſio, conditione* 4. eo quòd indiſcretè ſe accuſet.) Sic Auth. *cit.* & Sancius *in ſelect. diſp.* 8. *n.*4. Sotus, Suarez, Vaſquez, & Ægid. apud Hurtadum *loc. cit.* & apud Fagundez *prac.* 2. *lib.*3. *c.*3. *n.*12. & Granado *tract.*9. *diſp.*13. *n.*7. *pag.* 1271. Lugo *diſp.*16. *n.*100. & Bonacina *loc. cit. n.*9. & omnes quos ſequitur Bauny *loc. cit. aſſert.*3.

QVÆSTIO XVIII.

An Confeſſio debeat eſſe frequens?

Reſpondeo: debere ob magnas utilitates, & uberes fructus, qui ex frequenti confeſſione percipiuntur. Æquum enim, & juſtum eſt, ut qui frequenter cadit, frequenter per confeſſionem reſurgat. Licèt nullus obligetur ſub mortali frequentius, quàm ſemel in anno, extra mortis articulum, aut extra tempus ſuſcipiendi Euchariſtiam confiteri. Sic omnes DD. Legantur Bonacina *loc. cit. n.*14. Coriolan. *loc. cit. ubi de quinta conditione*, & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XIX.

An peccata ſemel per Sacramentum Pœnitentiæ remiſſa licitè poſſit quis iterum etiam ſola confiteri?

Negatunt Rubion, & alij quidam apud Rirardum. Quibus adde Scotum apud Vivaldum de *Confeſſion. n.*20. *verſ. quinta, Frequens.* Et apud P. Ledeſmam etiam Gabriel, & D. Bonav. quia dicta peccata jam ſemel ſunt remiſſa: ergo non poteſt quis noviter de illis abſolvi.

Sed certiſſimè reſpondeo poſſe, ut habitum eſt *ſuprà diſp.*2. *q.*32. Et tenent communiter omnes Doctores, S. Thomas, Ricardus, & alij apud Petrum Ledeſmam *tract. de Pœnit. c.*2. *dub.*2. *poſt ſecundam concluſionem.* Ad argumentum autem factum in contra, conſtat aliquo modo ex dictis *loc. cit.* & nunc latiùs cum Palao *tom.*4. *tract.*23. *punct.*5. *n.*6. reſpondeo dicendum, quòd peccatum nunquam ita remittitur, quin amplius remitti poſſit, ſaltem quatenus eſt impedimentum gratiæ abundantioris recipiendæ. Nam cum peccata peccantem ligent tum vinculo, & reatu culpæ, tum reatu pœnæ æternæ, vel temporalis, tum peccatorum reliquiis, tum obligatione ea peccata judicio Confeſſuris ſubjiciendi (ſi aliàs ſemel non ſint ſubjecta) tum improportione ſuſcipiendi gratiam, aliaque beneficia abundantiora, quæ ſpectata rei natura convenientius erat communicari ei, qui nunquam peccata commiſit, virtute abſolutionis abſolvitur pœnitens ab aliquo ex prædictis vinculis. Cùm autem prædicta vincula à peccatis oriantur, abſolutis vinculis, peccata abſolvuntur, ſicuti abſolutus ab obligatione voti, quæ ex voto naſcitur, voto eſt abſolutus. Abſolutio ergo à peccatis non determinat vinculum, à quo pœnitentem abſolvit, cùm ad omnia vincula, quibus peccator tenebatur, ſe extendat. Nec inde ullo modo fit, peccatorem ita manere poſſe abſolutum, ut amplius abſolvi non poſſit; nam eſto maneat plenè, & perfectè abſolutus à reatu culpæ, & pœnæ, peccatique reliquiis, & obligatione peccatum clavibus ſubjiciendi: nunquam tamen manere poteſt integrè, & plenè abſolutus ab improportione, & indignitate, quam ratione commiſſæ culpæ contraxit, abundantiora dona, & beneficia divina recipiendi. Hæc enim improportio & indignitas, gratia per Sacramentum Pœnitentiæ communicata, minui quidem poteſt, non in ſe, ſed extrinſecè: tolli autem integrè nequit, quia nunquam fieri poteſt peccatum commiſſum non eſſe. Sic Palaus. Legantur etiam Ægidius *diſp.*4. *dub.*8. & Palaus, Layman *lib.*5. *ſum. tr.*6. *c.*3. *num.* 8.

QVÆSTIO XX.

An ſaltem ſit conveniens abſque ulla neceſſitate frequenter eadem peccata fateri?

Negat Sotus *diſt.*18. *q.*4. *art.*3. & ita ut addat id non poſſe rectè fieri ſine gravi cauſa. Favet illi Vaſquez *q.*91. *art.*3. *dub.*7. *n.*8. per hæc verba. Cavêdum eſt, ne propter nimiam conſuetudinem jam homo repetat peccata, ſine ulla diſplicentia, & ita magis expedit moderatiùs uti Confeſſione. Sic Vaſquez.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non ſolùm conveniens, ſed valde conveniens, & utile eſſe peccata ſemel confeſſa pluries confiteri, ſi hoc fiat devotionis causâ, quieta conſcientia, ſine moleſtia Confeſſorum, breviter, & ſervatis aliis circunſtantiis, & prudentiæ conditionibus. Quia per tales confeſſiones cauſatur nova gratia, & remittitur pars pœnæ temporalis in purgatorio ſolvenda. Sic ex D. Aug. D. Anton. 3. *part. tit.* 14. §. 4. Navar. *in cap. Fratres, cit. n.* 19. *& ſequent. & in Man. c.* 21. *n.* 42. Vaſquez *loc. cit. n.*1. licèt poſtea *n.*8. limitet per verba tradita ſuam ſententiam: Coriul. 1. *part. ſect.* 3. *cit. loc. pag.* 267. *& verſ. tertia decima conditio, pag.* 319. Suarez *diſp.* 18. *ſect.*4. *n.*9. Bonacina *loc. cit.* Reginald. *lib.*6. *num.*71. *&* 94. Sancius *in ſelect. diſp.* 31. *n.*8. Henriquez *lib.*2. *de Pœnit. c.*3. *n.*4. & communis.

QVÆSTIO XXI.

Qua ratione confeſſio debet eſſe nuda, diſcreta, libens, & verecunda?

Reſpondeo breviter, quod debet eſſe *nuda*: ideſt, clara, non palliata coloribus, aut jocis obſcurantibus gravitatem peccati. Nam ſi pœnitens ita obſcurè loqueretur, ut à Confeſſario non intelligatur, aut intelligatur aliter quàm ipſemet pœnitens novit, inutilem faciet confeſſionem, ſicut ille qui tacet illud, quod neceſſariò fatendum eſt.

Debet eſſe *diſcreta*: Primò in verbis, ut ſcilicet honeſtis vocibus explicentur peccata, præſertim carnis. Secundò, quantum ad modum narrandi: ne peccata, quæ ſimul exprimi poſſunt, diviſim confiteantur. Et tertiò in eligendo idoneo confeſſario, erudito, & probo.

Debet eſſe *libens*, ideſt omnino voluntaria, quamvis qui importunis precibus, aut nimio timore trahretur invitus, ſi aliàs confiteretur omnia cum debita attritione, non fruſtraretur fructu Sacramenti, ut *ſupra* eſt habitum.

Debet etiam eſſe *verecunda*, id eſt, comitata pudore, ita ut pœnitens erubeſcat coram Deo de offenſa, coram ſe ipſo de fœditate peccati, & coram Sacerdote cum pudore explicet peccata. Quia pudor magna eſt pœnitentiæ pars. Sic Navar. *loc. cit. n.*52. *& ſeqq.* Bonacina *diſp.*5. *q.*5. *ſect.*2. *punct.*2. Henriquex *lib.*5. *c.*2. *n.*5.6. *& ſeqq.* & alii communiter.

DISPV

DISPVTATIO V.

De integritate Confeſſionis, quæ eſt eius decima conditio.

QVÆSTIO PRIMA.

Quanam ratione Confeßio debet eſſe integra?

RESPONDEO: quod debet eſſe integra quoad mortalia nunquam ritè confeſſa. Sic docent omnes. Qualis autem debeat eſſe hæc integritas,& de quibus peccatis,& an ſemper requiratur, in ſequentibus quæſtionibus explicabimus. Sit ergo

QVÆSTIO II.

An confeſsio debeat eſſe de omnibus mortalibus, quæ ſunt intra conſcientiam pœnitentis?

REſpondeo,debere eſſe de omnibus,non phyſicè, ſeu materialiter, ſed moraliter, & formaliter, hoc eſt de omnibus, quæ moraliter hîc & nunc fateri poſſunt.Sic habetur in Concil.Florent.*in decreto Eugenij IV.* in Trident.*ſeſſ.14.cap.5.& Can.7.* his verbis: Si quis dixerit in ſacramento pœnitentiæ,ad remiſſionem peccatorum non eſſe neceſſarium iure diuino confiteri omnia,& ſingula peccata mortalia, etiam occulta, quorum memoria habetur, anathema ſit: & docent S.Thom. *in 4.diſt.47.quæſt.3.art.4.* Suarez *diſp.22.ſect.1.* Vaſquez *q.91. art.1. dub.2.* Henriquez,Bellarm. Molfeſ.& alij,quos citat & ſequitur Bonacina *diſp.5.q.5.ſect.2.punct.2.§.3. diff.2.n.1.* & omnes.

QVÆSTIO III.

An peccata ante Baptiſmum commiſſa, ſint neceſſariò confitenda?

Afirmant Angel. *Confeſſio 2.n.2.* vbi ait,quod infidelis non confitens peccatum mortale commiſſum, tam ante baptiſmum, quàm poſt,habita opportunitate,omnino damnabitur.

Sed certiſſimè reſpondeo: nec debere, imò nec poſſe prædicta peccata confeſſioni ſubiici. Primò, quia ſic habetur in Trid. *ſeſſ.14.cap.1.& Can.1.* Secundò,quia Sacramentum pœnitentiæ eſt ſecunda tabula poſt naufragium, & denique,quia peccata commiſſa ante baptiſmum, per baptiſmum dimittuntur. Sic omnes DD. præcipuè Henriq. *loc.cit. c.3.n.10.* Bonac.& alij *citati*,Reginaldus *lib.6.n.104.*& omnes.

QVÆSTIO IV.

An ſint confitenda neceſſariò omnia venialia, quæ in conſcientia pœnitentis ſunt?

AFfirmant Innoc.III. *in cap.Omnis*,& ex Doctoribus antiquis,quos tacito nomine refert Granado *de Pœnit.tract.1.diſp.9.ſect.3.n.1.*

Sed certiſſimè reſpondeo,non eſſe neceſſariò confitenda: vnde qui plura habet venialia, optimè poteſt quæ ſibi videbitur confiteri, & alia tacere. Ratio eſt,quia peccata venialia ſolùm ſunt materia voluntaria, ſeu ſufficiens confeſſionis, non neceſſaria, cùm multis aliis modis expiari poſſint. Sic habetur in Concil. Trident. *ſeſſ.14. cap.5.* & ex illo docent

Nauar.*in cap.Fratres,de Pœnit.diſt.5.num.102.& in Man.c.2.n.11.& cap.21.n.37.* Suarez,Henriquez, Tolet.Granad.& omnes communiter.

QVÆSTIO V.

An confitenda ſint omnia mortalia diſtinctè, quoad omnes ſpecies,& numerum eorum?

REſpondeo affirmatiuè. Sic enim habetur in Trident.*ſeſſ.14.cap.5.& Can.7.* vbi expreſsè dicitur, debere confiteri omnia, & ſingula peccata mortalia. Et hic eſt vſus Eccleſiæ,& conſenſus omnium,vt teſtatur Nauarr. *in c.Confideret,de Pœnit.diſt.5.n.28.& ſequent.* Suarez *diſp.22.ſect.2.*& alij.Ratio eſt,quia (vt ait Conc.) Sacerdos non poteſt hoc iudicium incognita cauſa exercere,neque æquitatem in pœnis iniungendis ſeruare, ſi in genere ſolùm, & non potiùs in ſpecie, & ſigillatim ſua peccata ipſi pœnitentes declaraſſent.

QVÆSTIO VI.

An ad confitendum numerum peccatorum ſufficiat pœnitenti dicere, ſe ſæpius peccaſſe, v.g. ſe ſæpius iuraſſe, ſæpius furatum fuiſſe, &c.

AFfirmant Angel.*verb.Confeſſio 1.n.23.*& Archidiac.apud Nauarrum *in c.Confideret,citat.n.42.& 43.* & apud Filliucium *tr.7. n.81.* qui etiam pro hac parte refert Syluestrum *Confeſſ.1.n.11.* Sed malè profectò,quia ibi nihil dicit Syluester,& *in verb.Confeſſio 2.n.11.* oppoſitum planè aſſerit. Imò Angel. *loc.cit.* licèt aſſerat,non eſſe improbandam ſententiam Archidiaconi; nihilominus tamen oppoſitam tutiorem dicit.

Certiſſimè tamen reſpondeo: nullo modo ſufficere prædictum modum confitendi numerum peccatorum mortalium ſaltem,ſed neceſſum eſſe pœnitenti ſcienti certum numerum peccatorum,dicere explicitè,& determinatè illum. Quia ſic clarè colligitur ex Trid. *loc.cit.*& optimè probant Nauar. *loc.cit.n.42.& 43.* Suarez *diſp.22.ſect.5.* & Filliuc. *loc. cit.* Henriquez *lib.5.c.5.n.9. lit.I*, & apud illum vterque Sotus, & Cano,Villalob.*tr.9.diff.33.n.4.* Bonacina *diſp.5.q.5. ſect.2. punct.2.§.3. diff.2.n.3.* & omnes,& ratio eſt, quia illud verbum *ſæpius*,tam in binario,quàm in ternario,ac centenario inueniri poteſt.

QVÆSTIO VII.

An debeat quodlibet peccatum ſeorſim confiteri?

REſpondeo: non debere, ſed ſufficere omnia peccata ſub vna ſpecie morali contenta vnico verbo dicere,vt millies blaſphemaui, vigeſies periuraui, &c.quia id ſufficit,vt docet vſus Eccleſiæ.Sic Nauar. *c.6.n.16.* Suarez *diſp.22.ſect.5.n.37.* Bonacina *loc.cit. n.2.* Henriquez *lib.5.c.5.n.8.* & Caiet. *verb.confeſſio, in 6.præcepto*,& omnes.Et certè bene,quia aliàs confeſſio eſſet oneroſa.

QVÆSTIO VIII.

An pœnitenti, cui non conſtat numerus determinatus ſuorum peccatorum,ſufficiat exprimere numerum probabilem, aut veriſimilem, plus minuſve?

REſpondeo: Sufficere dicere numerum veriſimilem, addendo præcipuè illa verba, *plus minuſve*,

vel, *circa*: v.g. periuraui decies, *plus minuſve*: vel *circa*, vel *plus minus duo*, aut *centum circa*, vel *plus, minuſve*, vel *plus minus decem*, &c. Sic Nauar. ex Caiet. *cap. 6. num. 42.* Suarez, Vaſquez, Sà, Soto, & alij ſtatim citandi. Et ratio eſt, quia in hoc caſu ſufficienter prædicto modo exprimit numerum peccatorum, quantum poteſt, & conſcientiæ ſuæ ſtatum ſufficienter aperit Confeſſario.

Qvæstio IX.

An quando pænitens faſſus eſt ſe decies, plus minuſve periuraſſe, ſi poſtea certè recordetur ſe periuraſſe duodecies, teneatur illa duo periuria denuo confiteri?

Affirmant G. Hurtado *diſp. 9. diff. 5.* & Lugo *diſp. 16. num. 75. & ſequent. pag. 317.* qui dicit, ita docere debere omnes, qui affirmant, peccata dicta vt dubia, poſtea eſſe confitenda vt certa, quando iam certa ſunt.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri illa duo periuria denuo confiteri, quia illis verbis, *plus, minuſve*, cenſentur comprehenſa fuiſſe. Secus eſſet dicendum, ſi pœnitens non diceret, dicta verba, *plus vel minus*, vel *circa*, vel *plus minus duo*, aut etiamſi dixiſſet, poſtea tamen recordaretur fuiſſe quindecim, aut ſexdecim periuria: quia in his caſibus verè teneretur confiteri illum exceſſum. Sic Sot. *in 4. diſt. 18. quæſt. 2. art. 4.* Sà *verb. Confeſſio, num. 32.* Viualdus *de Confeſſ. num. 55.* Suarez *diſp. 22. ſect. 5. num. 28.* Vaſquez *quæſt. 91. art. 1. dub. 6.* Vega *1. part. cap. 63. caſu 22.* Ægidius *diſp. 7. dub. 7. num. 62.* P. Ledeſma *tom. 1. Sum. cap. 17.* Villalobos *tract. 9. diff. 33.* Sancius *diſp. 2. num. 13.* Granad. *tract. 9. diſput. 10. num. 2.* Lopez *1. p. cap. 31.* Fagundez *lib. 3. de præc. Confeſſ. cap. 5. num. 3.* Diana *3. part. tract. 4. reſol. 94. & 4. part. tr. 4. reſol. 204.* Bonacina *loc. cit. n. 6.* & apud ipſum Nugnus, Filliuc. Reginald. Pirigian. & alij, quos ſectantur Trulleoch. *lib. 4. c. 6. dub. 3. n. 13.* Geſuald. *tr. 21. c. 4. n. 33.* & Baſſeus *confeſſio 4. n. 10.*

Addit Viuald. *loc. cit.* vnum valde notandum, ſcilicet, quod ſi quis in confeſſione dixit, peccaui decies in hoc peccato, & de omnibus aliis, quæ Deus ſcit me commiſiſſe in hoc caſu, quorum non recordor, dico meam culpam, ſi poſtea aliqua venerint in memoriam, non teneatur illa confiteri, dummodo ſufficiens examen, ac debitum priùs fecerit. Sic Viualdus. Cuius additum, an ſit probabile aliis, Diana *reſol. 94 cit.* iudicandum relinquit. Mihi certè improbabile videtur, eo quòd illa peccata oblita, & tali modo confeſſa, nullo modo directè ſubiecta ſint clauibus, nec directè conſequenter abſoluta, ſed ſolummodò indirectè, vt ex dicendis *quæſt. ſequentibus*, præcipuè 73. conſtabit.

Qvæstio X.

An illa verba, plus minúſve. *aut* parum plus vel minus, *quæ addi ſolent, tantùm ſe extendant ad duo, vel tria peccata?*

Affirmatiuam ſententiam tueri Sancium *in ſelectis, diſp. 2. n. 13.* Reginaldum *lib. 6. c. 3. n. 126.* (non 306.) Vegam *c. 63. caſu 22.* Sotum, Villalobos, Sà & Ledeſmam *loc. cit.* Toletum *lib. 3. c. 7. num. 2.* & alios, ait Diana *reſol. 94. citata.* Sed non benè profectò, nam nullo modo talem ſententiam tuentur, vt legentibus illos Doctores conſtabit.

Alij autem affirmant, extendi illa verba, non ſolùm ad duo, vel tria, verùm etiam ad quartam partem ſummæ, cui adjicitur, vt ſi pœnitens dicat, octies periuraui, *plus minuſve*, tunc extendantur ad decem, qui duo ſunt quarta pars ex octo. Sic aliqui, quos refert Gloſſa *in l. Hac adiectio 192 ff. de verb. ſignific.* Quorum ſententiam bene refutat Lugo *diſput. 16. num. 94. pag. 422.* eo quòd nequeat eſſe vniuerſaliter vera. Quia ſi aliquis mihi promittat centum millia aureorum, *parum plus, vel minus*, non ſatisfaciet dando ſeptuagintaquinque millia, quia illud quod deeſt, licèt ſit ſola quarta pars, non eſt tamen parum, ſed multum minus, quàm centum millia, quæ promiſit.

Alij dicunt, illa verba verificari poſſe de quinque pro quolibet centenario, & non de pluribus. Sed etiam id benè reprobat Lugo, quia licèt in magna ſumma id verum eſſet, in parua tamen eſſet rigidum: vt ſi pœnitens diceret, quinquagies periuraui, *plus, minuſve*, tunc non ſe extenderent vſque ad quinquaginta tres.

Alij denique docent, quod qui confiteretur, ſe peccaſſe decies, paulò plus minuſve, tunc iis verbis comprehenderet alias tres, vel quatuor vices. Sic Hurtado *de Sacrament. diſp. 9. de pœnit. diff. 5.* quem videtur ſequi Diana *4. part. tract. 4. reſol. 204. (non 294.* vt citatum inuenies apud Lugum *loc. cit. numero 95.* Filliuc. *tract. 7. c. 4. num. 91.* & alios.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo ex Lugo *loc. cit. num. 96.* & ex Vaſquez *quæſt. 91. art. 1. dub. 6. num. 2.* certum eſſe, prædicta verba, *plus minuſve*, aut *parum plus, vel minus*, ad paruam ſummam referri. Quanta autem debeat eſſe, non poſſe vniuerſali regula definiri, ſed arbitrio prudentis relinqui, notando tamen quod quo maior eſt numerus peccatorum, qui nominatur, maior numerus debeat intelligi verbis illis, *plus, minuſve*. Legantur Vaſquez, & Lugo *loc. cit.* necnon Baſſeus *n. 20. fine.*

Qvæstio XI.

An Pœnitenti, qui nimia conſuetudine peccauit, ſufficiat ſuum ſtatum per tempus explicare, non explicato numero peccatorum?

Affirmant Nauar. *de Pœnit. diſt. 5. cap. conſideret, à num. 43. & in Man. cap. 6. n. 15.* (non 5. vt apud Lugum inuenies) Caiet. *tom. 1. opuſc. tract. 4. quæſt. 3.* Petrus Soto *lect. 9. de Confeſſ. fol. mihi 186.* Canus *de Pœnit. part. 5. §. collige tamen*, & Pharaonius *de Pœnit. ſect. 16. caſu 5.* docentes inde ſufficere meretrici inueteratæ manifeſtare tempus, quo fuit in eo officio. Sic etiam Victoria *num. 178. fol. mihi 145.* Et nouiſſimè Ioan. Henriquez in compendio caſuum, *cap. 10. n. 19. fol. 71.* per hæc verba: [La muger que eſtuuo en caſa publica, baſta que diga en la confeſſion el tiempo que alli eſtuuo expueſta a todos los pecados que puede cometer, ſin ſer neceſſario dezir el numero dellos, porque con eſte explica, y declara ſus culpas baſtantemente. Y no ſé que tenga de ancha, ò de improbable eſta opinion, para que tantos hombres doctos la reprueben, y culpen à N[illegible]arro, que la enſeña, como ſi no huuieſſe otros Doctores graues, que tambien la tienen. Y quien con mayor claridad la eſcriue, es Toledo *lib. 3. cap. 7. n. 2.* Cuyas palabras ſon eſtas.] Quod ſi peccatum eſt nimis frequens, dicat ſaltem tempus, vt quod per annum habuit in conſuetudine blaſphemare, vel falſum iurare, vel ſe polluere: ſi etiam eſt in ſtatu peccandi, ſufficit exprimere tempus, vt dicere, ſi Meretrix eſt, ſe per duos, aut tres annos fuiſſe expoſitam cuicumque accedenti. Hucuſque Ioannes Henriquez.

Alij abſolutè id negant, quia contingere poteſt, quod vna meretrix in vno loco centies fornicetur, dum alia decies in alio: ergo neceſſum erit, frequentiam

tiam actuum explicare. Ita Sotus *in 4. diſtinct.* 18. *queſt.* 2. *artic.* 4. *concluſ.* 1. Sà *verb. Confeſſio, num.* 31. *alias* 32.

Sed clariùs, & probabiliùs ſub diſtinctione hac reſpondeo. Si pœnitens, poſt diligens conſcientiæ examen, nequit habere notitiam numeri ſuorum peccatorum, tunc ſufficiet ei explicare ſuum ſtatum, dicendo tempus, & frequentiam ſuorum delictorum: fornicationum, v.g. per decennium: omiſſionis officij diuini, per unum annum; lattocinij vitij, tanto tempore, &c. Et in hoc coovenio cum Doctoribus primæ ſententiæ, à quibus non diſſentit Sor. imò conſentit, *loc. cit. verſ. Quapropter.* Et Angles *queſt. de confeſſ. art.* 4. *pag. mihi* 122.

At verò, ſi pœnitens poſſit habere notitiam numeri peccatorum ſuorum, ſecum cogitans, quoties per diem, per hebdomadam, & per menſem; tunc revera tenebitur dicere, Toties ferè mihi accidebat in die, in hebdomada, aut in menſe. Et hoc modo audiri debet meretrix ad pœnitentiam conuerſa. Curando adhuc confeſſarius, ut explicet quantum poſſit, numerum mortalium extraordinariorum, ut ſi adverſa Venere ſit uſa: cum conſanguineis, aut cum Clericis ordinis Sacri, aut Religioſis congreſſa, ſi potione amatoria, aut magicis artibus uſa, &c. Sic Vivaldus *de Confeſſ. n.* 59. *pag. mihi* 117. ubi multa de hac re, & obſervanda tractat. Henriquez *lib.* 2. *de Pœnit. cap.* 5. *num.* 9. Soto *loc. cit.* Soarez *tom.* 4. *diſp.* 2. *ſect.* 6. Hurtado *diſp.* 9. *diff.* 5. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 89. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 2. *diff.* 1. *num.* 18. *& ſequent.* Vega 1. *p. cap.* 63. *caſu* 22. Reginaldus *lib.* 6. *à n.* 111. Lugo *diſp.* 16. *n.* 573. *p.* 406. Granados *tract.* 9. *diſp.* 10. *n.* 6. Vaſquez *q.* 91. *art.* 1. *dub.* 5. *num.* 3. Qui addit, circa numerum actuum internorum non eſſe cogendas, ut dicant frequentiam ſolitam, & numerum per hebdomadas, aut dies, ſicut diximus de frequentia ſolita fornicationum explicãda, quia in his actibus internis videtur impoſſibile eos ad aliquem numerum reducere, ſine periculo maximi erroris, per exceſſum, aut defectum. Cuius doctrinæ conſentiunt Lugo *loc. cit.* Ægidius *diſp.* 7. *de Pœnit. dub.* 7. *n.* 65. vbi ſic ait. De actibus autem internis ſufficier dicere, ſæpiùs per diem, aut quaſi continuò, & prout dabatur occaſio, deſideraſſe indifferenter cum quouis hominum genere peccare, quia hi ab illis aliter explicari non poſſunt: quia non ita notant actus internos, ſicut externos. Sic ille, & Fagundez *prac.* 2. *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 11. licèt contrariũ teneat Candidus *tom.* 2 *diſquiſit.* 24. *art.* 22. *dub.* 16. *pag.* 46.

QVÆSTIO XII.

An qui concubinam diu domi habuit, eaque vt propria uxore vſus eſt, teneatur numerum fornicationum explicare?

NEgant Henriquez *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 9. Fagundez *dicto cap.* 4. *n.* 11. qui citat Nauarrum *in Man. cap.* 6. *num.* 15. & Toletum *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 2. Sed quoad caſum præſentem malè (quia neuter loquitur de concubinario, ſed de peccato in communi.) Lugo *loco cit. num.* 575. & expreſſiùs Victoria *loc. cit.* per hæc verba: Eſt meretrix, quæ fuit in lupanari decem annis, nunc conuertitur, & vult confiteri, ſatis eſt, quod dicat peccata fornicationis, hoc modo: Manſi in lupanari per decem annos, admittens cunctos: nec oportet, quod cogitet, quod in hebdomada, menſe, aut anno. Patet, quia per hoc confeſſor habet tantam notitiam, quantam illa poteſt ei dare. Quid enim refert, quod illa dicat ſe peccaſſe triginta mille vicibus? Et idem de concubinario, qui habet fœminam per annum qualibet nocte; non eſt opus, quod

numeret vices, nec expedit illud dicere. Item de illis qui frequentiſſimè blaſphemant. Satis eſt, quod dicant, hanc eſſe ſuam conſuetudinem, ne faciamus eos mentiri. Sic Victoria ex Caietano. Et docent etiam Sor. *diſt.* 18. *queſt.* 2. *art.* 4. *pag. mihi* 864. Bonacina *loc. cit. n.* 19. & apud ipſum Ægidius *diſp.* 3. *dub.* 1. *n.* 52. 64. *&* 65. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 5. *q.* 3. Reginaldus, & Pitigianus.

Sed iuxta nuper dicta, clariùs, & probabiliùs reſpondeo, teneri quidem numerum fornicationum, ſi facilè notitiam illarum habere queat, in confeſſione fateri, non verò numerum actuum internorum. Sic colligitur ex doctrina à Vaſquez *loc. cit.* tradita, quæ (vt notat Lugo *loc. cit. n.* 574.) locum habere debet in eo qui paſſim fœminas ſibi obuias turpiter concupiſcit, aut paſſim cum ſociis tota die de rebus turpibus loquitur, in quibus caſibus quia difficile valde eſt numerum aliquem deſignare, ſufficiet explicare tempus, & conſuetudinem, & ſpecies principales an ſcilicet coniugatas frequenter, an aliquando cognatas, aut perſonas ſacras concupiſcat, aut de illis turpiter loquatur.

QVÆSTIO XIII.

An qui per annum integrum non recitauit, aut non reſtituit, ſatisfaciat ſi dicat Confeſſario, Anno integro omiſi diuinum officium, aut non reſtitui, cum poſſem?

NEgant communiter Doctores, loquendo ſaltem de omiſſione reſtitutionis, præcipuè Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 22. *dub.* 19. qui citat pro hac parte Nauarrum *cap.* 6. *n.* 14. & Nugnum 3. *part. q.* 9. *art.* 2. *verſ. ex dictis ſequitur.* Sed ex iis Doctoribus Nauarrus nil habet ad rem *n.* 14. & oppoſitum loquendo de omiſſione diuini officij, docet *n.* 15.

Vnde probabiliùs, iuxta doctrinam traditam reſpondeo, ſatisfacere, quia in genere moris, aut illud cenſetur vnum numero peccatum, aut certè collectio talis multorum ſatis generali hac confeſſione declaratur. Sic Nauar. *c.* 6. *n.* 15. Henriquez *lib.* 5. *n.* 2. Reginaldus *de prudent. Confeſſ. c.* 3. *pag.* 44. Nauar. *lib.* 4. *de reſtitut. c.* 4. *dub.* 1. Bonacina *loc. cit. num.* 22. Victoria *num.* 178. & Granado *tract.* 9. *diſp.* 16. *num.* 7. *&* 8. Qui hoc verum exiſtimat adhuc in caſu in quo pœnitens multoties intra annum doluiſſet de culpa, & ſtatuiſſet recitare, vel aliquoties habuiſſet animum reſtituendi, & non reſtituiſſet. Quia licèt in hoc caſu illud peccatum numero multiplicetur, metaphyſicè loquendo; nihilominus tamen non videtur neceſſarium declarare dictam interruptionem. Quia in Confeſſione (inquit) non eſt ſeruandus ſtrictior rigor, & nimietas in explicando numero, quando ſufficienter conſtat de ſtatu pœnitentis. Satis autem conſtat, cum quis fatetur, ſe per annum non recitaſſe, aut non reſtituiſſe, cùm poſſet: licèt non declaret, an habuerit aliquoties animum recitandi, & reſtituendi, & alioquin moleſtum eſſet, & onetoſum, & ſcrupulis plenum, maiorem obligationem imponere. Sic Granados, qui etiam citat Nauarrum, & Reginaldum pro hac parte. Quamuis contrarium expreſsè doceat Felix *in Tentatiua Complut. tract.* 3. *c.* 7. *diff.* 4. *per totam*, cum aliis quos citat, & ſequitur Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 95. Legatur *infrà diſp.* 8. §. 7. *queſt.* 6. & Baſſeus *confeſſ.* 4. *n.* 21. *verſ. Item ſatisfacit.*

QVÆSTIO XIV.

An ille, qui propter inueteratam peccandi conſuetudinem ſolùm faſſus eſt tempus, quo in peccato perſeuerauit, ſi poſtea numeri peccatorum recordetur, teneatur illum exprimere?

AFfirmat Hurtado, iuxta doctrinam, quam docet *diſput.9. difficult.5.* vt ſtatim videbimus, & cum eo alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Quia in illa confuſa narratione, omnia peccata ſufficienter fuerunt expreſſa, & directè abſoluta. Sic expreſsè Sotus *in 4. diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 4.* vbi de noſtro loquendo caſu ſic loquitur: Atqui dum quiſpiam ſic tempus explicando confeſſus eſt, licèt poſtmodum in particulari cuiuſpiam recordetur peccati, non tenetur amplius illud confiteri; quia ſatis illud confeſſus eſt, cum dixit, quotidie ſimilia perpetraſſe. Sic Sotus, & ex illo Lopez *p.1. Summ. cap.32. q.2. pag. mihi* 182. Lugo *diſp.16. n.582. pag.407.* ex Vaſquez *q.91. art.1. dub.5. n.3.* Vega *1. p. Summa, c.63. caſu* 22. *col. mihi 636.* & penes ipſum Medina, Nauarrus, Alcozer, Rodriguez, & Angles.

QVÆSTIO XV.

An qui explicuit numerum peccatorum, non omnino determinatum, ſed ſub illis verbis, v.g. decies, plus minúſve, teneatur poſtea accuſare ſe de vndecimo peccato, ſi poſtea certè recordetur illius?

AFfirmat Hurtado *loc. cit.* Quia (inquit) ſicut ſi in principio pœnitenti certò conſtaret, ſe duodecim vicibus determinatè fornicatum fuiſſe, aut iudicaret, ſe duodecies, paulò plus minúſve fornicatum fuiſſe, ſic teneretur confiteri: ſic etiam tenetur poſt confeſſionem factam. Sic ille. Cuius ſententiam referunt Lugo *diſp.16. n.80. pag.320.* & Diana *4. part. tract.4. reſol.* 204.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Quia illa verba, *plus, minúſve*, ad minus complectuntur duo, vel tria peccata, *vt ſuprà q.10.* eſt habitum. Et ſic docent Suarez *tomo 4. diſp.22. ſect.5. n.38.* Vaſquez *loco citato, dub.6.* Soto *loco citato.* Sà *verbo Confeſſio, n.32.* Petr. de Ledeſma *in Summ. cap.17. de Pœnitent. concluſ.2. pag. mihi* 474. Lugo *diſp.16. n.78. & n.581. pag.319. & 407.* ſibi aliqualiter contrarius, & Diana *loco cit.* Candidus *tom.2. diſquiſit.24. art.22. dubit.6. pag.44.* Lopez *1. p. c.31. in princip.* & communis.

QVÆSTIO XVI.

An quando peccata pœnitentis ſunt Confeſſario nota, ſufficiat dicere: Accuſo me de omnibus peccatis, quæ tu ſcis me commiſiſſe?

NEgant Summa Confeſſorum *lib.3. tit.34. q.191.* & Vega *1. p. Summ. c.63. caſu* 41. & id eſſe valde probabile, haud obſcurè indicat Reginaldus *lib.6. num.102.*

Sed probabiliùs reſpondeo: ſufficere, quia per prædictum modum confitendi ſufficienter aperit pœnitens ſua peccata Confeſſario. Sic Nauarrus *de Pœnitent. diſt.5. cap. Conſideret, num.62.* Medina *C. de Confeſſ. q.8. de Confeſſion. verſ. ſi quæras.* Sà *verb. Confeſſio, num.37.* & ibi Victorellus. Suarez *diſp.22. ſect.6. num.5.* Vaſquez *q.91. art.4. dub.4. num.6.* Layman *tract.6. cap.9. n.6.* Lugo *diſput.15. n.80. pag.276.* Bonacina *loco cit. num.10.* & apud ipſum Reginaldus, Zerola, & communis.

QVÆSTIO XVII.

An faciens Confeſſionem generalem, poſſit omittere aliqua mortalia, aliàs ritè confeſſa?

REſpondeo: poſſe, quia nullus tenetur repetere peccata, à quibus iam olim fuit rectè abſolutus. Vnde licitè poterit tacere peccata illa, quæ verecundiam, vel infamiam præ ſe ferunt. Sic Nauarrus *cap. Placuit, num.112. & 122.* Syluest. Sotus, & alij, quos citat, & ſequitur Fagundez *præcept.2. lib.3. c.3. n.12. pag.357.* & Candidus *part.2. diſquiſit.24. art.22. dub.26.* Bonacina *diſp.5. q.5. ſect.2. punct.2. §.2. diff.2. n.14.* & omnes apud Baſſeum *Confeſſio 5. num.5. verſ. Porrò iuſta cauſa.*

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem teneatur omnia peccata mortalia confiteri, qui Confeſſario dicit, ſe velle omnia peccata vitæ confiteri?

AFfirmant Victoria *num.153. aliàs 166.* Ledeſma *1. p. q.8. art.2. dub.15.* Reginaldus *lib.6. n.97. pag. mihi* 196. & Vega *cap.63. caſu* 21. per hæc verba: [Quando en ſemejante caſo, el penitente dize al Confeſſor, que el quiere confeſſar todos los pecados mortales, que por todo el eſpacio de ſu vida ha cometido, que ſin duda ninguna eſtà obligado, de baxo de pecado mortal, à confeſſarlos todos, y eſto eſtà claro, porque de otra manera, en coſa tan grauiſſima, cometeria pecado de mentira, y engañaria al Confeſſor.] Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, ſaltem ſub mortali, etiamſi dedita opera mortale aliquod taceat. Quia quamuis in hoc caſu pœnitens revera mentiatur, non eſt mendacium pertinens ad Forum pœnitentiæ, ideóque nullo modo falleret confeſſarium in re graui. Sic Henriquez *lib.5. c.12. n.2. in Gloſſa littera D. pag. mihi* 243. Diana *3. p. tract.4. reſol.86.* & Fagundez *loco cit. n.12. & lib.2. c.2. n.3.* qui addit, nec fortè peccare venialiter, quia nomine peccatorum omnium, venit maior numerus illorum, & ita adhuc venialiter non mentiretur, qui mortale aliquod taceret: Lugo *diſp.16. n.56. pag.315.* & apud illum Salas, & alij, quos ſequitur Baſſeus *loco citato.*

QVÆSTIO XIX.

An qui iurauit, vel vouit facere confeſſionem generalem totius vitæ, vel anni, poſſit etiam aliquod mortale, ex iam confeſſis, tacere?

REſpondeo: non poſſe, quia licèt nulla lege humana poſſit quis adſtringi ad bis confitenda peccata (vt latè, & doctè, vt ſolet, probat contra nonnullos Nauarr. *in c. Fratres, n.3. de Pœnit. diſtinct.5. & in c. Placuit, n.112. & ſequent. de Pœnit. diſtinct.6. & in Man. c.9. n.1.* D. Thom. Paludan. Gerſon, Adrianus, & alij apud ipſum) benè tamen poteſt ſe voto ad id obligare. Quia præuiſa difficultate ad quam ſe exponebat, ſuo ſe proprio obligauit conſenſu. Sic expreſsè Nauarr. *in c. Placuit, citato n.115. & 118.* Fagundez *præcept.2. lib.2. c.1.* Viuald. *de Confeſſ. n.66.* & alij *ſuprà diſp.3. q.51.* adducti.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XX.

An qui ſcit, ſe peccaſſe mortaliter, ſed dubitat, an illud peccatum ſit confeſſus, teneatur illud confiteri?

RESpondeo: teneri. Quia conſtat de peccato, & de obligatione illud confitendi, & ſolùm dubitatur de confeſſione. Obligatio autem certa, dubia ſolutione non exhauritur. Sic Granados *de Pœnit tract*.9. *diſp*.7.*num*.8. Lugo *diſp*.16.*n*.59. Ægidius *de Pœnit. diſp*.7. *dub*.8.*num*.68. Suarez *diſput*.22. *ſect*.9. Adde idem dicendum de illo, qui certò ſcit, ſe habere mortale, & non recordatur ſpeciem illius; tunc enim fateri debet, ſe deliquiſſe mortaliter, etiamſi de eo in ſpecie memoriam non habeat, vt bene notat meus Nauarr. *in Manual.c*.10.*n*.17. & ex illo Naldus *verbo Confeſſio, n*.2. & communis.

QVÆSTIO XXI.

An in dicto caſu teneatur pœnitens dicere in Confeſſione, ſe dubitare, an tale peccatum confeſſus fuerit?

AFfirmabit fortè Luyſius *centur*.4. *Theol. dub*.7. iuxta doctrinam quam ibi tradit, de qua ſtatim.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non teneri, ſed ſatisfacere dicendo, ſe tale peccatum commiſiſſe. Quia pœnitens verè confitetur peccatum à ſe commiſſum. Quod autem fuerit illud confeſſum, necne, nihil, vt puto, refert. Sic Suarez *loc.cit*. Ægid. *loc.cit. dub*.8.*in fine*. Bonacina *diſp*.5.*quæſt*.5.*ſect*.2. *pag. mihi* 208. & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO XXII.

An quando repetuntur in confeſſione mortalia ſemel confeſſa, debeat pœnitens explicare, ſe iam iterum confeſſum fuiſſe illa?

AFfirmant Luyſius *loco cit*. & alij, quos ſuppreſſo nomine refert Lugo *diſput*.16. *n*.46. *pag*.314. Quia aliàs Confeſſor deciperetur, exiſtimans illam eſſe materiam neceſſariam confeſſionis, cùm re vera non ſit.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, niſi de nouo adſit aliqua peculiaris circunſtantia, quæ ad id explicandum cogat. Sic Lugo *loco cit*.*num*.43. Quia (inquit) peccatum idem eſt, ſiue illud antea confeſſus fuerit, ſiue non: niſi fortè mutatio temporis afferat ſecum circunſtantiam ſpecie diuerſam, vt ſi ſe accuſet coniugatus de peccato contra caſtitatem commiſſo, quando erat ſolutus; niſi enim explicetur tempus, Confeſſarius apprehendet ſpeciem adulterij; quando verò peccatum idem eſt, non eſt cur debeat explicari circunſtantia temporis. Sic ille, & ſic Thom. Sanchez *lib*.1.*Summ. cap*.10.*n*.71. Suarez *ſect*.9. *cit*. Ægidius *diſp*.7.(*non* 17. vt habes apud Lugum) *diſput*.8.*num*. 69. *in fine*, & alij ſtatim citandi.

QVÆSTIO XXIII.

An qui facit confeſſionem generalem, & confitetur ſimul aliqua peccata poſt vltimam confeſſionem commiſſa, teneatur explicare ſe talia peccata poſt vltimam confeſſionem commiſiſſe?

AFfirmant aliqui ad id teneri omnino, quia aliàs variaretur omnino iudicium Confeſſoris, putans illa peccata iam fuiſſe olim cõfeſſa. Ita expreſſè Luyſius *dub*.7.*cit*.*pag*.*mihi* 188. Qui addit ſententiam contrariam eſſe improbabilem, & in praxi non tutam, ſed potiùs perniciosam bonis moribus.

Sed huius cenſuræ adeo rigidæ (inquit Pater Lugo eiuſdem Societatis vir doctiſſimus) nullam prorſus rationem affert, niſi quod ſæpe neceſſe eſt explicare tempus, quo peccatum commiſſum eſt. Primò, ſi ſit reſeruatum commiſſum à Religioſo, quod ab eodem in ſæculo commiſſum, non eſt reſeruatum. Secundò ſi pœnitens nunc ſit in proxima occaſione peccandi, & iterum relabendi. Tertiò, ſi pœnitens habeat conſuetudinem præſentem peccandi, debet illam explicare, vt Sacerdos applicet illi medicinam, & iudicet an ſit diſpoſitus ad abſolutionem.

Cæterùm exceſſit hic author in cenſura abſque fundamento. Ad primum enim, & ſecundum facilè reſpondeo, tunc eſſe obligationem, non quidem dicendi, an ſit confeſſus iterum illud peccatum, ſed an ſit reſeruatum, vel an habeat occaſionem proximam: quæ quando poteſt relinqui, arguit aliud peccatum, imò indiſpoſitionem præſentem, ſi non relinquitur. Ad tertium ſupponit falſum, quod pœnitens ex ſe debeat dicere conſuetudinem præteritam, niſi interrogetur, cum iam peccata præterita ritè confeſſus eſt. Hucuſque Lugo contra Luyſium. Vnde

Probabiliùs reſpondeo, nullo modo teneri pœnitentem explicare, non fuiſſe antea confeſſum illa peccata. Quia cùm peccatum idem omninò ſit, ſiue antea illud confeſſus fuerit pœnitens, ſiue non, nec illa circunſtantia temporis variet vllo modo peccatum, non eſt cur debeat neceſſariò explicari.

Nec enim refert, quod confeſſarius intelligat illa peccata poſt vltimam Confeſſionem commiſſa, eſſe peccata antiqua. Quia licèt hoc verum ſit, pœnitens tamen id non dixit: nam licèt pœnitens videatur implicitè indicare, quod ſint peccata antiqua: ipſe tamen verè habet animum loquendi in confeſſione generali de peccatis nouis, & de illis vult loqui, licèt deſideret non intelligi, quoad hoc, à confeſſario: non enim eſt idem loqui obſcurè, ne intelligatur de illo, de quo loquitur, ac expreſsè negare: nam in primo caſu verba verè ſignificant id quod vult confiteri, atque ideo refert peccatum verum: in ſecundo autem caſu verba non poſſunt ſignificare verum peccatum, ſed falſum: in caſu ergo propoſito, peccata illa noua ſufficienter explicata à pœnitente ſunt, & abſolutio ex generali intentione ad illa relata: licèt Confeſſarius priuata exiſtimatione intellexerit eſſe peccata antiqua, & iterum confeſſioni ſubiecta. Sic Lugo *diſp*. 16.*à n*.49.*pag*.314. & ex illo ego. Bonacina *diſp*.5. *q*.5.*ſect*.2.§.3. *diff*.4.*num*.5. Homobonus *volum*.2. *p*.5.*reſponſ*.132. Diana 3.*part.tract*.4.*reſolut*.62. & 4.*part.tract*.3.*reſol*.65. & alij.

QVÆSTIO XXIV.

An liceat pœnitenti expreſsè confiteri peccata nova, ut antiqua?

AFfirmatiuam partem poſſe ſuſtineri, videtur indicare Lugo *loco cit.num*.52. vbi quæſtioni propoſitæ ſic reſpondet: Ad hoc aliquis fortaſſe diceret, pœnitentem ſufficienter declarare ſuum peccatum, etiamſi expreſsè diceret illud fuiſſe factum anno præterito, cùm factum ſit hoc menſe, quia illa circunſtantia videtur eſſe omnino extrinſeca: ſicut ſi diceret, ſe dum eſſet veſtitus, odio habuiſſe Petrum, cùm tamen eſſet tunc in lecto nudus; nam odium idem eſt, & ſecundùm ſe totum declaratur. Sic Lugo.

Sed mihi certiſſimè reſpondeo, nec licere, nec ſufficere talem confeſſionem. Quia pœnitens qui dicit, ſe peccaſſe anno præterito, non hodie, verè non confitetur peccatum, quod fecit, ſed aliud diſtinctũ, quod

nunquam fecit, faciet ergo ex hac parte confeſſionem inualidam. Sic tandem in hanc partem inclinat Lugo *loco cit. n.* 54. & credo eſſe communem omnium Theologorum.

QVÆSTIO XXV.

An quando quis de peccato à ſe admiſſo dubitat, an fuerit mortale, aut veniale, teneatur illud fateri?

NEgare videtur Layman *tom.* 1. *tract.* 1. *cap.* 5. §. 4. *num.* 37. *pag. mihi* 12. loquendo ſaltem in confeſſionibus ordinariis, & extra mortis articulum; licèt in fine concludat, ſed in hac re nihil velle determinare, ſed aliorum iudicio committere. Cuius ſententiam dicit Ioan. Præpoſitus *q.* 5. *de integritate Confeſſion. dub.* 3. *n.* 117. eſſe ſpeculatiuè probabilem, ſed non eſſe in praxi à contraria recedendum.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: teneri tale peccatum ita dubiè ſicut noſcit pœnitens, confiteri. Quia Tridentinum *ſeſſ.* 14. *c.* 3. *& can.* 7. ſola peccata venialia à confitendi neceſſitate excluſit: ergo non ſunt excipienda peccata, de quibus eſt dubium, an mortalia ſint. Sic S Th. *in* 4 *diſt.* 22. *q.* 2. *art.* 1. *ad* 3 Paludanus *ibid q.* 2. *art.* 3. *concluſ.* 3. *n.* 14. Syloeſt. *verb. Confeſſio* 2. *q.* 2. *n* 3. Tabiena *q.* 11. *n.* 12. Caietanus *eod. verb. c.* 1. *in* 4. *condit.* Victoria *n.* 150. Nauarrus *c.* 9. *num.* 14. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 9. Valentia *diſp.* 7. *q.* 9. *punct.* 3. Sà *verb. Confeſſio, n.* 7. Salas, Azor, Saytus, quos & alios, ad 39. Doctores citat, & ſequitur Sanchez *lib.* 1. *Summ. c.* 10. *n.* 66. Quibus addi poſſunt Fagundez *præcept.* 1. *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 2. *pag.* 358. Ægidius *diſp.* 7. *dub.* 8. *concluſ.* 2. Lugo *diſp.* 16. *n.* 62. *pag.* 327. & alij, quos ſequitur Bonacina *de Sacram. diſp.* 4. *q.* 6. *punct.* 1. *num.* 12.

QVÆSTIO XXVI.

An ſi quis poſt debitum examen dubius maneat an alicui peccato mortali conſenſerit, teneatur illud vt peccatum dubium confiteri?

NEgant (modo ſupradicto) Layman, & Præpoſitus *loc. cit.* & Ægidius *loc. cit. n.* 69. eandemque ſententiam videntur amplecti Henriquez *lib.* 8. *c.* 45. *n.* 3. *in Gloſſa lit. P,* ubi ait in dubio, an ſit peccatum mortale, poſſe deponi practicè eam conſcientiam dubiam, & ſic id peccatum taceri in confeſſione: vt dubitans de vuto, aut præcepto, non tenetur illis. Et Sà *verb. Euchariſt. n.* 13. ubi loquens de diſpoſitione ad illam requiſita, ſic *in prima editione* ait: Non dicitur cum conſcientia peccati accedere qui dubitat quidem, ſed non putat. Sic ibi abſolutè, licet *in editione correcta,* hæc addantur verba; *ſed non putat practicè dubium deponendo.* Negant etiam noviſſimè Petrus Marchantius *in Tribun. Sacram. tom.* 4. *tit.* 6. *q.* 5. Caramuel *in Theolog. morali, lib.* 3. *diſp.* 4. *n.* 1478. & Ioſeph de Iannario *tom.* 1. *reſol.* 2. & alii.

Sed certiſſimè etiam reſpondeo: teneri pœnitentem ad prædictum peccatum, ut dubium, non ut certum confitendum, quia ſic docet praxis, & uſus totius Eccleſiæ, cujus initium credendum eſt ab Apoſtolis dimanaſſe. Omnes namque fideles ad cautelam de hujuſmodi peccatis ſe accuſant, nec aliter ſatisfacere ſuæ exiſtimant obligationi. Sic Sanchez, Suarez, & alii omnes *quæſt. præced. citati.* Vaſquez 1. 2. *q.* 19. *art.* 6. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 60. *&* 4. *part. tract.* 3. *reſol.* 5. ubi ſententiam contrariam improbabilem dicit, & citat adhuc pro noſtra Merollam, Syluium, Homobonum, Mercerum, Hurtadum, Filliucium, Fauſtum, Turrianum, & alios. Citat etiam Emanuelẽ Sà *verb. Confeſſio, n.* 7. (non 5. vt habes apud illum.) Et Henriquez *lib.* 5 *c.* 4 *in fine,* & benè. His etiam addi poſſunt Granados *tr.* 9. *de Pœnit. diſp.* 7. *n.* 3. Frias *in Summ. c.* 4. *fol. mihi* 43. & alij apud ipſos. Tenet rurſus me citato Diana *p.* 10. *tr.* 12. *reſol.* 2. Dicaſtillo *tr.* 4. *de Sacram. diſp.* 9. *dub.* 8. *n.* 137. Ouiedo, Marcus Vidal. Bardi, & Tamburinus penes illum.

QVÆSTIO XXVII.

An qui Confeſſus eſt aliquod peccatum dubium vt dubium, & poſtea recordatur certè illius peccati, debeat illud iterum vt certum confiteri?

AFfirmant Sanchez *c.* 10. *cit. n.* 69. *pag. mihi* 95. Luyſius de Torres *de Pœnit. q.* 9. *art.* 2. *diſt.* 29. *dub.* 6 *fol. mihi* 71. Diana 3. *p tr.* 4. *reſol.* 91. *pag. mihi* 155. Hurtado *diſp.* 9. (*non* 11. vt habes apud Dianam 3. *p. loc. cit.*) *diff.* 7. *pag mihi* 457. & alij communiter, quos rurſus refert, & ſequitur Diana *p.* 8. *tr.* 7. *reſ.* 72. & nominatim contra me *p.* 9 *tr.* 3. *reſol.* 6. & *part.* 10. *tr.* 16. *reſol.* 78. Quia ſic (inquit) tenet praxis ex ſcrupulo, aut ratione orta.

Sed probabiliter certè reſpondeo: non teneri, quia quando quis confitetur aliquod peccatum, ut dubium; tunc confeſſor verè abſoluit illum directè ad illo peccato, ſub conditione implicita, nempe ſi fuit peccatũ: ergo licèt poſtea certò conſtet, fuiſſe peccatum, non debet iterum ad iudicium illum deferre. Ad quid enim? non ad abſolutionem directam obtinendam; cùm iam directè abſolutus ſit ab illo. Neque vt det certam notitiam Confeſſario: quia notitia talis debet eſſe in ordine ad abſolutionem, qua tamen pœnitens iam non indiget, cùm ſit directè abſolutus: ergo repugnat, quod abſolutionem directam totios obtinuerit peccati, & quod adhuc ſit obligatio deferendi iterum illud idem peccatum ad iudicem pro obtinenda abſolutione. Sic hoc argumento, & aliis tribus validiſſimis probat hanc ſententiam Lugo *diſp.* 16. *ſect.* 2. §. 4. *per totum*; licèt *in fine n.* 92. concludat, ſe nihil in hoc puncto velle decernere, his verbis: Hæc faciunt pro hac parte, propter quæ aliqui viri docti probabile iudicarunt, non teneri poſtea pœnitentem confiteri vt certum, quod prius vt dubium confeſſus fuerat. In quibus erat Reuerendiſſimus Pater Nicolaus Ricardius Sacri Palatij Magiſter, cum quo priuatim rem hanc contuli, & ipſe priuatim etiam reſpondit, valde probabile ſibi videri, non adeſſe talem obligationem: id quod alij etiam iudicarunt. Cæterùm, quia in re morali non eſt facile recedendum à communi ſenſu, & quia nullum inuenio ſcriptorem pro ea parte, eos autem paucos, qui hoc attigerunt, video in contrarium inclinare, nolo ego in hoc puncto aliquid definire, ſed ſecuriorem partem conſulere. Sic Lugo, qui certè, & bene poterat reperire ſcriptorem pro noſtra ſententia, illum enim ego reperi citatum apud Dianam 4. *part. tr.* 3. *reſol.* 6. *pag. mihi* 110. nempe Merollam *tom.* 1. *diſp.* 3. *c.* 3. *dub.* 3. *coroll.* 23. *n.* 157. *&* 159. & aduerte, quod recedendo ab hac noſtra ſententia, ne recederet à communi, debet neceſſariò recedere (vt facit) ab altera communi, docente non teneri pœnitentem, qui faſſus eſt, ſe decies, plus, minusve periuraſſe, caſu quo poſtea recordetur ſe periuraſſe duodecies, illa duo periuria denuo confiteri, vt habitum eſt *ſuprà quæſt.* 9. Ego enim, vt ab illa communiſſima ſententia non recederem, hanc ſequi determinaui, quam abſolutè tenet Caramuel *in Theologia Morali, lib.* 3. *diſputat.* 4. *n.* 1519. & vt probabilem Pellizarius, & Tamburinus, quos citat Diana *part.* 9. *reſolut.* 6. *cit.* & *part.* 10. *tract.* 16. *reſolut.* 76.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXVIII.

An qui probabiliter opinatur, ſe non peccaſſe mortaliter, aut mortale à ſe admiſſum eſſe confeſſum, teneatur illud confiteri?

AFfirmant Nugnus *in add. ad 3.part. q.9. art.2. dub.4.* (non 5. ut apud Dianam *ubi infrà* invenies) *pag. mihi* 509. ubi pro hac parte citat D. Thomam *in 4. diſt. 17. q. 3. art. 1. & 21. q. 2. art. 3.* & Palud. *q.2.* Ricardum *diſt. 16. art. 5. q. 1.* Sotum *diſt. 18. q. 2. art. 4* Navar. *c. 9. n. 14.* Victoriam *n. 130.* Idem docent Salas *in 2. 2. tract. 8. q. unica, ſect. 5. n. 60. ad 4.* & loquendo de ſecunda parte noſtri quæſiti, Ægidius *diſp. 7. dub. 8. concl. 1. n. 68.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia liberum eſt unicuique ſequi opinionem probabilem, quæ ſicut in aliis materiis, ſic etiam in hac ſufficit ad obſervandum præceptum. Sic Sanchez *loc. cit. q. 76.* Suarez *diſp. 22. ſect 9.* Granado *tract. 9. diſp. 7. n. 1.* Fagundez *præc. 2. lib. 3. c. 4. num. 2. & 3.* Diana *3. p. tract. 4. reſol. 107.* Lugo *diſp. 16. num. 58. pag. 316.* & communis. Nec oppoſitum docent Victoria, & Sotus pro oppoſita ſententia citati: quia ſolùm loquuntur de peccatis omnino dubiis: imò & Navar. *in cap. ſi quis autem, n. 77. de pænit. diſt. 7.* in noſtram inclinat ſententiam, ut advertit Sanchez *loco citato*: ſic etiam Filliuc. *tract. 7. c. 4. num. 1[illegible].* Bonacina, & alii, quos ſequitur Machado *1. p. ſum. lib. 1. p. 4. tract. 5. docum. 3. in fine.*

QVÆSTIO XXIX.

An ſaltem qui probabiliùs judicat, ſe peccaſſe mortaliter, vel ſe non eſſe confeſſum tale peccatum, teneatur illud confiteri?

AFfirmant à fortiori Doctores nuper pro prima ſententia adducti, & abſolutè Ægidius *loc. cit.* & Fagundez *ubi ſuprà, n. 7. pag. mihi* 359.

Sed adhuc probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia adhuc in materia conſcientiæ poteſt quis ſequi opinionem probabilem. Et id omnino erit certum, ſi pœnitens de aliis peccatis confeſſionem faciat; quia hoc modo nullatenus ſe exponit periculo peccandi, vel damnandi. Sic Sanchez *loc. cit. n. 77.* & apud illum Navar. *loc. cit.* Suarez *diſp. 22. ſect. 9. n. 6.* Sylvius, quem citat, & ſequitur Diana *2. p. tract. 4. reſol. 107.* Henriquez, & Granado *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO XXX.

An liceat aliquando dimidiare confeſſionem, aut non confiteri omnia mortalia?

REſpondeo: licere, quia multoties datur cauſa, quæ excuſet ab obligatione præcepti de confitendo omnia mortalia, aut (quod idem eſt) integrè materialiter. Quia cùm illud præceptum ſit affirmativum, non obligat tam ſtrictè, ut pœnitens teneatur illud ſervare, quacumque neceſſitate urgente, aut præcepto contrario concurrente. Sic omnes Doctores, & Eccleſiæ praxis, & uſus. Legantur Becanus *c. 37. q. 2.* & alii ſtatim *citandi*, præcipuè Suarez *de Pænit. diſp. 23.* Ægid. *diſp. 6. dub. 1.* Bonacina *diſp. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 4.* Layman *lib. 5. tract. 6. cap. 8.* Reginald. *lib. 6. n. 150.* Baſſeus *verb. confeſſio 5.* Trullench *de Sacram. lib. 4. cap. 6. dub. 7. n. 2.* Palaus *tom. 4. tract. 23. punct. 11.* & Machado *1. p. ſum. lib. 2. part. 4. tract. 5. docum. 4. n. 1.*

QVÆSTIO XXXI.

An infirmus, qui ob mortem imminentem non habet tempus confitendi omnia mortalia, poſsit, audito uno, aut altero, à confeſſario abſolvi?

NEgativam ſententiam eſſe probabilem, indicat Victoria *num. 164. fol. mihi* 134. dum ſolùm probabiliorem contrariam dicit.

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe, quia Integritas formalis confeſſionis ſolùm exigit, quod dicantur ea peccata, quæ moraliter loquendo hic & nunc dici poſſunt: ergo multa poſſunt omitti, propter impotentiam moralem infirmi. Sic Suarez *diſp. 23. ſect. 1.* Vaſquez *quæſt. 91. art. 2. dub. 1. n. 1.* Henriquez *lib. 5. cap. 12. (non* 22. ut habes apud Lugum) *num.* 3. Bonacina *diſp. 5. q. 5. ſect. 2. punct. 2. §. 4. diff. 4. n. 18.* Lugo *diſp. 27. num. 1.* & Granado *tract. 9. diſput. 5. num. 19.* Coriolanus *de caſibus reſerv. p. 1. ſect. 3.* ubi *de decima conditione confeſſionis, num. 6.* Becanus *loc. cit.* & alij, quos citant & ſequuntur Palaus *tom. 4. tractat. 23. punct. 11. n. 2.* Sà *verb. abſolutio, num. 9.* & Layman apud ipſum, Baſſeus *loc. cit. n. 3.* & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An infirmus, qui nimis in dicendis peccatis fatigatur, poſsit etiam dimidiare Confeſsionem?

NEgant aliqui, quibus nonnihil favet Lugo *loc. citato.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe dimidiare illam. Sic Coriolan. *de caſibus reſervatis loc. cit. n. 8. fol. mihi* 269. ubi ait: Si infirmus nimis fatigatur in explicatione peccatorum, & dixerit Confeſſario: Pater ego ſum valde fatigatus, relinquamus confeſſionem in poſterum, quia adhuc reſtant alia peccata confitenda, ſed accuſo me de his, quæ tibi Pater confeſſus ſum, & de multis, quæ nunc dicere non valeo, peto à Deo veniam; tum abſolvendus eſt ſtatim, ne fortè morte præventus ſine abſolutione decedat. Sic ipſe, & ante illum, Henriq. *lib. 5. c. 12. n. 3. lit. M. (non L.* ut habes apud Lugum, & Bonacinam) & apud ipſum Sotus, Alcozer, & Medina, Bonac. *loc. cit. n. 19.* & communis.

QVÆSTIO XXXIII.

An in prædictis caſibus poſsit pænitens à Confeſſore abſolvi, audito ſolo uno peccato veniali?

NEgant Suarez *diſp. 23. ſect. 1.* Bonac. *loc. cit. n. 18.* & apud ipſum Reginaldus, & Nuñus, Granado *loc. cit. n. 20.* Lugo *loc. cit. n. 1. pag. 123.* & alij communiter, dicentes in prædictis caſibus debere pœnitentem fateri priùs aliquod mortale non confeſſum, licèt non ſit ex gravioribus: & ſi tempus ſupereſt poſt abſolutionem acceptam, proſequi confeſſionem, & confiteri alia peccata.

Sed probabiliter reſpondeo; poſſe abſolvi, ſaltem in primo caſu propoſito *quæſt. 31.* quia ſufficientem materiam Confeſſionis præbuit. Sic Henriquez *lib. 5. cap. 11. num. 2. pag. mihi* 243.

QVÆSTIO XXXIV.

An qui tempore peſtis, naufragij, ſubiti prælij, aut incendij non poſſunt commodè omnia peccata fateri, poſsint dimidiare Confeſsionem?

NEgant Navar. *lib. 5. conſ. 13. de Pænit. & remiſſ. fol. mihi* 160. & Rodriguez *in addition. ad Bul-*

lam, §. 9. *n*. 124. docentes: in iis caſibus teneri pœnitentes integrè de omnibus mortalibus fateri.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: poſſe dimidiare confeſſionem, imò ex charitare ad id teneri. Sic Vaſqoez *q*. 91. (*non* 95. vt habes apud Dianam *vbi infra*) *art*. 2. *dub*. 2. *n*. 2. *pag. mihi* 288. vbi ait: in tali caſu non ſolùm poſſe, verùm etiam teneri Sacerdotem ex miſericordia, vt aliis ſubuenire poſſit, confeſſionem non perficere: imò ſi ipſe non vellet, quia forſan ſcrupulo detineretur, aur alia de cauſa: pœnitens qui videret aliorum periculum, poſſet non perficere confeſſionem, imò reneretur, quia reneretur aliis ſuccurrere, nec detinere Sacerdotem. Sic Vaſquez, & ex illo Diana 2. *part. tract*. 16. *reſol*. 43. & 5. *part. tract*. 3. *reſol*. 74. Suarez *diſp*. 21. *ſect*. 1. Henriquez *lib*. 5. *c*. 12. *n*. 3. Ægidius *diſp*. 7. *dub*. 9. *n*. 74. Villalobos *tract*. 9. *diff*. 33. *n*. 6. Becanus *cap*. 37. *q*. 2. *n*. 5. Lugo *diſp*. 17. *n*. 19. & 20. & alij, quos ſequitur Palaus *tom*. 4. *tract*. 23. *punct*. 11. *n*. 2.

Qvæstio XXXV.

An Confeſſarius, qui probabiliter timet, non poſſe abſque infectionis periculo audire integram Confeſſionem ægroti, poſſit illum abſolvere, audito uno, aut paucis peccatis?

NEgant Philibertos Marchinus *de peſte*, *p*. 1. *cap*. 4. *num*. 5. & alij, docentes: debere Confeſſarios integram confeſſionem audire.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe illum abſoluere in eo caſu, non audita integra confeſſione, quia ſicut excuſatur pœnitens ab integritate confeſſionis, quando ex illa timet damnum corporis, vel rei familiaris, vel honoris, ita etiam excuſatur Confeſſor ab audienda integra confeſſione, ex qua ſibi mortem, aut morbi contagium timet. Sic Zambranus *de Pœnit*. *c*. 2. *dub*. 6 *n*. 12. quem refert, & ſequitur Diana 5. *p. loc. cit*. Suarez, Vaſquez, & Becanus *loc. citatis*. Granados *tr*. 9. *diſp*. 5. *ſect*. 3. *n*. 20. *pag. mihi* 1250. Ægidius *loc. cit. n*. 75. Lugo *n*. 1. *pag*. 423. Layman *lib*. 5. *tract*. 6. *cap*. 13. *num*. 4. Hurtado *diſp*. 9. *diff*. 10. Ioan. de Cruce *p*. 2. *de Sacrament. pœnitent*. *q*. 3. *dub*. 5. *concl*. 3. Filliucius *tract*. 7. *cap*. 5. *n*. 118. Bonacina *loc. cit. n*. 13. & communis, quam tener etiam Baſſeus *confeſſio* 5. *num*. 5.

Qvæstio XXXVI.

An Confeſſarius, qui poſtquam cœpit audire alicujus Confeſſionem morbo corripitur, & timet ſe moriturum ante finem Confeſſionis, poſſit ſtatim abſolutionem dare?

AFfirmant abſolutè Sotus *in* 4. *diſt*. 18. *q*. 1. *art*. 5. & alij, quos ſuppreſſo nomine refert Lugo *diſp*. 17. *n*. 2. *pag*. 423. & favet Becanus *loco citato*.

Sed probabiliùs ſub diſtinctione reſpondeo: poſſe videlicet tunc Sacerdotem abſolvere pœnitentem à peccatis, quæ iam audiuit, ſi alius confeſſor non adſit, aot timeatur, quod pœnitens diu hoc Sacramento carebit: ſecus verò ſi adſit, aut pœnitens commodè poſſit ad alium recurrere, cui integrè confiteatur. Sic Vaſquez, Lugo *loc. cit*. & communis.

Qvæstio XXXVII.

An Sacerdos, qui cœpit audire confeſſionem ægroti, & non abſoluit, quia conducit perficiendam die ſequenti, poſſit poſtea eum abſolvere, ſi inveniat illum ſenſibus deſtitutum?

REſpondeo: poſſe, quia vera datur ibi confeſſio pœnitentis, licèt materialiter non integra: Sic Chapeauilla & Zambranus, quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract*. 3. *reſol*. 6. Lugo *diſp*. 17. *num*. 6. *pag*. 413 & communis omnium.

Qvæstio XXXVIII.

An Sacerdos etiam poſſit abſolvere pœnitentem, qui nullum peccatum in particulari confitetur ſed in genere, dicendo ſe multa peccata commiſiſſe, ſi poſtea ſenſibus deſtituatur?

NEgant Nauar. *c*. 16. *n*. 27. & 28. Sotus *diſt*. 18. *quæſt*. 2. *art*. 5. (non 6. vt habes apud Dianam *vbi infrà*) *ad* 2. *pag. mihi* 874. Archangel. *diſt*. 17 *pag*. 200. *col*. 1. Canus, Ledeſma, & Abulenſis, quos refert Vaſquez *quæſt*. 91. *art*. 2. *dub*. 1. *n*. 2. Contadus, Nugnus, Aluarez, Auila, Graffis, Angles, & alij apud Dianam *loc. cit. reſol*. 1.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe, qoia valor huius Sacramenti optimè poteſt ſtare, non explicatis omnibus mortalibus, maximè quando ob impotentiam pœnitentis non explicantur: ergo etiam erit validum Sacramentum, quando ob eandem impotentiam non explicantur ſpecies peccati in particulari. Sic D. Antoninus, Medina, Corduba, Angelus, Syluester, & Ricardus, quos referunt, & ſequuntur Vaſquez *loc. cit. num*. 3. Suarez *diſp*. 23. *ſect*. 1. Salas 1. 2. *tract*. 8. *quæſt. vnica*, *ſect*. 5. *n*. 16. Ægidius *diſp*. 7. *num*. 97. Luyſius *quæſt*. 9. *de pœnit. diſp*. 30. *dub*. 2. Lugo *diſp*. 17. *num*. 8. Hurtado *diſput*. 8. *diff*. 3. & alij quamplures, quos refert, & ſequitur Diana *loc. cit*. Becanus *cap*. 37. *q*. 2. *concl*. 1. Valentia, & alij penes ipſum, quibus addi poteſt Felix *in ſua tentativa Complut. tract*. 4. *cap*. 3. *diff*. 10 *n*. 1. Gaſpar Hurtad. *diſp*. 9. *de pœnit. diff*. 10. & Baſſeus *Confeſſio* 5. *num*. 5. *verſ. Item ingruente*.

Qvæstio XXXIX.

An ægrotus, qui in articulo mortis ſolùm dixit veniale in communi, poſſit abſolui?

NEgabunt, & à fortiori, Authores primæ ſententiæ *quæſt. præcedenti citati*.

Sed probabiliùs reſpoodeo adhuc poſſe, & debere. Quia ſicut peccatum mortale in communi eſt materia ſufficiens abſolutionis, & aliquando neceſſaria: ita erit veniale in communi. Sic Lugo *loc. cit. n*. 21. & alij *citati*.

Qvæstio XL.

An poſſit abſolvi Sacerdos, qui dicta confeſſione generali in principio Miſſæ, ſtatim eſt ſenſibus deſtitutus?

NEgant Lugo *loc. cit. num*. 25. & Layman *lib*. 5. *tract*. 6. *c*. 8. *num*. 4. *pag. mihi* 115. & Diana *loc. cit. reſol*. 2.

Affirmat è contra Philibertus *tract. de peſte*, *p*. 3. *cap*. 13. *n*. 15.

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe quidem abſolutè, virture illius Confeſſionis, cùm non fuerit

Sacra

Sacramentalis : poſſe tamen ſub conditione. Sic debent docere à fortiori Molfeſius, Homobonus, & alij *q.46.citandi.*

QVÆSTIO XLI.

An qui nullum peccatum confiteretur, ſed nutibus, & ſignis, aut verbis tantùm quærit à Confeſſario abſolutionem, dicendo v.g. ſe velle cõfiteri, ſe dolere de peccatis, poſſit abſolui?

NEgant Doctores pro prima ſententia *quæſt.38.* adducti : quia exiſtimant in præſenti caſu, nullam adeſſe materiam confeſſionis, cùm nullum peccatum in particulari peccator exprimat.

Sed probabiliùs reſpondeo poſſe, quia illa verba, aut ſigna, etiam ſunt confeſſio peccati, ſaltem in genere. Quod in præſenti ſufficere mihi pluſquam probabile eſt. Nam (vt bene Lugo) qui confeſſionem petit, & id confeſſario manifeſtat, vel dolorem de peccatis, vel quid ſimile, iam illi manifeſtat ſe peccaſſe, & velle in foro Sacramentali ſententiam obtinere: quare iam ponitur Confeſſio eo modo, quo poteſt. Sic Lugo *num.26.* & docent omnes DD. pro noſtra ſententia *vbi ſuprà* adducti. Præcipuè Becanus *loc. cit.* Baunius *tr.4. de Pœnit. q.9.* & alij : vnde ad fundamentum contrariorum negandum eſt, non adeſſe materiam confeſſionis : quia datur peccatum in genere, quod in caſu neceſſitatis ſufficit, vt conſtat. Lege Palaum *tom.4. tract.23. punct.11. num.9.* & Machado *tom.1. lib.2. p.4. tr.5. docum.5. n.2.*

QVÆSTIO XLII.

An Sacerdos, qui videt infirmum ſenſibus deſtitutum pectus ſuum tundere, oculos in cælum leuare : dicere, Miſerere mei Deus, &c. *poſſit eum abſoluere, licèt non petierit confeſſionem.*

NEgant Suarez *diſp.23. ſect.1. n.13.* (non 11. vt citat Diana) vbi ſic ait : Quantumvis infirmus ſe oſtendat deuotum, & contritum, ſi nullam fecit mentionem Confeſſionis, & in eo ſtatu ſenſum amittat, non poteſt Sacramentaliter abſolui, quia illa contritio non eſt relata ad claues, neque ibi interuenit aliqua confeſſio, etiam generalis. At verò cùm exhibet illa ſigna petendo confeſſionem, ſeu vocando Sacerdotem, iam eſt materia ſufficiens. Sic ille, & ſic Vaſquez *dub.1. cit. n.1.* Bonacina *diſp.5. q.5. ſect.2. punct.2. §.4. n.9.* (non 6. vt habes apud Dianam) Megala, Ioan. Franciſcus Suarez, & Thomas à Ieſu, quos affert Diana *3. p. tr.3. reſol.2.* quia prædictus infirmus non facit confeſſionem : ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe illum abſoluere, ſaltem ſub conditione, *ſi es capax*, vel *ſi poſſum* : quia ſigna pœnitentiæ, quæ in mortis articulo ab infirmis eduntur, ſemper cenſeri debent ad Sacramentalem abſolutionem directa : ergo. Adde quod quoties dubium eſt, an prædicta ſigna oriantur ex contritione, an potius ex anguſtia mortis, poteſt abſolutio ſub conditione impendi: ergo à fortiori, quando dubium ſolum eſt, an illa ſigna exhibeantur, aut non exhibeantur in ordine ad confeſſionem. Sic Layman *lib.5. tr.6. c.8. n.4.* Zambranus *de caſibus in tempore mortis, c.4. dub.1. ſect.4.* Pharaonius *de Pœnit. tr.1. ſeſſ.16. caſu 15.* Diana *vbi ſuprà, reſ.1. & 3.* Ioan. Sancius *in ſelectis, diſp.44. num.34.* Lugo *diſp.17. n.29.* Filliucius *num.121.* & Reginaldus *lib.8. num.27.* qui & citat Suarium (loco à nobis *citato*) pro hac parte, ſed malè, vt vides; & Henriquez *lib.4. cap.9.* (per errorem 1.) *in fine, & lib.6. cap.10. §.7.* vbi ſic ait: In mortis articulo, ſi pœnitens exprimere non poſſit ſpeciem, aut numerum peccati in particulari, & tamen oſtendat ſigna peccatorum in communi, & pœnitentiæ, tollendo manus, percutiendo pectus, aut ſi dixit, *peccaui*, vel *miſerere mei Deus, & tu pater*, aut ſi petit confeſſionem : quidam negant abſoluendum, quaſi Chriſtus inſtituerit abſolutionem, quæ eſt ſententia iudicis, non proferendam niſi præcedat certi peccati in ſpecie expreſſa confeſſio. At probabilior eſt, & in praxi tuta, & ſequenda ea ſententia, ſapientum authoritate, vſu & rationibus munita, vt tunc peccatum expreſſum in genere ſit materia ſufficiens abſolutionis. Quod ſi trepidet confeſſarius, abſoluat ſaltem addita conditione, *ſi poſſum.* Sic Henriquez, & ſic Bauny *quæſt.10. pag.90.* Ægidius *diſp.10. n.97.* Trullench *lib.4. c.6. dub.7. n.10.* & alij.

QVÆSTIO XLIII.

An Confeſſarius poſſit abſoluere ægrotum, qui in eius abſentia confeſſionem petiit, aut ſigna Pœnitentiæ exhibuit?

NEgant & à fortiori omnes, quos *quæſt.38.* retulimus, necnon Aluar. *in 1.2. diſp.80. per totam.* Petrus Fay, Coquerius, Luyſius Turrianus, Lauorius, & alij, quos citat Diana *loc. cit. reſol.4.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe : imò & debere illum abſoluere, quia ſic expreſsè habetur in Concilio Arauſicano I. *c.12.* & in Carthag 4. *can.76.* & in Epiſtola 89. S. Leonis Papæ, & poſtea in Rituali Romano Pauli V. *edito anno 1615. in ritibus de Sacram. Pœnitentiæ*, his verbis: Si inter confitendum, vel etiam antequam incipiat confiteri, vox & loquela ægri deficiat, nutibus, & ſignis conetur Sacerdos, quoad eius fieri poterit, peccata pœnitentis cognoſcere, quibus vtcumque vel in genere, vel integrè, vel in ſpecie cognitis, vel etiam ſi confitendi deſiderium, ſiue per ſe, ſiue per alios oſtenderit, abſoluendus eſt. Sic Summus Pontifex, vbi expreſsè non ſolùm permittit, ſed præcipit omnibus Parochis abſolutionem in caſu dicto impendere. Sic etiam expreſsè D. Th. *opuſc. 65. §. de Extrema Vnctione.* D. Anton. *3. p. tit.10. c.2.* Syluest. *Confeſſor 3. num.16.* Palud. *diſt.21. q.2. art.2. concl.2.* Ioan. de la Cruz *p.2. Summæ de Pœnit. q.3. dub.8. concl.2.* Suar. *diſp.23. ſect.1.* Vaſq. *q.91. art.2. dub.2.* Valentia *diſp.7. q.11. punct.1.* Sà *verb. abſolutio, n.10.* Monteſinus *in 1.2. diſp.29. q.5. n.176.* Lugo *diſp.17. n.44.* Baſilius Pontius *lib.4. de matr. c.25. n.8.* Filliuc. *tr.7. n.121.* Corduba, Naldus, Megala, Molfeſius, Fagundez, Thomas à Ieſu, Coriolanus, & alij innumeri, quos refert & ſequitur Diana *3. p. tr.3. reſ.4.* Qui benè cum Sancio *diſp.44. n.35.* addit, in propoſito caſu ſufficere vnũ teſtem de ſignis, aut petitione confeſſionis atteſtantem, adminiſtrandumque eſſe ſub conditione hac, *ſi verum eſt, te ſigna pœnitentiæ oſtendiſſe, ego te abſoluo à peccatis tuis.* Sed de hoc *infrà*, lege etiã Bauniũ *tr.4. q.11.* Trullench *loc. cit. n.11.* Palaum *punct.11. cit. à n.10.* Bonacina *tom.2. diſp.2. q.3. punct.3.* & alios.

QVÆSTIO XLIV.

An Sacerdos poſſit abſoluere moribundum, quando ij, qui teſtificantur de petitione Confeſſionis, non audierunt ab ipſo infirmo, ſed ab aliis qui ab infirmo audierunt?

NEgabunt Doctores ſuprà *citati* pro parte contraria *q.38.*

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe, quia ad abſoluendum in periculo mortis, ſufficiens eſt notitia mediata, quæ ex teſtibus mediatis haberi poteſt : quod optimè probat Lugo *loc. cit. n.81. pag.437.*

QVÆST.

QVÆSTIO XLV.

An poſſit abſolvi moribundus ſenſibus deſtitutus ſi teſtes non coram ipſo infirmo de petitione confeſſionis teſtimonium Sacerdoti ferant?

NEgant quamplures Doctores, quos affert, & ſequitur Diana *3.part.tract.3.reſ.7.* exiſtimantes eſſe de neceſſitate Sacramenti pœnitentiæ, ut tam Confeſſio, quàm abſolutio fiat præſente pœnitente, & Confeſſatio, ut conſtat ex decreto Clem. VIII.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe abſolvi à Sacerdote præſente, licèt teſtes non reperant teſtimonium coram ipſo infirmo. Quia quamvis dicta per teſtes Confeſſio facta fuerit in abſentia, tamen poſtea abſolutio datur in præſentia pœnitentis, quod ſufficit & ad valorem Sacramenti, & ut non fiat contra decretum Clem. VIII. Nam illa Confeſſio facta à pœnitente per teſtes, non eſt Confeſſio ſtrictè, ſed magis univerſaliter ſumpta, quæ in defectum rigoroſæ confeſſionis acceptatur ad proferendam ſententiam abſolutionis. Decretum autem Clem. VIII. ſolùm loquitur de confeſſione ſtrictè accepta, quæ fieri nequit, niſi in præſentia confeſſarii. Sic Bonacina *diſp.5.quæſt.5 ſect.2.punct.1.§.3. diff.4.n.10.in ultima impreſſione*; nam aliàs contrariam tenuit ſententiam Fillinc. *tract.7. n.122.* Monte *3. part. Summa, cap.6.§.6.n.50.* Zambranus *cap.4.dub.2.ſect.5.n.31.* Lugo *diſp.17.n.85. pag.438.* & alii quos ſequitur Trullench *de Sacram.lib.4.cap.6.dub.7.num.11.* quia parum (inquit) refert quod teſtis id dicat coram ipſo pœnitente, an verò in abſentia illius, modò conſtet Confeſſatio, moribundum periiſſe Confeſſionem, & illum abſolvat in præſentia.

QVÆSTIO XLVI.

An Confeſſarius poſſit abſolvere ſub conditione moribundum ſenſibus deſtitutum, qui nec confeſſionem petiit, nec ſignum pœnitentiæ dedit?

NEgant communiter Doctores. Primò, quia omnia decreta Pontificum, & Conciliorum id concedunt, ſuppoſita conditione hac, nempe quod infirmus qui loqui non poteſt, Sacramentalem abſolutionem verbis, aut ſignis petierit.

Secundò, quia ex Trident. *ſeſſ.14.c.9.* Abſolutio eſt actus judicialis: at judicium non poteſt exerceri ubi nulla eſt accuſatio, ſeu imploratio officii judicis externa, & ſenſibilis: ergo. Confirmatur, quia Miniſter hujus Sacramenti eſt judex: at judex nequit procedere, niſi accuſator præcedat, qui vel in ſpecie accuſet de delicto in particulari, vel imploret ejus officium: ergo neceſſariò debet dari ex parte pœnitentis, poſt peccatum commiſſum, aliqua voluntas ſenſibiliter manifeſtata, qua accuſet, vel imploret officium judicis: aliàs proferretur ſententia abſque ullo proceſſu. Sic tenent Vaſquez *quæſt.91.art.2.dub.1.n.1. pag.mihi* 280. dicens nullum eſſe, qui contrarium dixerit. Suarez *diſp.23.ſect.1.n.13.pag.mihi* 554. Henriquez *lib.6.c.10.n.9.pag. mihi* 285. Ægidius *diſp.5. num.18.pag.mihi* 430. *& diſp.7.num.96.* dicens contrarium non videri probabile. Layman *tract.6.c.12. num.4. pag. mihi* 114. Luyſius *de pœnit.q.9. art.2. diſp.30.dub.1. ad 3.fol. mihi* 73. Lugo *diſp.17. n.19. pag.mihi* 429. dicens: hanc opinionem eſſe certam. Reginaldus, Bellochius, Pitigianus, Fay, Malderus. Naldus, & alii, quos refert, & ſequitur Diana *3.part. tract.2.reſol.8. & 4.part.tract.4. reſol.92.* quibus noviſſimè adhæret F. Franciſcus Felix *in ſua Tentativa Complut.tract.4.cap.3.diff.10.n.1.* dicens contrarium eſſe improbabile. Baunius *tract de pœnit.q.10. §.objicies 1.* Trullench *lib.4.cap.6.dub.7.num.11.* & rurſus Diana *p.9.tract.6.reſol.20.*

Affirmant nihilominus nonnulli alij docentes: poſſe Confeſſarium dictum moribundum abſolvere, etiamſi iſte nec confeſſus fuerit, nec confeſſionem petierit, nec ſigna doloris in periculo dederit, dummodo priùs Chriſtiano more viueret, Sacramenta frequentaret, bonus, & fidelis æſtimaretur.

Et probant primò authoritate Clementis VIII. viri prudentiſſimi, qui (ut fertur) hac opinione aliquando uſus fuit in praxi: cùm enim quidam ex fabrica Sancti Petri præceps ruiſſet, illúmque cadentem Pontifex vidiſſet, abſolutionem ei dedit, dicens: *Si es capax, abſolvo te à peccatis tuis.* Quod Pontificis factum, ſi eſt verum (quod negat Lugo) magnam probabilitatem tribuit huic ſententiæ, quidquid audacter neget Bauny dicens, in eo Pontificem errare potuiſſe, cùm id egerit non tanquam Pontifex, ſed ut Doctor aliquis privatus.

Secundò, nam abſolutio ſub conditione poteſt dari, quando dubitatur, an pœnitens habeat uſum rationis, vel an ea, quæ confitetur, ſint peccata: ergo eodem ſimiliter modo poterit dari, quando talis nullum ſignum dedit contritionis, cùm poſſit eſſe, quod interius habeat attritionem, qua ad effectum Sacramenti diſponatur, ſi abſolvatur.

Tertiò, quia ad recipienda in articulo mortis Sacramenta Eucharistiæ & Vnctionis, ſufficit quod per Chriſtianam vitam, quam quis degebat, oſtenderit implicitè voluntatē recipiendi ea Sacramenta in illo articulo: ſed per ſimilem vitam non minus oſtendebat voluntatem recipiendi abſolutionem Sacramentalem in illo articulo: ergo illa voluntas ſufficiet ad dandam abſolutionem, cum poſſit hæc dari ei, de quo conſtat voluiſſe confiteri, ut ſuprà oſtenſum eſt.

Quartò, quia in neceſſariis ad ſalutem tutior pars eſt amplectenda: ergo cùm aliàs irreverentiæ Sacramenti, & ſacrilegij periculum, tum conditione in abſolutione appoſita, tum authoritate Doctorum hanc ſententiam tuentium ceſſet, omnino illa amplectenda eſt. Et ita ſentiunt Molfeſ. *in Summa, tom.1. tr.7. c.5.n.48. & 49.pag.mihi* 165. & apud ipſum Lotherius (qui ſibi dixit, Suarium Romæ hanc opinionem ſequutum fuiſſe) Salmeron, & Lupus. Homobonus *in exam. Eccleſia, part.1.tract.7.c.18.quæſt.84.* Antonius de Litteratis *in Summa, p.1.cap.35.num.7.* Bartholomæus à Sancto Fauſto *tom.1. lib.4 q.204.* Iacobus Baius Lovanienſis *in inſtitution. Religion. Chriſt.lib.2.c.91.* Torreblanca *lib.14.practicar.c.21. n.14.pag.mihi* 407. ubi ſic ait: Moribundo enim ſenſibus deſtituto, quamvis peccatum nullum pronuntiaverit, nec confeſſionem petierit, nec ſigna contritionis dederit poteſt, & debet confeſſarius eum abſolvere, ſaltem ſub conditione, *Si es capax, abſolvo te*, ut accuratè tradiderunt Molfeſius *tom.1. Sum. tr.7.c.5. n.40.* Homobonus *(loco a nobis cit.)* Suarez *diſp.23. ſect.1.n.15.* & Vaſq *q.91.art.2.dub.1.n.58.* Sic Torreblanca. (Sed quàm malè citet pro hac parte hic Author Suarium & Vaſquium, nullus ignorat.) Tandem hanc ſententiam tenuit Alexander Ludoviſius Archiepiſcopus Bononienſis, & poſtea Sum. Pontifex Gregorius XV *in memoriali confeſſariorum edito Bononiæ, c.1.de forma Sacr. Pœnit.n.16.* ubi præcepit ita in praxi obſervari, ſic rurſus noviſſimè tenent apud Dianam *p.9.loc.cit.* Marchantius *tom.1.tr.4.tit.4. dub.7.* omnino videndus, Averſa *de pœn.q.10.ſect.18.* Pellizarius *in Man.Reg.tom.2.tr.5.c.4.ſect 1.n.60.&tom.2. tr.8.c.3.ſect.2.n.104.* & penes ipſum Suar. Baldellus, & Naldus. Victorianus *in Man.Cleric.p.4.c.2.n.14.* & inclicat Machado *tom.1. lib.2.p.4.tr.4. doc.5.n.4.*

Ecce mi Lector, pro vtraque parte Doctores, & argumenta, quorum authoritate, & vi conſiderata, mihi in hoc difficillimo puncto ſic reſpondendum videtur. Quod ſcilicet, quamuis prima ſententia ſpeculatiuè ſit longè verior, longéque probabilior ſecundâ: hæc tamen, quia non caret probabilitate (vt ipſemet Diana meritò fatetur) in praxi obſeruari debeat, & practicari (quod ego Romæ in occurrenti caſu ſemel, & iterum feci, nec pœnituit) vt ex ſtatim dicendis conſtabit.

QVÆSTIO XLVII.

An Confeſſarius non ſolùm poſsit, ſed debeat abſoluere moribundum, in caſibus ſupra dictis, etiamſi contrariam ſententiam tueatur?

NEgant debere, ſed potiùs aiunt, licitè poſſe non abſoluere moribundum in prædictis caſibus, nonnulli Authores contrariæ ſententiæ, præſertim Aluarez *diſp.*80. *n.*55. & Coquetius apud Lugum *loc. cit. n.*87. Garcia *tom.*2. *de benef. p.*11. *c.*5. *§.*4 *n.* 160.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: licitè poſſe, & debere, quia ſententia quæ docet in prædictis caſibus poſſe moribundum ſub conditione abſolui, eſt ad minus probabilis, cùm pro ſe habeat quamplures, & graues Doctores, ergo tutò, & licitè poteſt confeſſor eam amplecti: ergo ad id tenebitur. Patet, quia quotieſcumque poteſt quis, abſque graui incommodo ſuccurrere periclitanti circa æternam ſalutem, ad id tenetur: ſed ſic eſt, quod Sacerdos poteſt prodeſſe moribundo, illum à peccatis abſoluendo abſque ſuo graui incommodo: ergo.

Confirmatur hæc ratio. Nam Sacerdos abſoluendo moribundum in dictis caſibus, nulli periculo ſe exponit, cùm operetur ex ſententia probabili: rurſus non infert aliquam iniuriam Sacramento, tum ob rationem dictam: tum etiam, quia apponendo conditionem, omnis aufertur iniuria. Ex alia autem parte, non abſoluendo illum, exponit periculo damnationis proximum, qui fortè non ſaluabitur: ergo debet, & tenetur abſoluere. Sic Suarez *diſp.* 23. *ſect.* 1 *n.* 15. Vaſquez *quæſt.* 91. *art.* 2. *dub.* 1. *num* 8. Ægid Cruz, Megala, Luyſius Turrianus, Syluius, Filliucius, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 3 *p. tract.* 4. *reſol.* 9. Lugo *diſp.* 17. *n.* 87. & alij, qui licèt expreſsè ſolùm loquantur in caſibus *quæſt.* 43. & duabus ſequentibus propoſitis, tamen eorum argumenta (quæ ſunt à nobis relata) idem eſſe dicendum in caſu *q.* 46. propoſito, facilè demonſtrant. Lege Machado *loc. cit.* & Regin. *in reſol. caſ. conſcient. caſu* 39. *n.* 16.

QVÆSTIO XLVIII.

An quando Confeſſarius ex opinione probabili abſoluit moribundum, poſsit illum abſoluere abſolutè, & ſine hac conditione, ſi poſſum, ſi capax es?

AFfirmant Vaſquez *quæſt.* 91. *art.* 2. *dub.* 1. *n.* 39. Sancius *diſp.* 44. *num.* 32. Diana *loc. cit. reſol.* 10. Lugo *loc. cit. n.* 90. *pag.* 439. docentes in caſu poſito *ſuprà quæſt.* 41. & 43. ſuperfluum eſſe præfatam addere conditionem.

Negant verò alij exiſtimantes neceſſarium eſſe abſolutionem præbere ſub conditione illa, ſaltem mente concepta. Sic Suarez *loc. cit. num.* 12. & alij, quos ſequitur Bonacina *tr.* 4. *q.* 12. *verſu Altera.* Quia Confeſſarius ſic ſibi, Sacramento, & pœnitenti conſulit. Sibi, quia appoſita conditio eum à peccandi periculo eximit. Sacramento, quia cum eo modo loquendi nullus eſt metus faciendi ſacrilegij: Pœnitenti, quia cum conditio retenta in mente ſit de præſenti, non ſuſpendit effectum.

Ego verò probabiliùs, ſeu clariùs reſpondeo: poſſe abſque expreſſa conditione abſoluere, caſu quo detur opinio probabilis, quod abſolutè poſſit; non verò caſu quo talis opinio non ſit, ſed ſolùm, quod poſſit dari ſub conditione, vt conſtat ex *q.* 46. nuper propoſita. Sic authores primæ ſententiæ, quos ſequitur Machado *tom.* 1. *lib.* 2. *part.* 4 *tr.* 5. *docum.* 5 *in fine.* Lege Dianam *part.* 10. *tract.* 11. *reſol.* 55. vbi me citato, optimè contra Caramuelem docet in dictis caſibus, in quibus Confeſſarius debet præbere abſolutionem ſub conditione, ſufficere ſi proferat abſolutionem ſub conditione, *ſi capax es*, ſola mente retenta.

QVÆSTIO XLIX.

An poſsit quis aliquod mortale, vel circunſtantium tacere, propter damnum graue, quod ſibi, vel alteri timet?

REſpondeo poſſe, dummodo habeat neceſſitatem confitendi, & non alium confeſſorem, cui integrè, & abſque periculo ſuum valeat confiteri peccatum. Quia in eo caſu cenſetur pœnitens moraliter impotens ad confitendum illud peccatum, vnde illo prætermiſſo, optimè poterit, & tenebitur, inſtante præcepto confitendi, reliqua mortalia explicare, & ab eis abſolutionem obtinere, dummodo habeat propoſitum confitendi peccatum omiſſum, ceſſante dicto periculo ſuo tempore.

Hinc ſequitur, quod quando fœmina prudenter, & ex graui fundamento timet confeſſarium eſſe ſcandalizandum, aut ab eo ſolicitandam, ſi aliquod carnale peccatum ipſi fateatur, optimè poſſit, imò debet tacere tale peccatum. Rurſus, ſi pœnitens cognoſcit confeſſarium reuelaturum eſſe aliquod peccatum, debet etiam ipſum tacere: ſicut & debet in caſu, quo ipſe occultè occidiſſet fratrem Confeſſarij, aut habuiſſet rem cum matre, ſorore, aut alia propinqua illius, & ſi illud peccatum confiteretur, ſtatim conijceret confeſſarius, eum eſſe reum. Sic ſentiunt communiter DD. Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 2. Nauar. *c.* 3. *n.* 7. Becanus *c.* 37. *q.* 2. *concl.* 4. Soto *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. Granados *tr.* 9. *diſp.* 5. Filliuc. *tr.* 7. *n.* 124. Lugo *diſp.* 16. *n.* 516. Reginaldus *lib.* 6. *c.* 5. *ſeſſ.* 4. *per totam*, & communis, quam tenet Machado *lib.* 2. *part.* 4. *tr.* 5. *docum.* 4.

QVÆSTIO L.

An qui vnum tantùm mortale habet, & de eo timet periculum dictum, teneatur ad confitendum venialia, ſi inſtet præceptum Confeſsionis?

AFfirmat Granados *loc. cit. n.* 23. *pag. mihi* 1251. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, per ſe loquendo, quia non eſt præceptum confitendi venialia, ſed mortalia. Dixi autem, *per ſe loquendo*, quia per accidens teneretur quidem in mortis articulo, propter periculum damnationis æternæ, quod ſubit, ſi fortè non habeat veram, & perfectam contritionem: & etiam in caſu, quo deberet ſuſcipere Euchariſtiam, aut aliquod aliud Sacramentum, & ſolùm haberet attritionem, vt ſic ſaltem indirectè obtineret gratiam, & fieret capax ad illa Sacramenta recipienda. Sic Nauarr. in *Man. cap.* 7. & ex illo Reginaldus *lib.* 6. *numero* 159. Suarez *diſputat.* 23. *ſect.* 2. *numero* 6. Lugo *diſp* 16.

*diſp.*16.*n.*531.*pag.*397. & apud ipſos,de quo iterum *tract.de Enchar.*

QVÆSTIO LI.

An qui propter aliquod damnum tacet aliquod mortale, & confitetur alia,debeat procurare habere contritionem perfectam de illo peccato,quod tacet?

REſpondeo: non debere neceſſariò. Quia ſufficit habere attritionem de illo, ſicut de aliis, quæ confitetur peccatis. Sic Lugo *loc. cit. n.*533. dicens: eſſe ſententiam omnium.

QVÆSTIO LII.

An habens tantummodò unum mortale, de quo timet dictum periculum,ſeu damnum, teneatur illud in genere confiteri?

NEgat Bonacina *diſp.*5.*q.*5. *ſect.*2. *punct.* 2. §.4. *diff.*4.*n.*15. per hæc verba: Reſpondeo, præciſo mortis articulo, non poſſe tale peccatum in genere confiteri, quia non poteſt ullam excuſationis cauſam afferre Confeſſario,cur ita in genere confiteatur peccatum, ſicut poteſt afferre, qui novit ſe mortaliter peccaſſe, ſed non ampliùs recordatur ſpeciei peccati. Ita Suarez *diſp.*23 *ſect.*1.*n.*6.& idem à fortiori videtur ſentire Vaſquez, & alij apud Henriquez *lib.* 5. *c.*12.*n.*5. Hucuſque Bonacina.

Sed probabiliùs reſpondeo: non ſolùm poſſe,verùm etiam teneri, ſi illud confiteri poſſit in genere, aut in ſpecie non completa,& abſque periculo. Quia jam (*inquit Lugo*) tunc ſe haberet ſicut qui recordatur,ſe feciſſe aliquod peccatum mortale,& fortaſſe in tali genere; ſed non recordatur ſpeciei, qui certè teneretur illud confiteri. Quare etiam in noſtro caſu eſſet bonus modus confitendi dicere,recordor cujuſdam gravis peccati, quod feci, & non occurrit mihi pro nunc quale fuerit; hoc enim verum eſt, intelligendo de notitia, quæ deſervire poſſit ad confitendum illud hîc, & nunc abſque periculo. Hucuſque Lugo.Qui tamen nullum citat authorem pro oppoſita parte: poſſet tamen citare Bonacinam, & Suarium (non Vaſquium, ut malè Bonacina.) Noſtram tamen tuetur Henriquez *lib.*5.*c.*9.*n.*2.per hæc verba. Vbi grave malum timetur, ſi declaretur ea circunſtantia ſpeciem mutans, tacenda quidem eſt in particulari,ut dicetur §.5.& tamen confitendum eſt genus peccati externi, ut (v. g.) quod fornicatus eſt, tacita circunſtantia ſacrilegij, aut inceſtus: aut certè exprimat conſenſum internum totius ſpeciei, ut ſe concupiviſſe matrem; nam hujuſmodi confeſſione alter complex infamiam non incurrit. Sic Henriquez,& id ipſum ex illo docet Reginald.*lib.*6.*n.*158. *pag.mihi* 310. & eſt valde notandum.

QVÆSTIO LIII.

An habens aliquod mortale, de quo prudenter timet grave incommodum,teneatur confiteri alia,ſi habeat,mortalia occurrente neceſſitate ſumendi Euchariſtiam?

NEgat Viguerius *in ſumma c.*26.§.4.*verſ.*17. dicens, licitum eſſe tunc omiſſa tota confeſſione, cum contritione ſola communicare. Citat etiam Bonacina *loc.cit.n.*24.pro hac parte, P.Gabrielem Vaſquez *q.*91.*dub.*8.*art.*1.*n.*4. & *dub.*9. *n.*22. & nonnullos alios apud Henriquez *lib.*6.*c.*12.*n.*5.*lit.*10.*in Gloſſa.*Sed malè profectò,nam ij omnes non loquuntur in hoc caſu, ſed in alio, quando ſcilicet pœnitens habet peccatum reſervatum, à quo non poteſt abſolvi à Confeſſario,cujus copiam habet; (de quo infra diſput. de abſolutione à reſervatis) etenim in caſu noſtro expreſsè docet Vaſquez noſtram ſententiam *loc.cit.art.*2.*dub.*3.*n.*2.

Vnde certiſſimè reſpondeo: teneri confiteri alia mortalia,quia reſpectu illorum non deeſt copia Confeſſoris potentis illa abſolvere. Sic Suarez *diſp.* 23. *ſect.*2.*n.*4.& apud illum Sotus,Palud.& Navar.Nugnus, Henriquez, & Ægid.quos refert, & ſequitur Bonacina *loco citato*,Lugo *ubi ſuprà*,*n.*530.Reginaldus *n.*159.*cit.*& omnes communiter, ut tenent Baſſeus *Confeſſ.*5.*n.*4.& 6.& Filliuc. *tract.*4.*n.*212.

QVÆSTIO LIV.

An ignorantia peccati excuſet ab integritate Confeſſionis?

REſpondeo excuſare,ſi ignorantia eſt invincibilis quia tunc omiſſio propalandi tale peccatum verè eſt involuntaria; non verò ſi vincibilis eſt, affectata,craſſa,aut ſupina,quia hæc non excuſat ab integritate confeſſionis. Sic Suarez *diſp.*22.*ſect.*3.Filliucius *tract.*7.*n.*124.Granado *tract.*9.*diſp.*5. *n.*17. & communis omnium, & colligitur ex Trident. *ſeſſ.* 14.*c.*5.ut benè notat Reginaldus *lib.*6.*n.*152. Ratio eſt,quia ſicut ignorantia invincibilis excuſat ab aliis præceptis,ita excuſat ab integritate materiali confeſſionis,ideſt ab explicatione omnium mortalium,quæ ſunt materia neceſſaria confeſſionis.

QVÆSTIO LV.

An oblivio peccati etiam excuſet à confeſſione integrè facienda?

REſpondeo excuſare, ſi ex oblivione inculpabili, aut abſque negligentia mortali prætermittat confiteri mortale,ſecus ſi ex craſſa negligentia diſcurriendi conſcientiam id eveniat.Sic ex Trident.docent Suarez *loco citato*,Ægid.*diſp.*7.*dub.*9.*n.*71. Navar.*in cap.Fratres, num.*74.*diſt.*5.*de Pœnit.* Layman *lib.*5.*tract.*6.*c.*8.*n.*5.Bonacina *loc. cit. n.*3. & omnes apud Baſſeum *Confeſſ.*5.*n.*2.

QVÆSTIO LVI.

An ſi vir ignoti idiomatis non habeat copiam Confeſſoris qui illum plenè intelligat, poſſit dimidiare confeſſionem, & ſolùm fateri aliqua peccata.

NEgat Medina *lib.*2.*c.*7.*in fine*, docens ſolùm in articulo mortis poſſe prædictum dimidiare confeſſionem,& abſolvi à Confeſſario auditis,& perceptis aliqualiter aliquibus peccatis.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe non ſolùm inſtante præcepto divino, verùm etiam Eccleſiaſtico Confeſſionis.Quia in eo caſu verè facit Pœnitens id quod moraliter poteſt.Sic Henriquez *lib.*5.*c.*12.*n.* 3. Granados *loc.cit.n.*20. Layman *loc.cit.n.*9. qui bene addunt idem affirmandum eſſe de homine muto,ſurdo, aut balbutientis linguæ, qui ſignis confitentur quomodo poſſunt. Lege Navar. *lib.*5. *conſil.* 13. *de Pœnit.*& *remiſſ.pag.mihi* 160.Baſſeum *confeſſ.* 5. *n.*5. Dianam *p.*3. *tract.*4.*reſol.* 131. & alios apud illos.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LVII.

An liceat pœnitenti dimidiare confeſſionem, caſu quo inſtet receptio Euchariſtiæ, & occurrat ſimul neceſſitas confeſſionis adeò longa, ut tunc perfici non poſſit?

NEgant aliqui id licere, quia tunc poteſt communicare ſola contritione præmiſſa.

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam licere dimidiare confeſſionem. Sic Granad. *contr. 7. tract. 3. diſp. 5. n.* 20. *pag. mihi* 1250. per hæc verba: Sextum caſum (attende quæſo mi lector) tractat Author deciſionis (Zambranus) *c. 4. dub. 6. n. 6. &* 7. quid ſcilicet fieri poſſet, cùm Parochus defert Euchariſtiam ægroto ſtatim communicaturo, & dum audit breuem reconciliationem, aduertit pœnitentem teneri ad longam confeſſionem, eo quòd per multum tempus mentitus fuerit in præcedentibus confeſſionibus? Reſponderque bene, ſi ægroto mors immineat, ita vt non ſuperſit locus integræ confeſſioni, audiat eà peccata, quæ pro temporis opportunitate declarare potuerit, & facta generali accuſatione cæterorum, eum abſoluat, & ſtatim diuino pane reficiat: Si verò mors non immineat, & ſaltem ſpatio dimidiæ horæ nequeat confeſſio tunc integra fieri, eliciat ægrotus actum contritionis, & ſumat Euchariſtiam, differaturque confeſſio in aliud tempus; quia tunc licitum erit communicare, non præmiſſa confeſſione, vt ſcandalum adſtantium euitetur; ſiquidem confeſſio tunc ritè fieri non poteſt, & ſupereſt tempus, quo perfectè fiat. Sic ex Zambrano Granados, qui ex hoc ſequentem, & notandum alium reſoluit caſum, ſic dicens.

Ex qua doctrina colligi poteſt, quid faciendum ſit, quando pœnitens ſanus accederet ad confeſſionem in eo euentu, quo communionem, ſine graui ſcandalo prætermittere non poteſt, aliunde verò occurrit neceſſitas confeſſionis adeò longæ, vt tunc perfici non poſſit. Dicendum enim eſt, tunc licitum eſſe communicare præmiſſa contritione. Quod ſi fortè contritio non eliceretur, & timeretur prudenter eliciendam non fore à pœnitente, probabile mihi eſt, poſſe confeſſionem dimidiari; quia tunc caſus vrget vitandi ſcandalum, quod eſt notabile nocumentum, propter quod poteſt pœnitens dimidiare confeſſionem, juxta dicta; & non vitabitur, niſi accedendo ad communionem: cum ergo ad hanc non liceat peccatori accedere, niſi præmiſſa confeſſione, aut certè contritione in aliquibus caſibus, qui crederet ſe non niſi attritionem habere, deberet cõfeſſionem prætermittere, ne alioqui nouum peccatum committeret. Hucuſque Doctus Granado, quem in vtroque caſu *citatum* ſequitur Diana 5. *parte, tract.* 3. *reſol.* 75. & *tract.* 14. *reſolut.* 53.

QVÆSTIO LVIII.

An dimidiatio Confeſſionis liceat ſolùm eo tempore, quo urget præceptum confitendi?

AFfirmat, ſolùm dicto tempore licere, Ioſeph Angles *in ſuis floribus*, vt refert Lopez 1. *parte Summa, cap.* 32. *quæſt.* 6. *pag. mihi* 181.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſolùm licere pœnitenti dimidiare confeſſionem in articulo mortis, & quando obligat præceptum Diuinum, aut Eccleſiaſticum confitendi (in quo Authores conueniunt) verùm etiam in caſu, quo longo tempore differenda eſſet Confeſſio, etiam cùm præceptum non obligat; quia diu priuari fructu huius Sacramenti, eſt notabile nocumentum: ergo ad illud vitandum licebit non integrè confiteri, quando aliter non poteſt ex defectu Confeſſarij. Sic Suarez, quem citat, & ſequitur Granado *loco citato, num.* 22. *pag.* 1251. Sotus, quem affert, & ſequitur Lopez *loco citato*, addens id à fortiori dicendum, quando ex expectatione Confeſſoris, cui abſque damno confiteri queat, aliqua incommoditas ſequatur: vt ſi mulier antea erat aſſueta confiteri, & communicare feſtis tribus Paſchatis, vel Dominæ noſtræ; & ſi viderint eam iam non communicare, & confiteri, eam ſuſpectam habebunt, infamiæque notam ſibi comparabit apud virum, conſanguineos, vel populum; tunc poterit ſic dimidiatè confiteri, cum propoſito ſe emendandi, & aliàs confiteri alia, habita opportunitate, vbi ceſſet periculum. Sic Lopez, & ſic etiam Cajetan. apud ipſum, & ſic tandem Suarez *diſput.* 23. *ſect.* 2. *num.* 7. *pag. mihi* 557. & Lugo *diſput.* 16. *num.* 416. *pag.* 377. Trullench *lib.* 4. *cap.* 6. *dub.* 7. *n.* 8. Sà *verb. Abſolutio*, Bonac. Henriquez, & alij apud ipſos.

QVÆSTIO LIX.

An in caſibus enumeratis teneatur pœnitens, cùm primùm poſſit, ea quæ tacuit, peccata confiteri?

AFfirmant Sotus *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 6. *ad* 3. Ledeſma *quæſt.* 7. *art.* 5. *dub.* 1. *&* 9. 5. & alij, quos affert, & ſequitur Henriquez *lib.* 4. *cap.* 4. *num.* 5. *in marg. lit. D. & lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 6. *& lit. F.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri ſtatim, ſed ſufficere, ſi illa confiteatur cùm iterum occurrat tempus in quo obliget præceptum Confeſſionis. Sic Suarez, & Granado *loc. nuper citatis*. Ægidius, Valentia, Reginaldus, & Bonacina, quos citat, & ſequitur Machado 1. *parte, lib.* 2. *tract.* 5. *docum.* 4. *n.* 5.

QVÆSTIO LX.

An pœnitens poſſit explicare in Confeſſione, propter ejus integritatem, complicem ſui peccati: ſi ex hoc nullum aliud damnum ſequatur complici, præter infamiam, quam apud Confeſſarium incurrit?

NEgant poſſe explicare pœnitentem circunſtantiam peccati manifeſtatiuam complicis, adhuc in dicto caſu, Navar. *cap.* 7. *num.* 1. *&* 4. Cajet. *verb. Confeſſio, condit.* 3. Armilla *verb. circunſtantia, n.* 55. Lopez *loc. cit. cap.* 36. Ioan. de Cruce *parte* 2. *Summæ, quæſt.* 3. *de Pœnitent. dub.* 5 *concluſ.* 3. Sotus *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 5. *ad* 4. Bañez 2. 2. *quæſt.* 33. *dub.* 8. Valentia *diſput.* 7. *quæſt.* 11. *punct.* 1. Fay *in addit. ad* 3. *part. quæſt.* 9. *artic.* 1. *diſput.* 9. *concluſ.* 1. Villalobos *tract.* 9. *diffic.* 38. *num.* 3. Pirigianus *in* 4. *tom.* 2. *diſt.* 21. *quæſt.* 2. *art.* 8. *concluſ.* 1. Fabrus *in* 4. *diſt.* 17. *diſp.* 24. *c.* 5. *n.* 97. quos omnes citat, & ſequitur Diana *part.* 1. *tract.* 7. *reſol.* 47. *&* 3. *p. tract.* 4. *reſolut.* 64. (non 54. vt habes apud Lugum.) His addi poſſunt Ludouicus de S. Iuan *quæſt.* 2. *artic.* 15. *dub.* 1. *& difficult.* 1. (qui tamen malè citat Navarrum pro oppoſita ſententia, & Cordubam pro iſta: ſicut etiam malè Diana citat Cajetanum pro ſe) & Llamas apud ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe pœnitentem in eo caſu integrè explicare ſuum peccatum, non obſtante infamia, & notitia complicis apud Confeſſarium. Quia ſicut propter bonum confeſſionis integræ obligat Chriſtus pœnitentem ad manifeſtanda ſua crimina, & ſubeundam infamiam apud Confeſſarium; ſic propter idem bonum permiſit ipſe, vel etiam obligauit ad manifeſtanda crimina complicis, cum ipſius apud Confeſſarium infamia. Sic S. Thom. *in* 4. *diſt.* 16. *quæſt.* 3. *art.* 2. *quæſt.* 5. *ad* 5. *& opuſc.* 12. *quæſt.* 6.

quæſt.6. D. Bonav. tom. 1. opuſc. tract. de modo confitendi, cap. 1. & in 4. diſt. 21. 2 parte, art. 1. q. 3. Alenſis 4. parte, quæſt. 18. membr. 4. artic. 2. §. 4. aliàs quæſt. 77. membr. 2. artic. 4. D. Anton 3 parte, tit. 14 c. 19. §. 11. Adrianus quæſt. 1. de Confeſſ. Paludan. in 4. diſt. 16. q. 3. art. 3. & diſt. 17. q. 2. & diſt. 21. q. 3. art. 1. Ricard. ibi art. 5. quæſt. 2. Major quæſt. 1. & 3. Gabr. diſt. 17. q. 1. art. 2. & diſt. 21. art. 3. dub. 2. Durand. diſt. 16. q. 4. Almainus diſt. 7. quæſt 2. art. 2. Carthuſ. diſt. 16. q. 2. Gerſon in tract. de præceptis Decalogi, 1. parte, c. 17. Caiet. verb. Confeſſio, condit. 3. Medina C. de Confeſſ. q. 1. de circumſtantiis loc. Sylveſter verb. Confeſſ. 1. q. 24. Angelus eodem n. 3. Roſella num. 6. Victoria n. 164. Petrus Soto lect. 12. de Confeſſ. Corduba in Summa, quæſt. 1. Sotus diſtinct. 18. quæſt. 2. art. 5. ad 4. Henricus quodlibet. 3. quæſt. 23. D. Bernardus in opuſc. de formula honeſtæ vitæ, quos omnes referunt, & ſequuntur Suarez diſp. 24. ſect. 2. n. 3. Vaſquez q. 91. art. 2. dub. 3. Henriquez lib. 2. cap. 9. num. 3. Sà verb. Confeſſio, n. 18. Ægid. diſp. 7. n. 9. Reginaldus lib. 6. cap. 4. n. 156. Toletus lib. 3. cap 8. n. 4. Nugous in addition. q 9. art. 2. dub. 2. Onufrius de ſigillo Confeſſ. ſect. 4. q. 7. dub. 3. Sancius in ſelectis disput. 8. num. 9. Pontius lib 5. de matrimon. cap. 18. num. 9. Corjolan. de caſib. reſerv. parte 1. ſect. 1. art. 8. n. 7. Regius caſu 63. num. 1. Layman cap. 8. cit. n. 12. Malderus tract de ſigillo Confeſſ. cap. 17. Leſſius lib. 2. cap. 11. dub. 11. Ledeſma in ſumma, 1. parte, c. 20. concluſ. 6. Hurtado diſp. 9. difficult. 11. quos refert, ſed non ſequitur Diana loco citato, Bonacina de contract. diſp. 2. q. 4. punct. 4. num. 2. qui tamen malè citat Navarrum pro noſtra parte, quod non advertit Diana. Lugo diſp. 16. num. 394. pag. 374. & Granados tr. 4. diſp. 5. num. 9. Fagundez 9. præcep. lib. 5. cap. 1. num. 8. (qui tamen male, ſicut & Bañez, citat Caietanum pro prima ſententia.) Luyſius q. 9. de Pœnit. diſp. 30. dubio 2.

Quæstio LXI.

An non ſolùm poſſit pœnitens, ſed ex obligatione debeat explicare in caſu poſito complicem ſui peccati?

NEgant à fortiori omnes Doctores, nuper pro prima ſententia citati, & ex noſtris, ſolùm poſſe pœnitentem, non verò debere explicare circunſtantiam peccati, cum manifeſtatione complicis, indicant S. Bonav. Dorand. & Gabriel loc. cit quatenus id licitum eſſe docent. In eadem ſententia videtur eſſe Caietan. verb. confeſſ. condit. 3. ubi ſic ait: Debet eſſe pura (Confeſſio) ab admixtione alienorum peccatorum, ſi propria poſſunt ſine alienis ſufficienter exprimi, quod ſi aliter fieri nequit, & Confeſſor eſt vir bonus (ita quod nulla ſit ſuſpicio futuræ infamiæ, aut cujuſcunque periculi) explicari poteſt. Sic Caiet.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſolùm poſſe, ſed teneri pœnitentem confiteri peccatum, quod ſine manifeſtatione complicis explicari non poteſt. Sic expreſsè Granados loc. cit. n. 8. & 13. dicens: ſic communiter ſentire authores noſtræ ſententiæ. Imò & Cajet. id docet expreſsè tom. 2. opuſc. tr. 31. Lugo loc. cit. n. 405. & ſeq. pag. 376. Luyſius & Fagund. loc. cit.

Quæstio LXII.

An prædicto caſu debeat ad minus pœnitens ex præcepto quærere alium Confeſſarium, cui complex ſui peccati non ſit cognitus?

NEgat Fagundez lib. 7. de 2. præcept. cap. 2. num. 3. pag. 411. dicens, nullo modo teneri ex præcepto, ſed ſolùm ex conſilio, pœnitentes alium quærere ignotum confeſſarium apud quem in ea circunſtantia, & caſu confiteri teneantur. Sic ipſe, qui pro ſua ſententia citat Caietan. verb. Confeſſio, condit. 3. Petrum de Soto de pœnit. loc. cit. Sot diſt. 18. q. 2. artic. 5. D. Thom. diſt. 16. q. 3. art. 2. q. 5. ad 5. Canum in relect. de Pœnit. §. 5. Sylveſtrum verb. Confeſſio 1. §. 24. Angelum eod. verb. §. 3. Tabienam verb. circunſtantia, §. 20. n. 10. Armill. verb. Confeſſio, §. 20. & verb. circunſtantia, §. 11. D. Anton. 3. parte, tit. 14. c. 19. condit. 9. Viguerium c. 16. §. 4. verſ. 17. Suarium diſp. 24. ſect. 2. quia omnes hi Authores (inquit) ſolùm monent, ut quærant alium, ſi facilè illum habere poſſint, & ſine labore. In monitione autem conſilium eſt, & perfectio, non obligatio, non præceptum, ut patet, & ſic ſine dubio tenendum eſt, non dari de hac re præceptum. Sic ille, qui etiam in hunc modum afferre poterat cæteros Authores quos affert Henriquez lib. 1. c. 9. n 2. lit. B, nempe Ledeſmam, Paludanum, Gabrielem, Durandum, Raynerium, Hoſtienſem, & alios.

Sed longè probabiliùs, imò certò reſpondeo, teneri pœnitentem ex obligatione, & præcepto quærere priùs alium confeſſarium ignotum, cui integrè, & ſine læſione famæ proximi confiteatur, quia ſi id commodè fieri poteſt, debet, ne ſine cauſa infametur complex. Sic in primis docet Suarez loc. cit. pro oppoſita parte, num. 1. pag. mihi 755. ubi ſic ait. In hac quæſtione ulteriùs ſupponere oportet, occurrere neceſſitatem moralem ſic confitendi. Nam ſi pœnitens poſſit vel ei confiteri, qui non cognoſcat perſonam complicis, vel ita confiteri, ut ipſe non cognoſcatur, vel denique aliquam aliam diligentiam adhibere, ut ſine notitia perſonæ in particulari totum peccatum cum omnibus circunſtantiis neceſſariis dicatur, tenetur id facere, & in id omnes conveniunt. Sic ille. Quod idem repetit, relata ſententia contraria, num. 13. ergo non probè citatur à Fagundez pro ſua ſententia. Deinde Caietan. loc. cit. abſolutè docet, adeundum eſſe alium confeſſarium. Et eodem modo loquitur P. de Soto loc. cit. de Confeſſ. (non pœnit. ut malè citat Fagundez.) Sotus etiam adhibendam eſſe omninò diligentiam, ut alteri fiat confeſſio, affirmat. Denique ex omnibus aliis Authoribus, quos pro ſe Fagundez citat, nullus illorum illam expreſsè docet, ſed potiùs omnes (paucis exceptis) tuentur noſtram, ut bene advertit Lugo diſp. 16. num. 91. Ægidius diſput. 7. n. 88. Vaſquez quæſt. 91. artic. 1. dubio 3. & idem aſſerunt D. Thom. diſt. 16. & opuſc. cap. 6. Alexander 4. parte, quæſt. 77. membr. 2. art. 4. D. Bonavent. Frias, & alii apud Henriquez, præcipuè Corduba caſu 1. ubi ait, ad id pœnitentem teneri, ſi facilè, & abſque labore poſſit alium confeſſorem habere.

Quæstio LXIII.

An etiam licitè poſſit pœnitens explicare complicem, quando id requiritur ad explicandum aliquod veniale, quod dat pro materia confeſſionis?

REſpondeo dicendum: quod poſſit licitè (niſi aliàs ex confeſſione talis peccati aliquod magnum bonum pœnitenti obveniret, vel ob petendum conſilium, &c. Quia in hoc caſu neque obligat integritas confeſſionis, nec Chriſti præceptum, nec ideo tenebitur confiteri bis idem peccatum, cùm nulla ſit obligatio illud confitendi: ergo non poteſt inveniri cauſa, cur pœnitens poſſit denigrare complicis famam ita graviter apud confeſſarium, cum tam facilè poſſit illam conſervare. Sic Lugo loco citato, num. 411.

*num.*411. *pag.*377. Qui idem eſſe dicendum affirmat, loqueodo de peccato iam iterum ritè, & plenè confeſſo; quod ſcilicet nequeat pœnitens iterum apud alium confeſſarium explicare, cum novo detrimento gravi bonæ exiſtimationis complicis. Secus verò dicendum de peccato mortali dubio; nam de hoc idem, ac de peccato mortali certo, affirmandum eſt.

Qvæstio LXIV.

An in hoc vltimo caſu peccaret mortaliter pœnitens, qui in confeſsione manifeſtaret complicem ſui delicti, etiam ſine rationabili cauſa?

NEgant peccare mortaliter omnes Doctores, qui negant eſſe mortale manifeſtare crimen grave occultum, etiam ſine cauſa uni, vel duobus viris prudentibus, qui ſecretò retinebunt. Hi autem ſunt Cajetan. 2.2.*q.*62. *art.* 2. Navarra *de reſtitutione lib* 2. *c.*4.*n.*334. Graffius *lib.*2.*c.*137. Hurtado *de iuſtitia diſp.*11.*difficult.*5. Reginald.*lib.*24.*c.*3.*n.*75. Leſſius *lib.*2.*c.*11.*n.*70. & expreſsè, in facti contingentia, negativè reſpondit propoſitæ quæſtioni Diana 2.*part. tract.*17.*reſol.* 22. & etiam licèt non ita expreſsè, *reſol.*25. & 3.*p.tractatu* 5.*reſol.*93.

Sed multò probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter. Primò, quia revera grave peccatum eſt dicere, abſque rationabili cauſa, crimen ſecretum proximi uni, qui illud ſecretò ſervabit, ut docent communiter Doctores: ergo etiam erit, quantumvis illud dicatur Confeſſario.

Secundò, ſi ego ſcirem confeſſarium meum revelaturum eſſe meum peccatum vni alteri, etiam ſuo confeſſario ſub ſigillo confeſſionis, procuidubio id ſufficeret ad me excuſandum à confitendo illi meum peccatum: ergo infamia illa apud vnum ſolum magni facienda eſt, cum ſufficiat ad excuſandum ab integra confeſſione. Sic Lugo *diſp.*17. *n.*395. & 396. *pag.* 374. Et debent docere omnes, qui dicunt: eſſe grave peccatum manifeſtare, abſque iuſta cauſa, crimen occultum proximi uni, vel alteri. Hi ſunt Sot. *de iuſt. & iure lib.*7.*q.*10.*art.*2. *concl.*4. Suarez hic *diſp.*34. *ſect.*1.*num.*2. Fillincius, Axor, Bañez, Molina, Layman, Layſius, & alii, quos refert, & ſpeculativè, non practicè, ſequitur Diana *loc.cit.*

Qvæstio LXV.

An aliquando poſsit confeſſarius obligare pœnitentem ad declarandum complicem, etiamſi id neceſſarium non ſit ad explicandum proprium peccatum?

AFfirmant aliqui, id poſſe aliquando; imò & debere ad hoc pœnitentem obligare, & ſi renuat, negare abſolutionem in his caſibus. Primò; ſi ſciret aliquem occultè ſeminare errores contra fidem; aut Sacerdotem aliquem abuti Sacramento confeſſionis, revelando peccata, ſollicitando pœnitentes ad turpia, &c. Secundò, ſi eſſet medicus qui medicinis mortiferis intendit occidere infirmos. Tertiò, ſi fœmina ab amico mariti ſollicitata ſit in proximo periculo conſentiendi, nec poteſt marito revelari, quia occidet illum, & eſt ſpes emendæ, ſi confeſſarius alloquatur adulterum. In his ergo, & ſimilibus caſibus poterit confeſſarius obligare pœnitentem, vt revelet complicem, & renuenti negare abſolutionem. Sic Don Ferdinandus Guerretus Archiep. Granatenſis, Sotus *in* 4. *diſt.*18.*q.*4.*art.*5. Suarez *diſput.*34.*ſect.*4. Fagundez *lib.*5.*de* 2.*precept.cap.*2.*num.*11. & alii apud Lugum *diſp.*16.*n.*425.*pag.*329.

Alii autem ſimpliciter id abſolutè negant, docentes hoc eſſe omninò illicitum. Sic Bañez 2.2. *q.*33. *in fine.*

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo: quod licèt rarò contingere poſſit, ut confeſſarius obligare queat pœnitentem ad declarandum ſibi complicem; cùm ea quæ confeſſarius poteſt cum tali notitia facere, poſſit ipſe pœnitens immediatè per ſeipſum, aut per alium virum prudentem; nihilominus tamen non repugnat dari caſum, in quo confeſſarius poſſit obligare pœnitentem ad declarandum ſibi nomen complicis. Nam ſi confeſſarius ex occultatione complicis cognoſceret graviſſima damna imminere, ad quæ impedienda pœnitens omninò tenetur, & rurſus videret pœnitentem ſeipſo immediatè id non poſſe exequi, neque habere alium per quem id poſſit, præter ipſum confeſſarium: tunc enim ſicut pœnitens tenetur ad illud medium unicum eligendum, ſic confeſſarius poſſet ad illud obligare. Sic Lugo *loc.cit.à numero* 428. quem omninò vide. Nam ex illo hæc, & multa alia: ergo & alii juniores, & meritò.

Qvæstio LXVI.

An ſit ex neceſſitate repetenda confeſſio ſine ullo dolore facta?

NEgant Sylveſter *v. Confeſſio* 1. *q.*21. Roſella *eo verb.*§.4. & Angel.*n.*27. quia exiſtimant ad validitatem confeſſionis ſufficere voluntatem confitendi, & recipiendi abſolutionem, modò non ſit complacentia in aliquo peccato. Quæ ſententia tribuitur Scoto (non Soto, ut habes apud Lugum) *in* 4.*diſt.*14. *q.*4. Sed malè (ut benè probat Vaſquez *q.*92.*dub.*1. *n.*3.) Probatur tamen, quia alia Sacramenta, etiamſi cum peccato recipiantur, ſunt valida: ergo & hæc.

Sed certiſſimè reſpondeo: neceſſariò eſſe repetendum, quia ex Tridentino *ſeſſ.*14. *cap.* 4. nequit dari hoc Sacramentum validum abſque dolore peccatoris ſine quo non remittitur peccatum actuale. Sic Nav. *in cap. Fratres, n.* 31. 32. & 33. *de pœnit. diſt.* 5. Victor. *n.* 168. Suar. *diſp.*20.*ſect.*1. Vaſq. *loc.cit.* Granados *tr.*3. *diſp.*3. *n.* 3. Lugo *diſp.* 34.*n.*66. & Baſſeus *confeſſ.*6.*n.*5. Machado *lib.*2.*p.*4.*tract.*5.*docum.*6. & Palaus *tom.*4.*tr.*23. *punct.*12.*n.* 1. ubi ad argumentum factum bene negat conſequentiam; nam reliqua Sacramenta non poſtulant ad ſui valorem dolorem de peccatis, benè tamen pœnitentiæ Sacramentum, ut conſtat ex Tridentino *loc.cit.*

Qvæstio LXVII.

An Confeſſio facta cum attritione falſa, ſed exiſtimata vera, ſit neceſſariò repetenda?

NEgant Navarrus *cap.*9. *n.*13. & *in cap. Fratres, num.* 33. & Victoria *in relect. de poteſt. Eccleſiæ, quæſt.* 2. *num.*9. & apud Suarium Petrus de Soto, & apud Stephanum Fagundez Henriquez *lib.*4. (*ſeu* 1. *de Pœnit.*) *cap.*26. *num.* 3. & indicat probabile ipſemet Fagundez, & expreſsè tenent Granados *controverſ.*7.*tractatu* 3.*diſputat.* 3. *num.* 19. 21. & 25. & Bonacina *diſputat.* 5. *quæſtione* 3.*punct.* 2. *numero* 9. & 11. & alii apud ipſos. Quia exiſtimant ad confeſſionem validam, & fructuoſam, vel ad minus informem, ſufficere exiſtimatam, & putativam attritionem, & dolorem de peccatis ſupernaturalem; quamvis in re talis non ſit, niſi attritio naturalis.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe repetendam, quia non

non poteſt dari validum Sactamentum Pœnitentiæ, adhuc informe, abſque vera attritione ſupernaturali, in re habita, non in exiſtimatione. Nam ex Trident. *loc.cit.* ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ requiritur verus dolor ſupernaturalis; ſed dolor tantum exiſtimatus, non eſt verus dolor: ergo non ſufficit ad valorem Sacramenti; patet conſequentia, quia ſicut aqua exiſtimata, etiam invincibiliter, non poteſt eſſe materia Baptiſmi, ſi revera eſt vinum; ſic nec dolor exiſtimatus, poteſt eſſe materia Sacramenti pœnitentiæ, ſi non eſt verus dolor. Sic D. Bonavent. *in 4. diſt.* 17. 2. *p. art.* 2. *q.* 2. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 4. *n.* 23. & 26. & apud illum Ricardus (non Brucardus, ut habes apud Fagundez) *art.* 3 *contra Lutherum.* Lugo *diſp.* 14. *n.* 70. & *ſeqq. pag.* 139. Vaſquez *q.* 92. *art.* 2. *dub. unico, n.* 26. Fagundez *de praecept.* 2. *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 5. & 6. Vincentius Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 12. *dub.* 4. & 5. Thom. à Ieſu *c.* 6. *pag.* 119. & alii, quos ſequitur Machado *docum.* 6. *cit. n.* 6.

QVÆSTIO LXVIII.

An teneatur iterare confeſsionem, qui voluntariè aliquod mortale omiſit?

RESpondeo teneri, quia graviter deliquit contra præceptum divinum de integritate confeſſionis. Sic omnes DD. Legantur Navarrus *cap.* 9. *n.* 12. Valentia *quæſt.* 11. *punct.* 3. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 3. *num.* 2. Lugo *diſp.* 16. *num.* 599. & Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 12. *n.* 1. & Trullench *lib.* 4. *de Sacram. cap.* 6. *dub.* 9. *n.* 3.

QVÆSTIO LXIX.

An teneatur iterare confeſsionem, qui putans invincibiliter, non eſſe mortale, aliquod mortale in confeſsione omiſit?

RESpondeo: non teneri, quia confeſſionem fecit validam. Solùm ergo tenebitur ad explicanda in confeſſione peccata in priori omiſſa. Sic Navar. *in cap. Fratres, cit. n.* 81. Sylveſter *verb. confeſſ. quæſt.* 13. Vaſquez *q.* 92. *art.* 3. *dub.* 1. Reginaldus *lib.* 6. *n.* 153. Bonac. *loco citato, num.* 6. & alii excuſantes hac de cauſa à repetitione confeſſionis pueros, qui in confeſſione aliquod mortale tacuerunt, ignorantes invincibiliter mortale eſſe, ſed grandiores facti, mortale eſſe agnoſcunt.

Ex hac doctrina conſtat Dianam 3. *parte, tract.* 4. *reſol.* 108. rectè reſolviſſe de quodam puero, qui uſque ad decimum tertium annum non ſe accuſavit de pollutionibus, quas ordinariè faciebat, ignorans invincibiliter, illas eſſe peccatum, illum non fuiſſe adſtrictum prætaritas confeſſiones reiterare; ſed ſufficere ſe in prima confeſſione de pollutionibus factis accuſare. Lege, me citato, Dianam *parte* 10. *tract.* 14. *reſol.* 19. & Baſſæum *confeſſio* 5. & 6.

QVÆSTIO LXX.

An etiam non teneatur, qui temerè, aut erroneè, aut per ignorantiam craſſam, putans non eſſe lethale, aliquod lethale omiſit?

AFfirmant adhuc non teneri, Reginaldus *loc. cit.* per hæc verba: Hic adhuc occurrit notandum, quod habent Navarr. & Sylveſt. (ille quidem ad *cap. Fratres, de pœnit. diſt.* 5. *num.* 82. & *in Enchir. c.* 9. *num.* 12. hic verò in verbo *confeſſio* 1. *q.* 1.) cum quis per ignorantiam aliquod peccatum omiſit in confeſſione, eo quòd erroneè putaret, ipſum non eſſe tale, etiamſi error vincibilis fuerit, nec à mortali perpetrantem excuſarit: excuſare tamen ab iteratione totius confeſſionis, itaut ſufficiat pœnitentem ipſum in ſequenti confeſſione peccatum omiſſum declarare. Sic Reginaldus ex prædictis Authoribus, quos ſequitur Diana *loc. cit.* & apud ipſum Vaſquez *q.* 92. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 7. & Beja *parte* 1. *caſu* 9. quibus etiam addi poſſunt Sotus *diſt.* 18. *q.* 3. *art.* 3. *concl.* 3. Palud. *in* 4. *diſtinct.* 18. *artic.* 3. Victoria *num.* 160. & Henriquez *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 1. docentes, quod ſi aliquis non ex induſtria, ſed per negligentiam, quamvis mortalem omiſit peccatum mortale confiteri, reliquorum confeſſionem informem eſſe; attamen validam, nec repetendam.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, teneri in eo caſu ad iterandam totam confeſſionem. Quia omninò fuit irrita, & invalida, cum in ipſamet confeſſione peccatum patratum fuerit, & non confeſſum: ergo invalida ex defectu integritatis. Sic Caietan. *verb. confeſſ. condit.* 10. Petrus à Soto *lect.* 18. *de confeſſ.* (*non de pœnit.* ut habes apud Suarium.) Navarr. *in man. c.* 9. *n.* 16. (unde non bene citatur quoad præſentem quæſtionem pro alia parte.) Medina *C. de confeſſion.* quos omnes citant, & ſequuntur Suarez *diſp.* 33. *ſect.* 4. & Layman *tract.* 6. *cap.* 9. *num.* 11. Sic etiam Lugo *diſp.* 14. *num.* 103. *pag.* 246. dicens de hoc non eſſe dubium. Thomas à Ieſu *in tribunali conſcientia, cap.* 6. *pag. mihi* 119. Nec Vaſquez eſt pro oppoſita ſententia, ſed potiùs pro noſtra illum citat, & ſequitur Hurtado *diſp.* 9. *de pœnit. difficult.* 12. Ochagavia *tract.* 2. *q.* 31. & alii quos ſequuntur Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 12. *num.* 1. & jam re meliùs conſiderata, mecum ſentit Diana *p.* 10. *tract.* 14. *reſolut.* 19. *fine.*

QVÆSTIO LXXI.

An ruſticus qui groſſo modo, ſine certo numero peccatorum mortalium, indocto Parocho bona fide confeſſus eſt, teneatur poſtea detecto errore confeſſiones factas reiterare?

NEgant, ſed timidè, Medina *in inſtr. confeſſarior. lib.* 2. *cap.* 8. & Reginaldus *lib.* 6. *n.* 140. dicentes in eo caſu tutius eſſe generalem confeſſionem de omnibus peccatis admiſſis inſtituere.

Sed certiſſimè, & abſque ullo timore reſpondeo, non teneri ad reiterandas dictas confeſſiones, quia revera fuerunt validæ, & fructuoſæ. Sic Navarrus *lib.* 5. *conſil. tit. de pœnit. & remiſſ. conſil. mihi* 12. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 10. & *cap.* 5. *num.* 6. & *cap.* 8. *num.* 2. Fagundez *de præcept.* 2. *lib.* 3. *cap.* 2. *num.* 5. & *cap.* 4. *num.* 10. & ex illo Diana 3. *p. tract.* 4. *reſol.* 89. & *p.* 3. *tract.* 13. *reſol.* 84. Lugo *diſp.* 16. *à num.* 577. Sylvius *in ſupplem. q.* 9. *art.* 2. *quæſt.* 1. & Baſſeus *confeſſio* 4. *num.* 21. *fine.*

QVÆSTIO LXXII.

An ſaltem in dicto caſu teneatur ruſticus denuò confiteri, & declarare numerum peccatorum, quem in aliis confeſſionibus determinatè non fuit confeſſus, ſed confusè tantùm?

AFfirmant Navar. *loc. cit.* teneri dictum ruſticum explicitè, & determinatè denuò declarare veriſimilem numerum peccatorum mortalium à ſe admiſſorum, quem antea non fuit confeſſus: imò & confeſſarium ad dicendum, ut dictum numerum explicet. Quia licèt (inquit Doctus Navar.) hæc res dura ſit, & pœnitenti, & confeſſario; tamen ita ſcriptum eſt, non ſolùm lege humana, *in c. omnis, de Pœnit. & remiſſ.*

Sed

ſed etiam divina, & Evangelica ratione naturali confirmata à S. Thoma, & aliis, & ſatis declaratum in Concil. Trid. *ſeſſ.* 14. *de Sacramento Pænit. Can.* 7. Sic ille, & poſt illum Layman *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 4. *pag. mihi* 117.

Affirmant etiam alii, teneri in eo caſu præfatum ruſticum denuo confiteri, & ſubjicere clavibus illa peccata quæ malè, & groſſo modo in prioribus confeſſionibus explicavit, non tamen obligari ad explicandum magis diſtinctè, & determinatè dictorum peccatorum numerum, quia ex iis quæ confitetur ſe uno menſe, vel hebdomada, aut anno feciſſe, ſatis conjicere poteſt expertus confeſſarius, quantum toto anno, aut reliquis annis labentibus deliquerit. Ita Henriquez, Fagundez, & Diana *loc. cit.* Baſſeus, & Sylvius.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: nullo modo teneri ruſticum illum denuò declarare numerum peccatorum, quem in aliis confeſſionibus generaliter, & modo confuſo faſſus eſt, niſi aliàs illa confuſio maneat etiam circa ſpecies peccatorum, eo quòd non dicantur determinatæ ſpecies. Nam in primis non tenetur explicitè, & determinatè declarare quoties hoc, vel illud peccatum, quod aliàs jam in confuſo confeſſus eſt, patravit, ut vult Navar. quia jam hoc eſſet repetere omnes confeſſiones præteritas, ad quod non tenetur ruſticus ille (ut ipſe cum aliis docet.) Rurſus nec tenetur explicare denuò dictorum peccatorum numerum confuſo, & groſſo modo cum docto confeſſore, ſicut antea cum indocto fecerat. Tum quia jam aliquo modo teneretur ad reiterandas confeſſiones præteritas. Tum quia ruſticus ille cogendus non eſt magis diſtinctè numerum confuſè priùs explicatum dicere, eo quòd ex uniformi vita ejus colligitur quid toto illo præterito tempore fecerit: ergo primus confeſſor, cui magis, vel æquè notus erat pœnitens, potuit meliùs, aut æquè benè ex eodem modo loquendi colligere quid toto anno feciſſet, atque adeò potuit formare tunc ſibi judicium non minus ſufficiens quàm confeſſarius doctus poſteà: ergo nec diſtinctè, nec confuſè, nec ullo modo erit obligatio ſubjiciendi dicta peccata præterita clavibus.

Secundò probatur, quia peccata illa quæ nunc magis diſtinctè poteſt confiteri ruſticus, jam priùs ſubjecta fuerunt directè clavibus, atque adeò ab eis directè abſolutus: ergo non eſt obligatio iterum confitendi poſtea magis diſtinctè eadem peccata, licèt id facere poſſit. Quia juxta communem ſententiam, non eſt iterum obligatio deferendi adhuc in judicium illud peccatum à quo jam directè per judicem legitimum fuit pœnitens abſolutus. Sic ſentit Lugo, cujus eſt tota hæc doctrina *diſp.* 16. *à n.* 577. *uſque ad n.* 586. *& ea diſp. n.* 82. (quem omninò vidè) & ante ipſum Fabius *in ſuo ſcrutinio Sacerdot. tr.* 4. 2. *p. pag. mihi* 499. ubi ſic ait: Ruſtici qui bona fide confeſſi ſunt Curato non debitè interrogati, ſatisfecerunt præcepto confeſſionis, nec tenentur iterum confiteri ipſa peccata. Sic ille

Qvæstio LXXIII.

An etiam maneat liber ab obligatione iterum confitendi qui ob anguſtias temporis, aut urgens periculum mortis non integrè confitetur, aut explicat numerum peccatorum?

Reſpondet Lugo huic dubio per hæc verba: Dupliciter contingere poteſt, quod propter periculum, vel temporis anguſtias aliquis non integrè confiteatur. Primò ſi dixit unum peccatum, & reliqua omiſit: & tunc certum eſt, manere obligationem confitendi ſuo tempore illa quæ omiſſa ſunt, quia illa non fuerunt directè clavibus ſubjecta, nec ab eis Sacerdos directè abſolvit. Idem dicendum eſt, quando propter eandem cauſam aliqua peccata non fuerant explicata ſecundùm ſpeciem, ut ſi quis dixit, *Habeo multa peccata gravia*: non tamen dixit eorum ſpecies, quia tunc abſolutio non cadit directè ſuper illa peccata ſecundùm rationes ſpecificas, ſed ſolùm ſecundùm rationem communem, in qua conveniunt cum aliis peccatis, & ideò ſecundùm rationes ſpecificas debent poſtea ſubjici clavibus, ut ſic etiam quoad illas differentias directè remittantur à Sacerdote.

Secundò contingere poteſt defectus integritatis materialis, propter illum neceſſitatis articulum, ſi aliquis diceret in ſpecie, *commiſi multa perjuria*, v.g. non explicando numerum, propter tẽporis anguſtias. Et in hoc caſu dubitari poteſt, an poſtea data occaſione, & opportunitate debeat explicare numerum eorũ quæ prius ſub illa generalitate dixit. Et diſtinguendum exiſtimo: nam vel confeſſarius ex circunſtantiis perſonæ, & temporis intellexit per illa verba veriſimiliter numerum illum, & multitudinem quam pœnitens concipiebat, & ſignificare volebat, & jam tunc erit idem dicendum quod de confeſſione ruſtici, in quo Parochus per illa verba, attentis circunſtantiis intelligit ſufficienter multitudinem quam pœnitens concipit; atque ideò propter eandem rationem, neque in illo obligandus erit pœnitens poſtea ad illum numerum magis diſtinctè declarandum, quia jam juxta capacitatem præſentem declaratus fuit ſufficienter ad hoc, ut abſolutio directè ad totum illum numerum terminaretur: ſi autem ex illis verbis confeſſarius non potuit concipere prudenter aliquam multitudinem, & numerum veriſimilem, juxta pœnitentis intentionem, tunc fatendum eſt, abſolutionem non terminari directè ad totam illam multitudinem, ſed ſolùm ſecundùm eam partem quam confeſſarius ex illis verbis potuit prudenter colligere, & ad minus terminatur ad aliqua, quoad reliqua verò manet obligatio confitendi illa diſtinctè, & procurandi directam abſolutionem ab illis, quod in noſtro caſu (id eſt præcedentis quæſtionis) non procedit, cùm abſolutio ſupponatur directè terminata ad omnia peccata contenta in illa multitudine, quam ruſticus craſſo modo confitetur. Hucuſque Doctus Pater Lugo ubi *ſuprà, n.* 586. *&* 587. *pag.* 409. & ex illo ego.

Qvæstio LXXIV.

An qui bona fide confeſſus fuit majorem numerum peccatorum quæ fecit, teneatur poſtea cognito errore iterum numerum certum confiteri?

Affirmat Yribarne *in* 4. *diſt.* 17. *diſp.* 57. *ſect.* 8. *tom.* 2. ubi ſic ait, ſi quis bis, vel ter mœchatus eſt, & confeſſus eſt ſe decies mœchatum fuiſſe, devincitur iterum confiteri. Sic ille.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, nullo modo teneri repetere confeſſionem, aut errorem majoris numeri confiteri, niſi aliàs in ipſo errore mortaliter peccaſſet. Quia illa confeſſio verè fuit valida, & integra formaliter: ergo nullo modo debet ex neceſſitate repeti. Quod ſi pœnitens decepit confeſſarium, hoc fecit, ut ſupponimus, bona fide, & materialiter tantùm in præjudicium ſuiipſius, & incommodum, cùm ratione majoris numeri expreſſi major pœnitentia illi fuerit à confeſſario impoſita. Sic Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 3. *n.* 4. Megala 1. *parte, lib.* 5. *cap.* 18. *n.* 10. Diana 2. *parte, tract.* 17. *reſ.* 15. & Lugo *diſp.* 16. *n.* 572. *pag.* 406. & Machado *tom.* 1. *lib.* 2. *parte* 4. *tract.* 5. *docum.* 8. *n.* 3.

QVÆSTIO LXXV.

An confeſſio, in qua quis ex defectu examinis oblitus fuit confiteri aliqua mortalia, ſit invalida, & iteranda?

NEgant Sotus *diſt.* 18. *q.* 3. *artic.* 2. & 3. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 5. *q.* 5. Victor. *n.* 161. & 162. Nugnus, & Ledeſma, quos citat, & ſequitur Diana 2. *parte, tract.* 17. *reſol.* 31. Frias 1. *parte, fol. mihi* 44. & alii caſu quo pœnitens habuerit ſufficientem dolorem, & confeſſus fuerit omnia peccata quæ illi occurrerunt memoriæ, & fecerit aliqualem diligentiam in examinanda conſcientia, quamvis aliàs non eſſet tam exacta, quàm oportebat, & ex ignorantia mortaliter culpabili, mortalia illa omiſiſſet. Ita etiam ſentire videtur Machado *tom.* 1. *lib.* 2. *parte* 4. *tract.* 5. *docum.* 7. *fine.*

Sed probabiliùs reſpondeo, invalidam eſſe, & iterandam. Quia prædicta confeſſio (ut contrarii etiam fatentur) fuit ſacrilega. Sic Vaſquea *q.* 90. *art.* 3. *dub.* 1. *n.* 4. & apud ipſum Navarr. *in Man. c.* 9. *n.* 16. Petrus de Soto *lect.* 8. *de pœnitent.* Ægidius *diſp.* 4. *dub.* 11. Moure *parte* 3. *exam. Theolog. c.* 6. §. 6. *n.* 12. Suar. *diſp.* 23. *ſect.* 4. (non 5, ut habet Moure) Ludovicus *q.* 8. *de pœnit. Sacr. artic.* 2. *dub.* 6. *concluſ.* 2. *pag.* 501. Luiſius *diſp.* 28. *de pœnit. dub.* 3. Ochagav. *tract.* 2. *q.* 31. Hurtado *diſp.* 8. *diff.* 7. & *diſp.* 9. *diffic.* 12. Layman *tract.* 6. *cap.* 8. *num.* 4. Bonacina *loc. cit. n.* 1. Lugo *diſp.* 16. *num.* 611. *pag.* 413. Qui ſecus dicendum dicit, quando omiſſum fuit peccatum ex ignorantia invicibili, aut ex ignorantia culpabili ſolùm venialiter. Et eſt communis apud Becanum *Confeſſio* 5. *num.* 3. Filliucius, Sylvius, Ægidius, & alii penes ipſum.

QVÆSTIO LXXVI.

An Confeſſio ex malo fine facta, ſit invalida, & iteranda?

AFfirmant nonnulli Doctores, quos *ſuprà q.* 73. retulimus.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec eſſe invalidam, nec iterandam, niſi fiat ex fine malo mortali, ſecus ſi ex veniali. Sic communiter DD. *ubi infrà.*

QVÆSTIO LXXVII.

An Confeſſio facta à pœnitente excommunicato, qui non fuit priùs ab excommunicatione abſolutus quàm à peccatis, ſit invalida, & iteranda?

AFfirmant Sylveſt. *verb. excommunicatio* 4. *n.* 1. & *verb. confeſſio* 1. *quæſt.* 3. & *confeſſor* 3. *n.* 12. Adrianus *q.* 3. *de clavibus*, Paludanus *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 6. *art.* 1. & *diſtinct.* 18. *quæſt.* 6. *artic.* 2. Gabriel *quæſt.* 1. *art.* 3. *dubit.* 2. Major *quæſt.* 9. Sotus *diſt.* 22. *quæſt.* 1. *artic.* 1. Ledeſma 2. *parte* 4. *quæſt.* 23. *art.* 1. & P. de Ledeſma *in ſum. cap.* 20. *de pœnitentia*, §. La ſegunda duda. Chapeavilla *de caſ. reſerv. fol.* 396. Vaſquez *tom.* 4. *tract. de excommunic. dub.* 4. *num.* 8. Quos omnes refert, & ſequitur Sancius *in ſelectis diſp.* 32. *num.* 11. *pag. mihi* 160. Quibus addi poſſunt Hurtado *diſputat.* 8. *de pœnit. difficult.* 7. & *de excommunicat. diſput.* 4. *difficult.* 3. Megala *in* 1. *parte*, *lib.* 5. *cap.* 19. *quæſt.* 4. Quia ſubjectum tale non eſt capax hujus Sacramenti.

Sed probabiliùs reſpondeo, validam fuiſſe, & ideò non reiterandam, ſi pœnitens aut naturali oblivione, aut ignorantia invincibili excommunicationis bona fide proceſſit, quia licèt abſolutio à peccatis ante abſolutionem excommunicationis ſit prohibita (propter quod & qui illam dat, & recipit ſcienter, mortale ſacrilegium committunt) nullo tamen jure eſt irrita, & jure optimo, cùm nullo modo ſit de eſſentia hujus Sacramenti, quod pœnitens priùs abſolvatur ab excommunicatione, quàm à peccatis: ergo. Sic Navar. *in Man. cap.* 9. *num.* 4. Caiet. *verb. Abſolut. impedim.* & *in opuſc. quæſt.* 1. *de qualit. confeſſ.* Petrus de Soto *de confeſſione ab excommunicato facta*, Covarruv. *in cap. Alma mater*, 1. *parte*, §. 2. & §. 6. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 3. *num.* 6. & *de cenſur. diſput.* 10. *ſect.* 3. *n.* 9. Tolet. *lib.* 3. *cap.* 10. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *cap.* 12. *num.* 12. Ægidius *diſp.* 8. *num.* 104. Diana 3. *parte, tract.* 4. *reſol.* 78. & *tract.* 6. *reſol.* 68. Coriol. 1. *parte, ſect.* 2. *artic.* 14. *num.* 5. Villalobos *tom.* 1. *tr.* 9. *difficult.* 40. *num.* 7. Lugo *diſput.* 16. *n.* 614. *pag.* 423. Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 8. *num.* 5. Thomas à Ieſu *c.* 6. *pag.* 121. Bonacina *loc. cit. num.* 5. & apud ipſum Valentia, Baſſeus *Confeſſio* 6. *n.* 5. Sylvius *in ſupplem. quæſt.* 9. *articul.* 2. *quæſito* 4. & Sancius *in ſelect. diſput.* 41. *num.* 19.

QVÆSTIO LXXVIII.

An Confeſſio facta cum confeſſario excommunicato, ſit invalida, & repetenda?

REſpondeo: repetendam eſſe, ſi facta fuit cum confeſſario excommunicato vitando, aut non tolerato (id eſt publicè denunciato, aut excommunicato ob notoriam percuſſionem clerici.) Quia hujuſmodi habet juriſdictionem impeditam per excommunicationem, ſecus verò poſt Concilium Conſtantienſe, ſi facta fuerit cum excommunicato tolerato. Sic Navarr. *cap.* 9. *n.* 8. Valentia *diſp.* 7. *punct.* 3. *q.* 11. Coriolan. 1. *parte, ſect.* 3. *n.* 8. *pag. mihi* 284. Lugo *diſput.* 16. *n.* 598. Hurtado *diſp.* 8. *diffic.* 7. Thomas à Ieſu *loc. cit.* & omnes. Lege Palaum *tom.* 4. *tr.* 23. *punct.* 12. *n.* 3. & Baſſeum *Confeſſio* 5. *n.* 3.

QVÆSTIO LXXIX.

An etiam ſit invalida, & repetenda confeſſio, ſi fiat cum confeſſario excommunicato vitando, in loco ubi ignoratur?

REſpondeo: non eſſe invalidam, nec repetendam, ſi fiat in eo loco in quo communi errore ille confeſſarius non habetur, aut creditur excommunicatus. Quia in hoc caſu Eccleſia ſupplet juriſdictionem, qua caret excommunicatus vitandus. Sic Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 22. *num.* 46. Bonacina *de matrim. quæſt.* 2. *punct.* 8. *num.* 31. & 32. Trullench *in expoſit. Bullæ, lib.* 1. §. 7. *cap.* 1. *dub.* 4. Quod etiam aiunt procedere etiamſi pœnitens ſciat occultam excommunicationem confeſſoris, dummodo inducendo illum, non peccet mortaliter; quia ſcientia particularis non tollit juriſdictionem, quam jus commune, aut Eccleſia in hoc caſu confert. Legantur Suarez *tom.* 1. *de cenſur. diſp.* 11. *ſect.* 4. Ægidius *q.* 64. *art.* 5. *dub.* 2. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 10. & alii Authores *citati.*

QVÆSTIO LXXX.

An Confeſsio facta cum Sacerdote, cui Epiſcopus fictè dedit facultatem abſolvendi, ſit invalida, & iteranda?

AFfirmant Petrus de Ledeſma *de matrim. q.* 45. *art.* 5. *punct.* 3. *dub.* 3. Zevallos *q.* 604. *n.* 121.

Sed

Sed probabiliùs reſpondeo negativè, quia in hoc caſu intervenit error communis, & titulus præſumptus, collatus à legitimo ſuperiori, & ideo facultatem ab Epiſcopo, verbis tantummodò, ſeu ſictè conceſſam, Eccleſia ſupplet. Sic Sanch. & Bonac. *loc. cit.*

QVÆSTIO LXXXI.

An Confeſſio facta cum confeſſario, qui cum falſa licentia Ordinary confeſſiones excipit aliorum, ſit invalida, & iteranda?

AFfirmant Navar. *in cap. Placuit, de Pœnit. diſt. 6. n.* 177. & 178. Henriquez *lib. 6. c. 6. n. 2. & c. 7. n. 2. & lib.* 13. *c. 7. n. 6.* Aragon. 2. 2. *q.* 60. *art.* 6. Lopes 1. *parte inſtruct. c.* 38. Quos, & alios uſque *ad* 47. Authores, citat pro hac parte, & ſequitur Sanchez *lib. 1. de matrim. diſp.* 22. *n.* 49. Quibus addi poſſunt Reginaldus *lib. 1. n.* 102. & 103. Trullench *loc. cit. n. 5. pag. mihi* 203. & *lib. 4. de Sacram. cap. 6. dub. 9. n. 9.* Leſſius *lib. 2. c. 49. dub. 8. n.* 68. Suarez *diſp. 26. ſect. 6. n. 7.* Ægidius *diſp. 8. num.* 22. & 47. Filliuc. *tract. 7. n.* 127. Hurtado *diſp. 10. difficult. 7.* Fagundez *de prec. 2. lib. 7. c. 2. n.* 73. & alij, quia exiſtimant quod ut geſta valeant, tam in foro externo, quàm conſcientiæ, non ſatis ſit communis error, ſed neceſſarius ſit titulus collatus à ſuperiori legitimo, quamvis aliàs invalidus ſit, propter aliquod vitium latens.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: dictam confeſſionem eſſe validam, idcóque non iterandam, quia in hoc caſu datur error communis, & bona fides pœnitentis, ſed ſic eſt, quod error communis etiam abſque titulo ullo, tribuit ſufficientem juriſdictionem judici, Parocho, aut confeſſario, ut latè, & doctè probat Baſilius Pontius *lib. 3. de matrim. c. 21. n. 36. & lib. 5. c. 19. n. 8. & c. 20. n. 2.* & ex illo docent Sancius *in ſelectis diſp. 44. n. 3. in fine*, Diana 1. *parte, tract. 16. reſol. 45. & 3. parte, tract. 4. reſol.* 122. Molfeſius *in ſum. tom. 1. tract. 7. c. 13. n.* 21. & alij.

QVÆSTIO LXXXII.

An iteranda ſit confeſſio facta cum confeſſario, cui revocatum fuit privilegium audiendi confeſſiones, ſed communiter ignorabatur?

REſpondeo, non eſſe iterandam. Quia ex præſumpta voluntate Pontificis cenſentur validæ omnes confeſſiones factæ ante notitiam revocationis habitam in communi. Sic Molina *tom. 6. de juſtitia, tract. 3. diſp. 70. n.* 11. Baſilius *lib. 5. de matrimon. c. 19. n. 8.* & 17. & Sancius *diſp. 44. cit. n. 3. pag.* 289. addens, quod in eo caſu, etiamſi pœnitens ſciat privatum eſſe confeſſarium licentia excipiendi confeſſiones, quod ipſemet confeſſarius, & populus ignorat, optimè poſſit pœnitens petere ab illo abſolutionem, quæ validè conferetur, quia in illis rebus, quarum juriſdictio pendet ab humano jure, verè valent acta à judice putativo, ex communi errore, non tantùm comparatione illorum, qui communi tenentur errore; ſed etiam cum eo, qui defectum ſciebat, ut benè Baſil. *loc. cit. n.* 17. Secus tamen eſſet dicendum caſu, quo pœnitens ſciret confeſſarium habere ſufficientem notitiam ſuæ revocatioois, quia tunc etiamſi populus ignoraret, non poſſet pœnitens licitè petere abſolutionem ab illo; quia peccaret confeſſarius illam impendendo. Sic Sancius *diſp. 12. cit. n.* 46. Sancius *loc. cit.* Reginaldus *lib. 1. n.* 105. & alij.

QVÆSTIO LXXXIII.

An reiteranda ſit confeſſio facta cum Sacerdote habente facultatem abſolvendi, non certam, ſed probabilem?

AFfirmat Filliucius *tract. 7. cap. 8. n.* 227. *in fine.* Sed longè probabiliùs reſpondeo, non eſſe iterandam, etiamſi poſtea conſtet, talem confeſſarium revera non habuiſſe juriſdictionem, quia in iſto caſu Eccleſia ſupplet juriſdictionem, quam fortè confeſſarius re ipſa non habebat: ergo confeſſio illi facta valida fuit: ergo non iteranda. Antecedens docent Suar. *diſp. 26. ſect. 6. n. 7.* Sanch. *lib. 1. ſum. c. 6. n. 35. & lib. 3. de matrim. diſp. 22. n. 65.* Henriquez *lib. 7. c. 14. n. 3. &* 4. Leſſius *lib. 2. c. 29. dub. 8. n.* 68. Ægidius *diſp. 8. n.* 22. & 47. Baſilius Pontius *lib. 5. de matrim. c. 19. n. 8. & c. 20. n. 7.* Villalobos *tract. 1. difficult. 13. n. 5.* quos omnes citat, & ſequitur Sancius *in ſelectis diſp. 44. n. 3.* Granados, Vaſquez, Martinez, Malderus, Salas, quos citat, & ſequitur Diana 3. *parte, tract. 2. reſol. 1.* & ipſemet Filliucios *tr. 4. c. 6. n.* 219. & alij communiter contra Nugnum *in addit. q. 8. artic. 5. dubit. 1.* (non 5. ut citant Sancius & Diana) §. *iſta ſententia, pag. mihi* 425. Conſequentiæ autem conceduntur ab eiſdemmet Doctoribus, & ab ipſo Didaco Nugno *loc. cit. dub. 3. concluſ.* 2. *pag. mihi* 440. Legatur idem *dub. 1. cit. §. tota igitur difficultas*, & Trullench *lib. 4. c. 6. dub. 9. n. 9.*

QVÆSTIO LXXXIV.

An iteranda ſit Confeſſio facta cum confeſſario valde ignaro?

AFfirmant Sylveſter *confeſſ. 1. q. 3. verſ. tertiò*, Ricard. *diſtinct. 17. art. 2. q. 8. ad* 1. Corduba *in ſum. q. 6.* Adrianos *in 4. q. 4. de confeſſ.* Gabriel *diſt. 17. quaſt. 1. artic. 3. dub.* 2. Navar. *cap. 9. num.* 12. Cajetan, *verb. Confeſſ.* quos omnes citat, & ſequitur Vaſquez *q. 93. art. 3. dub. 3. pag. mihi* 399. Ochagavia *tract. 2. de Confeſſ. Sacramentali, q.* 38. (*non dub.* 2. ut habes apud Dianam *tom. 6. ubi infrà*) Boſſius *de Iubilao ſect. 3. caſu 2. §. 5. num.* 168. Sancius *in ſelectis diſp. 49. num. 8. in fine*, Luyſius *de Pœnitent. diſp. 25. dub.* 2. Coriolan. 1. *parte, ſect. 3. pag. mihi* 285. *n.* 8. Victoria *num.* 169. (quamvis dicat id rarò evenire) Fabius *in ſuo ſerutinio Sacerdotali, tract. 4. ſecunda partis, pag. mihi* 498. & alij docentes confeſſionem eſſe nullam ſi fiat confeſſario ita ignaro, ut noo ſolùm ignoret extraordinaria, ſed etiam ordinaria, & communia.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe ex neceſſitate iterandam, ſi bona fides ex parte pœnitentis adfuit. Quia talis confeſſio verè fuit valida, & fructuoſa, cùm confeſſarius aliquam habuerit ſcientiam & notitiam de aliquo peccato pœnitentis, aut ſaltem de peccato in communi; quæ notitia nùnquam deeſt tali confeſſario, ſiquidem videt pœnitentem accedere ad confeſſionem, & confiteri ſe eſſe peccatorem, & tandem impoſſibile eſt, quod aliquod peccatum non intelligat, & ſciat eſſe peccatum, quod ſufficit, ut ab illo abſolvat: ergo. Sic Lugo *diſp. 16. n. 60. a. pag.* 411. & ante illum Suarez *diſp. 22. ſect. 6. num. 4. & diſp. 28. ſect. 2. num.* 11. qui citat pro hac parte Gabrielem, Adrianum, Medinam, Cordubam, & Petrum de Soto. Sic etiam Henriquez *lib. 3. c. 14. num. 5.* Præpoſitus *in 3. partem* D. Thomæ, *quaſt. 7. de Miniſtro pœnitentiæ, dubitatione 9. num.* 66. Sylvius *q. 8. art. 5. quaſt. 7.* Mercerus *quaſt. 9. art. 1.* Nugnus

*queſt.*8. *artic.*5.*dub.*4. Filliucius *tract.*7.*num.* 254. Villalobos *tract.* 9. *difficult.*68. *n.*7. quos citat, & ſequitur Diana 3.*parte,tract.*4.*reſol.*121.(oon ut habes apud Lugum) & 4.*parte,tract.*4.*reſol.*198.& 201. & 5.*parte, tract.*14. *reſol.* 22.Ægidius *diſp.*6. *dub.*5. *n.*18. Hurtado *diſp.* 10. *diffic.* 15. Bonacina *diſp.* 5. *q.*5. *ſect.*2. *punct.*3. *n.* 14. Moure *parte* 3. *c.*6. §.6. *n.*9. Thomas à Ieſu *c.*6.*pag.*120. & Machado *tom.*1. *lib.*2. *parte* 4. *tract.*5. *docum.*9. *n.*7. & Baſſeus *Confeſſ.* 6. *num.*4.

QVÆSTIO LXXXV.

An ſit neceſſariò repetenda confeſſio facta cum confeſſario aliquantulum dormitante, & ob hoc non audiente aliqua peccata?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Diana 5. *parte,tract.*4. *reſolut.*109. & 4. *parte, tract.*4.*reſol.*198.& tenet expreſsè Reginaldus *lib.*6. *n.*146. per hæc verba: Itaque quoties confeſſarius ob ſomnum, aut ob aliquam occupationem non advertit aliqua peccata mortalia, aut circumſtantias de neceſſitate confitendas, invalida eſt,& iteranda confeſſio. Sic ille, poſt Angelum, & Sylveſtrum *verb. Confeſſ.*1.ille *n.*12.hic *n.* 6. Navarrum *in Man. c.*9. *n.*11.& Victoriam *n.*169.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: nollo modo eſſe repetendam totam confeſſionem, ſed ſolùm illa peccata, quæ pœnitens putat à confeſſario, propter ſomnum, vel diſtractionem, non fuiſſe audita. Sic Diana *loc. cit.* Henriquez *lib.*5.*c.*14. *n.*5. Layman *lib.*4.*tract.*6.*cap.*9.*num.*5.& Lugo *diſp.* 16. *num.*606.*pag.*412. & eſt comminis opinio. Et ratio eſt, quia tunc pœnitens verè recipit Sacrameotum, & ejus fructum: ergo. Sed major eſt, quæ ſequitur difficultas.

QVÆSTIO LXXXVI.

An ſaltem in caſu quo pœnitens poſt abſolutionem advertit, confeſſorem aliquod peccatum, propter ſomnum,aut diſtractionem non intellexiſſe,ſed neſcit quod fuerit illud peccatum, teneatur repetere totam confeſſionem?

NEgabunt conſequentet Authores,qni oegarunt, peccatum illud, de quo eſt verum dubium, an fuerit in confeſſione dictum, debere neceſſariò confiteri iterum; de quo agimus *ſuprà q.*16. ubi eorum ſententiam rejecimus; unde ad quæſtionem propoſitam

Sic ex Lugo ſub diſtinctione reſpondeo. Si cooſtet confeſſarium ita dormiiſſe, ut prudenter de ſingulis peccatis dubitari poſſit, an hoc peccatum audierit, debet tota confeſſio reiterari. Si verò non poſſit de ſingolis ita dubitari, ſed ad ſummum in communi de aliquo peccato, non eſt obligario reiterandi coofeſſionem, ſed confitendi illud peccatum io communi. Sic Lugo *diſp.* 16. *n.*607. Qui probat hanc reſponſionem duobus prænotatis.

Primum eſt, uon ſolùm peccatum illud, de quo eſt dubium,an fuerit confeſſum, debere iterum confiteri; verùm etiam quando quis confeſſus eſt peccatum, ſed dubitat,an confeſſio valida fuerit,ut ante illum docuir Sanchez *lib.*1.*ſumma,c.*10.*n.*71.& 72.

Secundò advertit, poſſe aliquando dubium eſſe circa hoc peccatum; aliquaodo ſolùm circa peccatum aliquod io communi. Sit exemplum: Si ego ex revelatione ſcirem, eſſe unum hominem Romæ, qui exiſtimat ſe baptizatum, & tamen non eſt verè baptizatus, non ideo deberem, aut poſſem licitè babtizari ſub conditione, quia hic, & nunc non habeo ſufficiens fundamentum ad dubitandum prudenter de meo Baptiſmo. Alioquin omnes deberemus iterum baptizari, & ordinari,quia certum motaliter eſt, inter Chriſtianos aliquem,vel aliquos reperiri, qui vel ex defectu intentionis, vel materiæ, vel alia de cauſa, verè baptizati oon ſint, vel ordinati. Ceterùm in tanta multitudine id non generat dubium morale reſpectu hujus bominis in particulari. Si verò certum eſſet,uoum ex decem,vel viginti hominibus non eſſe baptizatum, poſſent, & deberent omnes & ſinguli baptizari ſub conditione; quia tuoc de ſingulis poſſemus aliquo modo prudenter dubitare, an eſſent baptizati.

Sic ergo ſimiliter poteſt contingere dubium circa confeſſionem peccari: Nam ſi ſcias,te aliquando in vita, v. g. feciſſe confeſſionem menſtruam irritam, ex defectu poteſtatis io confeſſario, non ideo debes iterare omnes confeſſiooes totius vitæ, quia non eſt dubium morale de ſingulis peccatis,quæ in illa confeſſione dixiſti,quæ determinare non potes.Similiter ſi in confeſſione generali ſcires unum peccatum non fuiſſe à confeſſore auditum propter ſomoum, & neſcires, quod peccatum eſſet: non deberes repetere omnia peccata,quia non potes in tanta multitudine de ſingulis prudenter dubirare. Secus eſſer ſi in confeſſione brevi ſcires id eveniſſe; quia jam tunc poſſes de ſingulis peccatis in illa coofeſſione dictis prudenter dubitare, an fuiſſent à confeſſario audita.

Quod autem quaodo eſt dubium circa aliquod peccatum in communi, debeat illud in communi pœnitens confiteri, probat ſic. Quia ille qui *ſcit*, ſe commiſiſſe aliquod mortale, & oon recordatur, quale fuerit, renetur illod in communi confiteri (ut *ſuprà* eſt habitum) & ſimiliter qui dubitat de aliquo peccato mortali à ſe commiſſo, debet illud dubium confiteri: ergo etiam qui dubitat de aliquo peccato mortali in communi, an illud confeſſus fuerit, debet confiteri illud dubium: ergo ſi ſcis aliquod peccatum mortale non fuiſſe à coofeſſario intellectum, vel ſi etiam de hoc prudenter dubitas, debes illud confiteri cum ea generalitate; licèt non ſciàs in particulari, quale fuerit illud peccatum. Debes autem tunc determinare materiam quantùm fieri poterit,v.g. dicendo,Neſcio,vel dubito,an confeſſarius audierit, vel perceperit unum peccatum grave meum,neſcio quale fuerit, ſed illo tempore ſolebam confiteri tales, vel rales ſpecies peccatorum. Hæc omnia Lugo, cujus doctrinam, & verba ſimul hîc tranſcribere volui ad ſolatium, & petitionem cujuſdam viri doctiſſimi, & amiciſſimi, cui maximè placuit, & meritò.

QVÆSTIO LXXXVII.

An quando pœnitens faſſus eſt peccata certa, quæ fecit,de quibus tam ipſe,quàm confeſſarius dubitarunt,an eſſent mortalia, teneatur iterum illa confiteri, ſi poſtea vel pœnitens, vel confeſſor ſciat eſſe mortalia?

AFfirmant apud Palaum Sylveſter *Confeſſ.*1.*q.*3. & Victoria *de confeſſione,n.*168. Quia confeſſor non poteſt tunc judicare de cauſa pròut oportet.

Sed reſpondeo: non teneri denuò illa cooſiteri, quia jam ea integrè confeſſus fuit, & ad valorem confeſſionis oon requiritur, quod pœoitens, aut confeſſarius ſciat illa peccata eſſe morialia,ut ex dictis ſuprà conſtat. Sic Sanchez *lib.*1.*ſum.c.*10.*n.*69.

Diaoa

Diana 3.*p.tract.* 3. *reſol.* 91. Lugo *diſp.* 16. *num.* 93. *pag.* 322. Corduba *in ſum.q.* 9. Bonac. *diſp.* 5.*q.* 5.*ſect.* 2.*punct.* 3.*n.* 14. & communis, quam ſequitur Palaus *tom.* 4.*tract.* 23.*punct.* 12.*n.* 3. ubi ait, quod eſto quod præceperit Chriſtus confeſſario, ut quoad fieri poterit peccatorum gravitatem intelligat, ipſiſque pœnitentibus eam declaret; non tamen valori Sacramenti eam conditionem annexuit. Nec huic ſententiæ omnino ex parte opponitur Victoria, ut conſtabit attentè legenti.

QVÆSTIO LXXXVIII.

An pœnitens qui non adimplevit præcedentis confeſſionis pœnitentiam, teneatur illam confeſſionem reiterare?

AFfirmant Angel. Sylveſter, Fabius, & alij. Sed certiſſimè reſpondeo: non teneri, quia valor confeſſionis præteritæ non dependet à peccato futuro. Sic communiter DD. quos noviſſimè ſequitur Lugo *diſp.* 16.*n.* 600. de quo *diſp. de ſatisfactione:* Lege Palaum *tom.* 4. *tract.* 23.*punct.* 12.

QVÆSTIO LXXXIX.

An Confeſſiones bona fide factæ poſt confeſſionem invalidam, debeant neceſſariò repeti?

REſpondeo negativè, quia illæ confeſſiones intermediæ bona fide factæ, verè fuerunt validæ. Sic Lugo *diſp.* 16.*n.* 199. per hæc verba: Advertendum tamen eſt, quod ſi aliquis ante decem annos, v.g. tacuit culpabiliter peccatum mortale, & poſtea in aliis confeſſionibus intermediis non recordatus eſt, nunc quando confeſſarius competit vitium illius confeſſionis præteritæ, non debet obligare ad repetendas omnes confeſſiones intermedias bona fide factas, ſed ſolam illam, in qua fuit ille defectus, cùm aliæ omnes potuerint validæ, & fructuoſæ eſſe, dum illius ſacrilegij non recordatur. Sic Lugo, & ante illum Vaſquez *q.* 92.*art.* 3.*dub.* 1.*n.* 9. Sanctius *diſp.* 41. *n.* 19. Corduba *in ſum.q.* 148. Granados *tract.* 9. *diſp.* 12.*n.* 2.*pag.* 1168. Diana 3.*parte, tract.* 4. *reſol.* 108. ubi ait hanc doctrinam ſæpius in praxi cum à multis laboribus liberaſſe. Hurtado *diſp.* 8.*diffi.* 7. (non 6. ut habet Diana,) Sà *verb. confeſſ. n.* 9. Thomas à Ieſu *c.* 6.*pag.* 125. Trulleuch *lib.* 4. *c.* 6.*dub.* 9.*n.* 14. & Bonac. *tom.* 1.*diſp.* 5.*q.* 5.*ſect.* 2.*punct.* 3.*n.* 6. & omnes.

QVÆSTIO XC.

An quando iteratur confeſſio invalida cum confeſſario, qui priorem illam confeſſionem non audierat, neceſſe ſit repetere diſtinctè, & in particulari omnia mortalia?

REſpondeo: neceſſe eſſe omnia illa repetere, ac ſi nunquam pœnitens illa confeſſus fuiſſet; & inſuper declarare illud peccatum quod tacuit, & ſacrilegium, reddendo confeſſionem invalidam. Sic Navar. *cap.* 9.*num.* 19. & apud ipſum D. Anton. & Sylveſter, Suarez *diſp.* 22. (non 12. ut habes apud Bonacinam) *ſect.* 6. *n.* 5. Ægidius *diſp.* 7. *num.* 108. Bonac. *diſp.* 5.*q.* 5.*ſect.* 2.*punct.* 3.*n.* 15. Lugo *diſp.* 16. *n.* 727. Thomas à Ieſu *loc. cit.* & Palaos *loc. cit. n.* 4. Et ratio eſt, quia dicta confeſſio eſt omnino huic confeſſario ignota: ergo nullatenus deſervire poteſt, ut ſententiam abſolutionis concedat.

QVÆSTIO XCI.

An etiam debeant repeti omnia mortalia diſtinctè, quando iteratur confeſſio invalida cum eodem confeſſario?

AFfirmant repetenda eſſe peccata diſtinctè, & ſpecialiter, niſi confeſſor aliàs recordetur vel peccatorum, aut pœnitentiæ injunctæ, aut ſtatus pœnitentis, quæ tunc habebat, ſaltem in confuſo Sylveſter *verb. confeſſ.* 1. *q.* 3. Navar. Suarez, Ægidius, Bonacina, quos ex parte ſequitur Lugo *loc. cit.* Vaſq. *q.* 92.*art.* 3.*dub.* 3. Sà *verb. confeſſ. n.* 8. Toletus *lib.* 3. *c.* 10.*num. ultimo*, Valentia *diſp.* 7.*q.* 11.*punct.* 3. Reginaldus *lib.* 8.*n.* 33. Henriquez *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 4. Zerola *c.* 16.*q.* 14. & *c.* 21.*q.* 10. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 9. *n.* 6. Mercerus *in* 3.*p.* S. Thom. *q.* 9.*art.* 1. & alij communiter.

Sed probabiliùs reſpondeo: non debere neceſſariò omnia mortalia diſtinctè repeti à pœnitente, ſed ſufficere in eo caſu, quod in generali ſe accuſet de omnibus mortalibus, quæ in confeſſione invalida faſſus fuerat, & in ſpeciali, & diſtinctè declaret illud peccatum, quod tacuit, & ſacrilegium ob hoc commiſſum, & ſi quæ de novo alia habet mortalia, etiamſi confeſſarius nec prædictorum peccatorum, aut pœnitentiæ recordetur. Quia pœnitens in prima confeſſione, licèt invalidè, verè declaravit diſtinctè, & in ſpecie injunxit pœnitenti pœnitentiam proportionatam: ergo nihil obſtat, quominus ſuæ obligationi ſatisfaciat, etiam in generali ſolùm ſe accuſando, & dicendo: *Accuſo me de omnibus peccatis, quæ in confeſſione invalida tibi aperui, & inſuper de illo peccato quod tacui, de ſacrilegio ob hoc admiſſo, & de novo de hoc, & de hoc peccato.* Sic Adrianus *in* 4. *q.* 4. *de confeſſion.* §. *ſi petas.* Med. *C. de confeſſ. quæſt. de confeſſ. facta pravo Sacerdoti.* D. Anton. 3.*parte, tit.* 14. *c.* 19. §. 4. Thom. Sanchez *in manuſcriptis de pœnitentia, dubio* 112: quos omnes citat, & ſequitur Granados *in contr. tract.* 9.*diſp.* 12.*n.* 3. & 6. *pag.* 1268. Ex quo infertur: poſſe optimè pœnitentem, qui diu eidem confeſſario confeſſus eſt, reiterare uno verbo omnes illas confeſſiones, dicendo, *Accuſo me de iis omnibus, quæ tibi in aliis confeſſionibus confeſſus ſum.* Quod quidem eſt optimum, & facile remedium, quando habet aliquod ſcrupulum de defectu aliquo in eis commiſſo, accuſando ſe ſimul de illo defectu, ſi culpabilis fuit. Sic infert Lugo *loc. cit. n.* 643.

QVÆSTIO XCII.

An repetenda ſit confeſſio, eo quòd eâ auditâ oportuit abſolutionem differre, & redeunte pœnitente, jam confeſſarius non recordatur confeſſionis?

REſpondeo: non eſſe repetendam ullo modo, ſi confeſſarius pœnitentiam jam ei impoſuerat; quamvis poſtea nec ſtatus pœnitentis, nec qualis fuerit injuncta pœnitentia, Sacerdos recordetur. Sic debent à fortiori docere Authores pro noſtra ſententia nuper adducti, & Lugo *n.* 636. Et idem dicendum eſt in caſu, quo confeſſio fuerit longa, & per aliquos duraverit dies, ita ut tempore abſolutionis jam confeſſarius non recordetur illorum peccatorum, quæ diebus præcedentibus audierat. Sic præfati Doctores, & docet praxis.

DISPVTATIO VI.

De undecima qualitate Confeſſionis, quæ eſt, quod ſit ſecreta, & auricularis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quanam ratione Confeſſio debet eſſe ſecreta?

RESPONDEO, quod debet eſſe ſecreta; quia ad autem Sacerdotis debet fieri, niſi aliud quærat neceſſitas. Sic habetur *in cap. omnis utriuſque ſexus*. Et eſt certa reſponſio, contra Hæreticos noſtri temporis aſſerentes, eſſe neceſſarium confeſſionem publicè fieri. Legantur Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. Vaſquez *q.* 91. *art.* 4. *dub.* 1. Lugo *diſp.* 15. *ſect.* 5. Ochag. *tract.* 2. *de Confeſſ. q.* 28. & alij Moderni, qui id optimè etiam ex Concilio Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 5. probant. Lege etiam Palaum *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 8. & Trullench *lib.* 4. *c.* 6. *dub.* 2. *à n.* 21.

QVÆSTIO II.

An ſit de ſubſtantia Confeſſionis, quod ſecretò fiat?

AFfirmant Scotus *in* 4. *diſtinct.* 17. *q.* 1. *art.* 7. Gabriel *q.* 1. *artic.* 2. *concluſ.* 3. Angel. *verbo Confeſſ. n.* 29. 30. 32. & id eſſe probabile docet Ricardus *diſtinct.* 17. *art.* 3. *q.* 8. & probari poteſt ex Concilio *loc. cit.* ubi ait modum confitendi ſecretò non eſſe alienum à præcepto divino: ergo.

Sed certiſſimè reſpondeo: non eſſe de ſubſtantia, aut de eſſentia Confeſſionis, quod ſit ſecreta. Hæc reſponſio & apertè habetur in Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 5. ubi expreſsè ait Chriſtum Dominum non prohibuiſſe modum publicè confitendi; & uſus Eccleſiæ Vniverſalis illam confirmat, ſiquidem ſæpè videmus confeſſionem per interpretem fieri; & qui in mari periclitantur, publicè confitentur: ergo. Sic D. Thom. *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 3. *artic.* 4. *q.* 5. *ad* 2. Sotus *diſtinct.* 18. *q.* 2. *artic.* 6. Petrus Soto *lect.* 11. *de Confeſſ. pag.* 192. (*non lect.* 2. ut habet Suarez apud me) Paludanus, Major, Adrian. Ruard. Medina, Caſtro, Cajetan. Cano, & Ricardus, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 9. Vaſquez *q.* 91. *art.* 4. *dub.* 1. Navar. *c.* 2. *n.* 8. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 6. *n.* 1. Lugo *diſp.* 15. *n.* 39 Granado *tract.* 9. *diſp.* 1. *n.* 2. Hurtado *diſp.* 8. *difficult.* 1. Villalobos *tract.* 9. *diffic.* 30. *n.* 1. & omnes communiter apud Trullench *loc. cit. n.* 21. & Palaum *punct.* 8. *cit. n.* 2. qui ad locum Concilij à parte contraria adductum reſpondent, ibi Concilium loqui quantum attinet ad confeſſarium, non quantùm ad pœnitentem.

QVÆSTIO III.

An ſaltem ſit de jure divino confeſſionem ſecretò fieri?

AFfirmant Henriquez *lib.* 5. *c.* 2. §. 5. & Granados *tract.* 9. *diſp.* 4. *n.* 8. *pag.* 1224. licèt aſſerant hoc præceptum divinum non obligare pro ſemper ad Confeſſionem ſecretam.

Sed probabiliùs reſpondeo: nullum adeſſe jus, aut præceptum divinum obligans ad confeſſionem ſecretò faciendam: quia non eſt unde colligatur. Sic Suarez *ſect.* 2. *cit. in fine*, Hurtado *loc. cit.* Valentia *q.* 9. *punct.* 1. Ochagavia *tract.* 2. *de Confeſſ. q.* 28. *n.* 5. addentes, neque præceptum adeſſe humanum ſcriptum; ſed ſolùm ex conſuetudine obligari ad confeſſionem ſecretò faciendam, niſi adſit cauſa rationabilis publicæ confeſſionis. Sic etiam Lugo *diſp.* 15. *n.* 182. *pag.* 292. & Villalobos *loc. cit. n.* 2. Palaus, & Trullench *loco citato*.

QVÆSTIO IV.

An poſſit quis licitè confiteri publicè, ſi adſit rationabilis cauſa?

NEgabunt Scot. Gabr. & alij ubi *ſuprà*.

Sed certiſſimè reſpondeo, licitè poſſe: imò laudabiliter, & utiliter, ſi id fiat abſque ſcandalo, ob aliorum ædificationem, aut quia ſecretò nequeat pœnitens commodè confiteri. Sic omnes Doctores *ſuprà citati*. Et Armilla *verb. Confeſſ. n.* 24. ex quibus conſtat, poſſe quem validè, & licitè duobus confeſſariis ſimul confiteri, quamvis ab uno tantùm poſſit licitè abſolui. Lege Navarrum *c.* 2. *n.* 8. Vaſquium *q.* 91. *art.* 4. *dub.* 1. Ægidium *diſp.* 6. *dub.* 2. Bonac. *diſp* 6. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 2. *n.* 23. Palaus, & Trullench *loco citato*.

QVÆSTIO V.

An ſit mortale abſque rationabili cauſa publicè confiteri?

AFfirmant Henriquez *lib.* 5. *c.* 2. *num.* 5. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *n.* 19. Valentia *q.* 9. *punct.* 1. §. *de confeſſione ſecreta*, & apud ipſum Sotus, & Navar. quos omnes citat, & ſequitur Granados *tract.* 9. *diſp.* 4. *n.* 6. Sylveſter *confeſſ.* 1. *q.* 20. Fagundez *de precept.* 2. *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 13. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo non eſſe mortale, quia nec id eſt contra præceptum aliquod (ut *ſuprà* eſt habitum) nec contra Eccleſiæ conſuetudinem ad id obligantem: ergo ad ſummum erit peccatum veniale ob id, & quia abſque juſta cauſa fama prodigeretur propria. Sic Bonacina *diſp.* 5. *q.* 4. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 2. *n.* 13. Petrus Soto *lect.* 11. *de Confeſſ.* Hurtado *diſp.* 8. *diff.* 1. Vbi nec eſſe id veniale, his verbis affirmat: Et quamvis non fiat ob rationabilem cauſam, ſed quia ita placet pœnitenti, non eſt contra præceptum aliquod, quia non eſt contra aliquod divinum, ut ſupponitur in Tridentino; nec contra præceptum aliquod naturale, ut patet; nec contra aliquod Eccleſiaſticum, quia non eſt contra aliquod ſcriptum, ut conſtat, nec contra aliquod conſuetudine introductum, quia non eſt conſuetudo confitendi ſecretò, quaſi ex obligatione, qua ſola conſuetudine introducitur lex, & præceptum. Sic ille.

QVÆSTIO VI.

An peccet mortaliter Sacerdos, qui multos pueros in unum congregatos ſimul in confeſſione audit?

REſpondeo peccare, ſi pueri ſint doli capaces. Imò nec doli incapaces debent à Confeſſariis publicè interrogari, maximè de iis rebus, quæ ad eorum ignominiam poſſunt ab aliis memoriâ retineri, & adultis poſtea exprobrari. Sic Navar. *in cap. Sacerdos, de pœnit. diſt.* 6. *n.* 109. & *in Man. cap.* 8. *num.* 13. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 5. & apud ipſum Medina, Sylveſter, & Ricard. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. *num.* 11.

*n.*11.Granad.*tract.*9.*diſp.*4.*n.*6. Bonac.*loc.cit.* Reginald.*lib.*6.*n.*85.Lugo *diſp.*15.*n.*186.& Villalobos *loc. cit.n.*2.Trullench *lib.*4.*c.*6. *dub.*1.*n.*14. ubi ait, talem confeſſarium peccare peccato ſacrilegij.

QVÆSTIO VII.

An confeſſio fieri poſſit per interpretem.

RESpondeo poſſe,ut teſtatur uſus Eccleſiæ,quando Sacerdos, & pœnitens ſunt diſtincti idiomatis. Sic Sanch.*lib.*3.*de matrim.diſp.*39.*n.*3.dicens eſſe ſententiam omnium, Lugo *diſp.*15.*n.*60. qui id probat,quia eo modo jam pœnitens manifeſtat ſua peccata Sacerdoti,quantum ſufficit: ergo.Layman *tr.*6. *c.*6.*n.*2. & alij omnes.

QVÆSTIO VIII.

An præcepto Eccleſiaſtico teneatur quis ad confitendum per interpretem.

REſpondeo: non teneri,quia Eccleſia noluit ſuo præcepto obligare illum, qui non omninò ſolùm,ſed coram alio poſſet confiteri,ut conſtat ex *cap. Omnis utriuſque ſexus*, ubi expreſſis verbis præceptum annuæ confeſſionis imponitur. *Vt omnis fidelis teneatur ſolus omnia ſua peccata confiteri proprio Sacerdoti.* Vbi particula, *ſolus*, excludit obligationem confitendi coram alio. Sic Lugo *diſp.*15.*n.*65. *pag.*273. & alij DD. *citati ſuprà diſp.*3.*q.*62.& eſt omnium.

QVÆSTIO IX.

An ſaltem ad implendum præceptum divinum confeſſionis extra articulum mortis,teneatur quis per interpretem confiteri, quando alio modo non poteſt?

AFfirmant Sylveſter *confeſſio* 1.*q.*15.*n.*16. Archidiaconus,& alij apud ipſum,Cano *relect.de pœnit.parte* 5.Lugo *diſp.*15.*n.*65. *& ſequent.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Quia jure divino nullus obligatur ad publicam confeſſionem (qualis cenſetur in hoc foro,quæ per interpretem fit) ut habetur in Trid.*ſeſſ.*14.*c.*5. Sic Cajet. *v. Confeſſ. condit.*11.Soto *diſt.*18 *q.*2.*art.*6.Martin. Ledeſma 2. *p.*4.*q.*8.*art.*3. Victoria *n.*173. Petrus Soto *lect.* 11. (non 5.)*de Confeſſ.*Medina *q.*19. *de modo ſecretè confitendi*,Major, & Paludanus *diſtinct.*17. quos omnes refert,& ſequitur Suarez *diſp.*36.*ſect.*6.*n.*4.Vaſquez *q.*91.*art.*3.*dub.*3.Ægid. *diſp.*5.*dub.*10. *n.*75. Granados *controverſ.*7.*tract.*1.*diſp.*9.*n.*28.*pag.*1224.& pro hac parte citat Canum,& Sylveſtrum *locis pro oppoſita citatis*.Henriquez *lib.*2.*de pœnit.c.*1.§.6. Navarrus *c.*21.*n.*36.Hurtado *diſp.*8.*diffic.*2 Bonac. *diſp.*5. *q.*4.*ſect.*1.*punct.*2.§.2.*n.*22. Valentia,*Summa Corona*, Reginald. & Zerola apud ipſum Fagundez *præc.* 2. *lib.*1.(non 2. ut apud meum Dianam habetur) *c.*6. *n.*6. Diana *p.*3. *tract.*4. *reſol.*129. Filliuc. Villalob. Layman,& alij apud ipſum,& eſt communis,ut fatetur ipſe Lugo *loc. cit. n.* 62. dicens eſſe probabiliſſimam ſententiam. Quam noviſſimè tuetur etiam Candidus *diſquiſit.*24.Loyſius *de pœnit.diſp.*31. *dub.*1.

QVÆSTIO X.

An ſaltem in mortis articulo teneatur quis divino præcepto ad confitendum per interpretem?

AFfirmant, & à fortiori, Sylveſter, Cano, & Lugo *loc.cit.* Suarez,Granados,Candidus,Luyſius *ubi ſuprà*, & nonnulli alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Adhuc in dicto articulo non teneri pœnitentem ad confitendum per interpretem,ex vi præcepti divini confeſſionis, bene tamen ex vi præcepti naturalis legis charitatis erga ſeipſum,ſi de vera contritione dubitet. Quia periculum animæ præponderare debet jacturæ famæ, & aliorum bonorum externorũ. Sic Vaſq.Cajet. Ægid. Layman,Diana,Hurt.Bonac. Fagund. *loc. cit.* & dicunt eſſe valde probabile Lugo,Suar. Luyſius,& alij. An autem teneatur pœnitens in articulo mortis cõfiteri per interpretem omnia quæ habet mortalia, in caſu quo non habeat contritionem,aut illam habere dubitat, diximus *ſuprà diſp.*3. *q.*63. *&* 64. Tenent etiam noſtram ſententiam Palaus *tom.*4. *tractat.* 23. *punct.*8.*num.ult.* & Trullench *lib.*4. *c.*6.*dub.*2. *n.*22.

QVÆSTIO XI.

An ad valorem Sacramenti huius requiratur quod pœnitens, ſi poſſit, propria voce confiteatur?

AFfirmant Ricard.*diſt.*17.*art.*2. *q.*4.*ad* 4. Paludan.*q.*2.*art.*1.Alexand.Petrus de Soto,& nonnulli alij, apud Vaſquez *q.*91.*art.*4. *dub.*4.*n.*1.*pag. mihi* 436.citat etiam pro hac parte Rutilius Benzonius *de fuga peſtis*,*q.*5. *fol.mihi* 104. D.Thom.*in* 4. *diſt.*17.*q.*3.*art.*4.*q.*3.Ratio eorum eſt, quia Concilium Florent.in decreto docet materiam hujus Sacramenti eſſe oris confeſſionem: ergo.

Sed certò reſpondeo,non requiri ad valorem confeſſionis, etiam caſu, quo pœnitens poſſit propria voce confiteri. Quia ad valorem confeſſionis ſufficit, quod pœnitens manifeſtet confeſſori ſua peccata (ſi cætera adſint) actus enim qui eſt de neceſſitate Sacramenti quaſi materia, non eſt præcisè oris confeſſio; ſed manifeſtatio peccati. At hoc optimè fieri poteſt per nutus,vel ſcripturam: ergo. Sic S.Th.*in* 4.*diſt.*17. *q.*3.*art.*4.*q.*2.*ad* 2.*& quodlibet.*1.*art.*10. ubi mutavit ſententiam Vaſq.*loc. cit.* Suar. *diſp.* 21. *ſect.*3. Lugo *diſp.*15.*n.*77.*pag.*275.Candid *diſquiſit.*24.*art.*9.*dub.* 2.*pag.*18.Layman *lib.*5.*tr.*6.*c.*8.*n.*2. Villalob. *tr.*9. *diff.*32.*n.*1. Benzon. *loc. cit.* Hurtado *diſp.* 8. *diff.*3. Ægid.*diſp.*6.*dub.*1.& eſt communis ſententia Theologorum,quos ſequuntur Palaus *tr.*63.*punct.*8. *n.*6. & Trullench *lib.*4.*c.*6.*dub.*1. *n.*26. Qui bene ad argumentum contrarium reſpondent,quod Concilium affirmans oris confeſſionem eſſe materiam hujus Sacramenti, uſum fuerit ſermone *oris* ab eo quod frequentius accidit,non quia neceſſariò ore facienda ſit. Vnde Tridentinum conſultò omiſit illud Verbum *oris*,& ſolùm dixit confeſſionem eſſe materiam.

QVÆSTIO XII.

An ſaltem ex vi præcepti teneatur pœnitens, ſi poteſt, propria voce confiteri?

AFfirmare videtur D. Auguſtin.*tom.*4.*lib.de vera & falſa pœnit. c.*10. ubi inſinuat, eſſe de hoc divinum præceptum. Verba ſunt hæc: *Præcepit enim Dominus mundatis,ut oſtenderent ora Sacerdotibus,docens,corporali præſentia confitenda peccata,non per nuntium,non per ſcriptum manifeſtanda.* Sic ibi. Et D.Thomas *quodlibet* 1 *art.*19. eſſe ſaltem de hoc Eccleſiaſticum præceptum, videtur clarè affirmare.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: non teneri ex vi præcepti, quia longè probabilius eſt, non dari de hoc præceptum aliquod divinum,aut humanum ſcriptũ,ut bene probant Suar.*diſp.*21.*ſect.*3.*n.*4. Vaſq.*q.*91.*art.*4.*dub.*4.*n.*7.Benzonius ex Soto,Hurt. *loc.cit.* & Lugo *diſp.* 15. *num.*78. ubi explicat verba

Auguſtini

Auguſtini (ſeu ut ipſe ait, non Auguſtini, ſed alteſius Authoris, cujus eſt liber ille) obligabitur tamen pœnitens, cum poteſt, per voces ad confitendum, propter Eccleſiæ conſuetudinem, quæ obligationem abſque dubio includit, ſive gravem ex ſuo genere, ut multi affirmant, ſive levem, ut alij, de quo ſtatim. Sic docent prædicti Doctores, & alij mox *citandi.*

QVÆSTIO XIII.

An obligatio quam habet ex conſuetudine pœnitens ad confitenda per voces ſua peccata, ſit ex ſuo genere gravis?

NEgat Villalobos *tom.1.tract.9.difficult.32. n.1.* quem citat, & ſequi videtur Diana 3. *p. tr. 4. reſol.* 127. Quibus ego addo Benzonium *loc. cit.* & Petrum de Ledeſma *in ſumma, c.21. de pœnit. concl. 2. verſ. Acerca deſtas concluſiones. Et verſ. en eſto convenien* (qui & citant Sotum *in 4. diſt. 19. q. 2. art. 6.* pro hac parte) docentes dictam obligationem ex ſuo genere ſolùm eſſe levem, & dumtaxat ſub veniali ligare.

Sed probabiliùs reſpondeo, ex ſuo genere eſſe gravem, licèt excuſari poſſit pœnitens in aliquibus caſibus, ut ſi id faciat cum ratiooabili cauſa, & cum aliquibus circunſtantiis, ut infrà explicabimus. Sic Suar. & Vaſq. *locis cit.* Lugo *loc. cit. n. 79. & 86.* Ægid. *diſp. 6. dub. 1. n. 3.* Toletus *lib. 3. ſumma, c. 6. n. 1.* Valentia *q. 11. punct. 1.* Fagundez *de precep. 2. lib. 3. cap. 1. n. 8.* Qui citat Sotum *in 4. diſt. 17. queſt. unica, in fine,* pro hac parte, ſed non ita bene, cùm potiùs (ut notat Suarez) apertè doceat, non eſſe illicitum confiteri per ſcriptum in præſentia Sacerdotis. Hurrado *diſp. 8. diffic. 3.* ubi docet licitam eſſe confeſſionem ſcriptura, nutibus, aut aliis ſignis factam, quando nequit fieri voce abſque nimia verecundia, aut abſque alia nimia difficultate, quia conſuetudo voce confitendi non eſt cum tanto rigore iotroducta. Sic ipſe. Necnon Palaus *tract. 23. punct. 8. n. 8.* & penes ipſum Canus, Bonac. Layman, Sà, & alij.

QVÆSTIO XIV.

An ſi pœnitens extra neceſſitatem daret Sacerdoti Confeſſionem in ſcripto, & poſt illam lectam ſubjungeret per voces, de his omnibus me accuſo, *ſufficienter ſatisfaceret conſuetudini Eccleſiæ, & ſuo debito?*

NEgabunt conſequenter, qui negarunt, ſatisfacere pœnitentem, ſi uno verbo dicat, *Accuſo me de omnibus peccatis illis quæ tu ſcis,* caſu quo Sacerdos aliunde per viſum, aut per narrationem extra confeſſionem noverat peccata; hi autem ſunt Summa Confeſſorum, & Vega, ut vidimus *ſuprà diſp. 5. q. 16.* Negat inſuper & Vaſquez *q. 91. artic. 4. dub. 4. n. 7.* ſed certè non conſequenter; cum ipſe *n. 6.* antecedenti concedat, poſſe aliquem uno verbo confiteri peccatum, cui confeſſarius præſens fuit dicendo, *Accuſo me de illo peccato heri commiſſo, ut tu bene noſti.* Si ergo ſufficit illud unicum verbum, quando aliunde per viſum, vel narrationem extra Sacramentum confeſſarius habet notitiam peccatorum (ut bene in hoc ipſe, & nos cum communi *ubi ſuprà*) cur non ſufficiet poſt lectam confeſſionem in ſcripto ab ipſo Sacerdote, & habita jam ootitia omnium peccatorum dicere illi; *Accuſo me de omnibus his peccatis, quæ ex Scriptura cognoviſti?* Vnde

Probabiliùs multò reſpondeo: Sufficienter ſatiſfacere pœnitentem debito ſuo, ſi propoſito modo confiteatur. Quia jam ore confitetur, quantùm ſatis eſt. Sic debent docere Navar. Medin. Sà, Suar. & Layman *loc. q. 16. cit.* & tenet expreſsè doctiſſimus P. Lugo *diſp. 15. n. 89. pag. 176. & n. 84. pag. 277.* Benzonius etiam *de fuga peſtis q. 5. fol. mihi* 106. & etiam Vega *1. parte Sum. c. 63. caſu 37. col. 645.* non tamen conſequenter, ut ex dictis conſtat: ſic etiam Palaus *loc. cit. verſ. Verùm,* per hæc verba. Si verò ut faciliùs, & apertiùs peccata commiſſa Sacerdoti explices, ea ſcripſeris, & poſtmodùm coram Sacerdote legas, vel ſi illi tradas legenda, finita lectione affirmes, te de omnibus illis accuſare, & dolere, abſolutionemque petere, noo eſt dubium obligationi confeſſionis ſatisfeciſſe: illa enim coofeſſio non ſcriptura, ſed verbis fieri cenſenda eſt. Sic Palaus.

QVÆSTIO XV.

An etiam ſatisfaceret pœnitens ſuæ obligationi, ſi oſtenſa confeſſione in ſcripto, antequam Sacerdos illam legeret, ſe accuſaret dicendo: Accuſo me de his peccatis, quæ in hac charta ſunt ſcripta?

NEgant Sotus *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 6.* & Candidus *diſq. 24. art. 9. dub. 2.* docentes, neceſſarium eſſe adhuc ad valorem confeſſionis, quod in eo caſu pœnitens, cum ſingula peccata Sacerdos legit (aut omnia ab ipſo lecta fuerint) ore dicat ſe illa feciſſe, ſeque de illis accuſet voce, vel nutu capitis, ſi mutus fuerit. Negat etiam (licèt non ita rigidè) Lugo *loc. cit. n. 82. 83. & 84.* dicens, quod quamvis ad valorem Sacramenti ſufficiat mera Scriptura Sacerdoti præſenti data, ad obligationem tamen præcepti non ſufficiat, quod antecedenter dicat, in illa ſcriptura eſſe ſua peccata, & ſe de illis accuſare, *niſi poſtea* ſingulis, vel omnibus lectis, ſe de illis ore accuſet.

Sed probabiliùs reſpondeo, omnino ſatisfacere pœnitentem ſuæ obligationi, ſi propoſito modo confiteatur. Nam in primis ad valorem Sacramenti revera ſufficit, ut docent Lugo, Vaſquez, & Suarez *loc. cit.* & Petrus de Ledeſma *in Summa, c. 21. de pœnit. concluſ. 2. pag. mihi* 509. & communis. Rurſus, etiam eſt ſufficiens ad implendum præceptum ortum ex conſuetudine Eccleſiæ; ſi quidem ore, & voce fatetur pœnitens illa quæ ſunt ibi ſcripta peccata, eſſe ſua, ſeque de illis accuſare: ergo. Valde enim accidentarium eſt, quod ante, vel poſt de illis pœnitens ore ſe accuſet, ſicut eſt quod antea, vel poſt de illis contritiooem habeat, dummodò ad abſolutiooem ab illis procedat. Sic meo videri ſentit Benzonius *q. 5. citata, fol. 106. verſu Quartò.* Legantur Filliuc. *tract. 7. n. 14.* & Trullench *lib. 4. de Sacram. c. 6. dub. 5. n. 29.*

QVÆSTIO XVI.

An puella, v.g. quæ ob nimiam verecundiam peccata ſua ore explicare non valet, licitè poſſit per ſcriptum præſenti Sacerdoti confiteri?

NEgat Navar. *in Man. c. 21. n. 36. (non c. 11. n. 6.* ut citatur à Petro de Ledeſma) docens, id eſſe mortale. Negant & alij exiſtimantes, id ad minus eſſe veniale. Sic innuit Fagundez *de prec. 2. lib. 3. c. 1. n. 9.* Qui pro hac parte citat Ægidium, Scotum, & Valentiam. Idemque innuit Diana *3. p. tract. 4. reſol.* 527. qui etiam affert pro hac ſententia Vaſquium, Laymanium, & Hurradum. At neuter citat hos Doctores, ut *infrà* videbimus.

Sed probabiliùs reſpondeo, licitè poſſe nec dũ peccare venialiter in eo caſu prædicto modo confitendo, præſertim, ſi confeſſiooe lecta à Sacerdote, pœnitens dicat: *Accuſo me de his quæ legiſti.* Quia in hoc caſu,

aut

aut non obligat conſuetudo confitendi per voces, aut ſufficienter illis ſatisfit per illa duo verba, *Accuſo me de his quæ legiſti.* Sic docent Scotus *in 4. diſt. 17. quæſt. vnica, in fine*, quem citauimus ſuprà *quæſt.* 14. Ægidius *diſput. 6. num. 1. concl.* 3. vbi ait: Qui ob nimiam verecundiam valde difficultatem ſentit, poteſt peccata ſcripto, aut nutu confiteri. Sic ille ex Cano, & Suario *diſp. 21. ſect. 3. n. 6.* id expreſsè docente per hæc verba. Aliquando etiam nullum erit peccatum, ſi ex rationabili cauſa mutatio fiat: erit autem rationabilis cauſa, non ſolùm abſoluta impotentia vtendi propria voce, quod indubitatum eſt; ſed etiam magna difficultas, aut nimia verecundia, vt prudenter aduertit Cano. Sic Suarez. Et idem inſinuat Sotus *in 4. diſt.* 18. (*non diſt.* 19. vt habet P. de Ledeſma) *q. 2. art. 6. §. ſi verò* (quamuis, vt verum fatear, non loquatur expreſsè de noſtro caſu) & docet ex Cano Valentia *diſp. 7. q. 11. punct. 1. in fine*, per hæc verba. Imò Canus etiam *in relect. de pœnit. p. 6.* cenſet, poſſe ſecundùm prudentiam confeſſarij, quandoque ad ſubleuandam nimiam pœnitentis verecundiam (vt alicuius puellæ v.g.) licitè fieri confeſſionem ſcripto, ſine voce. Quod & ego ita credo. Sic Valétia, & Hurtado *diſp. 8 diff. 3. in fine*, expreſsè docet, id licere. Quod idem ex Cano, Valentia, & Suario docet Layman *tract. 6. cap. 6 n. 3.* Sà *verb. Confeſſio, num.* 13. Lugo *diſp. 15. n.* 85. Petrus de Ledeſma *loc. cit.* Ochagauia *tract. 2. de confeſſ. q.* 28. & Vaſquez ex Cano *q. 91. art. 4 dub 4. num. 7. in fine.* Filliucius *tr. 7. n.* 14. & Benzonius *loc. cit.* Qui id probat ex facto D. Baſilij, & D. Ioannis Eleemoſynarij, qui mulieribus valde de peccato verbo manifeſtando erubeſcentibus, mandarunt peccata ſcribi in charta, qua lecta, remiſſionem peccatorum eis miſericorditer contulerunt: lege Palaum *tom. 4. tr. 23. punct. 8. num. 8.* & Trullench *lib. 4. de Sacrament. cap. 6. dub. 1. num. 26. fine.*

Qvæstio XVII.

An tempore præcepti teneatur per ſcriptum confiteri præſenti Sacerdoti, qui aliter confiteri non poteſt?

Negant teneri quem, ſed potiùs excuſari in eo caſu à præcepto confeſſionis, Sotus *in 4. diſt. 18. q. 2. art. 6.* Caiet. *verb. Confeſſio, condit.* 11. Ricardus *diſt. 17. art. 2. quæſt. 5.* Nauar. *cap. 21. num.* 36. Victoria *num.* 173. (*non* 137. vt habes apud Suarium) Medina, & Ledeſma, quos citant Suarez *diſp. 36. ſect. 6. num.* 5. Vaſquez *quæſt. 91. art 4 dub.* 5. ita etiam ſentiunt Valentia *diſput. 7. quæſt. 11. punct.* 1. Barboſa in *decret. Gratiani, part. 1. de pœnit. diſt. 2. cap. 89. num.* 3. Naldus *in Summ. verbo Mutus, num.* 1. & hanc opinionem eſſe probabilem defendunt Fagundez *de præcept. 2. lib. 2. cap. 1. n. 6* & Diana *5 p. tr. 6. reſol.* 4. vbi affirmat mutum, etſi ſciat ſcribere, non teneri confiteri per ſcripturam. Sic ipſe, & ante ipſum Vega *1. p. Summæ, c. 63. caſu 37. col.* 645. & poſtea Palaus *punct. 8. cit. n.* 11. quia non eſt credendum ad hunc modum confitendi quem aliquo præcepto obligari.

Sed probabiliùs reſpondeo, teneri per ſcriptum confiteri: tam ob implendum præceptum diuinum, quàm Eccleſiaſticum. Quia præceptum confeſſionis obligat quoties ſine notabili incommodo geri poteſt: at ex confeſſione facta ſcripto non poteſt ſequi majus incommodum, quàm ex confeſſione facta per voces: ergo. Nec eſt conſiderabile, aut morale illud periculum, quod fingunt contrarij, quod ſcilicet ſcriptura de ſe eſt expoſita periculo, cum poſſit retineri à confeſſario, vel perdi, & publicari peccatum: quia huic periculo facilè poteſt occurri, ſi pœnitens vel coram Sacerdote peccata ſcribat, vel antea ſcriptam chartam in manibus afferat, ne decidat, & poſt lectam à confeſſario, ſtatim comburat, vel in minutiſſimas partes diſcindat. Sic Cajet. *loc. cit.* ſibi aliqualiter contrarius. Sylveſt. *verb. Confeſſio 1. q.* 15. qui pro hac parte inter alios affert S. Thom. *diſt. 18. q. 3. art. 4. q. 3. ad* 2. Palud. *quæſt.* 1. Maior. *quæſt. 2. ad* 3. Petrum Soto *lect. 11. de confeſſ.* Suarez, & Vaſquez *loc. cit.* Ægidium *diſp. 5. n.* 78. Henriquez *lib. 5. cap. 4. n.* 8. dum de muto loquitur, Fagundez *loc. cit.* Granado *contr. 7. tract. 1. diſp. 9. num.* 4. Lugo *diſp. 13. num.* 87. Hurtado *diſput. 8. diſt.* 4. qui non benè citat Henriquez pro contraria ſententia, qui loquendo de muto, noſtram tuetur profectò *loc. cit.* & abſolutè loquendo eandem docuit *lib. 4. cap. 4. num. 4. in fine*: ſic etiam Petrus Fay, Megala, & Alphonſus de Leone apud Dianam *loc. cit.* quibus addi poſſunt Nugnus *q. 6. art. 6. diff. 3. pag. mihi* 398. Candidus *diſquiſit. 14. art. 19. dub. 10. pag.* 88. Layman *tract. 6. cap. 6. n.* 4. qui ſatis confusè loquitur, & magis confusè citat nonnullos Authores Bonacina *diſp 5 q. 5. ſect. 2. punct. vltimo, n.* 6. & apud ipſum Peſantius *in addit. q. 10. pag.* 976.

Qvæstio XVIII.

An mutus, qui neſcit ſcribere, teneatur per nutus, & ſigna confiteri, ad implendum præceptum confeſſionis?

Reſpondeo: teneri, quia poteſt abſque inconvenienti, ſignis, aut nutibus confiteri, quantum ſufficiens ſit: ergo ad id tenetur. Sic Naldus *verbo mutus, n.* 1. dicens, illum poſſe à Confeſſario abſolvi, caſu, quo explicet aliquid, quod intelligatur. Et Anton. Fernandez *part. 2. docum. 4. n.* 33. affirmat, poſſe confeſſarium tempore, quo obligat præceptum confeſſionis, abſolvere mutum, qui præbet ſigna doloris, etiamſi nullum poſſit ex ejus ſignis intelligere peccatum, & alius non adſit confeſſarius, qui meliùs intelligat: ſic ille. Et ex illo Diana *5. part. trac. 6. reſol.* 3. & apud illum Alphonſus de Leone, Megala, Balboa, & Hurtado, quibus addi poſſunt Suarez *diſp. 21. ſect. 3. n.* 2. Navar. Angles, Cajet. & Rodriguez, quos affert, & ſequitur Sanctius *diſp. 32. n.* 8. & eſt communis Doctorum.

Qvæstio XIX.

An mutus, qui ſolùm per nutus poteſt confiteri, licitè poſſit abſolvi, etiam extra tempus, quo obligat præceptum confeſſionis?

Negare videntur Fernandez, Naldus, Megala, & Diana *loc. cit.* Henriquez *lib. 5. cap. 12. num.* 3. & alij. Quatenus ſolùm concedunt, id poſſe fieri tempore, quo confeſſionis præceptum occurrit. Imò Medina citatus ab Henriquez id limitat pro ſolo mortis articulo.

Sed probabiliter reſpondeo: etiam poſſe licitè confiteri, & abſolvi aliquoties extra tempus præcepti. Quia ſi validè poteſt (ut omnes fatentur) non eſt æquum, ut cogatur mutus, ſine culpa propria, carere diu tam magno Sacramenti remedio. Sic loquendo de pœnitente ignotæ linguæ, tenet Poſſevinus *de officio Curati, c. 7. n. 14. pag. mihi* 194. & Lopez *1. part. inſtruct. c. 27. poſt medium, pag. mihi* 148. Loquendo etiam de muto, & Sotus apud ipſum.

QVÆSTIO XX.

Quonam modo poſsit confiteri Mutus?

HVic quæſtioni reſpondet Poſſeuinus *loc.cit.n.*15. *pag.mihi* 195 ſic dicens. Quæres fortè, quid agẽdum cum muto? reſpondeo. Si Curatus eum nullatenus intelligit, adhibeat domeſticos mutum intelligentes, & per ipſos faciat interrogationes per nutus, & antequam mutus reſpondeat, faciat interrogantes auertere ſe, ne videant quid mutus reſpondeat. Et *infrà*. Si mutus non valet confiteri peccata abſque cognitione interpretis, admoueat interpretem de obligatione celandi audita, & audiat liberè. Sic ille.

Sed clariùs ego reſpondeo: poſſe quidem mutum, ſi velit, ſic per interpretem in dicto caſu confiteri, & abſolui, non tamen ad id teneri. Quia nemo tenetur ad explicanda peccata confeſſori per interpretem, niſi in articulo mortis, iuxta dicta ſuprà *quæſt*. 9. *&* 10. Sic expreſsè Henriquez *lib*.5.*cap*. 2.*n*.6. & apud ipſum Nauar.*c*.21.*n*.36. Ricardus, Caiet. Sotus, Cano, & alij. Sà *verb.confeſſio,n*. 13. & communis.

QVÆSTIO XXI.

An ſurdus teneatur confiteri?

REſpondeo teneri, quia ſine notabili incommodo poteſt. Sic docent communiter Doctores.

QVÆSTIO XXII.

An ſurdus teneatur per ſcriptum confiteri, ſi aliter nequeat commodè explicare peccata?

NEgat Diana 5.*part.tr*.6. *reſol*. 5. & negant alij Doctores, quos *ſuprà q*. 17. retulimus, quibus addi poteſt Poſſeuinus *loc.cit*. vbi id pœnitentis relinquit arbitrio, dum ſolùm eſſe bonum, ſi hoc faciat, docet per hæc verba. Quid agendum cum ſurdo. Reſpondeo: Caueat Curatus, ne ab aliis audiatur: excipiat illius confeſſionem loco remotiori, & hunc non interroget, niſi de puris neceſſariis in mortalibus, & euitet fatigationem ſuam, & ſurdi. Si nouit ſcribere, bonum erit ſi ſcribat peccata venialia, quæ generali tione faciat confiteri. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo teneri, vt *ſuprà loc. cit.* habitum eſt. De modo autem, quo ſe debeat gerere confeſſarius in confitendo ſurdo, optimè loquutus fuit Poſſeuinus. Obſeruetur.

DISPVTATIO VII.

De contritione requiſita ad valorem Confeſſionis, quæ eſt eius duodecima qualitas, ſeu conditio.

QVÆSTIO PRIMA.

Quanam ratione Confeſsio debeat eſſe Lachrymabilis?

RESPONDEO, quod debet eſſe lachrymabilis, quia debet fieri cum dolore, & diſplicentia peccatorum commiſſorum, & cum propoſito nec illa iterum, nec alia committendi. Sic communiter Doctores. Legantur circa hanc materiam quæ ſuprà diximus *diſp*. 1. *à q*. 11.

QVÆSTIO II.

An Sacramentum pœnitentiæ poſsit eſſe validum & fructuoſum ſine contritione, vel attritione?

AFfirmãt Roſella *verb. Confeſſio* 1.§.1. & Syluest. *confeſſio* 1.§.24. qui pro hac parte citat Scot. *in* 4 *diſt*. 14.*q.vlt.art*. 3. Sed immeritò, quia Scot. *loc.cit*. *q*.4.*&* *diſt*. 16. expreſsè docet, inutile eſſe Sacramentũ pœnitentiæ abſque contritione, vel attritione. Vnde

Certiſſimè reſpondeo, nec fructuoſum, nec validum poſſe eſſe, abſque contritione, vel attritione, quia dolor eſt pars eſſentialis huius Sacramenti: ergo abſque illo nullo caſu poteſt ſubſiſtere. Sic S.Th. 3.*part*. *q*.84.*art*.1. *ad* 1.*&* *q*.86.*art*.6. Capreol. Nauar. Couar. Vega, & alij, quos refert, & ſequitur Suar. *diſp*. 10. *ſect*. 3.*n*.8. Lugo *diſp*. 14.*n*.4. & eſt communis Theologorum. Videatur Candidus *diſquiſ*. 24.*art*. 20. Machado *tom*. 1.*lib*. 2.*part*. 4.*tract*. 5.*docum*. 6. qui id benè ex Trident. *ſeſſ*.6.*cap*.7. *&* 14. probat.

QVÆSTIO III.

An dolor neceſſariò requiſitus ad valorem Sacramenti, debeat confeſsionem præcedere?

AFfirmãt Ægidius *diſp*.4.*dub*.6. (*non* 4. vt citatur à Candido) *n*.44.*&* 45. Layman *lib*.6.*tract*.6. *c*.4.*n*.4. & Ochagau. *tract*. 1. *de Confeſsion.q*. 18.*n*.5. docentes neceſſariò debere præcedere ipſam confeſſionem, prioritate non ſolùm naturæ, ſed etiam temporis, quia aliàs confeſſio ſolùm eſſet peccatorum narratio, vt ait Palaus *tract*. 23.*punct*.7.*num*. 11.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non debere neceſſariò præcedere, ſed ſufficere etiam, vt eliciatur in ipſamet confeſſione, vel etiam facta confeſſione, antequam pœnitens abſoluatur, quia dolor ideo eſt neceſſarius in confeſſione, vt hæc rationem habeat accuſationis, & non ſimplicis narrationis: ſed confeſſio ſufficientem habet rationem accuſationis per actum doloris in ipſamet confeſſione, vel ſubſequenter ad ipſam confeſſionem elicitum, cum quo ipſi abſolutioni ſubjicitur: ergo. Sic Nauar. *in Man.c*. 1.*n*. 22. Suar. (quidquid Layman dicat) *diſp*. 20.*ſect*.4.*n*. 31. Vaſq. *q*.91.*art*.2.*dub.vnico,n*. 17. Henriq. *lib*.4.*c*. 18.*num*. 3. Bonac. *diſp*.5.*q*.3.*punct*. 2.*n*. 18. (non 8. vt habet Lugo (Ochagau. *tract*. 1.*de Confeſſ.q*. 30.*n*. 2. (ſibi iam contrarius) Fagundez *de* 2.*prac.lib*. 2.*cap*.6.*num*. 10. & apud ipſum Toletus *lib*.3.*c*.5.*n*. 2. Medina *C. de pœnit*. §. *Noto tamen*, & Maior *in* 4.*diſt*. 13.*q*.3. Lugo *diſp*. 24.*n*. 13. *pag*. 129. dicens, eſſe communem omnium Theologorum. Candidus *diſquiſ*. 24. *art*.6.*n*. 3. *&* 6. Hurt. *diſp*.6.*diff*. 10. Filliuc. *tr*.7.*c*.6.*q*.9. & etiam (credo) Diana 3.*p.tr*.4.*reſol*. 134. Llamas 1.*p.method.c*.2. §. 11.*pag.mihi* 158. & alij communiter, quos nouiter ſequitur rurſus Diana *p*.9.*tr*.9.*reſol*. 37. & Ioſeph de Ianuario *in reſol. Theol.moral.p*. 1.*reſol*. 29.

QVÆSTIO IV.

An quando quis iterum confitetur eadem peccata à quibus iam directè fuerat abſolutus, teneatur habere nouum dolorem eorundem peccatorum?

AFfirmant Henriquez *lib*.4. *cap*. 26. *num*.7. per hæc verba: Qui noua confeſſione repetit peccatum, de quo directè abſolutus eſt, habere debet nouum eiuſdem peccati dolorem, qui ſubjiciatur formæ nouæ abſolutionis, ſicut & nouam confeſſionem peccati, vt probat piorum hominum vſus, & conſuetudo. Sic Henriquez, & Filliucius *tr*. 1.*cap*. 3. *num*. 77.

quos

Digitized by Google

quos citat, & ſequitur Diana 5. *part.tr.4.reſol.*116. quibus ego addo Gabrielem Vaſquez *quæſt.* 92. *art.3.dub.5.in fine*, Bonacinam *diſp.5.quæſt.4 punct.4. n.1.* & Ioannem Sanctium *in ſelectis diſput.1.n.22. pag mihi* 8. & rurſus Diana *vbi infra*, & Bernal. *de Sacram. diſput.6. ſect.4.num.*73.

Sed æquè probab.liter reſpondeo: non teneri ad habeodum nouum dolotem formalem. Quia repetita confeſſione vocali, repetitur, ſaltem virtualiter, dolor præcedentis confeſſionis, perſeuerantis adhuc moraliter, & virtualiter. Sic Petrus de Ledeſma *in Sum.cap.4.de Pœnit.verſ. la ſegunda duda es,pag. mihi* 322. vbi ait, hanc ſententiam eſſe probabiliorem, & communiorem inter Theologos, Ioan. de Cruce *in ſuo director.part.2. de pœnit.q.1.dub.6.concl.2.fol. mihi* 174. Salas *in manuſcriptis de pœnit.quæſt.*84.*art.*10. quos nouiſſimè refert, nec audet reprobare P. Lugo *diſp.*14. *à n.*31. *& ſequent.* Imò potiùs illorum ſententiam validis argumentis confirmat. Er meritò, quia (vt Diana dicit) ex ea poſſunt confeſſores multos ſcrupulos ſedare: præſertim illorum, qui confitentur de peccatis venialibus ordinariis, & cum illis de aliquo peccato mortali aliàs confeſſo, & abſoluto; nam in tali caſo, & in rali confeſſione, oon tenentur elicere nouum actum doloris, & contritionis. Lege Dianam *p.9.tr.9.reſol.*51. & me citato *p.10.tr.16.reſ.*30. & Thomam Tamburinum penes illum.

Qvæstio V.

An ſaltem quando quis obliuiſcitur vnius, aut alterius peccati, & ſtatim poſt abſolutionem recordatur, & addit illud, indigeat nouo actu doloris?

AFfirmant communiter Doctores docentes, non poſſe eundem dolorem, qui eſt materia proxima, deſeruire ad duplex Sacramentum pœnitentiæ. Et quidem probabiliter ſatis id docent.

Sed non minùs probabiliter reſpondeo, non indigere nouo doloris actu, quia in virtute prioris doloris, adhuc virtualiter manentis, poteſt ab illo peccato abſolui. Nam dolor prior, vt in virtute extenſus ad peccata oblita, perinde valet ac ſi eſſet nouus dolor de ſolis peccatis oblitis. Sic Lugo *diſput.*14.*n.*27. qui id ex praxi his verbis confirmat: nam licèt vnus, vel alius confeſſarius admoneat fortaſſè pœnitentem in prædicto caſu, de renouando dolore; alij tamen omnes communiter id non faciunt. Eadem item praxis eſt in moribundo, qui propter inſtans mortis periculum abſoluendus eſt, audito vno, vel altero peccato, & deinde proſequenda eſt confeſſio de aliis; tunc enim non ſolet poſtea cogi ad renouandum dolorem poſt primam abſolutionem, ſed abſoluitur ſecundò ab aliis peccatis, ex vi prioris doloris moraliter permanentis. Sic Lugo, qui latè, & doctè aliis inſtantiis id probat, & ante illum Henriquez *loc.cit.* & me citato Diana *loco nuper adducto.*

Qvæstio VI.

An actus doloris, ſi per multum temporis præcedat confeſſionem, aut abſolutionem, ſufficiens ſit ad efficiendam confeſſionem validam?

NEgant eſſe ſufficientem, ſi per multùm temporis, ſine limitatione præcedat, in primis Præpoſitus *in 3.part.* D. Thom. *quæſt.2. de contrit. dub.* 1.*n.*40. & ex illo Diana 5.*p.tract.*14.*reſol.*67. dum ſolùm ad vnum diem hoc tempus per hæc verba, extendunt: Cùm aliquis (inquiunt) veſpere examinans conſcientiam, elicit contritionem peccatorum, proponens ſequenti die confiteri, validum eſt Sacramentum, quantum eſt ex parte contritionis, licèt nullum alium actum contritionis eliciat. Sic illi.

Negat etiam Granados *controu.7.tr.3. diſp.3.n.*7. vbi ſic ait: Dicendum ergo eſt, tandiu ſolùm poſſe præcedere dolorem, quamdiu virtualiter permanſerit; hæc autem virtualis permanentia non aliter explicari debet, quàm in aliis euentibus. Dicetur ergo virtualiter dolorem perſeuerare, quamdiu ſi pœnitens interrogetur, cur doluerit, poſſit ſine noua deliberatione reſpondere, ſe doluiſſe vt confiteatur, & nun retractaſſe dolorem, quia vult confiteri. Sic Granados.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: ſufficere ad validam efficiendam confeſſionem, quantumvis per multum temporis ſpatium præcedat dolor abſolutionem, dummodo poſtquam ſemel habitus eſt, nec expreſsè, nec implicitè retractetur. Sic Hurtado *diſp.1. de Sacr.in genere, diffic.*11.*in fine*, docet per hæc verba: In pœnitentia verò poſt actus pœnitentis, multo tempore poſt, poteſt abſolutio validè conferri: ſicut etiam ea judicio forenſi (inſtar cujus pœnitentia eſt inſtituta) multo tempore poſt diſcuſſionem cauſæ fieri ſolet abſolutio, aut condemnatio: toto ſcilicet tempore poſt, quo actus pœnitentis dicuntur moraliter permanere: tandiu autem dicuntur moraliter permanere, quamdiu permanent habitualiter, ideſt quamdiu non retractantur, neque expreſsè, neque implicitè. Sic Hurtado, & ſic meo videri etiam Candidus *diſquiſ.*24. *art.6.n* 2.*p.*12. vbi ſic ait: Dolor tempore præcedens confeſſionem, ſufficit ad Pœnitentiæ Sacramentum ſuſcipiendum: quia ſicut abſolutio datur aliquando, etiamſi multis antè diebus præceſſerit confeſſio, quæ cenſetur moraliter præſens confeſſatio, quatenus confeſſor abſoluens recordatur peccatorum in confeſſione receptorum: ita impendi poteſt abſolutio, licèt dolor præceſſerit confeſſionem; moraliter enim conjungitur confeſſiooi, quæ fit virtute illius doloris antea eliciti; & illa confeſſio cenſetur doloroſa virtute præcedentis doloris relati ad confeſſionem. Sic ille. Qui omnia deſumpſit ex Bonacina, & oon citat illum, ſed Sotum *diſt.*17. *q.*1. *art.*3. & Suarium *diſput.*20.*ſect.* 4.*n.*29. & beoe, licèt noo ita clarè loquantur. Approbat etiam nouiſſimè hanc meam ſententiam doctus Diana *part.9. tr.9. reſol.*51.

Qvæstio VII.

An dolor requiſitus ad confeſſionem, neceſſariò debeat elici à pœnitente ex intentione confitendi peccata?

AFfirmat Bonac. *diſp.5.q.3. punct.2.n.*17. *pag. mihi* 117. docens: dolorem requiſitum debere neceſſariò referri formaliter, vel virtualiter ad confeſſionem: ita vt pœnitens dolere debeat de peccatis cum propoſito illa confitendi, vel recogitare cum dolore peccata ſua, vt illa confiteatur. Sic etiam tenent alij recentiores, quos ſuppreſſo nomine refert Lugo *diſp.*14.*n.*36.*pag.*233. & meo videri Suarez, & Candidus *loc.cit.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo, non debere neceſſariò dolorem eſſe elicitum ex intenſione formali vel virtuali confitendi, ſed ſufficere eſſe elicitum abſque memoria confeſſionis, dummodo ex illo poſtea pœnitens excitetur ad examen peccatorum, & ad illa confitenda. Quia ſi quis ex metu gehennæ habeat attritionem, & poſtea ad impetrandam Dei gratiã velit cõfiteri, & abſoluatur, concurrunt omnia, quæ ad ritè ſuſcipiendum hoc Sacramentum requiruntur à Trid. *ſeſſ.*14.*c.*4. ergo licèt in ipſo dolore pœnitẽs nõ recor-

detur confeſſionis, optimè poterit poſtea vti illo dolore ad obtinendam abſolutionem. Sic Reginaldus lib. 5. n. 54. quem citat, & ſequitur Lugo diſp. 14. n. 37 p. 133. Qui aliis inſtãtiis id latè, & probè probat.

QVÆSTIO VIII.

An ad recipiendum effectum Sacramenti pœnitentiæ ſufficiat habere attritionem?

NEgant Magiſter, D. Bonau. Hugo, & Ricard. de S. Victore, Gabriel, Major, Medina, Adrianus, & alij quos referunt Suarez diſp. 20. ſect. 1. n. 3. Vaſq. q. 92. art. 1. dub. 2. n. 1. & Hurtado diſp 6 diff. 2.

Sed iam certiſſimè reſpondeo: ſufficere. Quia ſic clarè colligitur ex Trident. ſeſſ. 14. c. 4. vbi loquens de attritione, ait: *Et quamuis ſine Sacramento pœnitentiæ, per ſe ad iuſtificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacrmento pœnitentiæ impetrandam diſponit.* Sic Concilium. Et ſic S. Th. Scot. Palud. Capreol. D. Anton. Syluest. Ruard. & Can. Quos citant, & ſequuntur Suarez, Vaſquez, & Hurtado. Nugnus in addition. q. 9. art. 1. Candid. diſquiſition. 24. art. 11. n. 2. Lugo diſp 5. n. 130. & iam communis omnium, vt dicunt Bonac. Ægidius, & Layman relati à Palao tom. 4. tract. 13. punct. 3. n. 2.

QVÆSTIO IX.

An etiam ſufficiat habere attritionem, vt talem cognitam?

NEgant Sotus in 4. diſ. 18. q. 3. art. 2. in fine, & lib. 2. de natura, & gratia, cap. 15. Victoria in relect. de poteſt. Eccleſiæ, quæſt. 2. Vega lib. 13. in Trident. cap. 34. Corduba lib. 1. quæſt. Theolog. q. 2. & alij, quos affert Suarez loc. cit. n. 7. exiſtimantes: ad effectum Sacramenti recipiendum neceſſariam eſſe attritionem exiſtimatam contritionem, quia tam in lege naturæ, quàm veteri fuit contritio neceſſaria ad remiſſionem peccati: ergo etiam erit in lege gratiæ.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, ſufficere attritionem, vt talem cognitam, nec oportere reputare illam contritionem, vt effectus Sacramenti conferatur. Quia id clarè ſignificat Trident. loc. cit. dum nulla facta mentione exiſtimationis dictæ, abſolutè docet, attritionem diſponere ad impetrandam gratiam in Sacramento Pœnitentiæ. Et certè parum facit, aut nihil, quod attritus ſciat, vel cognoſcat, vel ſuſpicetur, ſe attritum: vel non cognoſcat, quia illius ſcientia, vel cognitio non variat efficaciam, & virtutem Sacramenti, quia attritus redditur contritus, ſiue ſciat, ſiue ignoret, hoc enim per accidens eſt. Llamas 2. part. Meth. c. 2. §. 6. Sic S. Th. diſt. 17. q. 3. art. 5. q. 1. & diſt. 18. q. 1. art. 3. q. 1. Scot. diſt. 14. q. 4. art. 3. Palud. d. 17. q. 8. & diſt. 19. q. 1. art. 2. Adrian. in 4. q. 5. de confeſſ. D. Anton. Capreol. Syluester, Ruard. & Cano, quos citat, & ſequitur Suarez diſp. 20. ſect. 1. n. 20. Vaſq. q. 92. art. 1. dub. 2. Ægid. q. 62. art. 1. dub. 2. Hurtado diſp. 6. diff. 3. Henriquez lib. 4. c. 26. n. 6. & apud illum Nauar. c. 1. n. 4. Medina, Bellarmin. & alij doctiſſimi. Fagundez de præc. 2. lib. 4. cap. 4. n. 13. & 14. & cap. 5. num. 14. Granados controu. 7. tract. 3. diſp. 2. n. 10. pag. 1173. & apud ipſum Valentia diſp. 7. q. 8. punct. 4. Medina lib. 1. Sum. cap. 12. §. 2. Petr. de Ledeſina de Pœnit. cap. 7. concl. 3. Saytus in Claui Regia, lib. 1. c. 7. n. 7. Salas 1. 2. tom. 2. q. 21. tr. 8. diſp. vnica, ſect. 10. n. 93. Sanchez lib. 1. Sum. cap. 9. num. 34. Toletus lib. 3. cap. 10. Rodriguez in Sum. tom. 1. cap. 50. concl. 1. Zambrau. de caſibus occur. tempore mortis cap. 4. dub. 1. num. 4. qui tamen etiam citat Nauarrum pro oppoſita parte, ſed non ita benè: nam ſi attentè legatur cap. 1. cit. num. 42. hanc noſtram clarè tenet. Sic etiam Lugo diſput. 7. num. 271. & 273. pag. 111. & etiam Bonacina diſp. 5. q. 1. ſect. 1. punct. 3. num. 10. Quia tamen malè citat Cordubam pro hac ſententia, & Nugnum q. 2. art. 3. diff. 4. pag. 317. & q. 9. art. 1. dub. 3. pag. mihi 480. & communis, & jam ita certa, ut oppoſita apud aliquos ſit improbabilis. Sic etiam Trulleneh lib. 4. cap. 5. dub. 3. n. 11. Villalobos tom. 1. tr. 9 difficult. 23. n. 2. & Palaus tom. 4. tr. 23. punct. 7. n. 8. qui ad argumentum contrariorum bene negat conſequentiam: quia in lege gratiæ ſufficit attritio Sacramento coniuncta, ad juſtificationem.

QVÆSTIO X.

An etiam in articulo mortis ſit ſufficiens attritio cognita, cum Sacramento?

NEgant à fortiori Doctores pro prima ſententia nuperrimè citati. Et ex citatis pro noſtra id docent Suarez diſp. 15. ſect. 4. num. 17. & 18. Sanchez, Granado, Valentia, & Zambran. loc. cit. Nugnus q. 2. (non art. 4. ut habes apud Dianam & Lugum) ſed 3. dub. 4 pag. mihi 317. Tannerus tom. 4. diſp. 6. q. 6. dub. 3. num. 66. & Præpoſitus in 3. part. quæſt. 2. de contract. dub. 5. n. 57. & alij docentes, illum qui ſuſcepit Sacramentum pœnitentiæ cum attritione cognita, debere, adhuc ſub peccato mortali, habere contritionem in articulo mortis, ob periculum æternæ damnationis, quia cum ſub lite ſit, an attritio, vt talis cognita, ſufficiat, vt Sacramentum pœnitentiæ effectum habeat, vt nuper eſt viſum; hinc eſt quod ſi quis ad habendam contritionem non ſe excitat, cenſeatur æternam ſalutem contemnere: quod eſt charitati propriæ, & diuinæ amicitiæ aduerſum: ergo.

Sed longè multò probabiliùs, reſpondeo, adhuc in articulo mortis ſufficere, quia poſt Concilium Tridentinum, licèt non ſit omnino de fide (vt aliqui volunt) moraliter tamen certiſſimum eſt, quod attritio cum Sacramento ſufficiat ad iuſtificationem, vt ipſimet contrarij fatentur: ergo nullo periculo exponitur, qui cum attritione cognita adhuc in articulo mortis confitetur. Sic Ægid. diſp. 5. dub. 1. num. 5. & 6. Fagundez, & Salas loc. cit. Becanus de Sacram. c. 35. n. 3. Layman lib. 4. tract. 6. c. 2. n. 6. Faber in 4. diſt. 14. q. 2. diſp. 18. c. 3. n. 71. quos citat, & ſequitur Diana 3. p. tr. 4. reſol. 98. & 5. p. tr. 3. reſol. 76. optimè Lugo diſp. 7. n. 272. & ſequent. Luyſius in ſuis ſelectis, part. 2. diſp. 21. dub. 2. & alij, quos ſequitur Palaus tract. 23. punct. 5. n. 3. ex quo ad argumentum Contrariorum, negandum omnino eſt, prædictum pœnitentem morali periculo æternæ damnationis ſe exponere, quia certus eſſe poteſt, attritionem cognitam eſſe ſufficientem diſpoſitionem ad gratiam in Sacramento ſuſcipiendam, vt ex dictis conſtat.

QVÆSTIO XI.

An ad effectum Sacramenti ſufficiat attritio, qua pœnitens dolet, ſe non habere dolorem peccatorum?

AFfirmant Paludan. in 4. diſt. 17. q. 11. art. 5. Nauar. c. 1. n. 1. & 18. & c. 10. n. 4. Sà verb. contritio, n. 5. (non verb. Abſolutio, n. 15. vt habet Fagundez) & Rodriguez tom. 1. cap. 50.

Sed probabiliùs reſpondeo: non ſufficere, quia Concilium loc. cit. ad effectum huius Sacramenti verum dolorem de peccatis requirit: at dolor de carentia doloris peccati, non eſt dolor de peccatis: ergo. Sic Henriquez lib. 4. cap. 26. num. 5. & apud ipſum D. Thom. & D. Bonauent Vaſquez q. 92 art. 1. dub. 4.

Bonau.

Bonau.*diſp.*5.*q.*5.*ſect.*1.*punct.*3.*num.*7. Fagundez *de* 2.*prae.lib.*2.*c.*5.*n.*13. Filliucius *tract.*7.*cap.*6. *quaeſt.* 2.Hurtado *diſp.*6.*diff.*4. Granado *controu.*7. *tract.*5. *diſp.*3. *num.*4. Candidus *diſquiſit.*24. *art.*12.*dub.*4. *num.*6.latè Hieronymus Llamas 2.*part.ſua Methodi*, *c.*2.§.4.*pag.mihi* 248. dicens oppoſitam ſententiam indignam eſſe tam doctis,& piis viris.Trullench *lib.* 4.*cap.*5.*dub.*5.*n.*6.qui tamen bene aduertit, cum actu quo quis dolet ſe, dolorem de peccatis noo habere, vtplurimùm coniunctum eſſe dolorem de peccatis, quamuis pœniteos ilium non cognoſcat.

QVÆSTIO XII.

An attritio habita ob metum ſolùm gehennæ,& pœnarum, vel ob turpitudinem peccati,ſufficiat ad recipiendum effectum Sacramenti Pœnitentiæ?

NEgat Syluius *q.*1. *ſupplementi,art.*3. vbi docet, eam ſolùm attritionem ſufficere, quæ includat etiam aliqualem (licèt debilem) dilectioοem Dei ſuper omnia.

Sed certiſſimè reſpondeo, eam ſolam ſufficere,adhuc nulla intercedente dilectione Dei ſuper omnia. Quia id expreſsè docet Concilium *ſeſſ.*14. *cap.*9. & vniuerſi Theologi, vt optimè Lugo *diſput.*5.*n.*133. *pag.*57.Hurtado *diſp.*6.*diff.*5.Llamas 2.*part. Method. cap.*2.§.6.*pag.mihi* 152.& omnes. Vnde opinio Syluij pluſquam improbabilis cenſenda eſt, quia (vt ait Palaus *loc.cit.num.*6.) noſtram opinionem Catholica veritas docet.

QVÆSTIO XIII.

An attritio ob metum pœnæ purgutorij ſit ſufficiens ad valorem Sacramenti?

NEgant Vaſquez *q.*92. *art.*1.*dub.*3. & Hurtado *loc.cit.*) dum ad veram attritionem exigunt motiuum æternum.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, eſſe ſufficientem, quia terrore dictæ pœnæ optimè poteſt dolere homo, non ſolùm de venialibus, ſed etiam de mortalibus, quæ poſt iuſtificationem pœna purgatorij puniuntur. Sic omnino Lugo *loc.cit.n.*137.*pag.*58. qui idem dicendum cenſet de attritione concepta ex metu peſtis,vel alterius damni temporalis,quo Deus ſolet punire peccata in bac vita. Quod antea docuit Suarez *diſp.*5.*ſect.* 2. *n.*15.*pag. mihi* 121. Fagund. *de prae.* 2.*c.*5.*n.*1. & alij, quos me citato ſequitur Diana *p.*9.*tr.*9.*reſol.*51.

QVÆSTIO XIV.

An attritio ob infamium aut mortem, quam Iudex infligere poteſt, aut ob aliud malum temporale, ſit etiam ſufficiens ad effectum Pœnitentiæ ſuſcipiendum?

AFfirmant Sotus *in* 4. *diſt.*18.*q.*3. *art.*3. & Canus *relect.de pœnit.part.*5.

Negant verò Vaſquez *q.*5 a.*art.*1.*dub.*3. Suarez *diſput.*29.*ſect.*2.& Reginald.*lib.* 3.*ſect.*2. apud Hurtadum *vbi ſuprà.*

Sed probabiliùs reſpondeo : eſſe ſufficientem,caſu quo illa attritio,vel dolor ob infamiam,aut ob aliud malum temporale, ſit cum aliquo reſpecto ad Deum, id eſt,ſit dolor de peccato, quia Deus immiſit,aut immittet illam infamiam,mortem, aut aliud malum:ſecus verò, ſi ſit dolor ob infamiam, aut mortem,&c. ab humano Iudice infligendam, ſine aliquo reſpectu ad Deum.Quia primus ille dolor eſt Dei,ſecundus verò ſolius bominis, & ſic ille ſufficit ad effectum Sacramenti recipiendum,hic verò minimè. Sic Ægidios *diſput.*4.*n.*39. Ochagauia *tract.*1.*quaeſt.*19. & Hurtado *diſp.*6. *diff.*5. quos non citatos ſequitur Lugo *diſp.*5.*n.*141.*pag.*58.& ante omnes illos Suarez *vbi infrà*,& Llamas *loc.cit.*& nooiſſimè,me citato Diana *p.*9.*tract.*9.*reſol.*51.

QVÆSTIO XV.

An dolor de peccato propter turpitudinem abſtrahentem à Deo,v.g. dolor de furto,propter ſpecialem malitium furti, prout opponitur iuſtitiæ, ſine alio reſpectu ad Deum,ſit vera attritio?

AFfirmat Pater Suarez *diſp.*5.*ſect.*3.*num.*15.*pag. mihi* 521. eo quòd Concilium pro ſufficienti motiuo attritionis aſſignet turpitudinem peccati.

Sed probabiliùs reſpoodeo : noo eſſe veram attritionem,niſi aliàs conſideret peccatum,etiam cum ordine ad Deum,nempe,vt eſt iniuria in Deum.Sic Lugo *loc.cit.num.*142.& conſtat ex nuper dictis.

QVÆSTIO XVI.

An ad valorem Sacramenti pœnitentiæ requiratur dolor formalis, vel ſaltem virtualis omnium mortalium?

REſpondeo requiri, ſicut requiritur Confeſſio omnium mortalium. Pro quo nota, quod dolor, ſeu contritio dupliciter poteſt ferri in omnia peccata, formaliter ſcilicet,vel virtualiter. Formaliter fertur, quando procedit ex omniūm apprehenſione, ſiue explicita, ſiue confuſa, vt ſi quis in genere recordetur, ſe multa commiſiſſe peccata, & illa omnia deteſtetur. Virtualiter,quando deteſtatur vnum,vel aliud, cuius adeſt memoria, & in eo deteſtantur alia, quæ ſub eodem motiuo comprehenduntur,vt ſi quis deteſtetur periurium v.g quia eſt offenſa Dei, quem ſuper omnia diligit, ibi videtur deteſtari implicitè, & virtualiter omnia alia peccata,quæ ſimiliter ſunt offenſa Dei,& in quibus eadē ratio deteſtabilitatis reperitur. Sic S.Th. 3.*part.q.*84.*art.*1.Suar.*diſp.*20 *ſect.*4.*n.*23. Vaſq.*tom.*4.*q.*86.*art.*2.*dub.*7.*n.*21.Bonac.*diſp.*5.*q.*5. *punct.*3. *propoſit.*2. *n.*3. Lugo *diſp.*5.*n.*72. (cuius eſt quod notauimus) Candidus *diſquiſit.* 24. *articul.*12. *dub.*6.Hurtado *diſp.*6.*diff.*7. & omnes.

QVÆSTIO XVII.

An etiam ad valorem Sacramenti requiratur dolor omutum venialium?

REſpondeo non requiri,quia nec requiritur Confeſſio omnium venialium : imò nec vnius neceſſariò.Sic omnes Doctores,præcipuè citati.

QVÆSTIO XVIII.

An ad Contritionem requiratur dolor ſummè intenſus?

AFfirmat Adrianus *in* 2.*q* 2. *de Pœnit.* quia ſicut peccator debet dolere ſuper omnia, ita debet dolere ſummo dolore.Fauet huic ſententiæ Petrus de Soto *lect.*14.& 15.*de Pœnit.* dicens dolorem contritionis debere ſaltem excedere intenſione omnes alios actus,quos idem homo babet circa alia obiecta.

Sed certiſſimè reſpondeo, quod nullo modo requiratur dolor ſummè intenſus,nec quod excedat adhuc alios actus in intenſione, quia aliàs redderetur cōtritio difficillima, & quaſi impoſſibilis,vt latè probat Lugo *diſp.*15.*n.*84.*p.*48.Satis ergo erit ſubſtantia contritionis

contritionis, licèt cum minima intenſione fiat. Si enim peccatum mortale, licèt tepidè,& paruo conatu fiat,deſtruit totam gratiam cum charitate, virtutibus, & donis Spiritus ſancti infuſis: cur parua contritio non deſtruet omnia peccata. Sic Henriquez *lib.4. cap.37.n.6.*& apud ipſum D. Th.Sot. Cano, Navar. Ledeſma, Bellarm. & alij,Suar.*diſp.4.ſect.5.* Granad. *tract.2.diſp.7.ſect.3.* & alij apud ipſos,quos ſequitur Trullench.*lib.4.cap.5.dub.4.num.3.*

QVÆSTIO XIX.

An vt contritio acceptetur à Deo, egeat duratione, & continuatione aliqua?

AFfirmant Sot.*diſt.14.quæſt.a.art.2.& 1.diſt.28. quæſt.vnica*, & apud Henriquez Ocham, & Gabriel *ibidem*,& Cajet.*opuſc.de Contrit.tract.4.quæſt.1.* eaiſtimantes, illum actum,qui eſt contritio, non habere rationem contritionis, & diſpoſitionis ad gratiam, niſi prius aliquo tempore duret: quod tempus taxatum eſt à Deo.

Sed certiſſimè reſpondeo: non indigere duratione aliqua,vt ſit vera contritio,& acceptetur à Deo,& ſit diſpoſitio ad gratiam; quia ad contritionem veram ſolùm exigitur, quod ſit dolor ſuper omnia, ea motivo charitatis; at hunc actum poteſt habere homo in inſtanti, aut in breviſſimo tempore, ſicut poteſt habere actum dilectionis Dei ſuper omnia: ergo. Sic S.Thomas 3. *p.q.85.art.2.& 1.2. quæſt.113. art.5. & 7.* Soto *diſt.17.q.2. art.4.* Medina *tract.1.de Pœnit.q.1.* Vega *lib.13.* in Trident. *cap.23.* tenet etiam Gabriel *in 4.diſt.14.q.1.art.2 concl.5.lit.V.* vbi propoſita ſententia Scoti,ſic ait: ſed quia iſta continuatio actus, & determinatio temporis, ac termini eius, à Deo (vt ait) præfixi, nullam habet authoritatem ſcripturæ,nec ratio probat: ideo ea facilitate contemnitur, qua probatur. Sic ille: malè ergo illum affert Henriquez pro oppoſita parte, ſic etiam Navar. *c.1. n.30.* Henriquez *loc.cit.num.4.* Suarez *diſp.4. ſect.5. n.4.* Lugo *diſp.5.num.88.pag.49.* Granado *loc. cit. n.32.* & communis, quam tenent etiam Palaus *tom.4.tr.23.punct.7.n.2.* Ægid. *diſp.2.dub.7. concl.2.* Layman *cap.4.n.1.* & Trullench *loc.cit. n.4.*

QVÆSTIO XX.

An ad valorem contritionis requiratur recogitatio explicita, & ſpecialis ſingulorum peccatorum in particulari?

AFfirmant Adrian.*quæſt.3.de Baptiſmo,in fine*, Cano *relect.de pœnit part.3.ad finem*, Sotus *diſt.17. q.2.art.3.* Medina (apud Suarez) *C.de pœnit.tr.1.q.2.* Ruard.*art.5.contra Lutherum*, Cordub.*lib.1.q.5.* Philiarcus *de offic.Sacerd.tom.1.part.2.c.20.*& nouiſſimè Sylvius *in addition.ad 3.p.q.2.art.6.concl.1.* qui omnes id affirmant loquendo de contritione ſecundùm ſe,ſine ordine ad confeſſionem, de qua hic ſermo.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, non requiri ad veram contritionem habendam, explicitam, & ſpecialem recogitationem peccatorum in particulari,ſed ſufficere recogitationem omnium peccatorum in communi,& in confuſo. Quia hæc ſola ſufficit ad excitandum dolorem perfectum de peccatis.Sic Henriquez *lib.4.c.28.quaſi per totum*, Suarez *diſp.4. ſect. 6.a n.7.*& alij apud ipſum. Lugo *diſp.5.n.90.pag.46.* Layman *lib.5. tr.7. c.4.n.5.* Hurtado *diſp.1. diff.4.* Villalob. *tract.9.diff.19.n.4.* Diana *3.part.tract.4.reſol.118.* imò & Medina *C.cit. q.3.verſu Noto tamen*, vbi explicat,quod nuper antè docuerat,& communis, quam ſequuntur Palaus *tom.4.tract.23. punct.7.n.2.* Navar. *cap.1.num.22.* Vaſquez *quæſt.86.art.2.dub.7.* Trullench *lib.4.cap.5.dub.3.n.2.*

QVÆSTIO XXI.

An quando pœnitens peccata in ſpeciali confitetur, teneatur tunc ſingulorum peccatorum habere ſingulares contritiones?

AFfirmant aliqui apud Henriquez, & Suarium *loc.cit.* pro quorum ſententia refert Vivaldus *de contrition.n.21.pag.mihi 81.* Sotum *in 2.diſt.15.q.2. art.1. & diſt.17.q.2.art.3. concl.4.* & Victoriam *n. 116.* Sed certè malè,quia oppoſitum expreſsè docent *ibidem*, præſertim Sotus.

Vnde longè multò probabiliùs reſpondeo,non teneri,ſed ſatis eſſe unam generalem contritionem omnium peccatorum habere. Sic Sotus *diſt.17.cit.concl.3.* vbi ſic ait. Satis eſt,quod homo mente recolat peccata omnia abſque vllius diſplicentia, dummodo non habeat complacentiam, & peracta indagine, vnica contritione hæc omnia deteſtetur. Quare neſcio cur Cajet.dixerit,quod requirantur deteſtationes ſigillatim ſingulorum,ſed non contritiones,niſi vna;nam ſi deteſtationes non ſunt contritiones, non ſunt neceſſariæ, & revera pœnitentium vſus non eſt, niſi in principio habere contritionem generalem, quæ ſufficit ad gratiam: deinde peccata inueſtigare ad confitendum,vel ſi exiſtens in peccatis vult omnia in mente referre antequam ullum habeat deteſtationis actum, ſatis eſt omnibus rememoratis unam deteſtationem applicare. Sic ille,& ſic licèt non ita expreſsè, Victoria *loco cit.* Navar.*c.1.n.21.* Medina *C.de pœnit.q.3.verſ.noto tamen,fol.mihi 9.* Vivald.*loc.cit.* Toletus *lib.3. c.5. n.1.* Henriquez *loc. cit.* Fagundez *de præc.2. lib.2.c.6.n.8.* Llamas *2. part. Methodi,c.2. §.12.* Nam aliàs (inquiens) ſi de quocumque actu peccati mortalis obligaremus peccatorem, ut produceret actum ſigillatim odij,& doloris,deficeret vitæ tempus, etiamſi illa Matuſalani concederetur,&c. Sic ille, & communis, apud Ægidium *loc.cit.* Suarium,& Bonacinam, quos citat.

QVÆSTIO XXII.

An requiratur propoſitum non peccandi ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ?

NEgant abſolutè Sotus *diſt.17.q.1.art.2.* Palud. *diſt.17.q.8.* & alij apud Suarium *diſp.20. ſect. 3.n.32. & ſect.3.num.7.* docentes, nec propoſitum formale, nec virtuale requiri.

Affirmant verò è contra Alenſis *4.part. quæſt.29. n.9.art.2.* D.Thom.*3.part.q.90. art.4.* quos citat,& ſequitur Toletus *lib.3.c.4.§.quinta pars eſt*, dicentes, requiri propoſitum formale,& expreſſum, nec virtuale ſufficere. Quod etiam docuit Medina *C.de confeſſion.quæſt. de confeſſione ficta iteranda.*

Sed probabiliùs reſpondeo, requiri ad Sacramenti valorem propoſitum vel formale & expreſſum, vel virtuale,& implicitum, quod in ipſo actu doloris, & deteſtatione peccatorum includitur. Sic Nauarrus *c.1. n.6.* Vega *lib.3. in Trident.c.21.* Suarez *diſp.4.ſect.3. n.6.& diſp.21.ſect.4.n.33.* Fagundez *de præc.2.lib.2. cap.3.n.13.* & ex parte Lugo *diſp.4.num.52.pag. 236.* Nugnus *quæſt.1.in addition.art.1.dub.5.concl.2.* Candidus *diſquiſ.24.art.12.dub.1.pag.22.* Diana *3. part.tract.4. reſol.119.* Hurtado *diſput.6.diff.7.* Layman *lib.5.tract.6. cap.4. num.6.* Sylvius *in ſupplem. q.1.* Villalobos *tract.9. diff.19.n.8.* Llamas *2. part. Method.c.2.§.9.pag.253.* & alij.

QVÆSTIO XXIII.

An ex defectu doloris poſſit dari Sacramentum pœnitentiæ informe, id eſt, validum eſſentialiter, ſed abſque effectu gratiæ?

NEgant Major *diſt.* 17. *q.* 5. Gabriel *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. Adrian. *q.* 5 *de confeſſione, dub.* 5. Medina *C. de confeſſione, q.* 26. *de confeſſione ficta non iteranda.* Quos omnes citat, & ſequitur Vaſquez *q.* 92. *art.* 2. *dub unico, n.* 13. Ægid. *diſp.* 4. *dub.* 11. Ochagav. *tract.* 2. *de confeſſ. q.* 30. Layman *tract.* 6. *c.* 9. Fagundez *de 2. præc. Eccleſiæ, lib.* 2. *c.* 7. *n.* 9. Qui affert pro hac parte Scotum *diſt.* 17. *q.* 5. *art.* 3. Toletum *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 1. Henricum Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 11. *n.* 1. *in marg. lit. G*, affert etiam pro hac parte Diana ubi infrà, Patrem Suarium, & Patrem Hurtadum (*in impreſſione Matrit.*) ſed utrumque malè, cum acerrimè, & expreſsè oppoſitam defendant, & amplectantur. Poſſet tamen meliùs afferri Luyſius *diſp.* 28. *de pœnit. dub.* 1.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe dari, ſed quando, aut qua ratione id contingere poſſit, diſcordant Doctores. Nam primò aliqui dicunt, tunc id contingere, quando confeſſio ſine aliquo dolore fit, & illius defectus invincibiliter à pœnitente ignoratur. Sic Sotus *diſtinct.* 18. *q.* 3. *art.* 3. quatenus docet, teneri poſtea pœnitentem, cum ei conſtiterit, ſe non habuiſſe dolorem, id ipſum confiteri tantum, & non repetere confeſſionem. Quod eſt dicere, confeſſionem fuiſſe validam, ſed informem. Cum Soto ſentiunt aliqui recentiores.

Alij id contingere affirmant quando quis confitetur omnia peccata ſua ſine ullo prorſus dolore, confitetur tamen hoc ipſum, nempe quod non habet dolorem. Sic Victoria, & Ludovicus adducti *ſuprà diſp.* 3. *q.* 55. Peſant. *in add. q.* 10. *diſp.* 2. *concl.* 1. & 2. ex D. Thoma *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 3. *art.* 4. *q.* 2. *in corpore*, ubi ſic ait: Reſpondeo dicendum ad primam quæſtionem, quod confeſſio eſt actus virtutis, & pars Sacramenti. Secundum autem quod eſt actus virtutis, eſt actus meritorius propriè, & ſic confeſſio non valet ſine charitate, quæ eſt principium merendi, ſed ſecundum quod eſt pars Sacramenti, ſic ordinat confitentem ad Sacerdotem, qui habet claves Eccleſiæ, qui per confeſſionem conſcientiam pœnitentis cognoſcit, & ſecundum hoc confeſſio etiam poteſt eſſe in eo, qui non eſt contritus, quia poteſt peccata ſua Sacerdoti nota facere, & clavibus Eccleſiæ ſe ſubjicere: & quamvis tunc non percipiat abſolutionis fructum, tamen recedente fictione percipere incipiet, ſicut etiam eſt in aliis Sacramentis. Vnde non tenetur iterare confeſſionem, qui fictus accedit, ſed tenetur poſtmodùm fictionem ſuam confiteri. Hæc D. Thomas, quem noviſſimè ſequitur Torreblanca *lib.* 24. *practicar c.* 6. *n.* 14. *c.* 12. *n.* 10. & 23.

Alij id accidere putant, quando confeſſio fit cum dolore aliquo ſupernaturali: ſed imperfecto, & inefficaci, ideſt, non in eo intenſionis gradu, quem Deus ad effectum hujus Sacramenti requirit. Ita Navar. Sylveſt. Cano, & alij apud Suarium & Fagundez *loc. cit.* Hujus ſententiæ eſt etiam Reginald. *n.* 169. ubi ſic ait: Porrò iſtiuſmodi informitas confeſſionis ex eo naſcitur, quod confitens careat neceſſaria, & ſufficienti diſpoſitione, nempe quod non præmiſerit ſufficiens conſcientiæ examen, vel non deteſtetur ſummè, ut pars eſt, ſua peccata, prout ſunt offenſa Dei, vel non habeat ſatis firmum propoſitum novæ vitæ; ignorat tamen ſine lata ſua culpa, ſe in aliquo horum deficere; imò bona fide putat, ſe cum ſufficienti diſpoſitione confiteri. Sic ille.

Sed his omnibus probabiliùs reſpondeo dicendũ, confeſſionem informem ex defectu doloris tunc ſolùm contingere, quando contingit, confeſſionem fieri cum vera attritione aliquorum peccatorũ mortalium; non tamen omnium, quæ in confeſſione dicuntur. Vt ſi pœnitens tantùm habeat attritiones ſingulorum peccatorum mortalium, prout ea ſigillatim confitetur, & de uno doleat efficaciter, de alio verò minimè, ſed per diſplicentiam tantùm inefficacem: tunc enim ſi omiſſio illa veræ attritionis omnium mortalium, quæ exponuntur in confeſſione, contingat ex ignorantia, aut inadvertentia inculpabili, confeſſio erit abſolutè valida, licèt infructuoſa, eo quòd pœnitenti deficiat dolor requiſitus ad effectum Sacramenti, cum non infundatur à Deo gratia remiſſiva omnium, nec remittatur aliquod abſque illius dolore. Sic Petrus Soto *lect.* 8. *de confeſſione.* Dominicus Soto *loc. cit. poſt* 6. *concluſionem*, Suarez *diſp.* 20. *ſect.* 5. quos omnes citat, & ſequitur Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 12. *dubit.* 8. Filliuc. *tract.* 7. *q.* 11. Hurtado *diſp.* 6. *diff.* 8. Lugo *diſp.* 14. *n.* 74. *pag.* 240. & alij, quos affert Diana 2. *part. tract.* 17. *reſol.* 31.

QVÆSTIO XXIV.

An in confeſſione qua de venialibus fit, requiratur dolor efficax de illis?

NEgant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Lugo *diſp.* 15. *n.* 105. *pag.* 246. docentes ſufficere dolorem inefficacem. Illorum ſententiam ut probabilem defendit Tamburin. *in Method. expedit. confeſſ. lib.* 1. *c.* 3 §. 1. *n.* 2. Et non eſſe improbabilem aiunt Præpoſitus, & alij apud Dianam mox citandum.

Sed certiſſimè reſpondeo: requiri, quia ex Trident. conſtat, quod una ex partibus hujus Sacramenti eſt contritio: at nomine contritionis, nequit venire dolor ille imperfectus, ſeu diſplicentia inefficax; cùm contritio ſit deteſtatio peccati commiſſi, illa verò diſplicentia non eſt deteſtatio, aut retractatio, cum illa poſſit ſtare ſimul cum propoſito committendi iterum illud peccatum, & cum ipſo peccato actuali: ergo. Sic Suarez *diſp.* 20. *ſectione* 6. *n.* 2. Lugo *loc. cit. n.* 16. *pag.* 246. & communis omnium Theologorum, quam me citato ſequitur noviſſimè Diana *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 31. Ioſeph de Ianvario, Vaſquez, & Amicus apud ipſum.

QVÆSTIO XXV.

An ſit mortale confiteri ſola venialia abſque ullo dolore?

NEgat quidam recentior Theologus, quem tacito nomine refert Lugo *diſp.* 14. *n.* 108. *pag.* 247. Quia fruſtrare Sacramentum in re levi, nequit eſſe culpa gravis.

Sed certiſſimè reſpondeo, eſſe mortale. Quia pœnitens omnino tenetur applicare debitam materiam Sacramenti, ne Sacerdos proferat verba Chriſti (qualia ſunt formæ ſacramentales) ſuper materia incapaci, quod faceret, ſi non præcederet confeſſio peccatorum cum dolore ad valorem requiſito. Nec eſt quid leve, fruſtrari omnino Sacramentum per rem levem. Quia levitas, vel gravitas in præſenti non debet attendi ſecundùm gravitatem, vel levitatem materiæ ſecundùm ſe, ſed in ordine ad Sacramentum, cujus irritatio ſemper eſt graviſſima. Sic Lugo *loc. cit.* ubi latè, & doctè probat noſtram, & impugnat contrariam ſententiam. Fagundez *de præc.* 2. *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 5. & *c.* 1. *n.* 12. Suarez *diſp.* 20. *ſect.* 6. *n.* 2. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 5. *dubit.* 3. & communis omnium.

QVÆSTIO XXVI.

An etiam ſit mortale, non habere dolorem de omnibus venialibus quæ in confeſſione explicantur.

Affirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Suarez *diſp.* 20. *ſect.* 6. *n.* 7. quorũ ſententiam approbat Palaus *tom.* 4. *tr.* 23. *punct.* 7. *n.* 14. Quia mortale eſt formæ abſolutionis materiã ineptam ſubjicere.

Sed probabiliùs reſpondeo non eſſe mortale, quia quamvis pœnitens in hoc caſu apponat in confeſſione aliqua peccata non deteſtata, tanquam materiam Sacramenti, non tamen tanquam materiam neceſſariam & totalem, cùm ex alia parte apponat ſufficientem materiam, ſcilicet aliqua alia peccata venialia deteſtata, ſuper quæ poteſt cadere forma Sacramenti: ergo id non erit mortale. Patet hæc conſequentia, exemplo aliorum Sacramentorum, in quibus admixtio alicujus partis, quæ non ſit materia valida, non eſt culpa gravis, dum tamen apponatur materia valida. Vt ſi in baptiſmo cum aqua effundenda, miſceatur aliqua pars olei benedicti. Et in hoc eodem Sacramento pœnitentiæ ſolent pij homines frequenter ſe accuſare de imperfectionibus, & defectibus, qui non ſunt peccata venialia. Nec aliquis hucuſque dixit, in hoc mortaliter peccare. Sic Suarez, Fagundez, & Candidus *loc. cit.* Lugo *diſp.* 14. *à num.* 118. *pag.* 148. Hurtado *diſp.* 6. *diff.* 7. Diana 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 93. Qui quoad præſens attinet, idem dicendum dicunt de mortalibus antea legitimè confeſſis. Sic etiam ſentit nobiſcum Palaus *loc. cit.* negando ad argumentum antecedens, quia in venialium abſolutione ex intentione Sacerdotis, forma ſolùm dirigitur ad peccata, quæ ritè fuerint confeſſa, quorumque pœnitens abſolutioni recipiendæ diſpoſitus ſit.

QVÆSTIO XXVII.

An ſaltem in caſu quo pœnitens confiteatur aliquod veniale abſque dolore, teneatur ſub mortali dicere. ſe non dare illud peccatum pro materia abſolutionis?

Affirmabunt à fortiori Authores tacitè nuper *relati.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri ſub mortali, ſed ſub veniali tantùm (dummodo in illa confeſſione alia peccata cum dolore fateatur.) Quia ſi id diceret pœnitens, non daretur locus dubitationi; cum nemo poſſit negare, poſſe pœnitentem cum illa proteſtatione narrare licitè omnia peccata ſua venialia, abſque ullo dolore, ſicut poſſet extra confeſſionem. Præcipuè ſi id faceret ob humilitatem, vel ob conſilium, vel ob excitationem ad veram pœnitentiam de tali peccato habendam. Sic Lugo *loc. cit. num.* 126. *pag.* 150. & ante ipſum Suarez *diſp.* 20. *ſect.* 6. *n.* 7. *&* *diſp.* 21. *ſect.* 20. *n.* 7. *& ſequent.* & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An ad confeſſionem venialium requiratur propoſitum formale, vel virtuale non peccandi?

Negabunt fortiori Sotus, & Paludanus *q.* 22. *cit.* Negant etiam & alij, quia exiſtimant minùs requiri ad remiſſionem venialis, quàm ad remiſſionem mortalis.

Sed certiſſimè reſpondeo: requiri, quia ad remiſſionem venialium etiam requiritur dolor efficax, at in hoc includitur ſaltem virtualiter, propoſitum non peccandi de cætero: ergo. Verum eſt, quod etiam in Sacramento requiratur minùs ad remiſſionem venialis, quàm ad remiſſionem mortalis: nam ad remiſſionem mortalis requiritur propoſitum non committendi illud quod confitetur peccatum, nec aliud: ad remiſſionem verò venialis ſufficit propoſitum non committendi eadem peccata; imò nec requiritur propoſitum adeo ſtrictum vitandi occaſiones peccandi mortaliter. Vnde faciliùs poſſunt abſolvi, qui relabuntur ſæpius in eadem venialia, quàm qui relabuntur in eadem mortalia. Sic Lugo *diſp.* 14. *n.* 127. *pag.* 150. & Ægidius *diſp.* 1. *dub.* 14. *n.* 130.

QVÆSTIO XXIX.

An poſſit quis habere dolorem ſufficientem de veniali, abſque dolore de aliis ejuſdem ſpeciei?

Negant aliqui apud Lugum *loc. cit. num.* 141. *pag.* 153.

Sed probabiliùs Reſpondeo: poſſe, quia poteſt reperiri aliqua inæqualitas, & indifferentia numerica hujus peccati venialis, ratione cujus pœnitens moveatur ad dolorem ſpecialem de illo. Et ideo optimè poteſt quis dolere, v. g. de furto unius Iulij, propter gravitatem materiæ, quæ non eſt in aliis minoribus furtis, & conſequenter dare pro materia confeſſionis illud furtum leve, de quo dolor, propter illam ſpecialem gravitatem, quam habet cum propoſito non committendi aliud ſimile in futurum, in quo propoſito non includuntur alia furta lævia minùs gravia, licèt ſint ejuſdem ſpeciei. Sic Lugo *loc. cit. n.* 141. *pag.* 153. ex Salas *in Manuſcriptis, q.* 87. *art.* 1. *dub.* 6.

QVÆSTIO XXX.

An quando quis ſe accuſat de mendaciis (v. g.) in communi, non explicando eorum numerum, remittantur omnia?

Reſpondeo regulariter remitti omnia, vel ferè omnia, ſi dolor pœnitentis ad omnia ſe extendat: quia confeſſarius ex circunſtantiis perſonæ, & temporis cognoſcit multitudinem illam confusè, juxta conſuetudinem ſimilium perſonarum. Sic Lugo *diſp.* 9. *n.* 56. *&* *diſp.* 14. *n.* 142. Cum quo etiam placet tunc agere de abſolutione neganda, vel differenda, ob defectum doloris, & propoſiti efficacis: qui defectus colligitur vel ex eo quod nolit reſtituere, vel facere id ad quod tenetur; vel ex eo, quod nolit relinquere occaſionem peccati, vel ex eo quod poſt alias confeſſiones, & repetitum propoſitum non extendatur. Sit ergo

QVÆSTIO XXXI.

An poſſit abſolvi pœnitens, qui ſtatim poteſt totum reſtituere, & non vult niſi per partes, ob aliquod emolumentum ſibi inde proveniens?

Negant Aragon. & Salonius 2. 2. *q.* 62. *art.* 8. Medina *de reſtitut. q.* 5. *dub.* 3. Corduba *in Summa, q.* 68. *part.* 2. *fol.* 176. Sotus *de juſtitia & jure lib.* 4. *q.* 7. *art.* 4. Sayrus *in clavi regia, lib.* 10. *tract.* 5. *cap.* 5. *dub.* 5. Molina *de juſtitia tract.* 2. *diſp.* 756. & Hurtado *de juſtitia diſp.* 8. *diff.* 7. quos omnes refert, & ſequi videtur Diana 3. *part. tract.* 6. *reſol.* 5.

Sed æquè probabiliter, reſpondeo: poſſe abſolvi dummodo dilatio non ſit valde nociva creditori, & confeſſor probabiliter credat, quod negata dilatione, & abſolutione, nunquam, vel non ita utiliter reſtituet, & denique pœnitens etiam bona fide moneat,

quod

quòd licitè hoc poſſit facere, & proponat ita reſtituere. Quia in hoc caſu confeſſarius veriſimiliter poteſt credere, quod creditor illo contentus foret, ſi ſciret conſcientiæ ſecretum debitoris. Bic Navarra *in Man.c.*17.*n.*65.& apud ipſum Angel.*verb.reſtit ult.* §.5.Hoſtienſ.& alij Summiſtæ, quos citat *n.*66.Sylveſt.*reſtit.*5.*q.*5.Petrus Navarra *lib.*4.*c.*4.*dub.*15.

Quæstio XXXII.

An qui eſt in occaſione peccandi poſſit abſolvi?

Reſpondeo, poſſe abſolvi eum qui eſt in occaſione ſolùm remota; non verò eum qui eſt in occaſione proxima, quam non vult deſerere. Prima pars conſtat, quia aliàs deberemus omnes de mundo exire juxta Paul.1.*Corinth.*5.cùm ferè in omnibus ſtatibus ſit occaſio remota peccati. Secunda verò etiam patet, quia qui vult manere in occaſione proxima peccandi, vult manere in periculo morali labendi, & conſequenter non videtur habere propoſitum efficax non peccandi: ergo non poteſt abſolvi. Sic omnes DD. cum quibus ut dicta, & dicenda bene intelligantur, notari opportet, occaſionem peccati duplicem eſſe: alteram proximam, & alteram remotam. Proximam dicunt aliqui eſſe illam qua non poſſumus, vel certè non poſſumus ſine difficultate uti abſque peccato. Vel ut alij clariùs, illam qua nunquam, vel ferè nunquam utitur homo, conſideratis circumſtantiis, abſque peccato novo, ut qui detinet concubinam domi, rarò vel nunquam deſinet cum illa peccare, oblata occaſione. Remotam verò eam quæ talis non eſt Videantur Navar.*c.*3. Suarez *diſp.*32. *ſect.* 2. Sanch. *lib.*1. *Sum.c.*8.Sancius *in ſelectis*, *diſp.* 12.Corduba *in Sum. q.*4.Lugo *diſp.*14.*ſect.* 19.Lopez 1. *part. inſtructor. conſc.c.*19.*&* 20. Trullench *in Decalog. lib.*5. *cap.*1. *dub.*9.*n.*3. Bauny *tract.*4.*de pœnit.q.*14.Graffius *lib.*1. *deciſ.c.*8.*n.*4. Thom. Hurtadus *tom.* 1. *Moral. reſol. tract.*1.*c.*1.*&* 2. & alij ſtatim *citandi*.

Quæstio XXXIII.

An poſſit abſolvi qui occaſionem dubiam peccandi non vult relinquere?

Reſpondeo negativè, quia voluntariè vult in peccato permanere, cùm ſe exponat periculo peccandi. Sic Cajet.*in Sum.verb.periculum*, ubi ſic ait: Periculo peccandi ſe exponere dupliciter evenit. Primò, faciendo ſcienter opus dubium, an ſit licitum, vel illicitum. Et hoc modo exponere ſe periculo peccandi, eſt peccatum. Et ſi agitur de licito, aut illicito mortaliter, eſt peccatum mortale. Sic Cajet & ſic ex illo Lopez *loc. cit.* 1.*part.c.*19.*pag.mihi* 107.Sanctius *in ſelectis diſp.*1. *n.* 24. & communis.

Quæstio XXXIV.

An poſſint abſolvi adoleſcentes, qui verſantur cum fœminis laborando, vel converſando, ſi ſæpe ex tali occaſione, conſenſu, tactibus, vel copula peccent mortaliter?

Negant Cajet.*loc.cit.*& Lopez *loc. cit. c.* 20. *pag. mihi* 112. Rodriguez 1.*part.Sum. cap.* 43. *pag. mihi* 134. Granados *tract.*10. *diſp.* 9. *n.* 21. & apud ipſum Ledeſma Trullench *loc.cit.n.*7.*pag.mihi* 91.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe abſolvi, licèt non proponant perpetuò abſtinere ab occaſione peccandi, quam id illis præbet: dummodo talis converſatio ſit cum fœminis, quæ in eadem domo cum ipſiſmet adoleſcentibus non cohabitent. Quia ſic non cenſetur illa occaſio proxima, ſed remota; nec enim ex tali occaſione ſemper, vel ferè ſemper ſolent homines peccare mortaliter; & aliùnde ad tollendam illam occaſionem, deberent pœnitentes in eremum abire, ut omni commercio cum fœminis liberi eſſent. Sic Navar.*c.*3.*n.*17.*fol.mihi* 22 & ex illo Lugo *diſp.*14.*n.*150.*pag.*255.Candidus *diſquiſ.* 24. *art.*27. *dubit.*9. Beja 1. *part.caſu* 39. & alij.

Quæstio XXXV.

An poſſit abſolvi concubinarius, uſquedum expellat concubinam quam domi ſua retinet?

Negant poſſe abſolvi, nec prima vice, quantumvis proponat concubinam expellere, niſi prius illam expellat, Margarita confeſſorum *tit.de ſcientia requiſita in Confeſſore, fol.mihi* 30.*col.*2.ubi ſic ait. Vt quis capax ſit abſolutionis, oportet quod à peccato recedat animo, & loco, maximè in peccatis carnalibus, & in peccatis iræ mortalis: nec ſufficit carnaliter affectis proponere ſeparationem voluntatis, & conſenſus, Quia morari cum fœminis, quibus carnaliter afficitur, & non cadere cum illis, ſaltem voluntate, majus eſt, quàm ſuſcitare mortuos, ſecundùm Barnardum. Et qui minus non poteſt, nec majus poterit. Et ſimiliter non ſufficit ſeparatio ſecundùm locum, quando non fit ſeparatio voluntatum in illicitis. Vnde ubicumque quis habeat concubinam, tanquam ſuam, cenſetur perſeverare in mortali, & tam abſolvens indignum, quàm ipſe indignus qui abſolvitur, novum ſacrilegij incurrunt crimen. Sic Dominicus Baltaſanus *in ſua Margarita*, quem etiam ſequuntur Ioannes Chapeavilla *de caſib.reſerv.in fine tit.de examine confeſſariorum*, ſic quæſtioni propoſitæ reſpondens. Cõcubinatius deteſtans concubinam, & proponens abſtinere propter Dei offenſam, debetne cenſeri eſſe contritus? *Non debet, niſi inſuper concubinam domo ejiciat.* Non ſufficit ergo à concubinatu abſtinere. *Non ſufficit: ſed ut diximus, neceſſum eſt concubinam, quæ eſt propinqua peccati occaſio, domo pellere: ſcriptum eſt enim, Qui amat periculum peribit in illo.* Hucuſque Chapeavilla. Et ſic etiam Rodriquea *in Sum. tom.* 1. *c.*49.(*nõ tom.*2.*c.*46.ut habet Sanc.)Navar.*c.*6.*n.*10. *fol.mihi* 64.& apud ipſum Palud. Sancius, Antonin, Sylveſter, & alij aſſerentes, nec una vice poſſe abſolvi concubinarium, donec expellat concubinam.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe licitè ſemel ac iterum abſolvi concubinatium, antequam ejiciat concubinam, dummodo denuò proponat confeſſario firmiter illam è domo ejicere (ſecus verò ſi ſæpius jam monitus domi ſuæ retinet, vel in alia domo cui liberè ad eam patet aditus.) Ratio eſt, quia ex ſecunda, imò & ex tertia, aut quarta promiſſione facta de rejicienda concubina, aut alia occaſione proxima, non ſumitur indicium grave de defectu diſpoſitioois pœnitentis: ergo licitè poteſt abſolvi. Sic Medina *lib.*2. *Sum.c.*11.*fol.*280.Cordub.*q.*4.*corol.*8. *fol.*27. licet contrarium ſenſerit *fol.* 21. Angel. *verb. confeſſ.*6. Tabiena *verb.concubinatus*, *num.*2. Suarez *diſp.* 32.*ſect.*3.*n.*3.Cajet. Armilla, & alij, quos citat, & ſequitur Sanc. *diſp.*10.*n.*4.*pag.mihi* 60. Candidus *loc.cit.dub.*5.*pag.*76.& apud ipſum Graffius *lib.*1.*deciſ.aur.c.*28. *n.*13.

Quæstio XXXVI.

An poſſit abſolvi concubinarius non ejecta è domo concubina, eo quòd nequeat abſque magno detrimento ſua vita, honeris, vel pecunia?

Negant Navar. *in Man. cap.* 3. *num.* 21. Suarez *diſp.*32. *ſect.*2. *in fine.* Reginaldus *lib.*8. *n.* 194

Graffius

Graſſis *1.part.deciſ.lib.1.c.28.num.23.* Corioſan. *de caſib.reſerv.1.part.ſect.1.fol.76.*& alij,docentes non poſſe abſolvi iterum abſque ejectione concubinæ,niſi aliàs aliqua emendatio appareat.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe abſolvi, imò & debere, toties quoties verè pœnituerint , & non ſolùm quando aliqua adeſt emendatio ; verùm etiam quando nullus apparet profectus,dummodo(ut diximus)talis cõcubinarius dolorem habeat de peccatis, & verum propoſitum de illis cavendis in futurũ,pro quo eſt advertendum,non eſſe moraliter impoſſibile (imò poſſibile ſanè)pœnitentem modò in cõfeſſione vel extra illam verè dolere de peccato,& proponere cavere,ſtatim verò poſt reditum ad domum occaſione inſtante mutare propoſitum. Hoc ergo ſuppoſito,

Probatur noſtra reſponſio: quia adhuc poſt experientiá illam nullius profectus,poteſt ſtare dolor verus, & propoſitum requiſitum,abſque voluntate auferendi occaſionem,cum tanto detrimento:ergo poteſt abſolvi pœnitens,nihil enim aliud requiritur,niſi confeſſio cum dolore, & propoſito. Antecedens probatur, tum ex prænotatis, tum etiam,quia ſicut prima vice potuit abſolvi(ut contrarij fatentur)eo quòd cum tanto detrimento non tenebatur auferre occaſionem illam , ſic propter idem detrimentum , quod perſeverat, excuſatur tempore ſequenti ab auferenda occaſione ; neque eſt unde orta fuerit gravis obligatio tunc auferendi occaſionem , quæ antea non eſſet:ergo ſi ante excuſabatur, excuſatur etiam nunc.

Secundò probatur , quia in hoc caſu non dicitur pœnitentem velle occaſionem peccandi , ſed tantùm illam permittere,ne damnum in vita,honore,aut pecunia incurrat : ergo abſolvi poteſt.Sic Vivaldus *de abſolution.n.89.* Sanctius *in ſelectis diſp.10.n.16. pag. mihi 66.* Diana *2.part.tract.16.reſol.47.*& noviſſimè, & doctiſſimè(ut ſolet)Lugo *diſp.14.n.152.& 156.& ſequent.* Hurtado *diſp.10.diff.13.* prope finem. Candidus *loc.cit.dub.7.* Bonacina *de Sacram. q.4. punct.14. n.11.§. Dixi regulariter*,Sà *v.abſolutio*, Ludov.de Vega,Layman , Navar.Graſſius, & alij, quos affert, & ſequitur Baunius *tr.4.q.14.* ubi ſic verbis Graſſij loquitur:Bene poteſt Confeſſarius abſolvere pœnitentem , qui firmiter non proponit , & ſtatuit peccati mortalis occaſiones propinquas evitare,concurrentibus quatuor circũſtantiis.Prima,quod ſit vera pœnitudo præteritorum.Secunda verum propoſitum nunquam redeundi ad illa.Tertia propoſitum ſemper cavendi, adjuvante Deo, ne peccet ob eam, cum in ea ſe invenerit.Quarta quod ſubſit aliqua notabilis cauſa nõ ſe abſtinẽdi.Hæc ex Graſſio Bauni,legatur *q.15.*

Qvæstio XXXVII.

An poſſit abſolvi filiusfamilias ,qui in domo Patris retinet concubinam,cum qua ſolet peccare ; illam tamen ipſe expellere non poteſt ?

NEgant,& conſequenter,Navar.Suarez,Reginaldus,Graſſis,& Coriolan.*loc.cit.*poſſe abſolvi,niſi ſemel,aut iterum, ſi aliàs aliqua non appareat emendatio.Negat & Lopez *in ſuo inſtruct.c.22.§. Tertium.*

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe abſolvi toties, quoties pœnituerit, adhuc concubina , ſeu ancilla domi permanente,ſi nequeat facilè, aut decenter illam ejicere.& firmiter proponat,ſe ampliùs non peccaturum,nec unquam ſe ſolum cum ſola converſaturum,ejuſque aſpectum pro viribus declinaturum.Ratio eſt, tum quia hoc non dicitur occaſio voluntaria reſpectu filiifamilias, qui non eſt ſui juris,ut ait Bonacina *de matrim.q.4 punct.24.n.13.* Tum etiam,quia nemo tenetur vitare occaſionẽ proximam peccandi cum magno detrimento, quod ſanè interveniret paternam domum deſerendo. Sic DD. pro noſtra ſententia nuper adducti, præcipuè Sanctius *diſp.10. 11. & 16.* Lugo *n.152.pag.255.* Bonacina *de matr. loc.cit.* qui etiam citat pro hac parte Graſſium,& Lopezium (ſed non ita bene.)Candidus *loc.cit.* Trullench *loc.cit. n.5.pag.91.*& alij , quibus adde Sà *v.abſolutio, n.13. aliàs 11.* Thom.Hurtad.*tract.1. c.6. reſol.18.* & alij apud Baunium *q.14. cit.fine.*

Qvæstio XXXVIII.

An poſſit abſolvi concubinarius , non rejecta è domo concubina,eo quòd famam amitteret, ſi concubinam expelleret ?

NEgant aliqui,quos ſequitur Lopez *3.part. Sum. c.22. notab.2.pag. mihi 122.*

Sed ex dictis probabiliùs reſpondeo,poſſe abſolvi ipſum, imò & ipſam, ſi eadem nota infamiæ incurreretur,aut ſi abſque gravi damno,aut ſcandalo eam ejicere non poſſet. Satis enim erit,ſi firmiter promittat ſe ampliùs non cum illa peccaturum,& ipſe ſolus cum ſola non locuturum , aut inventurum. Sic Sanctius *loc. cit. n.21.* Lugo *loc.cit.n.152.* Bonacina *loc.cit.* & Candidus *loc. cit. dubit.7.*

Qvæstio XXXIX.

An poſſit abſolvi non rejecta concubina, concubinarius,qui dicta fœmina dedit mutuò v.g. centum aureos,& credit illos eſſe amiſſurum, ſi domo illam expellat ?

NEgabunt DD.*ſuprà citati*, præcipuè Lopez.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe abſolvi ipſum, ſicut & ipſam fœminam caſu, quo non recuperaturus eſſet centum ſibi debitos,ſi illam è domo ejiceret , dummodo proponant ampliùs non peccare. Quia nemo tenetur vitare occaſionem proximã cum magno ſuo detrimento etiam temporali. Sic Sanctius *loc.cit.n.20.* Lugo *loc.cit.* Bonac.*de matr.q.4.punct.24.*

Qvæstio XL.

An poſſit abſolvi fœmina cum viro cohabitans, etiamſi non proponat domum ejus deſerere, caſu quo ſemel,aut iterum copulæ conſentiat, pluries verò reſiſtat ?

REſpondeo poſſe. Primò , quia ſemel, aut iterum corruiſſe,non eſt indicium ficti propoſiti , quod nunc in animo habet ulteriùs nõ peccandi. Secundò, quia non cenſetur illam eſſe occaſionem proximam in animo,quamvis ſit quantum ad locum;imò nec ſimul cohabitare,abſolutè,ſeu præciſè eſt cẽſendũ velut occaſio proxima,ut probat Sanct.*loc.cit.n.17.* Sic ipſe,& Bonac.*q.4.cit.pun.14.n.12.* Graſſius *lib.1.dec. c.28.n.13.* Candid.*diſq.24.art.27.dub.7.* Baun.*loc.cit.*

Qvæstio XLI.

An non rejecta concubina poſſit concubinarius abſolvi,ſi aliquo modo reincidendi periculum ceſſaverit ?

NEgat Chapeavilla *de caſib.reſerv.in examine cõfeſſor.qui habetur in fine libri,pag. mihi* 489. ubi huic quæſtioni, quam per ſequentia verba proponit, quod ſi ſenio,vel morbo,vel aliter factus eſt impotẽs, poteritne ſaltem illo caſu retenta domi concubina cenſeri contritus,ſic reſpondet. *Non poterit,quia aliis adhuc eſt ſcandalo,à quo abſtinere debet* (rurſus quærit)

quid

Digitized by Google

quid ſi occultus ſit concubinarius,& nemini ſit ſcandalo ? *Nec tunc* (reſpondet) *cenſeri debebit contritus: nam etſi propter impotentiam ab actu carnali abſtineat, & alteri non ſit ſcandalo, habet tamen apud ſe occaſionē mente peccandi, quā à ſe quoque amovere debet.* Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe abſolvi, quia ubi non eſt periculum proximum, abeſt occaſio proxima cadendi. Vnde ſi concubina deformis jam facta eſt, aut denuo inter eos ſuborta eſt cognatio, quā ab ipſis contemni credi non debet, aut nova alia interſunt obſtacula, ut morbus, ſenectus, &c. optimè poterit confeſſarius prædictum concubinarium abſolvere, non ejecta concubina, dummodo firmiter doleat de præteritis, & abſtinere in futurum proponat. Sic Graffis 1.*part.deciſ.lib.*1.*c.*28.*n.*9.Lopez 1.*part. c.*21.*in principio, pag.mihi* 117. Antonius Fernandez *docum.*6.quos omnes citat, & ſequitur Sancius *diſp.* 10.*n.*12.Candidus *loc.cit.dubit.*2.& alij. Nec credo Chapeavillā eſſe huic noſtræ reſponſioni contrariū, cum ipſe loquatur caſu, quo ſemper permaneat proxima occaſio mente peccandi, de quo jam dicam.

QVÆSTIO XLII.

An poſſit abſolvi pœnitens, qui fœminam domi ſecum habitantem ſæpè concupiſcit?

NEgant abſolutè Navar Chapeavilla,& Graffis, quos citat,& ſequitur Sancius *loc.cit.n.*13.caſu quo jam ter, vel quater admonitus à confeſſario, à prædictis pravis deſideriis non deſiſtat. Quia deſideria iſta ſunt peccata mortalia ex præſentia fœminæ occaſionem ſumentia: tenebitur ergo talem occaſionem vitare, ac proinde abigere talem fœminam.

Sed clariùs reſpondeo, non poſſe abſolvi, ſi jam admonitus ſæpè in confeſſionibus, à deſideriis pravis non deſiſtat (ut optimè Doctores *citati*) niſi aliàs ex ejectione fœminæ aliquod ſcādalum, gravis infamia, aut magnum detrimentum ſpirituale, vel temporale pœnitenti proveniat; nam tunc etiam retenta fœmina poteſt abſolvi, ſi cum dolore, & propoſito firmiori non peccandi accedat, quod ex dictis patet. Et docet noviſſimè Thom.Hurtadus *tom.*1. *tract.*5. *c.*6. *reſol.*23.& Stephanus Baunius *tract.*4.*de pœnit.q.*15. *verſ. Quod ſi ex turpi*, ubi ita noſtræ quæſtioni reſpondet: Si cauſa ei juſta nulla ſubeſt frequentandæ prædictæ mulieris, quia ſine ſuo magno incommodo privari ea poteſt, ſiue abſolutione remittendum eſſe; quia hujuſmodi familiaritas, uſus, ac congreſſus cum ea ferè continuus, occaſionis proximæ rationem habet, cum qua abſolvi nemo poteſt, niſi ejus retinendæ cauſam aliquam utilem, aut honeſtam habeat, proponatque ſibi cum ea commercij turpis, ac prohibiti amodò futurum nihil. Hucuſque Baunius.

QVÆSTIO XLIII.

An poſſit abſolvi concubinarius, qui iam nihil habet cum concubina, ſed ſolùm præbet ſcandalum ex ſecum cohabitatione, vel frequenti viſitatione?

REſpondeo non poſſe, quia tenetur vitare ſcandalum etiam unius perſonæ, & ideo ejicere domo concubinam, aut eam non inviſere, ſi hoc ſine gravi damno fieri poſſit. Idemque dicendum eſt de his quos populus credit eſſe concubinarios, licèt non ſint, donec veritas publicetur. Quia non ſolùm ab omni malo, ſed etiam ab omni mali ſpecie cavendum eſt, juxta Apoſt.1.*ad Theſſal.*5.Sic Navarrus *cap.* 16. *n.*20 Sylveſt.*v.concubinarius,q.*2.Graffis 1.*part.c.*28. *n.*8.Bonacina *q.*4.*de matrim. n.* 12. Sancius *diſp.* 10. *n.*2.Villalobos *tract.*11.*diff.*25.*n.*4.Candidus *loc.cit. dub* 6.*pag.*76.Baunius *tr.*4. *q.*15. *verſu ab hac quæſt.* & Thom. Hurtadus *tr.* 1.*c.*7. *reſol.*24. Qui bene advertit, id eſſe intelligendum quando ſine gravi damno vitare poteſt ſcandalum: nam ſi vitare ſic nequit, jam eſt involuntariè permiſſum, & non intentum, juxta D.Thom.1.2.*q.*38.*art.*4.

QVÆSTIO XLIV.

An poſſit abſolvi pœnitens, qui adhuc poſt repetitam monitionem modò cum una, modò cum altera fornicatur?

REſpondeo poſſe toties quoties ad confeſſionem cum dolore,& propoſito non peccandi accedat, dummodo nullam fœminam domi, vel alibi retineat, aut alat. Sic Bonacina *loc.cit. n.*16.Sà *verb.abſolutio, n.*12.Lublinus *verb. abſolutio, n.*19. *pag.* 15. Trullench *loc.cit. n.*12.*pag.*92.

QVÆSTIO XLV.

An poſſit abſolvi pœnitens, qui ex carnis fragilitate ſæpius in mollitiem incidit?

REſpondeo poſſe, quia hujuſmodi occaſio, licèt adeo proxima, eſt talis conditionis, ut nullo modo auferri poſſit, cum ſit fundata in propria carne,& natura pœnitentis. Sic Bonacina *q.*4.*de matrim.pun.* 4.*n.*13.Lugo *diſp.*14.*n.*159.Candidus *loc.cit.dubit.*8. & ante eos Henriq.*lib.*4.*c.*24.*n.*4.Granados *contr.*7. *tr.*10.*diſp.*9.*n.*18.Trullench *loc.cit.q.*13.& alij apud ipſos, & noviſſimè Thom.Hurtad.*tom.*1.*tract.*1.*c.*1. *n.*6.& Bauny *tract.*4. *q.*15. *pag.*96. qui hoc probat.

QVÆSTIO XLVI.

An poſſit abſolvi confeſſarius, qui ex devotione excipit confeſſiones, in quibus audiendis crebrò voluntariè polluitur?

AFfirmat Ioſephus ab Otto *in ſpeculo Parochor. c.*10. *n.*33. & Caſtro Palao apud Dianam *ubi infrà*, docentes poſſe talē confeſſarium abſolvi, dummodo cū dolore,& propoſito non peccandi accedat.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe abſolvi, niſi etiam cum propoſito ſe retrahendi ab audiendis confeſſionibus accedat, niſi aliàs ex tali abſtractione ſcādalum, aut aliud grave damnum illi proveniret, quia reveta tunc poſſet abſolvi. Ratio eſt, quia aliàs ſine cauſa remaneret in periculo,& in occaſione proxima peccandi. Sic meus Navarrus *c.*3. *n.*26.*pag. mihi* 23. per hæc verba. Idem eſt dicendum de confeſſario, qui quoties audit confeſſionem certæ cujuſdam perſonæ peccat,& de pœnitente, qui idem facit quoties confitetur certo cuidam confeſſario conſueto,& non poſſunt communicare ſine aliqua magna nota, poterunt enim abſolvi ſine mutatione, concurrentibus quatuor prædictis, id eſt dolore, & propoſito, &c. Sic Navar. Sic etiam Dian.4.*p.tract.*4.*reſol.*165.*&* 3.*part.tr.*5. *reſol.*22.Villalobos *part.*2.*tract.*40.*diff.*16.*n.*5.Trullench *loc.cit.n.*8. *pag.*91.& Thom.Hurt. *loc.cit.c.*5. *reſol.*5.*n.*58. per verba mox adducenda.

QVÆSTIO XLVII.

An ſaltem ſi confeſſarius ſit Parochus, poſſit in prædicto caſu abſolutè abſolvi?

NEgat adhuc Diana 3.*part.tr.*5. *reſol.*3. & apud ipſum Villalobos, Megala,& alij ſtatim *citandi.*

Sed

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, ſi pœniteat, & proponat ampliùs in eas delectationes non conſentire, quia non tenetur à ſuo officio vacare. Sic Navarrus Caſtro palao, & Ioſephus ab Ortu *loc. cit.* Sancius *diſp.* 21. *n.* 9. & alij, quos ſequitur Thom. Hurtad. *loc. cit. n.* 58. ita explicans Toletum, dicens: Sed hoc ultimum, quod teneatur auferre occaſiones, *ſi eſt periculum complacentia*, intelligi debet niſi ratione officij, quia Parochus eſt, teneatur eas audire, aut aliàs ſi non eſt Parochus, eſt tamen ita publicus confeſſor, ut ſi non confeſſiones audiat, ſequatur ſcandalum, aut notabile damnum in fama, honore, aut pecuniis, aut alia neceſſitas urgens adſit; tunc enim occaſio fit involuntaria, & non tenetur eam vitare, quamvis ſit periculum prozimum conſenſus. Sic ille.

QVÆSTIO XLVIII.

An poſſint abſolvi medicus, vel chirurgus, qui in medendis fœminis ſæpè peccant, ſi propoſitum ceſſandi à curatione non habeant?

NEgat Diana *loc. nuper cit.* referens pro ſe Villalobos *tom.* 1. *tract.* 40. *diff.* 16. Leonem *de offic. confeſſ. part.* 1. *recollect.* 20. *n.* 73. Megalam 1. *part. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 3. & Ioan. de la Cruz *in Sum. part.* 1. *prac.* 6. *art.* 8. *dub.* 10. (*alias* 9.) *concl.* 2. Negat etiam (ad minus ex parte) Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 45. *à n.* 6. & alij apud ipſum Trullench *loco citat. n.* 8. *pag.* 91. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe abſolvi, quantumvis nequeant ſuum deſerere officium, dummodo pœniteant, & proponant ampliùs non conſentire. Patet ez dictis. Sic Navar. *in man. c.* 3. *n.* 26. dicens: Idem dicendum eſt (hoc eſt, quod poteſt abſolvi) de viro fundente clyſteres mulieribus, & de fœmina eoſdem fundente viris, & de Chirurgo, & Medico, qui medendis pulchris fœminis in locis ſecretioribus ſæpè peccarunt, ſaltem moroſis delectationibus, & libidinoſis, ac depravatis voluptatibus. Ita Navar. & ſic poſt illum Sancius *diſp.* 21. *n.* 9. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 1. *diſp.* 2. *punct.* 9. §. 3. *n.* 11. *&* 13. Ioſephus ab Ortu *loc. cit.* Cajet. Curduba, & Caſtro apud eundem Sanchez, qui ex parte eos abſque dubio ſequitur, ſic enim ait *n.* 6. *cit.* Huic autem periculo licitè quis ſe exponet ob cauſam valde urgentem, proponens firmiter ſe conſenſurum, ut gratià medendi fœminæ, ubi alius deeſt Medicus, quia amans periculum minimè dicitur, qui neceſſitate compulſus, in illud ſe conjicit, & de divina miſericordia confidere meritò poterit, fore ut majus ſibi auxilium impendat, quo à lapſu caveat. Sic Sanchez, Bauny *tract.* 4. *q.* 14. *fine*, & Thom. Hurtado *loc. cit.*

QVÆSTIO XLIX.

An pœnitens qui ſæpius abſolutus relabitur in periurium, malitiam, aut alia peccata, quorum occaſionem nullo modo, aut vix expellere quit, poßit abſolvi, non obſtante conſuetudine præterita?

NEgativam ſententiam docere Azorium *ubi infrà*, ait Diana 1. *part. tract.* 7. *reſol.* 55. (ſed malè, ut ſtatim videbimus. Vnde meliùs poſſet citare pro hac parte Petrum de Ledeſma *tom.* 2. *ſua Sum. tract.* 1. *c.* 9. Merinum *lib.* 1. *Sum. c.* 14. §. 2. Lopez 1. *part. inſtr. c.* 25. (*non* 181. ut ego apud meum Sanchez habeo) §. 2. *dicimus, &* §. *tertiò recole.* Rodriguez 1. *tom. Sum. c.* 24. *n.* 5. & alios quoſdam.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, ſi Sacerdos hîc & nunc judicat, pœnitentem habere verum dolorem, & propoſitum non peccandi. Quia diſpoſitio ſufficiens ad recipiendum Sacramentum, ſolùm eſt dolor, & propoſitum præſens, non emendatio futura: ergo optimè poterit abſolvi, etiamſi judicetur relapſurus. Secus dicendum erit, ſi Sacerdos hîc, & nunc attenta conſuetudine peccandi, judicat pœnitentem non habere verum dolorem, & propoſitum, quantumcunque pœnitẽs dicat ſe dolere, quia ſi Sacerdos id nõ credit, non habet ſufficiens requiſitum ad conferendam abſolutionem. Sic Henriquez *lib.* 4. *c.* 24. *n.* 4. Suarez, Reginald. & Sanchez, quos refert, & ſequitur Granad. *loc. cit.* Lugo *diſp.* 14. *n.* 166. Azor *tom.* 1. *lib.* 11. *c.* 3. *q.* 4. ubi ait: *Homo qui pravam habet conſuetudinem jurandi, ſi ter, quaterve, ac ſæpius admonitus nihil in ea re ſtudij, & opera poſuerit, etſi abſolutio ſimpliciter deneganda non eſt, videtur tamen ad tempus differenda, ne opere aliquid interim in id conferat, niſi juſta alioqui cauſa ſubſit, quâ ſtatim à peccatis abſolvi debeat, poſſunt enim juſta cauſa ſubeſſe.* Sic Azor: lege Baunium *tr.* 4. *quæſt.* 15.

QVÆSTIO L.

An ſaltem quando occaſio proxima tolli non poteſt propter ſcandalum, aut grave detrimentum, &c. poßit confeſſarius differre abſolutionem per aliquod tempus?

NEgat poſſe confeſſarium differre abſolutionem pœnitenti, aut non abſolvere ſtatim illum, ſi habeat verum dolorem & propoſitum, Ioan. Sancius *diſp.* 9. *n.* 6. *&* 23. cujus opinionem cum maxima laude refert Diana 1. *part. tract.* 7. *reſol.* 55. licèt ipſe approbare timeat. Approbant tamen nonnulli alij DD. inter quos citantur Moure, Henriquez, Sylveſt. & Navarr. apud Thomam Hurtadum *ubi infrà*, & quidem probabiliter; quia ſi nihil deeſt pœnitenti, ut ſtatim abſolvi poſſit, ad id confeſſarius tenebitur.

Affirmant verò abſolutè è contra, poſſe Confeſſarium etiam per menſem differre abſolutionem pœnitenti aſſuero peccato, ad melius probandum, & confirmandum propoſitum, & dolorem quem afferre dicit, Suarez hîc *diſp.* 30. *ſect.* 2. *&* *tom.* 2. *de Relig. lib.* 3. *c.* 8. *in fine*, Henriquez *lib.* 4. *c.* 24. (non 14. ut ego apud Dianam habeo) *n.* 4. *pag. mihi* 190. Reginald. *lib.* 18. *n.* 87. Sayrus *in ſua Clavi Regia, lib.* 5. *c.* 5. *n.* 8. Sanchez *in ſum. lib.* 2. *c.* 32. *n.* 45. *&* *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 28. Petrus de Ledeſma 1. *tom. ſum. tract.* 1. *c.* 9. *in fine*, Toletus *lib.* 3. *c.* 18. *n.* 6. Villalobos *tract.* 11. *diff.* 14. Sa *verbo Abſolutio, n.* 12. *aliàs* 13. (non 14. ut habet apud meum Dianam,) Lopez, Medina, & Rodriguez apud Sanchez *loc. cit.* & alij communiter, quos ſequitur Thom. Hurtad. *tract.* 1. *reſol. Moral. c.* 6. *reſol.* 21. *à num.* 206.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo, poſſe quidem aliquando Confeſſarium differre abſolutionem pœnitenti, licèt ille aliàs credat, tunc eſſe verè diſpoſitum ad illam, aliquando verò minimè poſſe, ſed teneri ſtatim illi abſolutionem præbere.

Hujus reſponſionis prima pars probatur à Lugo ſic. Primò, quia licèt pœnitens legitimè diſpoſitus, confeſſione facta, habeat jus ad ſententiam, & abſolutionem, non tamen habet jus ad hoc, ut ſtatim proferatur ſententia; poteſt enim judex arbitrari, quomodo, & quãdo debeat utiliùs proferri ſententia.

Secundò id probat à priori. Quia confeſſarius non ſolùm eſt judex, ſed etiam medicus: ergo in proferenda abſolutione, licèt principaliter exerceat munus judicis abſolventis pœnitentem diſpoſitum, debet tamen curare, ut medicus in ipſa abſolutione curationem pœnitentis abſolvendo eo modo qui magis cedat in utilitatem, & remedium ægroti; ad utrumque enim habet jus confeſſarius: ergo quando cõfeſſarius

judicat

Iudicat expedire dilationem abſolutionis ad hoc, ut pœnitens reddatur magis cautus, & confirmetur in propoſito non peccandi, nec ita facilè poſtea relabatur, poterit certè, & debebit aliquando, ut medicus, hoc remedium pœnitenti adhibere, nec poteſt ægrotus rationabiliter conqueri adverſus medicum, cui ſe in hoc Sacramento curandum tradidit. Sic Lugo *diſput.* 14. *num.* 169. & ſic omnes Authores ſecundæ ſententiæ, & communis.

Secunda verò pars clariùs conſtat. Nam non poteſt licitè differre abſolutionem caſu, quo pœnitens ſit ſufficienter diſpoſitus, & ex dilatione timetur potiùs damnum ſpirituale, quàm ſperetur utilitas pœnitentis, utputa, quod tædio affectus non redibit, vel in deſperationis actus habenas vitij laxabit. Sic Lug. *loc. cit. n.* 168. & ante illum Azor *loco* nuper *citato*, Sanch. *loco etiam cit. n.* 45. *in fine*, ubi ſic ait: Tertiò dico, an ſit conſilium differre abſolutionem, pendere ex confeſſaris prudencia: ſi enim pœnitens id non multum ægrè ferat, & ſperetur non ob id retrahendum à confeſſione, ſed potiùs id fore medicinam, erit conſilium differre abſolutionem, maiori ſuauitate puſſibili adhibita. Si autem oppoſitum ſperetur, non erit conſilium, niſi quãdo ille his blaſphemiis ingens præberet ſcandalum, & ita confeſſarius iudicaret, poſtponendum priuatum illius ſolatium, & ad gloriam divinam expedire, illum non abſolvi, donec ſcandalu publico ſatisfaciat, intendendu vitæ emendam. Hucuſque Thomas Sanchez.

Qvæstio. LI.

An poſsit abſolvi pœnitens firmiter proponens denuò reſtituere, ſi ſemel, & iterum promiſsioni de reſtituendo confeſſori datæ non ſtetit?

NEgant Gutierr. *qq. Canon. c.* 40. poſſe iterum abſolui donec reſtituat. Negat etiam Lopez 1. *p. c.* 20. *§. item*, dicens, ſolùm poſſe bis.

Sed mitiùs reſpondeo, poſſe abſolui non ſolùm ſemel & iterum antequam ſoluat, ſed vſque ter vel quater, non ampliùs. Sic Sanctius *diſp.* 10. *n.* 14. Granados *controu.* 7. *tract.* 10. *diſp.* 9. *n.* 17. & alij: quod intelligendum eſt caſu quo pœnitens firmiter in hac vltima confeſſione proponat ſtatim illum eſſe reſtituturum. Lege Thomam Hurtad. *tom.* 1. *tr.* 1. *c.* 5. *reſol.* 5.

Qvæstio LII.

An poſsint abſolvi fœminæ crebrò comedentes ſalem, carbones, terram, ſaccarum, & ſimilia?

REſpondeo non poſſe, ſi dicta & ſimilia in magna quantitate comedant; niſi alias verè promittant ab illis abſtenturas fore. Quia illa maximum nocumentum inferunt ſaluti. Secus dicendum puto, ſi bis, aut ter modicum quid illarum rerum acciperent, cum in hoc ſolùm committerent culpam venialem. Quod idem à fortiori eſt affirmandum, ſi fœminæ prægnantes ſint: nam has nec venialiter peccaturas exiſtimo, cum parum veneni non noceat, & ſi quid noceat, exiguum illud nocumentum ſalutis acceptari licitè poteſt, ob bonum aliquod honeſtum: abortire namque ſolent huiuſmodi fœminæ, niſi earum appetitui ſuccurratur. Sic Sanctius *diſp.* 2. *n.* 15. qui citat Lopezium 2. *tom. inſtruct. cap.* 108. *de ieiunio, fol.* 690. Sed ego apud meum Lopezium nec locum, nec ſententiam hanc inuenire potui; nam *vltimum caput tom.* 2. *eſt* 107. *& pag. vlt.* 678.

Qvæstio LIII.

An poſsit abſolvi pœnitens, qui non eſt paratus abſtinere ab eſu rerum calidarum, ingerentium ſibi graves tentationes carnis, ad peccati conſenſum impellentes?

NEgat Fagund. *de* 3. *prac. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 13. *& lib.* 6. *in Decal. c.* 9. *n.* 34. niſi in caſu, quo alios cibos pœnitens non habeat, præter illos, vnde pollutio ſolet illi mortaliter contingere; aut ſi habeat, ſunt tamen tales, ob quos dolorem capitis acerbum, aut ægritudinem contrahat. Sic ille, qui pro hac parte refert Sot *in* 4. *diſt.* 12. *art.* 7. Tolet *lib.* 5. *c.* 12. & Leſſ. *tom.* 1. *lib* 4. *c.* 3. *dub.* 14. *n.* 93. *&* 100. & Sylueſtrum *verb. pollutio, num.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe abſolui, quia non tenetur quis, ſaltem ſub mortali, vitare cauſam per accidens influentem in tentationes, etiamſi ex illis aliquando pollutio ſequatur. Sic Nauar. *c.* 3. *num.* 15. Sà *verb. Luxuria, n.* 11. Qui vterque bene aduertit, id intelligendum eſſe de illo pœnitente, qui non comedit ſic in hunc malum finem; nam ſi comederet in eum, illud eſſet in ſe peccatum mortale; & conſequenter eſſet neceſſe ſtatuere, nunquam ſe illis vſurum. Sic etiam Leſſ. *loc. cit. n.* 100. *&* 101. Ioan. de Cruce *prac.* 6. *art.* 8. *dub. mihi* 10. Dianæ 9.) *concl.* 2. *verſ. Dico* 3. Villalobos *in ſum. tract.* 40. *diff.* 16. *n.* 6. Diana 3. *parte, tract.* 5. *reſol.* 12. Lopez 1. *part. c.* 23. *pag. mihi* 127. *& c.* 74. *§. addimus.* Latè Sanch. *lib.* 9. *de matrimon. diſput.* 45. quaſi per totam, ſed clariùs *n.* 16. *&* 17. & alij, quos ipſe refert. Trullench *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 9. *num.* 11. *pag.* 92.

Qvæstio LIV.

An poſsit abſolvi Concubina, quæ nolit omittere voluntatem viſitandi ſuum concubinum ægrotantem, ſine animo tamen peccandi de cætero cum illo?

REſpondeo negatiuè. Sic Nauarrus *cap.* 4. *n.* 29. per hæc verba: Non poteſt abſolui Concubina nolens omittere occaſionem, & voluntatem viſitandi ſuum concubinum ægrotantem, & tenendi, aut porrigendi ei candelam in agone mortis, ſi ſciebatur eius eſſe concubinam, quia eſt occaſio, quæ in ſe eſt peccatum, ob ſcandalum, quod datur: imò neque ſi neſciebatur, niſi concurrerent illa quatuor, quæ diximus debere concurrere, *n.* 15. quẽ concurſum equidem non crederem interuenire, niſi illa conciperet propoſitum adhortandi eum, ſaltem generatim, & ſincerè ad pœnitentiam peccatorum præteritorum, vt eorum memoria per præſentiam renouata ſit potiùs theriaca, quàm aconitum. Nam tunc quia ceſſat ratio prohibitionis, ceſſaret quoque prohibitio, *c. cùm ceſſante, de appellation.* Hucuſque doctus Nauarrus, quem ſequitur ſuus æmulus (licèt in vanum) Lopez 2. *parte inſtruct. cap.* 22. *in fine, pag. mihi* 110.

Qvæstio LV.

An poſsit abſolvi Hoſpita, ſine propoſito non recipiendi Hoſpitem, quo cum pluries peccavit, quando abſque magno ſcandalo, aut detrimento non poſſet eum ab hoſpitio ſuo prohibere?

NEgat Lopez *loco* nuper *cit.* & negare debent Authores adducti pro prima ſententia, *q.* 33.

Sed probabilius reſpondeo poſſe abſolvi, dummodo promittat, ac proponat, nunquam ſe ſolam cum eo ſolo in aliquo cubiculo ſeparato verſaturam, & dicat,

ſe præteriti ex animo pœnitere, etiam confeſſam fuiſſe, propoſuiſſéque, nunquam ſe ampliùs cum eo peccaturam. Sic Navar. *loc. cit. n.* 20. & alij DD. *citati vbi ſuprà.* Quibus adde Stephanum Baunium *tract.* 4. *de pœnit. q.* 14. ſic dicentem: Sequitur ex dictis, abſolvi poſſe fœminam, quæ domi ſuæ virum excipit, cum quo ſæpè peccat, ſi eum honeſtè inde non poteſt eiicere, aut cauſam habet eum retinendi, dummodo firmiter proponat, ſe cum eo ampliùs non peccaturam. Beia & Nauar. *loc. cit.* Hæc ille. Et noviſſimè Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 5. *reſol.* 12. *n.* 92. & 93. quia (inquit) ipſa hoſpita non tenetur diuerſorium dimittere, maximè ſi ſit proprium, aut per annos conductum, & ſi nō habeat alium modum viuendi. Sic Hurtadus. Vbi ad hanc aliam concernentem difficultatem, nempe, *An etiam debeat abſolui Hoſpita, quæ in domo ſua habet ſeruas, quæ Hoſpitibus inſeruiunt, ſternunt lectulos, verrunt cubicula, &c. & ferè ſemper ſe commiſcent cum illis?* Sic reſpondet, quod aut hoſpita poteſt ſine ſuo notabili incommodo, & detrimento alias ſeruas habere, quæ dicta opera faciant ſine ſcandalo, & peccato, & tunc non debet abſolvi, quouſque eas quæ malæ vitæ ſunt, ejiciat. Quod ſi id non poſſit facere ſine notabili incommodo, & documento, quia videlicet ad ſuum hoſpitium hoſpites non venirent, tunc non tenetur eas dimittere, ſed occaſiones illæ & ſcandala ſibi erunt inuoluntaria, & permiſſa, dummodo Hoſpita has mulierculas non ſoliciter, vt peccando alliciant hoſpites, quia ſi hoc faciat, nequaquam abſolui debet, quouſque proponat omittere hanc ſollicitationem. Hurtad. *n.* 94. Qui *n.* 95. loquendo de ipſiſmet ancillis ait, nullo modo eſſe abſolvendas, niſi officium meretricum, ſi tales ſunt, relinquant. Quod ſi meretrices non ſint, ſed hoſpitium ingrediantur animo ſeruiendi, non meretricandi, tunc ſi ſine notabili incommodo, aut ſcandalo, aut quia conſanguinea eſt hoſpitæ, aut quia ab ineunte ætate cum ea commoratur, aut quia parentes eius ibi eam poſuerunt, vt communiter dicitur, *à ſoldada,* exiſtimo poſſe abſolvi, etiamſi occaſiones peccandi non amittant: fiunt enim ob relatas cauſas, & motiva inuoluntariæ occaſiones. Sic ille.

Qvæstio LVI.

An poſsit abſolvi pœnitens, qui licèt proponat, ſe ampliùs non peccare, credit tamen, propter conſuetudinem peccandi, quam habet, ſe propoſito non ſtaturum, ſed potiùs peccaturum?

RΕſpondeo: poſſe, quia ad contritionem habendam ſufficit de præteritis dolere, & nolle ampliùs peccare, & proponere id ope divina efficere. Sic Navar. *cap.* 1. *n.* 13. & *c.* 26. *n.* 3. Victor. *n.* 197. Sà *verb. Abſolutio, n.* 12. Sanctius *in ſelectis, diſp.* 9. *n.* 14. Ægidius *diſp.* 2. *dub.* 6. *n.* 39. & Lugo *diſp.* 14. *n.* 166.

Qvæstio LVII.

An poſsit abſolvi pœnitens, qui contrariam opinionem confeſſoris ſequitur?

NEgant poſſe abſolvi à Confeſſario non proprio, licèt à proprio paſtore abſolvi poſſit, Conradus *tract.* 7. *de contract. p.* 10. *concl.* 3. D. Anton. 3. *p. tit.* 17. *c.* 20. §. 2. Angel. *confeſſ.* 4. *n.* 13. & Sylveſt. *confeſſ.* 3. *quæſt.* 7. Quos omnes refert Sanchez *lib.* 2. *Decalog. cap.* 9 *num.* 27.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, ab utroque Cōfeſſario, tā proprio, quàm non proprio, abſolvi poſſe, quia pœnitens non redditur abſolutione indignus, ex eo quod nolit opinionem ſequi confeſſoris, cùm licitum ſit pœnitenti opinionem probabilem ſequi: ergo ab utroque poteſt audiri, & abſolvi. Sic Sanch. *loc. cit. n.* 28. & apud ipſum Victoria *n.* 177. Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. *ad* 5. Navarrus *in man. c.* 29. *n.* 4. Ledeſm. 2. *parte* 4 *q.* 8. *art.* 4. *dub.* 6. Henriq. *lib.* 6. *c.* 16. *num.* 5. Azor *tom.* 1. *lib.* 2. *c.* 57. *q.* 50. Suarez *tom.* 4. *diſput.* 32. *ſect.* 5. Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 19. *art.* 6. *diſput.* 60. *cap.* 7. *num.* 39. & 40. & alij quamplures, & eſt communis.

Qvæstio LVIII.

An non ſolùm poſsit, verùm etiam uterque Confeſſarius teneatur in prædicto caſu pœnitentem abſolvere?

NEgant teneri non proprium, ſed ſolum proprium teneri, Polancus *in directorio, cap.* 1. §. *de prudentia Confeſſ.* & Medina *C. de Confeſſ. q. de Confeſſ. dimidiata iteranda.* Sic etiam Sot. quem refert, & ſequitur Lopez 1. *p. c.* 25. *in fine, pag.* 137. caſu ſolùm, quo Sacerdos non incœperit audire, aut acceptauerit audire pœnitentem. Favent denique huic ſententiæ Emmanuel Rodriguez 1. *tom. ſummæ, c.* 62. *n.* 15. *pag. mihi* 196. & Emmanuel Sà *verb. abſolutio, num. mihi* 15. *aliàs* 16. & 17. quatenus abſolutè, de vtroque confeſſario loquendo, ſolùm poſſe abſolvere, non tamen teneri, affirmant. Sic enim ait Sà: Abſolvi poteſt, qui contrariam opinioni confeſſoris opinionem ſequitur, ſed probabilem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, vtrumque Confeſſarium teneri abſoluere, poſtquam confeſſionem audiuit. Quia licèt ante confeſſionem auditam, alter ſit neceſſarius, alter verò miniſter voluntarius; at confeſſione audita, vterque tenetur ex ipſa Sacramenti inſtitutione, ac confeſſoris officio pœnitentem benè diſpoſitum abſoluere: ergo. Sic Sanch. *loc. cit. n.* 29. & apud ipſum Victor. Sot. Ledeſma, Henriq. Azor, Suar. & Vaſq. *loc. cit.* Sic etiam Monteſinos 1. 2. *q.* 3. *diſp.* 29. *n.* 198. Baſilius *de matrim. lib.* 4. *c.* 25. *num.* 8. Valentia, Syluius, Nugnus, Ægidius, Villalobos, & alij, quos refert, & ſequitur Diana 2. *part. tract.* 13. *reſol.* 15. Sanctius *diſput.* 33. *num.* 54. *pag.* 186. Qui & citat pro hac parte alios quamplurimos, inter quos ſunt Conradus, Angelus, Sylveſter, & D. Anton. Quos omnes alter Sanchez pro contraria omnino citat, vt vidimus *quæſt. antecedenti,* & quidem meliùs, vt colligitur ex Navar. *loc. cit.* Sic etiam Bauny *tr.* 4. *de pœnit. quæſt.* 13. *aſſert.* 2. & 3.

Qvæstio LIX.

An non ſolùm Confeſſarius proprius, verùm etiam non proprius, teneatur ſub mortali abſolvere pœnitentem habentem pro ſe opinionem probabilem?

NEgaot teneri confeſſarium non proprium, abſoluere tunc pœnitentem, ſub pœna peccati mortalis, ſed venialis tantùm, Vaſquez *in* 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 62. *cap.* 7. Monteſinos *loc. cit. n.* 199. (non 159. vt habet Diana) Salas *in* 1. 2. *q.* 11. *tract.* 8. *diſput. unica, ſect.* 9. *à n.* 82. Sayrus in Claui Regia *lib.* 5. *cap.* 13. *à num.* 23. Favent etiam huic modo dicendi, Sanchez *loco citato,* docens tantum teneri ſub veniali abſolvere, caſu ſolùm, quo confeſſio eſſet nimis breuis, aut de ſolis venialibua. Et Suarez *loc. cit.* quatenus docet, non ſemper teneri ſub mortali, præſertim ſi nullum intercedat ſcandalum, & pœnitens facilè poſſit illud incommodum reſarcire.

Sed probabiliùa reſpondeo, etiam confeſſarium non proprium teneri ſub mortali tunc abſoluere pœnitentem

Digitized by Google

nitentem, ſi de mortalibus confeſſionem fecerit: quia certè onus graue eſſet obligare ſine cauſa pœnitentem alij confeſſario ſua detegere mortalia crimina. Sic Sanctius & Diana, Granadus *contrō.7. tract.* 10. *diſp.9.n.*15.*&* 16.*pag.*1306. ſecus eſſet dicendum, ſi pœnitens ſolùm venialia confiteretur, quia tunc venialiter tantum delinqueret confeſſarius.

QVÆSTIO LX.

An audiendus ſit à confeſſore, qui nullatenus examinauit conſcientiam ſuam?

AFfirmatiuam partem ſatis clarè videtur tenere praxis; cùm vix vnus pœnitens remittatur ad examen iterum faciendum.

Sed certiſſimè reſpondeo, non eſſe vllo modo audiendum, loquendo regulariter. Quia ex Concilio Trid. conſtat, examen præmitti debere à pœnitente, vt confeſſio rectè fieri poſſit. Sic enim ait *ſeſſ.*14. *c.*5. *conſtat nihil aliud in Eccleſia à pœnitentibus exigi, quàm vt poſtquam quiſque diligentius ſe excuſſerit, & conſcientia ſuæ ſinus omnes, & latebras explorauerit, confiteatur.* Sic Concilium, ſic & Granad. *contrō.*7.*tr.*9. *diſp.*15.*n.*2.*pag.*1266. dicens eſſe communem, & certam ſententiam. Optimè omnium meus Nauar. *in c. Fratres, de pœnit. diſt.*5.*num.*69.*pag. mihi* 347.

QVÆSTIO LXI.

An ſaltem rudes homines, & ignari admitti ad confeſſionem poſſint abſque præuio conſcientiæ ſufficienti examine?

NEgat Lop. 1.*p. inſtruct.*18.*pag. mihi* 102.*&* 103. & ante ipſum Medina, quē ipſe citat, & ſequitur.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe non ſolùm in caſu, quo Confeſſor ſit adeò expertus, vt radicitus ſciat à pœnitente omnia peccata eruere, & ad memoriam reuocare, vt Lop. & Medin. etiam fatentur, verùm etiam aliàs. Quia huiuſmodi omnes rudes, quantumcunque millies remittantur, vt meliùs ſe examinent, nunquam melius ſe exàminabunt, nec poterunt ita bene dicere ſua peccata, ſicut nunc, ſi ab ipſo confeſſario mediocri diligentia interrogentur. Imò contingere poteſt, vt confeſſarius inueniat pœnitentem indigere confeſſione generali, propter confeſſiones irritas præcedentes, & tamen perſona ſit talis, vt poſſit ſtatim examinari, & audiri de tota vita, quia non eſt ſpes, quod ſibi relicta meliùs examen faciet, quàm illud quod iuuante confeſſario ibi facere poterit. Sic omnino Lugo *diſp.*16. *n.*593. *pag.*410. & ante ipſum, quos non citat, Vaſquez *q.*93. *art.*8. *dub.*7. & ex illo Granad. *loc. cit. n.*4. vbi ſic ait: Imò Vaſq. addit, & benè, quando ad confeſſionem accedit ruſticus ſine ſufficienti examine, melius eſſe illum interrogare, & ſic iuuare, vt numerum, & ſpecies peccatorum declaret, quàm eum dimittere, vt ſe diligentius examinet, quia veriſimiliter creditur id illi fore minùs vtile, & meliùs declaraturum peccata mediis confeſſarij interrogationibus, quàm ſi ipſe per ſe conſcientiam diſcuteret. Sic Granados. Quod eſt à confeſſoribus valde notandū. Legatur etiam Vega 1.*p. ſum. c.*63. *caſu* 34. *col.*643.

QVÆSTIO LXII.

An poſſint admitti ad confeſſionem, abſque vllo omnino examine, qui ſolùm de venialibus, aut de mortalibus aliàs confeſſis confiteri volunt?

REſpondeo poſſe, quia ſicut ſolùm ad confitenda mortalia tenentur fideles diuino, & Eccleſiaſtico iure, ita ſolùm tenentur ad illud examen conſcientiæ, quod ad eorum confeſſionem neceſſarium eſt; non verò ad examen venialium, aut mortalium, quæ aliàs ritè confeſſa ſunt, nam hæc ſolùm pertinent ad confeſſionem voluntariam. Sic Granados *loc. cit. n.* 1.

QVÆSTIO LXIII.

An pœnitens teneatur ad ſummam diligentiam adhibendam in diſcutienda conſcientia, & reuocandis peccatis in memoriam?

AFfirmare videntur in primis Paludan. *in* 4.*q.*2. *art.*1.*col.*2. quatenus docet, debere pœnitentem eam quam poteſt, facere diligentiam. Gabriel *q.*1. *col.*1. dicens, teneri confiteri omnia quæ recordari poteſt. Maior *q.*3. affirmans, talem debere præmittere diligentiam, qua ſua omnia peccata occurrant, qualem adhiberet, ſi quam orationem Latinam ad eruditos eſſet habiturus, aut ſi de multa, & longo tempore impenſa pecunia domino vigili ac auaro rationem eſſet redditurus. Sic hos modos dicendi refert & meritò reiicit Nauar. *c. Fratres, cit. n.*66.73.*&* 74. quia valde ſunt ſcrupuloſi.

His accedunt Scotus, Sotus, & Suarez *diſp.*22. *ſect.*10. exiſtimantes, eam adhibendam eſſe diligentiam, quæ adhiberi ſolet in re graui, & ardua, & quæ maximè cordi eſt. Qui modus dicendi etiam diſplicet, eo quòd ſignificare videatur valdè ſolicitam diligentiam, quæ etiam ſcrupulum gignere poſſet. Vnde

Clariùs, & probabiliùs reſpondeo, Non teneri pœnitentem ad ſummam diligentiam adhibendam, licèt ſciret, eo modo recordaturum aliqua peccata, quorum aliàs non recordabitur: ſed ſufficere mediocrem diligentiam in examinanda conſcientia. Quæ ſanè illa talis reputabitur, quæ viro prudenti, humano more rem exiſtimanti, neceſſaria videbitur. Sic Nauar. *loc. cit. n.*75. Vaſq. *q.*91. *art.*1. *dub.*6. Henriquez *lib.*2. *de pœnit. c.*5. *n.*2. Granad. *loc. cit. n.*4. *&* 5. & Lugo *diſp.*16. *n.*590. *&* 591. vbi hanc ſententiam notabili caſu confirmat. Ex parte (inquiens) pœnitentis prudentia requiritur, ne ſe in examine conſcientiæ nimium vexet, ſed humano examine contentus ſit; quod quidem experientia didici in iuuene quodam nobili, & quoad reliqua prudenti, ſed in hac parte nimis ſcrupuloſo, qui cùm confeſſionem generalem totius vitæ facere vellet, per quindecim dies ſe ad illam præparauit, & plurima folia de ſuis peccatis ſcripſit, quibus legendis multi dies non ſufficerent; ſed neque his contentus, nouum adhuc examen inſtituit, quo facto, cùm iam per dies aliquot confiteri cœpiſſet Valliſoleti, vbi ipſe cum Regia Curia morabatur, in eas tandem anguſtias confeſſionis occaſione redactus eſt, vt ipſemet pugione ſe lethaliter percuſſerit, Deo tamen prouidente, vt ante mortem poſſet iterum confiteri. Certum itaque eſt, quod iuuenis ille non tenebatur ad tantum ſtudium adhibendum circa examen, licèt noua illa & aſſidua recogitatio noua peccata, vel maiorem illorum diſtinctionem reuocaret. Hucuſque Lugo.

Bene ergo inferemus cum Nauarro *loco citato, n.*75. (Quod notent obſecro ſcrupuloſi) poſſe quem peccare, quod frequenter ſaltem venialiter faciunt ſcrupuloſi in maiori, quàm oporteat, huic rei adhibenda cura, contra illud Delphicum; *Ne quid nimis*, Quoniam puritati conſcientiæ iudicium non debet rationis deeſſe, *cap. Non ſolùm, de regul. lib.*6. & in omni virtute morali per defectum peccatur, & per exceſſum: ſecundùm Ariſtot. receptum *in* 2. *ethic.* & tradit D. Th. 1.2.*q.*64.*art.*1. Sic Nauar.

QVÆSTIO LXIV.

An qui crebrò conſitentur, minorem teneantur curam adhibere in ſcrutanda conſcientia, quàm qui rarò?

AFfirmant communiter DD. præcipuè Nauarrus *loc. cit. n.71.* vbi ſic ait: Infertur primò, eum qui crebrò confitetur, non teneri tantam qualibet vice curam adhibere, quantam qui rarò: neque illum qui paucis, vel paruis implicatur negotiis, quantam qui multis & magnis, neque idiotam, qui neſcit perſcrutari, quantam Doctus, qui nouit loca, ſpecus, & latebras, vbi peccata inueniat. Sic ille. Et bcnè. Et poſt illum Granados *loc. cit. n.3.*

QVÆSTIO LXV.

An Confeſſarius teneatur ad examinandum pœnitentem, exquiſita induſtria, & exactiſſimo examine?

NEgat omnino praxis ſtudiorum confeſſorum, cùm vix vnus horum inueniatur, qui aliquid pœnitentem interroget, vel ad ſummum etaſſiſſima, & generalia.

Affirmat verò è contra praxis aliquorum Doctiorum Confeſſariorum, nimiom interrogantes, & examinantes pœnitentes, eo quòd ipſis plures, ac plures interrogationes, quæ circa commiſſa peccata fieri poſſunt, occurrunt. Sed certè vtraque eſt defectuoſa praxis, illa namque per defectum interrogationum, hæc per exceſſum deficit. Vnde iuxta dicta

Reſpondeo dicendum, non teneri confeſſarium ad examinandum pœnitentem exactiſſimo examine, ſed ſuaui, & humano. Ratio eſt. Quia ipſemet pœnitens non obligatur ad exactiſſimum examen ſuorum peccatorum, ſed ad ſuaue, & humanum, hoc eſt tale, quo Sacramentum iſtud non reddatur nimis onetoſum: ergo minùs tenebitur confeſſarios ad examen, & interrogationes tales, quibus confeſſio reddatur pœnitentibus grauis, & onetoſa nimis. Sic Lugo *diſp. 16. n. 590.*

QVÆSTIO LXVI.

An Confeſſarius debeat pro qualitate pœnitentium plures, aut pauciores interrogationes facere?

REſpondeo: debere, quia nequit dari vna pro omnibus regula. Vnde pauciores, & craſſiores interrogationes (ait Lugo) debent fieri homini inculto, & barbaro, quales ſunt Indi Orientales, quàm alicui Europæo: leuiùs item examinandus eſt ruſticus noſter, quàm homo ciuilis; leuiùs qui ægrotat, & difficilè poteſt ad ſubtiliora attendere, propter capitis debilitatem, quàm homo ſanus, & robuſtus; denique (quod notandum etiam eſt) leuiùs, & minùs exactè interrogandus eſt circa ſingula, qui plura habet peccata, quàm qui pauciora. Ratio colligitur ex dictis: Quia cùm ſolùm requiratur diligentia, & examen humanum, hoc autem ſit illud, quod non generat ex ſe faſtidium, & tædium hujus Sacramenti, conſequens eſt, vt minùs diſtincta notitia requiratur ab eo, qui vel propter incapacitatem, vel propter morbum, vel aliam ob cauſam difficiliùs poſſet exactam notitiam reddere. Nam illi, qui confiteri debet peccata totius vitæ, quam in omni peccatorum genere expendit, difficillimum eſſet, & aptum ex ſe ad reddendum illam confeſſionem odioſam, & grauem nimis, examen illud, quod alteri facienti confeſſionem menſtruam non eſſet difficile, ſed facile. Et hæc eſt ratio, cur à meretrice, concubinario, & ſimilibus, minus exactè, & diſtinctè petamus numerum peccatorum, quàm ſi per menſem, vel hebdomadam ſolam, v.g. in eo peccato fuiſſent. Sic Logo *diſp. 16. n. 594.* Et ex illo omnino ego; quia certè benè, & vtile confeſſoribus. Solùm ergo hic addo notandum, quod quando pœnitentes ſunt viri docti, regulariter loquendo de nihilo interrogari debeant, quia credendum eſt in confeſſione exprimere quidquid opus eſt ad eius valorem, & integritatem.

QVÆSTIO LXVII.

Quanam ratione confeſſio debet eſſe accelerata, fortis, accuſans, & obtemperans?

REſpondeo breuiter, quod debet eſſe accelerata, quia non debet differri multùm poſt peccatum, ne maneat peccator in ſtatu peccati, & damnationis. Sic Nauar. *loc. cit. n. 98.* Lugo *diſp. 18. n. 187.* & omnes.

Debet eſſe fortis, quia debet tanta conſtantia fieri, vt nulla verecundia, nullúſque timor dehortetur pœnitentem à confitendo, vel ad aliquod peccatum prætermittendum. Sic Nauar. *n. 101.* & omnes.

Debet eſſe accuſans, quia pœnitens debet confiteri peccata ſua, ea ſibi imputando, non diabolo, non mundo, non carni, non aſtris, aut alteri. Quia voluntas hominis ſuaderi licet poſſit, non tamen cogi. Verum eſt, quod nec venialiter delinqueret contra hanc conditionem, qui minùs principaliter ſua peccata diabolo, mundo, vel carni imputaret; quia licèt non potuerint iuſtam dare peccandi cauſam, dederunt tamen nonnullam occaſionem. Sic Nauar. *loc. cit. n. 104. & 105.* & alij.

Debet tandem eſſe *Obtemperans*, vel parêre parata. Quia pœnitens debet eſſe paratus ad obediendum Confeſſario in acceptanda pœnitentia, in euitandis occaſionibus, & denique ad exequenda omnia quæ confeſſarius dixerit teneri ipſum facere. Sic Nauar. *loc. cit.* & omnes.

QVÆSTIO LXVIII.

An poſſit abſolvi ille, qui exercet artem per ſe licitam, eſt tamen illi occaſio peccandi?

REſpondeo poſſe: dummodo ad confeſſionem accedat cum quatuor illis conditionibus aſſignatis à nobis *ſuprà q. 36.* præcipuè cum dolore de peccatis præteritis, & propoſito non relabendi. Ratio eſt, quia modus talis viuendi, ſeu ars per ſe eſt licita: ergo poteſt illa licitè vti. Nec obſtat quod alicui ſit occaſio peccandi, quia id non prouenit ex natura occaſionis, ſed ex malitia, & fragilitate humana. Vnde de tali ſubiecto ferendũ eſt iudicium, ac de homine, qui habet peccandi conſuetudinem. Quapropter ſi accedat cum dolore, & propoſito efficaci, &c. abſolvi poteſt: quia tunc occaſio eſt illi proſus inuoluntaria, ratione artis, & modi viuendi non mali, quem non tenetur omittere, ſed malitiam ſuam. Sic omnino Thom. Hurtado *tom. 1. reſolut. moral. tract. 1. c. 5. reſol. 5.* Nauar. Sancius, Tannerus, Candidus, Suarez, & alij penes ipſum. Vnde *reſol. 7.* bene infert, quod Tabelliones, vulgò *Eſcribanos*; Citharædi, volgò *Maeſtros de danças*, & Magiſtri Scholæ, vulgò *Maeſtros de niños ò niñas*, optimè poſſint abſolvi, etiamſi non omittant ſuam artem, quæ eſt illis occaſio proxima peccandi, quia cùm ſit licita, non tenentur eam cum notabili ſuo incommodo relinquere.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXIX.

An etiam poſsint abſolvi Sartores, qui ſunt in occaſione proxima furandi, dum veſtes conſuunt?

RESPONDEO: poſſe abſolvi, quia non tenentur dimittere ſuum officium licitum, quo vivunt, ſed ne furentur, & habeant propoſitum reſtituendi, ſi poſſunt, & debent. Quod ad minus tunc contingit, quando id quod furantur eſt pretioſum,& in quantitate notabili. De quo legendi ſunt Leſſius *de iuſtit. lib.2.dub.9. num.*58. Diana *3.parte,tract.6.reſol.*16. Thom.Hurtad. *reſol.7.cit.n.*64.

QVÆSTIO LXX.

An Hiſtriones, vulgò Comediantes, *qui ſunt in occaſione peccandi, vel ipſi ſunt occaſio, ut alij peccent, poſsint abſolvi, ſi artem hiſtrionicam nolint relinquere?*

NEGAT Petrus Hurtado *tom.2.de fide,ſpe,& charit. diſp.*173.*ſect.*28.*pag.*1565. ubi latè, & doctè probat dictos homines eſſe in peccato mortali, & eorum artem, ſeu officium, ut hodie in Hiſpania exercetur, eſſe per ſe illicitum, tam ex parte ipſorum qui illud exercent, quàm ex parte occaſionis quam præbent auditoribus ſcandali manifeſti. Negant etiam Pater Mariana, Pater Guzman, Thom.Sanch. Salas, Ribera,& alij, quos dictus Pater Hurtad. adducit: conſequenter negantes poſſe abſolvi Hiſtriones dictos, niſi ſuum officium relinquere efficaciter proponant.

Affirmat nihilominus Thomas Hurtadus *tom.1. reſolut.Moral.tract.1.cap.5.reſolut.* 8.*pag.*9. ubi latè contra alterum Hurtadum intendit probare,quod ars hiſtrionica, etiam prout noſtro tempore in Hiſpania exercetur, non ſit ſecundùm ſe illicita, & ideo non teneantur qui illam exercent, eam dimittere antequam abſolvantur; ſed ſi habeant propoſitum non peccandi amplius,& dolorem de peccatis commiſſis, poſſint *ſeptuagies ſepties* abſolvi. Ratio eſt, quia nemo tenetur artem ſecundum ſe licitam dimittere, propter occaſionem peccandi, quam in illa habet, quia ex incommodo notabili, quod ex illius dimiſſione ſequitur,ſit talis occaſio involuntaria.

Ego verò hac in quæſtione reſpondeo dicendum, quod licèt hanc affirmatiuam ſententiam nequeat quis abſolutè improbabilitatis damnare, cùm ſit multorum non infimæ notæ Theologorum, quos ſæpè Regius Senatus conſuluit, tamen negatiua ſententia longè mihi probabilior eſt, ac certior; eo quòd firmus ſentio, longè probabilius, ac certius eſſe, artem hiſtrionicam, prout hodie in Hiſpania exercetur, eſſe ſecundùm ſe illicitam, ut ex Patribus, & rationibus doctè probat Petr. Hurtad. *cit.* & ideò iuxta hanc opinionem dico, quod nullo modo poſſit abſolvi ille, qui hiſtrionicam artem exercet, ſi in illa habet occaſionem proximam peccandi; quod, & ut certum, ſentio caſu quo aliam artem,ſeu alium modum vivendi, licèt non ita lucratiuum,habeat (in quo caſu nobiſcum ſentit Thomas) aut facilè poſſit habere.

QVÆSTIO LXXI.

An Principes inſeruientes fœminis nobilibus in Palatio Regio exiſtentibus, poſsint abſolui caſu,quo habeant occaſionem proximam peccandi,moroſè ſe delectando,aut conſentiendo in prohibitum, & ipſam non relinquant?

AFFIRMAT Thom. Hurtad. *tom.*1. *reſolut. Moral. tract.*1.*c.*5.*reſolut.*10. Quia hic mos inſeruiendi Principes nobilibus fœminis in Palatio Regio commorantibus, colloquendo illis, comitando eas, & reſcribendo, &c. eſt de ſua inſtitutione honeſtus, & approbatus in Catholico Palatio, quod Reges Sanctiſſimi inhabitarunt, in quorum præſentia tales collocutiones fiunt, ſecuſque poſſit ex amiſſione occaſionis damnum aliquod vel in æſtimatione, & honore, vel notabilis nota,aut ſcandalum: ergo ſi talia adſint, poſſunt abſolui ſacramentaliter toties quoties habeant propoſitum emendæ, ſicut illi, qui habent conſuetudinem peccandi, quia occaſio eſt inuoluntaria.

Negat verò contrà Nauarrus *in Man. cap.*3.*n.*23. vbi ſic ait: Decima, iuſtè fuiſſe reſponſum cuidam aulico, qui aſſiſtens de more in Curia regiæ menſæ, adeò blandè cuidam nobili eidem menſæ adſtanti colloquebatur, vt non ſolùm ſe oblectaret ſermone, & cogitatione ſordidis, ſed etiam turpi ſe pollutione interdum fœdaret: Fuit enim reſponſum, ipſum non poſſe abſolui, niſi ſtatueret, nunquam ſe in poſterum ſic conuerſaturum cum ea, etiamſi verſaretur animo ducendi eam in vxorem, & pares ad id eſſent. Quoniam illa occaſio eſt in ſe peccatum mortale, & conſequenter propinqua, quæ neceſſariò vitari debet. Quinimò addo, non ſatis eſſe, vt proponat ſe cum illa in poſterum non ſic verſaturum,ſed alio modo ex ſe licito, de quo tamen crederet ſuam imbecillitatem, & amorem erga illam eiuſmodi eſſe, qui quaſi ſemper eum induceret ad peccandum, quoties cum ea ſic verſaretur. Huc uſque bonus Nauarrus.

Sed ego clariùs reſpondeo dicendum, quod minimè poſſint abſolui dicti Principes inſeruientes fœminis exiſtentibus in Regio Palatio, ſi habeant occaſionem proximam peccandi moroſè ſe delectando, &c. & illam nolint relinquere. Hæc reſponſio mihi videtur certa, ſi loquamur de Principibus, qui iam matrimonium contraxerunt. Quia certum eſt, quod ex dimiſſione talis occaſionis nullum poſſit eis ſequi damnum in honore, æſtimatione, aut notabili nota, vel ſcandalum, cùm experientia duce, potius ex non omiſſione talis conſuetudinis, & occaſionis proximè peccandi, ſequatur nota, ſcandalum, dedecus,& deſpectus apud probos: necnon rixæ, perturbatio pacis inter ipſos, & vxores proprias, & alia innumerabilia damna in bonis temporalibus: ergo certum debet eſſe, tales Principes non poſſe ſacramentaliter abſolui, donec occaſionem proximam peccandi relinquant, aut efficaciter relinquere proponant.

Idem dicendum puto de Principibus, qui nondum ſunt matrimonio copulati, ſed inſeruiunt dictis fœminis, intendendo principaliter eas vxores ducere. Quia adhuc tenentur talem occaſionem proximam dimittere,vt abſolui queant,cùm conſtet ex dimiſſione tali nullum ſequi ſcandalum, aut notam, aut incommodum magnum, ſeu amiſſionem alicuius boni temporalis, quod poſſident: benè certè amiſſionem gratiæ & amicitiæ Dei, & aliorum ſpiritualium donorum, &c. quæ a[illegible]ponenda ſunt omnibus huiuſmodi bonis. Non[illegible] obſtat quod dictus mos ex ſua inſtitutione fuerit honeſtus & approbatus,& nunc ſit, ſi fiat cum eiſdem circunſtan[illegible] quibus ab initio inſtitutus

ſtitutus fuit, & non ex aliis adiunctis dehoneſtetur. Legatur ordinatio 31. Religionis Militaris de la Vanda, quæ ſic ſe habet. *Ningun Canallero eſte en la Corte ſin ſernir alguna Dama, no para deshonrrarla, ſino para feſtejarla, ò caſarſe con ella, y quando ella ſalga à fuera la acompañe, como ella quiera, a pie ò à canallo, lleuande quitada lo gorra, y haziendo ſu meſura con la rodilla.* Sic ibi.

Qvæstio LXXII.

An Monialis quæ eſt in occaſione proxima peccandi cum ſuo deuoto per tactus inhoneſtos, v.g. poſsit abſolui caſu quo ex dimiſsione talis occaſionis amittat magnam aliquam commoditatem temporalem, qua dicta Monialis maximè indiget?

AFfirmavit quidam, quem tacito nomine, refert Thom. Hurtadus *vbi ſupra*, ductus ex quadam doctrina, quam tradidit Ioan. Sancius *diſput.* 10. *num.* 19.

Sed vt quid certiſſimum reſpondeo: non poſſe abſolui, quin tollat occaſionem peccandi, quia verè eſt proxima, & non poteſt dici inuoluntaria, ex eo quod ex omiſſione illius correſpondentiæ ſequi poſſit aliqua nota, aut ſcandalum, aut detrimentum, vt ſi vir devotus eſſet magnæ authoritatis, & vtilis toti Monaſterio, & præcipuè Moniali deuotæ, ſi eſt pauper. Nam hæc omnia ficta ſunt ab amore nimis inordinato, cum revera potiùs ex correſpondentia prædicta naſcatur nota & ſcandalum apud omnes D eiti morem habentes. Nec fas eſt dicere, ſed nefas abominabile, quod Monialis, quæ reliquit omnia, vt ſequeretur ſuum ſponſum Chriſtum pauperem à juuentute ſua, licitè poſſit perſiſtere in occaſione laſciviendi, ne amittat quæ voluntariè reliquit, & reputavit vt ſtecora, vt Chriſtum lucrifaceret. Sic Thom. Hurtad. *tom.* 1. *reſol. Moral. tract.* 1. *cap.* 5. *reſolut.* 11. dicens, & bene, oppoſitum eſſe omnino ſcandaloſum, & improbabile.

Qvæstio LXXIII.

An maritus, qui eſt in occaſione proxima peccandi cum ſua vxore, poſsit abſolvi, etiamſi occaſionem talem non amittat?

NEgativam ſententiam amplecti Sanchez *lib.* 10. *de Matrimon. diſput.* 17. *num.* 10. & 11. & Baſil. de Leon *lib.* 9. *de Matrim. cap.* 23. *n.* 1. & 2. quatenus docent conjugem teneri fugere occaſionem proximam peccandi poſitam ab alio conjuge ipſum ad peccatum mortale ſollicitante, ait Thom. Hurtadus *cap.* 5. *cit. reſolut.* 13. *num.* 99.

Sed clarius reſpondeo, non poſſe abſolui, quin occaſionem proximam peccandi dimittant, niſi in caſu, quo aliquod notabile damnum in bonis fortunæ, famæ, honoris, aut vitæ ex tali dimiſſione prudentee euenire timeatur.

Prima pars conſtat ex ſæpè dictis, cùm quilibet abſolutè fugere occaſionem proximè peccandi teneatur: ergo ſi id non præſtet, non poterit abſolvi.

Secuada autem pars etiam ex præhabitis ſæpè patet; quia damnum notabile in vita, honore, &c. quod aliàs ex dimiſſione occaſionis peccandi ſequeretur, facit talem occaſionem involuntariam, & ideo tutius poterunt abſolvi, quoties habuerint dolorem de præteritis culpis, & propoſitum in eas non relabendi. Sic Thom. *loc. cit.* Nec aliud docent profectò, quidquid author hic velit, Sanchez, & Baſilius, vt claré conſtat ex doctrina, quam tradit Sanchez *loc. cit. n.* 9. & Baſilius *loc. cit.* Vnde valde mirandum eſt, quod Hurtadus miretur, docuiſſe contrarium hos ſapientiſſimos Doctores, quia non docent profectò. Legantur.

Qvæstio LXXIV.

An Concubinarius, ſeu Concubina perſiſtens in occaſione proxima peccandi, ob metum cadentem in conſtantem virum, poſsit ſacramentaliter abſolvi?

REſpondeo, poſſe abſolvi toties quoties ad Pœnitentiæ Sacramentum accedant cum dolore de commiſſis culpis, & propoſito firmo non relabendi; quia metus gravis prædictus involuntarium cauſat, vt docent Theologi cum D. Thoma 1. 2. *quæſt.* 6. *art.* 4. Vnde licitè poterit abſolvi concubinarius, ſeu concubina, qui ob metum mortis, mutilationis, amiſſionis notabilis famæ, honoris, aut rei familiaris, etiam non dimittit occaſionem peccandi, dummodo accedat cum dolore, & propoſito ampliùs non peccandi. Sic Thom. Hurtad. *loc. cit. reſol.* 16. *n.* 133. 134. & 135. vbi addit, etiam poſſe abſolvi eos, qui ſunt in occaſiune proxima peccandi, quia ſe iungunt amicis incitantibus ad peccandum, ſi non poſſunt ſe ſeparare ſine notabili damno, aut nota inter nobiles.

DISPVTATIO VIII.

De Circunſtantiis peccatorum neceſſariò in confeſſione explicandis?

§. I.

De Circunſtantiis in communi.

Qvæstio Prima.

An Circunſtantia ſit id, quod circunſtat accidentaliter ſubſtantiam actus habentis ſpeciem ex proprio objecto?

REspondeo affirmatiuè, vel ſi mauis, *eſt accidens actioni, ſive actui adiacens, quod eius qualitatem in genere moris variat, augendo, vel minuendo.* Sic D. Th. 1. 2. *q.* 1. *art.* 3. & *q.* 48. *art.* 2. vbi Cajet. Conrad. Medina, & alij Thomiſtæ. Vaſquez, Lorca, Hurtado, & omnes Theologi. Henriquez *lib.* 5. *ſumma, cap.* 6. Archang. *in* 4. *diſt.* 16. *pag.* 164. Legantur etiam Ricard. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 5. *q.* 3. Sotus *diſt.* 18. *q.* 2. & Summiſtæ *in verbo Confeſſio.*

Qvæstio II.

An Circunſtantiæ humanorum actuum ſint tantum hæ ſeptem: Quis, Quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando?

NEgat in primis D. Bonau. *in* 4. *diſt.* 16. *dub.* 9. vbi enumerat quatuordecim circunſtantias. Deinde negant Ochagavia *tract. de confeſſ. quæſt.* 14. *num.* 4. & Ludovicus de ſancto Ioanne *quæſt.* 1. *de circunſt. art.* 1. docentes, eſſe octo, ſcilicet, Quis, Quid, Circa quid, Vbi, Quibus auxiliis, Cur, Quomodo, Quando. Negat etiam Fabius Incarnatus 1. *parte ſui ſcrut. tract.* 4. *pag. mihi* 487. enumerans cum Authoribus ſecundæ ſententiæ octo circunſtantias. Sic tamen: Quis, Quid

Quid, Vbi, Per quos, Quoties, Cur, Quomodo, Quando. Negat item Piloſius *diſp.* 8. *art.* 1. dicens eſſe ſex. Negat tandem Scot. *quodlibet* 28. §. *De primo, lit. G*, ubi has ſolùm quatuor circumſtantias recenſet: *Vbi, Cur, Quomodo, & Quando.*

Sed probabiùs reſpondeo: eſſe tantùm illas ſeptem aſſignatas, nec plures, nec pauciores. Nam illa vox, *Quid*, includit etiam illam aliam quam Ochagavia, & Ludovicus addunt, nempe *Circa quid.* Et illa vox, *Quoties* (id eſt, numerus peccati) quam addit Fabius, non eſt circumſtantia peccati, ſed multiplicatio peccati ſecundùm ſubſtantiam. Sic D. Th. 1. 2. *q.* 7. *art.* 3. ex Boëtio, & Ariſtotele. Ipſum ſequuntur omnes ferè Theologi. Legantur Monteſinos *tom.* 1. *in* 1. 2. *diſp.* 9. *q.* 1. Henriquez *loc. cit.* Navarrus *in cap. conſideret, in principio, & in Manuali, c.* 6. *n.* 1. *&* 2. & alij apud ipſos.

Nota hîc, quod ex circumſtantiis, quædam ſunt quæ mutant ſpeciem peccati, quædam quæ aggravãt, ſed non mutant, & quædam quæ alleviant. De quibus omnibus an ſint confitendæ, accuratè diſcurremus.

QVÆSTIO III.

An omnes circumſtantiæ peccatorum mortalium mutantes ſpeciem, ſint neceſſariò in confeſſione explicandæ?

NEgant Hæretici Lutherani, aſſerentes: non eſſe neceſſarium aliquam circumſtantiam in confeſſione explicari.

Sed de fide reſpondeo affirmativè, quia ſic definitur in Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 5. *& can.* 7. & docet praxis Vniverſalis Eccleſiæ, & omnes Doctores cum D. Thom. 1. 2. *q.* 18. *art.* 11. *& in* 4. *diſt.* 16. *q.* 3. *artic.* 2. *q.* 3. Legantur Navar. *prælud.* 9. *n.* 6. *& c.* 6. *n.* 7. Henriquez *lib.* 5. *c.* 7. Suarez *diſp.* 21. *ſect.* 2. Nugnus *in addit. q.* 9. *art.* 2. *dub.* 2. Petrus de Ledeſma *in ſum. tract. de pænit. c.* 18. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 11. *punct.* 1. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 3. *diff.* 4. *num.* 6. & alij ſtatim *citandi.* Ratio eſt, quia peccata ſpecie diverſa de præcepto divino ſunt confitenda, *ſuprà diſp.* 5. *quæſt.* 2. ergo & circumſtantiæ ſpeciem mutantes.

QVÆSTIO IV.

An etiam circumſtantiæ notabiliter aggravantes intra eandem ſpeciem, ſint neceſſariò confitendæ?

AFfirmant Cajet. Sot. Victoria, Ledeſma, Sylveſt. & alij uſque ad 20. Doctores, quos affert Dian. 1. *parte, tr.* 7. *reſol.* 1. inter quos ex recentioribus præcipui ſunt Henriq. *de pænit. lib.* 5. (*ſeu* 2. *de Pænit.*) *c.* 7. *n.* 6. Suarez *tom.* 4. *in* 3. *part. diſp.* 22. *ſect.* 3. Sanchez *lib.* 2. *Decal. c.* 32. *n.* 39. (*non c.* 21. *n.* 24. ut citat Diana) *& lib.* 4. *c.* 11. *n.* 24. & Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 10. Quibus ego addo Samuëlem Lublinum *verb. confeſſ. n.* 4. Lopez 1. *p. ſui Enchirid. de Pænit.* §. 10. Torreblancam *lib.* 14. *pract. c.* 5. *fine, & c.* 6. *n.* 31. ubi plures citat Doctores, ſed plures malè. Antonium Fernandez Moure 3. *p. ſum. c.* 6. §. 6. *n.* 5. Candido *diſquiſ.* 24. *art.* 23. *dub.* 5. & P. Franciſcum Felicem *in Tentativa Complutenſ. tract.* 3. *c.* 7. *diffic.* 4. *n.* 6.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe neceſſariò confitendas. Primò, quia ſi id eſſet neceſſarium, vel eſſet quia talis circumſtantia foret peccatum mortale diverſum à priori, quod eſt falſum, cum in eadem ſpecie peccati ponatur. Vel quia eſſet peccatum veniale additum peccato mortali, quod etiam eſt falſum, quia ratione culpæ venialis, ut ſic, nullus de neceſſitate confiteri tenetur, ut infrà: ergo nullo pacto tenetur quis tales circumſtantias confiteri.

Secundò, quia contraria ſententia neque ex Conciliis, aut Patribus, aut traditione Eccleſiæ probari poteſt; noſtra autem clarè colligitur ex Trident. *ſeſſ.* 14. *c.* 5. *& can.* 7. ubi agens de circumſtantiis, ait, eſſe præceptum confitendi illas, quæ ſpeciem mutant: ergo cum de circumſtantiis aggravantibus taceat, implicitè negat eſſe præceptum confitendi illas, patet conſequentia. Quia Concilium tradit ibi doctrinam integram de omnibus neceſſariis ad confeſſionem; & rurſus addit hæc verba: *Nihil aliud ab Eccleſia à pænitentibus exigitur.* Ergo nil aliud eſt ſub præcepto, niſi quod ibi præſcribitur. Sic S. Thom *in* 4. *diſt.* 16. *q.* 3. *art.* 2. *q.* 3. D. Bonav. *diſt.* 17. *q. ult.* Navar. *in cap. conſideret, de pænit. diſt.* 5. *à n.* 6. Vaſquez 1. 2. *diſp.* 98. *c.* 3. *& de pænit. q.* 91. *art.* 1. *dub.* 2. Valentia *q.* 11. *punct.* 1. Scot. Durandus, Corduba, Tolet. Ioan. Sancius, Granado, Nald. Becan. & alij uſque ad 51. Doctores, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. &* 3. *p. tract.* 4. *de Sacram. reſol.* 97. *&* 5. *part. tract.* 14. *reſol.* 56. ubi nonnullos alios Doctores congerit. Quibus adhuc ego addo Luyſium Turrianum *de pænit. q.* 9. *art.* 2. *dub.* 2. Ioannem de Lugo *de pænit. diſp.* 16. *ſect.* 3. *n.* 207. *pag.* 325. qui latè, & doctè hoc probat. Palaum *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 9. *n.* 4. Baunium *tr.* 4. *de pænit. q.* 14. *de Confeſſ. aſſert.* 4. & Trullench *lib.* 4. *c.* 6. *dub.* 34. *n.* 6. *&* 7.

QVÆSTIO V.

An circumſtantiæ notabiliter minuentes, ſeu alleviantes peccatum intra eandem ſpeciem, ſint neceſſariò confitendæ?

AFfirmant Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 4. Scot. Canus, & alij apud Suarez *de pænit. diſp.* 22. *ſect.* 3. & apud Hurtadum *diſp.* 9. *de pæn. diff.* 3. affirmat etiam Nugnus *q.* 9. *art.* 2. *dub.* 2. *pag.* 497.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non eſſe neceſſariò confitendas, quia non alleviant tantùm, ut trahant ad ſpeciem peccati venialis, cum adhuc peccatum remaneat in eadem ſpecie peccati mortalis. Vnde confiteri dictas circumſtantias, potiùs deſervit ad excuſationem, quàm ad accuſationem. Sic omnes Doctores communiter, præcipuè Suarez, & Hurt. *loc. cit.* Navar. & alij, quos citat, & ſequitur Thomas à Ieſu *c.* 3. *pag.* 104. Diana etiam *tract.* 14. *cit. reſol.* 85. & Candidus *loc. cit. dub.* 3. Ægid. *diſp.* 7. *n.* 16. Molfeſ. *in Sum. tract.* 7. *c.* 12. *n.* 61. *pag. mihi* 424. Archangelus *diſt.* 16. *pag.* 165. *&* 166. & communis.

QVÆSTIO VI.

An ſaltem licitè poſſit pænitens has minuentes circumſtantias in confeſſione fateri?

NEgat Navar. *in cap. conſideret, de pænit. diſt.* 5.

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe ſi ſine honeſto manifeſtandi veritatem id faciat. Quia id nullo præcepto prohibetur. Sic Peſantius, quem citat, & ſequitur Turrian. *q.* 9. *de pænit. art.* 2. *dub.* 2. Imò idem docet Navar. *in Man. c.* 6. *n.* 6. retractans id quod *loc. cit.* docuerat. Archang. *loc. cit.* Maldonatus, quem citat, & ſequitur Molfeſius *loc. cit.* dicentes: Non ſolùm poſſe, verùm etiam valde conducere ad perfectionem confeſſionis tales circumſtantias narrare.

§. II.

De Circunſtantia, Quis.

Qvæstio Prima.

Quid denotatur Circunſtantiâ, Quis.

RESPONDEO denotari qualitatem,& gradũ pœnitentis,non quidem quando confitetur, ſed quando peccatum commiſit,nam hic ſæpe mutat ſpeciem. Quoniam, ſi perſooa peccans contra ſextum præceptum,eſt ſacra,murat actum temperantiæ in vitium etiam ſacrilegij ; ſi uxorara, in vitium adulterij, &c. ot ampliùs *infrà*. Sic omnes DD. cum D.Th.*loc.cit.& q.7.art.*10.Fagundez *de prac.*2. *lib.*4.*c.*3.*n.*2.Navar.*c.*25.*n.*108. *& c.*6. *à n.*5. Suar. *diſp.*22.*ſect.*4.Henriq. *lib.*5.*c.*6.*n.*3. & alij.

Qvæstio II.

An Religioſus, aut initiatus ſacris, fornicans teneatur fateri circunſtantiam voti, aut Ordinu ?

NEgarunt Gerſon, Supplementum Gabrielis, & Tabiena,apud Thomam Sanch.*lib.*7.*de matrim. diſp.*27.*n.*20.Quia exiſtimarunt, circunſtantiam Sacerdotis,aut Monachi, non addere circunſtantiam diſtioctam ſpecie à ſimplici furnicatione, ſed eſſe quaſi novam ratificationem,& confirmationem præcepti.

Sed certiſſimè reſpondeo teneri, quia certiſſimum eſt, quod inveniatur ibi duplex obligatio, altera ex lege naturæ,pertinens ad temperantiam, & altera ex voto, pertinens ad Religionem. Sic omnes DD.apud Sanch.*loc.cit.*qui dicit cum Caſtro *lib.* 1. *de lege pœnali, c.*10. oppoſitam ſententiam eſſe erroneam.Navar.*in ſum. Hiſpana,c.*25.*n.*108.Sot.*lib.*7.*de juſt.* *q.*4. *art.*2.Toledo *lib.*4.*c.*17.*n.*21. Azor *lib.*12.*inſtit.moral.c.*12.*q.*6.Archangelus *diſt.*16.*pag.*166.& alij.

Qvæstio III.

An Sacerdos ſæcularis ſatisfaciat, ſi in confeſſione dicat, ſe violaſſe votum caſtitatis in tali malitia, non manifeſtando votum ſolemne Ordinis quod habet ?

NEgant Aragon.2.2.*q.*88. *art.*7. Palatios *in* 4. *diſt.*16.*dub.*3.*n.*31. Ægidius *diſp. de Sacrament. n.*20.Medina *in ſum.lib.*1.*c.*14.§.18.P.de Ledeſma *in ſumma,c.*9.*de pœnitent.*Layman *lib.*4.*tract.*10.*c.*7.*n.*4. Fagundez, Villalobos, Henriquez, Petr.Fay, Azor, Rodriguez,& alij, quos refert Diana 1. *p.tract.*7.*reſol.*4.*&* 3.*p.tract.*4.*reſol.*67.Ludovic.de S.Iuan *q.*1. *de circunſtant.art.*1.*diff.*1.*pag.*1601.Candid.*diſq.*24. *art.*24.*dub.*31.Sylvius *in* 2.2.*q.*154. *artic.* 10. Nugnus *in addit.q.*6.*art.*2.*dub.*3.*concl.*5.& alij,docentes teneri manifeſtare votum ſolemne, quia hoc vel differt eſſentialiter à voto ſimplici, vel notabiliter aggravat.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſatis eſſe, ſi dicat, ſe habere votum caſtitatis,illudque in tali malitia violaſſe. Quia votum ſolemne caſtitatis non differt eſſentialiter à voto caſtitaris ſimplici,ſed tantùm accidentaliter : ergo ſatis erit pœnitenti Sacerdoti,ſi dicat,ſe contra votum caſtiratis egiſſe. Sic Sanch.*lib.*7. *de matrim.diſp.*27.*n.*27.28.*& ſeq.*Vega, Lop.Medina, Corduba,& alij apud ipſum,Filliuc *tom.*2.*tr.*20. *c.*9.*n.*124.*&* 125.Megala 1.*p.lib.*1.*c.*11.*n.*8.Llamas *in ſumma,parte* 3.*c.*8.§.14.Diana *loc. cit.* & Lugo *de pœnit.diſp.*16.*à n.*147. *pag.*331. Salas *in* 1.2. *tr.*13. *diſp.*3.*ſect.*2.*n.*22.& Archangel.*loc.cit.pag.*167.*col.*1.

Quod ſi hîc inquiras, an qui cognovit fœminam habeotem ſolùm votum ſimplex caſtitatis, teneatur ralem circunſtantiam fateri ? Reſpoodeo : teneri,ob rationem dictam, & alias quas adducunt communiter DD. Sic docent omnes Theologi,& Canoniſtæ, uno excepto Llamas 3.*p.ſum.c.*8.§.14.Cujus ſententiam meritò deleri juſſerunt Cenſores Fidei,per indicem libr. expurg. editum in Hiſpania anno 1641. imò ipſe Llamas noſtram doctrinam docet poſtea eodem c.8.§.23.*in fine.*

Qvæstio IV.

An etiam Religioſus Profeſſus, ſeu Monialis ſatisfaciat dicendo, ſe violaſſe votum caſtitatis, non explicando ſtatum Religioſum ?

AFfirmaor omnes ferè Anthores pro noſtra ſententia nuper *citati.* Quibus addendi ſunt Llamas 3.*p.ſuo Methodi, c.*8.§.14.*pag. mihi* 608.Trull. *lib.*6. *in Decalog.c.*1.*dub.*7.*n.*10.& penes ipſum Caſtro Palao, & alij. Et certè probabiliſſimè.

Sed oon minùs probabilirer reſpondeo,non ſatiſfacere, ſed neceſſariò debere, ulrra votum caſtitatis, ſtatum Religioſum explicare. Quia Religioſos per vota non ſolùm ſe obligavit Deo, ſed etiam Religioni, cui ſe dicavit. Ergo ſicut conjux fornicarius peccat non ſulùm contra caſtitatem, ſed etiam contra conjugem cui per matrimonium dedit dominium *ſui* corporis, quæ eſt malitia ſpecifica adulterij, neceſſariò in confeſſione explicanda,ſic Religioſus, cui dedit dominium uoo ſolùm ſuæ voluntatis, & fortunarum,ſed etiam corporis Religiooi, cui ſe per vota tradidit, peccat non ſolùm contra votum caſtitatis, ſed etiam contra religionem, cui ſui corporis dominium tradiderat, & ideo videtur aliqualem maculam adulterij contrahere violando fidem Religioni datam,& ita debet hanc circunſtantiam ſtatus Religioſi explicare.Sic Lugo *loc. cit. n.* 148. & ex illo ego. Quod à fortiori docent DD. pro prima ſententia quæſt.præcedenti citari, præcipuè Candid.*loc. cit.& dub.*32. & Ledeſina *loc.cit.* dicens id ita eſſe certum, ut contrarium non ſit probabile.Sed certè non bene id addit, aut dicit,cum tot,& tam graves DD.oppoſitum doceant. Sic etiam Fagundex *lib.*6.*in Decalog. c.*7.*n.*13.

Qvæstio V.

An Sacerdos ſecularis debeat in peccatis contra caſtitatem explicare Sacerdotium.

AFfirmat Petrus de Ledeſma *de pœnit.c.*19.*poſt* 1. *concluſ. pag. mihi* 483. ubi air: eſſe ſententiam omnium ferè Doctorum,& nihilominus ſolum Cordubam cirat. Tenent tamen illam Ludovicus *loc.cit. dub.*1.*pag.*162.Candid.*loc.cit.pag.*59.& Torreblanca *lib.*14. *practicar. c.*5.*n.*42.*pag.*398.

Sed probabiliùs reſpondeo : non teneri explicare, ſe eſſe Sacerdotem, ſed ſat fateri, ſi dicat ſe habere ordinem ſacrum,quia votum quod cuilibet ſacro ordini annectitur, ejuſdem rationis eſſentialis eſt. Sic Llamas *loc.cit.*per hæc verba: Quando cum ſæculari Clerico,Subdiacono, vel cum Diacono,vel cum Sacerdote rem aliquam habuit,non habet neceſſe dicere, niſi quod peccaverit ſacrilegè cum habeote ſolemne caſtitatis votum, & ipſe, ſi non cognoſcatur, ſimiliter dicet de ſe, accuſando ſe. Sic ille. Et ſic Sãchez *lib.*6.*de matrim.diſp.*27.*n.*31.& apud ipſũ Palatios,

Digitized by Google

tios, Henriq. Lop Diana *loc.cit.* Lugo *diſp.* 16. *n.* 149. *pag.* 332. & eſt cōmunis. Nota hic cum Bonac. *q.ult. de matrim. punct.ult.nun.ult.* quod quando Sacerdos, aut Religioſus committens peccatum luxuriæ eſt notus confeſſario, non tenetur confeſſario dicere, ſe eſſe Sacerdotem, aut Religioſum, quia confeſſarius ſciens, ipſum habere ſtatum Sacerdotis, aut Religioſi, ſufficienter cognoſcit peccata ipſius carnalia habere oppoſitionem cum voto caſtitatis, de quo *infrà q.* 25.

QVÆSTIO VI.

An initiatus ſacris, & ſimul profeſſus, teneatur utriuſque voti circunſtantiam explicare?

AFfirmant P. Ledeſma *loc.cit. dub.* 1. & 2. Leſſ. *lib.* 4. *c.* 1. *dub.* 12. *n.* 87. Fagund. *præcept.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 5. Sot. Ægid. Nugnus, Zanard. & alij apud Dianam *tr.* 7. 1 *part. reſol.* 3. & 4. & 3. *p. tract.* 4. *reſol.* 67. Ludovicus *q.* 1. *de circunſt. artic.* 1. *diſſ.* 2. *pag.* 1062. Candidus *loc.cit.* Cajetan. & Molfeſius citans pro hac parte Henricum Henriquez *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 6. Sed malè, quia oppoſitum expreſsè docet ibi *lit. G.*

Alij verò è contra docent, ſatisfacere ſi dicat, ſe habere Ordines ſacros, tacita profeſſione, vel ſe eſſe profeſſum, tacito ſacerdotio, Diaconatu, aut Subdiaconatu; vel tandem tacitis his omnibus, ſatisfacere fatendo ſe violaſſe votum caſtitatis. Sic Sanch. *loc. cit. n.* 27. Lopez 1. *p. c.* 29. *fol. mihi* 163. Navar. & Cajet. apud ipſum Villalob. Henriq. *loc. cit.* Molfeſius *tract.* 7. *c.* 12. *n.* 66. & Pitigian. quos affert, & ſequitur Dian. *loc.cit.* quibus addi poſſunt Bonac. *q.* 4. *de matrimon. punct. ult. n.* 28. Caſtro Pal. *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 1. *n.* 10. & penes ipſum Medina, Rodriguez, Azor, & Salas, & certè ſatis probabiliter.

Sed nihilominus ego juxta doctrinam nuper traditam, reſpondeo: teneri, & ſufficere fateri, ſe eſſe profeſſum, quia circumſtantia ſtatus Religioſi neceſſariò in confeſſione explicari debet, ut *ſuprà q.* 4. eſt habitum ex Lugo, & aliis, quibus addo Naldum *verb. fornicatio, n.* 6. *pag. mihi* 259.

QVÆSTIO VII.

An mulier quæ cum Sacerdote ſeculari, vel regulari peccavit, ſatisfaciat dicendo, ſe peccaſſe cum habente Ordinem ſacrum?

NEgant, & conſequenter, omnes Doctores *citati* pro priori ſententia *q.* 4. præcipuè Archang. *loc.cit. q.* 5. per hæc verba: Non oportet mulierem dicere, ſe peccaſſe cum Religioſo, aut cum Presbytero, ſeu Diacono, vel ſubdiacono ſeculari, ſed ſufficit ei dicere, ſe peccaſſe cum habente votum caſtitatis. Affirmant verò, & etiam conſequenter, DD. ſecundæ.

Sed ego etiam conſequenter cum diſtinctione reſpondeo ſic. Si peccavit cum Sacerdote ſæculari, ſatis eſt illi ſi dicat, ſe peccaſſe cum habente Ordinem ſacrum. Si verò cum Sacerdote regulari, neceſſariò debet explicare ſtatum Religioſum, ut ſic explicet malitiam juris læſi ipſius Religionis. Sic Lugo *diſp.* 16. *n.* 149. *pag.* 332. & quoad ſecundam hujus reſponſionis partem, ſic etiam Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 5. Ægid. *diſp.* 2. *dub.* 9. *n.* 135. & alij nuper *q.* 6. pro prima ſententia adducti.

QVÆSTIO VIII.

An peccans contra votum ſimplex, & ſolemne teneatur utrumque in confeſſione explicare?

AFfirmant Sot. *lib.* 7. *de Inſt. q.* 2. *art.* 5. Medina *inſtruct. c.* 14. §. 18. quia exiſtimant votum ſolemne, & ſimplex differre ſpecie. Affirmant etiam Azor. *c.* 19. *q.* 10. & P. Ledeſma *in ſum. c.* 19. *de Pœnit.* Quia licèt putent eſſe ejuſdem ſpeciei, dicunt tamen, votum ſolemne addere circunſtantiam notabiliter aggravantem, idcóque exprimendam.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri utramque voti ſimplicis, & ſolemnis circunſtantiam fateri, quia probabilius eſt, prædicta vota non differre ſpecie, ſed accidentaliter. Sic Sanch. *lib.* 7. *de matr. diſp.* 29. *n.* 31. Henriq. *lib.* 5. *n.* 6. Lop & Filliuc. quem citat, & ſequitur Fagund. *lib.* 6. *in Decalog. c.* 7. *n.* 24. Trullench *lib.* 6. *cit. c.* 1. *dub.* 7. *n.* 10. & alij.

QVÆSTIO IX.

An peccans cum Novitio, vel Novitia teneatur hanc circunſtantiam fateri?

AFfirmat Hieronymus Llamas *in ſum. p.* 2. *cap.* 8. §. 14. *pag. mihi* 607. Non (*inquiens*) quia hæc circunſtantia mutet ſpeciem ante emiſſionem voti ſolemnis; ſed quia notabiliter aggravat peccati malitiam, quod cum contingit, ex communi omnium ferè Theologorum conſenſu explicari in confeſſione debet. Sic ille.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non teneri, quia cum non habeant votum caſtitatis, non additur malitia ſpecie diverſa, ut ipſemet Llamas fatetur: ergo juxta noſtram, & jamjam communiſſimam ſententiam, non tenetur pœnitens talem circunſtantiam in confeſſione fateri. Quod à fortiori idem dicendum eſt de peccatoribus cum Clericis minorum Ordinum, etiamſi habeant beneficium. Sic Megala 1. *p. lib.* 5. *c.* 31. *n.* 6. Diana *tr.* 7. *cit. reſ.* 7. & Lugo *loc. cit. n.* 150. Salas *in* 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *n.* 22. & apud ipſum Palatios, & communis. Et loquendo de peccato cum Clerico minorum Ordinum commiſſo, ipſe Llamas *loc.cit.* & communis, quam tenet etiam Geſualdus 2. *p. ſum. tr.* 19. *c.* 4. *n.* 7. qui idem omninò docet de habente rem cum Tertiariis, quæ profeſſionem cum voto caſtitatis non faciunt; & ideo non tenentur talem circunſtantiam explicare.

QVÆSTIO X.

An qui habet votum caſtitatis, debeat votum explicare, quando ipſe conſilio, vel auxilio cauſa fuit, ut alij tale votum non habentes peccarent?

NEgat Sanchez *lib.* 5. *de ſtatu Religioſo, c.* 6. *n.* 10. quia licèt illud peccatum ſcandali ſit grave, non tamen eſt grave contra proprium votum caſtitatis, per quod Religioſus promiſit ſolùm caſtitatem ſuam, non alienam. Ita etiam nominatim contra me tenet Diana *p.* 7. *tract.* 11. *reſol.* 27. & *p.* 9. *reſol.* 66. *q.* 1. citans pro ſe Caramuelem & Pellizzarium afferentem pro ſe (ſed malè) Cardinalem de Lugo.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, debere tale votum explicare, quia qui proximo luxuriam conſulit, contra obligationem indirectam caſtitatis peccat; cùm hæc obliget me indirectè, ne alios ad luxuriam inducam. Sic Lugo *diſp.* 16. *à n.* 152.

QVÆSTIO XI.

An frigidus, aut eunuchus accedens ad mulierem, teneatur circunſtantiam impotentiæ generandi confiteri.

NEgat (licèt cum timore) Filliucius *tr.* 10. *part.* 2. *n.* 23. apud Dianam *ubi infrà.* Sed meo videri id

non

non negat Pilliuc. ſed ſolùm dubitat an ille acceſſus addat ſimplici fornicationi ſpecificam malitiam. Sic enim Filliuc.ait: Sequitur tertiò, copulam cum habente impedimentum impotentiæ naturalis, eſſe etiá peccatum contra naturam reductivè, quia ex ea non poteſt ſequi generatio. Ita Henriquez,& Sanch. (*ubi infrà.*) Communiter tamen non reputatur addere ſpecificam malitiam,ſaltem eſt valdè dubia. Sic Filliuc.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: teneri, quia dicta circunſtantia transfert peccatum ad aliam ſpeciem nempe, contra naturam,quatenus fruſtratur finis, ad quem natura deſtinavit copulam, cum ibi nec ſpes poſſit eſſe generationis. Sic Sanch. lib.7. de matr.diſp.5.n.14. Henriq.lib.5.de pœnit.c.6.n.3.lit.M, Leſſius lib.4.c.3.dub.6.n.45. Lugo diſp. 16. n. 175. pag.336. Et neſcio, an Diana; quia ſuo more tantum refert utramque ſententiam (& non ita bene) 3. parte, tract.4. reſol.139.

Qvæstio XII.

An ſponſus,& ſponſa de futuro teneantur Circunſtantiam ſponſalium confiteri, dum confitentur copulam fornicariam cum alia?

AFfirmât abſolutè Sarmiento,Lopez,& Ledeſm. apud Sanch.lib.1.de matrim.diſp.5.n.5. Homobonus, Naldus, Sylvius, Hurtad. Pitigian. Molina, Ægid.Rebell. Gutriertez, & Cruz apud Dianam 1. p.tract.7.reſol.5.& 3.parte,tract.4.reſol.67.

Alij verò ſub diſtinctione reſpondent, explicandam videlicet eſſe talem circunſtantiam à ſponſa,vel à peccante cum ipſa, non verò ab ſponſo,nec ab illa quæ cum illo peccavit. Sic Sanch.loc.cit.n.6. Fagund. prac.2.lib.4.c.3.n.20.& in Decal.lib.6. c.1. num.15. Candidus diſq.14. art.24. dub.15. Filliuc. tract.20. n.51. Villalobos tract.9.diff.36. n.16. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, talem circunſtantiam neque ex parte ſponſi,neque ex parte ſponſæ,aut eorum, qui cum eis commiſcentur, eſſe neceſſariò in confeſſione aperiendam, quia prædicta circunſtantia ſponſalium non transfert actum ad ſpeciem adulterij, & conſequenter non mutat ſpeciem:ergo. Sic Covar. in 4. decret. 2. p. c.1. n.11. Vivald. 2.p. tit.de ſponſ. n.10. Megala 1.p.lib.5.c.11.q.5.n.9. Baſil.de Leone de matrim.lib.11.c.6.n.8. Henriq. lib. 11. de matrim. c.13.n.4. Diana 1.p.tract.7.reſol.5.cit.ubi *in impreſſione facta Matriti* citat Hurtad. pro contraria ſententia,& 3.p.tract.4.reſ.97.pro noſtra.Sed ibi malè,hîc bene. Sic etiam Ludov.loc.cit.art.2 diff.1. pag.1065. qui licèt verbis dicat, ſibi primam ſententiam placere, in re tamen noſtram ſequitur. Nald.verb.fornicatio, n.1.& alij.

Qvæstio XIII.

An Epiſcopus,Generalis,aut alius Prælatus, ſi peccent mort. teneantur circunſtantiam Prælationis fateri?

AFfirmant Nugn.in addit.ad 3.p.q.9.art.2.dub.3. concl.2.& 3. Candidus diſq.24. art.24. dub.33. Fagundez prac.2.lib.4.c.3.n.8. P.Ledeſma cap.19.de pœn.dub.1.& 2. Palat. in 4.diſt.16.diſp.3.n.3. & Ludovicus de S.Iuan q.1.de circunſt.art.1.diff.2.& alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri (ſecluſo ſcandalo) talem circunſtantiam fateri,ut in peccato mortali interno, vel occulto; quia ſecluſo ſcandalo licèt aggravet peccatum illa circunſtantia, ſed non transfert illud ad aliam ſpeciem. Sic Sanchez lib. 7. cit.diſp.27.n.21. Lopez 1.p. ſum. c. 34. pag. 192. ex Soto,Henriq.lib.5.c.5.n.6. Diana loc.cit.reſol.6. Ægid. diſp.7.dub.4.n.18. Filliuc.loc.cit.c.7.n.125. Villalob. tract.9.diff.36.n.14. Graff.lib.1.deciſ.aur. c.20. n.28. Salas in 1.2.tract.13.diſp.3.ſect.2.n.22. Addens idē eſſe dicendum de circunſtantia Pontificatus Summi, quidquid contrarium dicant D.Bonav. in 4. diſt.21. part.2. art.1. q.3.& Alenſis 4.parte,q.18.membr.4. artic.2.§.4.) Archangelus diſt.16. pag.167. per hæc verba: Eccleſiaſtica perſona,cùm fornicatur,tenetur dicere, ſe eſſe perſonam Eccleſiaſticam, non verò cum furatur, vel cùm odit aliquem, &c. Sic ille,& communis, & Hurtado diſp.9. diffic.4.ubi de circunſtantia, Quis: dicens contrarium non habere fundamentum,necnon Geſualdus 1. parte ſumma,tr.19. c.4.n.1.

Qvæstio XIV.

An qui poſt votum ſolemne profeſſionis, aut Ordinis ſacri emittit votum de non committenda mollitie, aut fornicatione,teneatur explicare circunſtantiam voti emiſſi poſt profeſſionem,aut poſt ſuſceptionem Ordinis ſacri?

REſpondeo: non teneri,ſed ſufficere ſi in confeſſione dicat,ſe Religioſum eſſe,aut ligatum voto caſtitatis. Quia per votum ſolemne caſtitatis in profeſſione,aut ſuſceptione Ordinum emiſſum,ad totum id tenebatur,& multiplicatio votorum nova nullam addit circunſtantiam, nec notabiliter aggravantem. Sic Sanchez loc.cit.n.36. Llamas parte 3. c.4. §. 29. Fagundez loc.cit.c.3.n.11. Diana tract.7. cit. reſol.9. Filliucius tom.2. tract. 30. n. 26. Trullench lib.6.in Decalog. c.1. dub.7.n.10.& communis apud Geſualdum loc.cit.n.15.

Qvæstio XV.

An prima amiſſio virginitatis in viris ſit neceſſariò in confeſſione aperienda?

AFfirmat Graffius lib.1.deciſ.c.20. n.28. qui pro hac parte citat Navarrum in Manuali, c.6. n.5. in 4.illatione, ſed non bene. Affirmant tamen alij apud Nugnum in addit.ad 3.part.q.9.dub.3.concl.1.& id aſſerere Sotum, affirmant Petrus de Ledeſma de pœnit.c.19.dub.1.poſt 1.concl. & Ludovicus q. 1. de circunſtant.artic.2. dub.2. pag.1064. Sed immeritò, nam oppoſitum indicat in 4. diſt.18.q.1.art.4. pag. mihi 823. per hæc verba: *At re vera,ut meam tenuem opinionem proferam, non clarè video, ſaltem ſi puella quæ non eſt ſub cura parentum, vel maſculus etiam virgo,ſua ſponte vult virginitatem perdere,quod ſit diſtincta ſpecies luxuriæ à ſimplici fornicatione; nam puella eſt domina ſui corporis in illo uſu, ſicuti puer.* Sic Sotus. Vnde pro oppoſita ſententia citat illum Graffis loco citato.

Quare longè probabiliùs reſpondeo: non eſſe neceſſariò confitendam,quia amiſſio virginitatis in viro,nec eſt infamia,neque ſtuprum,ſed ſimplex fornicatio, ſi amittatur cum corrupta. Sic Nugnus loc.cit. concluſ.6.pag.mihi 499. (unde malè citat illum Lugo pro oppoſita ſententia.) Suarez diſp.22.ſect.4. Hurtado diſp.9. diffic.4. Henriquez, Llamas, Azor, & Filliuc.quos citat, & ſequitur Diana tract.7.cit. reſol.10. Ludovicus loc.cit. Lugo diſp.16.n.216.& Fagundez pracept.2.lib.4.c.3.n.12. Candidus loc.cit.dubit.7. Petrus Ledeſma loc. cit. Bonacina diſp.5. q. 5. ſect.2.punct.2.§.3.diffic.3.n.7. & apud ipſum Navarrus, Reginaldus, Ægidius, & alij, quos noviſſimè ſequitur Palaus tom.4.tract.23.punct.8.n.9.

Google

QVÆSTIO XVI.

An quando fœmina ſponte virginitatem amittit, teneatur circunſtantiam virginitatis fateri?

AFfirmant Bonac. *de matr. q.4. punct.* 17. *num.*2. Azor 3.*p.lib.*3.*c.*11.*q.*4.& 5. Filliuc. *tr.*30.*c.*3. *n.*66.& 72. Villalobos *tr.*9 *diff.*16.*n.*13. Fagundez *prac.*2.*lib.*4.*c.*3.*n.*13.& 16. Archang. *diſt.*16.*pag.*167. Torreblanca *lib.*14.*cap.*5.*fine*,& *cap.*6.*n.*37. Nugnus *loc.cit.* Syluius, Angel. Tab. & alij apud Dianam 2. *part.tract.*7.*reſol.*11.& 3.*parte, tr.*4.*reſol.*67. Lopez *cap.*29.*cit.pag.*165. P. Ledeſma *de pœnit.cap.*19.*dub.*5. *poſt* 1. *concluſionem.* Granados *controuerſ.*7. *de pœnit. tract.*9.*diſp.*8.*n.*5. Binsfeldius 1.*p. Enchirid. cap.*10. §.11.*pag.*87.& Thomas à Ieſu *cap.*3.*pag.*104. Candid. *diſquiſit.*24. *art.*13. *dub.*7. dicens, contrarium eſſe omninò falſum,& improbabile. Ortiz *in ſumma, cap.*23.§.27. vbi ſic ait: *La donzella que deſeò ſer corrompida, ha de confeſſar eſta circunſtancia, y ſiendo en habito de donzella, y ſiendo auida por tal, baſta dezir, que deſeò fornicar.* Sic ille ibi,& alibi.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia amiſſio virginitatis in fœmina, ipſa ſponte conſentiente, non addit ſpeciem malitiæ diuerſam contra virtutem temperantiæ, aut contra iuſtitiam vt latè, & doctè probat Lugo *diſp.*16.*à n.*210.*pag.*344 ergo non eſt circunſtantia neceſſariò confitenda. Sufficiet ergo virgini, ſi dicat: toties fornicata ſum. Sic Sanchez *lib.*7. *de matrim.diſp.*14.*n.*5. Vaſquez *opuſc. de reſtit.cap.*3. §.1.*dub.*1.*n.*6.& 1.2.*diſp.*112. *c.*1.*n.*1. (qui pro hac ſententia meritò citat Sotum,) Nauarr. *de reſtitut. lib.*2.*p.*4. *cap.*5. Leſſius, Ægidius, Megala, Suarez, Tannerus, Molfeſius,& alij, quos citat, & ſequitur Diana *loc.cit.* Sed ex iis Doctoribus, quos affert Diana, oppoſitum haud obſcurè docet Molfeſ. loco ab ipſomet Diana citato, videlicet 1.*p.ſumma, tract.*7.*c.*12. *n.*72. *pag. mihi* 415. (Fagundez iam ſibi contrarius) *in Decalog.lib.*6.*cap.*4.*n.*7.13.& 15. Trullench *lib.*6. *in Decalog.cap.*5.*dub.*3.*num.*2.& alij. Hurtado *diſp.*9. *diffic.*4.& Lugo *loc.cit.* Ochagau. *tract.*2.*q.*14.*n.*18. Ludouicus *q.*1.*de circunſt.art.*2.*dub.*2. *pag.*1064. & alij, quos ſequuntur Baunius 1.*p.tr.*4. *de pœnit.q.*19. ac *Confeſſione, dub.*1. Palaus *loc.cit.*& Geſualdus 1.*p. ſum.tract.*29.*cap.*4.*num.*9.

QVÆSTIO XVII.

An ſaltem ſi fœmina cùm primò fornicatur, eſt ſub cura parentum, vel tutorum, teneatur circunſtantiam virginitatis fateri?

AFfirmarunt à fortiori Doctores nuper pro prima ſententia adducti, præſertim Angel. Syluester, Tab. Armill. Graffius,& Pedroſa, apud Dianam *loc. cit.* Affirmare etiam videntur Salas 2. *tom. in* 1.2. *tr.*13.*diſp.*6.*n.*59.& Leſſius *lib.*2. *de Iuſtitia, cap.*10. *dub.*1.*n.*5. Torreblanca, Sot. & Ludouicus *loc.cit.*& hanc ſententiam eſſe communem affirmat Trullench ſtatim citandus, licèt contrariam vocet æquè probabilem, & magis conſulere infirmitati, & pudori fœmineo,& à ſcrupulis liberare.

Sed adhuc probabiliùs reſpondeo, non teneri, quia etiam dato, quod illud virginis peccatum contineat aliquam contra parentes iniuriam, hoc tamen per accidens ſe habet ad circunſtântiam virginitatis: non ergo erit neceſſariò confitenda. Sic Doctores pro noſtra ſententia *quaſt. præcedenti relati*, præſertim Lugo *loc.cit. à n.*120. Diana,& Ochagauia *loc.cit.* Fagundez *lib* 6.*in Decalog. loc.cit.* Trullench *loc.cit.* vbi ſic ait: Imò quamuis parentes, vel curator diſſentiant, ſi ipſa conſentit, non eſt formaliter ſtuprum, quamuis reuera virgo ſit,& clauſtrum virginale rumpatur. Ratio eſt, quia ratio formalis ſtupri eſt violatio clauſtri virginalis cum iniuria: hîc autem nulla fit iniuria; conſentienti enim non fit iniuria, quia eſt domina ſui corporis, ac proinde illo abutendo, nemini facit iniuriam. Sic ille *num.*2.& *num.*8.

QVÆSTIO XVIII.

An ſi fœmina virgo voluntariè ſe polluat, aut tactus impudicos habeat, teneatur explicare circunſtantiam virginitatis?

AFfirmant Doctores ferè omnes pro contraria ſententia *q.*16.*cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, nullo modo teneri, neque confeſſarium de illa virginitatis circunſtantia, interrogare; imò nec ipſum, ſi fortè interrogetur, reſpondere (quidquid ſentiat Regius *var.reſol.caſu* 18.) Sic Sanch. *loc.cit.n.*5. Vaſq. 1.2.*loc.cit.* & *q.*74.*n.*8. Leſſ. *loc.cit.dub.*1.*n.*5. Diana, Lugo,& alij DD. *ſuprà* pro nobis *citati.* Sentiunt id etiam Candidus *loc. cit. dub.*8.& apud ipſum Caiet. Bonacina,& Azor.

QVÆSTIO XIX.

An qui virginem violenter violauit, teneatur fateri ſe & cum virgine copulam habuiſſe, & per violentiam?

AFfirmat Ioan. Sanctius *in ſelectis diſp.*29.*n.*9: quem refert Diana *tr.*7.*cit.reſol.*11.& neſcio an illum ſequantor (ô bone Deus) debent tamen, omnes DD. *quaſt.*16. pro prima ſententia adducti.

Sed probabiliùs reſpondeo, ſufficere ſtupranti fœminam per vim fateri, ſe commiſiſſe ſimplicem fornicationem per violentiam, quia *vt ſup.q.*25. habitum eſt interueniente conſenſu fœminæ, ſufficienter manifeſtat quis ſtuprum, dicendo ſe carnaliter cognouiſſe ſolutam, quia ſtuprum,& raptus, puella conſentiente, non differt à ſimplici fornicatione: ergo quando accedit oppreſſio, vel vis, ſufficienter manifeſtabit quis totam malitiam ſpecificam peccati, fatendo ſimplicem fornicationem cum violentia. Patet: quia oppreſſio ſolùm addit ſimplici fornicationi ſpeciem iniuſtitiæ, quæ violentia nominatur. Sic aliqui recentiores apud Sanctium,& vt probabile defendit ipſe *n.*8. & debent etiam defendere omnes Doctores *quaſt.*15. pro nobis *citati.*

QVÆSTIO XX.

An iuueni, qui moroſè delectatur de virgine, ſine voluntate tamen inferendi ei violentiam ſufficiat in confeſſione dicere, ſe delectationem habuiſſe circa ſolutam?

NEgant DD. *ſuprà citati*, præcipuè Candidus, dicens: Eſſe veriſſimam, & omnino tenendam ſententiam, teneri ſcilicet fateri delectationem moroſam habuiſſe cum virgine.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſufficere, vt conſtat ex dictis. Sicut conſtat, idem eſſe dicendum, ſi cum effectu copulam cum virgine habuerit, ipſa conſentiente, quia ſtuprum in hoc caſu non differt à ſimplici fornicatione, cùm volenti,& conſentienti nulla fiat iniuria. Sic DD. *citati ſuprà*, præcipuè Diana *reſ.*11.*citata*, & ante ipſum Sanchez *lib.*7.*de matrim. diſp.*14.*n.*6.& Leſſius *lib.*2.*c.*10.*dub.*1.

QVÆSTIO XXI.

An in delectatione moroſa fatenda ſit neceſſariò circumſtantia obiecti, v.g. ſi mulier, de qua ſumpta eſt delectatio, ſit ſoluta, coniugata, Montalis, &c.

NEgant abſolutè Vaſquez *in* 1.2.*diſp.*111.*&* 112. Reginald. *lib.*12.*c.*1.*n.*13. Sayrus *in claui Regia lib.* 3.*cap.*7.*n.*10. Hurtado *de peccatis diſp.* 4. *diff.* 10. Quos omnes citat, & ſequitur iterum, atque iterum Diana 1.*p.tract.*7.*reſolut.*48 *&* 2.*parte tr.*17. *&* 3. *Miſcell. reſol.* 34.*&* 3.*parte, tract.*4.*reſol.*67. Quia exiſtimant, omnes delectationes moroſas eſſe eiuſdem ſpeciei, & ita docet delectationem moroſam de copula cum Moniali, cum nupta, aut ſuluta, non variari ſpecie, propter illas diuerſæ perſonæ circumſtantias, niſi circa illam circumſtantiam formaliter delectatio verſaretur, v.g. circa coniugatam, quia coniugata eſt. Ita etiam docet Palao *tom.* 1.*tract.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 10.§.4.& penes ipſum Azor *lib.*4.*c.*6.*q.*3.

Affirmant verò è contra Caiet. 2. 2. *q.* 254. *art.*4. Nauar. *c.* 16.*n.*9. Sotus *diſt.*18.*q.* 2.*art.*4.*poſt* 7.*concluſionem*, & apud Dianam *loc.cit.* Lorca 1.2.*diſp.*27. *de peccatis, membr.* 3. Martinez 1.2.*q.*15.*art.*4.*dubit.*1. Sanchez *tom.* 1.*ſum.lib.*1.*c.*2.*num.*11. Azorius *tom.*1. *lib.*4.*c.*6.*q.*1. Villalob. *tom.*1.*tr.*3.*difficult.*3.*n.*4. Bonacina *de matrim. queſt.*8.*punct.*4. *n.*18. Leſſ. *lib.*4. *c.*3.*dub.*15. Candid. *loc.cit.dub.*16. Fagundez *lib.*9. *in Decalog.cap.*4.*n.*23.& alij, quia exiſtimant delectationes præſatas diſtingui ſpecie.

Sed ego probabiliùs ſub diſtinctione reſpondeo: Fatendam eſſe circunſtantiam obiecti, quoties delectatio moroſa fertur in totam malitiam obiecti, etiam ſpecificè, quia ſic verè participat ab illo malitiam ſpecie diuerſam, cùm omnis actus ex obiecto ſpeciem ſumat, vt docet D.Thom. 1.2.*q.*18.*art.*2. *&* *q.*19.*art.*1. Secus verò, ſi delectatio non feratur in obiectum ſecundùm totam ſuam malitiam, ſed ſecundùm partem excludendo mente aliam; quia tunc delectatio non habet malitiam integram obiecti, ſed apprehenſam tantùm, hoc eſt illam ſolam malitiam, quæ deſumi poteſt à malitia, quæ non præſcribitur.

Sint huius reſponſionis exempla. Si quis delectetur de copula cum nupta, non referendo illam ad tempus, quo non eſſet nupta, habet malitiam ſpecie diuerſam, propter obiectiuam circunſtantiam adulterij; ſi verò delectetur de nupta, ſub conditione, ſeu caſu quo eſſet vxor eius, præſcindendo ab obiecto aliam malitiam, tunc delectatio non habebit malitiam diſtinctam in ſpecie. Rurſus ſi delectetur de copula cum Moniali, non excludendo circunſtantiam ſtatus Religioſi, habebit malitiam ſpecie diuerſam, nempe ſacrilegij: ſi verò delectetur ſub conditione, ſeu caſu quo non eſſet Monialis, tunc delectatio non habebit malitiam ex ſacrilegio, ſed eſſet ſicut delectatio de copula cum ſoluta, quia illam ſolam malitiam relinquit ex parte obiecti. Sic expreſsè Lugo *diſp.* 16. *ſect.*6.§.4.*per totum.* Et meo videri hoc ipſum docent Sanchez, & Azor *loc.cit.*& non aliud.

QVÆSTIO XXII.

An Religioſus peccet contra votum caſtitatis per delectationem moroſam de copula cum aliqua?

NEgat P. Euſebius de Herrera *in ſuis deciſionibus moralibus deciſ.* 16.§.3.*fol.* 195. vbi inquirit ſic, *Si el pecado de la delectacion moroſa milita contra el voto de la caſtidad.* Et reſpondet per hæc verba. Reſpondo que no milita derechamente contra el voto, ſi bien ſe conſiderà, porque no ay voluntad de quebrãtarle, y dõde, falta la volũtad, no llega la culpa, v.g. ſi vn Religioſo ſe eſtuvieſſe delettado en ſi, en penſare en coſas venereas, pero no tiene voluntad, ni conſiente en ellas, ſino ſolo ſe recrea con imaginarlas, ò penſarlas, peca mortalmente con pecado que ſe llama delectacion moroſa, pero yo no dite que eſte es ſacrilegio contra el voto de la caſtidad, pues tiene intento de guardarla, no conſintiendo en acto que le prejudique, y contradiga.] Sic ille.

Sed certiſſimè reſpondeo, peccare contra votum caſtitatis, & tamen delectationem habere ſpecialem malitiam ſacrilegij, utpote contra Religionem. Quia Religioſus per votum caſtitatis peculiariter interdixit ſibi omnem delectationem veneream. Sic Vaſq. Bonacina, Reginald. & Ægid. quos affert, & ſequitur Diana 2.*p.tr.*17.*reſ.*34. Lugo *diſp.* 16.*n.*386.*pag.* 572. Luyſ. Turrian. *in ſelect.p.* 2.*diſp.*16.*dub.*1. dicẽs, & meritò, contrariam ſententiam eſſe improbabilem. Candid. *diſq.*24.*art.* 24.*dub.*13. Sayr. *lib.*8.*clavis Regiæ*, *q.*7.*n.*20. Trullench *lib.*6. *in Decal. c.*2. *dub.* 7. *n.*2. Palao *tom.*1.*tract.*1.*diſp.*2.*punct.*10.§.4. *in fine.*

QVÆSTIO XXIII.

An ſaltem religioſus peccet contra votum caſtitatis, per delectationem moroſam, caſuque per mentem ſeparet circunſtantiam ſui ſtatus, & apprehẽdat ſe in ſtatu ſæculari, & ſine voto?

NEgabit à fortiori prædictus Author.

Sed adhuc certiſſimè reſpondeo, peccare contra votum caſtitatis. Quia licèt eam circunſtantiam mente præſcindat, adhuc peccat contra votum, quo ſe obligavit ad non habendas hujuſmodi delectationes venereas. Quod optimè probant Luyſ. & Lugo *loc. cit.* necnon Arriaga ex Vaſquio in curſu *Theolog.tom.*3. *diſp.*47.*ſect.*4.*n.*28.

QVÆSTIO XXIV.

An coniugatus, ſaltem ſi mente præſcindat circunſtantiam conjugij, quatenus ſe tenet ex parte ſui, contrahat etiam ſpecialem malitiam adulterij, ſi delectetur de copula cum aliqua ſoluta?

AFfirmativam partem eſſe probabilem videntur indicare Vaſq. 1.2.*dict.diſp.*113.*n.*18.& Caſtrus Pal.*tom.*1.*tr.*2.*diſp.* 2.*punct.*20.§.4.*n.*4. cum eam probent, licèt abſolutè non audeant docere. Docet tamẽ Pater Hurt. *de ſubjecto peccator.diſp.*4.*diff.*10. Cui favet Diana 5.*p.tr.*13.*reſ.*99. Et tenent quidam Neothetici apud Sanch. *lib.*5.*de matr.diſp.*46.*n.*18. Quatenus docent, nullum actum luxurioſum conjugis, in quo nõ ſit ſeminis effuſio, pertinere ad ſpeciem adulterij, nec habere circunſtantiam matrimonij, nec exprimendam in confeſſione. Lege Oviedum 1. 2. *tract.*6. *controv.*4. *punct.*7.*num.* 63. & Arriagam *loc. cit.*

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, contrahere ſpecialẽ malitiã adulterij neceſſariò in confeſſione explicandam. Primò, quia ita tenet praxis fideliũ. Secũdò, quia (quidquid dicant Vaſq. & Caſtro) per matrimonium mutoò ſe obligant conjuges ad carendum ſimilibus delectationibus cum aliis. Tertiò: Conjux revera peccat contra fidem matrimonij, polluendo ſe; quia interdixit ſibi uſũ corporis ſui, niſi ad finẽ matrimonij: ergo etiam contra eandẽ fidem peccabit conjux, ſi habeat talem delectationem, quæ ſemper affert ſecum turpẽ corporis commotionem, &c. Sic expreſsè Lug *diſp.*16.*n.*187.*pag.*372. & etiam Bonac. *q.*8.*de matr.punct.*8.*n.*19. licèt non ita clarè. Candidus *loc. cit pag.*55. poſt Sanchez *loc. cit.* & Salas *in* 1.2.*tr.* 13.*diſp.*6.*ſect.*12.*n.*150. & communem penes ipſos.

Lege

Lege Dianam *p.9.tr.6.reſol.4.in fine.* Vbi me citato ait,hanc ſententiam eſſe magis probabilem: contrariam verò probabilem.

QVÆSTIO XXV.

An quando conditio, ſeu ſtatus pœnitentis eſt notus Confeſſario, ſit neceſſarium, quod ſe accuſet de illa circunſtantia,dicendo ſe eſſe Sacerdotem,coniugatum, &c.

RESpondeo non eſſe neceſſarium,vt praxis docet. Nec obſtat, quod etiam peccata manifeſta confeſſori fateri debeat peccator,quia id neceſſariū eſt ſi ipſa ad pœnitentiale deferantur iudicium: qui verò confitētur,iam eidem iudicio ſubditur. Sic Archang. *diſt.16.pag.166.col.2.*Sot.*in 4.diſt.18.q.2.art.4.pag. mihi* 868.Nugn.*q.9.art.2.dub.3.pag.*497.& cōmunis.

§. III.

De Circunſtantia, Quid.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotatur per ſecundam circunſtantiam, Quid?

RESPONDEO: denotari quantitatem,& qualitatem peccati, necnon omnia alia, quæ ſe tenent ex parte rei volitæ,aut perſonæ, ad quam peccatū terminatur.Sic communiter Doctores.

QVÆSTIO II.

An quantitas furti ſit neceſſariò explicanda in confeſſione?

AFfirmant Henriquez *lib.5.c.7.n.4.* Suarez *diſput.22.ſect.3.n.*17. Fagundez *præc.2. lib.4.c.4. n.2.& lib.6.in Decalog.c.7.num.*13. Sanchez *in Sum. lib.4.c.*11.*n.*14.Ægid.*diſp.7.dub.3.n.*13.Tolet.*lib.5. c.7.n.4.* Sot.*diſt.7.q.1. art.4.* Nugnus *in addit. q.9. art.2.dub.1.pag.496. & dub.3.* Sayrus, Petrus Fay, Bonac.Quos omnes refert Diana *tr.7.cit.reſ.*14. Valentia *q.11. punct.1.* qui ait: Vix poſſe contrarium probabiliter defendi. Ludou. *q.1.art.4. dub.2. pag.* 1066.Graſſius*lib.1.c.*10.*n.9.*Petr.de Ledeſma *n.*19. *de Pœnit. vbi de circunſtantia Quid, concl.1. pag. mihi* 463. Quia ſine hac explicatione non manifeſtatur delictum,quod per ordinē ad obiectum indiuiduatur.

Sed probabiliùs reſpondeo,non eſſe neceſſariò explicandam. Vnde qui furatus eſt mille aureos, ſufficiet ei,ſi in confeſſione dicat: Commiſi furtum in re graui, aut graue peccatum furti commiſi. Et ratio eſt, quia maior,vel minor quantitas in furto non variat ſpeciem,ſed vbi nō datur diuerſitas ſpecifica circunſtantiarum, non adeſt obligatio illas confitendi: ergo. Addunt tamen aliqui, teneri pœnitentem aliquando per accidens explicare quantitatē furti,quādo ſcilicet peccatum eſt reſeruatum in tanta quantitate.Sed ego dico,quod adhuc in hoc caſu ſatisfaciet pœnitens dicēdo,ſe furatum fuiſſe tantam quantitatem,vt excommunicationem incurrerit. Sic Nauarr. *de pœnit. c.conſideret, diſt.6.n.*11.*& in Man.c.6.n.*5. Vaſquez *tom.4.in 3.part.q.91. art.1.dub.3.* Hurtado *diſp.9.de pœnit.diff.*4.Megala,Zanardus,Gyptius,& Zerol.apud Dianā *loc.cit.*Qui dicens, vtramque opinionem eſſe probabilem, nihil reſoluit.Sic etiā Granados *tr.9.diſp.9.n.*12.*&* 13. Lugo *diſp.16.ſect.3.*& Luyſ. *de pœn.q.9.art.2.diſp.29.dub.2.ad 4.& dub.3.*

vbi ait, abſque vllo fundamento probabilitatis dici, hanc ſententiam eſſe improbabilem.Ochagauia *tr.1. q.14.n.6.*Thomas à Ieſu *c.3 pag.*105.Archang. *diſt. 16.pag. 166.col.1.&* a vbi ſic ait: Si quis furatus eſt mille aureos,& dixerit in Confeſſione,ſe feciſſe furtum mortale (quod quamprimùm reſtituere intendit) & nil aliud, non propterea tenebitur iterum repetere confeſſionem. Sic ille. Palaus *tom.4. tract.*13. *punct.9. n.7.* Baunius *tr.4.q.*15. *de confeſſ.dub.3.* & Trullench *lib.4.de Sacram.c.6.dub.4.num.7.*

Neque obſtat ratio contrariorum.Quia licèt indiuiduatio actus in ordine ad obiectum ſumatur,tamen ſufficienter illius indiuiduationem declarat,qui affirmat,ſe quantitatem notabilem furatum eſſe: ſicut ſatisfacit confitendo homicidium, vel fornicationem commiſiſſe, tametſi intenſionem, vel durationem illorum actuum non declaret,quamuis intenſio,& duratio ipſam indiuiduationem actus potiùs quàm obiectum conſtituant.

QVÆSTIO III.

An circunſtantia parui furti debeat aliquando confiteri?

REſpondeo debere: nempe,quando aliquis furatur aliquid paruæ quantitatiſeo modo, vt eius Dominum blaſphemare faciat, vel quando quis furatur acum,v.g.à paupere ſartore,ſi ei multùm nocet, &c.Quia per huiuſmodi circunſtantias in his caſibus fit mortale,quod aliàs per ſe veniale erat.Sic Nauarr. *in manuali,c.6.n.3.* Tolet. *lib.3. cap.7.num.3. & 4.* Henriquez *lib.1. de pœnit. cap.6.num.3.* Fagundez *de 2.præc.Eccl.lib.4.cap.4.n.3.*Bonac.*loc.cit.diff.3.n.27.* Reginald.& Sanchez apud ipſum, & eſt communis.

QVÆSTIO IV.

An furari coram Iudice, vel cum manifeſto periculo vitæ, ſit circunſtantia neceſſariò fatenda?

AFfirmant Vaſquez 1.2. *queſt.73.art.9. dub.3.* quia exiſtimat, ibi eſſe duo peccata, furti videlicet,& temeritatis.

Sed probabiliùs reſpondeo,non eſſe.Quia tantùm reperitur vnicum peccatum furti; nam pœna vitæ, quam peccans præuidet, non addit nouam malitiam, niſi aliàs directè à peccante ſit intenta.Sufficiet ergo pœnitenti in eo caſu accuſare, ſe commiſiſſe peccatum furti.Sic Tannerus, quem citat, & ſequitur Diana *tract.7.cit. reſol.61.*

QVÆSTIO V.

An in peccatis Carnis debeat neceſſariò explicari circunſtantia copula conſummata? an verò ſufficiat illi qui fornicationem patrauit dicere, Commiſi peccatum graue contra Caſtitatem cum ſoluta?

AFfirmant hoc vltimum, aliqui recentiores, vt teſtatur Luyſius Turrian.*de pœnit.q.9.p.2. diſp. 29. dub.2.ad* 5.qui & probabile id putat,vocans probabilius oppoſitum.Ratio eorum eſſe poteſt,quia inter tactus impudicos, & copulam nulla apparet differentia ſpecifica.

Sed certiſſimè reſpondeo: neceſſariò debere copulam explicari, quia fornicatio addit malitiam ſpecificam ſupra malitiam ſimplicis tactus libidinoſi puri,ſi ſiſtat in mero tactu, abſque copula: ergo hæc neceſſariò explicari debet. Sic Lugo *diſp.16.num. 238.pag.147.*qui doctè id probat,& dicit oppoſitam

Q ſententiam

ſententiam opponi communi Doctorum ſenſui. Vnde immeritò Diana 3 *p. tr. 2. reſol.* 88. non audet illam improbare: ſed mote ſuo aliis, vt iudicium de hoc ferant, relinquit.

QVÆSTIO VI.

An in peccato Sodomiæ teneatur pœnitens explicare, fueritne agens, vel patiens?

NEgant Alſonſus de Leone *tract. de off. & poteſt. Confeſſary, p. 1. recol. 9. n.* 116. *&* 118. & Diana 3. *p. tr. 4. reſol.* 159. *&* 5. *p. tract.* 14. *reſol.* 59. & apud ipſum Carolus de Baunio, Fornarius, & Alexander Rufus, quia exiſtimant, peccatum vtriuſque pertinere ad eandem ſpeciem. Ita rurſus Diana *part. 9. tractat. 9. reſol. 3. in fine*, & Geſualdus 1. *p. Sum. tract.* 19. *cap. 4. num.* 19.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri, quia ex parte agentis interuenit pollutio propria, quæ non interuenit ex parte patientis: ſed ſic eſt, quod diuerſum peccatum eſt voluntariè pollui, vel ſolùm cooperari pollutioni alterius, vt docet, & probat Lugo *loc. cit. n.* 243. *pag.* 348. Ergo in dicto peccato agens debet explicare circumſtantiam illam, propter diuerſam malitiam, quam affert. Sic Lugo *loc. citato*, & Tamburinus *opuſc. 1. lib. 2. c. 7. §. cit. n.* 173.

QVÆSTIO VII.

An copula fidelis cum infideli, hoc eſt baptizati cum non baptizata, ſit circunſtantia neceſſariò explicanda?

NEgant Azor *p. 3. lib. 3. c. 29. q.* 3. Filliuc. *tr.* 10. *p. 2. n. 23. & tr. 30. c. 2. n.* 52. Bonac. *q. 3. de matrim. punct. 15. n.* 7. Alcozer *in Sum. c. 23. fol. mihi* 74. Syluius 2. 2. *q.* 157. *art. 2. q.* 2. Fagundez *in 6. prac. Decalog. lib. 6. c. 1. n.* 15. & alij, qui æſtimant talem copulam non differre ſpecie à ſimplici fornicatione. Ita etiam tenet contra ſeipſum, & contra me Diana *p. 9. tr. 9. reſol.* 3.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe neceſſariò confitendam, quia probabilius eſt, eſſe circunſtantiam mutantem ſpeciem, & transferentem illud peccatum in aliam ſacrilegij ſpeciem, quatenus per illam fit directè contra reuerentiam Chriſtianæ Religionis, in cuius honorem prohibita eſt illa coniunctio cum infideli ab Eccleſia. Sic Sanchez *lib. 7. de matrim. diſp. 5. n. 6. &* 12. & apud illum Nauar. *c. 6. n.* 3. Henriquez *lib. 5. de pœnit. c. 6 n.* 3. Lopez 1. *p. c. 35. pag. mihi* 199. Vega 1. *tom. Sum. c.* 55. *caſu* 26. P. de Ledeſma *de matrim. q. 55. art. 4. dub.* 1. Sic etiam Homobonus, Conradus, Flotonus, Bellochius, & Leſſius, quos citat, & ſequitur Diana 3. *p. tr. 4. reſol.* 138. Lublinus *verb. confeſſio, n.* 4. Lugo *diſp. 16. n. 326. pag.* 363. Candidus *diſquiſ. 24. art. 24. dubit.* 35. Naldus *verb. Fornicatio, n.* 2. qui addit idem dicendum de copula habita cum hæretica.

QVÆSTIO VIII.

An quando quis fateatur, ſe odiſſe proximum, teneatur explicare malum deſideratum, nempe an fuerit mors, infamia, vel paupertas proximi?

AFfirmant Suarez *diſp. 6. de charitate, ſect.* 2. & Syluius 1. 2. *q. 34. n.* 2. quos citat Diana *tr. 1. cit. reſol.* 30. Ægidius 2. 2. *q. 24. diſp. 29. dub. 3. n.* 61. Sanctius *in ſelectis diſp. 5. n.* 1.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, ſed ſat eſſe ei ſi dicat, ſe toties odiſſe proximum, non declarando malum ex odio deſideratum. Nam licèt illa mala volita ſint diuerſa in ſpecie, & ſufficienter ex ſe ad diuerſificanda diuerſa vitia, ſi deſiderarentur, vt talia ſunt, quia tamen non deſiderantur quatenus talia ſunt, ſed ſub vna, & eademmet ratione formali, quatenus eſt malum proximi, ideo omnia huius generis peccata ſunt eiuſdem ſpeciei.

Sed aduertendum, hanc doctrinam non eſſe intelligendam de deſiderio inferendi proximo illud malum quod deſideratur, quia tunc certum eſt apud omnes, voluntatem auferendi famam differre ſpecie à voluntate occidendi, &c. Sed ſolummodo de odio ſiſtente in mero deſiderio, quo vellem illi ea mala aliunde euenire, quia mala eius ſunt. Sic notat, & docet Lugo *diſp. 16. n.* 160. & ante illum P. de Ledeſma *in Sum. tom. 1. tr. 3. c.* 6. Bonac. *de legib. diſp. 3. q. 4. punct. vlt. §. 1. n.* 10. Hurtado *de charitate diſp. 8. diff.* 4. Homobonus *in exam. Eccleſ. p. 1. tr. 6. c. 25. q.* 112. quos refert & ſequitur Diana *loc. cit. &* 3. *p. tr. 4. reſol.* 67. Valentia *tom. 3. diſp. 3. q. 11. punct. 2. tr. 3. c. 6. concl.* 8. Leſſ. 2. 2. *diſp.* 91. *de charit. dub.* 1. Lorca ibi *q. 34. art.* 3.

QVÆSTIO IX.

An qui vno iracundiæ impetu, abſque morali interruptione temporis, profert in alium multa verba continentia vnam ſpecie iniuriam, vt ſi decies appellet ebrium, vel ſurem, &c. vnum tantùm peccatum committat?

NEgat Bonacina *diſp. 5. de Sacram. q. 5. ſect. 2. punct. 1. §. 3. diff. 2. n. 17. verſu, Verum quoad nos, pag. mihi* 205.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: vnum tantum peccatum committere. Sicut vnum tantum committit, qui vno impetu multa conuicia in Deum profert, aut qui vnico impetu ter percutit alium, aut tria vulnera mortalia in eadem rixa. Quia totum hoc vnum fit actu morali. Sic Nauar. c. 6. *n.* 18. Fagundez *præ. Eccl. 2. lib. 3. c. 5. n. 5. & lib. 2. in Decalog. c. 3. num.* 24. Sanct. *diſp. 6. n.* 2. Diana 1. *p. tr. 7. reſol.* 51. Hurtado *diſp. 9. diff.* 6. & Caſtro Palao *tom. 1. tract. 2. diſput. 3. punct. 3. n.* 5. & alij apud ipſum.

QVÆSTIO X.

An ſaltem ſi aliquis proferat in alium multa verba iniurioſa, ſignificantia diuerſas in ſpecie iniurias, vtputa, quod ſit fur, falſarius, ſodomita, hæreticus, &c. plura peccata committat, & debeat illa in confeſſione explicare?

AFfirmant Nauarr. *c. 6. n.* 16. Henriq. *lib. 5. c. 8. n.* 3. Sotus *de iuſtitia lib. 5. q. 9. art.* 1. Molfeſ. *tom. 1. tract. 11. c.* 22. Ybarne *in 4. diſt. 17. diſp. 15. ſect.* 8. Megala 1. *p. lib. 5. c. 12. n.* 2. Quos omnes affert Diana *tr. 7. reſol.* 18. in qua etiam citat pro hac parte Thomam Sanchez *lib. 1. Sum. c. 3. n.* 39. ſed malè, quia (vt benè vidit Lugo) neque in illo capite eſt numerus 39. nec aliquid dicit ad hoc propoſitum. Citat etiam Ioannem Sanctium *in ſelectis diſp. 6. n. 1. &* 2. & benè quidquid de hoc valde dubitet Lugo, licèt cum fundamento, cùm pro oppoſita ſententia citet eum idē Diana 3. *p. tr. 4. reſol.* 67. vbi etiam pro iſta ſententia refert Layman, Laurium, Graffium, Nald. & Salas. Tenent etiam Ludou. *q. 1. art. 4. dub. 1. pag.* 1066. & Bonac. *loc. cit.* per hæc verba: Verùm quod nos aſſeruimus de quantitate furti, idem etiam probabiliùs aſſerendum puto in quantitate injuriæ alteri illatæ eodem tempore, vel ſucceſſiuè per injurias ejuſdem, vel diuerſæ rationis. Idem tenet Henriquez *lib. 5. c. 8. n.* 3. Zerola

de

de pœnit. c. 11. *quæſt.* 48. de iniuriis diuerſis, vt ſi quis eundem hominem appellauit furem, adulterum, ſacrilegum, &c. Quamquam oppoſita ſententia non caret probabilitate, & in praxi tutò ſuſtineri poſſe videtur. Hacuſque Bonacina, quem ſequitur Geſuald. 1. *parte Sum. tract.* 21. *cap.* 4. *n.* 15. quia, inquit, altera iniuria diuerſa, non eſt via, nec includit alteram, nec omnes ſunt vnum tendentes ad vnum principale, nec vnius ſpeciei: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri explicare numerum, aut diuerſitatem contumeliarum, quantumvis grauium, modò non detur moralis interruptio inter verba, & verba. Quia omnes contumeliæ ſunt eiuſdem ſpeciei, cum omnes ab vna ratione ſpecifica formali accipiant ſuam malitiam. Quod conſtat: nam omnes contumeliæ accipiunt malitiam ex eo, quod lædant honorem: Sicut furta, ex eo, quod lædant fortunas: ergo ſicut furta ſunt eiuſdem ſpeciei, in ratione furti, ſiue hoc modo, ſiue illo fiant, ſic & erunt iniuriæ, in ratione iniuriarum. Sic Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 28. *citata,* vbi pro hac parte citat Zerolam *in praxi pœnit. c.* 12. *quæſt.* 48. Caietanum 2. 2. *quæſt.* 72. *art.* 1. Sotum *de iuſt. lib.* 5. *q.* 9. *art.* 1. Sà *verb. Contumelia, num.* 1. Molinam *tom.* 5. *tr.* 4. *diſp.* 19. Azotium *p.* 3. *lib.* 13. *c.* 5. *dub.* 1. Reginaldum *lib.* 14. *c.* 5. *n.* 102. Rurſus 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 67. affert pro noſtra ſententia Stephanum Fagundez *præc.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 3. (*& lib.* 4. *in Decalog. loc. cit.*) Filliucium *tr.* 21. *c.* 9. *n.* 122. & Rebellium *p.* 1. *lib.* 2. *q.* 17. *ſect.* 2. *n.* 3. & Sanctium *in ſelectis diſp.* 5. *n.* 10. *& in impreſſione Matritenſi* Hurtadum *de reſtitutione diſp.* 3. *diff.* 3. Ex his tamen authoribus, quos Diana citat, Filliucius apertè docet oppoſitum. Imò & Ioannes Sanctius *diſp.* 6. *n.* 2. contrarium expreſsè, per hæc verba: *At diuerſa* (peccata ſcilicet) *erunt ſi in eodem ſpatio temporis aliquem quis nominauerit Hebræum, & furem. Vnde cum diuerſa iniuriæ in ſpecie ſint, diuerſum omnino damnum inferentes, erunt diuerſa peccata.* Quod etiam docet Nauarr. *ſuprà,* & Vaſquez *tom. de pœnit. q.* 91. *art.* 1. *dub.* 5. *n.* 31. Sic ille. Nec leuiter indicat noſtram ſententiam *diſp.* 5. *n.* 10. vbi pro illa citatur à Diana, vt ex verbis eiuſdem, quæ affert Diana, ſtatim videbimus. Sic etiam Lugo *diſp.* 16. *n.* 265. Et vt probabilem defendit hanc ſententiam Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 3. *n.* 6. qui & citat pro illa Bonacinam *diſp.* 2. *de peccatis, q.* 4. *punct.* 2. *n.* 12. & bene. Sed non ita Bonacina, cum oppoſitum, loco ſuprà à nobis citato, vt probabilius defendat, hic contrarium. Quod tamen non notat Caſtro.

QVÆSTIO XI.

An ſit neceſſarium in confeſsione explicare materiam, aut perſonam de qua quis temerè iudicauit?

AFfirmare debent Doctores nuper pro prima ſententia citati.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe neceſſarium, ſed ſufficere, ſi dicat: Toties in materia graui temerè iudicaui de aliquibus. Ratio eſt, quia omnia iudicia temeraria eiuſdem ſunt ſpeciei in genere moris: cùm bona exiſtimatio, quæ per iudicium temerarium aufertur, ſemper ſit eiuſdem ſpeciei in eſſe moris. Sic Sanctius *diſput.* 5. *num.* 10. vbi ſic ait: Nec opus eſt pœnitentibus, quale iudicium fuerit, contra quam perſonam, fueritne Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, ſeu circa quam rem explicare, dicendo ſcilicet, iudicaui Ioannem eſſe furem, vel fornicatium, aut hæreticum &c. In eſſe ſolùm phyſico iudicia hæc diuerſitatem habent; vtpote circa diuerſa crimina, non verò in morali, cum contra iuſtitiam commutatiuam ſint, prohibentem ſub vna ſpecifica ratione, & atoma, famam alienam non lædi, tam internè, per iudicium, quàm externè, per detractionem, aut contumeliam. Sic ille. Et Lugo *diſp.* 16. *n.* 265. *pag.* 352. & Diana *loc. cit.* Qui optimè addunt, idem dicendum eſſe de detractionibus, quod ſcilicet non varientur ſpecie pro diuerſitate materiæ in qua aufertur fama, quia fama ſemper eſt eiuſdem ſpeciei in genere moris. Quæ doctrina maximè debet practicari à confeſſoribus, vt ſic à multis ſcrupulis, & interrogationibus libeeentur.

QVÆSTIO XII.

An in merò peccato iactantiæ debeat aliquis explicare ſpecies peccati, de quo ſe iactauit, & laudauit?

AFfirmant Sanchez *in Sum. lib.* 1. *c.* 3. *num.* 13. & apud illum Alcozer *c.* 20. *fol.* 74. *part.* 1. Lopez 1. *p. inſtruct. c.* 5. *col.* 6. & Manuel 1. *tom. Summæ, in editione* 2. *c.* 53. *concl.* 13. *n.* 13. Et quamuis dicat Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 161. male citati à Sanchez Lopez, & Rodriguez: quia iſti Doctores (inquit) loquuntur quando iactans complacet de illo peccato, quo caſu non eſt dubium eſſe fatendam ſpeciem peccati; ſed immeritò, quia vt probat idem Sanchez, reuera loquuntur de mero iactantiæ peccato. Sententiam horum Doctorum iam viderat ſequi Diana *p.* 9. *tr.* 9. *reſol.* 20. licèt me citato addat probabile eſſe oppoſitum.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri ad explicandam ſpeciem peccati, de quo ſe iactauit, laudauitve (niſi aliàs ſimul cum iactantia interueniat complacentia, aut gaudium de illo.) Sed ſufficere dicere, laudaui me, aut gloriatus ſum de peccato mortali. Et ratio eſt, quia tota malitia in peccato iactantiæ conſiſtit in quadam irreuerentia, quæ irrogatur Deo, dum aliquis peccatum accipiat, vt medium ad captandam ex ipſo gloriam, & laudem apud homines; ſed ad hoc per accidens ſe habet, quod ſit hoc vel illud peccatum, de quo gloriam peccator captat: ergo gloriatio de offenſa Dei, ſemper erit eiuſdem ſpeciei. Sic Nauarr *in Man. prælud.* 9. *n.* 4. *in* 1. *editione,* Palao *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 2. *punct.* 11. *n.* 5. Diana 3. *p. tract.* 4. *reſol.* 161. & Lugo *diſp.* 16. *n.* 169. *pag.* 352. ſecus eſt dicendum, vt diximus, loquendo de peccato delectationis, quam quis habet de peccatis confeſſis: nam tunc neceſſum eſt fateri, quæ illa fuerint peccata, vt contra Emmanuelem Sà oppoſitum tenentem *verb. confeſſio, n.* 16. docet Diana *p.* 9. *tr.* 9. *reſol.* 20.

QVÆSTIO XIII.

An qui dedit conſilium de opere illicito, teneatur explicare ſpecies peccati, quod conſuluit?

NEgant aliqui apud Medinam *in* 1. 2. *q.* 14. *art.* 6. ſentientes idem de conſilio, ac de iactantia, & ideo dicunt, non teneri explicare materiam conſilij praui, ſed ſufficere ſi dicat, conſilium dedi de peccato mortali faciendo.

Sed certiſſimè reſpondeo Teneri: quia conſilium verè ſpecificatur à peccato, quod conſulitur: ideò duplicem habet malitiam, alteram contra virtutem ſpecialem, cui aduerſatur peccatum, quod conſulitur, & alteram contra charitatem proximi, quem conſulens ſuo conſilio inducit ad peccatum. Sic Med. *loc. cit.* Salas *in* 1. 2. *tr.* 13. *diſp.* 5. *ſect.* 15. *n.* 158. Lugo *diſp.* 16. *n.* 275. *pag.* 353. & communis.

ſententiam opponi communi Doctorum ſenſui. Vnde immeritò Diana *3.p. tr.2. reſol.*88. non audet illàm improbare: ſed more ſuo aliis, vt iudicium de hoc ferant, relinquit.

QVÆSTIO VI.

An in peccato Sodomiæ teneatur pœnitens explicare, fueritne agens, vel patiens?

NEgant Alfonſus de Leone *tract. de off. & poteſt. Confeſſarij, p.1. recol.9.n.*216.& 218.& Diana 3.*p.tr.4.reſol.*159.& 5.*p.tract.14.reſol.*59. & apud ipſum Carolus de Baunio, Fornarius, & Alexander Rufus, quia exiſtimant, peccatum vtriuſque pertinere ad eandem ſpeciem. Ita rurſus Diana *part.9. tractat.9. reſol.3. in fine*, & Geſualdus 1.*p.Sum.tract.*19. *cap.4.num.*19.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri, quia ex parte agentis interuenit pollutio propria, quæ non interuenit ex parte patientis: ſed ſic eſt, quod diuerſum peccatum eſt voluntariè pollui, vel ſolùm cooperari pollutioni alterius, vt docet, & probat Lugo *loc.cit. n.*241.*pag.*348. Ergo in dicto peccato agens debet explicare circunſtantiam illam, propter diuerſam malitiam, quam affert. Sic Lugo *loc.citato*, & Tamburinus *opuſc.1.lib.2.c.7.§.cit.n.*173.

QVÆSTIO VII.

An copula fidelis cum infideli, hoc eſt baptizati cum non baptizata, ſit circunſtantia neceſſariò explicanda?

NEgant Azor *p.3. lib.3.c.29.q.3.* Filliuc. *tr.*10. *p.2.n.*23.& *tr.30.c.2.n.*52. Bonac. *q.3. de matrim.punct.*15.*n.*7.Alcozer *in Sum. c.*23.*fol.mihi* 74. Syluius 2.2.*q.*157.*art.*2.*q.*2.Fagundez *in 6.prac.Decalog.lib.6.c.1.n.*15. & alij, qui æſtimant talem copulam non differre ſpecie à ſimplici fornicatione. Ita etiam tenet contra ſeipſum, & contra me Diana *p.9. tr.9.reſol.*3.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe neceſſariò confitendam, quia probabilius eſt, eſſe circunſtantiam mutantem ſpeciem, & transferentem illud peccatum in aliam ſacrilegij ſpeciem, quatenus per illam fit directè contra reuerentiam Chriſtianæ Religionis, in cuius honorem prohibita eſt illa coniunctio cum infideli ab Eccleſia. Sic Sanchez *lib.7.de matrim.diſp.*5. *n.*6.& 12. & apud illum Nauar. *c.6.n.*3. Henriquez *lib.5.de pœnit.c.6 n.*3.Lopez 1.*p.c.*35.*pag. mihi* 199. Vega 1.*tom.Sum.c.*55.*caſu* 26. P.de Ledeſma *de matrim.q.*55.*art.4.dub.*1. Sic etiam Homobonus, Conradus, Floronus, Bellochius, & Leſſius, quos citat, & ſequitur Diana 3.*p.tr.4. reſol.*138. Lublinus *verb. confeſſio, n.*4.Lugo *diſp.16.n.*336.*pag.*363.Candidus *diſquiſ.*24. *art.*24. *dubit.*35.Naldus *verb. Fornicatio*, *n.*2. qui addit idem dicendum de copula habita cum hæretica.

QVÆSTIO VIII.

An quando quis fatetur, ſe odiſſe proximum, teneatur explicare malum deſideratum, nempe an fuerit mors, infamia, vel paupertas proximi?

AFfirmant Suarez *diſp.6. de charitate, ſect.*2. & Syluius 1.2.*q.*34.*n.*2.quos citat Diana *tr.1.cit. reſol.*30. Ægidius 2.2.*q.*24.*diſp.29.dub.3.n.*61. Sanctius *in ſelectis diſp.5.n.*1.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, ſed ſat eſſe ei ſi dicat, ſe toties odiſſe proximum, non declarando malum ex odio deſideratum. Nam licèt illa mala volita ſint diuerſa in ſpecie, & ſufficienter ex ſe ad diuerſificanda diuerſa vitia, ſi deſiderarentur, vt talia ſunt, quia tamen non deſiderantur quatenus talia ſunt, ſed ſub vna, & eademmet ratione formali, quatenus eſt malum proximi, ideo omnia huius generis peccata ſunt eiuſdem ſpeciei.

Sed aduertendum, hanc doctrinam non eſſe intelligendam de deſiderio inferendi proximo illud malum quod deſideratur, quia tunc certum eſt apud omnes, voluntatem auferendi famam differre ſpecie à voluntate occidendi, &c. Sed ſolummodo de odio ſiſtente in mero deſiderio, quo vellem illi ea mala aliunde euenire, quia mala eius ſunt. Sic notat, & docet Lugo *diſp.16.n.* 260. & ante illum P. de Ledeſma *in Sum.tom.1.tr.3.c.*6. Bonac. *de legib.diſp.3.q.4.punct. vlt.§.1.n.*10.Hurtado *de charitate diſp.8.diff.*4.Homobonus *in exam. Eccleſ.p.1.tr.6.c.25.q.*112. quos refert & ſequitur Diana *loc.cit.*& 3.*p.tr.4.reſol.*67.Valentia *tom.3.diſp.3.q.11.punct.2.tr.3.c.6.concl.*8.Leſſ. 2.2.*diſp.91. de charit.dub.*1.Lorca ibi *q.34.art.*3.

QVÆSTIO IX.

An qui vno iracundiæ impetu, abſque morali interruptione temporis, profert in alium multa verba continentia vnam ſpecie iniuriam, vt ſi decies appellet ebrium, vel furem, &c. vnum tantùm peccatum committat?

NEgat Bonacina *diſp.5. de Sacram. q.5.ſect.2. punct.1.§.3.diff.2.n.*17. *verſu, Verum quoad nos, pag.mihi* 205.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: vnum tantum peccatum committere. Sicut vnum tantum committit, qui vno impetu multa conuicia in Deum profert, aut qui vnico impetu ter percutit alium, aut tria vulnera mortalia in eadem rixa. Quia totum hoc vnicò fit actu morali. Sic Nauar. *c.6.n.*18.Fagundez *præc. Eccl.1.lib.3.c.5.n.5.& lib.2.in Decalog.c.3.num.*24. Sanct. *diſp.6.n.*2. Diana 1.*p.tr.7.reſol.*51. Hurtado *diſp.9.diff.*6.& Caſtro Palao *tom.1.tract.2. diſput.3. punct.3.n.*5. & alij apud ipſum.

QVÆSTIO X.

An ſaltem ſi aliquis proferat in alium multa verba iniurioſa, ſignificantia diuerſas in ſpecie iniurias, vtputa, quod ſit fur, falſarius, ſodomita, hæreticus, &c. plura peccata committat, & debeat illa in confeſſione explicare?

AFfirmant Nauarr. *c.6.n.*16.Henriq. *lib.5.c.8.n.*3. Sotus *de iuſtitia lib.5.q.9.art.*1. Molfeſ. *tom.1. tract.11.c.*22. Yribarne *in 4.diſt.17.diſp.15.ſect.*8. Megala 1.*p.lib.5.c.12.n.*2. Quos omnes affert Diana *tr.7.reſol.*28. in qua etiam citat pro hac parte Thomam Sanchez *lib.1.Sum.c.3.n.*39. ſed malè, quia (vt benè vidit Lugo) neque in illo capite eſt numerus 39. nec aliquid dicit ad hoc propoſitum. Citat etiam Ioannem Sanctium *in ſelectis diſp.6.n.1.&* 2.& benè quidquid de hoc valde dubitet Lugo, licèt cum fundamento, cùm pro oppoſita ſententia citet eum idē Diana 3.*p.tr.4.reſol.*67.vbi etiam pro iſta ſententia refert Layman, Lauorium, Graffium, Nald.& Salas. Tenent etiam Ludou.*q.1.art.4.dub.1.pag.*1066.& Bonac.*loc. cit.* per hæc verba: Verùm quod nos aſſeruimus de quantitate furti, idem etiam probabiliùs aſſerendum puto in quantitate injuriæ alteri illatæ eodem tempore, vel ſucceſſiuè per injurias ejuſdem, vel diuerſæ rationis. Idem tenet Henriquez *lib.5.c.8.n.*3. Zerola

de

*de pœnit.c.*12.*quæſt.*48. de iniuriis diuerſis, vt ſi quis eundem hominem appellauit furem, adulterum, ſacrilegum, &c. Quamquam oppoſita ſententia non careat probabilitate, & in praxi tutò ſuſtineri poſſe videtur. Hucuſque Bonacina, quem ſequitur Geſuald. 2. *parte Sum.tract.*21.*cap.*4 *n.*15. quia, inquit, altera iniuria diuerſa, non eſt via, nec includit alteram, nec omnes ſunt vnum tendentes ad vnum principale, nec vnius ſpeciei: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri explicare numerum, aut diuerſitatem contumeliarum, quantumvis grauium, modò non detur moralis interruptio inter verba, & verba. Quia omnes contumeliæ ſunt eiuſdem ſpeciei, cum omnes ab vna ratione ſpecifica formali accipiant ſuam malitiam. Quod conſtat: nam omnes contumeliæ accipiunt malitiam ex eo, quod lædant honorem: Sicut furta, ex eo, quod lædant fortunas: ergo ſicut furta ſunt eiuſdem ſpeciei, in ratione furti, ſiue hoc modo, ſiue illo fiant, ſic & erunt iniuriæ, in ratione iniuriarum. Sic Diana 1.*p.tr.*7. *reſol.*28. *citata*, vbi pro hac parte citat Zerolam *in praxi pœnit. c.*12. *quæſt.*48. Caietanum 2.2.*quæſt.*72. *art.*1. Sotum *de iuſt. lib.*5. *q.*9.*art.*1. Sà *verb.Contumelia, num.*1. Molinam *tom.*5. *tr.*4.*diſp.*19. Azotium *p.*3.*lib.*13.*c.*5.*dub.*1 Reginaldum *lib.*14.*c.*5.*n.*102. Rurſus 3.*p.tr.*4.*reſol.*67. affert pro noſtra ſententia Stephanum Fagundez *præc.*2. *lib.*3.*c.*5.*n.*3.(*& lib.*2. *in Decalog. loc.cit.*) Filliucium *tr.*21.*c.*9.*n.*122. & Rebellium *p.*1.*lib.*2 *q.*17.*ſect.*2. *n.*3. & Sanctium *in ſelectis diſp.*5.*n.*10. *& in impreſſione Matritenſi* Hurtadum *de reſtitutione diſp.* 3.*diff.*3. Ex his tamen authoribus, quos Diana citat, Filliucius apertè docet oppoſitum. Imò & Ioannes Sanctius *diſp.*6.*n.*2. contrarium expreſsè, per hæc verba: *At diuerſa* (peccata ſcilicet) *erunt ſi in eodem ſpatio temporis aliquem quis nominauerit Hebræum, & furem. Vnde cum diuerſa iniuria in ſpecie ſint, diuerſum omnino damnum inferentes, erunt diuerſa peccata.* Quod etiam docet Nauarr. *ſuprà*, & Vaſquez *tom.de pœnit.q.*91. *art.*1.*dub.*5.*n.*31. Sic ille. Nec leuiter indicat noſtram ſententiam *diſp.*5. *n.*10. vbi pro illa citatur à Diana, vt ex verbis eiuſdem, quæ affert Diana, ſtatim videbimus. Sic etiam Lugo *diſp.*16.*n.*165. Et vt probabilem defendit hanc ſententiam Caſtro Palao *tom.*1. *tr.*2.*diſp.*3.*punct.*3.*n.*6. qui & citat pro illa Bonacinam *diſp.*2.*de peccatis*,*q.*4.*punct.*2.*n.*11. & bene. Sed non ita Bonacina, cum oppoſitum, loco ſupra à nobis citato, vt probabilius defendat, hic contrarium. Quod tamen non notat Caſtro.

Qværtio XI.

An ſit neceſſarium in confeſſione explicare materiam, aut perſonam de qua quis temerè iudicauit?

AFfirmare debent Doctores ſuper pro prima ſententia citati.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe neceſſarium, ſed ſufficere, ſi dicat: Toties in materia graui temerè iudicaui de aliquibus. Ratio eſt, quia omnia iudicia temeraria eiuſdem ſunt ſpeciei in genere moris: cùm bona exiſtimatio, quæ per iudicium temerarium aufertur, ſemper ſit eiuſdem ſpeciei in eſſe moris. Sic Sanctius *diſput.*3.*num.*10. vbi ſic ait: Nec opus eſt pœnitentibus, quale iudicium fuerit, contra quam perſonam, fueritne Eccleſiaſtica, vel ſæcularis, ſeu circa quam rem explicare, dicendo ſcilicet, iudicaui Ioannem eſſe furem, vel fornicarium, aut hæreticum &c. In eſſe ſolùm phyſico iudicia hæc diuerſitatem habent; vtpote circa diuerſa crimina, non verò in morali, cum contra iuſtitiam commutatiuam ſint, prohibentem ſub vna ſpecifica ratione, & atoma, famam alienam non lædi, tam internè, per iudicium, quàm externè, per detractionem, aut contumeliam. Sic ille. Et Lugo *diſp.*16.*n.*265.*pag.*352. & Diana *loc. cit.* Qui optimè addunt, idem dicendum eſſe de detractionibus, quod ſcilicet non varientur ſpecie pro diuerſitate materiæ in qua aufertur fama, quia fama ſemper eſt eiuſdem ſpeciei in genere moris. Quæ doctrina maximè debet practicari à confeſſoribus, vt ſic à multis ſcrupulis, & interrogationibus liberentur.

Qvæstio XII.

An in merò peccato iactantiæ debeat aliquis explicare ſpecies peccati, de quo ſe iactauit, & laudauit?

AFfirmant Sanchez *in Sum.lib.*1. *c.*3.*num.*13. & apud illum Alcozer *c.*20.*fol.*74.*part.*1. Lopez 1. *p.inſtruct.c.*5.*col.*6. & Manuel 1.*tom.Summæ, in editione* 2.*c.*53.*concl.*13.*n.*13. Et quamuis dicat Diana 3.*p. tr.*4.*reſol.*161. male citari à Sanchez Lopez, & Rodriguez: quia iſti Doctores (inquit) loquuntur quando iactans complacet de illo peccato, quo caſu non eſt dubium eſſe fatendam ſpeciem peccati; ſed immeritò, quia vt probat idem Sanchez, reuera loquuntur de mero iactantiæ peccato. Sententiam horum Doctorum iam videtur ſequi Diana *p.*9.*tr.*9.*reſol.*20. licèt me citato addat probabile eſſe oppoſitum.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri ad explicandam ſpeciem peccati, de quo ſe iactauit, laudauitve (niſi aliàs ſimul cum iactantia interueniat complacentia, aut gaudium de illo.) Sed ſufficere dicere, laudaui me, aut gloriatus ſum de peccato mortali. Et ratio eſt, quia tota malitia in peccato iactantiæ conſiſtit in quadam irreuerentia, quæ irrogatur Deo, dum aliquis peccatum accipiat, vt medium ad captandam ex ipſo gloriam, & laudem apud homines; ſed ad hoc per accidens ſe habet, quod ſit hoc vel illud peccatum, de quo gloriam peccator captat: ergo gloriatio de offenſa Dei, ſemper erit eiuſdem ſpeciei. Sic Nauarr *in Man.prælud.*9.*n.*4.*in* 1.*editione*, Palao *tom.*1. *tr.*2.*diſp.*2. *punct.*11.*n.*5. Diana 3.*p. tract.*4. *reſol.*161. & Lugo *diſp.*16.*n.*169. *pag.*352. ſecus eſt dicendum, vt diximus, loquendo de peccato delectationis, quam quis habet de peccatis confeſſis: nam tunc neceſſum eſt fateri, quæ illa fuerint peccata, vt contra Emmanuelem Sà oppoſitum tenentem *verb. confeſſio, n.*16. docet Diana *p.*9.*tr.*9.*reſol.*20.

Qvæstio XIII.

An qui dedit conſilium de opere illicito, teneatur explicare ſpecies peccati, quod conſuluit?

NEgant aliqui apud Medinam *in* 1.2.*q.*14. *art.*6. ſentientes idem de conſilio, ac de iactantia, & ideo dicunt, non teneri explicare materiam conſilij praui, ſed ſufficere ſi dicat, conſilium dedi de peccato mortali faciendo.

Sed certiſſimè reſpondeo Teneri: quia conſilium verè ſpecificatur à peccato, quod conſulitur: ideò duplicem habet malitiam, alteram contra virtutem ſpecialem, cui aduerſatur peccatum, quod conſulitur, & alteram contra charitatem proximi, quem conſulens ſuo conſilio inducit ad peccatum. Sic Med. *loc.cit.* Salas *in* 1.2.*tr.*13.*diſp.*5.*ſect.*15.*n.*158. Lugo *diſp.*16. *n.*275.*pag.*353. & communis.

Digitized by Google

QVÆSTIO XIV.

An pœnitens teneatur in confeſſione explicare modum, diuerſitatem, aut qualitatem blaſphemiarum in Deum, v.g. an fuerit, pœniteat Deum; *vel,* per Dei vitam, *&c.*

AFfirmant apud Dianam 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 50. Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 25. *cap.* 2. *num.* 26. Turrian. 2. *p. diſp.* 58. *dub.* 3. Reginald. *lib.* 18. c. 14. *n.* 261. Sanctarel. *tr. de hæreſi. c.* 4 *dub.* 1. *n.* 4. Sanctius *diſp.* 6. *q.* 6. P. Ledeſma *tom.* 1. *tr.* 1. *c.* 9. *concl.* 5. Layman *lib.* 4. *tr.* 10. *c.* 6. *n.* 11. Lopez 1. *p. inſtruct. c.* 121. Bañes *in* 2. 2. *q.* 13. *art.* 10. & Aragonius *ibidem.* Affirmat etiam Fagundez *lib.* 2. *in Decalog c.* 3. *n.* 30.

Sed ex his authoribus, quos Diana citat, oppoſitum docet Sanctius loco ab eodem Diana cit. ubi ſic ait: *Solent item pœnitentes dum iuramenta falſa confitentur, aut vera ſine neceſſitate, illa narrare indiuidualiter, dicendo, iuraui per Deum, per vitam meam, ſic me Deus adiuuet, &c. Quod minimè neceſſarium eſt, ſed ſat eſt dicere, decies falsò iuraui, aut ſepties, vt Coriolan. de caſib. reſer. p.* 1. *ſect.* 3. *n.* 2. *fol.* 287. *Omnia namque iuramenta falſa eiuſdem ſpeciei ſunt, ſicut & omnes blaſphemiæ contra Deum, vtpote contra virtutem Religionis. Quæ verò contra ſanctos iactantur, obſeruantiæ opponuntur, & ideo in confeſſione explicandum, quãdo contra Deum, quando contra Sanctos fuerint enunciata.* Sic Sanctius. Vbi clarè docet, omnes modos blaſphemiæ in Deum eſſe eiuſdem ſpeciei, nec neceſſariò debere explicari qualitatem earum.

Tenet tamen expreſsè hanc ſententiam Sanchez *lib.* 2. *Sum. cap.* 12. *n.* 39. ubi ſic ait: Quintò dico, non ſatis eſſe blaſphemias in genere explicare, etiam explicando, an ſint contra Deum, vel B. Virginem, aut reliquos Sanctos; ſed oportet modum blaſphemiæ explicare, vt ſi fuit per vitam Dei, vel pœniteat Deum, vel per membra pudenda, &c. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri explicare ſpecialiter qualitatem, aut modum blaſphemiæ, quando (adminus) omnes ſunt contra Deum, aut omnes contra Sanctos. Quia omnes ſunt eiuſdem ſpeciei, vt contrarij etiam fatentur, niſi aliàs dictæ blaſphemiæ eſſent hæreticales, aut ex odio Dei procederent. Sic Ioan. Sanctius *loc. cit.* Caiet. *in Sum. v. blaſphemia,* Valentia *tom.* 3. *diſp.* 13. *punct.* 1. §. *Quocumque igitur.* Azor, Lazarius, Graptius, Homobonus, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit.* & 5 *p. tr.* 13. *reſol.* 21. & indicat ſatis Lugo *diſp.* 46. *n.* 277. & 280. *pag.* 354.

QVÆSTIO XV.

An ſaltem teneatur pœnitens explicare contra quem fuerit blaſphemia, an contra Deum, an contra Sanctos?

NEgant Caiet. Lazarius, Azor, Homobonus, & Diana *loc. cit.* pro qua ſententia citat Petr. Hurtad. *tom.* 2. *de fide, diſp.* 9. *ſect.* 11. Suarium (ſed malè vt ſtatim.) Quia exiſtimant blaſphemias in Deum & Sanctos non differre ſpecie.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri. Quia probabilius eſt, blaſphemias quæ proferuntur in ſanctos, differre ſpecie ab illis, quæ proferuntur contra ſolum Deum, vt latè probat Lugo *diſp.* 16. *n.* 279. Sic ipſe, Sanchez, & Sancius, P. Hurtado, Aragon, & alij *q.* 14. pro prima ſententia *citati,* Suarez *tom.* 1. *de Religione, tract.* 3. *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 18. & 19. & *lib.* 2. *n.* 5. *c.* 4. quem refert, & ſequitur Fagundez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 3. *n.* 28. vbi ait eſſe ſententiam Diui Thomæ, & communem Theologorum.

QVÆSTIO XVI.

An Pœnitens etiam explicare teneatur, an blaſphemia fuerit contra Beatam Virginem, an contra alios Sanctos?

NEgant, & à fortiori, DD. pro prima ſententia nuper adducti, & præcipuè Diana *loco citato.*

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri. Quia probabilius eſt, blaſphemiam in beatam Virginem differre ſpecie ab aliis, quæ proferuntur in alios Sanctos. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 39. Aragon 2. 2. *q.* 13. *art.* 1. Lugo *diſp.* 16. *n.* 280. *pag.* 354. Fagundez *loco citato, n.* 30.

QVÆSTIO XVII.

An qui in peccatum hæreſis incidit, teneatur explicare eius qualitatem; an ſcilicet fuerit Ariana, vel Caluiniana, vel Lutherana?

NEgant Diana *tr.* 7. *cit. reſol.* 46. Reginald. *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 114. Petrus de Soto *de Confeſſion. lect.* 9. Domin. Sotus, *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 4. & Gaſpar Hurtado *de fide diſp.* 10. *diffic.* 4. Quia exiſtimant, omnes hæreſes eſſe eiuſdem ſpeciei in genere moris.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri, quia probabilius eſt omnes ſectas inter ſe ſpecie differre, non quatenus opponuntur præcisè contra fidem, & negant diuinam authoritatem, & Dei teſtimonium, ſed quatenus opponuntur Religioni, cùm ſingulæ ſectæ includant aliquos ritus continentes malitiam ſpecie diuerſam, vt Iudaiſmus continet circuncisionem, quæ habet malitiam ſuperſtitionis, Paganiſmus Idololatriæ, Caluiniſmus vſum Sacramenti inualidi in Euchariſtia, &c. Igitur cùm ille, qui amplectitur aliquam ſectam, amplectatur eius ritus & mores, eo ipſo habet voluntatem patrandi illa peccata ſpecie diuerſa, quæ in exercitio illius ſectæ includuntur. Sic Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 2. *punct.* 1. *num.* 6. Lugo *diſp.* 16. *n.* 191. & apud ipſum Valentia 2. 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 10. *punct.* 3. & alij. Fagundez *loco nuper citato.*

QVÆSTIO XVIII.

An pœnitenti apoſtatæ ſat ſit explicare, ſe in hæreſim incidiſſe; an verò teneatur dicere, Reliqui fidem Catholicam, quam profitebar, & tranſij ad Iudaiſmum, Paganiſmum, aut Caluiniſmum, &c.

AFfirmant teneri hoc vltimum explicare, vel quia eſt circumſtantia notabiliter aggrauans, vt dicunt aliqui, aut vt alij volunt, mutans ſpeciem. Sanchez *dicto c.* 7. *n.* 17. Valentia 2. 2. *diſp.* 1. *quæſt.* 10. *punct.* 3. P. Ledeſma, Bannez, Aragon, & alij apud ipſum, & Suarez *de fide diſp.* 16. *ſect.* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, ſed ſufficere ei dicere: Amplexus ſum ſectam Caluini, Lutheri, aut Iudaiſmum, quia probabilius eſt circumſtantiam Apoſtaſiæ non eſſe mutantem ſpeciem, ſed ſolùm notabiliter aggrauantem, vt fatetur Sancius *loc. cit.* cum aliis: at hæc in noſtra ſententia non eſt neceſſariò declaranda; ergo. Sic Diana *tract.* 7. *reſol.* 54. & apud ipſum Gaſpar Hurtado *diſp.* 10. *de fide, diff.* 4. Lugo *diſp.* 16. *n.* 296. *pag.* 357. & alij.

Qvæstio XIX.

An qui vnico actu voluntatis vult plures (v.g. decem) homines occidere, aut ad decem mulieres eiuſdem conditionis accedere, aut ad eandem mulierem decies, debeat explicare illam circunſtantiam obiectorum?

AFfirmant eſſe explicandam, dicendo Volui occidere decem homines, ad decem mulieres accedere, &c. communiter Doctores, præcipuè illi qui docent, in eodem actu eſſe poſſe multiplicem malitiam numero diſtinctam. Ita Vaſq. *q.* 9. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 4. Hurtado *diſp.* 9. *diff.* 6. Nauarr. & Adrianus, quos citat & ſequitur Granados *tr.* 9. *de Pœnitent. diſp.* 9. *n.* 21. & alij, quos citat & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 8. *reſol.* 17. & 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 164. & nouiſſimè contra mè *p.* 9. *tr.* 9. *reſol.* 5. Tenent etiam Ochagauia *tr.* 2. *q.* 14. *n.* 8. Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 1. *diſp.* 3. *punct.* 3. *num.* 15. Trullench *lib.* 5. *in decalogum, c.* 5. *dub.* 4. *n.* 7. *pag.* 61. & poſtea *lib* 4. *de Sacram. c.* 6. *dub.* 3. *n.* 3. & *dub.* 4. *n.* 7. Felix *in ſua Tentatiua Complut. tr.* 3. *c.* 7. *diff.* 4. *n.* 7. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non debere neceſſariò illam circunſtantiam fateri, explicando videlicet numerum perſonarum, quas voluit occidere, aut mulierum, ad quas accedere deſiderauit; ſed ſat eſſe pœnitenti ſi dicat, ſe voluiſſe aliquos homines occidere, ad mulieres accedere, &c. Ratio eſt: tum quia probabiliſſimum eſt in vnico actu non poſſe eſſe duplicem malitiam numero diſtinctam, vt docent Filliuc. Layman, Durand. Megala, & Suarez apud Dianam 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 164. ergo in propoſitis caſibus vnicum tantùm erit numero peccatum, licet grauius, propter diuerſa numero obiecta. Tum etiam, quia etiam dato quod in vnico actu, aut peccato poſſet dari multiplex malitia numero diſtincta, nihil intereſt ad propoſitum noſtræ quæſtionis, quæ non inquirit, an in illo actu ſint plures malitiæ, vel vna; ſed an id debeat neceſſario in Confeſſione explicari. Quia licèt verum ſit quòd in peccato habente plures malitias ſpecie diuerſas, debeant omnes explicari, non tamen ſequitur, idem eſſe dicendum neceſſariò in peccato habente plures numero diſtinctas. Ratio differentiæ eſt, quod in primo caſu non explicaretur diſtinctè tota ſpecies illius peccati (cum debeat) ſi aliqua malitia ſpecifica illius taceretur. In ſecundo verò caſu etiam non explicata diſtinctè tota malitia indiuiduali illius peccati, explicaretur illud numero peccatum, quoad ſuam ſpeciem diſtinctè, & confusè quoad differentiam numericam: quod ſufficit ad ſatisfaciendum præcepto Confeſſionis, cum nullum peccatum maneat non explicatum quoad ſuam ſpeciem, & aliunde dicatur totus numerus peccatorum, licèt non totus numerus malitiarum, de quo explicando non inuenimus aliquod præceptum. Sic Megala 1. *p. lib.* 5. *c.* 12. *n.* 4. & nouiſſimè Lugo (cuius eſt tota doctrina nuper tradita) *diſp.* 16. *à n.* 134. *pag.* 429. Pro qua affert Suarium *diſp.* 22. *ſect.* 4. *à n.* 33. & alios. Sed certè licèt id deberent, iuxta ſuam doctrinam non docent, vt meliùs aduertit Diana *tr.* 7. *reſ.* 29. Dicit etiam eſſe noſtram ſententiam probabilem Trullench *loc. cit.*

Qvæstio XX.

An ſi quis de facto, vnico ictu & impetu decem occidat homines, decem peccata in Confeſſione neceſſariò fatenda committat.

AFfirmant communiter DD. præcipuè Nauar. *c.* 6. *num.* 18. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 9. *fol.* 363. Azor, Yribarne, Filliuc. Vaſquez, Suarez, & alij quos citat, & ſequitur Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 29. & 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 164. & nominatim contra me *p.* 9. *tr.* 9. *reſol.* 55. & Ochagauia *loc. cit.* Bonac. *loc. cit. n.* 16. Reginald. *lib.* 6. *n.* 129. Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 3. *n.* 8. Salas *in* 1. 2. *tr.* 3. *diſp.* 5. *ſect.* 6. *n.* 65. Trullench *lib.* 5. *in decalog. c.* 5. *dub.* 4. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo negatiuè, tum quia vt probabiliſſimè eſt habitum, in illo actu nequit dari multiplex, ſed vnica numero malitia; præcipuè quando pluralitas obiectorum ſe habet per modum vnius, vt in præſenti, vt benè probat Suar. *loc. cit.* Tum etiam quia etſi ex multiplicitate juris læſi, nempe hominum occiſorum, ad vitam, multiplicarentur numero malitiæ in illo actu, non ideo multiplicarentur peccata: ergo cùm alias, vt *ſuprà* eſt habitum, non ſit neceſſe explicare diſtinctè totam malitiam indiuidualem peccati, ſufficiet confiteri illud, explicando ſolùm malitiam ſpecificam. Sic Lugo *loc. cit. diſp.* 16. *ſect.* 2. præcipuè *n.* 139. *pag.* 330. & *n.* 157. *pag* 403. & eſſe id probabile, innuunt Vaſq. & Bonac. & tenet Tambutinus *opuſc.* 1. *de Confeſſione, lib.* 2. *c.* 1. §. 8. & 9.

Qvæstio XXI.

An qui vnico verbo lædit famam, & honorem trium v.g. hominum, tria numero peccata committat in Confeſſione fatenda?

AFfirmant Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 29. & 3. *p tr.* 4. *reſol.* 164. & apud ipſum Yribarne, Vaſquez, Filliuc. Azorius, & alij, quibus addo Bonacinam *loco citato*; & communem.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non committere niſi vnicum peccatum, in confeſſione neceſſariò fatendum; adhuc dato, quod ex multiplicitate Iuris læſi multiplicarentur malitiæ numero. Sic Lugo *loc. cit. n.* 135. *pag.* 329. per hæc verba. Et ni fallor, in peccato detractionis ita ſæpe fit, vt non explicet pœnitens perſonas, quas vnica detractione læſit, vt ſi detrahit familiæ, vel domui, non explicat quot ſint in illa familia, vel domo, ſed ad ſummum dicit, ſe detraxiſſe grauiter alicui Ordini Religioſo, nec ſolliciti ſumus de interrogando Ordine in particulari, quod tunc deberet fieri ad cognoſcendum meliùs numerum perſonarum læſarum. Sic ille.

Qvæstio XXII.

An ſi quis vno ictu tres occidat Clericos, in tres excommunicationes, & tres irregularitates incurrat?

AFfirmant Nauar. *c.* 6. *n.* 18. Vgolinus *de cenſ. tab.* 1. *c.* 16. §. 3. *n.* 8. Sayrus *lib.* 1. *c.* 10. *num.* 9. Alterius *lib.* 3. *diſp.* 10. *c.* 7. quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tr.* 4. *reſol.* 164 Zerola *de pœnit. c.* 12. *q.* 48. Fagundez *prac.* 2 *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 5. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non incurrere niſi vnicam tantùm, quia in eo caſu vnicum tantum committit peccatum: ergo vnicam cenſuram tantummodo incurret. Sic Suarez *de cenſ. diſp.* 5. *ſect.* 3. Bonac. *de cenſ. diſp.* 1. *q.* 1. *punct.* 5. *n.* 7. & alij.

Qvæstio XXIII.

An qui vult occidere Petrum cum tota ſua familia, vnicum tantùm committat homicidium?

NEgant Azor 1. *part. lib.* 4. *cap.* 4. *quaſt.* 3. *col.* 3 11. Salas 1. 2. *tract.* 13. *diſputat.* 5. *ſect.* 6. *numero* 65.

Trullench *lib.* 5. *in Decalogum*, *c.* 4. *n.* 8. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 3. *n.* 15. & alij, exiſtimantes tot numero diſtincta committere homicidia, quot perſonæ fuerint in familia. Negant etiam Navarr. *cap.* 6. *n.* 18. Vgolinus, Megala, quos citat, & ſequitur Diana *tract.* 4. *cit. reſol.* 164. docentes duo peccata committere. Quia in jure (inquit) tota familia pro vna perſona reputatur.

Sed magis conſequenter reſpondeo: vnicum tantùm committere homicidium, neceſſariò confitendum. Tum, quia in illo actu nequit inveniri multiplex malitia numero diſtincta. Tum etiam, quia Petrus, & tota ſua familia, eſt vnicum objectum talis actus: ergo ſolùm erit vnum numero homicidium: ſat ergo erit pœnitenti dicere: ſe habuiſſe voluntatem pattandi homicidium, & occidendi aliquos homines, non declarando numerum occidendorum. Sic Henriquez in ſimili caſu *loco* ſtatim *citando*, & id probabile eſſe ait Trullench *loc. cit.*

Qvæstio LXIV.

An qui maledicit Deo, & duodecim Apoſtolis, aut imprecatur malum Paulo, & toti ejus familiæ, vnicum etiam peccatum committat?

Negat Vaſquez *de pœnit.* *q.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. Bonac. *de Sacram. diſp.* 4. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 3. *diff.* 3. *num.* 16. Azor. *loc. cit. queſ.* 5. Molſef. *tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 10. & Trullench *loc. cit.* Caſtro Palao *loc. cit.* & alij, docentes in tali caſu eſſe tredecim peccata numero diſtincta, in Confeſſione neceſſariò explicanda. Negant etiam Fagundez *prac.* 2. *lib.* 3. *cap.* 5. *num.* 11. Navarr. *cap.* 6. *num.* 18. Vgolinus, Durand. Megala, & alij apud Dianam *loc. cit.* quatenus docent eſſe duo peccata.

Sed probabiliùs, & conſequenter Reſpondeo: Vnicum tantùm peccatum committere. Ideoque in hoc caſu, non eſſe neceſſarium numerum perſonarum in confeſſione narrare. Sic Henriquez *lib.* 5. *cap.* 8. *num.* 4. vbi ſic ait: Qui maledicit B. Petro, & duodecim Apoſtolis, aut mortem imprecatur Titio, & toti familiæ illius, videtur duplex peccatum materialiter; ſed revera eſt vnum, circa vnum totale objectum, vt qui furatur arcam vaſorum argenti, vel expilat torum horreum tritici, eſt vnum numero furtum. Sic Henriquez, & id probabile ſatis, reputant Bonacina *loc. cit.* & *diſp.* 1. *de cenſur. loco etiam citato*, & Trullench *loco citato*.

Qvæstio XXV.

An ſi quis vno tempore, & actu pluribus injuriam inferat, tot peccata fatenda committat, quot ſunt perſonæ, quæ tali injuria afficiuntur?

Affirmant communiter Doctores *ſuprà citati*, præcipuè Vaſquez *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere, niſi vnicum peccatum neceſſariò in Confeſſione explicandum, ob rationem ſæpiùs datam. Sic Bonac. *de cenſ. loc. cit.* & apud ipſum Nav. Lugo etiam *diſp.* 16. *n.* 135. Per hæc verba: Et ni fallor, in peccato detractationis ita ſæpè fit, ut non explicet pœnitens perſonas, quas vnica detractione læſit; vt ſi detrahit familiæ, vel domui, non explicat, quot ſint in illa familia, vel domo, aut religione, ſed ad ſummum dicit ſe detraxiſſe grauiter alicui Ordini Religioſo, nec ſoliciti ſumus de interrogando ordine in particulari, quod tunc deberet fieri ad cognoſcendum meliùs numerum perſonarum læſarum. Item, quando aliquis ſuo peccato ſcandalum præbet adſtantibus, non credo ſolere interrogari communiter de numero determinato adſtantium, quot potuerunt ſcandalizari, quod tamen fieri deberet, ſi hæc doctrina non eſſet probabilis. Sic Lugo, cujus verba iterum repeto, propter ſingularia ejus addita verba.

Qvæstio XXVI.

An ſi quis vnico actu ſurripiat à pluribus quantitatem notabilem, plura patret peccata, & teneatur numerum perſonarum exprimere?

Affirmat Molina *tom.* 4. *diſp.* 41. *num.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *de Sacram. q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. *diff.* 3. *n.* 15. *alias* 16. & ex parte Henriquez *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 4. Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 164. Fagundez *lib.* 2. *in decalog. cap.* 3. *n.* 24. vbi ſic ait: Qui vno impetu, & tempore plura furta committit in plures homines, tot peccata furti numero diſtincta committit, quos ſunt homines, erga quos plura furta exercet. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere, niſi vnicum peccatum, nec teneri in Confeſſione exprimere numerum perſonarum. Ratio eſt, quia ibi vnica tantùm eſt actio: ergo vnicum tantum peccatum. Addo quod etiamſi ex multiplicitate Iuris læſi multiplicarentur in illo peccato furti malitiæ numero; non verò peccata, vt *ſuprà* eſt habitum; & ideo non erit neceſſe explicare totam malitiam individualem illius peccati, ſed ſolùm ſpecificam. Sic Vaſq. *diſp.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 5. 8. & 10. & bene. Sed parum conſequenter; deberet namque idem dicere de illo qui vnico actu, vel ſermone, vni familiæ, aut pluribus maledicit, aut plures occidit; quia inter hæc nullum reperitur diſcrimen, nam ſi in his caſibus reperitur (vt ipſe ait) pluralitas juris læſi, aut injuriarum etiam & in noſtro (quem ipſe concedit) reperiri fateri debet, & ſi in hoc reperiri neget, neget & in aliis, vel in vtroque caſu concedat, non debere pœnitentem exprimere numerum perſonarum. Sic etiam Lugo *diſp.* 16. *à num.* 136. & in caſu, quo res ablata eſſet plurium dominorum pro indiviſo, idem ſentit Diana *loc. cit.* & *p.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 55. *in fine*, ex Palao *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 9. *n.* 8. & aliis.

Qvæstio XXVII.

An qui vnico actu voluntatis ſtatuit omittere officium divinum per integrum menſem, aut jejunium per totam quadrageſimam, aut per totam illam carnibus veſci, vnicum tantùm peccatum committat?

Negant Doctores ſæpè ſæpiùs *citati*, quos ſequitur Diana 3. & 9. *p. loc. cit.* & Molfeſius *tr.* 8. *c.* 7. *n.* 19. *pag. mihi* 549. exiſtimantes, tot peccata committere, quot dies habet menſis, aut quadrageſima.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non committere niſi vnicum peccatum: & ſic, ſat erit ei dicere in Confeſſione, habui voluntatem pluries omittendi officium, frangendi jejunium, & veſcendi carnibus tempore prohibito. Sic Doctores *citati* (& etiam ex parte Filliuc. *tr.* 27. *n.* 87.) Qui tamen bene notant, quod caſu, quo quis prædictum actum voluntatis executioni mandaret, non recitando, aut non jejunando ſingulis diebus quadrageſimæ, &c. tunc quolibet die vnum peccatum pattaret, ratione omiſſionis officij, aut externi jejunii, cùm in ſingulis diebus poſſet recitare, & jejunare, &c. Sic Filliuc. *loco citato*, Fagundez *precep.* 4. *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 8. & alii communiter.

QVÆSTIO XXVIII.

An qui unico actu mollitiei recogitat plures conjugatas, aut plures Moniales, plura peccata committat?

AFfirmant Azor 1.*part.lib.*4.*c.*4.*q.*6. Reginald. *lib.*22.*c.*8.*ſect* 9. Tolet.*lib.*3.*c.*7. Diana *loc.cit.* & apud ipſum Molfeſius, Salas, & Peſantius, Trullench etiam *lib.*5.*in Decalog.c.*5 *dub.*4.*n.*7. docentes tot committere peccata quot ſunt perſonæ, quas cogitat.

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere plura, ſed unicum peccatum, & ſic ſufficiet ei dicere: Habui mollitiem cum cogitatione in conjugatas, ſeu Moniales. Secus eſſet dicendum, ſi in tali acto delectaretur quis de Nupta, Cognata, & Moniali: quia in iſto caſu tria committeret peccata ſpecie diverſa, & ideo neceſſariò confitenda. Sic aliqui Recentiores, & probabile reputat Trullench *loc.cit.*

QVÆSTIO XXIX.

An qui tria adulteria, vel tres ſimplices fornicationes cum tribus conjugatis, vel ſolutis commiſit, teneatur explicare in Confeſſione, ſe cum tribus fœminis nuptis, vel ſolutis rem habuiſſe?

AFfirmant aliqui apud Sancium *in ſelectis, diſp.*1. *n.*24.*pag.*9. & ut ipſe ait probabiliter.

Sed probabiliter reſpondeo: non teneri, ſed ſat eſſe ei dicere, ſe tria adulteria, vel tres ſimplices fornicationes admiſiſſe: quia tantum peccat ille qui invitat decies eandem fœminam ad peccandum: quàm ille, qui decem fœminas ejuſdem conditionis, & ſtatus invitat. Sic Navar.*c.*16.*n.*5. Henriquez *lib.*5.*c.*3. *n.*5.*&* *c.*5.*n.*8. Azor *tom.*1.*lib.*4.*c.*4. *q.*6. Major *diſt.* 17.*q.*4. quos omnes citat, & ſequitur Sancius. Sic etiam Lopez *c.*13.*pag.mihi* 173. Bonacina *diſp.*5.*q.*5. *punct.*2.§.14. Diana 1.*part.tract.*7. *reſol.*13. & Homobonus apud ipſum, & Lugo *diſp.*16. *n.*558. *pag.* 403. necnon Geſuald. 1.*p.Sum.tract.*19.*c.*9.*n.*14.

QVÆSTIO XXX.

An qui peccatum beſtialitatis commiſit, teneatur explicare ſpecies animalium cum quibus tam nefarium ſcelus commiſit?

REſpondeo negativè, quia diverſitas ſpecifica animalium non diverſificat ſpeciem moralem, niſi caſu, quo beſtia fuerit infernalis, ſeu dæmon incubus aut ſuccubus: quia tunc (quidquid dicat Trullench ſtatim *citandus*) ultra beſtialitatis malitiam eſt alia ſpecies diſtincta neceſſariò confitenda, nempe malitia irreligioſitatis, & ſuperſtitionis, ob ſocietatem cum Dæmone in illo actu venereo, præcipuè quando is habetur pro Dæmone, cum quo quis peccat: Sic Cajet.*in* 2.2.*q.*154.*art.*11. Bonac. *de Pœnit. diſp.*5.*q.*4. *ſect.*2.*punct.*2.§.3.*n.*4.*&* *de Matrim.q.*4. *punct.*12.*n.*4. Trullench *lib.*6. *in Decalogum, c.*1. *dub.* 8.§.3. Filliuc.*tract* 30.*n.*162. Molfeſ. *in Sum.tract.*8. *c.*7.*n.*16. & omnes communiter, quos ſequuntur noviſſimè Geſuald. 1.*part.*4.*tract.*19.*c.*4. *n.*13. ubi ait, in dicto peccato non eſſe opus explicare, an beſtia fuerit maſculus, vel fœmina: quod & repetit *tr.*35. *c.*8.*n.*16. & Diana 1.*part.tract.*7.*reſol.*2. & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An in peccato Sodomiæ explicanda ſit perſona cum qua perpetrata fuit, an videlicet fuerit à maſculo cum maſculo habita, vel à maſculo cum fœmina?

AFfirmat Diana 1.*part. tract.*7. *reſol.*2. & apud ipſum Tannerus, & Zanardus, Bonacina etiam *de matrim.q.*21.*punct.*11.*n.*7.*pag.mihi* 461. Lublinus *ver. Sodomia, n.*6. & alij, quia exiſtimant eſſe diverſæ ſpeciei. Sic etiam Henriquez *lib.*11. *de matrim.c.*16. *n.*6 Gloſſ.*lit.A.* *&* *B.* & apud ipſum Cajet. Sylveſt. & Armilla, Trullench *loc.cit.*§.2. *n.*3.*&* *dub.*8. *n.*8. *pag.*79. & alij, quos ſequitur Geſuald. *loc. cit. n.*21. *pag.*240.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe neceſſariò explicandam perſonam maris, vel fœminæ Quia hæc in genere motis unius ſunt ſpeciei. Sic Cœleſtinus in *Compend.Theolog. Moral.tract.*1.*c.*9.*n.*5.*diff.*4. qui bene id limitat in caſu, quo mulier eſſet conjugata, aut voto caſtitatis aſtricta, vel conſanguinea, vel affinis: quia tunc (quidquid malè adhuc neget Llamas 3.*part.c.*8.§.16. cujus dictum jam noviſſimè per tribunal S. Inquiſitionis è ſuo libro eſt raſum (neceſſariò debet explicari perſonæ circunſtantia. Cujus ſententiam ſic explicatam, videtur ſequi Diana jam ſibi contrarius, 5.*part.tract.*14. *reſol.*56. licèt noviſſimè ſe in primam ſententiam convertat *p.*9.*tract.*9. *reſol.* 66.*q.*3. ſecutus Oviedum 1.2.*tract.*6.*controv.*5.*punct.* 3.§.7.*n.*56.

QVÆSTIO XXXII.

An ſi aliquis coiens cum homine, & ſupercubans ſuper eum, ſicuti ſuper mulierem, polluatur, teneatur illam aperire circunſtantiam?

AFfirmant Hieron. Llamas in *ſum.part.* 3. *cap.* 8. §.24. (per errorem Tipographi 20.) *pag. mihi* 637, licèt probabile exiſtimet oppoſitum.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri. Quia prædicta circunſtantia non mutat (ut ipſe Llamas fatetur) ſpeciem. Sufficit ergo dicere: tactu alterius mollitiem commiſi, vel dormiens cum alio polluti ſumus ambo, tangendo impudicè. Sic Diana *tract.*7. *cit. reſol.*52. Ægidius Trullench *lib.* 6. *in Decalogum, c.*1. *dub.*8, §.2.*n.*1. & alij, quos ſequitur Geſuald. *loc. cit. n.*36.*q.* 23. niſi aliàs (addit) ſupercubans poſuiſſet membrum in ano; quia tunc ratione enormitatis deberet circunſtantiam iſtam aperire.

QVÆSTIO XXXIII.

An quando aliquis tangendo aliquem voto caſtitatis aſtrictum, ſe ſolus polluit, teneatur aperire voti circunſtantiam?

NEgat Llamas *loc.cit.*§.16. apud Dianam 1.*part. tr.*8.*reſol.*53 per hæc verba: Quando ſola mollities committitur tactibus profeſſi, vel in ſacris conſtituti, ſi patiens eſt ſecularis, non tenetur ampliùs dicere, niſi: Paſſus ſum voluntariè pollui tactibus alienis. Neque in ſacris conſtitutus, vel profeſſus, tenetur ampliùs dicere: niſi, Cauſavi tangens impudicè alium pollui. Et ſi non ſit cognitus, non tenetur explicare, & ſum in ſacris, vel profeſſus, aut profeſſa religionem: niſi illi etiam accidat voluntaria pollutio, ut de ſe liquet, quia ſacra perſona non eſt in tali caſu violata. Sic Llamas. Quod idem repetit eodem *cap.*8. §.23.*pag.mihi* 635. Quam ſententiam non audet im-

probare Diana, judicio virorum Doctorum id relinquens. Et pro illa *p.9.tr.9. reſol.65.* citat Nicolaum Moſcicenſem, Ioannem Caramuelem, Iacobum de Graffis, Geſualdum, & Tamburinum.

Sed ergo certiſſimè re[illegible]ndeo: teneri circunſtantiam voti in confeſſione aperire, fortiori ratione, qua quis tenetur explicare objectum in actu mollitiei (vt *ſuprà, quæſt.* 28. eſt habitum.) Quod de ſe liquet, & euidenter patet ex dictis §.2. *quæſt.*22. vbi ſimilem opinionem improbabilem etiam omnino iudicaui. Sic Diana *loc.cit.* Candidus *diſquiſit.*24.*art.*24.*dub.*17. & apud ipſum Cajet.2.2.*q.*154.*art.*4. Sanchez *lib.*9. *de matrim. diſp.*46.*num.*18. Trullench *loc.cit.*§.1.*n.*2. vnde noviſſimè opinionem Hieronymi de Llamas Cenſores fidei ex libro ipſius delere iuſſerunt, anno 1640. Vnde Diana iterum *p.9.loc.cit.* rectè ait; cautè legendos eſſe Authores primæ ſententiæ.

QVÆSTIO XXXIV.

An circunſtantia conſanguinitatis, & affinitatis, in gradibus, qui impedimentum afferunt Matrimonij, ſit neceſſariò explicanda?

RESpondeo affirmativè, quia affinitas, & conſanguinitas in dictis gradibus addunt fornicationi, quæ opponitur caſtitati, novam ſpeciem inceſtus, quæ opponitur pietati. Sic omnes Doctores apud Hurtadum *diſp.*9.*diff.*4. vbi ſic ait: Conveniunt Doctores, circunſtantiam tam conſanguinitatis, quàm affinitatis, eſſe neceſſariò confitendam, ſaltem ſub nomine cognationis carnalis, confitendo inceſtum, quia tam conſanguinitas, quàm affinitas addit fornicationi oppoſitæ caſtitati, novam ſpeciem inceſtus oppoſiti pietati. Sic ille. Legantur Cajet.2.2.*q.*154. *art.*2. & alij *infrà citandi.*

QVÆSTIO XXXV.

An affinitas, & conſanguinitas ſint circunſtantiæ ſpecie diverſæ?

AFfirmant Granados *tract.9.de pœn.diſp.9.n.*19. *pag.*1263. quia modus (inquit) conjunctionis eſt diverſus. Nam conſangvinei ab eadem ſtipite deſcendunt: affines verò non ita, & ideo ea circunſtantia declaranda eſt in confeſſione. Affirmant etiam Trullench *lib.6.in Decalog.cap.*1. *dub.6. n.*5. Ochagavia *tract.1.q.*14. *n.*10. & 11. & Hurtado *loc. cit.* Fagundez *lib.6.in Decalog. cap.6.num.*23.26.& 27. qui pro hac parte refert D. Thomam (malè tamen) 2.2.*q.*154.*art.*3. Nauarrum *cap.*16.*num.*7. Leſſium, Filliuc. Valentiam, & Azorium, quibus adde Palaum *tract.*23.*punct.9.num.*8.

Sed probabiliùs reſpondeo: prædictas circunſtantias non eſſe ſpecie diuerſas in inceſtu, idcóque, ſaltem ex hoc capite, non eſſe neceſſarium explicare in confeſſione, an inceſtus fuerit inter conſanguineos, an inter affines. Ratio eſt, quia cauſa prohibitionis eadem eſt in vtraque, & materialiter ſe habet, quod cõiunctio oriatur ex ſanguine, vel ex matrimonio. Vnde conſanguinitas ſub impedimento affinitatis locatur in illo verſu, *Si ſis affinis*, &c Quare conſequenter dicendum eſt; nec differre ſpecie affinitatem ortam ex matrimonio, aut ex cupula illicita, vt *infrà*. Sic D.Thom.2.2.*q.*154.*art.9.ad* 2.& ibi Cajetanus, Bonacina *q.*[illegible] *de Matrim. punct.*16.*n.*5. Lugo *diſp.*16. *num.*313. *pag.*360. Diana ſtatim *citandus*, & P.Ledeſma *c.*19 *de Pœnit.* Antónius Naldus *verb. fornicatio, n.*3. & *verb. Affinitas, n.*4. Sic dicens: Affinitas, & conſanguinitas circunſtantiæ non differunt ſpecie inter ſe, & ſic non erit neceſſariò explicanda ſpecies parentelæ perſonæ complicis, puta quod ſit affinis, vel conſanguineus; ſed tantùm gradus attinentiæ, ſecundus nempe, tertius, vel alius. Sic ille, & ante illum Archang. *diſtinct.16.pag.167.col.*1. & alij.

QVÆSTIO XXXVI.

An ſit neceſſarium explicare in Confeſſione gradus conſanguinitatis, vel affinitatis perſonæ, ad quam quis luxurioſè acceſſit?

NEgant Diana 1.*part.tract.7.reſol.*31. & 5.*part. tract.14.reſol.*56. & apud ipſum D.Thom.2.2. *q.*154. *art.*9. Cajet. *ibidem*, Gyptius *tract.de caſ.reſeru. c.8.num.*5. Megala *in* 1.*part. lib.5. cap.12.n.*9. Negant etiam Ioan. de Cruce 1. *p. ſum. prac.6.art.*4. *dub.6.concl.*2. & alij, quia exiſtimant, omnes gradus conſanguinitatis, & affinitatis eſſe ejuſdem ſpeciei, & ideo non eſſe neceſſarium in confeſſione gradum conſanguinitatis explicare, ſed ſolam malitiam inceſtus, etiamſi ſit cum matre, filia, vel ſorore. Ita etiam Cœleſtinus, & Bartholomæus à Sancto Fauſto, quos affert Diana 5.*part. loc.cit.* & Hurtado *diſp.9. diff.*4. *vbi de Circunſtantia, Quid.* Quorum ſententiam eſſe probabilem, & in praxi poſſe ſequi, docet Trullench *loc.cit.*

Alij verò, è diametro affirmant teneri, videlicet omnes gradus conſanguinitatis, aut affinitatis, qui impedimentum matrimonij afferunt, in confeſſione explanare: quia omnes, & ſinguli, vel faciunt diverſitatem ſpecificam in inceſtu, vel ſaltem notabiliter illum aggravant. Sic Navarrus *cap.7.num.4.& c.*16. *num.*3. Ægidius *diſp.7.dub.3.num.*21. Valentia *tom.*3. *diſp.9. quæſt.3. punct.*3. Nugnus *in addition. ad* 3.*p. q.9.art.2.dub.*3. Granad. *tract.9.diſp.9.num.*19. Ludoviens *q.1.de Circunſt.art.2.dub.1.pag.*1063. Luyſius *de Pœnitent.quæſt.9.art.2. dub.*3. Naldus *loc.cit.* Graffius *lib.1.deciſ.cap.20.n.*6. ex Soto *diſt.*18.*q.*2. *art.4.verſ.Colligamus ergo*: Fagund. *lib.6.in Decalog. cap.6.à n.*25. & alij.

Sed ego, æquè probabiliter, media via reſpondeo: Quod nec omnes gradus pœnitens teneatur explicare, neque ei eſſe ſatis explicare nullum prorſus. Tenebitur ergo, loquendo de gradibus conſanguinitatis, explicare primum gradum, ſcilicet inter patrem, & filiam, & inter fratrem, & ſororem: quia æquè probabile eſt, coitum cum parentibus, & coitum cum fratre, aut ſorore, differre ſpecie ab aliis omnibus, vel propter ſpecialem deformitatem, quæ oritur ex ſpeciali reverentia parentibus debita, quæ non debetur aliis conſanguineis: vel quia jure naturæ eſt interdictus. Rurſus loquendo de gradibus affinitatis, idem dicendum eſt, teneri videlicet explicare primum gradum, & non infrà. Quia hic gradus differt ſpecie ab aliis, eo quod habeat ſpecialem deformitatem, propter reverentiam quaſi paternam debitam vxori Patris, vel marito matris. In reliquis verò gradibus prohibitis tranſverſalibus conſanguinitatis, vel affinitatis, verius videtur, non eſſe explicandos in particulari; quia verius videtur, non addere diverſitatem ſpecificam, vt multi, adhuc ex authoribus ſecundæ ſententiæ, concedunt. Sic P.Vaſquez *quæſt.91.art.1.dub.4.à num.*11.*& præcipuè* 16. Thomas Sanchez apud Granadum *loc.cit.*(qui dicit, eſſe probabile.) Lugo *diſput.16.num.*143.*pag.*330. Henriquez *lib.5.cap.8. n.*1. Ortiz *in Sum.de 6.prac.* § 28.*fol.mihi* 134. Trullench *loc.cit.dub.6.n.*6.& alij, quos ſequitur Palaus *tom.4.tract.*23. *punct.8. num.*8. & Palaus, Trullench *lib.4. de Sacram. cap.6. dub.*4. *num.*7.

QVÆSTIO

Digitized by Google

QVÆSTIO XXXVII.

An ſit declarandum copulam fuiſſe cum matre, vel cum filia: an verò ſufficiat dicere fuiſſe cum conſanguinea in primo gradu?

NEgant eſſe declarandum Doctores primæ ſententiæ *q.præcedentis*, & Pharonius, apud Dianam *3.part.tr.4. reſol. 67.* & ipſemet contra Lugum *p.9.tract.9.reſol.21.*ex Oviedo *1.2.tract.6.controv.5. punct.3.§.11.n.76.*

Sed probabiliùs reſpondeo eſſe declarandum, quia diverſa malitia eſt in filio, quatenus peccat contra reverantiam matri debitam, quæ non eſt in patre, quando peccat cum filia. Sic Lugo *loc. cit. n.314.* & Authores ſecundæ ſententiæ.

QVÆSTIO XXXVIII.

An etiam ſit declarandum, copulam fuiſſe cum Patre, aut cum Avo?

AFfirmant Doctores ſecundæ ſententiæ *q.36.*

Sed probabiliùs reſpondeo, negativè; quia non differt ſpecie, peccare cum Patre, vel cum Avo, & minus peccare cum Avo, & cum Proavo. Sic Doctores primæ ſententiæ, & Lugo *loc.cit.n.315.*

QVÆSTIO XXXIX.

An ſit differentia ſpecifica inter copulam cum Matre, aut Noverca, & cum Filia, aut cum Filiaſtra?

AFfirmant Doctores ſecundæ ſententiæ, præcipuè Sotus *in 4.diſt.18.q.2. art.4.* Corduba *caſu 2.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe inter copulam cum prædictis perſonis differentiam ſpecificam. Sed in eadem ſpecie peccati inceſtus collocandum eſſe peccatum cum matre, & cum noverca, & cum filia, aut filiaſtra. Sic Lugo *loc.cit.à n.316.*

QVÆSTIO XL.

An in peccato cum Sorore debeat explicari, eſſe Sororem ex utroque Parente?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Lugo *loc.cit.n.325.*

Sed probabiliùs reſpondeo negativè, quia omnia illa impedimenta ſunt ejuſdem Ordinis, & ſpeciei, & ideò licèt eorum multiplicatio augeat malitiam, non tamen transfert peccatum ad aliam ſpeciem. Sic Lugo *loc.cit.*

QVÆSTIO XLI.

An ſit declarandum, copulam fuiſſe cum Matre, aut cum Sorore?

NEgant Doctores primæ ſententiæ *q. 36.* præcipuè Pharaon. & Diana *loc.cit.* docentes ſufficere in hoc caſu dicere: Habui copulam carnalem cum conſanguinea in primo gradu. Et in hanc eandem ſententiam videtur inclinare Henriq. *lib.5.c.8. n.1.* licèt *in marg.lit. F.* probabiliùs dicat contrarium.

Sed probabiliùs abſolutè reſpondeo, declarandum eſſe, quia probabilius eſt, inter dictas copulas differentiam ſpecificam eſſe, ut conſtat ex dictis *q. 37.* & probat Henriquez *loc.cit. lit. F.* & tenet ſic etiam Lugo *loc.cit.n.318.pag.360.*& dicit probabile Diana *reſol.67. citata.*

QVÆSTIO XLII.

An qui peccavit cum propria filia, & poſtea cum nepte ſua, filia eiuſdem filiæ, debeat id explicare?

AFfirmant aliqui apud Ioannem de Lugo *n.326.* & ſatis probabiliter.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri; ſed ſat ei erit ſi dicat: Peccavi bis cum deſcendenti in lineæ recta. Sic Lugo, & alij.

QVÆSTIO XLIII.

An affinitas ex Matrimonio, & affinitas ex copula illicita orta in æquali gradu differant ſpecie?

AFfirmant aliqui, & conſequenter dicunt explicandam eſſe talem circunſtantiam.

Sed probabiliùs reſpondeo, non differre ſpecie, regulariter ſaltem loquendo, ideoque eum qui peccavit cum Sorore ſuæ uxoris, & illum qui peccavit cum Sorore illius, quam extra matrimonium cognoverat, ſatisfacere dicendo, Peccavi cum affine in primo gradu lineæ obliquæ. Sic Lugo *loc.cit.n.324.*

QVÆSTIO XLIV.

An cognatio legalis, quæ oritur ex adoptione alicuius in filium, debeat explicari in copula illicita?

REſpondeo affirmativè, quia affert ſecum circunſtantiam inceſtus. Sic omnes Doctores, notantes hanc cognationem triplicem eſſe. Primam inter adoptantem, & adoptatum, & ejus deſcendentes. Secundam tranſverſalem inter adoptatum, & filios naturales legitimos adoptantis, qui ſunt in ejus poteſtate. Et tertiam legalem, inter uxorem adoptati, & ipſum adoptantem, & inter vxorem adoptantis, & adoptatum; Legatur Trullench *lib.6.in Decalog.c.1. dub.6.*

QVÆSTIO XLV.

An inceſtus inter Cognatos legales differat ſpecie ab inceſtu habito inter conſanguineos, & affines naturales?

AFfirmant Palud. *in 4.diſt.42.q.1. art.5. concl.1.* Azor *tom.1.lib.3.c.9.q.1.* Fillinc. *tract.30. c.5. n.97.& 100.* & Leſſius, quos citat, & ſequitur Trullench *lib.6.in Decalog.c.1.dub.6.n.5.* & alij, & conſequenter dicunt, id eſſe in Confeſſione declarandum.

Sed probabiliùs reſpondeo, non differre ſpecie ab inceſtu inter conſanguineos, & affines naturales, quapropter licèt in his peccatis oporteat explicare peccatum inceſtus, non tamen erit neceſſe explicare differentiam cognationis legalis à naturali. Sic Sanchez *lib.7.de matr.diſp.5.n.10.* Lugo *diſp.16.n.328.* & alij.

QVÆSTIO XLVI.

An ſit neceſſarium explicare gradus conſanguinitatis, & affinitatis legalis perſonæ, ad quam quis accedit?

NEgabunt, & conſequenter, omnes Doctores primæ ſententiæ *quæſt. 36.* & è contra, etiam

conſequenter,

conſequenter affirmabunt Doctores ſecundæ, *ibidem* adducti.

Sed ego probabiliùs,& conſequenter ad nuper dicta reſpondeo, non ſemper, ſed aliquando teneri ad illos declarandos. Quia cum hæc cognatio legalis ſit conſanguinitas,& affinitas legalis, & ſimilitudinaria, debet ſubire eaſdem conditiones, & diverſitates. Vnde ſicut in vera conſanguinitate naturali diximus differre ſpecie peccatum patris cum filia,à peccato ejuſdem filiæ cum patre,& utrumque à peccato fratris cum ſorore (ut habetur *q.* 37.& 41.)ſic dicendum eſt, differre ſpecie peccatum adoptantis cum adoptata, à peccato ejuſdem adoptatæ cum adoptante,& utrumque à peccato filij naturalis legitimi,cum ſorore adoptata à ſuo patre. Rurſus *q.* 39. diximus,nõ differre ſpecie peccatum filij cum matre,à peccato filij cum noverca : ſic ergo dicendum eſt,non differre ſpecie peccatum filij adoptati cum uxore adoptantis, à peccato filiæ adoptatæ cum patre adoptante. Sic Lugo *diſp.*16.*n.*329.Qui bene *n.* 330.advertit, idem quod dictum eſt de circunſtantia cognationis legalis, dicendum eſſe de circunſtantia orta ex impedimento publicæ honeſtatis. Legatur.

QVÆSTIO XLVII.

An inceſtus inter cognatos ſpirituales habitus, ſit diverſus in ſpecie ab inceſtu ſuprà explicato, in cognatione carnali, & legali?

Reſpondeo affirmativè, quia licèt copula habita inter perſonas adeo conjunctas, cujus conjunctionis intuitu prohibuit Eccleſia matrimonium inter illas,habeat aliquam malitiam inceſtus,addit ultra hoc malitiam ſacrilegij, eo quòd prohibitio iſta præcipuè oriatur ex reverentia debita Sacramento Baptiſmi, vel Confirmationis (per quæ Sacramenta ſolùm inducitur ſpiritualis cognatio)quæ reverentia violatur in hujuſmodi copula, & ita ut conſter confeſſori de utraque malitia, debet cognatio ſpiritualis explicari in ſpecie.Sic Sanchez *diſp.*5.*cit. n.*9. Lugo *loc.cit.n.*333.Trullench *loc. cit. n.*1. & omnes.

QVÆSTIO XLVIII.

An pœnitens teneatur in Confeſſione explicare radicem cognationis ſpiritualis, an ſcilicet orta fuerit ex Baptiſmo, an ex Confirmatione?

Reſpondeo negativè, quia neque in ratione inceſtus, neque in ratione ſacrilegij, ſpecie diſtinguuntur:ergo nõ tenetur explicare ex quo Sacramento orta fuerit ſpiritualis cognatio. Sic Lugo *n.* 335.

QVÆSTIO XLIX.

An etiam ſit neceſſarium explicare in confeſſione gradus Cognationis ſpiritualis perſona, cum qua habita eſt copula?

Negabunt Doctores primæ ſententiæ *q.* 36. & affirmabunt ſecundæ : omnes conſequenter.

Sed non minus conſequenter, nec minùs probabiliter reſpondeo, teneri explicare aliquos gradus, non omnes.Nam peccatum baptizantis, ſeu patrini, cum puella baptizata,ſe habet ſicut peccatum patris cum filia,& è contra peccatum baptizatæ cum baptizante,vel cum patrino, habetſe ſicut peccatum filiæ cum patre, quæ ex dictis *ſup.q.* 37.& 41. conſtat diſtingui in ſpecie;Sic Lugo *loc.cit.n.*334.*pag.*361.qui bene explicat hos,& nonnullos alios gradus, quos pœnitens explicare tenetur. Lege illum.

QVÆSTIO L.

An coitus Sodomiticus inter cognatos,& affines habeat rationem inceſtus,in Confeſſione aperiendus?

Affirmant habere illam quando eſt coitus cum conſanguinea,vel affine in primo, vel ſecundo gradu, non in ulterioribus, qui non ſunt in linea recta,ſicut nec inter cognatos cognatione legali, vel ſpirituali Azorius 3. *tom.lib.* 3.*c.*38.& 22. Bonac. *de matrim.q.*4. *punct.* 11. *n.*7. Alphonſus de Leone , & alij, quos affert Diana 3.*part. tract.*4. *reſol.* 101. & 159.Lublinus *v. Sodomia, n.*5.& Candidus *diſq.* 24. *art.*23. *dub.*23.

Sed longè probabiliter reſpondeo : habere malitiam inceſtus in confeſſione explicandam , non ſolùm quando eſt coitus cum conſanguineo,& affine in primo,& ſecundo gradu,ſed etiam in tertio,& quarto. Ratio eſt manifeſta,quia ſi aliquis turpiter tangat conſanguineam,etiam in tertio,& quarto gradu , debet explicare circunſtantiam perſonæ, propter malitiam ſpecialem inceſtus , ut cum communi docet Sanchez *lib.* 9.*diſp.*46. *n.* 18. ergo à fortiori, ſi vir cum conſanguinea in tertio,vel quarto gradu concubitum ſodomiticum habeat, debet explicare hanc circunſtantiam.Idemque omnino dicendum , etiamſi coitus ſit inter duos maſculos conſanguineos , vel affines,aut cognatos ſpirituales,vel legales.Sic Graff. & Sylvius,quos citat,& ſequitur Lugo *loc.cit.n.* 359. *pag.*366.Sic etiam Trullench *lib.*6.*in Decalog.cap.*1. *dub.*8 §.1.*n.*3.per hæc verba : Deinde abutens conſanguinea, licèt enim faciat contra naturalem pietatem , non tamen incurrit affinitatem ex tali inceſtu, ideoque pœnæ adulterorum inceſtuoſorum non incurruntur per hæc peccata contra naturam habita cum conjugatis,& conſanguineis,ut docent Cajetanus 2.2.*q.*154.*art.*12.*ad* 3. *dubium*,& Fillincius *ſup. n.* 164. At quando committitur cum cognatis hoc crimen,eſt in confeſſione explicandum : quia quamvis non ſit verè inceſtus,eſt tamen inceſtuoſum, cùm ſit abuſus luxurioſus , inter cognatos jure naturali prohibitus propter reverentiam debitam, & pietatem cognatis.Ita Azor *ſup.c.*18.*q.*3. & Bonac. videndus *ſuprà n.* 8. Hinc fit , explicandam eſſe perſonam in Confeſſione, cum qua perpetratur Sodomia, videlicet,utrùm habita ſit à maſculo cum maſculo,vel cum fœmina, vel cum habente votum caſtitatis, vel contra voluntatem alterius, vel cum conjugata,aut cum conſanguinea, vel affine, &c.Sic ille. Legantur quæ diximus *ſup. q.* 30. Geſuald. *c.*4. *cit.n.* 20. & Diana *p.*9.*tract.*9.*reſol.*20. *in fine* , ubi ex parte oppoſitum tenet.

QVÆSTIO LI.

An Confeſſarius qui omnino extra Confeſſionem carnaliter peccavit cum pœnitente,teneatur declarare hanc circunſtantiam?

Affirmant Sotus , Palud. Viguerius,Turrecrem. Navar. Gallego, Tabiena, Armilla , Vivaldo, Lopez,& alij quos citat,& ſequitur Sanchez *lib.*7.*de matrim.diſp.*55.Nugnus *in addition.q.*9. *art.*2. *dub.* 3. Ægidius *diſp.* 32. *dub.* 1. *num.*23. Fagundez *præc.*2. *lib.*4.*cap.*3.*n.*33. Homobonus , Raguſius , Acuña, Megala,& Zanardo, quos affert Diana 1.*part. tr.*7. *reſol.*12.

reſol. 12. Candidus *loc. cit. dub.* 28. Archangelus *diſt.* 16. *pag.* 167. *&* 168.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia talis circumſtantia ſolùm eſt aggravans, non mutans ſpeciem Sic Vaſquez *q.* 91. *art.* 1. *dub.* 2. *n.* 20. Baſilius Pontius *tract. de impedimento matrim. cauſa* 30. *ap.* 4. §. 1. Sancius *in ſelectis* latè, & doctè *diſp.* 11. *n.* 3. Sà *correctus, v. confeſſio, n.* 26. Hurtado *diſp.* 18. *de matrim. diff.* 1. Bonacina *q.* 2. *de matrim. punct.* 16. & Diana *loc. cit. &* 2. *part. tract.* 17. *&* 3. *Miſcel.* & 5. *part. tract.* 14. *reſol.* 110. qui pro hac parte citat Petrum de Ledeſma *de matrim. q.* 56. *art.* 2. *dub. ultim.* & Azotium 1. *part. lib.* 3. *c.* 9. *q.* 5. ſed ex his authoribus hic oppoſitum docet, ille ſolùm dicit, utramque opinionem eſſe probabilem. Nobiſcum ſentit Geſuald. *tract.* 19. *c.* 4. *q.* 6. *num.* 12.

QVÆSTIO LII.

An ſtando in opinione contraria nuper relata, teneatur Confeſſarius fateri circumſtantiam Confeſſoris, in peccato carnali cum pœnitente maſculo?

AFfirmant Sancius *in Selectis diſp.* 11. *n.* 11.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, quia lex Eccleſiaſtica prohibens ſolùm loquitur de pœnitente fœmina. Sic Baſilius *tract. de impedim. Matrim. cauſa* 30. Acuña, & Peirinus, quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 7. *reſol.* 56. & alij.

QVÆSTIO LIII.

An etiam ſtando in dicta opinione, quod Confeſſarius teneatur confiteri circumſtantiam copula habita cum fœmina pœnitente, teneatur confiteri illam in tactibus impudicis cum eadem habitis?

NEgant Sancius *loc. cit. n.* 11. per hæc verba. Si quis confeſſarius ſuſtineret opinionem, quod copula cum filia ſit neceſſariò confitenda, non tenetur adhuc in illa opinione fateri ſe habuiſſe tactus impudicos cum filia confeſſionis, ſi intendebat ſiſtere in tactibus animo firmo non progrediendi ad fornicationem; imò *n.* 12. addit, quod adhuc non teneretur confiteri dictam circumſtantiam, quando data opera effunderet ſemen inter femora fœminæ, & non in vaſe: quia ibi non eſt copula, de qua jura loquuntur. Sic Sancius, quem me citato, ſequitur Diana *citata reſolutione.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo, teneri confiteri in eo caſu dictam circumſtantiam, quia etiam copula inter cognatos cognatione ſpirituali orta ex baptiſmo, eſt ſolùm prohibita ab Eccleſia, & tamen tactus, & alia turpia peccata inter illos habita contrahunt ſpecialem malitiam neceſſariò fatendam: ergo ſimiliter poſita prohibitione Eccleſiæ de copula confeſſarij cum pœnitente, propter ſpeciale vinculum ab eadem Eccleſia inter illos conſtitutum, tactus, & reliqua turpia contraherent ſpecialem malitiam declarandam. Sic Lugo *diſp.* 16. *n.* 361. *pag.* 368.

QVÆSTIO LIV.

An duplicatio circumſtantiæ adulterij ex parte utriuſque conjugis, vel ſacrilegij ex parte utriuſque perſonæ religioſæ, ſit neceſſariò fatenda?

NEgant aliqui Doctores, aſſerentes in propoſitis caſibus ſufficere explicare ſpeciem adulterij, vel copulæ ſacrilegæ, abſque eo quod explicetur id proveniens ex parte utriuſque. Sic Sà *in prima editione, v. confeſſio, n.* 30. per hæc verba: Quidam putant, cùm utrique peccans eſt conjugatus, id exprimendum: itemque, ſi omiſſa Miſſa, cum duplex eſſet feſtum, aut violatum jejunium, cùm duplex vigilia. Ego cum aliis ſentio, ſufficere illis dicere, fuiſſe adulterium; his verò omiſſam Miſſam, vel jejunium violatum. Sic Sà qui idem profectò diceret de adulterio (ut ita dicam, ſpirituali,) & ſic debent docere qui affirmant (ſequendo noſtram ſententiam de circumſtantiis aggravantibus) circumſtantiam duplicari adulterij, aut ſacrilegij, eſſe tantùm aggravantem.

Sed ego (adhuc ſiſtendo in dicta ſententia) probabiliùs longè reſpondeo, eſſe neceſſarium utraſque circumſtantias fateri, ut plenè explicetur ſtatus utriuſque peccantis: quia longè probabilius exiſtimo, illas duas malitias non differre ſolùm numero, ſed ſpecie. Nam diverſa in ſpecie obligatio eſt, quâ adulter tenetur ad non violandum ſuum matrimonium, & qua tenetur ad non procurandum, quod adultera violet matrimonium ſuum: at hæc duplex malitia nequit explicari à pœnitente, niſi explicet ſtatum ſuum, & ſtatum fœminæ cum qua peccavit: ergo.

Similiter ergo debet Religioſus explicare votum ſuum, & votum Complicis, ut explicet ſe violaſſe votum ſuum, & fuiſſe cauſam quod alter violaret ſuum votum: quia diverſa obligatio in ſpecie eſt, qua ego debeo obſervare votum meum, ab ea qua debeo non procurare, quod alter violet votum ſuum, ut habitum eſt *ſup.* §. 1. *quæſt.* 9. Sic docent communiter Doctores (licèt non omnes eodem fundamento) Archang. *diſt.* 16. *pag.* 187. *col.* 1. ubi ſic ait: Aliqui dicunt, ſi uxoratus accedit ad uxoratam, non ei ſufficere, ut dicat ſe habuiſſe rem cum uxorata, ſed etiam confiteri, ſe uxoratum eſſe: nam tunc dupliciter aggravatus reperitur, rumpit enim fidem propriæ uxori, & facit injuriam proximo. Quod exiſtimo verum: nam quamvis ibi ſit tantummodo unum adulterij peccatum, tamen habet duas deformitates mortales, & ſufficientes per ſeipſas ſpeciem variare. Sic ille. Vaſquez *q.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *n.* 4. Salas 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 13. *ſect.* 2. *n.* 19. *&* 20. Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 15. *num.* 6. & apud illum P. de Ledeſma, Lopez, Rodriguez, Navar. & alij. Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 3. *n.* 3. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 164. Lugo *diſp.* 16. *n.* 140. *& n.* 258. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 2. *&* 18. & apud illud Ægidius, & Leſſius. Candidus *diſq.* 24. *art.* 23. *dub.* 25. *&* 30 Bonacina *loc. cit. n.* 11. *&* 12. Hieronymus Llamas 3. *p. Methodi, c.* 8. §. 14. *pag. mihi* 607. Naldus *verb. Adulterium, n.* 25. *pag. mihi* 26. Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 2. *diſp.* 3. *punct.* 3. *n.* 9. dicens id eſſe certiſſimum: Trullench *lib.* 6. *in Decalog. c.* 1. *dub.* 5. *num.* 4. *pag.* 71. & communis.

QVÆSTIO LV.

An circumſtantia raptus ſit neceſſariò explicanda, ſi fœmina in copulam conſentiat?

AFfirmant Cajet. 2. 2. *q.* 154. *art.* 6. *ad* 1. *dubium,* Corduba *lib.* 1. *q.* 13. Vega *tom.* 1. *c.* 55. *caſu* 25. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe niſi caſu, quo fœmina violenter rapiatur, & vi copula extorqueatur. Sic Fagundez *præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 17. Diana 1. *part. tract.* 7. *reſol.* 17. & apud ipſum Suarez, Navarrus, Sotus, & Graffis. Lugo *diſp.* 16. *n.* 337. *pag.* 364. Sanchez *lib.* 7. *de matrim. diſp.* 5. *n.* 17. *&* 18.

QVÆSTIO LVI.

An Prælatus, vel Pater omittens correctionem ſubditi, vel filij ſatisfaciat, ſi in Confeſſione dicat, Omiſi correctionem proximi?

AFfirmat Diana *loc.cit.reſol.*57. Quod probabile eſſe innuit Sancius *diſp.*6.*n.*9.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſatisfacere. Quia probabilius eſt, non ſolùm ex miſericordia, ſed ex juſtitia teneri ad corrigendum ſubditum, vel filium: tenetur ergo explicare, ſe eſſe Prælatum, vel Patrem illius, quem omiſit corrigere. Sic Bannez 2. 2. *q.* 33. *art.* 3.*dub.*1.Suarez, Ægid.& Turres, quos citat, & ſequitur Sancius *loc.cit.* Villalobos *tom.*2.*tr.*4. *diff.*6. *n.*4. Gaſpar Hurtado *diſp.*6. *de charit.diff.*9.

QVÆSTIO LVII.

An ſi Gubernator, aut alia perſona publicum magiſtratum gerens, furetur aliquid, debeat circunſtantiam ſui officij explicare, ratione cujus debeat furta in civitate impedire?

AFfirmant Medina Complutenſ.*C.de Confeſſione, fol.mihi* 53. *col.*3. Medina Salmantic.*lib.*1. *c.*9. *§.*2.Ludovicus *q.*1. *de circunſt.art.*1. *dub.* 1. *concl.*2. *pag.* 161. Nugnus *q.*9.*art.*2.*dub.*3.*pag.*498.Petrus de Ledeſma *de Pœnis.c.*19.*concl.*1. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri. Quia etiamſi Gubernator teneretur ex juſtitia ad impediendum furtum ſuum (quod negandum eſt, cùm ſolùm conſtituatur ad impedienda furta aliorum, non ſua) tamen illa circunſtantia non adderet novam ſpeciem, cùm jam ipſum peccatum conſtitutum ſit in ſpecie furti. Sic Henriquez *lib.*2.*c.*6.*n.*3.*in Gloſſa lit. O*, Diana *loc.cit.reſol.*36.Lugo *diſp.*16.*n.*180.Fagundez *præc.*2.*lib.*4.*c.*2.*n.*2.& Palatios *in* 4.*diſt.*16.*q.*3. & alij.

QVÆSTIO LVIII.

An ſi aliquis Sacerdos percutiat aliquem notabiliter, vel occidat, teneatur explicare circunſtantiam Sacerdotij?

AFfirmat Nugnus *in addit. ad* 3.*part. q.*9. *art.*2. *dub.* 3. *concl.*5. Negat verò abſolutè Diana 1. *part.tract.*7.*reſol.*8.ſed abſolutè, & ſine diſtinctione loquendo, omnino malè.

Probabiliùs ergo reſpondeo, non teneri explicare talem circunſtantiam in caſu poſito, niſi aliàs occidat, aut mutilet membrum alterius. Quia percuſſio citra occiſionem, aut mutilationem, licèt magis indecens ſit Sacerdoti, non continet tamen ſpeciem malitiæ diverſam in Confeſſione explicandam. Sic Lugo *diſp.*16.*n.*181.*pag.* 337.Archangel.*q.*16.*pag.* 167. & alij.

QVÆSTIO LIX.

An habens copulam cum aliqua fœmina mortua ſatisfaciat, ſi in confeſſione dicat, ſe pollutionem habuiſſe?

NEgant in primis qui exiſtimant, talem concubitum habere malitiam fornicationis. Et certè conſequenter id negant, ut conſtat ex *ſup. dictis quæſt.*5.

Negabunt & alij, qui putant talem copulam habere malitiam beſtialitatis. Hi ſunt Pellizarius *in regul.tom.*1.*tract.*4.*c.*3.*ſect.*4.*num.*70. & Geſualdus *tom.*2.*tract.*12.*c.*1.*n.*43. Quorum ſententiam rejicit ex Thoma Sanchez *lib.* 10.*de matrim. diſp.*4. *n.*14. & ex pluribus aliis Doctoribus, Diana *p.*9.*tract.* 9. *reſol.* 1. benè probans copulam cum muliere mortua non eſſe beſtialitatem, ſed ſolùm habere malitiam pollutionis, ſicuti hanc tantùm habet copula cum pictura, vel ſtatua. Quod confirmat ex Tamburino *opuſc.*1. *lib.*2.*c.*7.*§.*10.*n.*6. ducente, inanimatum inſtrumentum, quo quis ſe polluit, non facere mutationem ſpeciei: ſed ſic eſt, quod quando quis copulam habet cum muliere mortua, aliud non facit, niſi cum inanimato inſtrumento pollutionem: ergo talis copula non inducit mutationem ſpeciei, nec conſtituit diverſam malitiam ſpecificam à pollutione. His ego ſuppoſitis,

Probabiliter quidem reſpondeo, ſatisfacere Pœnitentem, ſi in confeſſione, caſu contingente dicat, ſe pollutionem habuiſſe. Quia juxta noſtram, & aliorum quamplurium Doctorum ſententiam, circunſtantiæ aggravantes non ſunt neceſſariò in confeſſione aperiendæ: at in noſtro caſu, ſolùm reperitur aliqua circunſtantia, quæ malitiam pollutionis notabiliter aggravet, non ſpecificè mutet: ergo. Sic videtur ſentire Diana, licèt cum timore id explicet, qui tamen bene ſupponit, id eſſe intelligendum caſu quo copula cum fœmina mortua non habeatur ab homine peccante, cum alio effectu fornicario diverſo à pollutione; nam alioquin cum pollutione jam adeſſet aliud peccatum fornicationis, vel adulterij, vel inceſtus, &c.

QVÆSTIO LX.

An copula habita occaſionaliter cum fœmina ſomno oppreſſa inventa, habeat malitiam raptus formalis neceſſariò in confeſſione exprimendam?

AFfirmat Pellizzarius *in Man.regul. tom.*1. *tr.*4. *c.*3.*ſect.*4.*n.*70. habere malitiam raptus formalis, neceſſariò in confeſſione aperiendam, præter malitiam fornicationis, ſi mulier eſſet ſoluta: adulterij, ſi eſſet conjugata: ſacrilegij, ſi eſſet Monialis, &c. ratio eſt, quia talis copula habetur cum muliere invita, ſi enim vigilaret, non conſentiret: ergo tali copula raptus committitur.

Sed probabiliùs reſpondeo, non habere malitiam raptus formalis neceſſariò in confeſſione exprimendam, quia ad rationem raptus formaliter & ſtrictè ſumpti neceſſum eſt, ut mulier & violenter rapiatur, & vi copula extorqueatur, ut habitum eſt *ſup.q.* 55.quod totum deficit in caſu propoſito: ergo. Legatur Diana *p.*9.*tract.*9.*reſol.*2.ubi licèt hanc partem ſufficienter probet, nulle tamen eſſe hujus opinionis authorem, humiliter firmat.

---

§. IV.

De Circunſtantia, Vbi.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotat Circunſtantia, Vbi?

RESPONDEO quod locum ſacrum, ut omnes Doctores explicant, licèt nonnulli addant, denotare etiam locum publicum; cùm interdum mutet, ob hanc cauſam, ſpeciem peccati, ut ſi quis peccaret in loco publico, cum intentione ſcandali. De quo tamen nos

§.ſequenti

§. *ſequenti*, agemus. Legantur Monteſin. *tom. 1. in 1. 2. diſp. 11. q. 1.* Henriq. *lib. 5. c. 6. n. 5.* & alij ſtatim *citandi*.

QVÆSTIO II.

An omnia mortalia commiſſa in loco ſacro habeant ſpecialem malitiam neceſſariò confitendam?

AFfirmant Ioan. Medina *Cod. de pœnit. tr. 2. q. 9. de circunſtantiis confitendis.*

Sed probabiliùs reſpondeo: negatiuè, quia non omnia peccata ſunt contra Sanctitatem, & reuerentiam loco ſacro debitam. Sic Caiet. *tom. 1. opuſc. tr. vlt. reſponſ. 12. dub. 2.* Suarez *diſp. 12. ſect. 4. n. 20.* Vaſq. Ægid. Leſſius, & Reginald. quos affert, & ſequitur Hurtado *diſp. 9. diff. 4.* Henriq. *lib. 5. cap. 6. n. 5.* Lugo *diſp. 16. n. 465.* Azor. *tom. 3. lib. 3. c. 27. q. 15.* Nauar. *in c. conſideret, de pœnit. diſt. 5. n. 20.* & Archang. *diſt. 16. pag. 168.* Sic dicens: Blaſphemare in Eccleſia, periurare, & reliqua peccata committere, quæ non ſunt prohibita ratione loci, non eſt hæc circunſtantia confitenda. Sic ille, & omnes.

QVÆSTIO III.

An ſaltem peccata quæ non habent cum loco ſacro peculiarem repugnantiam (vt ſunt blaſphemiæ, inuidia, &c.) licèt non habeant malitiam grauem neceſſariò confitendam, habeant tamen malitiam venialiter aggrauantem?

REſpondeo affirmatiuè, & pertinere ad ſpeciem ſacrilegij. Sic Lugo *loc. cit. n. 466.* & Reginald. & ante illos Nauar. ex Cajet *loc. cit.* & Henriquez *lib. 5. c. 6. num. 5. in textu (& in Gloſſ. lit. I.* & conſtat, quia indecens eſt profectò, vt locus orationi, & cultui Diuino dicatus, conuertatur in locum peccandi, & offendendi eundem Deum.

QVÆSTIO IV.

Quæ, & quot ſunt peccata prohibita intuitu loci ſacri, humano iure?

REſpondeo: quod hæc quatuor. Peccatum homicidij, aut grauis effuſionis ſanguinis: effuſio voluntaria ſeminis: furtum, & violatio immunitatis Eccleſiæ. Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO V.

An quodcumque homicidium in Eccleſia patratum ſit ſacrilegium?

REſpondeo negatiuè, quia vt ſacrilegium ſit, debet eſſe iniuſtum, voluntarium, & culpabile. Vnde ſi quis defendendo ſe aliquem occideret, non ideo violaretur Eccleſia, aut eſſet ſacrilegus homicida. Quod idem omnino eſt dicendum de effuſione ſanguinis. Sic Victoria *n. 99.* Layman *tr. 10. c. 7. num. 8. & 9.* Sà *verb. Eccleſia, n. 19.* Fagundez *prec. 2. lib. 4. c. 4. n. 14.* Graſſius *lib. 2. deciſ. c. 47. n. 20.* & communis.

QVÆSTIO VI.

An percuſſio grauis in Eccleſia, ſi fiat ſine occiſione, aut effuſione ſanguinis, ſit ſacrilegium?

AFfirmat Fagundez *loc. cit.* qui & pro hac parte citat Nauarrum *cap. 27. num. 256. & 259.* Syluestrum *verb. conſecratio 2. n. 5.* Henricum *lib. 2. de pœnit cap. 6. num. 5.* & alios, qui hoc minimè dicunt, cum expreſsè loquuntur de occiſione, aut vulnere cum ſanguinis effuſione. Affirmat tamen Graſſius *lib. 2. deciſ. cap. 47. num. 19 & 20. pag. mihi 216.*

Sed probabiliùs reſpondeo, percuſſionem, quantumuis grauem, ſi fiat abſque effuſione ſanguinis, nullo modo afferre malitiam grauem ſacrilegij explicandam. Quia iura ſolùm loquuntur de occiſione, aut de vulnere cum ſanguinis effuſione: ergo abſque fundamento extenditur ad hunc tertium caſum de percuſſione abſque effuſione ſanguinis. Sic Lugo *diſp. 16 n. 468. pag. 386.* Philibert. *tr. [illegible] de ſacrif. Miſſæ, part. 3. c. 10. num. 7. & 8.* qui benè citat Nauarrum pro hac parte.

QVÆSTIO VII.

An quæcumque effuſio iniurioſa, & peccaminoſa ſanguinis, facta in Eccleſia, afferat malitiam ſacrilegij neceſſariò confitendam?

REſpondeo negatiuè. Debet namque effuſio eſſe magna: Imò nec ſufficit quod ſit magna ſi aliàs iocosè, aut caſu contingat, aut peccaminosè, ſi de naſo effundatur, quia per huiuſmodi effuſionem ſanguinis non violatur Eccleſia. Sic Graſſius *lib. 2. deciſ. cap. 47. num. 9.* Philibert. *loc. cit. num. 8.* Fagundez *loc. cit. num. 18.* & apud illum Nauar. Sylueſt. Toler. & communis.

QVÆSTIO VIII.

An committat ſacrilegium, qui exiſtens in Eccleſia, alium foris exiſtentem telo, aut ſclopo occidit?

REſpondeo negatiuè, quia non conſummatur peccatum, nec actio occiſionis in Eccleſia, ſed extra illam. Secus autem dicendum, ſi quis exiſtens extra Eccleſiam, aliquem intra Eccleſiam occidat ſcienter. Quæ doctrina applicanda eſt ad caſum effuſionis ſanguinis intra, vel extra Eccleſiam factæ. Sic Fagundez, & Philibert. *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO IX.

An homicidium, effuſio ſanguinis, vel ſeminis, & aliæ actiones, quibus Eccleſia polluitur, ſi occultè fiant in Eccleſia, contineant malitiam ſacrilegij in confeſſione explicandam?

NEgant Vaſquez *in 1. 2. quæſt. 72. art. 7. diſp. 8. c. 3. n. 6.* Sotus *diſt. 32. quæſt. vnica, art. 3. poſt 3. concl.* Rodriguez *tom. 1. cap. 243. n. 19.* Baſilius Pontius *de matrim. lib. 10. cap. 10. n. 15.* Hurtado *de matrim. tr. 10. diff. 4.* Quia exiſtimant, dictas actiones in tantum eſſe ſacrilegia, in quantum iis Eccleſia polluitur. Sed non polluuntur Eccleſiæ, niſi publicæ ſint, vt nos *infra* dicemus: ergo. Sic ipſi, & id eſſe probabile meritò affirmant Diana *1. p. tract. 7. reſol. 26.* & Naldus *v. ſacrileg. 12.* per hæc verba: Sacrilegium per effuſionem ſeminis, vel ſanguinis in loco ſacro non eſſe, ſi hæc occulta ſint, cenſent valde probabiliter plerique, eo quia per notoriam effuſionem tantùm locus Sacer violatur. Sic Vaſquez *1. 2. diſput. 98. n. 6.* Sanchez *tom. 3. [illegible] 10.* Hucuſque Naldus, quem ſequitur Caſpenſis apud Dianam *infrà*.

Sed probabiliùs reſpondeo, continere malitiam ſacrilegij, in confeſſione explicandá. Quia reuera quæcumque voluntaria ſeminis, vel ſanguinis effuſio, ſaltem in quãtitate in Eccleſia facta, eſt prohibita ab Eccleſia: ergo ſacrilega. Vnde ad fundamẽtum contrariorũ

dicendum, dictas actiones non ideo eſſe ſacrilegia, quia per ipſas Eccleſia polluitur, ſed quia in honorem loci ſacri prohibitæ ſunt. Sic Suarez *tom.1. de Religione, lib.3.c.7.n.4.* Raphael de la Torre *in 2.2. q.99.art.2. diſp.7.* Sanchez *lib.9. de matrim.diſp.13. n.11.* Bonacina *de matrim.quæſt.4.punct.vlt.n.7.* Diana *loc.cit. & 3. part tract.4.reſol.67.* Lugo *diſp.16. n.462.* Candidus *diſquiſ.24. art.23. dub.38.* dicens (quamvis rigidè) improbabiliſſimam eſſe contrariam ſententiam. Trullench *lib.6.cap.7.n.11.* Palao *tom.2. tract.11.diſp.vnica,punct.1.n.4.* Salas *in 1.2.tract.13. diſp.3.ſect.2.n.15.* Fagundez *præc.1.lib.4.cap.4.n.24.* qui bene advertit, quod licèt quæcunque effuſio ſeminis voluntaria facta in loco ſacro ſit ſacrilega, non tamen Eccleſia egebit reconciliatione, donec delictum fiat publicum. Quod etiam advertunt Lugo, & Philibertus *loc.cit.* & Petrus de Ledeſma *in Sum.c.20. de Euchar.* & penes ipſum Sotus, & Palatius. Tenet rurſus noſtram ſententiam Diana *p.9.tract.9.reſol.5.* Ouiedo, Caramuel, & Baſſeus penes ipſum, quibus adde Geſualdum *loc.cit.c.4.q.15.n.25.*

QVÆSTIO X.

An quæcumque effuſio voluntaria ſeminis in Eccleſia ſit ſacrilega?

RESpondeo negativè: nam debet eſſe in quantitate aliqua. Vnde pollutio voluntaria vnius, vel alterius guttæ ſeminalis, non continebit malitiam ſacrilegij neceſſariò fatendam. Sic Petrus de Ledeſina *loc.cit.* Graſſius *loc cit.n.24.* Philibert. *loc.cit.num.9.* & colligitur ex dictis ſupr. *quæſt.6.*

QVÆSTIO XI.

An aſpectus, nutus, & confabulationes inhoneſtæ, in Eccleſia habiti, habeant ſpecialem malitiam ſacrilegij explicandam in Confeſſione?

AFfirmant Sylveſt. *v.Confeſſio,§.4.* In quam ſententiã aliqualiter inclinat Suar. ſtatim citandus.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo negativè, cùm hujuſmodi res nec adverſentur directè ſanctitati loci ſacri, nec per illas Eccleſia polluatur. Sic Doctores nuper *citati*, præcipuè Sanch. *loc.cit. n.20.& 25.* cum aliis. Suarez, licèt timidè, *tom.1. de Relig. lib.3. c.7.n.11.* Ægidius *diſp.8.de Pœnit.dub.4.n.22.* Navar. *in c.conſideret,num.20.* Candidus *loc.cit.dub.41.* Trullench *lib.6.in Decal.c.7.n.11.* Bonacina *q.4.de matrim.punct.vltimo,n.8.* Alcozer *in Summa, cap.10. fol.74.* Lopez *1.p.c.35.q.6.pag.189.* ex Cano addens: contrarium eſſe dicendum de illo, qui in Matutinis Nativitatis Domini immiſceret, loco benedictionis, dicteria inhoneſta: Hiſpanè, Pullas.

QVÆSTIO XII.

An ſaltem tactus leves impudici, veluti per manus, pectora, &c. in Eccleſia habiti, habeant ſacrilegij malitiam?

AFfirmant Armilla *verb. Chorea, num.2.* Lopez *loc.cit. quæſt.7. pag.189.* & à fortiori Sylveſt. *loc.cit.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo negativè, ob rationem nuper dictam, & ob ſtatim dicendam. Sic Doctores jamjam *citandi*, præcipuè Fagundez *præc.1. lib.4.c.4.n.29.& lib.6.in Decalog.c.3.n.13.* Trullench & Bonacina *locis citatis.*

QVÆSTIO XIII.

An tandem tactus impudici in partibus inhoneſtis, & pudendis facti in Eccleſia habeant ſpecialem malitiam mortalem ſacrilegij?

AFfirmant Ortiz *in Sum. notab.5. in fine, circa 6. præcept.* Azorius *tom.1.lib.4.cap.6.q.10.* Lopez *loc. cit. q.6.* Suarez *loc.cit.* & apud ipſum Corduba, Sylveſt. Rodriguez, & Ledeſma. Raphaël de la Torre *in 1.2.q.99.art.3. diſp.7.* etiam & Pitigianus, quos unites congerit Diana *1.p.tr.7. reſol.25.* Sic etiam apud Fagundez *loc.cit.num.30.* Medina Complut. & Cajet. quos ipſe *n.29.in fine*, ſequi videtur. Trullench. *loc.cit.* Naldus *verb. ſacrilegium, n.5. pag. mihi 531.* Salas *in 1.2.tract.13.diſp.6.ſect.12.in fine*, & alij putantes hujuſmodi tactus eſſe neceſſariò confitendum, factos fuiſſe in Eccleſia, propter reuerentiam debitam loco ſacro ex naturali iure.

Sed adhuc probabiliùs reſpondeo, etiam prædictos tactus habitos in Eccleſia, modò non adſit periculum pollutionis (imò, iuxta ſententiam Vaſquez, & aliorum *(quæſt.9.cit.)* ſatis probabilem, modò non ſequatur pollutio notoria, non habere ſpecialem malitiam ſacrilegij in confeſſione neceſſariò explicandam. Quia hæc non accipiunt ſpecialem malitiam grauem ſacrilegij ex iure naturæ, ſed ex ſola prohibitione Eccleſiæ, quæ cum non de tactibus, ſed de copula, aut pollutione, per quas Eccleſia violatur, loquatur, non eſt vnde habeant illam ſpeciem ſacrilegij grauis. Sic Sanch. *lib.9.diſp.15.n.21.* Cajet. Nouar. & Alcozer, quos citat, & tam citò inconſtans ſequitur Fagundez *loc.cit.n.31. in fine, & lib.6.in Decalog.loc.cit.* Ægid. *diſp.7.de Sacram.n.22.* Hurtado *diſp.9.de Pœn.diff.4.* Diana *loc. cit.* Lugo *diſp.16.n.464.pag.386.* Bonac. *loc.cit.* & Geſualdus *1.p.ſum.tract.19.c.4.q.14.n.23.* qui bene ad argumentum contrariorum ait, quod licèt prædicti tactus in Eccleſia habiti ſint graviora peccata propter indecentiam, non tamen mutant ſpeciem peccati, & ideo non eſſe neceſſariò explicandum, factos fuiſſe in Eccleſia.

QVÆSTIO XIV.

An copula inter conjugatos habita in Eccleſia habeat ſpecialem malitiam ſacrilegij?

NEgant habere illam, etiamſi coniuges non ſint in Eccleſia concluſi, modò copula coniugalis occultè fiat, Vaſquez, Baſilius, & Hurtado *loc.ſupr.q.9.cit.* Lopez *1.part.inſtructor.c.82.* Sà *verbo Eccleſia, num.14.* & alij. Affirmant verò è contra Palud. *in 4. diſt.18.art.4.& diſt.31.q.3.art.2.* D. Anton. *3.p.tit.1. c.20.§.3.* Cajet. Armilla, Tolet. Graſſius, & Valentia apud Caſtrum Palao vbi infra, exiſtimantes, talem copulam ratione loci ſacri eſſe ſacrilegium.

Sed probabiliùs reſpondeo, habere malitiam ſacrilegij, etiamſi occultè fiat, niſi caſu, quo coniuges in Eccleſia aliqua de cauſa per longum tempus, hoc eſt, per quatuor dies ad minus, detenti ſint. Sic Sanchez, Leſſius, Fagundez, Suarez, P. de Ledeſma, Megala, & Tannerus, quos affert, & ſequitur Diana *tract.7. cit. reſol.19.* Lugo *loc.cit.n.463.* Candidus *loc.cit.dub.38.* & Trullench. *lib.6.in Decalog.cap.1.dub.7.num.5.* & Bonacina *q.4.de matrim.punct.ultimo,num.6.* & penes ipſum Nauar. *cap.16. num.32.* & Henriquez *lib.11. cap.16.num.4.* Palao *tom.2.tract.11.diſp.4.punct.2. num.1.* & alij, quos ſequitur Geſuald. *tract.19.cap.4. quæſt.16.num.27.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XV.

An qui fornicatur geſtando aliquas reliquias, vel Agnum benedictum, committat ſacrilegium neceſſariò in confeſſione explicandum?

AFfirmare videtur Philiarcus *tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 9. in fine*, cujus ſententiam eſſe probabilem, innuit Fagundez *vbi infrà*, vocans contrariam veriorem.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo negatiuè (niſi aliàs haberet intentionem agendi contra res illas ſacras, vel illas pollueret per aliquem actum luxurioſum.) Quia comitanter tantùm ſe habent ad actum venereum, ſicut ad quodvis aliud peccatum. Sic Sanchez *in Sum. lib. 2. c. 40. n. 28.* Fagundez *de præc. 1. Eccleſiæ, lib. 1. cap. 4. n. 13. & lib. 2. in Decalog. c. 37. n. 14. & lib. 7. c. 7. n. 25.* Filliuc. *tom. 2. tract. 30. num. 229.* & alij, quos citat, & ſequitur Diana *2. p. tract. 7. reſol. 18. & 3. p. tract. 4. reſol. 67.* Lugo etiam *diſp. 16. num. 512. pag. 395.* Candidus *loc. cit. dub. 37.* Trullench *num. 6.* Bonacina *q. 4. de matrim. punct. vltimo, n. 5.* & Geſuald. *loc. cit. q. 9. n. 15.*

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem ſacrilegium grave committeret, qui dictas res ſacras daret Amaſiæ, tanquam pretium actus venerei?

REſpondeo: committere ſacrilegium, imò & ſimoniam ſimul: ſicut ſi quis conferret alicui beneficium, tanquam pretium actus venerei habiti cum vxore ſua. Secus tamen dicendum, ſi dictas res ſacras donaret illi ex beneuolentia, aut gratitudine, quia in hoc caſu non grauem, ſed leuem irreuerentiam committeret. Sic Diana *loc. cit.* ex Filliucio *cit. loc.* Candidus, Trullench, Bonacina, & Fagundez *locis citatis*; & communis apud Geſuald. *citatum.*

QVÆSTIO XVII.

An ſi quis furetur res profanas in loco ſacro (v. g. crumenam alicujus in Eccleſia exiſtentis) committat ſpeciale peccatum ſacrilegij, neceſſariò confitendum?

AFfirmant Suarez *tom. 1. de Religion. lib. 3. cap. 5. n. 7.* Valentia *tom. 3. diſput. 6. quæſt. 13. punct. 1.* Vaſquez, Nauar. Nugnus, quos refert, & ſequitur Bonacina *in 1. præc. Decal. diſp. 3. quæſt. 6. punct. vnico, n. 17.* Layman, Rebell. Raphael de la Torre, Reginald. P. de Ledeſma, quos affert Diana *tract. 7. cit. reſol. 27.* & Ludouicus *q. 1. art. 5. dub. 1. pag. 1070.* Graffius *lib. 2. deciſ. c. 47. n. 4.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere peccatum ſacrilegij, ſed tantùm furtum ſimplex, mortale, vel veniale ratione quantitatis magnæ, vel paruæ; quia huiuſmodi res profanæ non ſunt de Eccleſia, ſed ſunt in Eccleſia per accidens: ergo per ablationem earum non irrogatur ſpecialis iniuria Eccleſiæ: & conſequenter tale furtum non habebit malitiam mortalem ſacrilegij, neceſſariò in Confeſſione aperiendam. Sic Sotus, Henriquez, Cruz, Leſſius, & Zerola, quos refert, & ſequitur Diana *loc. cit.* Ægidius *diſp. 2. dub. 4. n. 12* Fagundez *præc. 2. lib. 4. c. 4. n. 9. & 12. & lib. 7. in Decalog. c. 2. n. 10.* Lugo *diſp. 16. n. 470.* Lopez *1. part. c. 33. pag. 185.* Granad. *tract. 9. diſp. 8. n. 6.* Ochagauia *tract. 2. quæſt. 14. n. 4.* Naldus *verb. ſacrilegium, n. 7. & 12.* vbi ſic ait: Sacrilegium neque committi, ſi non ſacrum aufertur de ſacro, eſſe magis vulgarem, & communem in iudicando & conſulendo, dixit Zeual. *quæſt. 383.* ſpeculi communium &c. Sic ille.

QVÆSTIO XVIII.

An furari profana de Eccleſia, hoc eſt tradita ipſi Eccleſiæ in depoſitum, in pignus, vel in cuſtodiam, habeat malitiam mortalem ſacrilegij?

REſpondeo, Affirmatiuè. Quia in hoc caſu aliquo modo pertinent ad Eccleſiam, cum ipſa ad reſtitutionem earum teneatur. Sic Fagundez, Diana, Zerola, & Lugo *loc. cit.* Henriquez *lib. 5. c. 7.* & Lopez ex Cano *loc. cit.*

QVÆSTIO XIX.

An furari modicum pecuniæ à confeſſario in ipſa confeſſione, ſit ſacrilegium, & circumſtantia neceſſariò confitenda?

AFfirmat abſolutè Corduba *in Sum. q. 3.* & ita rigoroſè, vt dicat eſſe ſacrilegium mortale, etiamſi ſolùm furaretur octauam partem vnius Iulij, Hiſpanè, *vn quarto*. Quòd idem docet, ſi illam quantitatem furaretur à celebrante Miſſam, vel adminiſtrante Euchariſtiam, vel à cuſtodia, vbi ipſa ſeruatur. Fauet Cordubæ Fagundez *de præc. 4. Eccleſiæ, lib. 4. c. 4. n. 11.* quatenus docet in eo caſu dari circumſtantiam aggrauantem neceſſariò confitendam, eo quòd arguat in pœnitente infirmum propoſitum contritionis, & reincidentiam in furando.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe ſacrilegium tale furtum, nec habere ſpecialem malitiam neceſſariò confitendam, niſi aliàs aſſumeretur confeſſio, aut communio, &c. vt medium ad tale furtum: quia in hoc tantùm caſu maximam, & ſpecialem iniuriam faceret prædo Sacramento. Secus verò ſi non aſſumatur vt medium: ſed ex occaſione data huiuſmodi crumenæ furtum fiat. Sic Rebell. *2. p. lib. 3. cap. 1. num. 11.* Sà *verb. ſacrilegium, n. 11.* Lugo *diſp. 16. n. 472* qui benè impugnat ea, quæ Fagundez dicit *loc. cit.* Imò hic author (iam ſibi contrarius) noſtram ſequitur abſolutè ſententiam *lib. 7. in Decalog. cap. 2. n. 9.* Pro qua etiam affert Emmanuelem Rodriguez *1. p. Sum. c. 148. n. 5.*

QVÆSTIO XX.

An furari à Clerico aliquid iure Eccleſiaſtico poſſeſſum, contineat malitiam ſacrilegam neceſſariò confitendam?

AFfirmant Ioan. de la Peña apud Dianam *loc. cit.* Cui ego addo Lopezium *1 p. c. 33. pag. mihi 185.* Ochagauiam *tr. 2. q. 14. n. 4.* & Panormitanum *in cap. ceterum, de iudiciis.*

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè. Sic Pitigianus, quem citat, & ſequitur Diana *loc. cit. tr. 7. reſ. 17.* Quod reputat probabile Lopez, & tenent Ludouicus *q. 1. art. 4. diff. 1. pag. 1067.* & P. de Ledeſma *c. 19. cit.* vbi ſic ait: [De lo que podia hauer difficultad, es de los bienes recibidos del beneficio, que parece que ſon bienes ſagrados, y adquiridos por titulo Eccleſiaſtico. Pero tambien me parece, que ſe puede dezir, que hurtar los tales bienes, no es ſacrilegio, ſino hurtò: porque por el miſmo caſo, que ſe aplican a los miniſtros, parece que dexan de ſer communes, y Eccleſiaſticos, y ſacros, porque ya ſon de eſta perſona en particular. Pero otra coſa es hablando de los bienes immobles de los beneficios, y de las decimas, y de otros bienes ſemejantes, Porque eſtos tales ſon bienes ſagrados, y hurtarlos es ſacrilegio.] Sic ille; & bene.

QVÆSTIO XXI.

An furari res ſacras de loco non ſacro, v.g. Calicem conſecratum extra Eccleſiam, ſit ſacrilegium neceſſariò confitendum?

NEgant Lopez 1. *part. cap.* 33. & Lublinus *verb. ſacrilegium.n.*11. caſu, quo res ſacra, v.g. Caliz, non ſit Eccleſiæ, licèt conſecratus ſit: ſecus, inquiunt, ſi Caliz ſit Eccleſiæ.

Sed abſoluté probabiliùs reſpondeo, eſſe mortale ſacrilegium, etiamſi res ſacra furata non ſit Eccleſiæ, quia etiam in hoc caſu verè violatur res ſacra. Sic Nauar. *c.6.n.*4. Henriquez *lib.*2. *de Pœnit. cap.*6.*n.* 5. *ad marg. lit. N.* Fagundez *prec.* 2. *lib.* 4. *cap* 4. Graffius *lib.* 1. *deciſ. c.* 47. *num.* 4. *pag. mihi* 214. & communiter Doctores cum D. Thoma 2.2. *q.* 99. *art.* 3.

QVÆSTIO XXII.

An qui furatur rem ſacram à loco ſacro, teneatur hanc duplicem circunſtantiam rei, & loci fateri?

NEgant Fagundez *lib.*4. *cit. cap.*5. *n.* 21. *in fine*, & Diana 1. *part. tract.* 7. *reſol.* 12. *in fine*, dicentis: ſufficere fateri furtum ſacrilegum.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri vtramque malitiam ezplicare, quia peccatum ſacrilegij circa locum ſacrum differt ſpecie ad minus à ſacrilegio circa res ſacras, vt tenet communis Theologorum doctrina cum Sancto Thoma 2.2. *quæſt.* 99. *art.* 3. ergo qui furatur rem ſacram in loco ſacro, vtramque malitiam contrahit confitendam. Sic Alcozer *in Sum. c.* 21. Lugo *diſp.* 16. *n.* 471. Suarez *lib* 3. *de ſacril. c.* 5. Leſſius, & Filliuc. quos citat, & ſequitur Trullench *lib.* 2. *in Decal. c.* 10. *dub.* 15. Diana *p.*8. *tract.* 7. *reſol.* 76. & Auerſa *de Sacram. Pœnit. q.* 10 *ſect.* 11.

QVÆSTIO XXIII.

An ſi quis exiſtens in Eccleſia, aut extra illam, deſideret habere pollutionem in Eccleſia, inibi furari, vel aliquem occidere, teneatur circunſtantiam loci explicare?

NEgat Valentia *diſp.*7. *quæſt.* 11. *punct.* 1. *col. mihi* 1648. *§. Circunſtantia autem*, qui & citat pro ſe Nauarrum *cap.*6. *n.*10. ſed malè.

Vnde longè multò probabiliùs reſpondeo teneri, quia actus internus, & externus eiuſdem ſunt ſpeciei: ergo ſi tenetur quis fateri circunſtantiam loci ſacri in actibus externis dictorum peccatorum (vt omnes fatentur) etiam tenebitur illam fateri in internis. Sic Doctores ſtatim citandi, præcipuè Thomas à Ieſu *c.* 3. *pag.* 108. & tenet expreſsè Nauar. *loc. cit. n.* 12. Archang. *diſt.* 16. & communis.

QVÆSTIO XXIV.

An etiam, ſi quis exiſtens in Eccleſia haberet volitionem patrandi præfata peccata extra Eccleſiam, committeret mortale ſacrilegium?

AFfirmat Dominicus Baltaſanas *in ſua Margarita Confeſſorum, vbi de circunſtantiis peccatorum, fol. mihi* 50. vbi ſic ait: Quantùm ad locum dico, quod neceſſariò eſt confitenda, quantùm ad ſacrilegium rerum, locorum, & perſonarum: non ſolùm ſi perueniant ad actum, ſed etiam quoad ipſas oculorum fixiones, & cogitationes de luxuria, furto, & homicidio, quia eandem grauitatem per ſe habent cogitationes, & operationes, & ad eandem pertinent ſpeciem, vt patet 1.2. *quæſt.* 72. maximè ſi tales cogitationes non ſolùm ſint in Eccleſia, ſed etiam ſint de ſcelere perpetrando in Eccleſia. Sic ille, & Syluest. §. 10. cum aliis.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, non committere, nec teneri in eo caſu circunſtantiam loci ſacri confiteri. Sic Nauar. *c.6.n.*12. Cano, & Viuald. quos citat, & ſequitur Sanchez *lib.*9. *de matrim. diſp.* 15. *n.* 18. Granados *tract.* 9. *diſp.* 8. *n.* 7. Lublinus *loc. cit. n.* 14. Thomas à Ieſu *cap.* 3. *pag.* 107. & 108. Henriquez *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 5. Fagundez *in Decalog. lib.* 6. *c.* 5. *n.* 14. & communis.

QVÆSTIO XXV.

An pollutio habita in Oratorio alicujus domus, in quo de licentia Epiſcopi Miſſa celebratur, contrahat malitiam ſacrilegij neceſſariò confitendam?

AFfirmatiuam ſententiam eſſe probabilem, & valde, innuit Trullench *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè, quia huiuſmodi Oratorium ad nutum fundatoris poteſt ad profanos vſus redire, vnde non gaudet Eccleſiæ immunitate. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 39. & alij apud ipſum. Fagundez *loc. cit. cap.* 4. *num.* 16. & Diana *tract.* 7. *cit. reſol.* 20. Trullench *lib.*6. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 7. *n.* 5. & communis, quam tenent etiam Geſualdus *loc. cit. q.* 17. *num.* 29.

QVÆSTIO XXVI.

An pollutio habita in cellis Religioſorum, quas ſuperior Conuentus ſingulis noctibus benedicit, & aqua laſtrali aſpergit, contineat ſpecialem malitiam ſacrilegij?

AFfirmatiuam partem eſſe ſatis probabilem innuit Trullench *n.* 5. *citato.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non continere, etiamſi inibi ſit altare ad celebrandum: quia non ſunt loca ſacra, quæ ſanguinis, aut ſeminis effuſione violentur, aut reconciliatione indigeant. Sic Sanch. *loc. cit. n.* 42. Nauar Henriq. Rodrig. & Corduba apud ipſum. Fagundez *loc. cit. n.* 39. Diana 1. *part. tract.* 3. *reſol.* 20. & 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 166. Azor, & Hurtado apud ipſum, Lugo *diſp.* 16. *n.* 17. Trullench *loc. cit.* qui tamen benè addunt ſecus eſſe dicendum de copula habita in oratorio Epiſcopi auctoritate conſtructo, aut in clauſtris Religioſorum, ſi benedicta ſint, & Religioſis ſepeliendis deſtinata; nam hæc verè comprehenduntur nomine loci ſacri.

QVÆSTIO XXVII.

An omnis extractio rei ab Eccleſia ſit ſacrilegiũ?

REſpondeo negatiuè: ſed ſolùm quando reus extrahitur in caſibus, quibus gaudet immunitate illius. Sic Nauar *cap.* 28. *n.* 259. Sanchez *loc. cit. n.* 23. & Graffius *lib.* 1. *deciſ. c.* 47. *n.* 5. per hæc verba: Tertia ſpecies ſacrilegij eſt illa, qua fit iniuria loco ſacro, vt ſi de loco ſaluatus extrahatur, ſiue pro cauſa ciuili, ſiue pro criminali, cùm hoc caſu gaudeat immunitate, &c. Sed an intelligatur violari Eccleſiæ immunitas ſi aliquis à ſatellite capiatur extra cœmeterium, vel Eccleſiam, & deducatur per Eccleſiam, & inde violenter extrahatur? Dic, quod non. Ita Archidiac. *in c. ſicut*, 17. *q.* 4. quod eſt notandum, quia quotidianum. Sic ille.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXVIII.

An Index poſſit, abſque ſacrilegio, à fruentibus immunitate Ecleſiæ auferre arma intra illam?

NEgat Farinae. & Peregrin. quos citat, & ſequitur Diana 1. *p. tr. de immunit. Eccleſia, reſol.* 8.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe licitè, vt ab eis tollatur occaſio liberiùs patrandi ſcelera. Sic Gambacurta, Couar. Villadiego, Cruz apud Dianam *loc. cit.* Fagund. *prae.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 55. & alij.

QVÆSTIO XXIX.

An Sacrilegium committat Iudex, qui ſub doloſis verbis ream ad egrediendum ab Eccleſia decepit?

AFfirmant Bobadilla, Villadiego, & alij quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. reſol.* 26.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè, quia non extrahitur violenter. Sic Nauat. *cap.* 24. *n.* 21. Suarez, Filliucius, & Fagundez *loc. cit. n.* 46.

---

§. V.

De Circunſtantia, Quibus auxiliis.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotetur per Circunſtantiam, Quibus auxiliis?

RESPONDEO, quod inſtrumenta quibus peccatum factum eſt, vt gladius, ſcopletum, &c. & etiam concauſæ, à quibus ad peccandum iuuatur. Sic Fagundez *prae.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 4. Hurtado *diſp.* 9. *diff.* 4. Moure *cap.* 6. *de confeſſion.* §. 6. *n.* 6. Lugo *diſp.* 16. *ſect.* 11. *n.* 475. & alij.

QVÆSTIO II.

An ſit neceſſarium explicare inſtrumenta, quibus ſcelus patratum eſt?

REſpondeo, quod non, niſi in caſu, quo vſus illorum ſit prohibitus lege obligante ſub mortali: aut niſi aliàs media illa contineant aliunde ſpecialem malitiam contra aliam virtutem, vt ſi mediis Sacramentis, aut rebus ſacris occidiſti, aut aliud peccatum feciſti, quia illa eſſet ſpecialis malitia contra Religionem. Sic omnes Doctores.

QVÆSTIO III.

An pœnitens teneatur explicare circunſtantiam inductionis ad peccatum, quando perſonæ, quas induxit, erant paratæ ad illud?

AFfirmant Sanchez *lib.* 1. *Summa, c.* 6. *n.* 14. Bonacina *de Sacrament. diſp.* 5. *punct.* 2. §. 3. *diff.* 3. *n.* 19. Trullench *lib.* 1. *in Decalogum, c.* 6. *dub.* 5. *n.* 15. & innuit Hurtado *de charitate diſp.* 10. *diff.* 4. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, quia in tali caſu revera non datur ſcandalum, nec propria, aut moralis inductio ad peccatum: cum iam perſonæ ex ſe, & ſua ſponte paratæ eſſent ad id peccatum patrandum. Qui ergo vtitur meretrice expoſita ad peccandum, vel ſocio parato ad furtum, quamuis illos ad hunc ſingularem actum furti, & fornicationis inducat, non tenetur ampliùs fateri, quàm peccatum fornicationis, aut furti. Sic Nauarr. *cap.* 16. *n.* 13. Azor. 1. *p. lib.* 12. *c.* 16. *q.* 5. Suarez *diſp.* 22. *ſect.* 4. *n.* 18. Henriquez *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 7. Salon 2. 2. *q.* 62. *art.* 1. Medina, Lopez, Rodriguez, Alcozar, & Valentia apud Sanchez *loc. cit. n.* 13. Fagundez *prae.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 1. 2. & 3. Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 34. Vaſquez, & Lugo *infrà citandi.* Ægidius *de Sacrament. diſp.* 7. *dub.* 4. *n.* 13. Petrus Ledeſma *in Summa, c.* 19. *de Pœnit. dub.* 7. & alij.

QVÆSTIO IV.

An qui vtitur aliqua perſona parata, vt ſuo maleficio aliud eum pacto dæmonis ſoluat, teneatur hanc circunſtantiam inductionis fateri?

AFfirmant Sanchez *loc. cit.* & alij Doctores, nec non Henriquez *lib.* 5 *cap.* 7. *num.* 7.

Sed probabiliùs, & conſequenter reſpondeo: non teneri, ob rationem dictam: ſolùm ergo tenebitur confiteri peccatum aditionis ſagæ, vel ſagi: & peccatum maleficij, quia eſt contra virtutem Religionis, & contra primum præceptum Decalogi. Sic optimè Fagundez *loc. cit. n.* 3. & Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO V.

An ſaltem teneatur pœnitens explicare circunſtantiam inductionis, ſi verbis expreſſis alterum non paratum ad peccandum induxit ſecum?

AFfirmant Medina, Lòpez, Alcozer, Rodriguez, & Valentia, quos affert, & à fortiori ſequitur Sanchez *loc. cit.* Lorca, Villalobos, Becanus, Ægidius, Filliuc. Fagundez, Ledeſma, & Hurtado, quos citat, & ſequitur Diana 3. *p. tr.* 4. *reſ.* 114. Ochagauia *tr.* 2. *q.* 14. *n.* 7. & apud illum Naoartus *c.* 6. *n.* 19. Ludouicus *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 2. *pag.* 1066. Trollench *loc. cit. n.* 13. & Palao *tom.* 1. *tr.* 6. *diſp.* 6. *punct.* 4. *n.* 4. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, caſu quo inductio ordinata fuerit ad idemmet peccatum, quod ab ipſo pœnitente explicatur in confeſſione, & eſt commune duorum. Veluti ſi pœnitens induxit mulierem non paratam ad fornicandum, non tenebitur circunſtantiam inductionis explicitè confiteri, ſed ſat erit ſi fateatur ſimplicem fornicationem à ſe commiſſam, quia moraliter loquendo, inductio ad peccatum, & peccati commiſſio pro vna tranſgreſſione reputatur. Et meritò, cùm inductio in hoc caſu ſolùm aggrauet peccatum intra eandem ſpeciem, vt docent Fagundez *lib. cit. c.* 4. *n.* 4. & 5. & apud ipſum D. Th. Caiet. Henriquez, Corduba, & P. Soto, & conſtat, cùm eadem malitia in ſpecie (licèt non ita grauis) habeatur, quando aliquis non ſolicitat; ſiquidem adhuc participat cum illa in ſuo peccato, & eſt cauſa cooperans ad eius ruinam: ergo in hoc caſu non debet pœnitens circunſtantias inductionis explicare. Sic Vaſquez *quaeſt.* 91. *art.* 1. *dub.* 4. *num.* 7. & *dub.* 5. *n.* 34. & Lugo *diſp.* 16. *n.* 141. qui bene aduertit, idem dicendum eſſe de illis, qui in Miſſa in feſtis voluntariè diſtrahuntur colloquiis; nec enim videntur interrogandi in confeſſione, an ipſi prouocauerint ſocios ad colloquendum, vel non, cùm vtrouis modo cooperati ſint ad peccatum aliorum. Sic ſentit etiam Fagundez *prae.* 2. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 2. & probabile reputat Palao *loc. cit.* imò iam nouiſſimè vt ſatis probabile tenet *tom.* 4. *tr.* 23. *punct.* 8. *n.* 12.

QVÆSTIO VI.

An in Confeſsione fatenda ſit ſemper circunſtantia ſcandali?

RESpondeo affirmatiuè. Sic omnes Doctores, præcipuè Lugo *diſp.* 16. *n.* 157. *pag.* 353. vbi hæc habet. Ego, vt meam ſententiam in hoc puncto aperiam, diſtinguendum puto inter eum, qui directè intendit peccatum proximi, & eum qui ſolùm indirectè illud vult. Suppono enim tripliciter poſſe me alterum ad peccatum inducere Primò directè, & formaliter, intendendo ruinam ſpiritualem proximi, hoc eſt, ex deſiderio, vt proximus patiatur damnum illud ſpirituale. Secundò directè, ſed non formaliter, quando ſcilicet volo, quod ipſe violet caſtitatem, non quia malum eius eſt: ſed quia inde lucrum aliquod ſpero. Tertiò indirectè, quando v.g. præuideo, quod ex mea actione proximus facilè occaſionem accipiet peccandi, ego tamen id non intendo: ſed quia poſſem, & deberem ſcandalum illud impedire, pecco peccato ſcandali, ſiue ſpeciali, ſiue generali, in quo poteſt eſſe quæſtio de nomine. Aliqui enim, cum quibus ſentit Sanchez *dicto lib.* 1. *Decalog. c.* 6. *n.* 3. dicunt, ſpeciale peccatum ſcandali reperiri ſolùm in primo modo inductionis, non in aliis: fatentur tamen, ſemper in confeſſione explicandam illam circunſtantiam ſcandali, quod ego etiam verum exiſtimo, quia ſemper affert nouam ſpeciem peccati: nam diuerſa ſpecie malitia eſt, vt dixi, inducere alium ad non ieiunandum, ab ea quam contrahit ipſe, qui violat ieiunium. Difficultas eſt, non an debeat in confeſſione explicari circunſtantia ſcandali: ſed an debeat ſemper in confeſſione explicari ſpecies peccati, ad quod proximus ſcandalizatus inducitur. Sic ille, & benè. Legatur Nauarr. *c.* 6. *n.* 19. Vaſq. 1. 2. *diſp.* 102. *n.* 7. Sanch. *lib.* 1. *Sum. c.* 6. *n.* 3. Trullench *loc. cit. à n.* 4. & alij apud ipſos.

QVÆSTIO VII.

An ſemper debeat in confeſsione explicari ſpecies peccati ad quod proximus directè, vel indirectè inducitur?

AFfirmant Vaſquez 1. 2. *quæſt.* 73. *diſp.* 102. *c.* 3. *num.* 5. *&* *c.* 7. *n.* 23. Ægidius *diſp.* 32. *de charit. dub.* 5. *num.* 35. qui & citat pro hac parte (ſed non bene) Lorcam, & Bannez, Monteſinos 1. 2. *quæſt.* 73. *art.* 8. *quæſt.* 5. *n.* 149. Luyſius *de Pœnit. q.* 9. *art.* 2. *dub.* 3. Sanchez *lib.* 1. *Decal. cap.* 6. *n.* 8. Trullench *loc. cit. num.* 6. *&* 13. *pag.* 20. & alij, docentes: non ſat eſſe pœnitenti fateri, ſe dicto, vel facto alterum ad peccatum incitaſſe, ſed ſpeciem peccati, ad quam incitauit, teneri fateri.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: debere quidem explicari ſpeciem peccati, ad quod proximus inducitur, quoties ſcandalum ſit primo, vel ſecundo modo quæſt. præcedenti habito; ita vt directè formaliter, vel ſaltem indirectè intendatur peccatum proximi, non verò quando inducitur proximus tertio modo: hoc eſt, præuiſo, ſed non volito directè, eius ruina, ſeu periculum: nam in hoc caſu ſatisfaciet pœnitens explicando malitiam ſcandali, licèt non explicet ſpecies peccati, ad quod proximus induci poterat. Sufficiet ergo illi, ſi dicat: Meo exemplo, vel opere dedi occaſionem peccandi proximo, cum deberem id præcauere. Ratio eſt, quia peccatum ſcandali, quando indirectè ſolùm volumus periculum proximi, non aduerſatur alteri virtuti, niſi ſoli charitati, qua tenemur proximi mala impedire: ergo non videtur eſſe obligatio explicandi ſpeciem peccati; ad quam ſcandalizatus inducitur: nam hæc materialiter ſe habet ad malitiam ſcandali, quod eſt ſolùm contra charitatem. Sic Nauar. *in Man. c.* 26. *num.* 19. quem ſequitur, & citat Lugo *diſp.* 16. *à num.* 152. *pag.* 352. vbi latè, & doctè totam hanc doctrinam illuſtrat exemplis, & rationibus probat. Legatur, necnon, me citato, Diana *p.* 10. *tract.* 12. *reſol.* 29. vbi cum Ouiedo hanc opinionem valde probabilem putat.

QVÆSTIO VIII.

An explicandus ſit numerus perſonarum, quibus vnica vice, ac vnico peccato ſcandalum datum eſt, vt quando aliquis coram multis peccauit, & turpia, v.g. loquutus eſt?

AFfirmant Sanch. *c.* 5. *cit. n.* 8. Syluius, Layman, Bonacina, & alij, quos affert, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 117. per hæc verba concludens. Vnde patet ignorantia multorum confeſſariorum, qui cum pœnitentes ſe toties accuſant dediſſe ſcandalú, non faciunt illos accuſare, neque de ſpecie peccati, neque de numero perſonarum. Cæci quidem ſunt, & duces cæcorum. Sic Diana. Et poſt illum Trullench *lib.* 1. *in Decalog. c.* 6. *dub.* 5. *n.* 6. ſic dicens: Ex quo fit, te peccante publicè, teneri fateri in confeſſione publicè peccaſſe: quia cum non ſciatur, quot perſonæ mouendæ ſint tuo malo exemplo, debes periculum explicare: ſi enim ſcires, quot perſonæ mouerentur, & ad quæ peccata, & numerum perſonarum, & ſpeciem peccatorum teneberis explicare, aliàs non ſatisfacis, ſiquidem non declaras ſpeciem peccati, neque numerum peccatorum. Bonac. *ſupr. n.* 42. *&* 44. Ioan. Sanchez *in ſelect. diſp.* 46. *n.* 11. Caſtro Palao *de charit. tract.* 6. *diſp.* 6. *part.* 4. *n.* 3. Sic Trullench.

Sed probabiliùs (iuxta noſtram doctrinam ſuperiùs traditam) reſpondeo, nullo modo teneri pœnitentem explicare numerum perſonarum, quæ ſuo peccato ſcandalizari potuerunt, quia ſicut non teneretur explicare numerum perſonarum, quas eadem iniuria læſit, aut quas vnica voluntate voluit occidere (*vt ſuprà* §. 3. *q.* 19. *& ſequent.* eſt habitum, & ipſemet Diana 9. *part. tract.* 7. *reſol.* 29. *&* 17. vt probabile admittit) ita etiam in præſenti, non tenebitur explanare numerum, quando vnico actu malo ſcandalum præbuit pluribus, quia eadem eſt omnino ratio. Sic Lugo *diſp.* 16. *n.* 134. *&* 164. *& ſequentibus.*

QVÆSTIO IX.

An ſaltem explicandus ſit ſtatus perſonarum, coram quibus aliquis peccauit, & indirectè eas ad peccatum induxit (turpiter v.g. loquendo) an ſint coniugati, Sacerdotes, Religioſi, &c.

AFfirmant Bonac. *de Sacram. diſp.* 5. *ſect.* 2. §. 3. *diff.* 3. *n.* 21. Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 114. Pro qua ſententia citat Lugo Thomam Sanch. Filliuc. & Laymanum, dicitque bene citari pro eadem à Diana. Sed certè pro præſenti difficultate non citat Diana, niſi vnum ſolum Bonacinam *loco à nobis citato*, & bene; nam alij hoc expreſsè nullo modo docent.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non eſſe neceſſariò explicandum, quia quando indirectè, aut præter intentionem præbetur aliis ſcandalum, ſolùm contrahitur malitia ſpecifica contra charitatem: non verò contra illam ſpecialem virtutem, cui aduerſatur peccatum, ad quod ſcandalizatus inducitur, vt docent Nauar. Suarez. Ægidius, & Salas, apud Lugum: ergo non erit neceſſum explicare ſpeciem peccati, ad quod ſcandalizatus indirectè inducitur: & conſequenter nec ſtatum, aut qualitatum adſtantium, qui moueri poterant ad affectus contra caſtitatem ex illa impu-

dica

dica narratione. Sic Lugo *diſp.16.à n.165.* & certè ſatis probabiliter.

QVÆSTIO X.

An qui directè, & per ſe ad peccandum venialiter alterum induxit, peccet mortaliter, & teneatur circunſtantiã inductionis confiteri?

AFfirmant Vaſquez 1.2. *q.73. art.8. diſp.* 102. *c.7.num.*23. *&* 24. Ægidius 2.2.*diſp.32. dub.5. n.51.pag.mihi* 593. & eſſe ſatis probabile ait Caſtro Palao *tom.1.diſp.6.punct.2.n.3.&* 4. *pag.*660.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter, ſed venialiter tantum; & ideo non teneri neceſſariò circunſtantiam inductionis explanare. Ratio eſt quia damnum ad quod induxit, in ratione damni ſpiritualis eſt leve. Sic Azor 1. *part.lib.4.c.20.q.3.* Bonac.*diſp.2.de diſtinctione ſpecifica peccator.q.4.punct.* 2.§.*unico, propoſit.* 1.*n.*11. & Molfeſius *in Summ.* 1. *part.tract.*8.*c.*10.*n.*42.Sanchez *lib.*1.*Summ.c.6.n.*10. Reginaldus *lib.14.n.*27.Trullench *loc.cit.n.*10.& penes ipſum S. Thomas, Navarr. Suarez, Palao, Filliuc. & alij.

---

§. VI.

De Circunſtantia, Cur.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid Denotatur per Circunſtantiam, Cur?

RESPONDEO quod finis extrinſecus, propter quem medium aliquod eligitur: Seu motivum, quo reſpondere poſſimus interroganti, cur hoc fecerimus? Sic communiter omnes.

QVÆSTIO II.

An quando medium malum eligitur propter finem malum, ſit neceſſarium utrumque ſimul in Confeſſione explicare?

REſpondeo: eſſe neceſſarium, ſi medium diverſam in ſpecie habeat malitiam à malitia finis, ut ſi quis furetur propter mœchiam. Secus eſſet dicendum, quando media ſolùm habent malitiam venialem, ut mendacia, aut verba otioſa; aut nullam, quia ex ſe ſunt indifferentia, ut ire ad agrum: quia tunc non erit neceſſarium illa in confeſſione explicare. Et ita ſi quis mendacium officioſum ex fine fornicandi diceret, ſufficiet ei, ſi in confeſſione explicet ſuum deſiderium fornicandi; quia malitia mortalis, quæ eſt in tali deſiderio, ipſamet in mendacium officioſum derivatur. Sic Sanchez *lib.*1. *Summ. c.5.* Suarez *tom.4. diſp.22.ſect.4. in Circunſtantia Cur.* Ægidius *diſp.7. dub.4. n.*24.Navar.*c.6.n.3.*Tolet.*lib.3.c.7.n.3. &* 4. & omnes.

QVÆSTIO III.

An quando finis non eſt de ſe malus, medium autem eſt malum, debeat explicari ipſe finis, ut ſi quis omittat Miſſam propter ſtudium, debeat explicare finem, nempe ſtudium, an ſolam omiſſionem Miſſæ?

AFfirmant Cajet.*in* 1.2.*q.88.art.5.* Zumel *q.71. art.5. diſp.4.* & ex parte Sanchez *lib.* 1. *Sum. c.7* ubi ex Navarro docet hoc eſſe neceſſarium, quando ex inordinato affectu ad ſtudium tranſgreditur præceptum. Quod & docet Fagundez *de prac.2.lib.4. c.5.n.*10.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri, ſed ſufficere, ſi dicat omiſſionem voluntariam Miſſæ. Quia hoc peccatum tantùm habet malitiam ex medio; ergo explicata ejus malitia, explicatur tota malitia peccati. Sic Suarez *diſp.22.ſect.4. n.* 11. Vaſquez *in* 1.2. *diſp.93.c.3.*Henriquez *lib.2.c.5.n.7.*Banoes, Valentia, Azor, Hurtado, Medina, Tannerus, & alij, quos citat, & ſequitur Diana *tom.1.tract.7.reſol.23.&* 61. Lugo *diſp.26.n.*479.& Caſtro Palao *tom.1.tract.2. diſp.3.punct.3.n.*14.Bonacina *diſp.2. de peccatis, q.4. punct.4.n.*27. & alij communiter.

QVÆSTIO IV.

An quando finis ſolùm continet malitiam venialem, ſit neceſſarium hanc circunſtantiam fateri?

AFfirmant Sylveſt. *verb.Confeſſio*, §.7.

Sed probabiliùs negativè reſpondeo, quia talis confeſſio valida, & fructuoſa eſt. Sic Diana 1. *part.tract.7.reſol.*23.Sotus, quem citat, & ſequitur Lopez 1.*part.c.34.pag.*192. Ægidius *diſp. 7. dub.3. n.*14.& communis.

QVÆSTIO V.

An qui furatur propter fornicationem, ſufficiat ſi in confeſſione dicat, Furatus ſum, *& poſtea per alium actum:* Habui intentionem fornicandi?

NEgant Sylveſt.*ver.Confeſſio* 1.*q.*10.Cruz *in Sum. de Pœnit.q.3.dub.6.concl.*1.Megala & Nugnus *q.9.art.2.dub.2 pag.*496. *& dub.* 3. *pag.* 505. quos affert Diana *tract.7.cit.reſol.*23. Ludovicus *quaſt.*1. *de circunſt. art.6. diff.1. pag.*1072.& Ledeſma *c.*19. *pag.mihi* 266. aſſerentes: debere pœnitentem explicare ſimul medium, & finem, dicendo, Furatus ſum propter fornicationem.

Sed probabiliùs reſpondeo, ſufficere pœnitenti, ſi dicat, *furatus ſum*, & poſtea ſubjungat, *habui intentionem fornicandi*, vel *fornicatus ſum.* Quia qui confitetur furtum, & fornicationem, etiamſi non explicet, ſe unum ordinaſſe ad aliud, ſufficienter explicat malitiam peccati, & ſtatum ſuum: ergo ad nil aliud tenetur. Sic Angel.*ver.interrogatio*,§.6.Navarr.*c.6.n.*2. Petrus Fay *in addition.q.9.art.2. diſp.*11. Diana *loc. cit.*& Ochagavia *tract.2.q.14.n.4.*necnon Geſualdus 1.*part.Sum.tract.29.c.4. q.11.n.*35.

QVÆSTIO VI.

An tactus, oſcula, & amplexus præcedentes fornicationem, ſint peccata numero diſtincta ab ipſa, & neceſſariò confitenda ſimul cum fornicatione?

AFfirmat Marſilius *q.12.fol.*572. Et ſi ſint actus exorbitantes ad majorem voluptatem inventi, idem docent Cano, & Medina, apud Henriquez *lib.5. c.5.n.5.lit.V.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe; ſed unum cum ipſa facere peccatum, ideoque non teneri pœnitentem illa explicare, ſed fornicationem tantùm, Nam hac in confeſſione explicata, cenſentur explicata & alia. Secus verò eſt dicendum, ſi prædictos tactus impudicos non fuit ſecuta fornicatio, quia

tunc explicandi ſunt neceſſariò in confeſſione. Sic Vaſquez 1.2.*tom.*1.*diſp.*75.*c.*2.*de pœnit.q.*91.*art.*1.*dub.*5.*n.*33. Azor 1. *part.lib.*4.*c.*4.*q.*6. Ægid. *diſp.*7.*n.*56 Lopez 1 *part.c.*31.*pag.mihi* 179. Navar. *cap.*6.*n.*17. Henriquez *loc.cit.* Graffius *lib* 1. *deciſ. cap.*10.*n.*11.*& ſeqq.* Suarez *tom.*4.*in* 3 *part.diſp.*22.*ſect.*5.*n.*26. Caſtro Palao *tom.*1.*tract.*1.*diſp.*2.*punct.*1 *n.*5. dicens, eſſe ferè omnium ſententiam. Felix *in Tentativa Complut.tract.*3.*c.*7.*diff.*3.*n.*4. & alij quos ſequitur Geſuald. *tract.*21. *c.*4.*n.*24.

QVÆSTIO VII.

An in caſu quo explicandi ſunt tactus, oſcula, &c. explicari debeat numerus eorum, an verò ſufficiat explicare tempus, aut numerum occaſionum?

RESpondeo ſufficere, quod explicetur numerus occaſionum, tacito numero tactuum turpium. Quia omnes tactus in tali caſu adunantur inter ſe, & ſunt unum peccatum moraliter, propter eundem finem ad quem (licèt non ſecutum) ordinantur. Unde ſi quis per duas horas continuas in hujuſmodi rebus immoratus eſt, ſat erit ei ſi fateatur, ſe in una occaſione habuiſſe tactus impudicos. Nec oportet explicare partes, in quibus dicti tactus ſunt habiti; cùm omnes tendant ad fornicationem, ſolúmque differant penes magis, & minus. Excipiuntur tamen ab hac regula ſodomitici tactus, nam iſti cùm pertineant ad diſtinctam ſpeciem, explicandi ſunt in confeſſione. Sic Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 17. Sancius *diſp.*6.*n.*6. Hurtado *diſp.*9. *diff.*6. *in fine*, Trullench *lib.*6.*in Decalog.c.*7.*dub.*12.*n.*2. Caſtro Palao *tract.* 2.*de peccat. diſp.*3. *punct.*3. *n.* 4. & 5.

QVÆSTIO VIII.

An ſaltem tactus, & oſcula quæ ipſam copulam conſequuntur, debeant explicari, tanquam diſtincta peccata à copula præcedenti?

AFfirmant Suarez *diſp.*22.*ſect.*3. *n.* 26. (non 2. *n.*8. & 9. ut citat Diana) Vaſquez *q.*91.*art.*1.*dub.*5.*n.*35. Ægid. *diſp.*17.*dub.*7. *num.*59. Hurtado *diſp.*9 *de Pœnit.diff.*6. Thomas à Ieſu *in ſuo tribunali, c.*3. *pag.* 100. & alij, quia actus ſubſequentes non ſunt partes prioris actus conſummati, nec ex natura rei includuntur in illo: ergo debent in confeſſione explicari.

Sed probabiliùs reſpondeo, non debere neceſſariò explicari, ſed ſat eſſe ſi explicetur actus fornicationis. Quia cum eo conſtituunt dicti tactus unum numero peccatum. Nam cùm ſint circa ipſum actum fornicationis, verè ordinantur ad ipſum, tanquam ad ejus complementum, dummodo ex intentione peccantis denuo non ordinentur ad novam copulam: ergo explicato fornicationis actu principali, cenſentur præfati tactus explicati: ex quo jam conſtat ad rationem oppoſitæ ſententiæ. Sic Navarr. *in cap. conſideret, de pœnitent. diſt.*5.*n.*46. & *in Manuali cap.*6.*n.*17. & Azor 1.*part.lib.*4.*c.*4. Zerola *in praxi de pœnit. c.*12. *q.* 47. Archangelus *diſt.* 16. Salas *in* 1.2.*tom.*2.*tract.*13.*diſp.*5.*ſect.*8.*n.*91. Diana 1.*part.tract.*7.*reſol.*42. Granados *in* 1.2.*controv.*6 *tract.*2. *diſp.*5.*n.*11. Fagundez *præc.*1.*lib.*3. *c.*4. *num.*4. Henriquez *lib.*5.*c.*3.*n.*5. & *in Gloſ.lit. V.* Lugo *diſp.* 16. *n.*554. *pag.*402. & Lorca apud Hurtadum, Trullench. *loc. cit. n.*25. Caſtro Palao *loc.cit. punct.*1. *n.*5. Sancius *in ſelectis diſp.*6. *n.*3. addens, id eſſe verum etiamſi magna interceſſerit interruptio temporis inter copulam, & conſequentia ad illam, dummodo ad alia negotia, qui commiſit fornicationem, non ſe divertat, ſed in eodem ſtatu, & ſitu permaneat, detinens fœminam ad deoſculandum illam, & colloquendum; vel ſi fortè fœmina diſceſſit, ex utriuſque conventione expectet reditum ad iterum deoſculandum illam. Sic ille. Cujus additum non approbat Palao *loc.cit.* Tenet etiam noſtram ſententiam Felix *loco nuper q.*6. *cit.* & alij, quos ſequitur Geſuald. *loc. cit. n.*26. *pag. mihi* 203.

QVÆSTIO IX.

An delectatio ſaltem, aut gaudium de fornicatione habita, quæ ſtatim poſt copulam habetur ſint neceſſariò in confeſſione explicanda?

AFfirmant Suarez *dicta ſect.* 5. *n.*27. quia exiſtimat eſſe diſtinctum peccatum à copula.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe neceſſariò explicandam. Quia revera unum facit peccatum moraliter cum copula præcedenti; nec affert malitiam diverſam in ſpecie, cum in ipſo etiam actu copulæ fuerit delectatio de illa præſenti, quæ nullo modo differt in ſpecie à delectatione, quæ ſequitur ſtatim poſt copulam de illa præterita. Sic Lugo *loc.cit. num.* 555. dicens, de hoc nullum confeſſarium interrogare. Sancius *loc.cit.* quem ſequi videtur Diana *loco citato*, & ante illos Navarr. *loc. cit.* & poſt illos Caſtro Palao *tom.*1.*tract.*2.*diſp.*3. *punct.*4.*n.*3. *ad* 3.

QVÆSTIO X.

An ſaltem ſi quis habuit tactus, & oſcula cum aliqua muliere, ſine intentione accedendi ad illam, ſi poſtea mutato animo in eadem occaſione accedat, teneatur non ſolùm copulam confiteri, verùm etiam tactus, & oſcula?

AFfirmant Archang. *diſt.*16.*pag.*169.*col.*2. per hæc verba: Si oſcula, & tactus non ad coïtum, ſed tantummodo ut homo delectaretur in eis, ordinarentur, profectò ſi hujuſmodi perſona mutatâ voluntate coïre intendat, aut reipſa coëat, etiam illa confitenda erunt, quia tunc plura peccata illic adſunt ex quo ad eundem finem, ſcilicet coïtus conſummationem, minimè ordinata fuerunt. Affirmant etiam Hurtado *diſp.*9.*de pœnit.diff.* 6. Diana 4.*part.tract.*4. Miſcel.*reſol.*205. & noviſſimè contra me, ſine novo fundamento, *part.*9.*tract.*9. *reſol.*66. *q.*2. Lugo *diſp.* 16. *n.*556. & ante illos Vaſquez *q.*91. *dub.*5. *n.*27. aſſerentes teneri utrumque fateri.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non teneri, ſed ſat eſſe copulam cõfiteri. Quia licèt in dicto caſu deficiat finis operantis, propter cujus defectum non poſſunt tactus conjungi cum fornicatione, & efficere ex hac parte unum peccatum cum illa, tamen non deficit finis ipſius operis, tactus videlicet, ſeu medij, ratione cujus conjunctionis hæc omnia media inter ſe, & cum opere principali, quod poſtea ſequitur, unum conſtituunt peccatum in genere moris, & ideo non oportet in confeſſione explicari, quia explicata fornicatione, etiam ipſa explicata manent. Sic aliqui docti moderni conſulti.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XI.

An mulier quæ oppreſſa metu, vel fame gravi, conſenſit peccato carnali, teneatur hanc fateri circunſtantiam?

AFfirmant Sotus, & Bonav. quos refert Lopez 1. *part. c. 19. pag.* 159 & ex parte ſequitur, dicens: teneri confiteri in caſu tantum, quo de ea confeſſarius roget. Affirmat etiam Nugnus *q. 9. art. 2. dub. 2. pag.* 297. Philippus Faber *in 4. diſt. 17. diſp. 24. c. 1. n. 23.* Victoria *n. 175.* & Reginaldus *lib. 6. n. 134.*

Sed abſolutè probabiliùs reſpondeo, non teneri (licèt licitè poſſit illam confiteri) etiamſi à confeſſario de illa circunſtantia requiſita fuerit, quia hæc circunſtantia ſolùm minuit peccatum intra eandem ſpeciem: ergo. Sic Palud. & Medina, apud Lopezium *loc. cit.* Navarr. & alij, quos citat, & ſequitur Thomas à Ieſu *c. 3. pag.* 104. Suarez *tom. 4. in 3. partem, diſp. 22. ſect. 3. n. 16.* & alij penes ipſum. Diana *5. part. tract. 14. reſol.* 85. Graſſius *lib. 1. deciſ. c. 20. n. 3.* Archang. *diſt. 16. pag. 166. col.* 1. & alij, de quo etiam egimus *ſuprà §. 1. quæſt. 5. & 6.*

QVÆSTIO XII.

An quando quis peccat, aliàs non peccaturus, ex confidentia obtinendi jubileum, aut miſericordiam Dei, quam habet de remiſſione obtinenda, debeat hanc circunſtantiam Confidentiæ in confeſſione explicare?

AFfirmat Abbas *in cap. transmiſſa, de eo qui cogn. conſang. uxoris ſuæ.* D. Bonav apud Navarr. *c. 6. n. 3.* Corduba *in ſumma, q.* 22. & alij.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, non debere neceſſariò, quia talis circunſtantia non mutat (licèt aggravet) ſpeciem. Sic D. Thom. *1. 2. q. 21. art. 2. ad 3.* Cajet. *ibidem*, Navar. *loc. cit.* Fagundez *præc. 2. lib. 4. c. 5. n. 8. & 9.* Diana *tract. 7. cit. reſol.* 13. Coriulan. 1. *part. ſect. 3. art. 7. pag.* 360. Lopez *c. 34. pag.* 193. Lugo *diſp. 16. n. 496. pag.* 391. Thomas à Ieſu *loc. cit. pag.* 108. Reginaldus *lib. 6. n.* 130. & alij.

---

§. VII.

De Circunſtantia, Quomodo.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotatur per Circunſtantiam, Quomodo?

REſpondeo, quod malitia intenſionis, ſeu durationis temporis contemptus, & conſuetudinis peccati, &c. Sic communiter Doctores apud Fagundez *de præc. 2 lib. 4. c. 5. n.* 11.

QVÆSTIO II.

An circunſtantia, ſeu modus intenſionis, quo quis peccat, debeat neceſſariò explicari in Confeſſione?

AFfirmare deberent omnes Auctores obligantes ad circunſtantias notabiliter intra eandem ſpeciem aggravantes explicandas. Sed non faciunt: Petrus Sotus dumtaxat, Suarez, & nonnulli alij hoc concedunt in caſu, quo adſint effectus, & ſigna externa magnæ intenſionis affectus interni.

Sed ego abſolutè reſpondeo, non debere neceſſariò, quia certum eſt, hanc circunſtantiam non variare ſpeciem. Sufficiet ergo pœnitenti ipſum peccatum, quod mente, & corde patravit, confiteri in ſe. Sic etiam habet uſus fidelium, etiam ſapientium, & timoratæ conſcientiæ, ut bene Hurtado *diſp. 9. diff.* 4. Sic ipſe, Henriquez, Ægid. Fagundez, Lugo, & omnes communiter. Legatur Vaſquez *q. 91. art. 2. dub. 2. num.* 32.

QVÆSTIO III.

An ſi quis hominem occidat diſcerpendo poſteà cadaveris membra, extrahendo iecur, & ſimilia, teneatur non ſolùm homicidium, ſed etiam hanc circunſtantiam explicare?

NEgat Bonacina *diſp. 5. q. 5. ſect. 2. §. 3. num.* 18. ſi talia committuntur ex odio, aut ex vindicta, non ex feritate.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, teneri illam circunſtantiam fateri, ſi non lucri gratiâ, ſed ex odio, vindicta, aut feritate ſic hominem occidat, quia hujuſmodi circunſtantia non eſt tantùm aggravans (ut vult Bonac.) ſed mutans ſpeciem, cum ſuprà peccatū injuſtitiæ, quod committitur in occiſione, addatur circunſtantia odij, ſi illum occidat ut inimicum; aut in vindictam: aut circunſtantia ſævitiæ, aut feritatis, ſi delectetur homo in vulneribus illatis; &c. Quæ circunſtantiæ addunt ſpecialem malitiam ſuprà homicidium, ut docet D. Thom. *2. 2. q. 159 art* 2. & ſic noſtram reſponſionem docent ipſe Sanctius, & Vaſq. *loc. cit.* Suarez *tom. 4. diſp. 22. ſect. 4. num.* 12. Ægidius *diſp 7 dub. 4. n.* 4. Fagundez *præc. 2. lib. 4. c. 5. n.* 12. Filliuc. *tract. 7. n.* 90. & communis, quam tenet Palaus *tom. 4. tract. 23. punct. 9. n.* 11.

QVÆSTIO IV.

An circunſtantia durationis temporis in peccato ſit neceſſariò confitenda?

AFfirmant Sot. & Canus, quos afferunt Hurtado & Diana. Quibus addi poſſunt Henriquez *lib. 5. c. 7. n.* 5. Suarez *diſp. 22. ſect. 4. num.* 20. & Ægidius *tom. 1. diſp. 7. dub. 3. num.* 5. quos refert, & ſequitur Fagundez *part. 2. lib. 4. c. 4. n.* 11. Nugnus etiam *quæſt. 9. art. 1. dub. 2 in fine.* Graſſius *lib. 1. deciſ. c. 20. num.* 11. & noviſſimè Felix *in Tentativa Complut. tract. 3. cap. 7. diff. 4. n. 6.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe ſaltem per ſe neceſſariò explicandam, quia tantum eſt circunſtantia aggravans intra eandem ſpeciem. Vnde ſi quis ſemel conſenſit in homicidium (v. g.) etiamſi hunc conſenſum per unum integrum diem continuaverit, ſat erit ei in confeſſione dicere; Conſenſi ſemel in homicidium. Et ſi quis rem cum concubina per totam noctem habuit, ſufficiet ei confiteri numerum fornicationum: neque tenebitur confiteri temporis durationem. Dixi, *ſaltem per ſe*; quia per accidens forſitan oportebit explicare durationem temporis, ut ſic pœnitens eo modo, quo poſſit, manifeſtet numerum peccatorum. Sic Navarrus *cap. 6. num.* 9. Vaſquez *q. 91. art. 1. dub. 3. num.* 36. Hurtado *diſp. 6 diff.* 4. Zerola *in praxi pœnit. cap. 12. quæſt.* 15. Luyſius *q. 9. de pœnit. art. 2. dub. 2. in fine, & dub. 3. in principio.* Diana *1. p. tract. 7. reſol. 9. & 5. p. tract. 14. reſol.* 10. Sanctius *in ſelectis, diſp. 21. num.* 13. Caſtro Palao *tom. 1. tract. 2. diſp. 2. punct. 4. num. 3. & tom. 4. tract. 23. punct. 8. num.* 11. & alij.

QVÆSTIO

QVÆSTIO V.

An diuturnitas voluntariæ retentionis rei alienæ ſit circunſtantia in Confeſſione aperienda?

AFfirmant Tanoerus 2. 2. *diſp.4. quæſt.6. dub.14. n.427.* & alij apud Dianam *tract.7. cit. reſol.58.* quibus favet Navar. *in Man. c.17. n.55.* docens eſſe circunſtantiam neceſſariò confitendam, eo quòd quoties utitur quis re aliena, vel renovat voluntatem non reſtituendi, vel advertit alienum poſſidere, tot diſtincta peccata committit.

Sed juxta nuper dicta, probabiliùs reſpondeo, non eſſe, ſaltem per ſe, neceſſariò confitendam. Quia ut ſic tantùm eſt circunſtantia aggravans. Sic Hurtado *diſp. 9. diff.4.* quem citat, & ſequitur Diana *loc. cit.* Qui bene monet Confeſſarios, ut hanc doctrinam notent, ut à multis liberentur ſcrupulis. Nam pœnitens (inquit) in Confeſſione ſatisfacit tantùm ſe accuſando, non reſtituiſſe rem alienam. Neque interrogandus eſt de tempore, & diuturnitate retentionis, vel de numero peccatorum, quæ aliqui in tali diuturnitate commiſſi putant, dummodo, ut diximus, rem propoſuerit reſtituere, at poſtea mutato animo, determinavit ampliùs reſtitutionem non facere. Sic ille. Legantur etiam Henriquez *lib.5. c.5. n.5.* Aragon 2. 2. *quæſt.62 art.5. dub. circa 2. argum. dicto* 2. & Ovandus *in 4. diſt. 16. propoſit. 23.* Sed pro majori horum explicatione ſit adhuc

QVÆSTIO VI.

An circunſtantia interruptionis actus interni ſit toties quoties in Confeſſione explicanda?

REſpondeo affirmativè, quia interruptio moralis multiplicat peccata in actibus internis, ſicut in externis, ſed neceſſarium eſt fateri omnia peccata non ſolùm ſecundum ſpeciem, verùm etiam ſecundum numerum diverſa, ut *ſuprà diſp. 5. q. 5.* eſt habitum; ergo neceſſarium erit circunſtantiam interruptionis interni actus in confeſſione fateri. Sic communis ſententia, & eſt certiſſima, & veriſſima. Intelligi tamen debet juxta doctrinam ſæpè traditam præcipuè *diſp.5. citata, q.11.12.* & 13.

Sed ut præcedens quæſtio undequaque reſoluta maneat, operæpretium duxi hic quærere, quando, aut qua ratione actus internus voluntatis interrumpatur? In qua difficultate varij ſunt modi dicendi.

In primis Cano *in Relect. de pœnit. part. 5. §. Et per hoc,* exiſtimat actum expreſſum voluntatis ſolùm interrumpi per actum contrarium. Itaque ſecundùm hanc ſententiam tantùm, & toties fit diverſum numero peccatum in eadem ſpecie, quoties interrumpitur voluntas illius per contrarium actum, & poſt hunc ad priorem reditur. Canum ſequuntur Ioan. de Cruce *in ſum. part. 2. de pœnit. q. 1. dub. 6.* ubi ſic ait: Si juxta aliquod tempus renovaſti plures cogitationes interciſas, per ceſſationem, ſomnum, aut aliam occupationem, non teneris explicare ſingulas renovationes, cum omnes illæ cenſeantur unum peccatum in genere moris, etſi materialiter multiplicentur; ſat eſt enim explicare tunc tempus illarum cogitationum: ſecus ſi illæ cogitationes interrumpantur per actum contrarium. Sic ille. Petrus Fay *id add. ad 3. part. q. 9. art. 2. diſp. 5. ad 4.* Pitigian. *in 4. diſt. 17. art. 5.* Homobonus *de exam. Eccl. p. 1. tract. 5. cap. 13. q. 83.* Felix *in tentativa Complut. tract. 3. c. 7. diff. 4.* quorum ſententiam probabilem judicat Diana *3. part. tract 4 reſol. 91.*

Secundus modus dicendi eſt Vincentij Filliucij *tract. 21. c. 8. n. 305.* ubi docet actum internum voluntatis non ſolùm per contrarium actum, verùm etiam per voluntariam ceſſationem ab illo actu interno interrumpi. Vnde juxta hunc modum dicendi, ſi quis voluntariè nolit ampliùs cogitare de prava aliqua cogitatione, & applicet ſe liberè ad alia, & poſtea ad idem objectum volitum cogitatione redeat, verè multiplicabit actum internum, & conſequenter peccatum. Ita Filliuc. In quo ſenſu explicat Canum.

Tertius modus dicendi eſt aliorum aſſerentium: actum internum voluntatis non ſolùm per contrarium actum, & ceſſationem liberam voluntariam ab illo interrumpi, ſed etiam per quamcunque ceſſationem involuntariam, ſive hæc ceſſatio jam accidat per naturalem inadvertentiam, oblivionem, aut diſtractionem ad alia, ſive per ſomnum, aut aliud negotium. Vnde juxta hunc modum dicendi, qui pergit ut occidat inimicum, ſi ad alia diſtrahatur, vel dormiat, vel obliviſcatur inimici, & poſtea repetat voluntatem, novum peccatum committeret. Sic Vaſq. 1. 2. *diſp. 75. c. 2.* & *3. part. q. 91. art. 1. dub. 5. n.10.* Nugnus *in add. q. 9. art. 2. dub. 1.* Diana *loc. cit.* & alij.

Quartus denique modus dicendi eſt aliorum docentium, quod licèt actus internus voluntatis quolibet ex dictis modis ſufficienter interrumpatur; nempe vel per contrariam voluntatem, vel per ceſſationem, ſive voluntariam, ſive involuntariam, tamen ultra hoc requiritur, quod ceſſatio ab illo actu ſit, non quæcumque, ſed magna, unius videlicet diei, ut ait Ochagavia, vel ſaltem dimidiæ horæ, ut ait Fagundex. Itaque ſecundùm hunc modum dicendi, ſi quis intra diem integrum, aut ſaltem dimidiam horam repetat millies propoſitum fornicandi, vel non reſtituendi, non cenſebitur de novo peccare, niſi aliàs retractet illud propoſitum per pœnitentiam, aut actum contrarium, & iterum renovet redeundo ad idem propoſitum fornicandi, aut non reſtituendi. Sic Ochag. *tract. 2. de Confeſſ. q. 15.* Fagundez *lib. 3. c. 5. n. 14.* & *15.* Navarr. *c. 6. n. 18. §. Infertur octavò,* Rebellus *1. part. lib. 2. q. 17. ſect. 2. num. 9.* & alij penes ipſum.

Quid ego in tanta ſententiarum diverſitate ſentiam, jam dicam. Dico ergo, omnes prædictos dicendi modos eſſe probabiles, ſed mihi probabilior Cani, modo explicato per Filliucium.

QVÆSTIO VII.

An qui decem (v. g.) vicibus ſurripuit quantitatem mille aureorum, teneatur explicare in confeſſione numerum actionum quibus tantam quantitatem furatus eſt?

NEgant aliqui Moderni, quos ſuppreſſo nomine refert Petrus de Ledeſma, *c.16. de pœnit. dub. 1. poſt 4. concl* exiſtimantes, in tali caſu ſufficere explicare quantitatem ſublatam dicendo: Surripui quantitatem mille aureorum.

Sed certiſſimè reſpondeo, teneri explicare & quantitatem præfatam, & numerum actionum, quibus illam furatus eſt. Sic tenet, & probat Petrus de Ledeſma per hæc verba: [A eſta duda ſe reſponde, que ſin duda ninguna eſte tal ha de declarar en ſu confeſſion las vezes que hurtò, y el numero de los pecados mortales que hizo. Y de otra manera no ſe confeſſa bien. Eſta es comun ſentencia de los Doctores en el lugar citado La razon es clara, porque diverſa malicia es multiplicar los hurtos acerca de aquella notable materia de mil ducados, que cometer un hurto, que ſea equivalente à todos aquellos; luego ſe ha de declarar en la confeſſion. Que ſea diſtincta malicia, ſe vé claramente, porque un hurto acerca de la mi ſma

cantidad,

cantidad, nunca tiene tanta malicia, ni intenſiua, ni extenſiua, como muchos hurtos multiplicados acerca de la miſma quantidad, y aſſi es neceſſario dezirlo al confeſſor, para que iuzgue bien.] Sic ille. Legantur dicta à nobis *q.* 11. 12. *&* 13. *diſp.* 5. vbi habes, in aliquo caſu poſſe ſuſtineri primam ſententiam.

QVÆSTIO VIII.

An qui per noctem cum eadem bis, ter, aut ampliùs copulam habuit, teneatur neceſſariò explicare numerum fornicationum?

NEgat Zanardus *in director. Confeſſarior. part.* 1. *de Sacram. Pœnit. cap.* 18. dicens : Sufficere ei, ſi dicat, Fui cum meretrice tota nocte, & feci quoad potui, dummodo non habuerit interruptionem mentis, vel operis. Negat & Archangelus Rubeus *diſt.* 16. *pag. mihi* 169. *col.* a. per hæc verba : Agnoſcens mulierem tribus, aut quatuor vicibus in vna nocte, non tenebitur confiteri numerum illorum actuum, ſed ſufficiet ei vt dicat, ſe vna nocte habuiſſe rem cum muliere. Ratio eſt, iuxta ſuperiora, quoniã actus illi, quamuis ſi abſolutè conſiderentur, vnus non ſit via ad alterum, tamen omnes ſimul accepti ad vnum finem ordinantur, qui eſt tota nocte ea potiri muliere, ac per conſequens in genere moralium (cum vnumquodque à ſuo fine denominari iuſtum ſit) tantummodo vnum peccatum, & non plura, aderit. At ſi quis intenderet ſolùm vna vice potiri muliere, proculdubio ſi poſt primum actum de nouo deliberaret, ibi plura peccata adeſſent, & conſequenter ea diſtinctè explicare teneretur. Sic ille. Cuius ſeotentia ſic explicata, an probabilis ſit, iudicarunt aliqui, quos conſului.

Ego tamen certiſſimè reſpondeo : Teneri, quia omnes, & ſingulæ copulæ ſunt diſtincta peccata numero, cum ſingulæ ſint actiones completæ, & totales, nec vna ordinetur ad aliam, vt ſimul faciat vnum cum illa. Sic Diana 3. *p. tr.* 4. *reſ.* 67. Lugo *diſp.* 163. *punct.* 1. *in fine*, vbi ſic ait : Vnum tamen eſt omnino indubitatum apud omnes, coitum vnum non eſſe viam ad alium, ac proinde etiamſi mox poſt alium ſequatur, neceſſariò eſt peccatum diſtinctum in confeſſiooe manifeſtandum. Sic Caſtro, & Geſuald. 1. *p. Sum. tract.* 21. *cap.* 4. *n.* 19.

QVÆSTIO IX.

An circunſtantia contemptus ſit neceſſariò explicanda in Confeſſione?

AFfirmant abſolutè Suarez *de legibus lib.* 3. *c.* 28. *n.* 24. *& de pœnit. diſp.* 23. *ſect.* 4. *in Circunſtantia Quando.* Navar. *c.* 6. *n.* 6. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 13. & P. Ledeſma *in ſum. c.* 19. *de pœnit. poſt* 6. *concl.* & alij.

Sed clariùs ſub diſtinctione reſpondeo, eſſe quidem neceſſariò explicandam, quando contemptus eſt de re gravi, non verò quando eſt de re levi. Quia in hoc caſu ſolùm adeſt peccatum veniale : Nam qui contemnit legiſlatorem, ejuſque præcepta, non abſolutè, ſed quatenus ſunt de re levi, veluti in ſilentio ſervando, non graviter, ſed leviter peccat. Sic Cajetanus *v. contemptus*, Sanchez *lib.* 4. *Summæ, c.* 5. *n.* 12. *&* 13. Leſſius *lib.* 2. *c.* 46. *dub.* 6. *n.* 45. *&* 46. & alij apud ipſos, Medina, Valentia, & Armilla, quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 6. *Miſcel. reſol.* 72.

QVÆSTIO X.

An ſi quis ex Indignatione nolit obedire Prælato, debeat circunſtantiam indignationis fateri?

REſpondeo : debere, ſi indignatio eſt mortalis, ideſt ſi in re graui, & ex graui indignatione nolit obedire. Nam tunc præter tranſgreſſionem præcepti, verè incurreret circunſtantiam nouam mortalis indignationis. Secus verò eſt dicendum, ſi indignatio eſt leuis, eo quòd in re leui, & leui indignatione non vult obedire ſuperiori, ne ipſum in tali re ſolatio afficiat, quia tunc tantùm erit peccatum veniale. Sic Sanchez, Leſſius, & Diana *loc. cit.*

QVÆSTIO XI.

An Religioſus qui violat præceptum formale Prælati, contrahat duplicem malitiam ſpecificam in confeſſione explicandam, alteram contra votum obedientiæ, & alteram contra præceptum, & obedientiam debitam Prælato.

AFfirmant Vaſquez *in* 1. 2. *diſp.* 98. *c.* 4. *n.* 7. Salas *tom.* 2. *in* 1. 2. *tract.* 13. *diſp.* 3. *ſect* 2. *n.* 26. Villalobos *tr.* 9. *diff.* 36. *n.* 14. Layman *lib.* 4. *tr.* 5. *c.* 9. *num.* 6. Tannerus *in* 1. 2. *diſp.* 4. *q.* 2. Zumel *q.* 72. *art.* 6. *dub.* 2. Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 3. *punct* 3. *n.* 12. Lugo *diſp.* 16. *n.* 171. *pag.* 336. & alij, & eſt probabilis ſententia.

Sed non minus probabiliter reſpondeo : nun contrahere niſi vnicam malitiam contra Religionem, aut votum. Secus eſſet dicendum, ſi aliàs vellet Prælatus vtraque poteſtate vti, & vtroque modo obligare ſubditum (quod de facto communiter non vult; niſi ſolùm obligare ex voto,) tunc enim ſubditus abſque dubio contraheret vtramque malitiam, & vtramque teneretur in confeſſione explicare. Sic Thomas Sanchez *lib.* 4. *in Decalog. cap.* 11. *n.* 25. Sotus *lib.* 7. *de iuſtitia, quæſt.* 2. *art.* 3. *ad* 1. P. de Ledeſma *in Sum. de Pœnit. c.* 19. *poſt* 6. *concl. pag. mihi* 632. & apud ipſum Caiet. *in* 2. 2. *quæſt.* 88. *art.* 5. *ad* 3. Diana 1. *p. tract.* 7. *reſol.* 26. *&* 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 67. & Anton. Perez apud ipſum. Citat etiam Lugo pro noſtra ſententia Suarium *tom.* 5. *de Relig. lib.* 10. *cap.* 6. (ſed hic pro contraria refertur à Diana *loc. cit.*) Tenet etiam Ludouicus *q.* 1. *art.* 4. *diff.* 7. *pag.* 1070.

QVÆSTIO XII.

An ſi duo ſuperiores eandem rem ſubdito ſub præcepto prohibeant, bis peccet non obediendo?

AFfirmat Ægid. *diſp.* 7. *de Sacram. dub.* 6. *n.* 46. eo quòd tunc ſubditus faciat contra duo præcepta diſtincta. Affirmat etiam Fagundez *prac.* 1. *lib* 4. *c.* 5. *num. ultimo*, caſu quo obedientiæ tranſgreſſio ſit nociva duobus, ut ſi unus ſuperior prohibeat mihi aliquam actionem, quia eſt nociva, aut ſcandaloſa Paulo, & poſtea alius ſuperior eandemmet actionem mihi prohibeat ſub alio præcepto; quia videt eſſe nociuam, & ſcandaloſam Petro. Stephanum Fagundez ſequitur Hurtado *diſp.* 9. *diff.* 4.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare bis, ſed ſemel tantum, quia licet ſubditus faciat tunc contra duo præcepta formalia, ſunt tamen circa eandem rem & ſub eodem motiuo. Quod autem ſit nociua multis actio prohibita, nihil refert ad hoc quod dicamus committere duo numero peccata : ſicut non committit, qui duos vnico ictu percutit, vt ſuprà eſt habitum. Sic Vaſquez 1. 2. *diſp.* 98. quem citat, & ſequitur Lugo *diſp.* 16. *n.* 99. Ludouicus *loc. cit.* & Caſtro Palao

tom.

tom.1.tr.1.diſp.3. punct.1.n.2. & penes ipſum Azor. *tom.1.lib.4.cap.1.queſt.1.* Salas *1.2.tract.13. diſp.3. ſect.9,n.9.* Bonacina *diſp.2. de peccatis,q.5.punct.3. num.5.10.& ſeqq.*& communis.

QVÆSTIO XIII.

An circumſtantia iniuriæ,vel damni commiſsi in Dominum,Patrem,vel Benefactorem,ſit in confeſsione explicanda?

AFfirmant Lopez *1.p.c.29.pag.165.* & Corduba *in Sum.q.14.* in caſu quo dicta crimina in damnum notabile, iniuriam inſignem,& in irreuerentiam magnam illorum machinarentur.

Sed abſolutè probabiliùs reſpondeo : id eſſe verum loquendo ſolùm de iniuria facta Parentibus, quia cùm hoc peccatum ſit contra pietatem,& reuerentiam paternam , non ſolùm aggrauat notabiliter, verùm mutat ſpeciem. Sic Henriquez *lib.5.c.6.n.3.* Nauar.*c.14.n.11.*Azor,Toletus,Syluest.& Tabiena, quos citat, & ſequitur Fagundez *prec.2. lib.4.cap.3. n.24.*Petrus de Ledeſma *de pœnit.c.19.pag.mihi 264.*

QVÆSTIO XIV.

An ſit neceſſariò explicandum in Confeſsione, an peccatum ſcienter,an potiùs ex ignorantia culpabili admiſſum ſit?

AFfirmant , eſſe neceſſarium explicare,peccatum fuiſſe ſcienter admiſſum, Adrianus *quæſt.4. de Confeſſione,2.part. illius,verſ.Si fortè obiicias.* Medina *C.de confeſſion.q.de Circunſtantiis mutant.ſpeciem,*Angeſtus *c.7.moral.inſtitution.*Nugnus *q.8.art.2.dub.2. pag.497.*

Sed probabiliùs reſpondeo : non eſſe neceſſarium, quia peccata commiſſa ex ſcientia, vel ignorantia, eiuſdem ſpeciei , & rationis ſunt. Siue enim Miſſam omittas ſcienter, ſiue ex ignorantia præcepti,cùm tamen aduerteres debitum inquirendi, peccatum habet malitiam eiuſdem ſpeciei. Verum eſt,quod in ordine ad cenſuras Eccleſiaſticas id aliquando neceſſarium eſt explicare , quippe ab illis ſæpe ignorantia excuſat. Sicut etiam eſt explicanda quando ignorantia ita minuit peccatum, vt ex mortali efficiatur veniale. Sic Nauarr.*c.conſideret,in principio,n.64. & ſequent.* Suar.*tom.4.diſp.22.ſect.4.n.14.*Vaſq. *in 1.2.diſp.11.* Salas *2.tom.in 1.5.tr.13.diſp.8.ſect.8.*Sanchez *lib.1. ſum.c.17.n.15.22.& 23.* Valentia *tom.2.diſp.6. q.3. punct.3.*G.Hurtado *diſp.5.de peccatis,diff.4.*Diana *3. p.tr.4.reſol.140.*Lugo *diſp.16.n.282.*& alij.

QVÆSTIO XV.

An fatenda ſit circunſtantia peccati ex ignorantia affectata commiſsi?

AFfirmant Sanchez *loc. cit.* etiam caſu quo talis ignorantia affectata ſit ad finem ſolum liberiùs peccandi,& Nugnus *loc.cit.*

Sed clariùs reſpondeo : non eſſe fatendam neceſſariò,modò dicta ignorantia ſolùm fuerit affectata ad finem liberius peccandi,ne videlicet notitia certa præcepti remoueat à peccato , quia nec mutat ſpeciem, nec adhuc notabiliter aggrauat,peius enim eſt violare præceptum notum, quàm nolle illud cognoſcere, vt ſine remorſu violetur , quia plus reuerentiæ ac timoris oſtenditur in ſecundo caſu , quàm in primo. Secus tamen dicendum eſt, ſi ob ignorantiam pœnitens exponeretur periculo peccandi in alia ſpecie, vt ſi vellet cum fœmina con greſſum habere,& affectaret ignorare (id eſt,neſcire) quænam illa eſſet ; quia tunc exponeretur periculo inceſtus, adulterij, vel ſacrilegij,&c.Et ideo illam circunſtantiam ignorantiæ tenetur fateri.Sic Lugo *diſp.11.n.183.* Citant etiam pro hac ſententia Sanchez, & Diana *loc. cit.* Martinum Navarrum *in Man.c.6. n.12.* Sed certè bene, quia ibi nec ullum verbum de hac re habet,imò nec alibi hoc expreſsè docet : nam in *c.23. n. 45.* ſolùm dicit hanc circunſtantiam augere peccatum ob circunſtantiam mali deſiderij, quia ſcilicet vult peccator ignorare,quod ſcire tenetur , ut liberius peccet. Et idem docet *in cap.conſideret,cit.diſt.5.n.87.*

QVÆSTIO XVI.

An qui falſo putavit alicui peccato eſſe annexã excommunicationem,teneatur fateri Circunſtantiam excommunicationis exiſtimatæ?

AFfirmant communiter Doctores , non quia incurrerit pœnitens eam,ſed quia conſcientia erronea reducitur ad peccatum,& materiam ipſius præcepti.Sic Henriquez,Sanchez,Azor, Navarr. Salas, & alij, quos citat,& ſequitur Fagundez *prec.2.lib.4. c.1.n.10.*

Sed probabiliùs reſpondeo : Non teneri,ſed ſufficere confiteri peccatum cui annexam eſſe excommunicationem putavit , ut conſtabit ex dicendis *infrà §.8.q.22. & 23.*

QVÆSTIO XVII.

An qui violavit jejunium putans,ſed falsò,eſſe vigiliam, debeat explicare,ſe violaſſe jejunium cum conſcientia erronea?

AFfirmant Navar.*c.6.n.24.*& Adrian. *in 4.q.4. de Confeſſione.*Citat etiam Diana pro hac parte Valentiam *tom.4.diſp.7. q.11.punct.1.* & bene, quia illam docet *columna mihi 1648.verſ.Quamquam Ioan. Medina.* Citant etiam illum pro oppoſita Sanchez *lib.1.ſum.c.11.n.5.*& ex illo Lugo *diſp.16.n.498.* & bene etiam, quia revera id priùs docuerat *1.2.diſp.5. q.14.punct.4. ante quæſitum 3.*

Sed probabiliùs reſpondeo , non debere neceſſariò , ſed ſufficere , ſi dicat : Violavi jejunium. Quia idem met in ſpecie peccatum commiſit, ac ſi vera eſſet obligatio jejunandi.Vnde puer qui falsò putat,ſe teneri ad jejunium,& non jejunat,committit peccatum ejuſdem ſpeciei cum eo , quod committit adoleſcens obligatus ad jejunandum. *Sic* Sanchez, & Lugo *locis citatis*,& apud ipſos Sayrus *in Clavi regia lib.1.c.4.n.21.*& Salas *in 1.2.tract.8.diſp.unica, ſect. 3.n.28.& 35.*Diana *tract.4.3.part.reſol.162.*Suarez *diſp.22.ſect.4.*Legatur Lugo *loc.cit.* qui de hac difficultate, ſicut de aliis, optimè diſſerit.

QVÆSTIO XVIII.

An qui commiſit aliquod peccatum,cujus periculo priùs ſe expoſuit, teneatur utrumque explicare dicendo: Expoſui me periculo , & in ipſo ſuperatus ſum?

AFfirmare tenentur,ſi conſequenter loqui velint, Fabrus *in 4. diſt.14. q.2. diſp.18.c.3. n.68.*& Sancius *diſp.21.n.20.* ut ex dicendis *q.ſeq.* noteſcet.

Sed longè probabiliùs reſpondeo , non teneri utrumque explicare , ſed ſat erit explicare peccatum principale commiſſum , cujus periculo ſe expoſuit, dummodo inter periculum, & peccatum ſubſequens

non

non intercedat talis, & tanta mora, quæ ſufficiat ad diſtinguendum vnum peccatum ab alio. Ratio eſt, quia exponere ſe periculo, & peccatum, cuius periculo exponitur, non differunt ſpecie: ergo ſi aliunde moraliter coniunguntur ad faciendum vnum, & idem peccatum moraliter, non eſt vnde debeat pœnitens explicare in particulari periculum cui ſe expoſuit, cùm nihil aliud fuerit, quàm quædam voluntas indirecta peccati ſequentis, quæ facit vnum cum ipſo peccato ſecuto. Sic Lugo in propriis terminis *diſp.* 16. *n.* 511. *pag.* 391. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 4 *punct.* 2 §. 3. *diff.* 1. *n.* 7. Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 4. qui pro hac parte citat Thomam Sanch. *lib.* 1. *Decal c.* 8 *n.* 4. & Suarium ex illo, qui tamen in terminis id nullo modo dicunt, licèt aliàs ex eorum doctrina haud obſcurè colligatur.

QVÆSTIO XIX.

An qui tempore grauis tentationis omittit orare & tentationi ſuccumbit, committat duplex peccatum neceſſariò confitendum, alterum cōtra religionem, alterum contra caſtitatem?

AFfirmant Fabrus, & Sancius *locis citatis*.

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere niſi vnicum peccatum contra Caſtitatem, quia vt conſtat ex nuper dictis, obligatio orandi tunc non eſt alia diſtincta ab illa, quà homo tenetur vitare peccatum carnis, cùm obligatio orandi tunc non obliget per ſe, ſed per accidens, vt ipſemet Sancius fatetur: ergo omiſſio orandi non eſt peccatum diſtinctum a peccato illo, quod per orationem vitari debebat. Sic Lugo, Diana *loc. cit.* & Villal. *tom.* 1. *tr.* 24. *diff. c.* 24. *n.* 3.

QVÆSTIO XX.

An conſuetudo peccandi ſit circunſtantia neceſſariò in Confeſsione aperienda?

AFfirmat Henriquez *lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 1. qui pro hac ſententia citat D. Anton. Tabienam, Roſellam, Sylueſtrum, Sotum. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 7. qui citat Suarium pro ſe *in tom.* 4. *diſt.* 22. *ſect.* 4. *n.* 15. ſed malè, cùm oppoſitum doceat. Citat etiam pro hac parte Sancius Patrem Gabrielem Vaſq. *de pœnit. q.* 91. *art.* 1. *dub.* 3. ſed immeritò etiam, cùm oppoſitum ſuſtineat. Vincentius Candidus *tom.* 2. *diſquiſ.* 24. *art.* 23. *dub.* 48 qui etiam citat Suarium pro ſe.

Probabiliùs ergo reſpondeo: non eſſe neceſſariò confitendam, quia peccata præterita non addunt peccato heſterno non m aliquam circunſtantiam ſpecie diuerſam: ergo Sic Bonac. *de Sacram diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 3. *diff.* 3. *n.* 22. qui citat pro noſtra ſententia Suarium, Reginaldum, & Zerolam, & bene. Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 15. & Lugo *diſp.* 16. *n.* 501. qui (& meritò) citat Vaſquium *loc. cit.* pro noſtra parte, Sa *verb. Confeſſ. n.* 21. Sancius *diſp.* 9. *à n.* 6. & alij plures, quos ſequitur Palao *tom.* 4 *tr.* 23. *punct.* 9. *n.* 11. & penes illum Canus *relect. de pœnit. part.* 5. Suarez, Sà, & Vaſquez *locis citatis*.

QVÆSTIO XXI.

An ſaltem teneatur pœnitens confiteri conſuetudinem peccandi, ſi à Confeſſario de illa interrogetur?

AFfirmant Diana *loc. cit. reſ.* 15 & clariùs *reſ.* 55. Vaſq. Henriq. Regin. & alij apud ipſum, Candid. *loc. cit.* & Sylu. apud ipſum. Eandem ſententiam iterum contra me tenet Diana *p.* 9. *tract.* 9. *reſolut.* 66. *in fine*, addens contrariam opinionem à ſacra Congre-

gatione indicis fuiſſe deletam ab operibus Sancij.

Sed probabiliter reſpondeo: adhuc in hoc caſu non teneri, ſi alias pœnitens vèrè ſit diſpoſitus, quia pœnitens non tenetur (vt vidimus) talem conſuetudinem confiteri: ergo nec Confeſſarius habet ius ad hoc interrogandum: Sic Sancius *diſp.* 6. *cit. à num.* 6. De quo adhuc *infrà, quæſt. vltima huius diſputationis*, vbi inuenies plures Authores pro hac parte citatos, quos noluit videre Diana, vt me ſolum contrarium haberet.

QVÆSTIO XXII.

An qui tranſgreditur aliquod præceptum, reſiſtendo ſimul vehementiſſimæ inſpirationi diuinæ, teneatur eam circunſtantiam explicare?

AFfirmare poſſunt, qui obligant ad confitendas circunſtantias aggrauantes.

Sed certiſſime, iuxta noſtram reſpondeo: non teneri, quia illa circunſtantia non mutat ſpeciem. Sic Sancius *diſp.* 7. *n.* 11. & Lugo *diſp.* 16. *n.* 514. *pag.* 395.

---

§. VIII.

De Circunſtantia, Quando.

QVÆSTIO PRIMA.

Quid denotatur per circunſtantiam, Quando?

RESPONDEO: quod vel tempus, in quo fit peccatum: & multorum præceptorum euſdem, aut diuerſæ rationis, & ſpeciei occurſus. Sic explicat Fagundez *præcept.* 1. *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 19. & communis.

QVÆSTIO II.

An circunſtantia diei feſti, in quo fit aliquod peccatum, vt iuramentum, fornicatio, furtum, &c. ſit neceſſariò in confeſsione explicanda?

AFfirmant Alex. Lyra, Anton. Angel. Adrian. & alij vſque 16. Doctores, quos referunt Fagund. *præc.* 1. *lib* 1. *c.* 7. *n.* 1. & *præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 20. & Lugo *diſp.* 16 *n.* 515. *pag.* 395.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe, quia non mutat grauiter ſpeciem peccati. Præceptum namque de die feſto ſeruando non obligat ſpecialiter ad non peccandum in illo, ſed ſolùm ad non exercenda opera ſeruilia, & ad non omittendum ſacrum. Licèt enim peccatum ſit opus ſeruile ſpirituale, non tamen corporale, vt intelligitur præceptum. Sic Vaſquez *quæſt.* 91. *artic.* 1. *dub.* 4. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 18. *num.* 3. Viualdus, Ægidius, Henriquez, Nauarrus, Sotus, & Victoria, quos citat, & ſequitur Fagundez *loc. cit.* P. Ledeſma, Nuñus, Bonacina, & alij, quos refert, & ſequitur Diana 1. *parte, tract.* 7. *reſolut.* 22. Caietan. Cano, & Medina, & alij quos refert, & ſequitur Lugo *loc. cit.* Archangelus *diſt.* 6. *pag.* 109. Luyſius *quæſt.* 9. *de pœnit. art.* 2. *dub.* 2. Buſſeldus 2 *p. Enchirid cap.* 4. 8. 9. *pag.* 181. & Thomas à Ieſu *cap.* 3. *pag.* 107. Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 23. *dubit.* 42. Tanllench *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 1. *dubit.* 7. *num* 11. Hurtado *diſp.* 9. *difficult.* 4. & alij quamplures, & penes ipſos Graffius *lib.* 1. *deciſ. cap.* 20. *n.* 5. & communis.

QVÆSTIO III.

An ſi quis in die Iovis, aut Veneris ſanctæ aliquod peccatum, præcipuè carnale committat, teneatur hanc circumſtantiam confiteri?

AFfirmant Medina *in ſum lib.1.c.9.§.1.& in 1.2. quæſt.7.art.3.* Pirigian. *in 3.diſput.17.q.unica, art.5.* Rodriguez *in ſum.cap.53.num.12.* Llamas *3.p. cap.8.§.14.* Quos omnes affert Diana *loc.cit* Lopez *1. parte, cap.34.pag.195.* Binsfeldius *loc.cit.* & Gregor. Martinez *in 1.2.q.7.art.3.pag.mihi* 531. addens idem eſſe dicendum ſecundum graves Doctores, ſi hujuſmodi peccata fiant in die Nativitatis, & Reſurrectionis Domini.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri (niſi aliàs peccatum fiat in contemptum diei ſacri, aut ex induſtria, aut profanetur dies ſacra,) quia licèt peccata facta in die feſto aliqualiter opponantur reverentiæ debitæ tali diei, ſed non graviter. Sic Henriq. *lib.5. cap.6.n.6.* Suarez *loc.cit.c.18.n.10.* Fagundez *prae.2. lib.4.c.5.n.20.* Fillfucius *tract.21.c.9.n.347.* Diana *tract.7.cit.reſ.32.* Lugo *diſp.16.n.520.& 523.pag. 396.* Trull. *loc.cit.* per hæc verba. Hoc autem pro certo habe, delictum carnale patrare in die feſto, etiam in die Iovis Sancti, vel eo die quo quis ad confeſſionem vel communionem acceſſit, non eſſe circumſtantiam mutantem ſpeciem; imò nec ita aggravantem, ut ſit neceſſariò in confeſſione manifeſtanda.

QVÆSTIO IV.

An ſaltem, ſi aliquis aliquod peccatum commiſit in die qua Euchariſtiam ſacram ſumpſit, teneatur hanc temporis circumſtantiam fateri?

AFfirmant Martinez, Binsfeldius, & Medina *locis citatis*, & nonnulli alii apud Dianam *loc.cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, regulariter ſaltem loquendo, quia aliàs Sacerdos qui quotidie celebrat, deberet in ſingulis peccatis explicare illam circumſtantiam miſſæ celebratæ illo die, quod nemo facit. Sic Homobonus, quem citat, & ſequitur Dian. *1. parte, tr.7.reſol.32.* Trullench *loc.cit.* & Lugo *loc.cit. n.523.* qui tamen addit, poſſe aliquod peccatum contrahere malitiam grauem explicandam neceſſariò, vt ſi quis in die Veneris Sanctæ ludos prohibitos, aut comœdias vellet exhibere, aut ſi quis ab ipſo Altari, in quo celebrauit, iret immediatè ad peccandum cum concubina, nam in his caſibus verè committeret grauiſſimam irreuerentiam contra Sacratiſſimum diem Veneris Sancti, & diuinum Euchariſtiæ Sacramentum. Tenent etiam noſtram ſententiam Henriquez *lib.5.c.6.* Vaſq. *in 3.p.tom.4.q.91.art.1.dub.4.n.24.* Geſualdus *1.p.ſum.tr.19.c.4.in fine*, & alij.

QVÆSTIO V.

An qui omittit Miſſam, aut operatur in die Dominica, qua occurrit feſtum alicuius Sancti, aut violat ieiunium in Quadrageſima, qua occurrit vigilia alicuius Sancti, dupliciter peccet, & teneatur hanc circumſtantiam explicare?

AFfirmant Nauat. *in Man.c.21.n.4.* Regin. *lib.9. n.129.* Ægid. *diſp.7.dub.6.n.47.* Tanner. Homobonus, Lopez, Fabrus, & Rodriguez, quos affert Diana *1. parte, tract.7.reſolut.22.* quia exiſtimant, quamcunque diſtinctionem præceptorum ſufficere ad diſtinctionem ſpecificam, vel numericam peccati.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec dupliciter peccare, nec teneri in confeſſione explicare illam circumſtantiam duplicis tituli ad ieiunandum, &c. Sed ſat erit dicere, Violaui ieiunium præceptum: Non audiui ſacrum in die feſto, &c. quia vtrumque præceptum tendit ad eandem honeſtatem formalem, nempe ad honeſtatem religionis in die feſto, & ad honeſtatem temperantiæ in ieiunio: ergo vtrumque præceptum relinquit peccatum intra eandem ſpeciem: ergo, &c. Sic Vaſq. *q.91.art.1.dub.4.n.9.& 1.2.q.72.art.6. diſp.98.art.8.* Suarez *diſp.22.ſect.4.* Sanch. *lib.9.de mat.diſp.15.n.6.* Sancius *diſp.11.n.7.* Monteſinos *in 1.2.tom.2.diſp.4.q.4.n.69.& diſp.5.q.4.n.47.* Diana, & Luyſius *locis cit.* Hurtado *diſp.9.diff.4.* Lugo *diſput.16.n.257.pag.350.* Fagundez *prac.2.lib.4.c.5. n.21.* & P. Cornejo *in 1.2.tr.7.diſp.5.dub.8.pag.846.* Ochag. *q.14.cit.n.19.* Ludouicus *q.1.art.4.dub.6.pag. 1069.* Bonac. *diſp.5.q.5.ſect.5.punct.2.§.3.diffic.3.n.4.* Molfeſius *tr.8.c.7.n.22.pag.mihi* 549. poſt Henriquez *lib.5.c.5.* Caſtro Palao *tom.1.tr.2.diſp.3.punct.1. n.2.& 3.pag.mihi* 102. Salas *1.2.tr.13.diſp.3.ſect.2. n.17.& 19.* & penes ipſum Herrera, Azor, Zumel, & Sayrus, & communis.

QVÆSTIO VI.

An ſi quis violet votum, aut iuramentum quod pluries emiſit, & renouauit, teneatur circumſtantiam repetitionis voti in Confeſſione explicare?

REſpondeo: non teneri, quia vnum ſolum committit peccatum. Ratio eſt, quia primum votum, aut primum iuramentum eſt, quod obligationem inducit: cæteræ repetitiones, aut renouationes nullo modo, cùm tantùm primum renouent, & confirment. Idemque omnino dicendum eſt de teſte, qui ſimul rogatus de pluribus articulis ſub iuramento, in omnibus mentitur, videlicet quod vnum tantùm periurium committat. Vnde ſat erit dicere: violaui quoddam votum aut iuramentum, aut periurium commiſi. Sic Henriq. *lib.5.c.5.n.6.* Fagund *loc.cit.n.21.* Sanch. *lib.7.de matrim.diſp.27.n.25.& lib.1.Decal.cap.14. num.10.* Diana *loc.cit.reſol.40.* Lugo *diſp.16.n.244.* Suarez quem cum aliis citat, & ſequitur Luyſius *q.9. cit.art.2. dub.3.* Cornejo *loc.cit.* Caſtro Palao *tom.1. tract.2.diſp.3.punct.3.num.5.*

QVÆSTIO VII.

An ſaltem repetitio eiuſdem voti, vel iuramenti efficiat, vt eius tranſgreſſio ſit duplex culpa, ſi repetens votum, aut iuramentum nouam ſibi obligationem imponere intendat?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Sanchez *lib.1.ſum.cap.14.num.10.*

Sed probabiliùs reſpondeo: nec in hoc caſu multiplicare culpam, ac proinde nec teneri pœnitentem talis multiplicationis circumſtantiam confiteri. Quia vt bene Sanchez, ſi poſſet repetendo talem ſibi obligationem imponere, etiam poſſet, vnica vice volendo, mille ſibi obligationes imponere: at nequit vnica vice, eo quòd voluntas ipſius voventis non ſatis eſt ad ſumendas pro libito obligationes, quando materia circa quam verſatur, eſt vnica, & ſub vnica ratione, & ex vnica virtute: ergo. Sic Sanchez *loc.cit.* Bonacina *quæſt.vltima de matrim.punct.vltimo, n.28.* Salas *ſect.2.citata, n.9.* & communis.

QVÆSTIO

QVÆSTIO VIII.

An obligatus ad jejunium ex præcepto Eccleſiæ, & voto, aut ex juramento, & voto ſimul, teneatur, ſi illud frangat, utramque obligationem explicare?

RESpondeo affirmativè, quia præceptum Eccleſiæ, & votum, aut votum, & juramentum trahunt peccatum illud ad diverſas ſpecies, contra temperantiam videlicet, & religionem: vel contra religionem, & fidelitatem. Et idem omninò dicendum eſt de illo qui rem promiſſam alteri ſub voto, & juramento non adimplet. Sic Navar. *c.* 11. *n.* 4. Sanch. *de matr. lib.* 7. *diſp.* 27. *n.* 26. *& lib.* 9. *diſp.* 15. *n.* 6. Fagund. *præcept.* 1. *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 2. *& ult. & præc.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 10. & Lug. *diſp.* 16. *n.* 255. *pag.* 150. qui & benè in ordine ad confeſſionem notat differentiam inter violationem præcepti, & voti, quod in violatione præcepti debet explicari neceſſariò materia præcepti, an v. g. eſſet jejunium, auditio Miſſæ, &c. non verò in violatione voti, ſed ſufficit dicere, Violavi votum in re gravi. Legalluſ. Bonacina etiam *de ſacr. diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. §. 3. *diffic.* 3. *n.* 24. Candid. *diſquiſ.* 24. *art.* 23. *dub.* 41. Sic etiam Mol. *loc. cit. n.* 25. ubi ſic ait, Procedit etiamſi materia ſit unica, & unica etiam virtus, ſed motivum ſit diverſum, tunc tot ſunt peccata, quot rationes reſpicit motivum, ut habens obligationem audiendi ſacrum ex præcepto Eccleſiæ, ex voto, & juramento, ſunt tria peccata diſtincta, ſi omittat ſacrum: Nam licèt ſit eadem virtus Religionis in obſervantia feſti, voti, & juramenti, tria tamen ſunt motiva diſtincta. Præceptum continet Religionem. Votum obligat ad ſervandam fidem Deo, & juramentum ad obſervandam fidelitatem, & veritatem Dei, qui adductus eſt teſtis in juramentum, & ſic tria peccata diverſa, quamvis unico ſacro ſatisfaciat omnibus. Sic ille, & apud ipſum Vaſquez, Sayrus, Zumel, Azor, & alii. Sic etiam Salas ſtatim *citandus*.

QVÆSTIO IX.

An religioſus, qui violat jejunium quod ex præcepto Eccleſiæ, & ex præcepto regulæ obſervare tenetur, dupliciter peccet, debeatque illos duos titulos explicare?

AFfirmat Sanchez *lib.* 9. *de matr. diſp.* 5. *n.* 6. Vaſquez *in* 1. 2. *diſp.* 98. *c.* 2. *n.* 8. *&* 9. *aliàs c.* 3. *n.* 7. & Merolla *tom.* 1. *diſp.* 24. 7. *n.* 126. quos citat Diana 4. *p. tract.* 4. *reſol.* 83. Navarr. *in ſum. cap.* 11. *n.* 5. Monteſinos *in* 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 4. *n.* 68. & Fagundez ſtatim *citandus*. Caſtr. Palao *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 3. *pun.* 3. *n.* 12. Azor. *tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 2. *q.* 6. quia frangit (inquiunt) duo præcepta duarum virtutum inter ſe ſpecie diverſarum: alterum ſpectans ad virtutem temperantiæ, quale eſt jejunium Eccleſiæ, alterum ſpectans ad virtutem obedientiæ regulæ, ad quam voto ſe adſtrinxit.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: nec dupliciter peccare, nec conſequenter teneri illos duos titulos, aut obligationes in confeſſione explicare. Sed ſufficere ſi dicat, Violavi jejunium præceptum. Quia illa duo præcepta quæ violat, non ad duas virtutes, ſed ad unicam temperantiæ ſpectant, eo quòd præcipiant eundem actum temperantiæ ſub eadem ratione formali obedientiæ, Eccleſiæ ſcilicet, & regulæ. Quod autem religioſus ad obedientiam regulæ per votum obligetur, id per accidens eſt, ut conſtat. Secus autem dicendum eſſet, ſi Prælatus, aut regula non ob rationem temperantiæ, ſed ſolùm ſub ratione ſpeciali obedientiæ præciperet Religioſo jejunium in Quadra-

geſima, quia tunc tranſgreſſio illius eſſet duplex peccatum ſpecie diſtinctum, contra temperantiam videlicet, & obedientiam, quæ in ſpeciali exigunt. Sic Cornejo *in* 1. 2. *tr.* 7. *q.* 71 *diſp.* 5. *dub.* 5. *pag.* 846. & ante illum expreſsè Caietan. *in* 1. 2. *q.* 18. *art.* 4. 6. *dicitur ad hoc*, & in hanc ſententiam aliqualiter inclinant Fagundez *præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 22. Salas *tr.* 13. *diſp.* 3. *ſect.* 2. *n.* 17. *pag. mihi* 392. & penes ipſum alii.

QVÆSTIO X.

An qui tenetur jejunare, aut audire Miſſam eodem die ex præcepto Eccleſiæ, & ex præcepto Confeſſoris, duo peccata committat, non jejunando, vel omittendo ſacrum?

NEgant Monteſinos *in* 1. 2. *tom.* 1. *diſp.* 4. *q.* 4. *n.* 7. & Ægid. *diſp.* 10. *n.* 68. quia utrumque præceptum (inquiunt) eſt circa eandem virtutem formalem, nempe abſtinentiam.

Sed probabiliùs reſpondeo, affirmativè (juxta nuper dicta) quia in hoc caſu Confeſſarius ſub ſpeciali præcepto ſatisfactionis præcipit pœnitenti jejunium, aut auditionem Miſſæ: duo ergo peccata committet non jejunando, aut omittendo ſacrum, alterum contra virtutem temperantiæ, & alterum contra virtutem ſatisfactionis. Sic Sanchez *in ſum. lib.* 1. *c.* 14. *n* 9. & Lugo *diſp.* 25. *n.* 57. *pag.* 585. Molfeſius *tract.* 8. *cap.* 7. *num.* 24.

QVÆSTIO XI.

An qui frangit jejunium comedendo carnes, duo committat peccata in Confeſſione explicanda?

AFfirmant Sanctius *diſp.* 51. *n.* 16. Sanch. *lib.* 4. *ſum. c.* 11. *n.* 42. *&* 53. Ludov. 1. *p. ſum. tr. de jejunio, n.* 7 *dub.* 2. *pag.* 674. Granad. *tr.* 9. *diſp.* 6. *n.* 2. *pagin.* 1262 Ochagavia *n.* 2. *q.* 14. *n.* 9. Texeda *Controv. theol. moral. lib.* 2. *tr.* 3. *contr.* 10. *n.* 35. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 2. *punct.* 2. § 3. *diff.* 4. *n.* 5. *in fine*, quia exiſtimant in eo caſu duplex violari in ſpecie præceptum, Affirmant etiam Monteſinos *in* 1. 2. *q.* 73. *art.* 1. *diſp.* 5. *q.* 4 & Filliuc. *tr.* 7. *n.* 90. licèt exiſtiment, non eſſe duplex peccatum, ſed unum gravius. Et hæc hæc ſententia, ut explicatur a primis authoribus, ſit probabilior, & tenenda.

Tamen probabiliter reſpondeti poteſt, non committere niſi unicum peccatum, contra virtutem temperantiæ (ut ſatis probabiliter probat Doct. Monteſinos:) ergo per ſe loquendo, non erit neceſſarium explicare circumſtantiam modi, quo jejunium violatum eſt, cum ſit tantum aggravans. Huic opinioni, inquit Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 60. favet Gaſpar Hurtad. *diſp.* 6. *diff.* 2. ſed ego, in quo faveat non video: deberet tamen ipſi Dianæ, juxta ſuam doctrinam; ſed non audi. tibi, namque 4 *p. tr.* 1. *reſol.* 56. ubi hanc quæſtionem iterum tractat. Sed *p.* 9. *tr.* 6. *reſol.* 9. oppoſitum expreſsè docet, & me etiam, ex non benè perſpecta quæſtione, pro negativa hac parte, cum expreſſe, ut vidiſti, dixerim partem affirmativam eſſe probabiliorem, & tenendam: negativam verò probabilem eſſe, affirmaverim.

QVÆSTIO XII.

An qui in die jejunii comedit carnes, & lacticinia, vel ova ſimul, diſtincta peccata committat?

AFfirmant Ægid. *diſp.* 7. *de Sacram. dub.* 5. [illegible] Diana 1. *p. tr.* 4. *reſ.* 1[illegible] *p.* 4. *tract.* 3. [illegible] ex Mercero [illegible] & Sanchius [illegible]

Sed ego æquè probabiliter reſpondeo, vnicum tantum pattare peccatum, quia vel vnicum ſolùm præceptum violat, aut ſi duo (vt contrarij volunt,) ſub vna & eademmet ratione formali abſtinentiæ: ergo. Adde, quod (vt ipſemet Sancius *n.* 28. ex Th. Sanch. concedit) non interdicuntur oua, aut lacticinia ob ieiunium, ſed ob abſtinentiam à carnibus: ergo ad ſummum vnum præceptum erit propter aliud: ergo vnicum peccatum committit, qui illa duo præcepta frangit: Quia vbi eſt vnum propter aliud, vnicum cenſetur moraliter, vt benè Fagundez *prac.* 4. *lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 10. *& ſeq.* ergo. Lege Dianam *parte* 9. *tr.* 6. *reſol.* 11. vbi iterum contra me oppoſitum docet.

Qvæstio XIII.

An qui vouit aliquo die ieiunare, totties peccet, quoties in illo die carnes comedit?

AFfirmat Suar. *tom.* 6. *de Relig. lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 12. Azor. 1. *p. lib.* 11. *c.* 19. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non peccare toties quoties, ſed ſemel in prima carnium comeſtione. Sic Sanch *lib.* 4. *ſum. c.* 11. *n.* 42. Diana 1. *p. tract.* 9. *reſ.* 4. *&* 3. *p. tract.* 4. *reſolut.* 157. & apud ipſum Layman, & rurſus, me citato, *p.* 9. *loc. cit.*

Qvæstio XIV.

An Sacerdos, qui ſciens ſe teneri vinculo peccati mort. & excommunicationis, celebrat, committat duo peccata in confeſsione explicanda?

AFfirmant Suar. *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 66. *ſect.* 1. Bonac. *de Sacram. diſp.* 4. *q.* 6. *punct.* 1. *n.* 34. & apud ipſum Nuñus *q.* 80. *art.* 4. *diff.* 3. Henriq. *lib.* 5. *c.* 7. *n.* 2. & apud illum Nauarr. *c.* 6. *n.* 8. Peſant. Couar. Perez, & alij. Molfeſius etiam, & Homobon. quos affert Diana 2. *parte, tr.* 14. *reſ.* 22. Reginald. *lib.* 29. *ſub n.* 99. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non committere duplex peccatum, & ideo non teneri, niſi de vnico peccato confiteri. Ratio eſt, quia in eo caſu non facit Sacerdos contra duas obligationes ſpecie diſtinctas, cùm lex humana ſub eadem ratione formali Religionis prohibeat idem, quod lege diuina prohibitum erat. Sic Vaſq. *tom.* 3. *diſp.* 206. *c.* 1. *n.* 6. quem ſequitur Diana *loc. cit.* Fagund. *prac.* 1. *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 25. *pag.* 100. Alterius *de cenſ. lib.* 1. *diſp.* 6. *cap.* 3. *verſ. Quares*, Corduba *caſu* 11. & alij.

Qvæstio XV.

An Sacerdos celebrans in mortali peccet tripliciter, videlicet quia indignè conſecrat, indignè offert, & indignè ſumit corpus Chriſti?

AFfirmat Canus *de Pœnit. parte* 4. & Chamerota *de Euchar. cap.* 9 *dub.* 12. Quibus ex parte fauet Nuñus *q.* 72. *art.* 5. Lugo *diſp.* 8. *de Sacram. in genere, ſect.* 9. *n.* 161. *pag.* 152. quatenus docent, dupliciter ſaltem peccare, nempe in conſecratione, & ſumptione Sacramenti.

Sed probabiliùs reſpondeo: non pattare niſi vnicum peccatum, quia vt docet D. Th. 1. 2. *q.* 72. *art.* 6. quando diuerſi actus alij alijs ſubordinantur, non efficiunt diuerſa peccata, ſed ſic eſt, quod conſecrare, offerre, & ſumere Sacramentum, ſunt actus ſubordinati ad rectam ſumptionem: ergo. Sic Azor 1. *p. lib.* 4. *c.* 2. *q.* 6. *& lib.* 10. *c.* 31. *q.* 10. *&* 11. Rodrig *c.* 14. *de Miſſa*, Fagund. *prac.* 1. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 24 *& prac.* 2. *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 8. Diana 2. *p. tr.* 14. *reſ.* 23. Henriq. *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 6. *& lib.* 8. *c.* 43. *n.* 2. Homobon. *de exam. Eccl. p.* 1. *tr.* 4. *cap.* 16. *q.* 157. Bonac. *de Sacram. Euchar. diſp.* 4. *q.* 5. *n.* 4. Salas *tom.* 2. *in* 1. 2. *tr.* 13. *diſp.* 3 *ſect.* 2. *n.* 18 & alij.

Qvæstio XVI.

An Sacerdos celebrans in mortali, non præmiſſa Confeſsione, committat duo ad minus peccata; vnum, quia omittit confeſsionem; alterum quia celebrat in peccato?

AFfirmat Molfeſ. *tom.* 1. *tr.* 3. *c.* 9. *n.* 80. vt refert Diana 2. *p. tr.* 14. *reſol.* 25. Sed certè Molfeſ. ſi attentè legatur, vt ego legi, id non dicit expreſsè, ſolum dicit, prædictum Sacerdotem ſic celebrantem duplex tranſgredi præceptum, vnum affirmatiuum Eccleſiaſticum, omittendo confeſſionem, & alterum diuinum negatiuum, de non ſumendo Euchariſtiam indignè. Quod verum eſt, vt nos ſtatim. Affirmant tamen expreſsè Chamerota *de Euchar. c.* 10. *dub.* 12. & Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 1. *art.* 4. *concluſ.* 6.

Sed probabiliùs reſpondeo, tantùm committere vnum peccatum. Quia licèt verum ſit, quod duo ſimul præcepta violet, vnum datum de præmittenda confeſſione ante receptionem Euchariſtiæ, & alterum de non accedendo indignè ad illam, quia tamen præceptum confeſſionis ordinatur ad dignam ſuſceptionem Sacramenti, vnius moraliter tantum erit præcepti violatio, & ita reus vnius ſolum mortalis. Quia vbi vnum eſt propter aliud, vnum mortale eſt. Sic Fagund. & Diana *loc. cit.* Bonac. *de Euchar. diſp.* 4. *q.* 4. *punct.* 1. *n.* 13. Azor. 1. *p. lib.* 10. *c.* 30. *q.* 10. Nuñus *q.* 8. *art.* 4. *diff.* 3. & alij. Qui idem dicendum notant de illo qui tempore Quadrageſimæ fecit confeſſionem inualidam, eo quòd licèt peccauerit contra præceptum diuinum de integritate confeſſionis, & contra Eccleſiaſticum in annuali confeſſione, præceptum Eccleſiæ ſubordinatur diuino. Ita expreſsè ipſi, & Henriq. *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 6. & penes ipſum Soto *in* 4. *diſt.* 10. *q.* 1. *art.* 4. Medina 1. 2. *q.* 106. *art.* 4. Durand. *diſt.* 28. *q.* 3. *&* 4. Vega *de iuſtific. q.* 13. *concluſ.* 4. Archang. *diſt.* 17. *pag.* 190. contra Canum *relect. de pœnit. p.* 4. & Petrum de Soto *lect.* 22. putantes eſſe duo peccata. Sic etiam tenet nouiſſimè, me citato, Diana *p.* 9. *tr.* 3. *reſol.* 32 cum Caſpenſi, Cornejo, & aliis.

Qvæstio XVII.

An qui in ſtatu mortali, & non ieiunus celebrat, aut communicat, duplici peccet peccato in confeſsione explicando?

AFfirmat Thomas de Afflicto cum aliis apud Dianam 4. *parte, tract.* 4. *reſol.* 195.

Sed probabiliùs reſpondeo: non peccare, niſi vnico mortali, quia licèt in dicta communione reperiatur tranſgreſſio duplicis præcepti, poſitiui videlicet, & diuini naturalis; quia tamen vtrumque præceptum eſt circa eandem virtutem Religionis, & reuerentiam tanto Sacramento debitam; ideo eius violatio idem erit in ſpecie peccatum. Sic Hurtado *de Sacr. diſput.* 9. *diffic.* 2. quem affert, & ſequitur Diana *loc. cit.*

Qvæstio XVIII.

An Sacerdos, qui in Miſſa, vel extra illam plures ſucceſsiuè communicat, tot peccata confitenda committat, quot ſunt perſonæ quas cõmunicat.

AFfirmat Philibertus *de Miſſa ſacrificio*, *tract.* 1. *part.* 3. *cap.* 8. *num.* 9. *pag.* 277. Bonacina *diſput.* 4.

de

*de Euchariſtia,q.5.punct.2.n.5.& de pœnit.diſp.5.q.5.ſect.2.punct.2.§.3.diff.2.*qui pro hac parte citant Syluestrum *verb.clericus 2.n.2. ad finem,* Azorium *1.p.lib.4.q.6.* Suarium *tom.4.diſp.22.ſect.5.n.35.*& Homobonum *tr.8.c.4. q.12.* Verùm ex his authoribus Suarez, & Azorius hanc partem non amplectuntur *locis citatis*; potiùs oppoſitam inſinuant, quamuis neutram in terminis tractent.

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere niſi vnicum peccatum (dato pro nunc, & non conceſſo, talem Sacerdotem lethaliter delinquere, de quo *tract. de Euchariſt.*) ratio eſt, quia in genere moris vnica eſt illa actio: ergo per illam vnicum peccatum committit non aliter, quàm ſi quis in peccato mortali vna aſperſione, aut abſolutione multos baptizaret, aut abſolueret. Sat ergo erit, ſi in confeſſione dicat, ſe adminiſtraſſe Euchariſtiam in peccato mortali, ſine expreſſione numeri perſonarum, quas communicauit. Sic Henriq. *lib.5.& 2.de pœnit.c.5. n.6.* Medina *in 2.2. q.109.art.4.* Caiet.*q.72.art.6.*Sot. *diſt.18.q.1.art.4.* Diana *1.p.tract.7.reſol.41.* Poſſeuinus *c.5.n.43.* Rodriguez *1.p.cap.249.*Fagundez *precept.2.lib.3.cap.4.num.9.*& alij.

Qvæstio XIX.

An ſimiliter Sacerdos qui in peccato mortali plurium confeſſiones excepit ſucceſſiuè, multipliciter peccet, & teneatur numerum confeſſionum explicare?

Affirmant Philibert.& Bonac.*loc.cit.*& alij apud ipſos, Candidus *tom.2.diſquiſ.14.art.21.dub.7.* Syluest.& Azor.apud ipſum, Molfeſ.*1.p.ſum.tract.7.c.24.n.16.*& penes ipſum Megala *p.1.lib.1.c.4.n.4.* Caſtro Palao *tom.1.tr.2.diſp.3.punct.3.n.8.* & apud ipſum Vaſquez *t.2.diſp.98.cap.3.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non multiplex, ſed vnicum peccatum committere, dummodo ſemel ſucceſſiuè, vel parua mora interpoſita, vnam poſt aliam confeſſionem audiat. Quia in genere moris hæc pro vnica reputatur actio. Sic Rodrig. *tom.2. c.44.n.23.* Fagund.*loc.cit.*Diana *1.p.loc.cit.reſol.43.& 3.p.tr.4.reſol.67.& 4 p.tr.4.reſol.45.* Et hanc partem ſupponit Lug.*diſp.16.n.135.pag.329.*& docet *n.558.pag.303.* & tenet iterum Diana *p.9.tr.9.reſol.66. in fine,* & Tamburin.& Eſcobar penes ipſum.

Qvæstio XX.

An Beneficiatus, & in ſacris conſtitutus duplex peccatum committat, ſi horas Canonicas omittat?

Affirmant Sanchez *lib.9.de matr. diſp.15.num.5. & 6.*Suarez *tom.2.de Religione, lib.4.c.12.* Bonartius *de Horis canon.lib.2.c.21.n.1.*Fagundez *loc.cit.n.10.pag.363.& lib.4.c.5.num.23.pag.409.* Bonacina *de Horis canon.diſput.2. quaſt.4.punct.1.n.4.* Carolus Macignus,& Paulus Squillante, quos citat & ſequitur Philibertus *tract.2. de Ordine, p.6.diff.8. pagina 245.*Candidus *diſquiſit.24.artic.23.dubit.42.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, vnum tantum peccatum committere. Quia ſolùm vnicam virtutem violat, nempe orationis, aut Religionis, & ſic ſufficiet, ſi dicat in confeſſione: Omiſi ſemel officium diuinum. Sic Henriquez *lib.5.cap.5.num.6.& lib.12.cap.12.num.3. in Gloſſa lit.O.* Azor. *1.p.lib.4.cap.2.n.6.* Garcias *de benef.tom.1.p.3.cap.1.n.135.*& alij, quos citat & ſequitur Diana *tract.12. de Horis Can. reſol.22.& 4.p.tract.4.reſol.219.*Caſtro Palao *tom.1.tract.2.diſput.4.punct.1.n.2.* Salas *t.2.tr.13.diſp.3.ſect.2.num.18.*& alij.

Qvæstio XXI.

An qui per totam noctem ludit cum pluribus, contra legem id prohibentem, tot peccata committat, in confeſſione explicanda, quot ſunt perſonæ, cum quibus ludit?

Affirmat Caſtro Palao *tom.1.tr.3.diſp.3.punct.3.n.8.pag.mihi 106.* qui pro ſe citat P.Gabrielem Vaſquez *t.2.diſp.98.c.3.n.9.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere niſi vnum mortale, ſi continuatè ſic ludat, quia ita ludens ſemel tantum luſiſſe videtur. Vnde pœnitens in hoc caſu ſatisfaciet, ſi in confeſſione dicat, ſemel luſi contra legem id prohibentem. Sic Azor *loc.cit. cap 4. in fine,* Sancius *diſp.6.n.1.*& Diana *4.p.tr.4.reſ.45.*poſt Nauar.*in c.conſideret, in principio, de pœnit.diſt.5.n.48.* & Bartol. *in l.inficiando, ff.de furtis.*

Qvæstio XXII.

An qui committit aliquod peccatum annexam habens excommunicationem, duplex patret peccatum?

Affirmat Henriquez *lib.5.c.7.n.1.*per hæc verba: Si peccatum habet excommunicationem annexam, eſt contra ſpecialem virtutem obedientiæ. Sic ille, qui & citat pro hac parte *(lit.K)* Nauarrum *c.6.n.8.* Palac.Rub.Couarr.& Perez.

Sed probabiliùs reſpondeo: per ſe non patrare, niſi vnum peccatum, quia nullum eſt ſpeciale præceptum prohibens, quod nullus incurrat excommunicationem, ſed tantùm prohibens peccatum, ob quod excommunicatio imponitur. Dixi autem, *per ſe*, quia per accidens fieri poteſt, quod aliquis teneatur ſub ſpeciali peccato, non incurrere excommunicationem, aut exire ab illa, ratione alicuius officij, ad quod tenetur, & cum excommunicatione exercere non poteſt. Sic Auila *de cenſ.2.parte, c.5.diſp.1.dub.11.concluſ.1.& 2.* Corduba *in ſumma, q.11.* Lugo *diſp.16.n.256.* & Candidus *diſquiſit.24. artic.13.dubit.43.* qui tamen malè citat pro hac parte Henricum Henriquez, cùm oppoſitum clarè doceat.

Qvæstio XXIII.

An ſaltem in eo caſu teneatur pœnitens explicare circunſtantiam excommunicationis impoſitæ?

Negat ſimpliciter eſſe neceſſarium explicare dictam excommunicationem, ſed ſufficere explicare peccatum, propter quod fuit impoſita, Corduba *loc.cit.* Affirmat verò è contra P.de Ledeſma *loc.cit. pag.mihi 265.*

Sed clariùs reſpondeo: non eſſe neceſſarium, caſu quo aliquis extra Sacramentum abſolutus iam fuiſſet ab excommunicatione lata v.g. ob furtum. Nam hoc dato, poſtea quando confitetur, non oportebit explicare excommunicationem contractam, à qua iam eſt legitimè abſolutus: ſed ſufficiet confiteri furtum, & dilationem culpabilem reſtitutionis: ſecus autem eſt dicendum, ſi extra Sacramentum non eſſet ab excommunicatione abſolutus, quia tunc tenetur illam explicare, vt abſoluatur ab ea, rurſus debet procurare abſolutionem ab excommunicatione antequam abſoluatur à peccatis: ergo. Sic Auila, & Lugo *loco citato.*

QVÆSTIO XXIV.

An ingratitudo peccantis poſt remiſsionem peccatorum ſit ſpeciale peccatum in Confeſsione explicandum?

AFfirmat Medina *C. de pænit. q.* 9. & Abulenſ. *q.* 141. *in c.* 18. Matt. Syluester etiam, & Sotus apud Lopezium, licet cum quibuſdam limitationibus. Sic etiam Ludouic. *q.* 1. *art.* 2. *dub.* 2. *pag.* 1064.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo negatiuè, niſi in caſu, quo expreſsè contemneret peccator beneficium remiſſionis à Deo acceptum. Quia aliàs tantùm eſt quædam generalis conditio, reperta in omnibus peccatis. Sic D. Th. 2. 2. *q.* 107. *art.* 1. & 3. *p. q.* 88. *art.* 4. Lopez 1. *p. cap.* 34. *pag.* 192. Ortiz *in ſum. c.* 23. §. 24. *fol. mihi* 209. & communis.

QVÆSTIO XXV.

An debeat explicari effectus ſubſequutus, an verò ſufficiat confiteri cauſam: v. g. an ſatis ſit in confeſsione dicere, te lethale venenum dediſſe alicui, vt moreretur, an verò neceſſe ſit addere: quod interfeciſti eum veneno?

AFfirmant eſſe explicandum effectum externum ſubſequutum, Soto *in* 4. *diſt.* 12. *quæſt.* 1. *art.* 7. Lop 1. *p. c.* 51. & 2. *p. cap.* 76. *de Euchariſtia.* Sanchez *lib.* 9. *de matrim. diſp.* 45. *num.* 30. Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 2. *diſp.* 1. *punct.* 3. *n.* 7. Tannerus *in* 1. 2. *diſp.* 4. *dub.* 3. *n.* 5. Et pro hac parte citat Lugo Ioan. Martinez de Ripalda *tom.* 1. *de ente ſupernaturali, diſp.* 67. *ſect.* 5.

Sed probabiliùs reſpõdeo, ſufficere confiteri actionem, non internam voluntatis, ſed externam, qua venenum præparaſti, & dediſti, quamuis non confitearis effectum, ſeu mortem ex illo ſequutam; quia in confeſſione ſolùm debent neceſſariò explicari peccata: ſed ille effectus, quando conſequitur, non eſt actu peccatum, ſed effectus peccati: ergo. Sic Vaſq. *in* 1. 2. *tom.* 1. *diſp* 94. *c.* 3. Granad. 1. 2. *contron.* 6. *tr.* 4. *diſp.* 3. *n.* 1. Azor. & alij, quos refert, & ſequitur Bonacina *de leg. diſp.* 2. *q.* 4 *punct.* 4. *n.* 8. Diana 1. *p. tr.* 7. *reſol.* 64. & 2. *p. tract.* 4. *reſol.* 67. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 6. *cap.* 8. *n.* 5. Curiel *in* 1. 2. *q.* 71. *art.* 5. *dub.* 3. §. 3. Quos omnes refert, & ſequitur Lugo *diſp.* 16. *à n.* 430. vbi doctiſſimè de hoc puncto agit. Tenent etiam ex parte Sotus, & Lopez, vt conſtat ex verbis huius Lopez *loc. cit.* 1. *p. c.* 31. quæ ſic ſe habent: Secus eſt, inquit Sotus, de euentu ſecuto ex adulterio, ſcilicet quod ex eo genitus ſit filius adulterinus: quia in iſto caſu niſi fortè cauſa poſtulandi conſilium ad adhibendum remedium, non tenetur confiteri iſtum euentum prolis adulterinæ inde genitæ: ſed ſatis, adulteria commiſſa fuiſſe ante confeſſa, quia ſecundùm Sotum iſte euentus poſt præapplicatam cauſam, non eſt iam in poteſtate adulteri, quod ſequatur, vel non ſequatur. Sic Sotus. Sed verior ſolutio, quod licèt cauſa gignendi adulterinum, tamen ipſa proles ſic genita non eſt peccatum. Sic Lopez, & ſic Sotus, vterque bene: ſed vterque non conſequenter.

QVÆSTIO XXVI.

An conceſſo, quod pœnitens non teneatur circumſtantias aggrauantes confiteri, poſsit licitè eas negare Confeſſori interroganti de illis?

NEgant abſolutè Sot. *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *art.* 4. Lug. *diſp.* 16. *num.* 132. *pag.* 327. Valentia *diſp.* 7. *q.* 11. *punct.* 1. *col.* 1651. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, niſi fortè ſpecialis adſit neceſſitas declarandi illas. Ratio eſt, quia confeſſarius non poteſt pœnitentem obligare ad id quod non eſt neceſſarium ad confeſſionem. Vnde optimè poterit ille reſpondere confeſſori, ſe iam declaraſſe, quod ſufficit, nec opus eſſe quid amplius interrogari, quia ex Doctoribus, & ratione nouit, ſe ad nihil ampliùs teneri: & tunc confeſſarius ei ſe debet accommodare. Sic ex Henriq. Granad. *tr.* 9. *de Pœnit. diſp.* 9. *n.* 16. *pag.* 1262. Nauarr. *in Man. c.* 6. *n.* 9. ex Syluest. *verb. Confeſſ.* 1. *q.* 9. Hurt. *diſp.* 9. *diff.* 4. vbi *de circumſtantia, Quid,* per hæc verba: Pœnitens confeſſario interroganti de quantitate determinata furti, reſpondere tenetur, niſi pœnitenti aliàs conſtet, nec ratione reſtitutionis, nec ratione cautionis in futurum ſe indigere directione, & conſilio confeſſarij; quia tunc non tenetur reſpondere, nec confeſſarius poterit illi, quia non reſpondet, abſolutionem negare, ſi verbis pœnitentis, aut aliter reddatur moraliter ſecurus de prædictis: Sicut nec pœnitens tenetur reſpondere de conſuetudine peccandi, ſi ipſi conſtet, non indigere directione confeſſarij ad cautionem in futurum, nec confeſſarius poterit illi abſolutionem negare, quia non reſpondet, ſi alias reddatur de eo moraliter ſecurus. Sic Hurtado, & ſic poſtea Baunius *tr.* 4. *de pœnit. q.* 12. *de Confeſſ. aſſert.* 2. *pag.* 126. Secus autem eſt dicendum, caſu quo pœnitenti conſtet indigere directione Confeſſarij ad præcauendum peccatum in futurum: aut niſi fortè eius explicatio neceſſaria ſit, vt ex peccati iteratione ſumat argumentum Confeſſarius, pœnitentem non accedere animo contrito, &c. In quo ſenſu intelligenda eſt ſententia, aut cenſura ſacræ Congregationis. De qua *ſuprà,* §. 7. *q.* 21.

DISPVTATIO IX.

De Pœnitentia, ſeu Satisfactione Sacramentali?

QVÆSTIO PRIMA.

Quid eſt Satisfactio, ſeu Pœnitentia Sacramentalis?

RESPONDEO, quod eſt voluntaria compenſatio pœnæ temporalis debitæ ob iniuriam Deo illatam, conſiſtens in operibus pœnalibus à confeſſario taxatis. Sic Nauar. *in cap. ſatisfact. de pœnit. diſt.* 3. & *in Man. c.* 3. *num.* 3. Suar. *tom.* 4. *diſp.* 33. Filliuc. *tr.* 8. *cap.* 1. *n.* 1. Valentia *diſp.* 7. *q.* 14. *punct.* 1. Regin. *lib.* 7. *cap.* 1. *n.* 1. Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. c.* 18. *n.* 5. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 1. *n.* 1. Moure 3. *p. ſum. c.* 6. §. 7. *num.* 1. Layman *tom.* 1. *tr.* 6. *c.* 15. *n.* 6. Vincentius Candidus *tom.* 3. *diſq. moral. diſquiſ.* 24. *art.* 3. *dub.* 1. Andreas Molfeſ. 1. *p. ſumma, tract.* 7. *cap.* 15. *à num.* 21. & omnes.

QVÆSTIO II.

An ſatisfactio Sacramentalis ſit pars eſſentialis Confeſsionis?

AFfirmant Paludanus *in* 4. *diſt.* 16. *quæſt.* 1.

Sed certiſſimè reſpondeo: non eſſe partem eſſentialem, ſed integralem tantùm. Ratio eſt, quia hoc Sacramentum verè perficitur, & confert gratiam ante expletam ſatisfactionem. Imò multoties poteſt perfici, nulla impoſita pœnitentia, vt ſi pœnitens

nitens ad illam acceptandam ſit impotens : ergo ſatisfactio non eſt de eſſentia hujus ſacramenti. Sic D.Thom. 3. part. q. 90. artic. 2. & 3. Suarez diſp. 38. ſect. 1. Filliucius loc. cit. c 2. n. 38. Sotus in 4. diſtinct. 17. q. 1. artic. 3. Ioannes de Cruce parte 2. de pœnit. q. 1. dub. 4. concluſ. 2 Bonacina loc. cit. n. 3. Fagundez praecepto 2. lib. 9. c. 3. n. 1. Ochagavia tract. de ſatisfact. Sacram. q. 7. n. 3. Moure 3. p. ſumma, c. 6. §. 7. num. 18. Granados tom. 5. de pœnit. tract. 1. diſp. 5. n. 5. & ante ipſos Petrus Soto de ſatisfact. lect. 2. Lugo de pœnit. diſp. 12. n. 40. & diſp. 25. n. 1. Candidus loc. cit. artic. 2. dubit. 3. & artic. 30. dubit. 3. Molfeſius loc. cit. num. 55. Ægidius diſp. 10. n. 87. & ſeqq. Megala lib. 6. c. 3. Reginaldus lib. 7. n. 10. & jam omnes.

Qvæstio III.

An ſatisfactio Sacramentalis cauſet ex opere operato diſtinctos gradus remiſſionis pœnæ, ab illis qui correſpondent operationi operantis?

NEgant Mart. de Ledeſm. 2. part. 4. q. 13. art. 3. dub. 4. Adrianus q. 2. de ſatisfact. Sotus diſt. 19. q. 1. artic. 1. & ut probabile defendit Sancius in ſelect. diſp. 16. n. 4. & ſequent. licèt contrarium probabilius exiſtimet.

Sed probabiliùs reſpondeo, cauſare : quia omnia Sacramenta remittunt pœnam ex opere operato : ergo, & præcipuè hoc Sacramentum pœnitentiæ, ratione hujus partis ſatisfactoriæ. Sic Suarez, Vaſquez, Ochagav. Tolet. & alij, quos citat, & ſequitur Sancius loc. cit. n. 9. & 10. Granados tract. 12. de pœnit. diſp. 3. n. 2. Moure loc. cit. Layman loc. cit. n. 14 & Rodriguez 2. part. ſum. c. 126. n. 9. ex S. Thom. Cajetan. & Soto, Villalobos de ſatisfact. tract. 9. diff. 76. n. 8. Lugo diſput. 26. n. 16. pag. 576. Candidus diſquiſit. 24. artic. 39. dubit. 3. Reginaldus lib. 7. num. 8. & ſeqq. Torreblanca lib. 14. practicarum, c. 8. n. 17. & penes ipſum D. Thom. Quodlibet. 3. artic. 28. Cano, & communis Theologorum, quam noviſſimè ſequuntur Palaus tom. 4. tract. 23. punct. 21. §. 2. n. 1. Fagundez de 2. Eccleſ. precept. lib. 9. c. 5. à n. 2. & Trullench de Sacram. lib. 4. c. 7. dub. 2. n. 4.

Qvæstio IV.

An prædictus effectus conferatur ſtatim, ac ipſa pœnitentia imponitur à Confeſſario, antequam pœnitens illam expleat?

AFfirmat Alenſ. 4. parte, q. 8. membr. 2. artic. 3. & probabile reputat Fagundez loc. cit. n. 5.

Sed probabiliùs reſpondeo, non conferri, niſi poſt impletam, & perfectam totam pœnitentiam impoſitam à confeſſario, quia Sacramentum non habet ſuum effectum donec totum perficiatur, & abſolvatur : ergo nec ſatisfactio, quæ eſt ejus integralis pars. Sic Fagundez loc. cit. Suarez diſp. 38. ſect. 2. n. 4. Granados loc. cit. n. 3. & communis, quam tenet Trullench lib. 4. de Sacram. dub. 2. n. 4. & 22.

Qvæstio V.

An pœnitentia impleta ante abſolutionem, ſtatim habeat ſuum effectum remiſſionis pœnæ temporalis ex opere operato?

REſpondeo negativè, quia remiſſio culpæ, qui eſt effectus principalis, non obtinetur ante abſolutionem : ergo nec remiſſio pœnæ temporalis, quæ eſt effectus minùs principalis. Sic S a ez diſp. 38. ſect. 2. n. 5. Bonacina loc. cit. punct. 2. n. 1 Fag nd z loc. cit. c. 3. n. 6. Granados loc. cit. n. 4. pag. 1320. Lugo diſp. 25. Candidus n. 27. diſq. 24 art. 31. dub. 2. & alij.

Qvæstio VI.

An pœnitentia Sacramentalis non ſolùm cauſet ex opere operato remiſſionem pœnæ temporalis, verùm etiam augmentum gratiæ ſanctificantis?

NEgant Vaſquez q. 94. artic. 2. dubit. 5. n. 9. Ægidius diſp. 10. dub 10. n. 90. Ochagavia tract. de de ſatisfact. q. 7. n. 6. & 8. Sancius in ſelect. diſp. 33. n. 121. Palatius diſtinct. 13. diſp. 1. & diſtinct. 16. q. 1. artic. 1. Præpoſitus q. 12. dub. 6. & Lugo diſp. 25. n. 2. Hurtado diſp. 14. diffic. 13. & apud ipſum Adamus q. 8. n. 22. Quia Sacramentum (inquiunt) pœnitentiæ abſolutione completur : ergo & omnis gratia, quæ ei ex Chriſti Domini inſtitutione correſpondet, producitur : ergo nulla reſtat quæ per pœnitentiam, quæ abſolutionem ſequitur, fiat.

Sed probabiliùs reſpondeo, etiam cauſare ex opere operato augmentum gratiæ, quia pœnitentia Sacramentalis eſt pars integralis Sacramenti pœnitentiæ : at totum Sacramentum, cauſat ex opere operatò gratiam : ergo & ejus pars integralis. Sic D. Thom. 3. part. q. 90. art. 2. ad 2. Cajet. ibid. Sotus diſt. 17. q. 1. art. 2. Suarez diſp. 38. ſect. 2. Ioan. de Cruce loc. cit. Fagundez loc. cit c. 3. n. 3. Diana 4. part. tract. 4. reſol. 70. Moure loc. cit. Granados loc. cit. diſp. 3. n. 2. Rodriguez 2. part c. 126. de ſatisfact. n. 9. Et Luyſ. in ſelect. part. 2. diſp. 31. dub. 22. ubi oppoſitam ſententiam temerariam appellat (ſed rigidè) Candidus art. 3. dub. 4. & alij, quos ſequitur Barny tract. 4. cit. q. 20. dicto 5 : Qui cum Candido ad argumentum contrarium, conceſſo antecedenti, negat conſequentiam ultimam ; Quia gratia, quæ per ſatisfactionem producitur, non eſt gratia, quæ eſſentialiter reſpondet Sacramento ; cùm omnis fuerit antè producta per abſolutionem ; attamen per ſatisfactionem producitur alia pars gratiæ, per quam illa, quæ eſt propria Sacramenti, incrementum capit.

Qvæstio VII.

An pœnitentia impoſita à Confeſſario, quam arbitratus eſt juſtam, ſufficiat ad remittendam omnem pœnam pro peccatis debitam?

AFfirmant Mich. de Medina C. de pœnitent ubi de effectu. Scotus diſt. 19. q. 1. Sotus diſt. 19. q. 2. art. 3. Gabriel, & Major, quos citant Vaſquez q. 94. art. 2. dub 6. n. 1. & Suarez diſp. 38. ſect. 5. n. 2.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſufficere ad remittendam totam pœnam, ſi in re pœnitentia impoſita, non eſt proportionata peccatis confeſſis, quamvis aliàs proportionata à confeſſario arbitretur, quia ſi confeſſarius in re non imponit pœnitentiam ad æqualitatem pro pœna peccatis debita, non auſertur per ipſam pœna debita peccatis. Sic Petrus Soto, & Vaſq. loco cit. Valentia diſp. 7. q. 14. punct. 4. Nuñus q. 18. art. 4. diff. 1. Bonacina loc. cit. n. 2. Fagundez loc. cit. n. 7. Moure ex Suario loc. cit. Lublinus in ſumma, verb. pœnitentia, n. 21. Lugo diſp. 25. num. 19. pag. 577. & alij.

Digitized by Google

QVÆSTIO VIII.

An qui pœnitentiam implet in peccato mortali peccet mortaliter?

AFfirmativam ſenteotiam docet Barboſ. *in collect. Doctorum ſuper Concil. Trident. ſeſſ.* 13. *c.* 8. *n.* 6. & apud Lugum *diſp.* 25. *n.* 29. Archidiacon. & Alenſis, & ex parte Suarez *diſp.* 58. *ſect.* 8. *n.* 7. dicitque probabile Fagundez *c.* 4. *cit. n.* 11.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter, quia pœuitens implens pœnitenſiam in mortali, non ponit obicem effectui ejus. Sic P. Ledeſm. *in ſum. de pœnit. c.* 2. *dub.* 2. Ioannes de Cruce *parte* 1. *de pœnit. q.* 1. *dub.* 4. *concluſ.* 2. Fagundez *loc. cit.* Hurtado *diſp.* 14. *diff.* 14 Diana 3. *p. tract.* 4. *reſol.* 70. & 4. *parte, reſol.* 241. Ochagavia *q.* 15. *n.* 12. Layman. *c.* 15. *n.* 15. Reginald. *lib.* 7. *n.* 10. Luyſ. Turr. *de pœnit. diſp.* 36. *dub.* 2. Lugo *loc. cit.* Candidus *art.* 30. *dubit.* 24. An autem peccet venialiter, qui in mortali pœnitentiam adimplet? Probabiliùs judico quod ſic, contra Lugum *loc. cit. n.* 32. ut tenent Candid. *loc. cit. art.* 13. *dub.* 19. *aſſert.* 30 & Baunius hîc *q.* 20.

QVÆSTIO IX.

An implens pœnitentiam in mortali ſatisfaciat obligationi impoſitæ à Confeſſario?

REſpondeo quod ſic, quia in præceptis humanis ſolùm præcipitur opus faciendum, non modus: at impoſitio pœnitentiæ eſt homanum: ergo. Sic Navar. *de pœnit. diſt.* 6. *c.* 1. *n.* 48. & *in Man. c.* 3. *n.* 6. Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 8. Fagund. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 2. Layman. *loc. cit. n.* 15. Villalobos *loc. cit. n.* 9. Lugo ex Vaſquez *diſp.* 25. *n.* 33. Candidus *loc. cit.* Molfeſius *loc. cit. n.* 76. Ægidius *diſp.* 20. *n.* 35. Tortehlanca *lib.* 14. *practic. c.* 8. *n.* 24. Reginald. *lib.* 7. *n.* 84. Vaſquez *artic.* 2. *dub.* 2. & communis, quam tenet Baunius *tract.* 4. *de Pœnit. quæſt.* 13.

QVÆSTIO X.

An pœnitentia facta in mortali cauſet ex opere operato remiſſionem pœnæ, ſicut cauſat quando fit in gratia.

AFfirmat Doctiſſ. Navar. *de pœnit. diſt.* 6. *c.* 1. *n.* 46. ubi puſt oppoſitam ſententiam relatam, ſic ſuam proponit: ſed quoniam hoc nolla Scripturâ probari poteſt efficaciter, contrà tenuit Scot. *in cod.* 4. *diſt.* 15. *q.* 1. ſcilicet exiſtentem in peccato mortali poſſe pro temporali pœna ſuis peccatis per contritionem deletis debita ſatisfacere. Quem ſecuti ſunt Pariſienſes *in illa diſt.* 15. *q.* 1. multa in hoc gravia, & frivola congerentes. Eum etiam ſequuti ſunt Ticinenſes *in illa diſt.* 16. *q.* 2. *dub.* 2. quibus ipſe quoque adhæreo, ea potiſſimùm ratione, quod eorum opinio miſericordiam divinam amplificat, &c. Sic Navar. Malè ergo illum citant Regin. Suarez, Fagundez, & Layman pro contraria ſententia. Tenent cum Navarro Vaſquez *q.* 94. *art.* 2. *dub.* 5. Ruiz *controverſ.* 95. Zerola, Marſilius, & alij apud Sancium *in ſelectis, diſp.* 16. *n.* 5. Quia (inquiunt) hæc ſatisfactio non ex dignitate operantis, ſed ex meritis Chriſti provenit: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo, non cauſare dictam remiſſionem pœnæ, quia Deus non acceprat in ſatisfactionem culpæ opera inimici ipſiuſmet Dei: ergo, ſaltem durante illo ſtatu, non ſortitur ſatisfactio effectum ſuum. Sic D. Thom. D. Bonav. Ricard. Duran. & Cajet. apud Navar. *loc. cit.* Victoria, Filliuc. Molfeſ. & alij, quos citat & ſequitur Bonac. *loc. cit. punct.* 4. *n.* 15. Fagundez *loc. cit. c.* 4. *n.* 7. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 38. *ſect.* 8. Ægidius *diſp.* 10. *dub.* 11. Ochagavia *quæſt.* 15. *n.* 5. & 6. Hurtad. *diſp.* 14. *diff.* 14. Diana 3. *p. tr.* 2. *reſol.* 85. & 4. *p. tract.* 4. *reſol.* 242. Layman *loc. cit.* & ante ipſos Petrus Soto *loc. cit.* & Lugo *n.* 40. *pag.* 580. Molfeſ. *loc. cit. n.* 77. *pag. mihi* 501. dicens eſſe communem ſententiam. Et alij cum Regin. *n.* 10. quos noviter ſequitur Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 21. §. 2. *n.* 2. Qui bene ad argumentum factum reſpondet, quod licèt verum ſit, quod ſatisfactio proveniat ex meritis Chriſti, tamen cùm ſit favor ſatisfacienti factus, non deceat illum fieri inimico.

QVÆSTIO XI.

An pœnitentia facta in peccato mortali, ſaltem ſublato illo, cauſet remiſſionem pœnæ?

NEgant Adrianus, & Ledeſma apud Fagundez *loc. cit. n.* 6. Ochagavia *loc. cit. n.* 7. Luyſius Turrian. *de pœnit. diſp.* 38. *dub.* 3. qui citat Vaſquez. Sed immeritò. Negant etiam Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 14. *punct.* 3. Hurtad. *loc. cit.* & inclinat in hanc partem Villalob. *loc. cit. n.* 10. quibus favet Cajet. 1. *tom. opuſc. tract.* 6. *q.* 2 quatenus docet, non ſortiri poſtea totum ſuum effectum. Ratio eorum eſt, quia pœnitentia in mortali facta eſt opus mortuum: ergo non reviviſcit.

Sed probabiliùs reſpondeo, Cauſare, & totum effectum ſortiri, quia Sacramentum pœnitentiæ verè ſortitur totum ſuum effectum, recedente fictione, ſicut alia Sacramenta: ergo & pœnitentia, aut ſatisfactio, quæ eſt ejus integralis pars. Sic Navar. *loc. ſtatim citando*, Vaſquez *loc. cit.* Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 8. Victoria, Reginaldus, & alij, quos citant, & ſequuntur Bonacina *loc. cit. n.* 17. Fagundez, & Layman. *loc. cit.* Diana 3. *parte, tract.* 4. *reſol.* 85. & 4. *part. reſol.* 241. Monte §. 7. *cit. n.* 19. qui tamen malè citat Navarrum pro oppoſita ſentẽtia; nam expreſſè noſtram his verbis *loc. cit. n.* 48. docet: Sextum additamentum fuerit, etiam ſecundum Thomæ opinionem, pœnitentiam, ac ſatisfactionem Sacramentalem extra charitatem factam validam fore, quando recuperata charitate pœnitens ad cor redierit. Sic ille, qui hoc optimè probat. Videatur, ſi placeat: ſic etiam Cajet. & P. Soto, quos citat, & ſequitur Binsfeld. *parte* 1. *de Sacram. pœnitentiæ, c.* 13. §. 1. Lugo *diſp.* 25. *num.* 40. & 41. & Cand. *art.* 19 *cit. dub.* 17. Torreblanca *loc. cit. n.* 25. Molfeſ. *loc. cit.* & apud ipſum Ægidios *diſp.* 10. *n.* 96. Megala, Regin. & communis, quam ſequuntur Palaus *loc. cit. n.* 3. *verſ. An verò*, & Bauny *loc. cit. q.* 14. Qui benè ad rationem contrariorum, conceſſo antecedenti, diſtinguit conſequens: non reviviſcit ad meritum gloriæ, concedo; non reviviſcit ad relaxationem debitæ pœnæ, nego. Quia hoc habet pœnitentia ex vi Sacramenti, cujus eſt pars.

QVÆSTIO XII.

An etiam in caſu, quo pœnitentia Sacramentalis impleatur per opus peccaminoſum, hoc opus habeat ſuum effectum, recedente fictione.

AFfirmativam partem eſſe probabilem defendunt Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 8. *n.* 6. & Fagundez *lib.* 9. *cit. c.* 4. *n.* 10.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non habere, nec ſortiri ſuum effectum, quia uno peccato non poſſumus pro alio ſatisfacere. Sic Fagundez *loc. cit.* & à fortiori Adrian. Ledeſma, Sotus, Vaſquez, Valentia, &

alij

Google

alij pro oppoſita ſententia, *quæſtione præcedenti citati.*

QVÆSTIO XIII.

An ſatisfactio Sacramentalis facta in ſtatu gratiæ, ob finem tamen pravum venialiter, v.g. propter vanam gloriam, cauſet ſuum effectum ex opere operato?

NEgat Vaſquez *tom. 4. q. 94. art. 2. dub. 5. n. 13. &* 14. Sed probabiliùs reſpondeo, cauſare, quia tale opus eſt in gratia factum, & meritorium, & ſatisfactorium ex opere operantis: ergo etiam erit ſatisfactorium ex opere operato, ſi à confeſſario in ſatisfactionem fuerit impoſitum. Sic Suar. quem citat, & ſequitur Ochagav. *tract. de ſatisfactione, q. 15. n. 10.* Ægidius *loc. cit. dub.* 10. *n.* 88. Layman. *loc. cit. n.* 14. Lugo *loc. cit. n.* 46.

QVÆSTIO XIV.

An Confeſſarius teneatur injungere ſemper pœnitentiam pœnitenti ſub peccato mortali?

REſpondeo quod ſic, regulariter, & per ſe loquendo, quia pœnitentia eſt pars integralis hujus Sacramenti: Ergo ſub mortali tenetur confeſſarius imponere pœnitentiam, ut ſic integrum Sacramentum conficiat. Sic ex Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 3. *&* 8. *de Sacram. pœnitentia*, docent Henriquez *lib.* 1. *de pœnitentia, c.* 20. *n.* 6. *& c.* 21. Petrus Soto *de ſatisfact. lect.* 2. Suarez *diſp.* 38. *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 2. *n.* 1. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *n.* 8. Cajet. *v. ſatisfactio*, Lublinus *in ſumma pœnitentiæ, n.* 4. Granado *tom.* 5. *tract.* 12. *diſp.* 4. Fillioc. *tract.* 8. *c.* 2. *q.* 3. *n.* 36. Reginald. *lib.* 7. *n.* 11. Ioannes Sancius *diſp.* 5. *n.* 17. Tolet. *lib.* 3. *c.* 11. Ægidius *diſp.* 10. *dub.* 8. *n.* 62. Frias *de confeſſ. fol. mihi* 33. Layman. *c.* 6. *cit. n.* 6. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 31. & alij, quos ſectantur Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 21. *§.* 2. *num.* 6. Baonius *tract.* 4. *de pœnit. q.* 5. *&* 25. *pag.* 207. & Trullench *lib.* 4. *de Sacram. dub.* 2. *n.* 5.

QVÆSTIO XV.

An Confeſſarius debeat imponere pœnitentiam pœnitenti exiſtenti in articulo mortis?

AFfirmant abſolutè Granados *loc. cit. diſp.* 4. *n.* 3. Vivald. *de ſatisfactione, n.* 27. citans pro ſua ſententia Ledeſmam 2. *p.* 4. *quæſt.* 20. *art.* 3. & Navarrum *c.* 16. *n.* 23. (Sed Navarrus nihil de hac re in dicto numero.) Affirmant etiam P. Soto *de ſatisfact. lect.* 2. & Nuños *in addit. ad* 3. *part. q.* 18. *art.* 3. *difficult.* 1. Et Ioao. Henriqoez *in Compend. caſuum moral. c.* 42. *n.* 10. ubi ſic ait: [Quando ſe confieſſa un enfermo, que ſe eſtà muriendo, ſe le ha de pooer la penitencia, como ſi eſtuvieſſe ſano, advirtiendo, que ſi viviere, eſtarà obligado à cumplirla, y ſi moriere, no lleva deſto eſcrupulo ninguno. Loqual eſtà aſſi determinado en el *cap. Ab infirmis*, 26. *q.* 7. Y lo reſuelve Toledo *lib.* 3. *c.* 52. *n.* 5.] Sic ille. Necoon Palaus *loc. cit. num.* 7. & Trullench *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, licitè poſſe confeſſarium nun imponere pœnitentiam exiſtenti in articulo mortis, licèt convenientiùs aget, ſi levem aliquam injungat, ut brevem orationem, aut percuſſionem pectoris, aut iovocationem nominis Ieſu, vel ſaltem ſub conditione, ſi coovaluerit, quod impleat hinc, vel illam pœoiteotiam.

Prima pars noſtræ reſponſionis probatur. Quia exiſtenti morti proximo ſufficit pro pœnitentia contritio, & dolor morbi, & fruſtra quidem juberetur, quod impleri nequaquam poteſt. Secunda verò pars probatur ex dictis. Quia confeſſarius tenetur, quantum fieri poteſt, efficere Sacramentum perfectum, etiam quoad omnes partes integrales. Sic Navar. *de pœnit. diſtinct.* 7. *cap. ſi quis autem, num.* 33. *& in Man. c.* 26. *n.* 21. Henriquez *lib.* 1. *cit. c.* 20. *n.* 6. ex Magiſtro, & Ricardo *diſt.* 20. Bonacina *punct.* 2. *cit. n.* 2. Fagundez *c.* 3. *cit. n.* 9. Cajet. *v. ſatisfactio*, Suarez *tom.* 4. *diſp.* 38. *ſect.* 3. *n.* 4. Frias *pag. mihi* 32. Lublinus *loc. cit. & verb. ſatisfact. n.* 1. Moure 3. *p. ſumma, c.* 6. *§.* 7. *n.* 4. Layman. *loco citato, n.* 13. Reginaldus *lib.* 7. *n.* 11. *&* 12. Philippus de Cruce *loco citato*, Lugo *diſp.* 25. *n.* 47. Candidus *art.* 31. *dubit.* 2.

QVÆSTIO XVI.

An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam homini ſcrupuloſo, qui intra eandem horam redit cum novis culpis, ut abſolvatur?

AFfirmant Henriquez, & Fagundez *loco citato*, & Lugo *diſp.* 25. *n.* 50. Quia pœnitentia in prima confeſſione impoſita cenſeri debet pro aliis impoſita eſſe.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe, quia facilè poteſt confeſſarius efficere Sacramentum perfectum, vel injungendo ſcrupuloſo leviſſimam pœnitentiam de oovo, aut pœnitentiam jam in prima confeſſione injunctam. Sic Bonacina *loc. cit. n.* 3. Granado *loc. cit.* & Candidus *diſq.* 24. *art.* 31. *dub.* 3. addens (ſed rigoroſè) debere ſemper confeſſarium injungere pœnitenti novam pœniteotiam, nec poſſe opus impoſitum pro pœnitentia in una cooſeſſione, illud idem oumero injungere pro ſecunda alia confeſſione: oppoſitum namque ſentit nobiſcum Palaus *loc. cit. n.* 10. ubi ita ait: Quia eſtò quod opus aliàs præceptum in pœnitentiam injungi poſſit, noo tamen præceptum eodem titulo. Sed hæc ratio non convincit, quia ſufficit quod de novo, & pro nova confeſſione injungatur. Vnde ſi pœnitens tale opus non impleret, duplex præceptum frangeret. Sic ille. Legantur etiam Baunius, & Trullench *locis citatis.*

QVÆSTIO XVII.

An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam pœnitenti, quem credit ob vehementiſſimum dolorem integrè Deo ſatisfeciſſe?

AFfirmant Henriquez, Fagundez, Lublinus, Reginald. & Moure, Suarez 4 *tom. diſp.* 38. *ſect.* 3. P. Soto *lect. ult. de ſatisfactione*, & Lugo *diſp.* 25. *n.* 48. Quibus favere videtur Palaus *tract.* 23. *punct.* 21. *§.* 2. *n.* 7. quamvis addat hunc caſum eſſe moraliter impoſſibilem, cùm abſque divina revelatione conſtare Sacerdoti non poſſit, pœoitentem integrè Deo ſatisfeciſſe.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe, quia faciliter confeſſarius ſe exponeret periculo relinquendi Sacrameotum quoad ſatisfactionem imperfectum. Poſſet tamen confeſſarius in eo caſu illam minuere: cùm magnitudo contritionis totam, vel quaſi totam pœnam remittat. Sic Navar. *in Man. cap.* 26. *n.* 26. Bonacina *loc. cit. n.* 4. (qui tamen malè citat Henriquez, & Reginaldum pro noſtra ſententia, quamvis hic aliqualiter inclinare ad nos *loc. cit. in fine*, videatur, ut advertit Philippus) ſic etiaoe Granado *loc. cit. diſp.* 5. *n.* 4. & Cajetanus *verb. ſatisfact.* quos ſequitur Trullench *lib.* 4. *de Sacram. c.* 7. *dub.* 2. *num.* 8.

QVÆSTIO XVIII.

An ſaltem ſi revelatum eſſet Confeſſario, quod huiuſmodi pœnitens ob talem dolorem eſſet penitus expiatus, & abſolutus ab omni culpa & pœna, poſſet illi pœnitentiã non iniungere?

AFfirmabunt meliori jore Doctores pro contraria ſententia nuper *citati*, & expreſsè affirmant Nuñus *loc.cit. q.*18.*art.*3 *diff.*1.Candid.*loc.cit.dub.*4. necnon Palaus, quia æquitas judicij poſtulat, ut reus abſolvatur abſque obligatione ſolvendi, cum conſtet nihil ſolvendum habere.

Sed probabiliùs reſpondeo, adhuc non poſſe, quia debere injungere pœnitentiam ad integrandum Sacramentum, & pro cautela contra peccata futura. Sic Frias *c.*3.*fol.*43.ex Ricardo de Mediavilla *lib.*4. *diſt.*18.*art.*2.*q.*2.*ad* 1.& docebunt Doctores pro noſtra ſententia *quæſt. præcedenti citati.*

QVÆSTIO XIX.

An Confeſſarius poſſit non iniungere pœnitentiam illi quem probabiliter credit, nullam admiſſurum?

AFfirmant Henriquez *lib.*2. *de Pœnit. c.*20. *n.*6. Hoſtienſ. Navar. Abbas, Victoria, & Ledeſma apud ipſum Henriquez. Affirmant etiam Frias *in ſum. fol.*31.Lublinus *verb. ſatisfact.n.*1.Moure *loco cit.*& Villalobos *tract.*9. *diff.*78.*n.*4. Quia finis ob quem pœnitentia injungitur eſt, ut pœnitens illius executione ſatisfaciat pro peccatis: ergo ſi illam admiſſurus non eſt, finis impoſitionis ceſſat, & conſequenter Confeſſarij obligatio.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe, quia qui non habet voluntatem acceptandi, etiam minimam pœnitentiam, non cenſetur diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem, ut *infrà q.*57.latius dicemus. Sic Fagundez *loc.cit.n.*10.Bonac. *loc. cit.n.*5. Regin.*lib.*7. *cit.n.*12. Granados *loc.cit.* & Nuñus 3.*p.q.*18.*art.*3. Lugo *loc.cit.n.*48.Candid. *diſq.*24. *art.*31.*dub.*4. & Palaus *tom.*4.*tract.*23.*punct.*21. §.2.*n.*11. Qui bene ad argumentum contrariorum reſpondet, etiam ob alios fines, quos illi aſſignant, teneri Confeſſarium pœnitentiam injungere.

Nec oppoſitum ſentiunt Hoſtienſ. Navar. & Abbas, quia hi DD. ſolùm dicunt: poſſe confeſſarium minuere pœnitentiam imbecillibus, infirmis animo, & corpore, & illis, quos probabiliter timet, juſtam non adimpleturos. Videantur Abbas, & Hoſtienſ. *in cap.cum eo, de pœnit. & remiſſion.* Navar.*in Man. c.*26.*n.*21. & Philippus de Cruce *loc.cit.*

QVÆSTIO XX.

An Confeſſarius poſſit non imponere pœnitentiam illi qui confitetur ad jubileum, vel plenariam indulgentiam lucrandam?

AFfirmant Sà *verb.ſatisfact.n.*2.Samuel Lublin. *eo verbo,n.*1.& Vivald.*eod.v.n.mihi* 6. & Lugo *loc.cit.pag.*582. Ratio eſt, quia per Iubileum plena conceditur peccatorum remiſſio: ergo ſuperfluit quælibet alia ſatisfactio.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe omnino non imponere, ſed ſolùm poſſe leviſſimam injungere pœnitentiam, & pœnitentem jam ſibi impoſitam non adimplere, juxta dicenda *infrà q.* 82. Sic Boſſ.*de iubil.ſect.*1.*caſ.* 20. Rodrig. *in Bullam Cruciatæ*, §.9. *n.*91.Filliuc.*p.*1.*tr.*8.*c.*10.*n.*28.& alij, quos ſequuntur Pal.*tom.*4.*tract.*23.*punct.*21.§.2.*num.*9. & Suar. *diſp.*38.*ſect.*10 *n.*10. Et ratio eſt. Quia plerúmque pœnitentes confitentur intentione lucrandi Iubileum, & poſtmodum vel mutant voluntatem, vel ab eo lucrãdo impediũtur: ergo nullatenus Sacerdos ſatisfaceret, ſi ſola intentione lucrandi Iubileum contentus eſſet.

QVÆSTIO XXI.

An Confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam per modum Conſilij?

AFfirmant abſolutè Henriquez *lib.*2.*de pœnitent. c.*21.*n.*6.Fagund.*præcepto* 2.*lib.*9.*c.*3. *num.* 11. Diana 3.*part.tract.*4.*reſol.*82.& 4.*part.tract.*4.*reſol.* 241.Bonac.*diſp.*5.*q.*5.*ſect.*3.*punct.*2.*n.*6. & Molfeſius *loc.cit.n.*61. & alij.

Negant verò Nuñus *q.*18 *art.*3.*diffic.*2. Ægid. *de pœnit.diſp.*10.*dub.*8.*n.*46.Turrian. *de pœnit. diſp.*35. *dub.*2.& Sancius *in ſelect. diſp.*15. *num.* 16. Vaſquez *tom.*4.*q.*94.*art.*2.*dub.*1.*num.*7. Lugo *diſp.*25. *n.*54. Candidus *diſq.*24.*artic.*31. *dubit.*1.

Sed probabiliùs reſpondeo ſic: Confeſſarius optimè poteſt imponere aliquam pœnitentiam per modũ Conſilij, ſi ſimul imponat aliquam aliam ſub præcepto, aliàs nullo modo. Probatur, quia ex ea parte, qua confeſſarius eſt judex, & Prælatus, poteſt ſtatuere aliquid abſque præcepto ad culpam obligante. Ex ea autem qua confeſſarius, tenetur ſub peccato mortali pœnitentiam injungere, & pœnitens illam acceptare, & implere, ut dicemus *infrà q.*55. ergo obligatur, ut aliquid pœnitenti ſub præcepto imponat. Sic Victoria *n.mihi* 193.& 210.& alij, quos citant Henriq. *loc. cit. in marg.lit.E*, & Ægid. *loc.cit.n.*60.

QVÆSTIO XXII.

An Confeſſarius poßit imponere pœnitentiam conditionatam: v.g. ſi reincideris in tale peccatum, jejunabis ſemel, *aut* recitabis Roſarium, *&c.*

NEgat Sanchez *in ſum.lib.*3.*c.*5.*n.*17.& Sancius *diſp.*13.*n.*8.& *diſp.*33. *n.*4. & alij apud ipſum. Necnon Palaus *loc.cit.*§.3.*num.*15. Beja, & Toletus penes ipſum.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe, quia pœnitentia etiam imponitur in medicinam pœnitentis: at data ſub prædicta forma conditionata, non mediocris eſt medicina illius: ergo. Sic Navar.*cap.in princ.de pœnit.diſt.*6.*n.*39.Bonac. Villalob. Suarez, Henriq. & Diana *loc.cit.* de quo adhuc *infrà q.*30.

QVÆSTIO XXIII.

An Confeſſarius poſſit imponere pœnitentiam ad arbitrium omnino pœnitentis, dicendo v. g. recita hoc, aut illud ſi volueris?

AFfirmant Moure 3.*p.c.*6.§.7.*num.*9.& Diana 4. *parte,tract.*4. *reſol.*241. & apud ipſum Navar. Suarez, Mercerus, Tannerus, & Henriquez, quatenus docent, poſſe confeſſarium imponere pœnitentiam ſub conditione hac; v.g. ſi hoc, vel illud feceris, vel ſi jejunaveris uno die, ſit in ſatisfactionem horum peccatorum, quæ nunc confeſſus es. Hoc enim certè idem eſt, ac pœnitentiam in arbitrium omnino pœnitentis relinquere. Sic etiam Villalob.*tract.*9. *diff.* 77. *n.*2. Filliuc. & Fagund. apud B[illegible]nium *ubi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe, quia aliàs confeſſor, quantùm eſt ex parte ſua, relinqueret Sacramentum ſubjectum imperfectioni. Sic Granad. *tr.*12. *diſp.*4. *num.*4. Luyſius Turrianus *de pœnit. diſp.* 35. *dub.*2.

*dub.*2.ex Vaſqulo, Petr.de Fay *de pœnit.in addit.ad* 3.*p.q.*15.*art.*1.*diſp.*4. Baunius *tract.*4.*q.*18. & Trullench *lib.*4,*c.*7.*dub.*2.*n.*9.

Qvæstio XXIV.

An ſaltem poſſit imponere pœnitentiam ſub disjunctione, dicendo v.g. tantam impende eleemoſynam, vel ſi malueris, toties recitabis coronam, aut ſi magis tibi placuerit, toties jejunabis?

NEgativam partem videtur amplecti Luyſius Turrianus *de pœnit.diſp.*35.*dub.*2.cum Vaſquez, & aliis, licèt in fine dubij aliqualiter in contrarium inclinet. Sed quidquid ſit de hoc.

Probabiliùs reſpondeo, poſſe, quia pœnitentia ſub disjunctione impoſita, verè eſt pœnitentia, & per eam optimè poteſt pœnitens Deo ſatisfacere: ergo. Sic D.Th.*quodlib.*3.*art.*28. Polanc. *in ſuo director.* *c.*2.*art.*4.Granados *loc.cit.*Reginald.*lib.*7.*n.*40. Bonac.*loc.cit.*Suar. *diſp.*38.*ſect.*3.Sanch. *in ſum. lib.* 4. *c.*13.*n.*39.& Candid.*art.*31.*cit.dub.*5.*pag.*95. Henriq.*lib.*2.*de pœnit.c.*21.*n.*5. & Trullench *loc.cit.*

Qvæstio XXV.

An Confeſſarius ſemper debeat iniungere in pœnitentiam aliquod opus in particulari?

AFfirmativam partem eſſe ſatis probabilem, innuit Fagundez *prec.*2.*lib.*9.*c.*5.*num.*ſi.

Sed probabiliùs reſpondeo, non debere ſemper, ſed ſufficere, ſi in generali det pro pœnitentia quidquid boni fecerit: dicendo v. g. Do tibi pro pœnitentia quidquid hodie, vel hoc menſe, vel hebdomada boni feceris, vel mali ſuſtinueris. Et ratio eſt, quia peccatum in communi poteſt eſſe materia hujus Sacramenti: Ergo & ſatisfactio in communi. Sic D.Thom.*loc. cit.*Navar. *c.*1.*de pœnit.diſt.*6.*n.*36.& 39.& *in Man. c.*26.*n.*24.Suar.*diſp.*38.*ſect.*6.*n.*6.Palud. & P. Soto, quos ſequitur Fagundez *loc.cit.*Diana 3.*parte, tract.* 4.*reſol.*82.Candidus *artic.*31.*cit. dubit.* 14. Bonacina *diſp.*5.*q.*5.*ſect.*3.*punct.*2.*n.*13. & latè Reginaldus *lib.*7.*à n.*23. & eſt communis.

Qvæstio XXVI.

An omnia opera in ſatisfactionem imponenda debeant eſſe pœnalia?

AFfirmant Suarez *loc.cit.n.*1.Filliuc. *tract.*8.*c.*1. *n.*17.Bonac.*q.*5.*cit.ſect.*3.*punct.*2.*n.*8. & apud ipſum Pitigianus, & Peſantius. Hurtado *diſp.* 14. *diffic.*6.& Candidus *loc.cit.dub.*6.

Sed probabiliùs ſic reſpondeo. Quamvis optimum conſilium ſit, ut opera in ſatisfactionem imponenda ſint pœnalia, tamen id ad ſatisfactionem non neceſſariò requiritur. Prima pars ab omnibus conceditur, & conſtat, quia ſatisfactio imponitur ad corrigendam culpam: at hæc non corrigitur, niſi per pœnam: ergo quo magis opera ſatisfactoria ſunt pœnalia, eo magis ſatisfacient pro culpa. Secunda pars etiam eſt manifeſta, quia omne opus bonum, ex gratia profectum, eſt ſatisfactorium: ergo injungi poteſt in pœnitentiam. Quis enim negavit, quod homo ditiſſimus, & liberaliſſimus poſſit ſatisfacere per eleemoſynam, etiamſi ex tali actu nullam pœnam ſentiat, aut triſtitiam? Sic Binsfeld.*p.*1.*de Sacram. c.*13.*de ſatisfact.* §.3.Sà *verb.ſatisfactio,n.*15.Valentia *tom.* 4. *diſp.*7. *q.*14.*punct.*3.*verſ.Porrò.* Vnde malè citatur à Bonacina pro contraria ſententia, cum expreſsè hanc noſtam doceat §. ab ipſo pro oppoſita *cit.* Et eſſe probabilem defendit Filliucius *loc.cit.n.*19.

Qvæstio XXVII.

An debeat neceſſariò imponi in ſatisfactionem opus externum?

AFfirmant Alex.Alenſ.4 *p.q.*84.*membr.*2.*artic.*1. Almayn.*diſt.*15.*q.*1. Sanch. *in ſum.lib.*4.*c.*11. *n.*36. & Sancius *diſp.*33.*n.*1.& 24. Ratio eſt, quia ſatisfactio eſt pars Sacramenti: ergo debet eſſe ſenſibilis, ſicut eſt ipſum Sacramentum.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe neceſſarium, ſed poſſe imponi opera merè interna, ut meditationem aliquam, actum contritionis internum, aut ut corde dicat, Ieſus, Maria, &c. Quia hæc verè ſunt opera ſatisfactoria. Nec ullum eſt inconveniens, partem partialem Sacramenti eſſe internam per ſe, & per accidens ſenſibilem (ſicuti contritio.) Fit autem hoc modo ſenſibilis, quando exterius ponitur à confeſſario, & acceptatur à pœnitente. Ex quo jam conſtat ad fundamentum contrariorum. Sic Suarez *diſp.*38.*ſect.* 6.Filliucius *loc.cit.* Baſil.de Leon *lib.*1.*de matr.c.*7. *n.*4.Reginaldus *lib.*7.*n.*23.Bonacina *loc.cit.n.*10.Fagundez *prec.*2.*lib.*9.*c.*5.*n.*5. Ochagavia *de ſatisfact. loc.cit.n.*4.Granados *tom.*5.*tr.*12.*diſp.*5.*n.*8. Moure 3.*p.c.*6.§.6.*n.*6.Diana 4.*p.tract.*4.*reſol.*241.Layman *tract.*6.*c.*15.*n.*9.& P.Soto apud ipſum, Luyſius *de pœnit.diſp.*37.*dub.*1.Lugo *diſp.*1.*ſect.*2.& *diſp.*25.*n.*67. *pag.*585.Ægidius *diſp.*10.*n.*67.Candidus *art.*31.*cit. dub.*8.Molfeſius *n.*34.*pag.mihi* 495.& Hurtado *diſp.* 14.*diff.*7.necnon Palaus *tom.*4. *tract.*23.*punct.*21. §.3.*n.*2.& Trullench *lib.*4.*c.*7.*dub.*2.*n.*13.

Qvæstio XXVIII.

An Confeſſarius poſſit injungere ſub pœnitentia confeſſionem Sacramentalem, ut quis v. g. bis, aut ſemel confiteatur in menſe?

REſpondeo poſſe, quia Confeſſio Sacramentalis eſt opus bonum meritorium, & ſatisfactorium: ergo apta materia, ut injungi pro pœnitentia poſſit. Sic Vaſquez *q.*91.*artic.*3.*dub.*7. Sà *verb.ſatisfactio,* *n.*3.Coriolanus *p.*1.*ſect.*3.*pag.mihi* 266. Fagundez *lib.*9.*cit.c.*5.*n.*4. Frias *in ſum. fol.* 32. Lublinus *verb. pœnitentia,n.*7.Sancius *in ſelect.diſp.*13.*n.*2. & communis praxis Confeſſariorum.

Qvæstio XXIX.

An poſſit Confeſſarius adſtringere pœnitentem ad iterum confitenda eadem crimina?

AFfirmat Sancius *in ſelect.diſp.*13.*n.*2.& 7. qui pro hac ſua ſententia citat Navarrum, Sà, & Coriolanum, ſed malè profectò, ut ſtatim. Affirmat tamen Palaus *loc.cit.n.*6.

Vnde probabiliùs reſpondeo: non poſſe, abſque conſenſu, & beneplacito ipſiuſmet pœnitentis, quia ut *ſup. diſp.*3.*q.*51. eſt habitum, nullo humano jure poteſt quis obligari ad reconfitenda ſua peccata. Sic expreſsè Navar.*in Man.c.*9.*n.*1. ubi ſic ait. Imò neque lex ulla humana ſanciri poteſt, quæ ad id faciendum obliget, abſque pœnitentis conſenſu. Sic etiam Paludanus, Gerſon, Major, Durandus, & alij DD. quos citat ipſe Navar.& nos *loc.cit.*Nec Sà, aut Coriolanus oppoſitum docent, cùm ſolùm aſſerant poſſe injungi pro pœnitentia frequentiam confeſſionis, quod verum eſt, ut nuper diximus.

Digitized by Google

QVÆSTIO XXX.

An Confeſſarius poſſit impetrare ſub vinculo pœnitentiæ, quod pœnitens ſtatim confiteatur (hoc eſt intra unum, vel duos dies) ac lapſus fuerit in tale, vel tale peccatum?

NEgant Sanchez *in ſum. lib. 4. c. 5. n. 17.* Sotus *de juramentorum abuſu c. 12* & Sancius *loc. cit. n. 8.* citans pro hac ſententia Vegam *2. parte ſum. cap. 64. caſu 4.* & Toletum *lib. 3. c. 18. n. 3.* Sed revera hi Doctores potiùs innuunt oppoſitum, cùm ibi ſolùm moneant confeſſarios, ut frequentes confeſſiones Pœnitentibus non imponant.

Sed quidquid ſit de hoc, probabiliùs reſpondeo, poſſe, quia confeſſarius poteſt injungere pœnitenti pœnitentiam conditionatam: ergo & confeſſiones. Addo quod ut ipſe Sancius concedit *diſp. 33. n. 17.* principalis ratio, quæ attendi debet in pœnitentia, eſt quod ſit punitiva præteritorum peccatorum: at licèt hæc pœnitentia ſit conditionata, eſt tamen maximè puniens peccata præterita, imò & ipſum met pœnitentem cum ipſis: ergo. Sic Suarez *tom. 2. de Relig. lib. 4. c. 8.* Navarrus, Bonacina, & alij citati, inter quos expreſſiùs Frias *fol. 32.* per hæc verba: Et ut dicit Cancellarius Pariſienſ. *part. 1. & 2.* poſſet confeſſor aliquando dare pœnitentiam de non peccando tali, vel tali crimine, per certum tempus futurum, ſub pœna aliqua, vel pecuniaria, vel corporali efficaciter ſolvenda, aut ſub debito redeundi ad confeſſionem infra biduum poſt perpetrationem delicti. Sic Frias.

QVÆSTIO XXXI.

An confeſſio Sacramentalis injuncta ſub pœnitentia ſingulis menſibus, poſſit anticipari per aliquos dies?

NEgant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Diana *3. parte, tract. 4. reſol. 100.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe pœnitentem abſque ullo peccato, illam anticipare per tres, aut quatuor dies, imò per ſex, aut octo, ſi occurrat ſolemnis aliqua dies, aut Iubilæum. Sic Sancius *in ſelectis diſp. 13. n. 9.* & ex illo Diana *loc. cit.* & ante ipſos Sanchez *in ſum. lib. 4. c. 14. n. 26.* Qui bene hoc limitat dicens, niſi aliàs confeſſor ob devotionem ſpecialem alicujus diei, aut temporis, confeſſionem menſtruam deſtinaſſet, quia tunc non poſſet anticipari.

QVÆSTIO XXXII.

An ſimiliter confeſſio ſingulis menſibus injuncta poſſit licitè ultra differri?

NEgant ſimiliter quidam apud Dianam *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe per tres, aut quatuor dies ultra menſem differri; imò & per octo, ſi ſolemnis aliquis dies, aut Iubilæum ſequeretur (& idem reſpondeo, ſi votum quis emitteret de confeſſione ſingulis menſibus agenda.) Quia terminus à confeſſario præfixus, non mathematicè, ſed moraliter computari debet. Sic Sancius, & Diana *loc. cit.* & Granados *tom. 5. tract. 12. diſp. 5. n. 8.* Addo & ego Thomam à Ieſu *in Tribun. conſcientiæ, tract. 3. c. . dub. 9.* abſolutè docentem, nec peccare venialiter illum, qui ex aliqua juſta cauſa, tempore à confeſſario præfixo non adimplet pœnitentiam.

QVÆSTIO XXXIII.

An poſſit injungi pro pœnitentia ingreſſus Religionis?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Navar. *in cap. conſideret, de pœnit. diſt. 5. §. ponat, n. 14.* Quibus maximè favet Cardin. affirmans (ut refert idem Navar.) poſſe Sacerdotem injungere alicui pœnitenti quiddam gravius quàm ſit religio, ſcilicet carcerem perpetuum, quo ſemper ſolo pane veſcatur, & aquam ſolam potet.

Sed longe multò probabiliùs reſpondeo negativè, quia ingreſſus Religionis voluntarius eſt, & præcipi non poteſt, *cap. integritas 32. q. 1.* (de quo nos in expoſitione noſtræ propriæ, & Apoſtolicæ regulæ confirmatæ ab Innoc. III. anno 1. ſui Pontific. & noſtræ ſalutis 1198. *c. 44. lit. B.*) Id autem quod dicit Cardin. ex ſe conſtat non eſſe verum. Sic D. Th. *2. 2. q. 62. art. 2.* Sylveſter *verb. Confeſſ. 1. n. 52.* Navar. *loc. cit.* Beja *2. p. caſu 3.* Fagundez *præc. 2. lib. 9. c. 5. n. 4.* Sà *verb. ſatisfact. n. 3.* Layman *c. 15. n. 11.* & Henriquez *lib. 5. c. 21. n. 1.* & alij apud ipſos, cum quibus tenet Palaus *tom. 4. tract. 23. punct. 21. §. 3. n. 7.*

QVÆSTIO XXXIV.

An poſſit Confeſſarius imponere pœnitenti, ut Sacramentum Ordinis ſuſcipiat?

AFfirmabunt conſequenter Authores à Navarro *citati ſuprà.*

Sed longe multò probabiliùs reſpondeo, quod non poſſit abſque conſenſu pœnitentis, quia hæc pœnitentia eſt oneroſa nimis. Sic Fagundez *loc. cit.* necnon Palaus.

QVÆSTIO XXXV.

An ſaltem poſſit injungere pœnitenti, ut Sacramentum matrimonij recipiat?

NEgat Fagundez *loc. cit.* propter rationem à nobis nuper aſſignatam. Cui adhæret Layman *tract. 6. c. 15.* & Palaus *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe in caſu, quo confeſſori conſtiterit, eſſe pœnitenti in remedium, ut ipſe non ruat in peccata carnis. Ratio eſt, tũ quia ex Apoſtolo, *melius eſt nubere quàm uri.* Tum etiam, quia ſuſceptio hujus Sacramenti non eſt ita ardua, aut oneroſa, quæ non poſſit ſub pœnitentia aliquando injũgi. Sic Cardin. & alij citati à Navarro *loco ſuprà citato.*

QVÆSTIO XXXVI.

An Confeſſarius poſſit imponere pœnitenti, ut Sacramenta Chriſmatis, & Unctionis recipiat?

REſpondeo poſſe, quia ſuſceptio horum Sacramẽtorum eſt opus bonum, meritorium, & ſatisfactorium, & ad illa recipienda obligantur, ſaltem ex decentia, omnes Chriſtiani: ergo. Sic Fagundez *loc. cit.* & Palaus *n. 7.* dicens, id eſſe certiſſimum.

QVÆSTIO XXXVII.

An Confeſſarius poſſit injungere ſub pœnitentia ſuſceptionem Euchariſtiæ, ita ut pœnitens acceptare illam teneatur?

NEgat Sancius *in ſelectis diſp. 13.* quia licèt concedat *n. 7. & 12.* poſſe confeſſorem injungere

ſub

ſub pœnitentia ſuſceptionem Euchariſtiæ. Negat tamen poſſe cogere pœnitentem ad illam acceptandam *num.* 8. *&* 12.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe confeſſarium utrumque facere. Primò, quia ſuſceptio Euchariſtiæ eſt actus meritorius, & ſatisfactorius, utpote Religionis actus, & aliàs, non eſt nimis laborioſus pœnitenti: ergo. Secundò, quia confeſſarius poteſt imponere pœnitenti frequentiam confeſſionis, & illum cogere ad pœnitentiam hujuſmodi acceptandam, ut idem Sancius fatetur *diſp.* 13. *n.* 2. *&* 21. ergo poterit etiam ſuſceptionem Euchariſtiæ: patet conſequentia quia ut conſtat, par ad minus eſt utriuſque ratio, & facilitas. Sic Vivald. *verb. ſatisfact. n.* 7. *pag. mihi* 131. & Fagundez *loc. cit.* Lugo *diſp.* 15. *num.* 66. & Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 21. *§.* 3. *n.* 7.

QVÆSTIO XXXVIII.

An etiam imponi poſſit ſub pœnitentia, quod ſacra Euchariſtia non recipiatur?

NEgat fortiſſimè Sancius *diſp.* 33. *cit. n.* 15. *& ſequent.* & certè ſatis probabiliter, quidquid teneat concedere Diana. Quia ceſſatio ab actu virtutis non poteſt eſſe objectum pœnitentiæ, ut noviter ait Baunius apud Dianam *ubi infrà*.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe etiam, quia præceptum latum de non recipienda Euchariſtia, eſt punitivum, & pœnale, & juſtum, ſi detur cum hac intentione ſub pœnitentia: ergo bene poteſt a confeſſario pœnitenti injungi, & conſequenter tenetur pœnitens illi parêre. Hæc etiam eſt praxis fidelium, qui omnes unanimiter hanc practicè ſententiam ſequuntur, & ingenuè amplectuntur. Sic aliqui Doctores apud Sancium quos ſequitur Diana 3. *part. tr.* 4. *reſol.* 115. Et poſt illum Lugo *diſp.* 25. *n.* 65. *pag.* 585. & iterum, me citato, Diana *part.* 10. *tract.* 13. *reſ.* 47. & Marcus Serarius apud ipſum.

QVÆSTIO XXXIX.

An poſſit impon. pœnitentia publica pro peccato occulto?

AFfirmant aliqui apud Navarrum *in cap. Sacerdos, num.* 13. *&* in *Man. cap.* 8. *n.* 7. & apud Fagundez *prec.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *n.* 14. *& lib.* 9. *cap.* 5. *n.* 6. exiſtimantes, propter gravia peccata graves pœnitentias eſſe injungendas: dummodo nulla ex eo ſuſpicio oriatur, eas fuiſſe impoſitas propter hoc, aut illud peccatum in particulari.

Sed omninò oppoſitum reſpondeo: non poſſe videlicet, niſi in caſu quo ipſe pœnitens ob majorem devotionem hoc à confeſſario peteret. Primò, quia ſic habetur in Conc. Colon. *de Confeſſione*, per hæc verba: Hodie pro crimine quantumlibet enormi occulto, nolenti non imponitur publica pœnitentia. Nam volenti eam adhuc imponi poſſe, vetus Eccleſiæ, præſertim Romanæ, conſuetudo teſtis eſt. Sic Concil. Secundò, quia niſi adeſſet conſenſus pœnitentis talem pœnitentiam acceptantis, frangeretur confeſſionis ſigillum, ut infrà *diſp.* 10. *q.* 42. Sic Navar. & Fagund. *loc. cit.* Bonac. *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 2. *num.* 24. Lublinus *verb. pœnitentia, n.* 29. Vivald. *de pœnit. publica, n.* 4. & Villalobos *tract.* 9. *diff.* 77. *num.* 7. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 31. *dub.* 17. ex D. Thoma *in* 4. *diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 4. *quæſt.* 4. *ad* 4. & Reginaldus *lib.* 7. *n.* 32. & communis, quam noviter tenent Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 21. *§.* 3. *n.* 5. dicens in hoc omnes convenire, & Trullench *lib.* 4. *de Sacram cap.* 7. *dub.* 2 *n.* 18.

QVÆSTIO XL.

An ſaltem poſſit imponi pœnitentia publica pro peccato publico?

NEgant Navarr. *loc. cit. num.* 10. *& in cap. Sacerdos, de pœnit. diſt.* 6. *num.* 86. Sà *v. ſatisfactio, num.* 12. Reginaldus *lib.* 7. *n.* 22. & alii quos ſequitur Beja 3. *part. caſu* 5. quia daretur delictorum manifeſtatio, & ſigilli violatio.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, imò & aliquando debere imponi ad tollendum aliquod ſcandalum, etiamſi ex tali pœnitentia colligi poſſit, Confeſſarium propter grave crimen ſibi confeſſum illam impoſuiſſe. Primò, quia ſic habetur in Trid. *ſeſſ.* 24. *c.* 8. *de reformatione, & cap.* 1. *de pœnit. & remiſſ.* Secundò quia ſic reddet bonum exemplum illis quos ſcandalizabit malo. Sic S. Thom. *diſt.* 14. *quæſt.* 1. *art.* 5. *q.* 1. *ad* 3. *& diſt.* 17. *quæſt.* 3. *art.* 4. *quæſt.* 4. *ad* 5. Alenſ. Palud. Suarez, & Vaſquez, Sylveſter, & Henriquez quos citat, & ſequitur Bonac. Vivald. Fagund. Villalobos, Candidus *locis citatis*, Molfeſ. *tract.* 7. *cap.* 25. *n.* 49. & apud ipſum Palud. Dur. D. Antoninus, Medina, Sotus, & Catechiſmus Romanus. Hurtado *loc. cit. diff.* 8. & alii quos ſequitur Palaus *loc. cit.* Nec ob id violatur confeſſionis ſigillum: quia hæc obligatio ponitur ex conſenſu pœnitentis aliàs non abſolvendi, ſicuti injurianti imponitur onus poſtulandi veniam ab offenſo, abſque ulla ſigilli violatione.

QVÆSTIO XLI.

An Confeſſarius poſſit præcipere ſub pœnitentia officium mortuorum, Pſalmos, vel alias orationes recitandas pro animabus Purgatorii?

NEgant Vega *tom.* 2. *cap.* 64. *caſu* 2. Pedraza *c.* 7. *pag.* 149. Sancius *diſſ.* 16. Philippus de Cruce *in Theſauro Eccleſ. tractat.* 1. *§.* 5. *num.* 11. *fol. mihi* 251. Et videtur negare etiam Diana 3. *part. tractat.* 4. *reſol.* 34. quamvis *in addit. ſecund. reſol.* 11. ſolùm dicat: utramque ſententiam eſſe probabilem. Negat deinde Bordonus *tom.* 2. *conſil. regul. reſol.* 70. *quæſt.* 4. *num.* 26. & ratio eſt: Quia pœnitentiæ ſacramentum non in ſatisfactionem alieni peccati, ſed in proprii inſtitutum eſt.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Primò, quia nihil eſt quod hoc confeſſario impediat. Secundò, quia id uſitatum eſt apud Doctiſſimos viros. Sic Luyſius Turrianus *de pœnit. diſp.* 37. *dub.* 4. *& in ſelectis centur.* 3. *dub.* 1. ubi oppoſitum dicit parum probabile. Hurtado *de pœnit. diſp.* 14. *diff.* 6. *in fine*, addens quod quamvis confeſſarius non imponat pœnitentiam applicandam pro anima purgatorii, aut pro aliquo vivo, poſſit ipſemet pœnitens illam applicare. Sic etiam Lugo *diſp.* 25. *n.* 62. *& ſequent. pag.* 584. Et jàm Diana *part.* 9. *tract.* 7. *reſ.* 57. & penes ipſum Marcantius *in tribun. Sacram. tom.* 1. *tr.* 6. *tit.* 3. *q.* 5. Amicus *tom.* 8. *diſp.* 16. *ſect.* 5. *dub.* 4. *n.* 63. Pellizar. *de Mon. cap.* 10. *ſect.* 3. *n.* 211. & Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 21. *n.* 3. Qui ad argumentum Contrariorum concedit, quod ſacramentum pœnitentiæ inſtitutum ſit ad delenda pœnitentis peccata, tam quoad culpam, quàm quoad pœnam: ſed inde non infertur orationes pro animabus purgatorii applicandas, non habituras eſſe effectum in pœnitente: habent enim effectum ex opere operato, & virtute ſacramenti, in eo qui talem animabus Purgatorii communicat effectum, ſeu ſatisfactionem illis orationibus correſpondentem, quatenus ab ipſo procedunt. Lege Trullench *lib.* 4. *cap.* 7. *dub.* 2. *num.* 17.

QVÆSTIO XLII.

An ſi pœnitentiam impoſitam pro animabus Purgatorii acceptet pœnitens, teneatur illam adimplere, & applicare pro illis?

RESpondent Sancius *diſp.* 16. *n.* 1. & Philippus *loc. cit.* teneri quidem ſub peccato opus deſignatum in pœnitentiam exequi: non tamen illud applicare pro animabus Purgatorii, ſed pro ſuis pœnis debitis; quia (inquit) in hac parte irrationabilis fuit pœnitentia.

Sed probabiliùs reſpondeo, & teneri pœnitentiam adimplere, & eam pro animabus purgatorii applicare. Quia ut nuper eſt habitum, confeſſarius poteſt talem pœnitentiam rationabiliter imponere, ergo tenetur pœnitens eam adimplere. Sic DD. *citat.* & eſſe probabilem affirmat Diana *loc. cit. in add. ad ſecund.*

QVÆSTIO XLIII.

An in pœnitentiam Sacramentalem imponi poſſint opera aliàs præcepto aliquo debita, ut auditio Miſſæ in Dominica, jejunium in Quadrageſima, &c

NEgant Palud. *in* 4. *diſt.* 15. *q.* 1. *art.* 2. Major *q.* 2. *ub* 1. Scotus *diſt.* 15. *quæſt.* 1. Capreol. *q.* 1. *art.* 1. Almain. *quæſt.* 1. & inclinat Sylveſt. *v. ſatisfactio*, §. 8. Frias *in ſum. fol.* 32. Ratio eorum eſt, quia non poteſt quis unica ſolutione ſatisfacere pluribus creditoribus, quibus tantumdem debetur.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: poſſe. Quia omnia opera aliàs debita, ſive præcepto naturali, ſive humano, ſunt pœnalia, & meritoria: ergo etiam ſatisfactoria: Ergo rectè imponi poſſunt in pœnitentiam. Sic Navar. *c.* 26. *n.* 14. Sotus *diſt.* 19. *q.* 2. Victor. *q.* 205. Nuñus *in add. ad* 3. *part. q.* 15. *art.* 1. *diff.* 2. *concl.* 3. (unde malè citatur à Bonacina *ubi infrà* pro prima ſententia) Vaſquez *q.* 94. *art.* 1. *dub.* 6. Suarez *diſput.* 38. *ſect.* 6. Sanchez *in ſum. lib.* 1. *c.* 14 *n.* 4. Ægidius *dub.* 8. P. Soto *lect.* 2. *de ſatisfact. fol mihi* 201. Gaſpar Hurtad *de pœn. diſp.* 14. *diff.* 8. Granado *tr.* 12. *diſp.* 5. *n.* 6. Luyſ. Turrianus *de pœn. diſp.* 47. *dub.* 2. Fagundez *prec.* 2. *lib.* 9 *c.* 5. *n.* 8. Sà *v. ſatisfact. n.* 12. Vivald. *de ſatisfact. n.* 4. *aliàs* 10. Ochagavia *tr. de ſatisfact. q.* 6. *n.* 4. Moute §. 7. *cit. n.* 6. ex Tolet. Layman *loc. cit. n.* 10. Diana 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 141. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 2. *n.* 12. Lugo *diſp.* 25. *n.* 67. Candidus *diſquiſ.* 14. *art.* 31. *dub.* 9. Molfeſ. *tract.* 7. *c.* 13. *n.* 62. & 63. Reginald. *lib.* 7. *n.* 28. poſt Henriq. *lib.* 4. *c.* 19. §. 5. & alios, quos ſequuntur Palaus *tr.* 23. *punct.* 21. §. 3. *n.* 1. & Baun. *q.* 26. Qui bene ad argumentum contrariorum reſpondet, eſſe verum loquendo de debitis realibus, quorum ſolutio ad juſtitiam commutativam pertinet, & una ſolutio nequit pluribus debitis eſſe æqualis; non tamen eſt verum loquendo de debitis legalibus ex voto, præcepto Dei, aut Eccleſiæ, &c. eo quòd hæc pendeant ab intentione legiſlatoris, & ideo quod eſt aliunde debitum, optimè poteſt in pœnitentiam injungi à Confeſſario.

QVÆSTIO XLIV.

An ſaltem ſit conveniens aliquando imponere in pœnitentiam hujuſmodi opera aliàs præcepta?

NEgat Nuñus *loc. cit. concl.* 2. Qoia nimis (inquit) conveniens eſt, quod ipſa ſatisfactio ſecundùm ſe privet aliqua delectatione, vel utilitate. Unde ſine dubio peccaret, ſaltem venialiter, Sacerdos imponens talem ſatisfactionem; & ſi confeſſio eſſet de peccatis mortalibus, peccaret mortaliter. Sic ille, cui ſatis favet Baunius *loc. cit.*

Sed probabiliùs ſic reſpondeo: licèt regulariter convenientius ſit injungere in pœnitentiam opera non præcepta, ut magis puniatur peccator (ut omnes ingenuè fatentur) interdum tamen conſultius erit opus alioquin præceptum ob pœnitentis fragilitatem ipſi imperare, tarò tamen, aut nunquam erit peccatum, ſaltem grave, hoc injungere. Quia cùm opus præcepti ſit meritorium, & ſatisfactorium, rectè poteſt elevari, ut ſit ſatisfactio Sacramentalis. Sic Luyſ. Turrian. Layman, P. Soto, Suarez, & Vaſquez *locis citatis*, Tolet. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 5. imò & ipſe Nuñus *loc. cit. concl.* 3. ait poſſe optimè confeſſarium injungere pro pœnitentia opera aliàs præcepta, ſi ſimul imponatur aliquod aliud opus liberum. Sic etiam Diana 3. *part. tractat.* 4. *reſolut.* 84. & alii, quibus aſſentitur Palaus *loco citato.*

QVÆSTIO XLV.

An ſi confeſſor non explicet, ſe imponere pœnitentiam de opere præcepto, ſemper intelligatur imponere de operibus aliàs liberis?

AFfirmant abſolutè, & abſque ulla diſtinctione Luyſ. Turrianus, & apud ipſum Sotus, & Nav.

Sed clariùs reſpondeo: ſic profectò intelligi, niſi aliàs ex verbis confeſſoris, aut ex circunſtantiis rerum contrarium colligatur. Primum docent omnes, & conſtat; quia hæc eſt communis intentio confeſſorum. Secundum etiam patet, quia ſi confeſſarius dicat pœnitenti, ut diebus feſtis duplicem Miſſam audiat, certè tam præcepto Eccleſiæ, quàm confeſſoris duas tantùm Miſſaa audiendo ſatisfaciet. Et ſimiliter, ſi pœnitenti dicat, ut per unum menſem ſingulis diebus Miſſam aodiat, ſatisfaciet auduione unius Miſſæ, etiam die feſto. Quia in iſtis, & ſimilibus caſibus, non obſcurè intelligitur hanc eſſe mentem confeſſariorum. Sic communiter Doctores *cit.* Victor. *de ſatisfact. q.* 106. Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. cap.* 12. Reginald. *lib.* 7. *num.* 30. Layman *cap.* 14. *n.* 10. & Diana *loc. citat.* & *tractat.* 6. *reſolut.* 86. Sanchez *in ſum. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 6. & apud ipſum Sayrus, Azor, Medina, & Suarez. Sic etiam Lugo *loc. citat.* & Candidus *art.* 31. *dubit.* 10. & 11. Bonac. *loc. citat. num* 12. & apud ipſum Navarrus *cap.* 1. *de pœnit. diſt.* 6. *num.* 44. & *in man. cap.* 3. *num.* 4. Azor, Molfeſius, Zerola, Vivaldus, & alii, quos ſequitur Palaus *loc. citat.*

QVÆSTIO XLVI.

An ſi confeſſor injungat pro pœnitentia eleemoſynam, ſatisfaciat pœnitens dando illam extremè indigenti?

NEgant Suar. *diſp.* 38. *ſect.* 1. *n.* 5. Turrian. *diſp.* 37. *cit. dub.* 2. Gaſpar Hurtado *diſp.* 14. *de pœnit. diff.* 8. & Vaſquez apud ipſum. Paludanus *in* 4. *diſt.* 15. *quæſt.* 1. *art.* 2. *num.* 8. Metina *C. de ſatisfactione*, *q.* 4. Sayrus *lib* 6. *cap.* 3. *num.* 33.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſatisfacere, quia cùm eleemoſyna pauperis indigentiam ſublevari reſpiciat, quo major eſt indigentia, potiori ratione eleemoſyna dici poteſt, & ideo prudenter credi poteſt, mentem confeſſarii fuiſſe, ut per hujuſmodi eleemoſynam & præcepto, & pœnitentiæ ſatisfaceret. Sic optimè ex aliis Sanch. *lib.* 1. *c.* 14. *n.* 6. Henriq. *lib.* 6. *c.* 31. *num.* 4. *in gloſſ. lit.* Q. Azor. *tom* 2. *lib.* 11. *c.* 14. *quæſt.* 1.

Sà

Sà *verb. ſatisfactio, n.* 9. Sotus in 4. *diſt.* 19. *q* 2. *art.* 1. Victor. *de ſatisfact. n.* 205. Viuald. *n.* 4. Martin. de Ledeſma 2. *p.* 4. *q.* 14. *art.* 1. *dub.* 7. & Bartholomæus de Ledeſma *de ſatisfact. dub.* 9. & Diana 3. *p. tr.* 4. *reſ.* 84. *& tr.* 6. *reſ.* 86. vbi citat Gaſpar. Hurtado pro hac ſententia, ſed malè. Candidus *loc. cit. dubit.* 13. & Trullench *lib.* 4. *cap.* 7. *dub.* 2. *n.* 16. qui ſecus dicit caſu quo pœnitens dicto pauperi extremè indigenti teneretur dare eleemoſynam ex voto, iuramento, aut iuſtitia, aut ratione reſtitutionis rei incertæ.

Qvæstio XLVII.

An etiam ſatisfaciat pœnitens pœnitentiæ de danda eleemoſyna, dando illam Patri, fratribus, aut aliis indigentibus, ſi teneatur illis aliàs ſubuenire?

NEgant Suar. Sayrus, Sanchez, Diana *locis citatis*, & nouiſſimè rurſus Diana, nominatim contra me *part.* 9. *tract.* 4. *reſol.* 54. cum Amico *tom.* 8. *diſp.* 16. *ſect.* 5. *dub.* 9. *num.* 90.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſatisfacere, tum ob rationem dictam: tum etiam quia benigna interpretatione cenſetur, confeſſarium tali eleemoſina aliàs ex præcepto contentum eſſe, quia alioquin nimis grauaretur pœnitens duplicem eleemóſynam dando, vt dixit Diana in reſponſione ad præcedentem quæſt. Sic Sotus *diſt.* 19. *q.* 4. *art.* 4. Henriquez *lib.* 5. *cap.* 71. *num.* 13. *& in Gloſſa littera Q*, & alij.

Qvæstio XLVIII.

An pœnitens, cui eſt iuſſum pro pœnitentia elargiri eleemoſynam certo pauperi, ſatisfaciat eam offerendo pauperiori?

AFfirmant, licèt timidè, Ioan. Sancius *diſp.* 14. *num.* 23. Quia id (inquit) ex voluntate præſumpta confeſſoris talem pœnitentiam imponentis præſumitur: aliàs irrationabiliter pro illa parte eſſet iniuncta pœnitentia, ſi confeſſarius vellet pauperiori non ſubuenire. Sic ille.

Sic etiam ego reſpondeo: ob eandem rationem Sancij (propter quam deberet ille admittere, poſſe pœnitentem propria authoritate in melius pœnitentiam mutare, quod conſtanter negat) dummodo non concurrit aliqua ſpecialis circunſtantia in minùs paupere à confeſſario aſſignato, propter quam dicta eleemoſyna ſit gratior Deo, quia in hoc caſu ceſſabit voluntas præſumpta. Sic Sanchez *lib.* 4. *ſum. capite* 49. *num.* 6.

Qvæstio XLIX.

An eleemoſynam iniunctam pro pœnitentia poſſit pœnitens pauper ſibi applicare?

NEgant Sancius *loc. cit. n.* 18. & Sanchez *loco citato.* Quia nemo ex propriis ſibi elargiri eleemoſynam dicitur.

Reſpondeo: quod licèt ob rationem dictam non poſſit ſibi, poſſit tamen applicare Filio ſuo, vxori, aut fratri pauperi, quamuis ex tali applicatione ſibi aliquid lucri proueniat. Quia in huiuſmodi largitione verè ſaluatur ratio eleemoſynæ. Sic Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. c.* 21. *n.* 3. *& in marg. lit. Q.*

Qvæstio L.

An ſaltem poſſit confeſſarius pœnitentiam de elargiendo eleemoſynam commutare, applicando illam ipſimet pœnitenti pauperi?

NEgant Sanch. & Sancius *loc. cit.*

Sed non improbabiliter reſpondeo: poſſe; quia talis applicatio facta à confeſſario, verè habet rationem eleemoſynæ, cùm ſit quaſi ad alterum, & ex alienis quaſi. Sic aliqui docti de hac re conſulti.

Qvæstio LI.

An ſit de neceſſitate Sacramenti, quod pœnitentia ante abſolutionem iniungatur?

AFfirmant aliqui apud Nuñum *in add. ad* 3. *part. quæſt.* 18. *art.* 4. *diff.* 2.

Sed veriſſimè reſpondeo: quod non, quia ſatisfactio nec eſt de eſſentia huius Sacramenti, neque de neceſſitate, vt *ſupra q.* 2. eſt habitum: ergo erit verum Sacramentum, etiamſi nunquam apponatur ſatisfactio. Sic omnes ferè Doctores, præcipuè Nauarr. *ad principium cap.* 1. *de pœnit. diſt.* 6. *num.* 35. *& in man. cap.* 26. *n.* 10. Suarez *tom.* 4. *diſp.* 38. *ſect.* 3. *n.* 6. & alij penes ipſum.

Qvæstio LII.

An ſaltem ſit de neceſſitate præcepti ad minus ad veniale peccatum obligantis?

AFfirmant Nuñus *loc. cit.* & fauet ſatis Gloſſa *in Clement. dudum, de ſepult.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo: quod licèt melius ſit ante abſolutionem ſatisfactionem iniungere; vt probat vſus Eccleſiæ, & tenent omnes Doctores, nullum tamen erit peccatum, ſi ſtatim poſt abſolutionem apponatur ſatisfactio, quia nullum extat de hoc præceptum, nec vſus vim illius habet. Sic Nauarr. *c.* 26. *n.* 10. Suar. Filliuc. Molfeſ. quos citat, & ſequitur Bonac. *loc. cit. n.* 19. Diana 3. *p. tr.* 4. *reſ.* 136. Reginald. *lib.* 7. *n.* 19. Granado *tr.* 12. *diſp.* 4. *n.* 5. Luyſ. Turrian. *diſp.* 35. *dub.* 3. Hurtado *diſp.* 14. *diff.* 2. *in fine*, Ludouicus de S. Iuan *q.* 10. *de pœnit. art.* 3. *diff. vltima*, Villalobos *tr.* 9. *diff.* 77. *n.* 23. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 21. *dubit.* 29. Boſſius *de Iubil. ſect.* 1. *caſu* 19. *n.* 32. Molfeſ. *loc. cit. n.* 58. vbi ſic ait: Hinc Doctores communiter docent, melius eſſe ante abſolutionem iniungere ſatisfactionem pœnitenti, quia dum ſemel illam acceptat, tenetur ſub mortali illam adimplere: quamuis ſit arbitrarium confeſſario, etiam poſt datam abſolutionem iniungere pœnitentiam, vt bene cum communi probat Nauarr. &c. Sic ille, necnon Baunius *tr.* 4. *de pœnit. q.* 6. *pag.* 198. Palaus §. 6. *citato, n.* 16. & Layman apud ipſum.

Qvæstio LIII.

An Confeſſarius poſſit præcipere aliquando pœnitenti, vt impleat pœnitentiam antequam illum abſoluat?

NEgat Gaſp. Hurtado *diſp.* 14. *de pœnit. diff.* 4. *verſ. Ex eo autem*, & poſt illum Baunius *loc. cit.* licèt poſtea non neget interdum poſſe id facere.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe non per ſe, ſed per accidens, quoties confeſſor iudicarit pœnitẽti hoc expedire, v.g. Si confeſſor timet pœnitentem non adimpleturum pœnitentiam, niſi eam ſoluet, vt adimpleat

ante abſolutionem. Aut ſi cognoſcat ſæpius aliarum confeſſionum prætermiſiſſe pœnitentias, &c. In his enim caſibus licitè, immò & optimè faciet, ſi præcipiat pœnitenti ut adimpleat pœnitentiam antequam illum abſolvat. Sic Suar. *tom.*4. *diſp.*48. *sect.*7. *n.*9. *aliàs* 7. Fagund. *præc.*2. *lib.*9. *c.*3. *n.*19. Bonac. *loc. cit. n.*20. Filliuc. *tract.*8. *c.*2. *n.*56. Reginald. *lib.* 8. *n.*83. & Candidus *loc. cit. dub.*21. *pag.*99.

QVÆSTIO LIV.

An ſi alicui imponatur pro pœnitentia recitatio Pſalmorum, aut unius Roſarii, &c. poſſit illam adimplere quando audit Miſſam ex præcepto?

NEgant Major, Gabriel, & alii apud Vivaldum *de ſatisfact. n.*15. Angel. *v. feria, n.*46. (unde malè illum refert Fagundez ſtatim *citandus* pro oppoſita ſententia.) Negant etiam Armill. *v. feſtum, n.*11. Sylv. *v. Miſſa* 2. *fine*, Roſella *v. Dominica, n.*7. & favet ſatis Vivald. *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia revera facit opus injunctum, & aliàs non incompatibile cum auditione Miſſæ. Sic Navarr. *cap. Quando, de conſecrat. diſt.*1. *cap.*19. *num.*178. *& in ſum. cap.*21. *n.*8. Caiet. *in ſum. v. feſtorum violatio*, Mart. de Ledeſma 2. *part.*4. *quæſt.*16. *art.*6. *in* 1. *part. dub.* 5. Henriquez *lib.*9. *de Miſſa, cap.*25. *n.*5. P. Soto *lect.* 2. *citata*, Valentia 2.2. *diſp.*6. *q.*2. *punct. ult.* Suar. 4. *tom. diſp.*38. *sect.*6. *n.*5. Adrian. *quæſt.*1. *de ſatisfact.* Medina *tract.* 2. *q.*48. Fagundez *lib.*9. *cap.*5. *n.*10. Sanchez *in ſum lib.*1. *c.*14. *n.*11. Victor. *de ſatisfactione, n.*206. *aliàs* 204. Lublinus *v. Roſarium, n.*3. & ex Caietano Luyſ. Turtiaous *diſp.* 37. *dub.* 2. & communis.

QVÆSTIO LV.

An etiam qui dicit Coronam, aut Pſalmos pro pœnitentia injunctos, dum veſtibus ſe induit, ſatisfaciat?

REſpondeo affirmativè. Primò ob rationem nuper traditam. Secundò, quia qui ſic recitat Coronam, aut officium divinum ad quod ex voto, aut officii obligatione tenetur, verè adimplet, & ſatisfacit ſuæ obligationi, ut docent communiter DD. præcipuè Vivald. *loc. cit. n.*16. B. de Medina *lib.*1. *c.*14.

QVÆSTIO LVI.

An pœnitens teneatur acceptare pœnitentiam ſibi à confeſſario injunctam?

NEgant teneri pœnitentem acceptare pœnitentiam ſatisfactoriam, dummodo habeat animum ſatisfaciendi Deo in hac vita, vel per indulgentias, vel per bona opera: aut in Purgatorio per pœnas, Scot. *diſt.*17. Gabriel *diſt.*16. *q.*2. Medina *Cod. de Pœnit. q.*41. Gregor. Ruiz, Raphael de la Torre, Beia, & Yribarne apud Dianam 2. *part. tr.*1. *Miſcel. reſol.* 52. *&* 3. *part. tract.*4. *reſol.* 51. Navar. *in man. cap.* 16. *n.*20. Samuel Lublinus *v. ſatisfactio, n.*1. Reginald. *lib.*7. *à num.*314. Binsfeld. *in Enchirid. part.*1. *cap.*13. *de ſatisfact.* §. 5. *pag mihi* 110. & eſſe probabile, affirmant (& bene) Sotus *in* 4. *diſt.*20. *quæſt.*2. *art.*1. Zerola *in praxi pœnit. cap.*26. *quæſt.*9. P. Ioan. de Cruce *part.*2. *de pœnit. q.*4. *dub.*3. *concl.*1. Villalobos *tract.* 9. *diff.*28. *n.*4. & alii apud Dianam *loc. cit.* quamvis ipſe, ne à ſuo deviet more, nec approbet, nec reprobet.

Sed longè multò probabiliùs, reſpondeo: teneri acceptare, non ſolùm pœnitentiam medicinalem, ſeu reſtitutoriam, aut quamlibet aliam ad vitanda peccata neceſſariam (de qua loquendo etiam affirmant contrarii) verum etiam ſatisfactoriam, dummodo ſit diſcreta, tolerabilis, moderata, & accommodata gravitati peccatorum, & fragilitati pœnitentis. Ratio eſt, quia abſolutio ſacramentalis eſt actus judicialis, ex Trid. *cap.*14. *can.*9. at judicium neceſſariò habet vim coactivam, ex D. Thoma *in* 4. *diſt.*19. *quæſt.* 1. *art.* 2. *q.*3. ergo Sacerdos poteſtatem habet cogendi pœnitentem ad acceptandam, & implendam pœnitentiam ſibi injunctam. Sic D. Thom. 3. *part. q.*80. *art.*2. Victor. *n.*209. Nuñus *tom.*2. *in* 3. *part. quæſt.*15. *art.*1. *quæſt.*13. *art.*2. *diff.* 2. Ledeſma *in ſum. de pœnit. c.*23. *concl.*8. *dub.*1. Coriol. *part.*1. *sect.*3. *fol. mihi* 332. P. Soto *lect.*2. *de ſatisfact.* Soto, Ioan. de Cruce, Zerola, & Villalobos *loc. cit.* Vivald. Tolet. Valent. Suarez, & Cand. apud Fagund. *lib.*9. *c.*8. *n.*12. Henriq. Bellarm. Filliuc. Vaſq. Gaſpar Hurtad. Sylvius, Megala, Ægid. Bonac. & alii apud Dianam *loc. cit.* Granado *tract.*12. *diſp.*6. *n.*3. Layman *cap.*19. *num.*6. Lugo *diſp.* 25. *num.*68. ubi oppoſitam ſententiam improbabilem vocat (ſed non ita bene) Candidus *art.* 40. *dubit.*4. Molfeſ. *loc. cit. n.*56. docens oppoſitam ſententiam eſſe temerariam, & eſt communis, quam noviſſimè tuetur Baunius *tract.*4 *de pœnit. q.*4. *pag.*189. & Palaus *tom.*4. *tract.*23. *punct.* 21. §. 4.

QVÆSTIO LVII.

An Confeſſarius poſſit abſolvere pœnitentem nolentem acceptare totam pœnitentiam, ſed tantum aliquam partem?

NEgant adhuc aliqui Doctores pro noſtra reſponſione citati.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe: modò pœnitens habeat propoſitum ſatisfaciendi *Deo in* hac vita, vel in alia. Vnde pœnitens qui unum *Pater noſter*, & *Ave Maria* in pœnitentiam acceptat, vel aliam hujuſmodi; licèt reſpuat aliam, abſolvi poteſt. Secus dicendum ſi nullam pœnitentiam acceptare velit. Sic Reginaldus, Homobon. Hoſtienſ. & Molfeſius quos citat Diana 2. *part. tract.*14. *&* 1. *Miſcel. reſ.* 52. quibus addo præter Authores *ſuprà* pro oppoſita ſententia *citatos*, Rodriguez *tom.* 1. *c.*56. *concl.* 5. Ortiz *in ſum. c.*24. §. 14. & Lublin. *loc. ſuprà citato, n.*5. ubi ſic ait: Licèt confeſſarius non poſſit obligare pœnitentem ad acceptandam ſatisfactionem, quam illi imponit, quia poteſt dicere, volo eam ſolvere in alia vita; tamen poteſt eum compellere ad acceptandam aliquam parvam, quia nullus eſt forſan pœnitens, qui ſuper hoc audeat diſceptare cum confeſſario, ad minus enim ſigno Crucis ſe ſignare non refutabit. Sic ille, licèt oppoſitum dixerat *v. ſatisfact. cit. n.*1.

QVÆSTIO LVIII.

An teneatur pœnitens acceptare quamcunque pœnitentiam juſtam, ſub vinculo peccati mortalis?

NEgant Suar. *tom.*4. *diſp.*38. *sect.*7. *n.*5. & apud ipſum Navar. *cap.*21. *num.*43. Sotus, & Palud. quos ſequitur Diana 3. *part. tract.*4. *reſol.* 102. quia exiſtimant: ſolùm teneri acceptare ſub mortali, caſu quo pœnitentia quæ injungitur, ſit gravis; ſub veniali ſi ſit levis. Sic etiam Lugo *diſp.*25. *n.*74. *pag.*586. ubi ait eſſe ſententiam communem.

Sed æquè probabiliter, & magis conſequenter reſpondeo ad utramque pœnitentiam acceptandā teneri ſub peccato mortali, quia regulariter loquendo ſemper tenetur confeſſor ſub peccato mortali ad imponendam

dam pœnitentiam grauem, vel leuem, vt *ſuprà q.* 14. eſt habitum: ergo & pœnitens ad eandem ſiue grauem, ſiue leuem acceptandam tenebitur eodem vinculo. Sic Ioannes Sancius *diſp.* 15. *n.* 14. & 17. dicens eſſe communem conſenſum Doctorum.

QVÆSTIO LIX.

An pœnitens peccet mortaliter non adimplens pœnitentiam grauem à ſe acceptatam, ſibi impoſitam pro mortalibus, aliàs non confeſſis?

NEgant Caiet. *tom.* 1. *opuſcul. tract.* 6. *quæſt.* 2. & Sa *in prima editione, verb. Satisfact. n.* 4. necnon Ludou. Beia, Paul. Comitolus, Rebellus, Cenedo apud Palaum *vbi infrà*. Ratio eorum eſt, quia obligatio exequendi pœnitentiam, non ex præcepto confeſſoris, ſed ex pœnitentis acceptatione naſcitur: & hæc non tranſcendit obligationem ſimplicis promiſſionis, quæ quidem plerumque eſt leuis: ergo.

Sed omnino reſpondeo: peccare mortaliter, quia ſententia confeſſarij in foro ipſius tantam vim habet quantam alterius iudicis in foro exteriori: at ſi hæc eſt acceptata, obligat ſub pœna peccati mortalis: ergo & illa. Sic Nauarr. *de pœnit. diſt.* 5. *cap.* 1.5. *poſtat ſe, n.* 13. & *in man. c.* 21. *n.* 43. S. Thom. cum Magiſtro *diſt.* 18. Sotus, Scot. Gabr. & alij, quos ſequitur Viualdus *de ſatisfact. n.* 33. Suarez *loc. cit.* Vaſq *q.* 94. *art.* 2. *dub.* 1. Sà etiam *in ſumma ſua correcta, loc. cit.* Binsfeld. *loc. cit.* Lugo *loc. cit.* Candidus *diſquiſ.* 14. *art.* 30. *dubit.* 6. & communis, quam tenet Palaus *tom.* 5. *tr.* 23. *punct.* 21. §. 4. *n.* 3. & *n.* 9. Ad fundamentum autem Contrariorum negandum eſt, obligationem exequendi pœnitentiam non naſci ex præcepto Confeſſoris: naſcitur namque, vt ex dictis conſtat.

QVÆSTIO LX.

An etiam peccet mortaliter, ſi non adimpleat pœnitentiam grauem acceptatam, impoſitam verò pro peccatis venialibus, aut mortalibus iam confeſſis?

NEgant Caiet. Sà, Nauarr. & Suar. *loc. cit.* Layman. *lib.* 5. *tr.* 6. *c.* 15. *n.* 7. Lublinus *verb. ſatisfact. n.* 8. Granad. *tr.* 12. *diſp.* 6. *n.* 8. Viual. *de ſatisfact. n.* 33. Angelus, Medina, & alij apud ipſum, Diana 4. *part. tr.* 4. *reſol.* 102. & 136. qui exiſtimant tantùm peccare venialiter. Ratio eorum eſt, quia peccatis leuibus leuis tantum pœnitentia imponi debet, & à leuitate materiæ habet eius omiſſio, vt leuis tantum ſit culpa: ergo & omiſſio pœnitentiæ data pro venialibus.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter non adimplendo talem pœnitentiam, dummodo (vt diximus) dignè fuerit impoſita. Quia qui facit contra obligationem grauem, grauiter peccat. Sic Nuñus *q.* 14. *art.* 2. *diff.* 2. *concl.* 4. Henriq. *lib.* 5. *c.* 20. *n.* 3. & 8. Fagund. *prec.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *n.* 11. Hurtad. *diſp.* 14. *diff.* 1. Ægid. *diſt.* 10. *dub.* 6. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 4. *num.* 4. Philippus de Cruce *in Theſauro Eccleſiæ, tr.* 1. *de indulgent.* §. 4. *num.* 3. & *in ſuo direct. Confeſſorum*, §. 13. Zerola *in praxi, c.* 21. *q.* 8. & *cap.* 25. *q.* 39. Sayro *de pœnit. c.* 36. *num.* 8. Valent. *tom.* 4. *diſp.* 7. *quæſt.* 14. *punct.* 4. Lugo *diſp.* 25. *num.* 74. *pag.* 586. Candid. *diſquiſ.* 34. *art.* 30. *dubit.* 7. Molfeſ. 1. *part. ſumma, tr.* 7. *cap.* 23. *n.* 68. & alij. Et hanc ſententiam eſſe D. Thomæ, & ſpeculatiuè probabilem, affirmat Baunius *tom.* 2. *tract.* 4. *quæſt.* 9. *dicto* 3.

QVÆSTIO LXI.

An item peccet mortaliter non adimplens pœnitentiam leuem (v.g. recitandi decem ſalutationes Angelicas, & vnam orationem Dominicam) ſiue iniunctam pro ſolis venialibus, vel mortalibus iam confeſſis, vel non?

NEgant Nauarr. Suar. Bonac. Gaſpar Hurtado, Fagundez *loc. cit.* Granad. *loc. cit. n.* 7. Ægid. *loc. cit. n.* 80. Reginald. *lib.* 7. *n.* 77. Henriq. *lib.* 5. *c.* 20. *n.* 3. in Gloſſ. *lit. I*, & *num.* 4. & *lit. M*. Rodrig. 1. *tom. ſum. c.* 56. *n.* 9. Vega 2. *part. c.* 64. *caſu* 2. Molfeſ *loc. cit. n.* 67. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 102. & 136. Philippus de Cruce *loc. cit. pag. mihi* 19. Candidus *loc. cit. dub.* 6. & Lugo *diſp.* 25. *n.* 50. dicens eſſe ſententiam omnium Doctorum.

Sed probabiliter æquè reſpondeo: peccare mortaliter. Primò, quia licèt pœnitentia leuis, ſecundùm ſe materialiter conſiderata, ſit leuis materia, tamen vt eſt pars integralis Sacramenti, neceſſariò requiſita vt ſacramentum ſit integrum, & perfectum, eſt materia grauiſſima. Secundò, quia pœnitens tenetur ſub mortali ad acceptandam pœnitentiam etiam leuem, vt *ſup. quæſt.* 50. eſt habitum: ergo etiam tenebitur ſub eodem vinculo ad illam adimplendam. Sic Nuñus *ad* 3 *part. q.* 13. *diff.* 2. *concl.* 4. *pag.* 571. Sancius *diſp.* 15. *num.* 14. & 17.

QVÆSTIO LXII.

An qui maiorem partem pœnitentiæ iniunctæ non adimplet, peccet mortaliter?

NEgant Caiet. & Sà *loc. cit. q.* 58. & etiam negabunt Suarez, Nauarrus, Layman, & Diana, ſi pœnitentia totalis impoſita fuit pro peccatis venialibus, aut pro mortalibus confeſſis, iuxta dicta *q.* 79.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter, quia frangit pœnitens præceptum in re graui. Sic Didacus Nuñus *loc. cit. concl.* 4. *in fine*. Sancius *loc. cit. n.* 14. & probabile reputat Diana 3. *part. tr.* 4. *reſ.* 102.

QVÆSTIO LXIII.

An denique peccet mortaliter, qui etiam minorem partem pœnitentiæ iniunctæ non adimplet?

AFfirmatiuam partem tenere Nuñum, ait Diana *loc. cit. reſol.* 136. per hæc verba: Quæ omnia à fortiori procedunt, ſi pœnitentia impoſita abſolutè eſſet leuis, vel aliqua exigua pars pœnitentiæ grauis à pœnitente non impleretur, nam in his caſibus contra Nuñum tantum venialiter peccaret pœnitens. Sic Diana, qui quamuis ex parte benè, malè tamen citat Nuñum quoad omnem partem, vt ſtatim videbimus.

Reſpondeo ergo: tantùm peccare in prædicto caſu venialiter, quia licèt pœnitens etiam in illo frangat præceptum confeſſoris, eſt tamen fractio rei leuis. Sic Nuñus *loc. cit. pag. mihi* 571. per hæc verba: Vnde ſequitur, quod ſi quis adimpleat maiorem partem, ſolùm erit veniale peccatum. Sic ille, & Ioan. Sancius *diſput.* 24. *num.* 14. Diana *loc. cit.* Philippus de Cruce *tract.* 1. *de indulg.* §. 4. *num.* 3. *fol. mihi* 19. & apud ipſum Nauarrus, Henriquez, Ægidius, Villalobos, Reginaldus, Layman, Suarez, Hurtado, Candidus, & alij Doctores.

QVÆSTIO LXIV.

An pœnitens impotens ad implendam totam pœnitentiam, ſit adſtrictus partem ſoluere?

RESpondeo affirmatiuè, caſu quo materia pœnitentiæ diuidua, & partibilis ſit: negatiuè verò, ſi indiuidua,& impartibilis. Vnde ſi alicui pro pœnitentia iniungatur, vt ieiunet totam Quadrageſimam, & non valet ieiunare,niſi aliquos dies,ad id certè tenebitur: è contra verò, ſi pœnitenti iniungatur, vt audiat ſacrum tali die, qui tantùm poſſet vſque ad conſecrationem intereſſe,non eſſet aſtrictus vſque ad illam aſſiſtere, quia hæc pœnitentia eſt impartibilis, illa verò partibilis. Sic Sanchez *lib.* 1.*c.*19.*num.*7.& Sancius *diſp.*15.& communis.

QVÆSTIO LXV.

An pœnitens, cui iniunctum eſt pro pœnitentia, vt Matutinum abſque Laudibus recitet, teneatur ad recitandos Pſalmos, caſu quo non poſſet ſimul Lectiones, & Reſponſoria recitare?

AFfirmant Nauarrus *cap. Quando, de Conſecrat. diſt.* 1.*num.*15. abſolutè,& etiam Sancius,ſi officium eſſet de feria,ſecus aliàs.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non teneri, (etiamſi officium ſit de feria) quia abſque lectionibus,& Reſponſoriis non adeſt officium Canonicum. Sic ex parte Ioan.Sancius *diſp.*15.*num.*2.

QVÆSTIO LXVI.

An pœnitens, cui impoſita eſt pœnitentia recitandi ſeptem Pſalmos pœnitentiales, teneatur recitare aliquos, ſi impotens extet ad omnes recitandos?

AFfirmat Ioannes Sancius *loco citato, n.*6.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Non teneri. Quia ſeptem Pſalmi pœnitentiales ſunt materia indiuidua, ſicuti eſt Matutinum abſque laudibus: at qui eſt impotens ad omnes pſalmos,& lectiones recitandos, non tenetur ad aliquem ſeorſum, vt docet ipſe Sancius, vt nuper vidimus: Ergo. Sic Thom. Sanchez *in ſum.lib.* 1.*cap.*19.*n.*4.

QVÆSTIO LXVII.

An habens pœnitentiam recitandi ſeptem Pſalmos flexis genibus, & taliter nequeat, teneatur alio modo recitare?

NEgat Diana 3.*p.tr.*4.*reſol.*55.nullum tamen authorem citat pro ſe. Poſſet tamen vnum pro mille, Thomam videlicet Sanchez *lib.*4.*ſum.c.*14.*n.*26. vbi ſic ait. Si tamen aliqua circumſtantia omitteretur voto coniuncta,aut pœnitentiæ, non ſatisfieret. Quia id non fuit opus promiſſum, vel in pœnitentiam iniunctum, & ſic non eſt illi ſatisfactum, vt ſi fuerat recitandi genibus flexis,& recitauit ſedendo vouens,vel pœnitens. Sic Sanchez. Quem etiam ſequitur Logo *diſp.*15.*n.*93.*pag.*590.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri recitare non flexis genibus, ſi flexis genibus nequeat, quia quod flexis genibus dicantur, eſt quid accidentale, & modus tantum pœnitentiæ, quo deficiente, impleta ſubſtantia manet. Sic Vega 2.*p.c.*64.*caſu* 6.& Ioan. Sancius *diſp.*5.*n.*4.

QVÆSTIO LXVIII.

An pœnitens, cui iniuncta eſt recitatio tertiæ partis circuli Virginei (*Hiſpanè*, vn tercio del Roſario) *& eſt impotens ad totam recitandam, teneatur ad partem, quam poteſt?*

AFfirmant Nauarr. *ſub q.*64.*cit.* caſu quo potens ſit ad maiorem partem Roſarij recitandam.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia tertia pars Roſarij Virginis indiuidua materia computatur; deficientibus enim aliquibus *Aue*, Roſarium non dicitur: ergo. Sic Thom.Sanch. *lib.*1.*ſum.c.*19.*n.*4.*&* 5. Ioannes Sancius *diſp.*15.*n.*7. Sed hic minùs conſequenter, ſiquidem loquendo de ſeptem Pſalmorum recitatione, oppoſitum aſſeruit (vt vidimus *q.*65. cùm nulla ſit profectò differentia inter Roſarium Virginis,& Pſalmos pœnitentiales, vt hi diuidua, illud indiuidua reputentur materia.

QVÆSTIO LXIX.

An poſſit pœnitens recitare cum ſocio officium diuinum, Pſalmos, Litanias, & huiuſmodi iniuncta ſub pœnitentia?

REſpondeo, quod ſic, niſi aliud fuerit expreſsè à confeſſario iniunctum. Quia præceptum confeſſoris intelligendum eſt inſtar præcepti Eccleſiaſtici de hac re. Sic Nauarr. *de Oratione,c.*10.*n.*19. Azor. *lib.*10.*inſtitution.moral.c.*7.*q.*19.Thom.Sanch.*lib.*4.*ſum.cap.*11.*n.*37. Leſſius *lib.*2.*cap.*37.*n.*52. Sancius *diſp.*15.*n.*2.& ante illos Palud.*in* 4.*diſt.*45.*quaſt.*2.*col.*3.Sà *verb.Hora Canon.n.*11.

QVÆSTIO LXX.

An etiam poſſit recitare cum ſocio (*dicens quilibet ſuam ſalutationem Angelicam*) *qui ex pœnitentia ad Roſarium, vel coronam Virginis recitandam obligationem habet?*

NEgant Sanch. *in ſum. loc.cit. n.*38. qui pro ſua ſententia citat doctiſſimum Nauarrum *de Oratione c.*10.*cit.n.*22. *& ſequentibus* (ſed immeritò profectò, cùm potiùs oppoſitum ibidem doceat, vt melius vidit Azor. *loco ſtatim citando*.)

Probabilius ergo Reſpondeo: Poſſe. Quia interpretari poſſumus voluntatem confeſſarij eſſe, vt huiuſmodi penſum,& pœnitentia eo more quo officium Diuinum perſoluitur, adimpleatur. Sic Nauar. *loco citato, à num.*17. vbi hanc noſtram ſententiam nouem argumentis confirmat, & reſpondet tribus contrariæ. Azor.*lib.*10.*inſtit.c.*7.*q.*10.Trullench *lib.*2.*in Decalog.c.*7.*dub.*5.*n.*19.*pag.*482. qui tamen malè citat pro hac parte Thomam Sanchez *loco citato* pro noſtra,cum expreſsè oppoſitam teneat.

QVÆSTIO LXXI.

An pœnitens impotens ad recitandum Officium, Pſalmos, aut Coronam, &c. ſolus teneatur hæc cum ſocio recitare?

AFfirmabunt qui exiſtimant teneri Clericum ſacris initiatum, officium diuinum cum ſocio, ſi facilè inuenire poſſit, recitare. Ita Azor. *loc.cit.c.*15.*q.*3.*&* 6.Reginald. *lib.*18. *c.*13. *num.*283. Valentia *tom.*3. *diſp.*6.*q.*2. *punct.*10. & Nauarr. *de oratione, c.*11.*num.*13.*&* 19.& alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, etiamſi pœnitens ſocium facillimè adinuenire queat. Quia probabilius

probabilius eſt, Clericum non teneri ad recitandum officium cum ſocio (etiamſi illi aliquis in ſocium ſe offerat) ſi impotens eſt ad recitandum ſolus, ut docent Sancius *in ſelect. diſp.* 15. *n.* 2. & ex illo Diana 2. *part. tract.* 11. *reſol.* 43. Layman, Garcia, & alij penes ipſum: ergo neque pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam per ſe ſolum, tenebitur ad eam exequendam ſocium quærere. Sic Sancius *loc. cit.*

QVÆSTIO LXXII.

An qui ex pœnitentia obligatus eſt ad dicendum Roſarium, vel Coronam Virginis Matris aliquo die, ſatisfaciat dicendo ea eodem die, horis interruptis?

NEgant aliqui apud Navarrum *de Oratione, c.* 10. *n.* 37. & apud Sanch. *tom.* 2. *opuſc. lib.* 7. *c.* 2. *dub.* 19. Sed probabiliùs reſpondeo, ſatisfacere dicendo, ſaltem unico contextu, ſine interruptione ſingulas decades eorum (hoc eſt unum *Pater noſter*, & *decem Ave Maria*) omittendo alias in aliud tempus. Quia ſingulæ decades reputantur ut una hora Canonica. Sic optimè Navar. *loc. cit.* & ex illo Sanchez *loc. cit. & in ſum. lib.* 7. *c.* 12. *n.* 39. & ex illo Diana 4. *part. tr.* 4. *reſol.* 17.

QVÆSTIO LXXIII.

An pœnitens ſatisfaciat, Pſalmis, Coronæ, aut aliis precibus, pœnitentia iniuncta debitis, ſola mente recitandis?

NEgant communiter Doctores, quos ſequitur Th. Sanchez *lib.* 4. *ſum. c.* 11. *n.* 36. & noviſſimè contra me Diana *p.* 9. *tr.* 9. *reſol.* 53. & apud ipſum Amicus.

Sed probabiliter reſpondeo, poſſe caſu tantum quo certò conſtaret, expedientius eſſe ſpirituali ſaluti pœnitentis orare mente, quàm voce. Quia poteſt pœnitens commutare eas preces pœnitentiæ debitas, in orationem illarum mentalem. Sic debent tenere qui ſuſtinent, poſſe pœnitentem commutare pœnitentiam ſibi impoſitam in æquale, aut ſaltem in melius, ut notat non obſcurè Sanchez *loc. cit.* de quo *infrà.*

QVÆSTIO LXXIV.

An ille cui integrum Roſarium ex tribus partibus conſtans iniunctum eſt in pœnitentiam, ſatisfaciat recitando tribus diebus ſingulis ſingulas partes.

REſpondeo quod ſic, quia hæ tres partes in communi æſtimatione omnino dividuntur. Secus autem eſt dicendum, ſi pœnitentia iniuncta eſſet tertiæ partis conſtantis ex quinque decadibus, exiſtimo enim pœnitentem non ſatisfacturum, ſi diverſis diebus recitet, ſingulis ſingulas, aut binas decades. Quia ea obligatio intelligitur inſtar præcepti Eccleſiaſtici de recitando officio canonico, quod unica die perſolui debet. Sic Sanchez *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 40. & me citato Diana *p.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 54. *in fine.*

QVÆSTIO LXXV.

An pœnitens impotens ad implendam pœnitentiam: jejunare in pane, & aqua, teneatur ieiunare modo conſueto Eccleſiæ?

REſpondeo quod non, quia jejunium in pane, & aqua eſt quid individuum, & ut ſic præcipitur in pœnitentiam. Sic Sancius *diſp.* 15. *n.* 3. & Diana *loco nuper citato.*

QVÆSTIO LXXVI.

An pœnitens impleat pœnitentiam ieiunij, ſi tota die ieiunans in nocte ieiunium frangat?

AFfirmativam ſententiam tenere Suarez *tom.* 4. *diſp.* 38. *ſect.* 8. ait Fagundez *ubi infrà* ſed certè id nullo modo ait Suarez, ſaltem *loc. cit.*

Vnde oppoſitum omnino reſpondeo, quia per illud jejunium non impleretur præceptum Eccleſiaſticum: ergo neque pœnitentiæ: nam hoc inſtar illius ponitur. Sic Thomas Sanchez *lib.* 1. *ſum. c.* 19. *n.* 5. & Fagundez *prac.* 2. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 3.

QVÆSTIO LXXVII.

An ſi in honorem determinati Feſti impoſita ſit pœnitentia (v. g. Ieiunium in vigiliis B. Mariæ Virginis) ſi per impotentiam à ieiunio illius diei pœnitens excuſetur, teneatur alio die ieiunare?

AFfirmabunt Abbas *in c. per tuas, de voto.* Sylveſt: *v. votum* 2. *q.* 4. Angelus *votum* 3. *n.* 3. Tabiena *votum* 3. *q.* 7. & alij, qui docent, obligatum ex voto jejunare certa die, putà vigilia Sanctæ Catharinæ, & non ſervat; teneri alia die jejunare.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non teneri, quia cum tale jejunium ſit impoſitum in honorem determinati feſti, cenſetur onus diei, ut quid adjacens illius. Sic Navar. *c.* 11. *n.* 54. Henriquez *lib.* 2. *de pœnit. c.* 22. *n.* 7. Fagund. *prac.* 2. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 5. Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 92. Granado *tract.* 12. *diſp.* 6. *n.* 9. Sanch. Armilla, Valentia, Vaſquez, Azor, & alij apud ipſum. Molfeſ. *tract.* 7. *c.* 23. *n.* 64. & penes ipſum Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 7. *n.* 6. Reginaldus *lib.* 7. *n.* 79. Ægidius *diſp.* 10. *n.* 83. & alij.

QVÆSTIO LXXVIII.

An idem dicendum ſit, ſi pœnitentia ſit iniuncta de ieiunando diebus Veneris, vel Sabbati unius menſis, vel anni?

NEgant Fagundez *loc. cit.* & ex illo Diana *loc. cit.* & nominatim contra me *p.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 52. (licèt *p.* 10. *tract.* 15. *reſol.* 12. dicat meam ſententiam eſſe æquè probabilem) citantes pro ſua ſententia Navarrum, & Sylveſtrum *loc. cit.* & bene, licèt ſolus Navarrus de hac ſpeciali quæſtione ſermonem agat. Negabunt etiam Authores pro contraria ſententia ſuprà citati, & Lugo *diſp.* 25. *n.* 88. & Candidus *diſq.* 24. *art.* 30. *dub.* 8. quia (inquiunt) in hoc caſu non reſpicit confeſſarius principaliter diem, vel tempus; & ita qui aliquo dierum illius temporis non jejunat, tenetur in alio die poſtea jejunare. Ita etiam tenet Amicus *tom.* 8. *diſp.* 16. *ſect.* 5. *dub.* 10. *n.* 93.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, nec in hoc caſu teneri pœnitentem alio die jejunare. Quia ego è contra exiſtimo, quod communiter Confeſſarij reſpiciant tempus, ac præfigant diem, & fortè in memoriam Paſſionis Chriſti Domini, & ejus Virginis Matris: ergo elapſo illo die, non tenebitur pœnitens, cùm ſit onus ejus, in alio jejunare. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 32. Bonacina *q.* 5. *cit. ſect.* 3. *punct.* 4. *n.* 5. (qui non benè citat Navar. quantùm ad hanc partem,) Ægid. *diſp.* 10. *dub.* 9. *n.* 89.

QVÆSTIO LXXIX.

An pœnitens cui iniunctum eſt in pœnitentiam, ut quotidie per unum annum, menſem, vel hebdomadam Pſalmos, vel Coronam recitet, ſatisfaciat, ſi uno, duobus, aut tribus diebus, &c. hæc recitet ſimul?

NEgat abſolutè Sanchez *lib.4. Sum.cap.11.n.40.* Quia in hoc caſu (inquit) pœnitentia intelligenda eſt inſtar præcepti Eccleſiaſtici de quotidie recitando. Negat etiam nominatim contra me Diana *p.10. tract.5.reſol.12.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo, ſatisfacere, ſi dicta in pœnitentiam iniuncta, recitanda ſint pro animabus Purgatorij, iuxta dicta *quæſt.40.* Quia gratius erit Deo, & expedientius animabus, quo citius hæc pœnitentia finiatur. Si verò recitanda ſint pro pœnis ſuis peccatis debitis, adhuc reſpondeo, poſſe caſu quo finis confeſſoris iubentis recitare Pſalmos, Coronam, &c. non ſit, vt pœnitens quotidie ſe in aliquo bono opere exerceat (in quo caſu eſt vera ſententia Sancij) ſed illi laborem talem iniungere, quòd maior cauſetur ex recitatione viginti Coronarum, quàm duarum, vel vnius: quia æqualis, & fortè maior labor oritur pœnitenti, ſi hæc omnia ſimul in vno die recitet, ac ſi per vnum menſem, v.g. quotidie vnicam Coronam recitaret: ergo, ſic me citato tenet Diana *p.9. tract.9 reſol.54. in fine*, poſtea, vt vidimus, ſibi, & mihi contrarius.

QVÆSTIO LXXX.

An pœnitens teneatur implere pœnitentiam, ſi ſibi conſtet confeſſionem fuiſſe invalidam?

AFfirmatiuam partem eſſe probabilem, innuit Fagundez *loco ſtatim citando.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri, quia aliàs obligaretur ad duplicem pœnitentiam pro eadem confeſſione exhibendam; cum debeat pœnitens talem confeſſionem repetere, & aliam pœnitentiam acceptare. Sic Henriquez *lib.5.cap.12.n.7.* Fagundez *lib.9.cit.cap.4.n.4.* Reginaldus *lib.7. num.75.* Lugo *diſp.25.num.77.* & communis.

QVÆSTIO LXXXI.

An pœnitens excuſetur ab impletione pœnitentiæ, ſi fuit improportionata peccatis, aut clarè intolerabilis, & indiſcreta?

REſpondeo: excuſari, quia prædicta pœnitentia potest non acceptari à pœnitente, vt *ſuprà q.56.* eſt habitum: ergo ab eius expletione excuſabitur. Nam lex ob rigorem importabilis, nec acceptatur à republica, nec ligat. Sic Henriquez *loc.cit.* & Lugo *num.100.* Boſſius *de iubil.ſect.1.caſu 19. num.17.* per hæc notanda verba: Si pœnitentia à Sacerdote non fuerit iuſtè impoſita, ſed nimis improportionata ipſi pœnitenti, & culpis, non ſolùm alius confeſſarius in Sacramento pœnitentiæ, ſed etiam quilibet vir probus, & doctus à pœnitente conſultus, & ſufficienter informatus, poterit cognoſcere de errore, & eo cognito, relaxare illam pœnitentiam, declarando confeſſarium erraſſe imponendo talem pœnitentiam: quod idem poterit facere idem pœnitens, ſi iudicio, & doctrina polleat: ita Sotus *in 4.diſt.20. q.2. art.3. in fine*, Henriquez *c.22.in fine*, Reginald. *tom.1.lib.7. c.6.n.93.* Pharaon. *tract.1. ſect.22 caſu 18.* Layman *lib.5. tract.6. c.15.num.17.* aſſerens etiam, quando conſtat clauem erraſſe, ſeu pœnitentiam iniuſtè impoſitam fuiſſe, pœnitentem ad eam non obligari, ſed omnino liberum eſſe, vt commutatione nulla opus ſit. Sic Boſſius, & nouiſſimè Palaus *tom.4.tract.23. punct.21.§.vltim. num.15.*

QVÆSTIO LXXXII.

An pœnitens poſſit ſe excuſare ab impletione pœnitentiæ iniunctæ per ſuſceptionem indulgentiæ Bullæ, aut Iubilei?

NEgat Viuald. *de indulg. num.26.* citans pro ſua ſententia D.Thom. Bonauent. Adrianum, Cordubam. Negant etiam Candidus *diſquiſ.24.art.30.dubit.10.* & Trulleneh. *in Bull.lib.1.§.1.dub.14.n.14.*

Alij probabiliter abſolutè affirmant. Quia Papa dum concedit Bullam, aut Iubileum, liberat lucrantes indulgentias à pœnitentiis iniunctis per modum abſolutionis. Sic Sylveſt. *verb. indulgentia, q.9.* Angel. *eod.verb. §.10.* Cajet. *opuſc. de indulg. cap.7.* Gabriel, Ledeſma, & alij apud eundem Vivaldum.

Sed omnium probabiliùs reſpondeo: quod pœnitens verè poſſit ſe excuſare ab impletione pœnitentiæ ſatisfactoriæ per ſuſceptionem indulgentiæ: non verò ab impletione pœnitentiæ medicinalis præſeruatiuæ, iuxta dicenda *infrà diſputat. de indulgent. quæſt.172.* Sic Nauar. *de indulgentia, notabili 31.n.43.* Reginald. *lib.7.n.125.* Tolet. Tabiena, & alij apud Bonacinam *diſp.5.quæſt.5.ſect.3.punct.4.n.7.& n.9.* Saneh. *in Sum. lib.1.c.14.n.8.* Diana *3. part. tract.4. reſol.106.* & communis, quam tenet Baunius *tract.4. de pœnit.q.27.* Et ratio eſt, quia ceſſante fine, ceſſare ea quæ eius obtinendi gratia natura, aut induſtra inuenit: at finis cuius cauſa pœnitentia pœnitenti impoſitur eſt, vt ſoluat pœnam pro peccatis ſuis debitam, quæ tamen nulla poſt indulgentiæ plenariæ adeptionem ei ſupereſt ſoluenda: ergo. Sic etiam tenet Mendo *in Bullam diſp.6.c.6.n.69.* necnon rurſus Diana *p.8. tract.1.reſol.80.*

QVÆSTIO LXXXIII.

An pœnitens poſſit ſe excuſare ab impletione pœnitentiæ iniunctæ, ſi faciat alia opera ſatisfactoria pœnæ peccatis debita?

NEgant, & valdè probabiliter, Nauar. *loc.cit.n.20.* Valentia *tom.4.diſp.7. quæſt.20.punct.3.* Reginald. *loc.cit.* Palud. *in 4.diſt.20.quæſt.4.art.2.* & alij, quos ſequitur Diana *3.part. tract.4.reſol.106.* Lugo *diſp.25.n.98.p.591.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe, ſi pœnitentia impoſita ſit tantum ſatisfactoria, non medicinalis, iuxta nuper dicta. Primò, quia eadem eſt ratio de his operibus, ac de indulgentiis. Secundò, quia vt *infrà*, pœnitens poteſt commutare pœnitentiam ſibi iniunctam in æquale, aut ſaltem in melius: ergo.

Ex quo colligitur, quod ille, qui ex deuotione recitabat ſingulis diebus Officium B. Virginis, & poſtea habuit pœnitentiam recitandi quotidie tertiam eiuſdem Roſarij partem, optimè potuit ſatisfacere dictæ pœnitentiæ cum recitatione ſupradicti Officij. Sic tenet Bonacina *loc. cit. n.8.* cum aliis: cuius ſententia in facti contingentia viſa fuit probabilis Dianæ *loc.cit.* licèt non conſequenter, vt *infrà*, contrariam ſequatur.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXXIV.

An excuſetur pœnitens à præcepto implendæ pœnitentiæ, ob præceptum Superioris vetantis opera injuncta?

AFfirmat abſolutè Sancius *in ſelect. diſp.* 15. *n.* 8. 9. *&* 10. Vnde (inquit) Religioſus, uxorata, & ſervus, quibus eſſet injuncta pœnitentia jejunandi, vel inviſendi aliquam Eccleſiam, & à Prælato, Marito, vel Domino impediretur operum executio, à labe fractionis pœnitentiæ eſſent immunes, eo quod tunc moraliter ſint impotentes pœnitentias adimplere, & diſcordias pati non teneantur, nec commutationem petere in alia opera Prælato, Marito, vel Domino occulta, &c. Sic ille, quem ſequitur Palaus *tom.* 4. *tract.* 23. *punct.* 21. §. *ultimo*, *n.* 17.

Sed ego clariùs reſpondeo: Si opera injuncta in pœnitentiam ſint publica, ut ſunt ea, quæ in exemplum adducit Sancius, verè poteſt excuſari pœnitens ab ejus impletione, dum prohibitio ſuperioris durat: at verò, ſi opera injuncta ſint occulta, credo quod non poſſit excuſari, ob præceptum merum ſuperioris, quia vix poteſt eſſe cauſa illud imponendi, ſi aliàs pœnitentia juſta ſit.

QVÆSTIO LXXXV.

An pœnitens licitè poſſit rogare confeſſarium, ut mitiorem pœnitentiam ſibi imponat, aut impoſitam mitiget?

REſpondeo quod ſic, quia hoc licitè fit quotidie in foro externo à reo: ergo & in foro pœnitentiæ poteſt licitè fieri à pœnitente. Sic Navarr. *c.* 26. *n.* 20. Henriquez *lib.* 5. *cit. c.* 20. *n.* 5. Reginald. *lib.* 7. *num.* 27. Cajet. *v. ſatisfact.* Bonacina *diſp.* 5. *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 4. *n.* 2. & Villalobos *tract.* 9. *diff.* 77. *num.* 2. & Candidus *diſq.* 24. *art.* 20. *dub.* 5.

QVÆSTIO LXXXVI.

An pœnitens licitè poſſit alium confeſſarium adire, ſi primus nolit mitiorem pœnitentiam imponere?

NEgant Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 7. *n.* 4. Ægidius *diſp.* 10. *de ſatisfact. n.* 81. Bonacina *loc. cit. n.* 3. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 9. *c.* 3. *n.* 18. & Layman *c.* 15. *loc. cit. n.* 6. quia exiſtimant eſſe ad minus peccatum veniale. Sic etiam Thomas à Ieſu *loc. cit. c.* 2. *dub.* 3. *in fine*, & Candidus *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe abſque ulla culpa. Primò, quia pœnitens nullo modo tenebatur ab initio cum primo confeſſore confiteri: ergo nec poſt inchoatam cum ipſo confeſſionem, ab eo abſolutionem accipere. Secundò, quia primus confeſſarius debet in prædicto eventu mitigare pœnitenti impoſitam pœnitentiam, ut concedunt Authores ſupra citati: ergo ſi nolit, optimè faciet illum ſubmiſsè dimittendo, & alium confeſſorem adeundo. Sic Luyſ. Turrian. *de pœnit. diſp.* 37. *dub.* 3 *in fine.* G. Hurt. *diſp.* 14 *diff.* 2. *fine.* Villalob. *loco cit. n.* 2. Lugo *diſp.* 25. *n.* 77. *p.* 587.

QVÆSTIO LXXXVII.

An pœnitens qui non adimplet pœnitentiam intra tempus à confeſſario præfixum, ſed eam valde differt, peccet mortaliter?

AFfirmant Bonacina *diſp.* 5 *q.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 4. *n.* 5. citans pro ſua ſententia Navarrum *c.* 12. *n.* 54. Sà *v. ſatisfactio*, *n.* 14. Suarium *diſp.* 38. *ſect.* 7. Ægidium *diſp.* 10. *n.* 83. Sanchez *de Matrim. lib.* 8. *diſp.* 34. *n.* 57. Negant & Ochagav. *q.* 8. & Hurtad. *diſp.* 14. *diff.* 1. Lugo *loc. cit. n.* 91. & Candidus *diſq.* 24. *art.* 30. *dub.* 8.

Sed probabiliùs reſpondeo tantùm peccare venialiter, ſi ſolùm ex negligentia hoc faciat, quia pœnitens dilatans pœnitentiam non agit contra ſubſtantiam præcepti. Sic Thomas à Ieſu *loc. cit. c.* 2. *dub.* 9. *pag. mihi* 214. quem refert, nihil reſolvendo, Diana 3. *part. tr.* 4. *reſol.* 92. & Rodrig. *tom.* 2. *c.* 126. *n.* 12. Nec oppoſitum docent Suarez, Ægidius, aut Sà *locis* à Bonacina *citatis*, ut videre eſt apud ipſos; cum potiùs excuſent à mortali pœnitentem qui differt pœnitentiam, niſi aliàs dilatio eſſet nimia valdè, judicio prudentis confeſſoris, de quo infrà. Tenet etiam noviſſimè noſtram ſententiam, dicens eſſe veram, Baunius *tract.* 4. *de pœnit. q.* 23. *in principio.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

An pœnitens non adimplens pœnitentiam tempore præſcripto, debeat facere alio?

REſpondeo debere, niſi ſit injuncta pro determinato die, juxta dicta *ſuprà q.* 76. & 77. Ratio eſt, quia debitor, qui tenetur aliquid ſolvere, ſi non ſolvit die præſcripto, aut præfixo, tenetur alio ſolvere. Sic Navar Sa, Bonacina, & alij *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LXXXIX.

An dum confeſſarius non præfixit terminum pœnitentiæ adimplendæ, poſſit pœnitens abſque ulla culpa illam per annum differre?

NEgant Suarez, Ægidius, Reginald. Bonacina *loc. cit.* & Granado *diſp.* 6. *citata*, *n.* 9. quatenus docent, teneri pœnitentem quamprimùm commodè poſſit, pœnitentiam adimplere. Sic etiam Hurtado *de pœnit. diſp.* 14. *diff.* 1. & Ochagavia *q.* 8. *cit.* Lugo *loc. cit.* & Candidus *diſq.* 24. *art.* 30. *dub.* 9.

Sed probabiliter reſpondeo, poſſe in hoc caſu licitè per annum pœnitentiam differre. Quod ex *cap. omnis, de pœnit.* ex illis verbis, *Et injuſtam ſibi pœnitentiam*, ſic probo, quia nullus obligatur cōfeſſionis præcepto ſtatim ac peccat, ſed poteſt differre confeſſionem per annum: ergo ſimiliter poterit per annum pœnitentiam à confeſſario impoſitam differre. Sic tenuerunt ſapientiſſimi Magiſtri Primatij in Salmanticenſi Academia de hac re conſulti, & noviſſimè Antonius Fernandez ex Societ. Ieſu *in inſtruct. confeſſor.* 1. *part. docum.* 4. *n.* 5. *&* *docum.* 7. §. 2. *n.* 2. & ex illo Diana 2. *p. tract.* 15. *reſol.* 53. & Ioan. Henriquez *in compend. caſ. mor. c.* 42. Sic dicens: [El penitente eſtà obligado dentro de un año à cumplir la penitencia admitida en la confeſſion, commençandoſe à contar eſte año deſde el dia de la confeſſion, y dentro del ſe puede bolver à confeſſar quando quiſiere, aunque no aya cumplido la penitencia, y eſto es muy cierto, aunque Medina en ſu Suma *lib.* 2. *c.* 7. dize que el hombre que ſe confieſſa, no aviendo cūplido la penitencia impueſta por pecado mortal, pcca mortalmente, y la razon con que pruevan los Doctores que dentro de un año ay obligacion de cūplir la penitencia, es porque por el miſmo caſo que la Igleſia a pueſto precepto de confeſſar una vez en cada año, ſe infiere de aqui, que dando un año de plazo, y termino para confeſſarſe dà tambien para cumplir la penitencia, que mana de la confeſſion.] Sic ille, & rurſus, hic citato, Diana

p.16.

*p.*10.*tract.*12.*reſol.*42.& Martinus à Sancto Ioſeph, & Eſcobar apud ipſum.

QVÆSTIO XC.

An poſſit pænitens injunctam ſibi pænitentiam per alium implere, ſaltem ex licentia, & voluntate Confeſſary?

NEgant Ledeſma 2.*part.*4.*q.*14.*art.*4. Vaſquez *q.*94.*art.*2.*dub.*4.Ægid.*diſp.*10.*dub.*8.Ochagavia *q.*10.& G.Hurtado *diſp.*14.*diff.*5. Nuñus *q.*14. *in art.*2. Luyſ.Turrian.*diſp.*36.*dub.*3.& Lugu *diſp.* 25.*n.*82. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe cum licentia confeſſoris, quia benè poteſt profectò confeſſor injungere pœnitenti jejunium v.g. faciendum per ſe ipſum, vel per alium: ergo ſatisfacit præcepto confeſſoris, ſi per alium jejunium præſtet. Sic D.Thomas *diſt.*20.*q.*1.*art.*2.*q.*3.Palud.*q.*3.*art.*1. Sylveſt. *v.ſatisfactio,q.*3.Cajet.*eo ver.n.*2. Sotus *diſt.*19.*quæſt.*2. *art.*4. Armilla *v.ſatisfactio, n.*6. Lublinus *eo v. n.*5. Henriquez *lib.*5.*c.*21. Suarez *diſp.*38.*ſect.*9. Fagundez *præc.*2.*lib.*9.*c.*4.*n.*12. Granado *tract.*12.*diſp.*7. *n.*2.& 3. Reginald. *lib.*7.*c.*7. Bonacina *diſp.*5. *q.*5. *ſect.*3.*punct.*4. *n.*11. Moure §.7.*tit. n.*8. Philipp. de la Cruz *in Theſauro Eccleſ.tract.*1. §.1. *n.*4. *fol.*5. F. Thoma à Ieſu *in Tribun.Conf.dub.*6.& 7.*pag.*211.*v. ſatisfactio*, *n.*11. Diana 4.*part. tract.*4. *reſol.* 241. Tannerus, & Mercerus apud ipſum, Candidus etiam *diſq.*24. *art.*30. *dubit.*12.

QVÆSTIO XCI.

An qui pænitentiam per ſeipſum nequit implere, poſſit abſque expreſſa licentia confeſſoris alteri eam committere, & per illum ſatisfacere?

NEgant à fortiori Doctores pro contraria ſententia *citati*, præcipuè Lugo *diſp.* 25. *n.*82. & 86. & ex noſtra Bonacina *loc.cit.n.*12. & Lublinus.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, & illam alteri committere, & per illum ſatisfacere, quia licèt obligatio pœnitentiæ ſit perſonalis, ex voluntate tamen confeſſoris (quam implicitam, interpretativam, & virtualem in hoc caſu adeſſe, affirmant Armilla ex Cajet.*v.ſatisfactio*, *n.*6.Fagund.*loc.cit. n.*21. & Reginald.*n.*81.) id fieri poſſe nuper diximus. Prædicta tamen intellige de pœnitentia ſatisfactoria pro peccatis præteritis, non verò de medicinali pro peccatis vitandis, juxta dicta, & dicenda infra *diſp.de indulg.* Sic S.Thom.4.*contra gent. c.*55. Armilla, Cajet. & Sylveſt. *loc. cit.* Victor. *q.* 200. Vivald. *de ſatisfact. n.*10.Layman *c.*15. *cit. n.*10. Sic etiam Palud. *diſt.* 20.*q.*3.D.Anton.3.*part.tit.*14.*c.*20.§.1.& Altiſſiodor. *lib.*4.*tract.*6.*q.*3. quatenus docet, id fieri abſolutè à pœnitente, etiam propria authoritate poſſe, ſaltem quando ſubeſt rationabilis cauſa, ut impotentiæ, vel melioris occupationis.

QVÆSTIO XCII.

An Confeſſarius poſt datam pænitentiam poſſit declarare, ſuam mentem fuiſſe, poſſe pænitentem illam per alium implere?

NEgat Fagund.*loc.cit.n.*13.niſi in caſu quo confeſſarius ita à principio intellexerit, & non declaravit.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe abſolutè declarare, eſſe ſuam voluntatem, ut per alium ſatisfaciat (& hoc extra confeſſionem) etiamſi à principio, quando pœnitentiam impoſuit, non ita intellexerit. Primò, quia tunc pœnitens jam verè ſatisfaciet per alium cum conſenſu confeſſoris, qui talem pœnitentiam impoſuit. Secundò, quia mutatio ſententiæ quoad perſonam ſatisfactricem poteſt fieri à quocumque judice: ergo meliori jure ab eodem. Poterit ergo confeſſor declarare pœnitenti ſuam voluntatem eſſe, ut per alium pœnitentiam adimplere poſſit, etiam in caſu, in quo à principio nec ita intellexerit, aut voluerit. Sic Armilla *loc.cit.* quatenus docet, poſſe pœnitentem per alium ſatisfacere, & pœnitentiam implere cum conſenſu confeſſoris, qui impoſuit, vel alterius. Sic etiam Diana 1.*part.tract.*4.*reſol.*24. & alij.

QVÆSTIO XCIII.

An qui oblitus eſt pænitentiæ injunctæ, an illam complere contempſerit, teneatur eadem peccata iterum confiteri, ad ſuſcipiendam novam pænitentiam?

AFfirmant Angel.*v.confeſſ.n.*13. Sylveſt. *v.confeſſ.*1.*q.*3.& 25.*fine*, Ricard.*in* 4.*diſt.*18.*art.*2. *q.*8.*ad* 4.Palud.*diſt.*17.*q.*5.*art.*3. D. Anton. 3.*part. tit.*14.*c.*19.§.19. Fabius *in ſuo ſcrutin.Sacerdot. part.* 2.*tract.*3.*fol.*66. Frias *in ſua Sum.fol.mihi* 7.§.*Tertio loco*, Bonacina *diſp.*5.*q.*5.*ſect.*3.*punct.*3.*n.*8.& 10.qui citat pro ſua ſententia Suarium *diſp.*38.*ſect.*10. Vaſquium *q.*94.*art.*2.*dub.*3.Ægidium *diſp.* 10. *dub.*10. *n.*101.Nuñum *q.*13.*art.*2.*dub.*3.Sed non benè, cum expreſsè contrarium omnino doceant *locis* ſtatim *citand.* nam *citati* à Bonacina ſolùm dicunt, confeſſionem repetendam eſſe quoties pœnitentia permutanda eſt. De quo etiam *infrà*. Vnde

Probabiliùs longè reſpondeo, non teneri pœnitentem omnia, aut aliqua peccata reconfiteri, etiamſi ex negligentia oblitus fuerit pœnitentiæ injunctæ, aut omiſerit illam per contemptum, etiam expreſſum. Sed ſufficere ei, ſi peccatum negligentiæ fateatur. Quia (ut *ſuprà q.*2. eſt habitum) pœnitentia non eſt pars eſſentialis Sacramenti, ſed integralis tantùm: ergo abſque illa Sacramentum ſubſiſter: ad quid ergo iterandum, ſi fuit validum? Sic S.Thomas *quodlibet.*1.*art.*2.& *in* 4.*diſt.*16.*q.*3.*art.*3.*q.*5. *ad* 3. Navarr.*c.*9. *n.*17. Cajet.*v. confeſſ.iteratio.* Petrus Soto *lect.*2.*de ſatisfact. pag. mihi* 200. *verſ.tertia propoſit.* Dom.Soto *diſt.*29.*q.*2. *art.*2. Victoria *q.* 167. *alias* 168.Lublinus *v.pænitentia,n.*27. Suarez *tom.*7. *diſp.* 22.*ſect.*7.*n.*5.*pag.mihi* 541.Vaſquez *q.*94.*art.*2.*dub.* 4.*pag.mihi* 457.Ægidius *diſp.*10.*dub.*9.*n.*86.*pag.mihi* 519. Vivald. *de Confeſſ.n.*17.qui tamen malè citat Armillam pro oppoſita ſententia; docet enim noſtram *v.confeſſ.n.*10. Sancius *in ſelect. diſp.*15. *n.*14. Hurtado *diſp.*14.*diff.*11.Moure §.7.*cit. n.*14. Diana 4.*part.tract.*4.*reſol.*241.& Turrianus *diſp.*36.*dub.*4. Filliucius *tract.*7.*c.*4.*n.*97.Layman *c.*15.*cit.in fine*,& Lugo *diſp.*15.*n.*87.*pag.*589.Candidus *diſq.* 24. *art.* 32.*dub.* 5. & apud illum Beja. Sic etiam Boſſius *de jubil.ſect.*1. *caſu* 16.*n.*25.ubi ait in eo caſu, liberum eſſe pœnitentem à præcepto, & obligatione pœnitentiam implendi, ſicut eſt liber ille, qui poſt eandem pœnitentiam acceptatam efficitur impotens ad illam implendam. Sic etiam ſentiunt Palaus *tom.*4.*tract.*23. *punct.*21.§.*ultimo*, *n.*18. & Baunius *tract.*4.*de pænit. quæſt.*14.*pag.*206.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XCIV.

An pœnitens oblitus pœnitentiæ, teneatur de illa Confeſſarium interrogare?

NEgativam partem videntur ſequi Suarez, Moure, & nonnulli alij *citati*, quatenus dicunt: in caſu propoſito ſolùm remanere obligationem confitendi culpam (ſi quæ fuit) oblivionis.

Sed oppoſitum reſpondeo, & dico, teneri pœnitentem, ſi oblivio fortè incidiſſet ſtatim poſt datam pœnitentiam, & credere ſacerdotem adhuc ejus eſſe memorem. Nam tunc ſi commodè poſſet, ab eo petere quid injunxiſſet, præſertim ſi pœnitentia eſſet gravis, teneretur. Quia de lege lata inquirere adſtringimur, quando latam eſſe cognoſcimus, ut bene Sancius *loc. cit. n.* 52. Ægid. *diſp.* 10. *dub.* 9. *n.* 86. & ex illo Diana 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 141. Lugo, & Candidus *loc. cit.* Boſſius *loc. cit. n.* 25. ſic dicens, ſi pœnitens credat primum confeſſarium adhuc eſſe memorem primæ pœnitentiæ, cujus ipſe eſt oblitus, tunc ut ſatisfaceret integritati Sacramenti, & præcepto implendi injunctam pœnitentiam, tenetur ipſum adire, quia tunc poteſt complere integritatem Sacramenti, ac proinde tenetur. Sic ille, necnon Paulus, & Bauny *loc. cit.* & Nuñus *tom.* 2. *in* 3. *p. q.* 18. *art.* 3.

QVÆSTIO XCV.

An ſi in caſu propoſito Confeſſarius non reminiſcatur pœnitentiæ à ſe impoſitæ, poſſit aliam ad arbitrium injungere pœnitenti extra Confeſſionem?

NEgat Sancius *in ſelectis diſp.* 25. *n.* 12. qui citat pro hac parte Ægidium *loc. cit.* ubi nihil de hac quæſt. agit. Negat tamen cum ipſo G. Hurtado *diſp.* 14. *diff.* 10.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe, præcipuè ſi intra breve tempus (veluti intra octo, aut decem dies) recurrat pœnitens ad confeſſarium, quia moraliter idem judicium cenſetur. Sic Henriquez, Valerus, & Pharao, quos citat, & ſequitur Boſſius *de jubil. ſect.* 1. *caſu* 19. *n.* 25. & 30. Sotus *diſt.* 20. *q.* 2. *art.* 3. Ledeſma *ſecunda* 4. *q.* 20. *art.* 4. Vivald. *de ſatisfact. num. mihi* 37. addens hoc eſſe verum etiamſi plures dies tranſierint (de quo adhuc *infrà*.) Tenent etiam Fagundez *prac.* 2. *lib.* 9. *c.* 4. *n.* 17. Filliuc. *tract.* 8. *num.* 49. & Layman. *dicto c.* 15. *n.* 16. caſu quo intra breve tempus recurſus fiat: negant verò, ſi aliquod intervallum temporis intercedat, Diana 2. *part. tract.* 15. *reſol.* 53. Valerus, Henriquez, & alij apud ipſum. Sic etiam Ioan. Henriquez *in ſuo compend. c.* 42. *num.* 9. per hæc verba: [Si el penitente eſtà olvidado de la penitencia, que ſe le diò en la confeſſion, de ſuerte que ni el, ni el confeſſor ſe acuerdan della, no ay obligacion de recibir otra penitencia en lugar de la olvidada, pero ſi el olvido ſucediò poco tiempo deſpues de la confeſſion, quando el confeſſor ſe acuerda de la conciencia del penitente, le deve dar otra penitencia.] Sic ille.

QVÆSTIO XCVI.

An ſi pœnitens non poſſit recurrere ad eundem confeſſarium, teneatur recurrere ad alium, ut ſibi aliam pœnitentiam imponat?

NEgabunt Sancius *loc. cit.* Suarez, Vaſquez, & alij quamplures ſtatim *citandi*, quia exiſtimant, nec eundemmet confeſſorem poſſe extra confeſſionem aliam pœnitentiam injungere.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe; non tamen teneri. Primum probant optimè Cajet. *v. confeſſ. iteratio*, & Armilla *v. confeſſio, n.* 10. & *infrà* à nobis probabitur. Secundùm nunc ſic probo; quia pœnitens oblitus pœnitentiæ, remanet impotens ad implendam illam: ergo ab ejus impletione omnino excuſatur. Sic Ægid. *loc. cit. n.* 86. Suarez *diſp.* 38. *ſect.* 10. Sotus *diſt.* 20. *art.* 3. *q.* 1. & idem debent docere Sancius *diſp.* 14. *n.* 20. & omnes alij Doctores aſſerentes poſſe pœnitentem per ſeipſum pœnitentiam commutare, aut per alia opera pia ſatisfacere, de quo ſuprà *q.* 82. & infrà *q.* 105. & clarè tenet Binsfeld. *in Enchirid.* 1. *part. c.* 13. § 7. per hæc verba: *Quid remedy, ſi pœnitens pœnitentiæ obliviſcatur?* Duo reſtant remedia. Primum, ut ſuo, vel confeſſarij judicio tantam agat pœnitentiam, quantam probabiliter exiſtimat impoſitam fuiſſe pro peccatis præteritis. Secundum, ut ſervet pœnam in alia vita ſolvendam in purgatorio, vel in inferno, vel in hac vita expleat operibus ſatisfactoriis, & indulgentiis. Sic ille.

QVÆSTIO XCVII.

An æqualis confeſſarius poſſit commutare pœnitentiam ab alio æquali confeſſario juſte injunctam?

NEgant Sotus *in* 4. *diſt.* 20. *q.* 2. *art.* 3. Ledeſma *tom.* 1. *de pœnit. tract. de pœnit. c.* 23 *concl.* 8. *dub.* 2. Nuñus *tom.* 2 *q.* 13. *dub.* 4. Vaſquez *q.* 94. *art.* 5. *dub.* 3. *n.* 8. Victoria *tract. de clavibus, num.* 323. *aliàs* 324. (Quamvis oppoſitum videatur dicere *num.* 211.) Sancius *diſp.* 14. *n.* 19. qui ita huic ſententiæ adhæret, ut dicat, nec adhuc ſuperiorem (v. g. Epiſcopum) poſſe pœnitentiam à confeſſario inferiore impoſitam mutare. Negant etiam Ludovicus de S. Iuan *q.* 50. *art.* 5. *dub.* 2 *fol.* 540. & Vega *in ſpeculo curat.* 1. *tom. c.* 11. *n.* 412. Ratio eorum eſt, quia par in parem non habet poteſtatem; *cap. placuit, de pœnit. dub.* 6. at haberet æqualis Confeſſarius in alium æqualem poteſtatem, ſi pœnitentiam ab ipſo impoſitam commutare poſſet: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe quemcunque confeſſarium, non ſolùm æqualem, verùm etiam inferiorem mutare, vel minuere pœnitentiam à quocumque alio confeſſario, etiam à ſuperiore, pro peccatis ſaltem non reſervatis (de his enim *infrà*) impoſitam. Ratio eſt, quia ſecundus confeſſarius, etiam inferior in dignitate, æqualem habet poteſtatem ad ſolvendum, & ligandum, quam primus, etiamſi ſit ſuperior in dignitate: ſed primus poteſt mutare, & mitigare pœnitentiam à ſe datam, ut docent omnes Doctores apud Boſſium *de Iubileo ſect.* 5. *caſu* 29. *n.* 2: ergo & ſecundus. Sic Navar. *c.* 26. *n.* 22. M. de Ledeſma 2. *part.* 4. *q.* 20. *art.* 4. Sylveſt. *v. confeſſio* 5. *q.* 27. Roſella *confeſſio* 2. *n.* 51. Lublinus *v. Satisfactio, n.* 4. Ioan. de la Cruz *part.* 2. *de pœnit. q.* 4. *dub.* 4. *concl.* 1. *fine*, Diana 2. *part. tract.* 15. *reſol.* 53. Hurtado *diſp.* 14. *diff.* 10. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 9. *c.* 4. *num.* 55. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 15. *num.* 14. Lavorius *de Iubileo part.* 2. *c.* 5. *num.* 45. Beja *part.* 3. *caſu* 1. *dub.* 5. Valerus *verb. juriſdictio, diff.* 1. *n.* 5. Granados *tract.* 12. *diſp.* 8. *n.* 3. Thomas à Ieſu *in Tribun. conſc. de ſatisfact. c.* 1. *dub.* 5. *pag.* 210. Suar. *diſp.* 38. *ſect.* 10. Valentia *q.* 4. *punct. ult.* & ut probabilem ſententiam defendit Luyſius *diſp.* 35. *dub.* 5. & Sà *v. ſatisfactio, n.* 5. qui malè citatur à Sancio *loc. cit. n.* 55. pro oppoſita ſententia. Lugo *diſp.* 25. *n.* 101. & Candidus *art.* 32. *n.* 2. *pag.* 99. Bonacina *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 3. *punct.* 3. *n.* 1. 2. & *ſequent.* Boſſius *loc. cit. n.* 5. 6. & 7. addens non ſolùm poſſe ſecundum confeſſarium mutare, & mitigare pœnitentiam priorem, ſed etiam interdum omnino

Digitized by Google

omninò auferre,& leviſſimam,aut nullam imponere, ut ſi pœnitens accedat multò magis contritus,& aliis viis,v.g.lucrando indulgentiam,ſatisfeciſſe intelligatur. Sic ipſe,& Palaus *tom.4.tract.23.punct.11.§.ultimo, à n.2.* Ad argumentum autem contrariorum neganda eſt minor, quia Confeſſarius ſecundus nihil habet quod agat in priorem confeſſarium,ſed in pœnitentem,ad cujus bonum pertinet,quod pœnitentia data commutetur.

QVÆSTIO XCVIII.

An ſecundus confeſſor poſſit mutare,vel minuere pænitentiam iniunctam pro peccatis reſervatis, ſi ipſe non habeat poteſtatem abſolvendi à reſervatis?

NEgant Suarez *diſp.38.ſect.10.n.14.* Navar.*c.26.n.22.* Lugo *diſp.26.n.105.* G. Hurtado *diff.10. cit.* Fagundez *lib.9.cit.c.4.n.18.* Molfeſ. Filliuc. Megala, Malderus, Lavorius,Layman, Nuñus, Beja,& alij quamplures apud ipſos, & apud Bonacinam, & Dianam,& Boſſium *locis* ſtatim *citandis*.Ratio eorum eſt, quia pœnitens manet aſtrictus ſuperioris præcepto ad pœnitentiam exequendam: at inferior nequit in Superioris præcepto diſpenſare: ergo non poteſt pœnitentiam ab eo injunctam commutare.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe,quia per abſolutionem caſuum reſervatorum,jam peccata illa non manent reſervata:ergo nec jam remanebit reſervata pœnitentia pro illis impoſita: ergo quicumque ſit confeſſor, poterit illam commutare. Sic Vaſquez *q.94.art.2.dub.3. num.9.* Zerola *in praxi, de pœnit. c.15.q.10. §.dico 2.* Sylveſter *Confeſſio 1.q.27.n.31.* Henriquez *lib.5. c.22.n.1.* Candidus *art. 32. dub.1. pag.100.* Diana *1.part. tract.15. reſol. 53.* & apud ipſum Moure, & Valerus. Boſſius *de jubil.ſect.1. caſu 19.n.10 pag.mihi 103.* Bonacina *diſp. 5.q.5.ſect. 3. punct. 3. n. 6.* qui tamen malè citat Emanuelem Sà pro oppoſita ſententia,cum potiùs inclinet in noſtram *v.ſatisfactio, n.5.* Citat etiam Valentiam pro utraque ſententia, cùm noſtram tantum doceat *tom.4.diſp.7. q.14. punct.4. in fine*, & id eſſe probabile ſatis ſentiunt Sancius *in ſelectis diſp.14. num.13.* & Luyſius *diſp.35. dub 5.* licet probabilius contrarium. Imò & Navarr. citatur pro hac ſententia à Suario *loc. cit. n.13.* Sed certè clariùs docet oppoſitum. Tenet etiam noſtram ſententiam Palaus *loc.cit n.7.* Qui ad argumentum contrariorum optimè reſpondet dicendo, in noſtro caſu non diſpenſare inferiorem in præcepto ſuperioris, quia peccata non reſervantur ut pœnitens neceſſariò ſequatur judicium ſuperioris de pœnitentia injuncta, quin poſſit alium adire, ſed ideò reſervantur,ut ſe ſiſtat ſuperioris judicio pro abſolutione impetranda, ab eóque monita ſalutis accipiat. Sic Palaus. Et ſic Baunius *tract.4. cit.quæſt. 16. dicto 1.*

QVÆSTIO XCIX.

An ſimplex Sacerdos poſſit mutare pænitentiam injunctam pro peccatis mortalibus jam confeſſis Confeſſori habenti juriſdictionem?

NEgant Doctores pro prima ſententia *quæſt. præcedenti citati*, præcipuè Suarez, & Luyſius, qui dicunt nullum authorem oppoſitum aſſerere.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe, propter ſimilem rationem, quia ſicut per primam abſolutionem reſervatorum aufertur reſervatio,ita ut quilibet Sacerdos poſſit eorum pœnitentiam commutare. Sic ſimiliter poſtquam quis confeſſus eſt mortalia,jam manent materia, de qua ſimplex Sacerdos poteſt cognoſcere, & mutare, vel minuere pœnitentiam. Sic Sancius *diſp.14.cit.num.13.* dicens, quod id aſſerere debeant omnes, qui affirmant poſſe inferiorem mutare pœnitentiam pro reſervatis injunctam, & idem fatetur Luyſius *loc. cit.* Cum Sancio tenet Diana *3. part. tract.4. reſol.53.*

QVÆSTIO C.

An etiam ſecundus Confeſſarius poſſit commutare pænitentiam, non audita priori confeſſione eorundem peccatorum?

NEgant Sylveſt.*Confeſſ.1.q.27.* Roſella *Confeſſ.2. n.11.* Suarez *diſp.38.ſect.10.n.4.8.& 9.* Vaſquez *q.94.art.2.dub.3.n.7.* Ægid.*diſp.10.n.101.* Fagund. *lib.9.cit.c.4.n.15.& 17.& 22.* Hurtado *diſp.14.diff. 10.fine*, Sancius *in ſelect.diſp.14.num.7.*& alij quamplures apud ipſum, & apud Dianam *loc. cit.* Lugo etiam *diſp.25.n. 107. & ſeqq.* Bonacina ex parte *de Sacram. diſp.5. q.5.ſect.3. punct.3.num.9.* Candidus *diſq.24 art. 32. dub.4.* & alij, quos ſequitur Palaus *loc.cit.n.13.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe quemcunque confeſſarium non audita priori confeſſione eorumdem peccatorum, pœnitentias commutare, vel minuere, prout magis expedire judicaverit ſaluti pœnitentis. Quia contrarium eſſet nimis grave onus, tam confeſſariis,quàm pœnitentibus. Adde quod ſi pœnitens teneretur reconfiteri, id eſſet,ut confeſſori conſtaret quantitas, & qualitas pœnitentiæ permutandæ,at ei hæc poſſunt conſtare,abſque eo quod pœnitens reconfiteatur, cum illa in memoria habeat: ergo. Sic Navarr.*c.26.n.21.& 2.tom.conſi.lib.5. conſi.26.* Valentia *diſp.7.q.14. punct.4.* Sà *v.ſatisfactio, n.5.* Vivald.*de ſatisf.n.mihi 37.* Cotiolan. *1.p. ſect.2. art.21.n.2.pag.mihi 232.* Villalob. *tract. 9. diff.76. n.5.* Diana *3.p.tract.15. reſol.53.* Granado *tract. 12. diſp.8. n. 5.* qui citat pro contraria ſententia Valentiam, ſed malè, quia hanc noſtram docet *loco citato*, & Henriquez *lib.2.de pœnit.cap.22.n.1.* Valerus *ver. juriſdictio,diff.1. n.8.* Zerola, Beja, Victoria,Medina, Rodriguez,& alij, quos citat & ſequitur Boſſius *loc. cit. n.23. pag. mihi 105.* Vnde immeritò dixit Pater Vaſquez, hanc noſtram ſententiam nil habere probabilitatis, habet enim, ut conſtat, tenet,& probat bene Baunius *tract.4. cit.quæſt.16.*

QVÆSTIO CI.

An ſaltem dicta commutatio facienda ſit in Sacramentali confeſſione, an verò poſſit fieri extra?

NEgant poſſe commutari pœnitentiam extra Sacramentalem confeſſionem, ſed debere fieri in illa,aut proximè circa illam, omnes Authores nuper pro contraria ſententia *citati*, & Luyſ. Turrian.*diſp. 35.dub.5.* Boſſius *loc.cit.n.31.* Layman *lib.5. tract.4. c.15. n.16.* Valerus,& alij apud ipſos, Bonac. *diſp.5. q.5.ſect.3. punct.4. num. 7.* & apud ipſum Reginaldus, Beja,& Nuñus, Filliucius,& alij,& etiam Diana *2.p.tract.15.reſol.etiam 53.*& noviſſimè contra me *p.9.tract.9.reſol.54.& p.10.tr.12.reſol.43.* ubi cum aliis limitat ſuam ſententiam, dicens non intelligi loquendo de eodem confeſſario,quia hic (inquit) poterit commutare extra confeſſionem, ſi ad plurimum intra hebdomadam pœnitens redeat. Negant etiam Granado *lib.8. cit. n. 1.& 6.* Lugo *diſp.25. n. 110.* dicens contrarium omni ſpecie probabilitatis carere.

Trullench

Trullench *de Sacram. lib. 4. c. 6. dub. 3. num. 9.* Amicus *tom. 8. diſp. 16. ſect. 4. num. 47.* Palaus *tom. 4. tract. 23. punct. 21. §. vlt. num. 9.* & Bauny *loc. cit.*

Sed probabiliter æquè, reſpondeo: poſſe commutari, etiam extra. Primò, quia primus confeſſor poteſt mutare pœnitentiam extra confeſſionem, vt Suarez, Lugo, Boſſius, Diana, Hurtado, Ægid. & alij fatentur: ergo etiam poterit alius. Secundò, quia pœnitens ipſe poteſt authoritate propria commutare pœnitentiam ſibi iniunctam in opus æquale, aut ſaltem in euidenter melius, vt Diana, & Bonacina concedunt, iuxta dicta *q. 83.* & dicenda *q. ſequenti*, (& abſolutè dicunt eſſe ſatis probabile *vbi ſuprà*) ergo meliori iure poterit confeſſor. Sic expreſſè Valentia *tom. 4. diſput. 7. quæſt. 14. punct. 4.* Victorellus *in notis ad Emanuelem Sà, num. 5.* Citant etiam pro hac ſententia, Suarez Bonacina, Fagundez, & Sancius Doctiſſimum Nauarr. *in Sum. c. 26. n. 22. & lib. 5. conſil. de Pænit. & remiſſ. conſil. 26.* Citant etiam Emmanuelem Rodrig *in Sum. 1. p. cap. 113. n. 8. & in add. ad Bullam, §. 9. n. 102. pag. mihi 204.* (vt ſic vbi id docuerit Rodrig. inuenire Diana poſſit,) & Emmanuelem Sà *v. ſatisfactio, n. 5.* Sed ex iis nullus clarè noſtram reſponſionem ſequitur, cùm omnes tantùm affirment, non eſſe neceſſariam iterationem Confeſſionis peccatorum, ſuper quibus data fuit pœnitentia, cuius commutatio poſtulatur, vt bene notarunt Diana & Boſſius *loc. cit.* Tenet tamen clarè Coriolanus *1. part. ſect. 12. art. 21. pag. mihi 133.* vbi docet, ſat eſſe pœnitenti propalare pœnitentiam acceptatam, nedum ſatisfactam, & cauſas, ob quas cogitur illam non exequi, & in aliam permutare. Tenet etiã Chapeauilla *de caſib. reſeruat. cap. 12. in fine*, Martin. de S. Ioſeph *tom. 1. lib. 1. tract. 27. de pænit. num. 20.* & dicit eſſe probabile Diana *p. 10. loc. cit.*

Qvæstio CII.

An pœnitens poſſit propria authoritate pœnitentiam ſibi iniunctam, in æquale, aut in melius commutare?

NEgant Henriquez *lib. 5. de pænit. cap. 20. num. 5.* Sanchez *in ſum. tom. 1. lib. 4. c. 11. num. 36.* Reginald. *lib. 7. cap. 8. num. 85.* Ægidius *diſp. 10. n. 103.* Ochagau. *de ſatisfact. q. 12. n. 1.* Lugo *diſp. 25. n. 95.* Candid. *art. 32. cit. dubit. 5.* Bonacin. *diſp. 5. q. 5. ſect. 3. punct. 3. n. 11.* Sancius *diſp. 14. n. 3. & 22. & diſp. 15. n. 6.* vbi falſam appellat ſententiam oppoſitam. Diana *2. p. tract. 15. reſol. 53. & 3. part. tract. 4. reſol. 53. in fine, & 5. p. tract. 14. reſol. 73.* Luyſ. Turrian. *in ſuis Select. part. 2. diſp. 31. dub. 62.* vbi ſententiam contrariam, omnino improbabilem, contra communem ſeoſum Doctorum, temerariam, & non tutam in praxi appellat. Sed hic Doctor in cenſurandis ſententiis maximus eſt, ideoque de illius cenſura parum curandum. Negant deinde Palaus *loc. cit. num. 10.* & Baunius *tract. 4. de pænit. q. 15.* quia (inquit) pœnitens ad hanc commutationem faciendam omnino caret iuriſdictione, cum ſe iuſta pœna non poſſit plectere per ſententiam: ergo.

Vnde certè, probabiliter æquè reſpondeo: poſſe pœnitentem pœnitentiam ſibi iniunctam commutare in aliud opus, ſaltem euidenter melius. Primò, quia pœnitens authoritate propria poteſt commutare ſuum votum in opus euidenter melius, vt conceduntur ipſimet contrarij, præcipuè vterque Sancius, Henriq. Bonac. & alij apud ipſos: ergo & pœnitentiam ſibi iniunctam, ſaltem ex voluntate interpretatiua confeſſoris. Secundò, quia vt Nuñus *q. 18. art. 4. dub. vlt.* & Binsfeld. *1. part. ſuæ ſum. de Pænit. c. 13. §. 7.* concedunt, in caſu quo pœnitens obliuiſcatur pœnitentiæ iniunctæ, & non poſſit adire primum Confeſſarium, poteſt adimplere pœnitentiam ſecundùm proprium arbitrium, conſiderando peccata confeſſa, & ſatisfactionem, quæ communiter ſolet adiungi pro ſimilibus peccatis: ergo poteſt commutare illam. Sic Villalob. *tom. 1. tr. 9. diff. 79. num. 1.* Portel. *in addit. ad dub. regul. verb. Pænitent. Sacr. n. 6.* Cœleſtinus *in Compendio Theolog. moral. tract. 1. cap. 24. n. 8.* Imò & Diana *loc. cit. in principio*, hanc ſequitur partem, licèt in fine aliam probabiliorem dicat. Ad argumentum contrariorum dicendum eſt, quod pœnitens faciat dictam commutationem ex conſenſu tacito Confeſſarij, quod ſufficit.

Qvæstio CIII.

An facta commutatione pœnitentiæ, poſſit pœnitens eligere quam voluerit, primam, aut ſecundam?

NEgabunt Authores qui negant, acceptata legitima commutatione voti in rem æqoalem, aut ſaltem meliorem, eſſe licitum vouenti ad priorem materiam, omiſſa ſubrogata, redire, vt refert Sanchez *in ſum. lib. 4. cap. 55. num. 24.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo, licitè poſſe, qoia commutatio pœnitentiæ fit in fauorem pœnitentis, qui bene poteſt cedere iori, & fauori ſuo. Sic Suarez *tom. 4. diſp. 38. ſect. 10. n. 7. fine*, Reginald. *lib. 7. n. 89.* Bonacina *diſp. 5. q. 1. ſect. 3. punct. 3. n. 31.* Sanchez *loc. cit.* & Candid. *loc. cit. dub. 6. pag. 101.* & communis.

Qvæstio CIV.

An Confeſſarius teneatur commutare pœnitentiam à ſe, vel alio iniunctam, ſi id à pœnitente ſupplice petatur?

NEgant Sancius *in ſelect. diſp. 14. n. 17.* & ex illo Diana *3. part. tr. 4. reſol. 53.* Niſi io caſu quo periculum fractionis pœnitentiæ abſit in pœnitente, vel maxima afflictio, & anguſtia cordis.

Sed probabiliùs reſpondeo, teneri. Primò, quia confeſſarius tenetur vota pœnitentis commutare, ſi ex iuſta cauſa id ab ipſo requiſitus ſit, vt docent Sanch. *lib. 4. ſum. c. 54. n. 12.* & apud ipſum Aragon, Viuald. Stunica, & Sayrus: ergo & pœnitentiam. Secundò, quia quando ex iuſta cauſa pœnitens commutationem petit, regulariter loquendo vel adeſt periculum fractionis pœnitentiæ, vel anguſtia in corde pœnitentis: ergo.

Qvæstio CV.

An Confeſſarius poſſit commutare pœnitentiam præſeruatiuam ab alio Confeſſore iniunctam?

NEgant Zerola, Reginald. & Suarez apud Bonacinam *diſp. 5. q. 5. ſect. 3. punct. 3. n. 5.* & Henriquez (apud Boſſium) *lib. 5. c. 22. n. 6.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe quidem commutare illam in aliam pœnitentiam præſeruatiuam, ſecus verò in aliam. Prima pars probatur, quia cõfeſſor poteſt commutare pœnitentiam iam non præſeruatiuam, in aliam non præſeruatiuam: ergo etiam præſeruatiuam in aliam præſeruatiuam. Secunda etiam conſtat, quia pœnitentia præſeruatiua imponitur pœnitenti, vt ipſe retrahatur, & præſeruetur à peccatis: ergo nequit confeſſarius in aliam, quæ non ſit retractiua ab eiſdem peccatis, commutare. Sic Bonac. *loc. cit.* Diana *3. p. tr. 4. reſ. 137.* qui bene aduertit, Doctores citatos à Bonacina pro oppoſita ſententia nullo modo illam docere. Sic etiam Lugo *diſp. 25. in fine.*

Boſſius *de iubil.ſect.* 1.*caſu* 19.*num.* 31. Valerus *verb. Index,differ.* 13.*n.* 5.*in fine*, & alij.

QVÆSTIO CVI.

An pœnitentia à Confeſſore iniungenda ſit determinata?

AFfirmant Hoſtienſ. *in Sum.de pœnit. & remiſ.* §. *Quæ pœna*, Palud. *in* 4.*q.*20. D.Anton. 3.*part. tit.*27.*c.*10.& alij apud Nauarrum *in c.Falſas,de pœnit.diſt.*5.*n.*2. *&* 14. *& in Man.c.*26.*n.*17. & apud Viualdum *de ſatisfact. n.*24. quia exiſtimant, pro quolibet peccato mortali eſſe imponendam pœnitentiam ſeptem annorum,juxta Canones pœnitentiales. Quam ſententiam eſſe probabilem, imò & communem,affirmant Nauar.& Viuald.*loc.cit.*

Sed longè veriùs,& probabiliùs reſpondeo,pœnitentiam à confeſſore iniungendam non eſſe determinatam: ſed eius quantitatem, & qualitatem nunc & ſemper relictam eſſe,& fuiſſe ad arbitrium prudentis Confeſſarij,quod conſtat.Primò quia ſic habetur expreſsè *in c.Menſuram,de pœnit.diſt.*1.*& cap. Deus,de pœnit. & remiſſ.& c.omnis vtriuſque ſexus*, & in Trident. *ſeſſ.*14.*c.*8.*&* 9. Secundò, quia nullibi in iure determinatur, quænam pœnitentia ſit à confeſſario imponenda: ergo relinquitur eius arbitrio. Antecedens probatur; nam Canones pœnitentiales, quos contrarij pro ſe adducunt, tantùm intelliguntur pro foro Eccleſiaſtico exteriori, non pro Sacramentali. Sic D.Thomas *in add.q.*18.*art.*4. Navar.& Vivald. *loc.cit.* Sotus *diſt.*20. *q.*2. *art.*3.Fagundez *lib.*9. *cit. cap.*5.*n.*1. Diana 3.*part.tract.*4. *reſol.*97. Bonacina *loc.cit.num.*15. Coriolan. 1.*p.ſect.*2.*art.*1. *pag.*130. & Filliuc.*tract.*8. *c.*2. *n.*40.

QVÆSTIO CVII.

An quantitas pœnitentiæ ita ſit relicta in arbitrio Confeſſoris, vt pro magnis peccatis leviſsimam, & pro levibus graviſsimam iniungere poſsit pœnitentiam?

REſpondeo,quod non,quia licèt relicta ſit in eius voluntaria poteſtate, hoc tamen eſt cum conſideratione gravitatis criminum, diſpoſitionis pœnitentis, aliarumque circumſtantiarum delictorum, & temporis. Vnde ſi graviſſimam pœnitentiam iniungeret pro levibus peccatis,injuriam faceret pœnitenti: & ſi pro graviſſimis, leuem, injuriam irrogaret Sacramento. Et ratio eſt,quia confeſſarius eſt iudex: ergo æqualitatem debet obſervare in imponenda pœnitentia. Sic Authores *citati*,& communis. Vnde licèt pœnitentiæ arbitrariæ ſint, & dicantur, non ideo eſt, quia Sacerdos poſſit eas ſecundùm arbitrium,& pro libito ſuo imponere:ſed quoniam arbitrari eas debet iuxta Dei regulas, atque habita circunſtantiarum conſideratione. Sic Authores *citati*, præcipuè Archang. *diſt.*18.*pag.*219.*col.*1.

QVÆSTIO CVIII.

An Confeſſarius peccet mortaliter, ſi pro magnis peccatis paruas pœnitentias injungat?

REſpondeo affirmativè,regulariter loquendo. Primò, ob rationem dictam: Secundò, quia id expreſsè habetur in Trid. *ſeſſ.*14.*cap.*8.vbi ſic dicitur. *Debent ergo Sacerdotes Domini, quantum ſpiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate, ſalutares,& conuenientes ſatisfactiones iniungere; niſi fortè peccatis conniueant, & indulgentius cum pœnitentibus agant, leuiſſima quadam opera pro grauiſſimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur.* Sic Concil. Dixi autem, *regulariter loquendo*: quia, vt *ſuprà* ſæpè dictum eſt, aliquando poterit confeſſor abſque peccato dare leuem pœnitentiam pro gravibus peccatis. Semper videlicet,quod aliqua iuſta,& rationabilis cauſa intervenerit: putà debilitas, ægritudo, & ſenectus pœnitentis; impotentia implendi pœnitentiam,magnitudo contritionis, aut è contrà, parva devotio pœnitentis. Deinde timor probabilis,ne iuſtam pœnitentiam pœnitẽs reſpuat,vel acceptatam parum impleat. Denique tempus Iubilei, vel aliarum indulgentiarum. Sic D.Thom. *in add.q.*18.*art.*4.Navar.*in c.Falſas,de pœnit,diſt.*5.*n.*10.*& in Man.c.*26.*n.*21. Sotus *diſt.*20.*q* 2.*art.*3.Lublinus *verb pœnitentia,n.*5.Frias *in Sum.fol.mihi* 32.& apud ipſum Palud.Soar.*diſp.*37. *ſect.*4.Filliuc.*tract.*8.*n.*41. & alij,quos ſequitur Baunius *tract.*4.*de pœnit.q.*11.

QVÆSTIO CIX.

An etiam poſsit Confeſſor dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis,ſi poſt eorum abſolutionem apponat clauſulam iſtam: Quidquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum?

NEgant apud Dianam Lugo, Tannerus, Ægidius, & Palaus.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe etiam abſque peccato vllo,quia quamuis per huiuſmodi clauſulam non alliget pœnitentes ad bona opera (ſaltem in particulari) peragenda,efficit tamen vt quæcumque peregerint, eis in pœnitentiam Sacramentalem cedant. Sic D.Thomas *quodlibet* 3.*art.*28. & ex illo P.Soto *ſect.*2.*de ſatisfact.*Nauar.*loc.cit.*Beia *in reſponſ.part.*3. *caſu* 1.Homobonus,& alij quos citat,& ſequitur Diana 3.*part.tr.*4.*reſol.*97.qui addit,in hoc caſu debere confeſſarium verba huius clauſulæ pœnitenti declarare, vt ſciat leuem pœnitentiam ſibi ideo imponi, quia omnia bona opera totius vitæ ſuæ in ſatisfactionem ſuorum peccatorum iniunguntur, & acceptantur. Quod antea notanerat Angelus *verb. confeſſio* 5. *n.*1.*& Confeſſio* 6.*n.*3.dicens,aliàs non valere,& conſequenter nec confeſſarium excuſari. Sic etiam docent Bonacina *diſp.*5.*q.*4.*ſect.*3.*punct*...*n.*13.& apud ipſum.Henriquez *c.*19.*n.*5. Reginald.& Suarez, Coriolanus etiam *de caſibus reſerv.p.*1.*ſect.*2.*art.*21.*fine*, & iterum me citato, Diana *p.*9.*tr.*9.*reſ.*54. & Trullench *lib.*4.*c.*7.*dub.*2.*n.*24.

QVÆSTIO CX.

Quæ prudentia requiratur in Confeſſore in iniungenda pœnitentia?

REſpondeo, quod multiplex. Nam primò debet aduertere qualitatem peccatorum, & ſecundùm eorum grauitatem, & conditionem iniungere pœnitentiam. Secundò debet aduertere qualitatem perſonæ pœnitentis, an videlicet ſit robuſtus, vel debilis, an iuuenis, vel ſenex, pauper, vel diues, vir, vel fœmina, &c. vt ſic prudentes pœnitentias iniungat, non imprudentes, aut ineptas, quales eſſent ſi melancholico iniungeret ieiunium panis & aquæ, aut vitationem honeſtarum recreationum: pauperi pœnitenti eleemoſynam, ieiunium perpetuò laboranti, aſperitatem delicato, peregrinationem mulieribus, &c. Sic Nauar.*cap.conſideret, de pœnit.* §.*ponat ſe, numero* 4.*&* 8.*& in man.cap.*26. *num.*18.Ioannes Sancius *diſputat.*28. *num.*15. Coriolan. 2. *part. ſect.*2. *art.*1.

*art.1.à n.1.*Binsfeldius *in Enchirid.p.1.cap.13.§.4.* & alij.

Qvæstio CXI.

Quæ remedia poterit Confeſſarius pœnitenti proponere, vt occurrentia euitet peccata?

Reſpondeo, quod hæc inter alia. Primò, vt conſideret Deum judicem ipſum, & omnia cernentem. Secundò, vt effugiat occaſiones peccandi, & maximè orium. Tertiò, vt cuſtodiat ſenſus. Quartò, vt obſter principiis, imminentem mortem meditando, Dei judicium, Paradiſi gloriam, vel inferni pœnas. Quintò, vt frequenter oret. Sextò, vt Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ frequentet, per hæc enim noſtra anima ſanatur, illuminatur, & roboratur, & ſic tentationes Dæmonum facilè cognoſcit, reſiſtit, & ſuperat. Septimò tandem, vt quotidie omnia, quæ egerit, dixerit, & cogitaverit, examinet ſtrictè. Sic Coriolanus *loc. cit.* ex Navarro *prælud.7.n.27.*

DISPVTATIO X.

De Sigillo Confeſſionis.

Qvæstio Prima.

Quid ſit Sigillum Confeſſionis, quidque Sigillum naturæ?

Respondeo, quod Sigillum naturæ, *Eſt obligatio quædam ab ipſo iure naturali inducta celandi, vel occultandi aliquid.* Sigillum verò confeſſionis, *Eſt obligatio occultandi peccata in confeſſione audita.* Sic D.Th. *in 4.diſt.21. q.3.art.1. q.3.*Navar. *in cap.Sacerdos, de pœnit.diſt.6.n.35.& in Man.cap.8.num.1.* Coriolan. *1. part. ſect.3. num.3. fol.*300.Fagundez *præc.2.lib.6.cap.1.n.4.*Binsfeldius *in Enchirid. de ſigillo confeſſ. §.18. pag.91.* Vincent. Candid. *tom.2.diſquiſ.moral.c.24.art.47. dub.1.* Bonac. *diſp.4.quæſt.6.ſect.5.*Molfeſ. *2.part.Sum.tract.7. cap.23.num.13.* & alij.

Qvæstio II.

An triplici iure teneatur Confeſſarius ad ſigillum Confeſſionis?

Negavit Cajet. (apud Hieronymum Llamas) ſuper Ioan. *cap.20.* dicens, ſigillum ſecreti confeſſionis inſtitutum eſſe Eccleſiæ, non Chriſti: iuriſque Eccleſiaſtici, non divini.

Sed certiſſimè reſpondeo: triplici iure teneri, Naturali videlicet, Divino, & Eccleſiæ. Naturali; nam vitare fraudem, & ſervare fidelitatem, ſunt de jure naturæ divino; nam quod Deus decernit, & tanto magis quod ipſe facit, eſt de iure, & voluntate Dei, ſed Deus tegit peccatum ejus, qui ſe intrinſecus illi per contritionem ſubjicit, iuxta illud Pſalm. 31. *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata:* ergo & confeſſarius, qui vt Dei miniſter habet facere, ſicut facit Deus in occultatione peccatorum, tenetur de iure, & voluntate Dei ad illa celanda. Tenetur tandem Eccleſiaſtico iure, quia id præcipitur *in cap.omnis vtriuſque ſexus*, extra de pœnit. & rem.§.*Caveat autem.*Ergo.Sic S.Thom.*in add. q.11.art.1.*Scot.*in 4.diſt.11.q.2.* Sotus *diſt.18.q.4.* Nuñus *in add.ad 3. part.q.11. art.1. pag. mihi 532.* ex Suarez Petrus Soto *lect.11.de confeſſ.pag.194.*

Navar.Corjolan.& Fagundez *loc. cit.* Angles *de confeſſ.art.vltimo, concl.1.*Petrus de Cañedo *in Sum.tract. de pœnit. c.10.pag. mihi 237.* Frias *Sum.fol. mihi 50.* Llamas *2.p.method. c.3.§.2.pag. mihi 266.& cap.4. §.1. pag.277.* Molfeſ. *loc.cit. num.15.& ſeqq.* Reginald. *lib.3.à num.1.*Archangel. *diſtinct.21.pag.259. col.2.* Torreblanca *lib.14 practicarum, cap.12. n.1. fol.407.* Petrus de Ledeſma *in Sum. de pœnit.cap.22. concl.1.2.3.& 4.*Moure *3.p.Sum.cap.6.§.9.num.26.* Ochagavia *tract.8.de confeſſ.quæſt.1.*Layman *tract.6. cap.14.num.1.& 2.*Hurtado *diſp.12.de pœnit.diff.1.* Granados *tom.5.in 3.part.tract.11.diſp.1.* Villalob. *tract.9.diff.72.pag.mihi 236.* Becanus *de Sacrament. cap.39. n.2.* Ludovicus *de Sacram.quæſt.7. de pœnit. art.3.dub.1.pag.481.* Lugo *diſp.23.de pœnit. ſect.1.* Candidus *loc. cit.& dubit.8. & 20.* Bonacina *loc.cit. punct.1.num.1.2.& 3.* & communis. Neque Cajetanus, quem accuratè perlegi, oppoſitum docuit; vnde falsò impoſuit illi Llamas talem ſententiam.

Qvæstio III.

An ſigillum confeſſionis ſit de eſſentia Sacramenti pœnitentiæ.

Affirmant Raynerius *v.confeſſio, cap.30.pag.mihi* 444.Angelus *v.confeſſ.8.num.1.*& Aureol.*in 4. diſt.21.* quibus fauere videtur D.Thom.*in add.q.11. art.1. in corp* hæc habens verba: Et ideo de neceſſitate Sacramenti eſt, quod quis confeſſionem celet. Vnde hanc partem nouiſſimè tenet Thom. Hurtado *tom.1.reſol.moral.tract.6.cap.11.reſol.31.§.7. n.164. & ſequent.*

Sed certiſſimè oppoſitum reſpondeo. Primò, quia poteſt confeſſio ex cauſa fieri coram multis, vt *ſup. diſput.6.q.4.* eſt habitum. Secundò, quia poſterius non poteſt cauſa eſſe prioris: at ſigillum confeſſionis præſupponit, & conſequitur ipſam confeſſionem: ergo Tertiò, quia aliàs Sacerdos qui reuelaret confeſſionem, redderet irritum Sacramentum, etiam validum, quod nullo modo eſt concedendum (quidquid Angelus non renuat concedere) vt apud omnes eſt notum: ergo. Verum eſt, quod ſigillum confeſſionis poteſt dici de neceſſitate Sacramenti aliqualiter, nempe vt confeſſio conſeruetur; nam ſi confeſſarius non haberet debitum celandi Confeſſionem, ipſa nequaquam conſeruaretur. Quis enim peccata ſua confiteri vellet: Et ſic intelligenda ſunt verba præfata D.Thomæ. Sic Archang.*diſt.21.pag 262. col.1.*Petrus Soto *lect.11.de confeſſ.pag.mihi 195.* Henriquez *lib.7.de pœnit.c.19.n.1.& 2.*Syluest. *verb.confeſſio, n.32.* Fagundez *loc.cit.n.2.* Nuñus *in add.ad 3. p.q.11.art.1.ad 1.argumentum.*Sotus *in 4.diſt.18.q.4. art.5.*& ex illo Reginald.*lib.3.n.4.* & communis.

Qvæstio IV.

An qui ſigillum confeſſionis violat, quinque committat peccata, contra Iuſtitiam videlicet, Religionem, Fidelitatem, Charitatem, & contra præceptum Eccleſiæ, impoſitum in cap. Omnis vtriuſque ſexus?

Affirmant Angel. *verb. confeſſio, num.2.* Henriquez *lib.3. de pœnit.cap.19. num.2.* Nauar. *in Man.cap.8.num.5.*& Viuald.*vbi de ſigillo, 1.p.n.7.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non committere, niſi duo peccata, contra iuſtitiam videlicet, & contra Religionem. Contra iuſtitiam: quia iniuſtè, & iniurioſe priuat pœnitentem bona fama, quam poſſidebat: vnde conſequenter tenetur ad reſtitutionem damni

ex violatione ſigilli ſecuti. Contra Religionem, quia facit contra reuerentiam Sacramento debitam, reuelando eius ſigillum, & reddendo ipſum Sacrameotum hominibus oneroſum. Non tamen per hoc negamus, quod qui frangit ſigillum, non peccet etiam contra fidelitatem, charitatem, & præceptum Eccleſiæ: ſed dicimus, quod non multiplicet peccata, eo quòd virtus fidelitatis, & charitatis hîc non diſtinguitur à iuſtitia, & præceptum Eccleſiæ conſtituit ſigillum intra virtutem Religionis, vt bene Fagundez *præc.2.dub.6.c.1.n.2.& 3.* ex Suarez *4.tom. de pœnit. diſp.33.ſect.1.n.7.& 13.* Sic etiam Bonacina *de pœnit. diſp.5.quæſt.6.ſect.5.punct.1.n.4.* Nuñus *q.11.art.1. pag. mihi 534.col.2.* Ochagauia *tract.3. de confeſſ. quæſt.1.n.4.* Villalob. *tract.9.diff.72.num.3.* Candidus *loc.cit.diſquiſ.44. art.47. dub.11.pag.149.* Diana *5. part.tract.11.reſol.2.* & alij.

QVÆSTIO V.

An omnis ſigilli confeßionis violatio ſit mortale peccatum?

NEgant Ledeſma *3.p. quæſt.1. art.1.* & Victoria apud Henriquez *lib.3.de pœnit.cap.19.n.3.* quia exiſtimant, non eſſe mortale manifeſtare vnum peccatum veniale in ſpecie, in confeſſione auditum, dummodo audientes non intelligant illud peccatum veniale, auditum fuiſſe in confeſſione. Sic (imò & ſine diſtinctione) tenuit Emanoel Sà *v.confeſſor, n.24. in prima editione*, vbi ſic ait: Reuelare aliquid leue confeſſionis, modò ſit peccatum, quidam putant eſſe mortale, quod mihi durum videtur. Sic ille. Hanc eandem ſententiam videtur amplecti Monte *3. part. Sum.cap.6.§.9.n.28.* vbi ad hanc interrogationem ab ipſo propoſitam, *quod eſt peccatum frangere ſigillum*, ſic reſpondet. Dico vnum, ex natura ſua, ſacrilegium graue. *Ex natura ſua* dixi, quia oportet, vt reueletur materia grauis, quale eſt peccatum mortale. Sic ille. Et Sotus *in 4.diſt.18. quæſt.4.art.5.concl.3.* & Vega *2.tom.c.100.caſu 4.col.888.* (licèt contrarium ſequatur) putant hoc eſſe probabile.

Sed certiſſimè reſpondeo, omnem violationem ſigilli confeſſionis eſſe mortale peccatum. Vnde qui deliberatè manifeſtat aliquod peccatum, ſiue mortale, ſiue veniale pœnitentis, etiamſi alij non intelligant, illud ex confeſſione fuiſſe notum confeſſori, verè mortaliter delinquit. Quia ex manifeſtatione cuiuſlibet peccati, quantumvis leuis, grauia ſequuntur incommoda. Sic Nauarr. *de pœnit.diſt.6.c. Sacerdos, n.39.* Sotus, & Vega *loc.cit.* Nuñus *loc. cit. ad 8. argumentum.* Quamuis hic author addat, quod ſi aliquod veniale manifeſtetur, non clarè, ſed per aliquam inſinuationem imperfectam, tantùm ſit peccatum veniale. Tenent etiam Suarez *diſp.33. ſect.1.* Vaſquez *quæſt.93.art.4. dub.1.num.14. & dub.12.* Fagundez *præc.2. lib.6.c.4.n.6.* Granado *loc. cit. n.2.* Layman *tract.6.c.4.n.6.* Cañedo *loc.cit.pag.238.* Bonacina *loc. cit.n.4.* Angles *art.vltimo, diff.3. concluſ.1.* qui bene addit in hoc caſu tantum poſſe venialiter delinquere confeſſorem qui ex indeliberatione, vel inaduertentia confeſſionem reuelat. Gaſpar Hurtado *diſp.12. diff.1.fine.* Lugo *diſp.23.num.50.51.69.& 70.* Candidus, & Diana *loc.cit.* Henriquez *lib.6.c.19.* Filliuc. *num.316. & 317.* Molfeſ. *tract.7. cap.23. num.57.* Ægid. *diſput.9.n.24.* & alij, quos ſectantur Baſſeus *confeſſio 7.n.4.* & Malderus *de ſigillo, cap.3.* quia (ait) paruitas materiæ non obſtat quominus hîc reperiatur integra ratio irreuerentiæ Dei, & Sacramenti.

QVÆSTIO VI.

An violet ſigillum Confeſſor qui peccata mortalia pœnitentis tantùm in genere manifeſtat?

NEgant quidam apud Adrianum *in 4. de Confeſſ. vbi de ſigillo, §. in hac quæſtione, fol. mihi* 289. exiſtimans: non reuelare confeſſionem Confeſſorem, qui in generali tantùm nominaret crimen, vnde pœnitentem conſtaret illud commiſiſſe.

Sed certiſſimè reſpondeo, violare non ſolùm illum qui in ſpeciali, verùm etiam qui in generali manifeſtat aliquod mortale, vnde conſtet pœnitentem illud patraſſe. Vnde nequit confeſſor dicere, ille mihi confeſſus eſt multa peccata mortalia, aut vnum, quia confeſſarij omnia hæc debent celare ſub ſigillo confeſſionis. Sic omnes Doctores apud Adrianum *loc.cit.* apud Llamas *2.part. method. c.4.§.4.* & apud omnes Recentiores. Poſt Sotum *in 4.diſt.18.quæſt.4.art.5.* & medina *C.de confeſſione, quæſt.46. in principio*, lege Baſſeum *confeſſio 7.n.7.* & alios penes ipſum.

QVÆSTIO VII.

An etiam ſit contra ſigillum reuelare aliquod mortale in ſpecie, non indicando certam perſonam?

AFfirmant Abbas Panormit. *in cap. omnis vtriuſque ſexus*, cui ſatis fauet Archang. *diſt.22.pag.* 260. qui licèt hanc partem non ſequatur, ne diſcedere à via communi videatur: Addit tamen prædictam reuelationem eſſe peccatum grauiſſimum. Quia per illam fit maxima iniuria Sacramento.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, talem reuelationem neque eſſe contra ſigillum, neque peccatum. Quia in opinione omnium Doctorum licitum eſt conſulere, quid agendum ſit circa tale, vel tale peccatum, vt habetur *in c.officij, de pœnit.& remiſſ.* Sic Nauarrus, Sotus, Scotus, Durandus, & alij apud Peſantium *in 3.p. q.11.diſp.2.* Lugo *diſp.23.n.63.* & Candid. *diſquiſ.44. art.50. dub.2. pag.154.* Reginald. *lib.3. n.42.* poſt Medinam *loc.cit.* & omnes communiter.

QVÆSTIO VIII.

An ſigillum violet Confeſſarius, qui mortale ſibi confeſſum, aliàs publicum, ita manifeſtat, vt dicat, ſe illud agnouiſſe in confeſſione?

NEgant Michael de Med. *C. de confeſſ. quæſt.43. fol. mihi* 121. per hæc verba: Licitum eſt confeſſori peccatum in particulari, ſimul & perſonam confitentem dicere, ſi peccatum tale alioqui publicum eſt, & omnibus notum; vt ſi dicat de publica meretrice, quod confeſſa eſt turpitudinem ſuam: & de publico homicida, quod confeſſus eſt homicidium, &c. Quia tale dictum confeſſoris nec eſt infamatiuũ confitentis, nec reddit confeſſionem odioſam. Sic ille, qui tamen addit, quod ſi inde timeatur ſcandalum, teneatur confeſſor ſilere. Sic Medina, cuius ſententiam eſſe probabilem indicant clarè Vaſquez *quæſt. 93.art.4.dub.6.* Luyſius Turrianos *de pœnitent.q.11. diſp.33. dub.4.* Sotus *in 4.diſt.18.quæſt.3. art.5.* Reginald. *lib.3.n.44.* & Ochagauia *tract.3. de confeſſ. quæſt.6.n.1.* dum contrariam probabiliorem, tutiorem, aut veriorem tantùm appellant.

Sed certiſſimè reſpondeo violare, cùm tale peccatum vt cognitum per confeſſionem reueletur. Quod autem aliàs ſit notum, & publicum, hoc per accidens eſt. Sic Nauarr. *in c. Sacerdos, cit. num.62. & 66.*

&

*& in man.c.8.n.*10.Diuus Thomas *in 4.diſt.*21. *q.*3. *art.*3.Henriquez *lib.*3.*cit.c.*20.*n.*5. Suarez *diſp.*33. *ſect.*3.Fagundez *loc.cit.n.*6.& 7.Layman *c.*14.*cit.n.*9. Sotus, Reginaldus, Archangelus,Luyſius, & Ochagauia *loc.cit.* Hurtado *diſp.* 12. *diff.*7. (qui tamen dictam reuelationem non eſſe contra ſigillum ſtrictè ſumptum,ſed latè,affirmat.) Tenent etiam Lugo *n.*61. Molfeſ. *tr.*7.*c.*23.*n.*35. Ægid. *diſp...n.*12. & omnes communiter, vt teſtatur Naldus *verb. Confeſſarius, n.*34. per hæc verba: Confeſſarius nunquam poteſt dicere de peccatore publico, quod confeſſus ſit tale peccatum,quantumuis publicum,& manifeſtum. Tenent omnes, excepto quodam Theologo,aliàs valdè ſuſpecto.Sic ille.Legantur Diana *5.p.tr.*11.*reſol.*6.& Baſſeus *loc.cit.*

QVÆSTIO IX.

An ſi confeſſor interrogatus fuerit, Num meretrix publica confeſſa fuerit ſuum publicum peccatum, poſſit reſpondere: Confeſſa eſt omnia peccata ſua, *vel* abſolui eam?

REſpondet Fagund. *præc.*2.*lib.*6.*cap.*5.*num.*18.& 19. poſſe probabiliter defendi, per huiuſmodi reſponſionem reuelari confeſſionem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: poſſe confeſſarium, abſque ſigilli fractione,prædicto modo reſpondere. Quia per illum loquendi modum nihil reuelat. Sic Henriquez *lib.*3.*cit.cap.*21.*num.*2. vbi ſic ait.De publica concubina licet dicere: rectè confeſſa fuit,& abſolui illam ab omni peccato.Sic ille.Et ſic Victoria *de confeſſ. num.*187. & Granados *tract.*12. *diſp.*6. *n.*4. ſic dicens: Si meretrix, vel alia perſona vitæ perditæ, quam conſtat hactenus non fuiſſe alteri confeſſam, adeat Petrum Sacerdotem, illique confiteatur, poſtea verò quiſpiam imprudens accedat, & interroget,Nunquid mulier hæc confeſſa eſt ſibi meretriciam ſuam vitam, non poterit reſpondere Sacerdos, non fuiſſe confeſſam hujuſmodi peccata, quia inde ſaltem rudes inferre poſſent, eam malè fuiſſe confeſſam, ſed reprehendat interrogantem, & inducentem ad ſacrilegium. Si verò quidpiam aliud dicturus ſit, reſpondeat, ipſam aperuiſſe peccata ſua, & ipſum functum officio ſuo. Sic ille. Et ante ipſum Navarrus, penes Molfeſium *cap.*23.*cit. num.*59. & communis.

QVÆSTIO X.

An ſine violatione ſigilli poſsit confeſſor reuelare peccata venialia alicujus, in genere duntaxat?

NEgant Binsfeld.*in Enchirid.de ſigillo,*§.18.Graſſius,ſeu Capua *lib.*1.*deciſ.cap.*23.*n.*18. & dicit eſſe ſatis probabile.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia qui confitetur, manifeſtè oſtendit, ſe habere ſaltem peccata venialia: non ergo infringet ſigillum ille confeſſor,qui ita dixerit,*Petrus confeſſus eſt mihi venialia* aut *Petrus ſuis venialibus caput mihi obtundit.* Sic Nauar. *in man. cap.*8. *n.*12. Henriquez *lib.*3. *de Pœnit. cap.*21.*num.*2.Vega,& Viualdus,quos citat,& ſequitur Fagundez *loc.cit.num.*17. Llamas *loc.cit.c.*4.§.4. Molfeſ.*loc.cit.n.*56.Medina,& Reginaldus *loc.citatis.* Lugo *diſp.*23.*num.*50. & Candidus *art.*50.*cit.dub.*3. & communis,quam tenent Baſſæus *loc.cit.* & Diana, & alij mox *citandi.*

QVÆSTIO XI.

An frangeret ſigillum confeſſor,qui de ſuo pœnitente diceret,Ille confeſſus eſt plura venialia.

REſpondeo affirmatiuè: quia in tali caſu reuelaret confeſſor id quod omnino erat occultum: pœnitentem videlicet plura venialia patraſſe, & falſum eſſe.Sic Gaſpar Hurtado *diſp.* 12.*de pœnit.diff.*4. Secus autem eſſet dicendum, ſi confeſſarius diceret de ſuo pœnitente: *Ille non habet,niſi materiam venialem*; quia per hunc modum loquendi nec confeſſor reuelat aliquod veniale in ſpecie, nec dicit pœnitentem habere multa venialia. Sic Nauarrus *c.Sacerdos,cit.n.*68.Suarez *diſp.*33.*ſect.*3. Fagundez,& Lugo *loc.cit.*& Diana 5.*p.tr.*11.*reſol.*49.& alij.

QVÆSTIO XII.

An Confeſſarius obligetur ſub ſigillo ad celandum peccatum hæreſis ipſius pœnitentis?

NEgant Albericus,& Palatius Rubeus,apud Torreblancam *de Magia lib.*4. *c.*7. *n.*1. & Abbas *in cap. omnis vtriuſque ſexus*, ſic dicens: *Eſt hæreſis crimen quod nec confeſſio celat*, vt refert Cañedo *de pœnit.c.*10.*pag.mihi* 238.

Sed certiſſimè reſpondeo, obligari etiam in caſu quo Hæreticus non abſoluatur,nec velit hæreſim relinquere,nec reuelare complices, aut habeat animum nocendi toti Reipublicæ Chriſtianæ. Quia ſigillum confeſſionis æqualem vim habet in omni crimine. Verum eſt,quod in aſſignatis caſibus debet Confeſſarius admonere hæreticum,vt ſe prodat Inquiſitoribus, vel vt ſibi licentiam concedat ad illum prodendum. Quod ſi noluerit, abſque abſolutione dimittat, & illum Deo commendet, & obſeruet ſigillum. Sic Nauar.*in cap.Sacerdos,de pœnit.diſt.*6.*n.*117.& 119. vbi ſic ait. Ad primum ergo pro contraria parte adductum reſpondeo negando, etiam hæreſim, ſiue iam commiſſam, ſiue committendam,in confeſſione detectam reuelari poſſe,& illum verſiculum,*eſt hæreſis crimen,quod nec confeſſio celat*, in argumento citatum,peſtilentem eſſe,meritò dixere Pariſienſes in illa *diſt.*21.*q.*3. *col.*2. quam ſententiam probant omnes Theologi in illa diſtinctione 21.& Adrianus in illo *dub.*10. & Th.à Vio *q.*15. *in opuſc.*27. Sic Nauar. & ſic Graſſius *lib.*1.*deciſ.c.*23.*num.*6.Torreblanca,& Cañedo *loc.cit.* & Fagundez *præc.*2.*lib.*6.*c.*4.*num.*9. qui citat Toletum *lib.*3. *(per errorem* 1.*) c.*16. *n.*5. qui tamen nihil de hoc caſu tractat.

QVÆSTIO XIII.

An Confeſſarius frangat ſigillum reuelando delicta committenda à pœnitente?

NEgant Abbas, Hoſtienſ. Ioan. Andreas,Petrus ab Ancharano *in cap.omnis*, Alex. Alenſis 4.*p. quæſt.*78.*memb.*8.*art.*2. Sylueſt. *verb.Confeſſio* 3.*q.*5. Decius,Angelus,& Barb. apud Nauarrum *loc.cit.n.*120. & apud Petrum Ledeſmam *loc.cit.dub.*7.*poſt* 5. *concl.*Altiſiodorenſ.Hieronymus Gig.& Couar.apud Fagundez ſtatim *citandum.*

Sed certiſſimè reſpondeo: frangere,quia non ſolùm peccatum præſens & præteritum cadunt ſub ſigillo,verùm & futurum etiam,vnde nullo modo poterit confeſſor reuelare crimina,quæ pœnitens ſtatuit in confeſſione perficere, ſi verè ad confitendum acceſſit,& clauibus ſubiecit,& abſolutionem petiit Sic S.Thom.*in* 4.*diſt.*28.Nauar.*loc.cit.*Scotus,& Palud.

apud ipſum Farinac. *tom.*1.*q.*51.*num.*110. Bonacina *diſp.*5.*q.*6.*ſect.*5.*punct.*2.*n.*7. & apud ipſum Henriquez *lib.*6.*cap.*21.*num.*3.*lit.L.* Reginaldus,Vaſquez, Onuphrius, & Ægidius,Torreblanca *loc. cit. num.*8. & 12. Fagundez *loc.cit.num.*23. Hurtado *diſput.* 12. *diff.*4. Layman *cap.*14.*cit.num.*5.Petrus Cañedo *loc. cit.pag.*237. Lugo *diſp.*13.*n.*52. Diana 5.*p.tract.*11. *reſol.*25. Molfeſius *tract.*7. *cap.*13.*n.*54. Petrus Ledeſma *loc.cit.* Villalob.*tract.*9.*diff.*73.*num.*4.& communis, lege Thomam Hurtadum *tom.*2. *tract.*6.*c.*11. *reſol.*30. ubi de hac quæſt.optimè tractat, & Canoniſtas citatos ab aliquibus pro parte oppoſita in bonum explicar ſenſum.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem non frangat revelando confeſsionem pœnitentis accedentis, non animo ſe accuſandi, ſed pervertendi ipſummet confeſſorem, illúmve trahendi ad aliquod peccatum?

RESpondeo: non frangere, quia hujuſmodi revelatio non eſſet confeſſionis veræ, ſed ſimulatæ, & ſacrilegæ Dæmonis inventionis revelatio. Sic omnes Doctores, præcipuè Peſantius *loc. cit. diſp.*5. qui bene ex Soto contra Majorem addit,quod ſi latro furetur in confeſſione crumenam Sacerdotis, & hoc factum confiteatur, licitum ſit Sacerdoti eum accuſare in judicio,quia talis confeſſio potiùs videtur facta illudendi gratia,aut ne Sacerdoti ſit liberum pœnitentem accuſare. Sic etiam Navarrus,Suarez,Sylveſt.& alij apud Fagundez *loco ſtatim citand. n.*18. Molfeſ. Llamas,Bonacina,Petrus Ledeſma, & Lugo *locis citatis*, & communis,quam tenent etiam Vaſq. *dub.*3. & 7.& Baſſeus *Confeſſio* 7.*n.*6.*verſu,Si peccator.*

QVÆSTIO XV.

An Prælatus poſsit punire Religioſum, qui non confitendi animo, ſed injuriandi illum ad confeſsionem acceſsit,& de facto id facit?

REſpondeo, poſſe illum punire, & abſque periculo violationis ſigilli tale delictum propalare; quia illud peccatum,& delictum non confitetur pœnitens, ſed committit,vidente confeſſario. Vnde hæc ſigilli violatio non eſt Confeſſionis,ſed ſimulationis illius,& ſacrilegæ Dæmonis inventionis.Sic Fagund. *prac.*2.*lib.*6.*c.*4.*num.*22. & apud illum Capua *lib.*1. *deciſ.Aurear.c.*23. *n.*18. (*mihi* 17.) Lugo *diſput.*23. *n.*60.*pag.*538. & communis.

QVÆSTIO XVI.

An Confeſſor teneatur ad ſigillum Confeſsionis illius pœnitentis, quem ob defectum aliquem v.g. contritionis, non abſolvit?

NEgat Andreas Victorell. *in notis ad caput* 16. *lib.*3.*Toleti*, per hæc verba: Si quis detegat crimen ſuum ſine dolore, ſine ſpe, & animo veniæ, non eſt hæc confeſſio, ac proinde nullum obligat ſigillum Confeſſionis, P. à Soto *loc. cit.* Sic Andreas, & ſic Diana 5.*p.tract.*11. *reſol.*26. referens pro hac parte Patrem Henriquez *lib.*6.*cap.*21.*num.*3.*lit.N.* Sotum *in* 4.*diſt.*18.*q.*4.*art.*5. Reginaldum *lib.*3.*c.*5.*num.*66. & alios.

Sed certiſſimè reſpondeo: teneri, quia hæc confeſſio, quamvis ſolùm inchoata, eſt vera confeſſio in forma ſacramentali facta; ergo verè obligatur confeſſor ad illius ſigillum. Sic S.Th. *in* 4.*diſt.*21.*q.*3. *art.*1.& 2. Sylveſter *v. Confeſſio* 3.*q.*4.*in fine.* Henriquez *lib.*3.*de pœnit.c.*19.*n.*8.Suarez *diſp.*33.*ſect.*2. *n.*8.& 9. Graffius *lib.*1.*deciſ.cap.*23.*num.*3.& 8.*pag. mihi* 67. Lugo *diſput.*23.*num.*51. Archang. *diſt.*11. *pag.*260.*col.*2. Ægid. Filliuc. Valentia, & alij apud Bonacinam *diſp.*5.*q.*6.*ſect.*5.*punct.*2.*num.*6.& apud Fagundez *loc.cit.num.*24.

Nec Petrus Soto oppoſitum ſentit: nam ſtatim ſe explicat, & docet cum S. Thoma noſtram ſententiam. Nec Henriquez (*loco* à Diana *citato,*)eſt contra nos, vt legenti patebit: Nec Reginaldus,cùm potiùs nobiſcum ſit *num.*65. Nec minùs Sotus,cum expreſsè noſtram ſententiam iis verbis doceat (*loco* à Diana pro contraria *citato.*) Nam ſi quis intentione confitendi incipiat confiteri, licèt aliquali de cauſa confeſſionem non finiat, exurgit obligatio ſacri ſigilli; nam illa eſt pars Sacramentalis confeſſionis, quoniã ſi reliqua confiteretur, illa pars cum alia ſufficeret, vt ſubſequeretur abſolutio: & eadem ratione,ſi defectu contritionis,vel alia de cauſa abſolutio ſuſpendatur. Immo verò licèt qui facit confeſſionem, non habeat firmum propoſitum abſtinendi,ſed confiteatur,ſecundùm tenorem *cap. quod quidam,de pœnit.& remiſſ.* eadem naſcitur ſigilli obligatio. Hæc Sotus ibi,& idem docet in *relect.de ſecreto,membr.*3.*q.*4.*concl.*2.

QVÆSTIO XVII.

An liceat Confeſſario revelare peccata ſibi confeſſa, de licentia expreſſa pœnitentis?

NEgant Angel. *v.confeſſio* 8.*n.*5.Scotus *diſt.*21. *quæſt.*2. Durandus *quæſt.*4. Major *quæſt.*3.Gabriel *art* 3. *dub.*4. Alenſ.4. *part. quæſt.*19. aliàs 78. *memb.*2.*art.*2.§.1. Aureol. *diſt.*21.*q.*4. & Almainus *quæſt.*1.*in fine*, & alij apud Navarrum *cap.Sacerdos, num.*154. & etiam Ludovicus *quæſt.*7.*art.*2. *dub.*2. *concl.*1.*pag.*484.

Sed longè probabiliùs reſpondeo licere,quia ſigillum cõfeſſionis introductum fuit immediatè à Chriſto Domino in fauorem, & gratiam pœnitentis, ne illius fama periclitaretur: ergo de licentia ſua reuelari poteſt peccatum eius, nam vnuſquiſque cedere poteſt iuri ſuo.Sic Thom.*in* 4.*diſt.*21.*quæſt.*3.*art.*2.Ricard. *art.*4. *quæſt.*1. Palud. *quæſt.*3.*n.*42. Adrianus *q.*4.*de confeſſ.* Nauar. *in cap.Sacerdos, loc.cit.& num.*126.& *in man. c.*8.*num.*2. & *cap.*18.*n.*12. quos, & alios Doctores,vſque ad 18.citat & ſequitur Suarez *diſp.*33.*ſect.*5.*num.*6. Quibus addi poſſunt Vaſquez *quæſt.*93.*art.*3. *dub.*5. Ægidius *diſp.*9.*n.*22. Tanner. *diſp.*6.*quæſt.*9.*n.*125. Gaſpar Hurtado *diſp.*12. *diff.*6. Fagundez *prac.*2. *lib.*6.*cap.*1.*num.*16. Layman *c.*14. *cit.num.*14. Moure *loc.cit.pag.mihi* 307. Ochagauia *tract.*3. *de Confeſſ. quæſt.*5.*num.*3. Bonac.*diſp.*5. *cit. quæſt.*6.*ſect.*5.*punct.*4.*n.*8. Cañedo *loc. cit.* Vega *tom.* 2.*c.*100.*caſu* 1. Rodriguez *tom.*1.*ſum.c.*120.*num.*2. Toletus *lib.*3.*c.*16.*num.*5.Sà *verb. Confeſſor,num.*29. Valentia 4.*part.quæſt.*13. Lugo *diſp.*23.*à.num.*131. Candidus *diſquiſ.*24.*art.*50. *dubit.*10. Diana 5.*part. tract.*11.*reſol.*10.Molfeſ.*num.*46.& communis,quam nouiſſimè tenet Th.Hurtado *tract.*6.*c.*11.*reſol.*18.

QVÆSTIO XVIII.

An liceat etiam revelare de licentia tacita, ſeu præſumpta pœnitentis?

AFfirmat Altiſſiodorenſ.4. *part.tract.*6.*c.*2.*quæſt.*4.vbi ait: poſſe Confeſſarium reuelare Confeſſionem, quando hic, & nunc in aliquo caſu particulari rationabiliter credit, aut iudicat, gratam

fore

fore pœnitenti reuelationem. Ochagaoia *tract.* 3. *de Confeſſ. q.* 1.*n.*6. per hæc verba: Deinde dicimus, licentiam præſmoptam, ſeu ratihabitionem de futuro (quidquid dicant recentiores) ſufficientem eſſe vt confeſſarius licitè reuelet Confeſſionem,cùm eo modo noo fiat confeſſio onerosa. Sic ille. Tenet etiam Capua,ſeu Graffius *lib.*1.*deciſ.aur.c.*23.*n.*14.(vt refert Fagundez *prac.*2.*lib.*6.*c.*1.*n.*13.*&* 15.) & ex illo Regioald.*lib.*3.*n.*59. Dicens,quod licèt oon ſufficiat licentia pœnitentis præſumpta, ſufficiat ſi actu data ſit tacitè, vt ſi confitens confeſſario ſuo dixerit, vt ſuis hæredibus poſt mortem ſuam dicat,vt reſtituant quædam, quæ aliis debet: ruoc enim id poterit Confeſſarius licitè efficere.

Sed certiſſimè reſpondeo: non licere. Primò,quia reuelatione facta abſque expreſſa, & formali licentia pœnitentis, abſque dubio fieret pœnitenti confeſſio odioſa. Secundò, quia certè oppoſitum, maximè in contemptum Sacramenti cederet, cùm ſæpius accideret ob rationabiliter exiſtimatam liceotiam tacitam, ſigillum violari. Sic Nauarr.*cap.Sacerdos,loc.cit.* Henriq.*lib.*3.*de pœnit.c.*23.*n.*3. Suar.*diſp.*33.*ſect.*5.*n.*14. P. Soto *lect.* 11. *de Confeſſ.* Medina vterque, & alij, quos citat, & ſequitur Fagundez *prac.*3. *lib.*6. *cap.*1. *num.*13.14.*&* 15.Bonac.*loc.cit.num.*10. Layman, & Hurtado *loc.cit.* Thomas à Ieſu *in tribun. conſc.c.*13. *pag.*166. Lugo,& Diana *locis citatis*, Molfeſ.*tract.*7. *c.*23.*n.*39.& communis.Nec Graffius,aut Reginald. oppoſitum docent; nam illa licentia in caſu ab illis aſſignato, à pœnitente actu data, ſiue dicant *tacita*, vt ab ipſis, ſeu *expreſſa*, vt à nobis dicitur, ſufficiens eſt ad reuelandam confeſſionem,vt omnes concedunt. Lege pro hac noſtra ſententia Thomam Hurtadum *loc.cit.reſol.*19.

Qvæstio XIX.

An liceat reuelare de licentia pœnitentis coacta, vel ob metum reuerentialem,aut ob preces importunas conceſſa?

Reſpondeo: non licere, quia talis licentia eſt inualida,vtpote inuoluntariè præſtita. Debet ergo licentia eſſe ſpontanea, non vi, aut coactè conceſſa à pœnitente, vt licitum ſit Confeſſori confeſſionem reuelare.Sic Nauarr. *cap.Sacerdos,n.*151.*&* 157. *& ſequent.* Henriquez *lib.*3.*cit.c.*23.§.1. Suarez *diſp.*33. *ſect.*5.*n.*14.Nuñus *tom.*2.*quæſt.*11.*art.*1.*pag.mihi* 541. Fagund. *loc.cit. num.*20. Molfeſ.*n.*49. Lugo *n.*131. Diana *loco citato*, & alij.

Qvæstio XX

An liceat Confeſſori reuelare Confeſſionem de licentia pœnitentis, conceſſa in ſuam, vel alterius perniciem,ſiue ad iocum,& animi ſolatium tantùm?

Negat Nauarr. *loc.cit.à n.*157. Quia exiſtimat, quod vt confeſſio de licentia pœnitentis licitè reueletur, debeat ab ipſo præſtari ad vtilitatem temporalem, vel ſpiritualem graueio ſuam, vel alterius, io quo tantùm caſu licita eſt (inquit) Confeſſionis reuelatio, oon iu alio. Hæc Nauarr.& hæc ego, excepto vno,in quo ait non ſufficere licentiã pœnitentis ad animi ſolatium præſtitaio, vt confeſſarius licitè reuelare coofeſſionem poſſit: ſufficit ſanè. Tenet etiam Victoria *n.* 87. dicens, quod licèt pœnitens poſſit dare talem licoutiam,confeſſor tamen non poſſit eam accipere, aut reuelare confeſſionem in detrimentum pœnitentis.Sic etiam Medina *Cod.de Confeſſ. q.*49.& ex illo Reginald.*lib.*3.*n.*58.Graffius *loc.cit.à n.*10.Archangelus *diſt.*21.*pag.*261.*&* 263.& communis, quam defendit nouiſſimè Th. Hurtad. *loc.cit. reſol.*10.*n.*135. ex Henrico Villalob.*tract.*9.*diff.*73. *num.*7.*&* 10.

Qvæstio XXI.

An licentia pœnitentis ad reuelandam Confeſſionem debeat in ſcriptis obtineri?

Affirmat Aldrete *lib.*2.*de diſcipl.Religioſ.cap.*19. §.1. vt ſi fortè Confeſſarius de fractione ſigilli accuſetur, ne diſcrimen patiatur.

Sed probabiliùs reſpondeo: non debere (imò nec regulariter loquendo,hoc faciendum eſſe.) Quia hoc eſſet valdè periculoſum, & onetoſom pœnitentibus. In caſu autem quo Confeſſarius de fractione ſigilli accuſaretur, & eſſet dubium,an reuelatio facta fuerit de licentia pœnitentis, credendum eſt teſtimonio Sacerdotis. Sic Henriq.*lib.*3.*de pœnit.c.*19.*n.*10.Suarez *diſp.*33.*ſect.*5.*fine*, Fagund.*loc.cit.n.*23.Diana 5.*part. tract.*11.*reſol.*41.& alij apud ipſos.

Qvæstio XXII.

An liceat Confeſſario loqui cum pœnitente extra confeſſionem de peccatis in ea auditis; quin ab illo licentiam petat,ſi id faciat iuſta de cauſa, vt intentione adiuuandi ipſum pœnitentem,&c.

Affirmat Puteanus (vt refert Diana) *in* 3.*part.*D. Thom.*part.*2.*q.vlt.dub.v.t.concl.*3.*notab.*2. Cui ego addo Vaſquez *q.*93. *art.*4.*dub.* 10. *n.*8.*&* 9. vbi ſic ait: Tertiò, & vltimò ſequitur,noo eſſe contra ſigillum loqui cum pœnitente de peccatis in confeſſione auditis, non petita adhuc licentia,ſolùm intentione inquirendi ea quæ melius iouare poſſunt ipſum. Sic Vaſquez. Addo etiam Paludanum *in* 4.*in fine diſt.* 21.vbi (vt refert Victor.*n.*185.*aliàs* 160.) docet,quod non ſolùm quando commiſſus fuit defectus in Confeſſione,ſed etiam ratione correctionis fraternæ,poſſit confeſſor ſecretò admonere pœnitentem de peccato ſemel confeſſo ſibi. Et hoc ipſum indicare *caput Sacerdos, de officio Ordin.* ait Sà *verb. Confeſſor, num.*25. per hæc verba. Occultè corripere poſtea pœnitentem de auditis ab eo in confeſſione, etſi eſt illicitum, ſed non contra ſigillum confeſſionis, quamquam licere interdum, indicat *cap. Sacerdos, de off. Ord.* Sic Sà.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: nullo modo id in aſſignatis caſibus licere confeſſario, quia nequit hoc fieri ſine aliquo rubore, & pudore pœnitentis, & conſequenter confeſſio onerosa redderetur nimis. Sic Suar. *diſp.*33.*ſect.*5.*num.*2. Victoria, & Sà *loc.cit.* & ante ipſos Nauarr.*in man.c.* 24.*n.*13. vbi ſic ait: Confeſſarius nullatenus, nec publicè, nec ſecretò debet corripere quemquam de peccatis ab eo ſibi confeſſis, vt rectè monuit Sotus *vbi ſuprà, membr.* 2. *q.*1. & probatur copioſè per ea quæ dixi *in capite Inter verba,concl.*6 *& in c. Sacerdos,de pœnit.diſt.*6. niſi pœnitens ſignificaret id eſſe ſibi gratum,inducendo colloquiũ, vel conſulendo ſuper eis. Sic ille. Et Lugo *diſp.*23.*n.*130. Molfeſ.*tr.*7.*c.*23.*n.*38. quamuis *n.*49. ex parte Vaſquio conſentiat, docens, quod licèt eſſet contra reuerentiam debitam Sacramento,ex quo confeſſio redderetur onerosa nimis,non tamen eſſet contra ſigillum confeſſioois reprehendere pœnitentem extra confeſſionem, aut illi exprobrare peccata ſua. Sic ille; ſed non benè.

Qvæstio XXIII.

An ſaltem in caſu quo confeſſarius commiſerit aliquem errorem in abſoluendo pœnitentem, poſſit hoc illi extra confeſſionem manifeſtare ſi pœnitens ad hoc licentiam non præſtiterit?

NEgant Henriquez *lib. 3. de pœnit. c.* 20. Onuphrius *de ſigillo Confeſſ. ſect.* 4. *q.* 5. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *punct.* 4. *n.* 8. Reginald. *lib* 8. *c.* 3. *n.* 30. Tolet. Sot. Rodriguex, Valentia, Megala, Graff. Syluius, & alij quos citat, & ſequitur Diana 1. *p. tr.* 15. *reſol.* 12. *&* 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 86. qui citat Suarium *diſp.* 33. (per errorem Typographi 32.) *ſect.* 5. *n.* 3. ſed malè (vt ſtatim) cum oppoſitum expreſsè affirmet, ut ipſemet Diana cum dolore fatetur 5. *p. tr.* 11. *reſ.* 18. Negant etiam Granados *tract.* 11. *diſp.* 5. *n.* 1. Fagund. *prac.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 32. *&* 33. & Lugo *diſp.* 23. *n.* 140. Qui tamen malè citat Luyſium Turrian. pro ſua ſententia, cum oppoſitam cum Suario doceat (*vt infrà*) Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 50. *dubit.* 11.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe, dummodo confeſſarius primò ſignificet pœnitenti, ſe velle cum illo loqui de re neceſſaria, & pertinente ad confeſſionem præteritam. Sic Nuñus *tom.* 2. *q.* 11. *art.* 1. *pag.* 540. *&* *art.* 4 *pag.* 550. Filliuc. *tr.* 7. *c.* 11. *q.* 5. *num.* 324. Hurtad. *diſp.* 12. *diff.* 11. vbi ait: non ſolùm poſſe, ſed & debere, ſi commodè poſſit. Turrian. *de pœnit. q.* 11. *art.* 1. *diſp.* 33. *dub.* 6. Qui ipſe, & Fagund. citant pro hac ſententia Suarium, & benè profectò, nam loco à Diana pro contraria citato, ſic ait: Solus eſt caſus communis, quando confeſſor commiſit defectum in confeſſione, ex quo obligatur ad pœnitentem monendum. Reſpondeo, dicere illi poſſe, & debere, ſe velle cum illo loqui de re neceſſaria, ad confeſſionem pertinente: & quidem ſi ille conſentiat, iam habet facultatem, ſi verò renuat, dicat nihilominus, ſi commodè poſſit: quia tunc iam verè non loquitur extra confeſſionem, ſed ſupplet & perficit eam quæ inchoata, & imperfecta manſerat, & pœnitens tunc eſt irrationabiliter inuitus. Sic Suar. Vnde immeritò Diana *reſol* 87. *&* 88. *cit.* & Fagund. dicunt: hanc ſententiam eſſe improbabilem, cùm tantos patronos habeat quibus adde Moure 3. *p. c.* 6. § 9. *verſ. dico decimum, pag. mihi* 107. Ludouicus *q.* 7. *art.* 2. *diff.* 9 *pag.* 486. Et eſſe probabilem (ait Candidus *loc. cit.*) & tenent clarè Mercerus, Cœleſtinus, Meratius apud Dianam, & Layman. *tr.* 6. *c.* 14. *n.* 15. Nald. *verb. Confeſſarius, n.* 34. ex Suario *loc. cit.* Lege Thomam Hurtad. *tract.* 6. *c.* 11. *reſol.* 19. *num.* 138.

Qvæstio XXIV.

An ſi ſtatim poſt finitam confeſſionem occurrat error emendandus, poſſit Confeſſarius loqui cum ipſo pœnitente de errore corrigendo, quin ab illo licentiam petat?

NEgant Moure, & Diana *loc.* nuper *cit.* & Fagund. *prac.* 2. *lib.* 6. *cap.* 4. *n.* 33. qui pro hac ſententia citat Suarium, & omnes alios Doctores qui docent, abſoluta confeſſione non licere confeſſori loqui cum pœnitente de peccatis in confeſſione auditis, niſi de expreſſa eius licentia, de quo *ſuprà q.* 17. *&* 18.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe, quia quæ fiunt in continenti, ineſſe videntur: in ipſa ergo confeſſione loquitur, qui ſtatim poſt confeſſionem de illa loquitur. Sic Henriq. *lib.* 3. *cit. c.* 21. *num.* 2. *fine*, & colligit ex Nauarro *in man. c.* 26. *n.* 14. Qui clariùs hoc innuit *in c. in principio, de pœnit. diſt.* 6. *n.* 60. Sic etiam P. Granados *tr.* 11. *diſp.* 25. *n.* 1. per hæc verba: Licebit tamen confeſſario, peracta abſolutione, ſi nondum pœnitens diſceſſit, ſed adhuc eſt genibus provolutus, dicere aliquid ad confeſſionem ſpectans, quia moraliter loquendo, adhuc durat confeſſio. Si verò iam receſſit, & iterum ad confitendum redeat, etiam poſt multum temporis confeſſionis, quia iam id pertinet ad idem omnino forum. Sic ille, & certè ſatis probabiliter. Vnde immeritò Fagund. *loc. cit.* & Diana 3. *p. tr.* 4. *reſol.* 87. dicunt, hanc ſententiam eſſe improbabilem. Modeſtiùs loquutus fuerat ipſe Fagund. *c.* 3. *antecedenti, n.* 7. Tenent etiam Lugo *diſp.* 23. *n.* 129. Tannerus, & Præpoſitus apud Dianam 5. *part. tr.* 11. *reſol.* 19. *&* 20. vbi iterum contra id quod nos cum Granado docemus, agit.

Qvæstio XXV.

An Confeſſarius frangat ſigillum loquendo cum pœnitente de rebus in confeſſione auditis, de quibus ipſe pœnitens incipit eum alloqui?

REſpondeo non frangere, quia in hoc caſu, & verbis, & factis expreſſe tribuit pœnitens licentiam Confeſſario, vt de auditis in confeſſione loquatur. Sic Nauarr. *in man. c.* 24. *n.* 13. vt vidimus *q.* 22. Henriq. *lib.* 3. *de pœnitentia, c.* 20. *n.* 7. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5 *punct.* 4. *n.* 11. Fagund. *prac.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *num.* 36. & communis.

Qvæstio XXVI.

An confeſſarius frangat ſigillum, ſi de licentia pœnitentis complicem, vel alium peccatorem ſibi ab ipſo in confeſſione manifeſtatum corrigat?

AFfirmant Vaſquez *q.* 93. *art.* 4. *dub.* 6. *num.* 5. & (apud Suarez *loco ſtatim cit.*) Bonau. Alenſis, Palud. Sotus, & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non frangere, & ideo de licentia pœnitentis optimè poterit Confeſſor vti ſcientia, quam per confeſſionem accepit de peccato complicis, in bonum præſertim ſpirituale ipſius pœnitentis, vt v. g. corrigere complicem, defendere pœnitentem ab importuna infectione complicis ad peccandum. Quia nihil ad hoc obſtat. Sic optimè Suar. *diſp.* 34. *ſect.* 3. *n.* 7. *&* *ſect.* 4. *per totam*, vbi pro hac ſententia refert S. Thomam, Nauarr. Capreol. & alios DD. vſque *ad* 20. quibus addo Hurtadum *diſp.* 12. *diff.* 6. *fine*, Ochagau. *tr.* 3. *de confeſſ. q.* 5. *n.* 3. Lugum *diſp.* 23. *n.* 238.

Qvæstio XXVII.

An teneatur Confeſſor ad ſigillum in caſu quo quis tempore peſtis, aut tempeſtatis (v. g.) coram multis confitetur?

NEgat Henriq. *lib.* 3. *de pœnit. c.* 21. *n.* 1. per hæc verba: Quando ex cauſa publicè fit confeſſio, vt olim mos erat de quibuſdam, non tenetur confeſſarius ad ſigillum. Sic ille. Negant etiam Viualdus *de ſigillo, n.* 48. & Medina *C. de confeſſ. q.* 51. dicentes: non teneri Confeſſarium ad ſigillum reſpectu eorum qui ſimul ſecum huiuſmodi peccata audierunt, teneri verò quoad alios.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: teneri ad ſigillum, & teneri quoad omnes, quia ſigillum confeſſionis obligat confeſſarium ad non loquendum de re confeſſa, etiam cum illo, qui illam confeſſus eſt, qualis

qualis eſt ipſe pœnitens : ergo meliori iure tenebitur ad ſigillum reſpectu illorum, qui ſimul cum illo audierunt. Sic latè Fagundez *prac.2.lib.6.c.5.num.1.* vbi ſententiam Vivaldi omnino falſam appellat, (neſcio, quare etiam non dixerit ſententiam Henrici, & Medinæ, cùm omnes pro illa ipſemet referat.) Sic etiam Candidus *diſquiſ.24.art.49.dub.3.* & apud illum Ægidius, & Sylveſter. Diana *5.part.tract.11.reſol.23.* Villalobos *tract.9.diff.72.n.8.* ſic dicens: [Lo miſmo es, quando vno ſe confeſſa à voces de vn nauio à otro, por no poder hazer menos, que los que la oyen, deuen guardar el ſigillo, y aun lo eſtiende Suarez, al que de ſu voluntad, ſin neceſſitad ſe confeſsò delante de teſtigos : cuya ſenteneia es mas probable.] Sic ille, & alij.

QVÆSTIO XXVIII.

An ſi duo Confeſſarij ſimul ejuſdem pœnitentis confeſſionem audiant, poſſint poſtea inter ſe colloqui de peccatis auditis ſine pœnitentis licentia?

AFfirmare deberent conſequenter Henriquez, Vivald. & Medina; ſed non faciunt, ſaltem Henriquez, vt *infrà*.

Reſpondeo ergo, non poſſe, quia (vt nuper dicebamus) ſi cum ipſo pœnitente non licet Confeſſario colloqui de peccatis confeſſis, niſi de licentia ipſius expreſſa, quomodo licebit cum alio? Sic Henriquez *lib.3.de pœnit.cap.15.n.5.lit.F.& cap.10.num.1.lit.B.* Suarez *diſp.33.sect.5. num.3.* Bonac. *loc.cit.num.24.* Filliuc. *tract.7.cap.11.n.324.* Granado *loc.cit.diſp.5. num.2.* Fagundez *cap.5.cit. n.1.* Sà *v. confeſſor, n.22.* Sot. *in 4.diſt.18. quæſt.1. art.6.* Armilla *v. confeſſio, num.14.* Lublinus *v.Confeſſor, num.6.* Diana *loc.cit.* & alij, quos ſequitur Thom. Hurtad. *tract.6.cap.11. reſol.32.§.12.num.184.*

QVÆSTIO XXIX.

An alij non Sacerdotes, qui in tempeſtate (v g.) confeſſionem vnius audierunt, poſſint abſque fractione ſigilli colloqui inter ſe de peccatis auditis?

AFfirmabunt à fortiori Henriquez, Vivald. & Medina, cum id affirment de Confeſſore publicè excipiente confeſſionem vnius, vt vidimus *quæſt.27.* & certè Henriquez hoc apertè docere videtur (quod non vidit Fagundez) nam *lib.3.de pœnit.cap.20.num.1. in Gloſſa, lit.H.* hæc dicit : In procella maris, aut tempore peſtis, quando multi confitentur Sacerdoti aliquantulum diſtanti, & audiuntur ab aliis, tenentur hi arcto ſecreto, ſed non ſigillo. Sic ille.

Sed longè probabiliùs, reſpondeo : non poſſe abſque fractione ſigilli colloqui de peccatis auditis. Quia (vt *infrà* videbimus) non ſolùm Confeſſarij, verùm etiam omnes alij, qui confitentis peccata licitè, vel illicitè audiunt, tenentur ad ſigillum : ergo ſicut ipſe Sacerdos non poteſt colloqui cum iis, niſi de expreſſa licentia pœnitentis, vt habitum eſt *quæſt.27.* ita neque illi inter ſe, neque cum ipſo confeſſario id poterunt licitè facere, niſi de eadem licentia. Sic Fagundez *loc.cit.* & credo quod omnes alij. Legatur Diana *loc.citato.*

QVÆSTIO XXX.

An frangat ſigillum confeſſarius teſtando in aliqua civitate, vel oppido, vbi confeſſiones audit committi peccatum ſodomiæ, aut aliud, vel adeſſe multos improbos?

AFfirmant M. de Ledeſma *2. 4. quæſt.10. art.2.* Vaſquez *quæſt.93.art.4.dub.3.n.3.* Suar. *diſp.33. sect.3.n.8.fine.* Filliuc. *tom.1.tract.7.cap.11.n.322.* Ægid. *diſp.9. num.16.* G. Hurtado *diſput.12. diff.4.* Layman *cap.14.cit.num.10.* Ochagav. *tract.3.de confeſſ.quæſt.3.n.1.* Tenet etiam ex parte Bonac. *diſp.5. quæſt.6.sect.5.punct.4.num.3.* Quatenus hoc affirmat loquendo de locis non ita amplis : negat verò loquendo de amplis oppidis, aut civitatibus. Sic etiam Lugo *diſp.23.n.64.* & Candidus *diſquiſ.24. art.50. dubit.8.* & Diana *tract.11. citato, reſol.35.* Molfeſ. *loc.cit. num.32.* Villalob. *tract.9.diff.73.n.5.* & Archang. *diſt.21.pag.260.*

Sed probabiliùs reſpondeo : quod licèt in hujuſmodi caſibus confeſſarius peccet, non tamen frangat, violétve ſigillum. Primum poſtea *quæſt. 32.* probabo. Secundum autem nunc. Quia per prædictum modum loquendi nulla fit injuria Sacramento, cùm non reveletur illorum peccatorum narrator: ergo non erit contra ſigillum. Sic Navarr *cap.Sacerdos, num.54.* & *in man.cap.8. n.16.* Henriquez *lib.3. de pœnit.cap.21.num.6.* vbi ſic ait : Narrare peccata, etiam mortalia, audita in confeſſione, quando nullo modo deveniri poteſt in cognitionem perſonæ, non eſt contra ſigillum. Nec ſi dicat, Hiſpali, vel tali loco, vbi conſtat eum audiviſſe multorum confeſſiones, fiunt gravia crimina, vel ſunt multi ſodomitæ, vel ſi de certa Religione in genere dicat, Vendi officia, ſolitum fieri aliud peccatum. Sic ille. Nuñus *in add ad 3.part.quæſt.11.art.1.ad 13.argumentum.pag. mihi 538.* Onuphrius *de ſigillo sect.4.§. ſequitur vltimò.* Quos omnes Authores citat Bonac. pro ſua ſententia (ſed vide, quàm bene.) Tenent etiam noſtram Vivaldus *tract.de ſigillo, num.26.* Sylvius, & Megala apud Dianam *2.part.tract.15.reſol.15.* qui ibi vtramque ſententiam referens, nulli adhæret. Fagund. *lib.6. cit. cap.4.n.2.& c.5.n.11.* vbi malè citat Ledeſmam pro hac ſententia. Peſantius *q.11. diſput.2.* Lopez *1.part.ſum.cap.37.pag.mihi 220.* Vega *2.tom.cap.100. caſu 1.col. mihi 885.* Granado *tom.5.in 3.p.tract.11. diſp.3.num.1.*

QVÆSTIO XXXI.

An frangat ſigillum confeſſarius dicendo: Quidam religioſus ex tali Ordine, *vel* ex tali Conventu, confeſſus eſt hoc peccatum?

AFfirmat Granado *loc.cit.* per hæc verba : Infertur tertiò, non eſſe contra ſigillum declarari civitatem, imò nec communitatem, in qua tale peccatum in confeſſione auditum eſt, dummodo propterea veniri nequeat in notitiam perſonæ in particulari; nec tali communitati inferatur propterea nocumentum, vel infamia alicujus momenti; nam ſi inferretur, probabilius eſt, eſſe contra ſigillum, vt docent Suarez *sect.33.n.8.* & alij Doctores. Sic Granados, & ante illum Divus Antoninus *2.p. tit.17. c.19.§.3.* Bonacina *loc.cit.* Villalobos *tract.9.diff.73.n.5.* Diana *5. part.loc.cit.* & à fortiori Ledeſma, Vaſquez, Ægidius, Hurtado, & alij *ſuprà citati.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non frangere ſigillum, licèt aliàs peccet, vt diximus. Quia nec revelatur peccator, nec eſt periculum (vt ſupponimus) quod cognoſcatur

cognoſcatur. Sic Nauarrus, Henriquez, Nuñus, & Fagundez *locis citatis*, Candidus *art.* 50. *dubit.* 9. *in fine.*

QVÆSTIO XXXII.

Quot peccata committit Confeſſarius, qui de aliqua ciuitate, oppido, Religione, aut Communitate prædicto modo loquitur?

RESpondet Onuphrius apud Dianam 2. *p. tr.* 15. *reſol.* 13. *fine*, quod peccat peccato contra præceptum de non ſcandalizando proximum, & peccat contra præceptum de non infamando illum.

Sed melius reſpondeo: Si infamia ſit grauis, aliquando peccabit confeſſarius mortaliter peccato ſcandali, aliquando infamiæ totius communitatis, oppidi, &c. & aliquando nullo modo peccabit. Primum patet, quia ſi confeſſarius narret prædicta coram ſimplicibus, rudibuſque hominibus, generabitur apud ipſos magnum ſcandalum reuelatæ confeſſionis: ergo. Secundum etiam conſtat. Quia confeſſarius prædicto modo loquens regulariter loquendo maximè offendit Ciuitatem, Monaſterium, &c. ergo. Tertium denique etiam liquet, quia ſi peccata quæ à confeſſario publicantur, aliàs eſſent publica, & vt ſic confeſſarius referret, & non vt in confeſſione audita, nullo profectò modo peccaret, vt bene Vaſquez aduertit *loc. cit.* Sic Nauarr. Henriquez, & Fagundez *loc. cit.* & Candidus *loc. cit. dubit.* 10. *pag.* 156.

QVÆSTIO XXXIII.

An ſit contra ſigillum dicere, Ille (*v. g. Petrus*) confeſſus eſt mihi, ſed ego eum non abſolvi?

NEgant Caiet. *verb. Confeſſori neceſſaria*, Armilla *verb. Confeſſ.* §. 14. Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. c.* 21. *n.* 5. citans pro hac ſententia Ledeſmam *q.* 10. *art.* 5. *dub.* 1. Victor. *n.* 169. & alios Recent. Sed ego apud Victoriam certè hanc ſententiam inuenire nequiui, & oppoſitum docet *n.* 186. Innuit tamen illam eſſe probabilem Luyſius *de pœnit. diſt.* 33. *dub.* 6. & expreſſiùs Candidus *diſquiſ.* 34. *art.* 50. *dub.* 4. *pag. mihi* 555.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: eſſe contra ſigillum, quia qui prædicta verba audit, ſtatim ſuſpicatur, & non irrationabiliter, pœnitentem fuiſſe confeſſum aliquod graue mortale, vel innodatum eſſe aliqua cenſura Eccleſiaſtica, à quibus non fuit abſolutus. Sic Nauarr. *c. Sacerdos, n.* 63. *& ſeq. in man. c.* 8. *n.* 10. Angles *loco* ſtatim *citando*. P. Soto *lect.* 21. *cit. pag. mihi* 194. Suarez *diſp.* 33. *ſect.* 6. *n.* 1. Ægidius *diſp.* 9. *n.* 14. Sot. *diſt.* 18. *art.* 5. *q.* 4. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *punct.* 4. *n.* 6. Fagundez *prac.* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *num.* 9. Lopez 1. *p. c.* 37. Valentia *q.* 13. *punct.* 3. Layman *c.* 14. *cit. num.* 6. Vaſquez *loc. cit. dub.* 19. Hurtado *diſp.* 12. *diff.* 12. Granad. *loc. cit. diſp.* 6. *n.* 2. Vega *tom.* 1. *c.* 100. *caſu* 1. Ochagauia *tr.* 3. *de confeſſ. q.* 3. *n.* 2. Binsfeld. *loc. cit.* §. 22. *pag.* 93. Llamas *c.* 4. *cit.* §. 4. Molfeſ. *loco ſtatim citando*, Lugo *diſp.* 23. *n.* 84. Candid. *loc. cit.* & Dian. 5. *p. tr.* 11. *reſol.* 42. & alij.

QVÆSTIO XXXIV.

An ſit contra ſigillum, ſi Confeſſarius interrogatus, an Petrum abſoluerit? Reſpondeat, Non abſolui, quia non finiuit Confeſſionem?

AFfirmant Fagund. & Diana *loc. nuper cit.* & certè probabiliter.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe contra ſigillum, quia per hoc nullum peccatum reuelat confeſſor nec facit vt pœnitens maior peccator, quàm antea cognoſceretur, cognoſcatur. Sic præter DD. primæ ſententiæ *quæſt. præcedenti citatos*, tenent Suar. Sotus, Granad. Valent. Bonacina *locis citatis*. Angles *quæſt. de confeſſ. art. vltimo, diff.* 3. *concl.* 3. & Graffius *lib.* 1. *deciſ. aur. cap.* 23. *num.* 37. & idem à fortiori dicendum eſt, ſi confeſſarius reſpondeat, non abſolui Petrum, quia non dedit ſufficientem materiam: aut quia facit confeſſionem generalem. Sic authores *citati*. Fagundez *loc. cit.* Cañedo *c. de ſigillo, pag.* 239. Ludovicus *quæſt.* 7. *art.* 1. *diff.* 2. *pag.* 482. & Lugo *diſp.* 23. *n.* 84. addens ſecus eſſe dicendum de illo, qui diceret: non illum abſolui, quia erat captioſus, & amicus ſuæ ſententiæ.

QVÆSTIO XXXV.

An ſit contra ſigillum dicere, Ego abſolui Petrum, aut Petrus confeſſus eſt mihi ſua peccata?

AFfirmativam partem vt probabilem defendit Fagund. *prac.* 1. *lib.* 6. *c.* 5. *n.* 18. *&* 19.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, non eſſe contra ſigillum, quia per hos modos loquendi nec reuelantur peccata mortalia, adhuc in genere, nec venialia in ſpecie: ergo nec indirectè adhuc offenditur confeſſionis ſigillum. Sic Navarr. *in c. Sacerdos, num.* 68. 69. *&* 72. *& in man. c.* 8. *n.* 11. Suar. *diſp.* 33. *ſect.* 3. Henriq. *lib.* 3. *cit. cap.* 21. & alij, quos citat, & ſequitur tandem Fagund. Lopez etiam 1. *part. inſtruct. cap.* 37. per hæc notanda verba: Non eſt violator ſigilli, qui ait: Confeſſus eſt Petrus mihi ſua peccata; niſi magni referret Petrum, alium confeſſorem ſuum neſcire illum illi fuiſſe confeſſum, vt vitet ſuſpicionem mali. Sic Lopez, & ante illum Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. c.* 21. *n.* 2. ita dicens: Aliquando tamen non expedit dici: Ille mihi confeſſus eſt, vel illum abſolui; quia ſi ex cauſa mutauit confeſſarium occultè, tenetur confeſſarius ſecreto naturali id tacere, ne ille in ſuſpicionem veniat. Sic Henriquez, & ante omnes Navarr. *in c. Sacerdos, n.* 71. *& in man. cap.* 8. *num.* 11. Molfeſ. *loc. cit. n.* 60. & penes ipſum Megala *cap.* 61. *n.* 16. Reginald. *lib.* 3. *num.* 53. P. Ledeſma *cap.* 22. *cit. dub.* 5. *poſt* 5. *concl.* & Lublin. *v. confeſſor, n.* 7. Candidus *art.* 50. *cit. dubit.* 3. & Diana 5. *p. tract.* 11. *reſol.* 47. Bonacina *loc. cit. n.* 4. Vaſquez, Onuphrius, & Ægidius apud ipſum, & communis.

QVÆSTIO XXXVI.

An ſit contra ſigillum dicere, Petrum *v. g.* eſſe ſcrupuloſum; *aut* nimium in declarandis peccatis, *quando id non niſi per confeſſionem cognitum eſt?*

AFfirmant Granados *tract.* 11. *diſput.* 3. *num.* 3. G. Hurtado *diſp.* 12. *diff.* 4. vbi ſic dicit: Et etiam vt contra Henriquez, & contra Valentiam ſupponit Ægidius *num.* 12. eſt contra ſigillum reuelare defectus pœnitentis, qui ex confeſſione conjiciuntur, quamvis aliàs ſint indicium bonæ, & timoratæ conſcientiæ, vt eſſe ſcrupuloſum; quia etiam eorum revelatione confeſſio fit pœnitentibus odioſa, & ab ea retrahuntur. Sic Hurtado qui (licèt bene citet Ægidium pro ſe) non tamen bene in eo quod dicit, id Ægid. ſupponere contra Henriquez, & Valentiam: cum neque *in num.* 12. nec alibi contra hos authores id ſupponat. Affirmant etiam Layman *loc.* ſtatim *citando*.

Sed

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe contra ſigillum. Quia eſſe ſcrupuloſum, regulariter loquendo, potiùs eſt indicium bonæ, & timoratæ conſcientiæ, vt ipſemet Hurtad. fatetur: ergo non erit contra ſigillum id reuelare. Sic authores ſtatim *citandi*, & ſuppoſito antecedenti noſtri argumenti, etiam conſentit Granados *loc. citat.* Et expreſſe tenent Llamas 2. *part. method. c.* 4. §. 7. vbi ſic ait: Neque reuelat confeſſionem qui dicit, *Hic mille ſcrupulos confitetur impertinentes, & ſuis impertinentibus minutiis caput obtundit*, vel *hic eſt timoratus*, & ſimilia. Sic Llamas.

QVÆSTIO XXXVII.

An ſit contra ſigillum dicere: Eo ad audiendam confeſſionem Petri, qui ſuis minutiſſimis peccatis caput mihi obtundet *: vel* qui ſuis ſcrupulis, & næniis impertinentibus me vexat, & occupat?

AFfirmant Gabriel *in* 4 *diſt.* 21. *quæſt. vnica, notab.* 2. Granad. & Hurtad. *loc. cit.* Ægid. *diſp.* 9. *n.* 11. & Layman *tr.* 6. *c.* 14. *n.* 6. & vt probabile defendit Fagund. *loc. cit. n.* 18. & 19.

Sed probabiliùs reſpondeo: non eſſe, quia per huiuſmodi modos loquendi nullum mortiferum in genere, nec veniale in ſpecie reuelatur. Sic Nauarr. *in man. c* 8. *n.* 12. Palacios *diſt.* 21. *q.* 2. Henriq. *c.* 21. *cit. n* 3. Vega *tom.* 2. *c.* 100. *caſu* 1. Lublinus *verb. Confeſſor, n.* 7. Villalobos *tr* 9. *diff.* 73. *n.* 6. Tenent etiam Fagund. *loc. cit. n.* 17. vbi dicit, eſſe commune. Viuald. etiam *de ſigillo,* . 32. Valentia *q.* 13. *punct.* 3. Ludouicus *q.* 7. *art.* 2. *diff.* 5. *pag.* 485. Lugo *diſp.* 23. *n.* 60. Diana 5 *p. tr.* 11. *cit. reſ.* 50. Llamas *loc. cit.* Molfeſ. *loc. cit. n.* 56. *pag. mihi* 482. & apud ipſum Sayrus *de pœnit. c.* 10. *n.* 5. Reginald. *lib.* 3. *n.* 53. & rurſus, me citato, Diana *p.* 10 *tr.* 12. *reſol.* 34. Trulleoch, & Martinus de Sancto Ioſeph apud ipſum.

QVÆSTIO XXXVIII.

An frangat ſigillum, qui duorum virorum, vel fœminarum confeſſionibus auditis, de vno illorum dicit, hic nullum mortale habet, *aut* illa eſt Virgo, *&c.*

REſpondeo frangere, ſaltem indirectè, ſi reſpectiuè ad alium hoc dicit, ſecus ſi abſolutè. Primum conſtat: quia per huiuſmodi modum loquendi indirectè ſignificat confeſſor, aliam non eſſe Virginem, & alium peccaſſe mortaliter. Secundum etiam patet, quia ſi confeſſarius excepit confeſſiones Petri, & Ioannis, aut Mariæ, & Franciſcæ, & poſt aliquod temporis ſpatium, vt ſtatim poſt confeſſionem, accedat quis ad confeſſarium, & cum illo de Petro, aut de Maria loquatur abſolutè, & non reſpectiuè ad Ioannem, vel Franciſcam, non frangeret ſigillum, ſi de Maria diceret, hactenus eſſe Virginem, & de Petro, nullius criminis mortalis eſſe reum. Sic Nauarr. *in c. Sacerdos, num.* 56. 59. & 60. & *in man. c.* 8. *num.* 9. Viuald. *num.* 22. Suar. *diſp.* 33. *sect.* 3. *num.* 9. & *sect.* 6. *num.* 1. Granados *tract.* 11. *diſp.* 3. *num.* 14. Reginaldus *n.* 50. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 5. Qui idem omnino affirmant de illo qui ex duobus ſociis, quorum confeſſiones audiuit, vnum laudat, & alium illaudatum dimittit. Sic etiam Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 20. *n.* 4. *fine*, Laymao *c.* 14. *n.* 7. & alij communiter apud Molfeſ. *loc. cit. n.* 34. *pag. mihi* 484.

QVÆSTIO XXXIX.

An frangat ſigillum Confeſſarius, qui dicit: Ego in confeſſione audiui hoc peccatum mortale, v. g. homicidium, ſi hoc dicat cum circunſtantia tali, quod nullo modo peccator cognoſci poſſit?

AFfirmat Abbas *in cap. omnis vtriuſque ſexus*, apud Fagundez *loc. cit. n.* 11. qui dicit, non inueniſſe alium authorem, qui pro hac parte citari poſſit. Poſſet tamen inuenire alios apud Angelum *verb. Confeſſio* 8. *n. vltimo*, & poſſet citare Angles *art.* 1. *cit. diff.* 6. vbi ait: hoc ſolùm licere abſque fractione ſigilli, ratione conſultationis: citra conſultationem verò, aut aliam iuſtam cauſam, temerarium eſſe, licèt perſona pœnitentis non reueletur. Sic Angles, & ex illo ſuus indiuiduus ſupra omnes, Ludouic. de S. Iuan *q.* 7. *art.* 2. *diff.* 2. *in append. pag.* 484. Et hanc ſententiam eſſe probabilem, non leuiter probat Fagundez *loco citato*.

Sed certè longè multò probabiliùs reſpondeo: non frangere ſigillum. Primò quia per hæc verba nullatenus prodit confeſſor peccatorem. Secundò, quia Doctores non abſque vtilitate paſſim ponunt caſus quos in confeſſione audierunt; ergo. Sic Nauarrus *in c Sacerdos, n.* 75. & 79. & *in man. c.* 8. *n.* 11. & apud ipſum Paludanus, & Adrianus. Sic etiam Victoria *num. mihi* 190. Syluest. *verb. Confeſſio* 3. *n.* 2. *q.* 5. Suarez, Fagundez, Angel. & alij *loc. cit.* qui omnes rectè aduertunt, in hac materia ſatius eſſe omnino tacere, quia de ſe eſt periculoſiſſima, & ſæpe contingit, per huiuſmodi locutiones confeſſiones reuelari.

QVÆSTIO XL.

An offendat ſigillum Confeſſarius, qui de confeſſionibus à ſe auditis conſulit cautè viros doctos?

AFfirmabit Abbas, & probabile debet reputare Fagund. iuxta dicta *quæſt. præcedenti*.

Sed certiſſimè reſpondeo: non offendere, ſi cautè conſulat, vt ex dictis conſtat; ſecus ſi incautè, vt ſi ipſe confeſſarius, confeſſione pœnitentis audita, ſtatim è loco ſurgat, & conſulat virum doctum præſentem, & accepto conſilio, illicò redeat ad abſoluendum pœnitentem, quia in hoc caſu certè facto ipſo ſigillum violauit. Sic Nauarrus *in cap. Sacerdos, num.* 67. & 59. & *in man. c.* 8. *n.* 9. Syluest. *v. confeſſ.* 3. *q* 5. Tolet. *lib.* 3. *cap.* 16. *num* 2. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 2. Lopez 1. *part. ſum. cap.* 37. *pag.* 209. & alij communiter.

QVÆSTIO XLI.

An offendant ſigillum Confeſſarij, qui inter ſe, vel inter alios confabulantes, dicunt: Hodie quidam miles, vel quædam mulier hoc, vel illud peccatum confeſſa eſt?

REſpondeo: Quod ſic, quia quamuis per hunc modum loquendi perſonæ non nominentur, facile tamen poſſunt eas alij confeſſarij per coniecturas cognoſcere. Sic Nauarr. *in cap. Sacerdos, n.* 59. ex Hoſtienſi, & *in man. cap.* 8. *num.* 10. Fagund. *loc. cit. num.* 13. Lopez *cap.* 37. *cit. pag.* 209. Vega 2. *tom. c.* 100. *caſu* 1. & alij. Eodemque modo frangeret ſigillum qui diceret, *Hodie negaui abſolutionem tribus*, vt docent Nauarrus *loc. cit.* & Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. cap.* 21. *num.* 6. qui citat Victoriam *num.* 172. ſed malè, quia nil tale dicit.

QVÆSTIO XLII.

An offendat ſigillum qui magnas pœnitentias publicas pro occultis peccatis iniungit?

NEgant aliqui apud Nauarr. *in c. Sacerdos, n.* 103. *& in man. c.* 8. *n.* 17. exiſtimantes: poſſe propter grauia peccata graues pœnitentias imponi, modò nulla ex eo oriatur ſuſpicio, impoſitas fuiſſe propter hoc, aut illud peccatum in particulari.

Sed certiſſimè oppoſitum reſpondeo: & dico, quod confeſſarius, qui abſque libero conſenſu pœnitentis graues pœnitentias publicas, vt multa ieiunia, flagellationes, &c. quæ à pœnitēte, aliis neſcientibus, adimpleri nequeunt, ſtatim, vel paulò poſt confeſſionem adimplendas iniungit, & præcipit, indirectè frangit ſigillum. Quia hæc videntes facillimè ſuſpicantur, pœnitentes huiuſmodi grauia peccata patraſſe: ergo confeſſor, ſaltem in genere indirectè reuelaret peccata ſibi confeſſa, quod abſque fractione ſigilli, niſi adſit conſenſus pœnitentis iuſta de cauſa datus, fieri non poteſt, vt *ſuprà q.* 21. *& ſeqq.* eſt habitum. Sic Nauar. *loc. cit.* Suar. *diſp.* 33. *ſect.* 9. Fagund. *lib* 9. *cit. c.* 4. *n.* 14. Llamas 2. *part. methodi, c.* 4. §. 8. Molfeſ. *tr.* 8. *c.* 53. *n.* 40. *& ſeqq.* De quo egimus *diſp.* 9. *de ſatisfact. q.* 39. *&* 40. vbi etiam, an ſaltem ſine violatione ſigilli imponi poſſint pœnitentiæ publicæ pro peccatis publicis, diximus.

QVÆSTIO XLIII.

An offendat ſigillum Confeſſarius qui Monachis, aut Monialibus pœnitentias leues in publico adimplendas, vt in refectorio, capitulo, vel choro, iniungit, & præcipit?

AFfirmat Ioannes Sancius *in ſelect. diſp.* 6. *n.* 18. & apud ipſum Chapeauilla *de caſib. reſ. fol.* 104.

Sed probabiliùs reſpondeo: non offendere, etiamſi non ita leues præcipiat. Quia qui in Monaſteriis degunt tales pœnitentias, imò & maiores, vt ieiunare, orare, vigilare, & ſe verberare, pro ſe, & pro aliis ſolent facere, & Prælati pro paruis, & leuibus culpis, aut pro nullis præcipere: ergo ex hoc nulla ſuſpicio oriri poteſt, eas fuiſſe impoſitas ſaltem propter aliquod mortale. Sic optimè Nauarrus *in cap. Sacerdos, n.* 105. *& ſequent.* vbi confirmat hanc partem ex iis quæ paſſim confeſſarij faciunt. Solent enim iniungere pœnitenti, vt ſtatim abſolutione percepta Virginem Matrem ſalutet, aut aliquem pſalmum coram Sanctiſſimo Sacramento genibus flexis dicat, etiam toto populo ſpectante.

QVÆSTIO XLIV.

An violet Sigillum Confeſſarius, qui alta voce pœnitentiam iniungit?

AFfirmat abſolutè Sancius, & Chapeauilla *loc. cit.*

Sed probabiliùs ſub diſtinctione Reſpondeo: violare quidem, ſi alta voce grauem pœnitentiam iniungat, ſecus verò ſi leuem. Prima pars conſtat. Quia ex grauitate pœnitentiæ grauitatem peccati pœnitentis deducet auditor. Secunda verò probatur, quia non violat ſigillum confeſſarius, qui leuem pœnitentiam à ſe impoſitam dicit: ergo nec qui alta voce iniungit. Conſequentia eſt nota, & antecedens docet Henriq. *lib.* 6. *c.* 21. *n.* 1. per hæc verba: Nec reuelat (*Confeſſionem* ſcilicet) qui in generali dicit, *ille confeſſus eſt venialia*, vel *dedi talem pœnitentiam leuem.* Sic ille ex Nauarr. *c.* 8. *n.* 8. *&* 11. *& c.* 18. *n.* 51. & Reginald. *lib.* 3. *n.* 53. & alij ſtatim *citandi.*

QVÆSTIO XLV.

An violet ſigillum Confeſſarius, qui pœnitentiam à ſe pœnitenti iniunctam manifeſtat?

AFfirmabunt à fortiori Sancius, & Chapeauilla *loc. citat.* quibus addo Petrum Cañedo *tract. de pœnit. c.* 10. vbi *de ſigillo Confeſſionis*, ſic dicentem: Sacerdos non poteſt manifeſtare qualem pœnitentiam impoſuit tali pœnitenti. Quia tunc reuelaret Confeſſionem, maximè ſi pœnitentia eſt talis, quæ non ſolet imponi niſi propter peccata mortalia, aut grauiſſima venialia. Sic ille, & eſſe probabile defendit Fagund. *præc.* 2. *lib.* 6. *c.* 5. *n.* 19.

Sed ex dictis probabiliùs reſpondeo, violare ſigillum, ſi manifeſtet pœnitentiam particularem à ſe impoſitam, dummodo illa fuerit grauis, aut ſignum culpæ mortalis certæ, aut dubiæ; ſecus verò ſi fuerit ita leuis, vt ex illa colligi nequeat, niſi tantùm quod certum, & commune eſt, ſcilicet pœnitentem confeſſum fuiſſe venialia. Sic expreſsè Granados *tr.* 11. *de pœnit. diſp.* 6. *n.* 5. Bonacina *diſp.* 5. *quæſt.* 5. *ſect.* 5. *punct.* 4. *n.* 4. Fagundez *loc. cit. n.* 17. Henriquez *lib.* 3. *de pœnit. c.* 21. *num.* 1. & apud ipſum Nauarr. Lugo *diſp.* 23. *n.* 89. & Diana 5. *part. tr.* 11. *reſol.* 31.

QVÆSTIO XLVI.

An inueniens peccata alterius ſcripta ſub titulo Confeſſionis, teneatur ſub ſigillo ſacramentali illa tegere?

NEgant Nauarrus *in c. Sacerdos, num.* 8. *&* 9. *& in man. c.* 18. *n.* 34. Henriquez *lib.* 3. *cit. c.* 20. *num.* 2. Suarez *diſp.* 33. *ſect.* 4. *n.* 5. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *punct.* 3. *n.* 7. Layman *lib.* 4. *tract.* 6. *cap.* 15. Ægidius *diſp.* 9. *n.* 50. Coriolanus 1. *part. ſect.* 3. *&* 309. Granado *loc. cit. diſp.* 4. Peſantius *q.* 11. *diſp.* 3. Thomas à Ieſu *in tribun. conſc. c.* 13. *citat. pag. mihi* 107. *pag.* 536. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 49. *dubit.* 7. *pag.* 153. Tannerus, Sotus, Bannex, Nauarra, Ochagauia, & alij, quos refert Diana 5. *part. tract.* 11. *reſol.* 27. exiſtimantes, ſolùm teneri celare prædicta ſub ſecreto naturali.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri etiam ſub ſecreto, aut ſigillo ſacramentali. Quia vel illa charta continens peccata, ſcripta eſt ad virum doctum ad petendum conſilium pro confeſſione, vel in ſubſidium memoriæ, vt pœnitens peccatorum ſuorum facilius, cum opus fuerit, recordetur, & ſic etiam poteſt dici confeſſio inchoatiuè: vel tandem prædicta peccata ſcripta iam ſunt confeſſa, & ſic iam ſunt affecta ſecreto confeſſionis: ergo in quocumque euentu celari debent, etiam ſub ſigillo Sacramentali. Sic Viualdus *de ſigillo num.* 21. vbi citat D. Thomam *in* 4. *diſtinct.* 21. Angles *diff.* 25. *de Confeſſione, pag. mihi* 251. Capua *lib.* 1. *deciſ. aur. c.* 23. *n.* 43. Fagundex *loc. cit. n.* 6. & apud ipſum Nauarra *lib.* 2. *de reſtitutione, cap.* 4. *num.* 461. Delrius, Vega, Nauarr. Homobonus, Zanardus, Rodriguez, Berarducius, & Malderus apud Dianam, quos & ſequitur 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 112. *&* 5. *part. loc. cit.* vbi pro contraria ſententia citat Nauarram *de reſtitut. lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 850. quibus adde Antonium Fernandes Moure 3. *part. cap.* 6. §. 9. *n.* 26. *fol. mihi* 306. Citat etiam Peſantius pro hac parte Sotum, & Nauarrum; ſed certè Nauarrus oppoſitum indicat *loc. cit.*

QVÆSTIO .XLVII.

An peccaret mortaliter contra confeſſionis ſigillum qui poſtquam cognouit in prædicta charta contineri peccata, aliquid eius legeret?

NEgant Doctores *citati quæſt. præcedenti.* Quia licèt exiſtiment, hujuſmodi inuentorem peccare mortaliter in eo caſu contra ſigillum naturale, non tamen contra ſacramentale.

Sed probabiliùs reſpondeo contra vtrumque ſigillum mortaliter delinquere, vt ex dictis facilè colligitur. Sic Reginald. *lib. 1. cap. 3. n. 30.* & alij DD. pro noſtra ſententia *quæſt. præcedenti* adducti.

QVÆSTIO XLVIII.

An etiam peccaret, ſaltem mortaliter, ſi inuentor talis ſchedulæ certus moraliter, non niſi leuia peccata in ea ſcripta eſſe, eam legeret ſibi ſoli, aut aliis, ſola curioſitate ductus?

NEgat Layman *loc. cit. c. 15. num. 19.* Quia exiſtimat in eo caſu non frangi ſigillum confeſſionis, ſed ſolum naturæ, cujus obligatio ob paruitatem materiæ ſolùm erit venialis.

Sed probabiliùs reſpondeo: peccare mortaliter, quia (vt habitum eſt) verè frangeret ſigillum confeſſionis, cuius violatio, etiam rei leuis, ſemper eſt mortale, *vt ſup. q. 5.* eſt habitum. Sic Reginald. & Diana *loc. cit.* imò & quod ſit mortale, affirmat Nauar. *in c. Sacerdos, n. 9.* dum hæc verba abſolutè, & ſine diſtinctione profert: Infertur, & quatiò, eum in hanc legem peccare, qui legeret ſchedulam alterius peccata continentem, cujus initium id indicaret, quia fortè ſic incipiebat: *Memoriale peccatorum meorum, quo illa faciliùs olim, cum opus fuerit, recorder.* Nouit enim, vel certè noſſe debuit, id eſſe ſecretum, & eum qui confecit illam, nemini palam fieri voluiſſe. Sic ille. Quod adhuc clariùs docet *num. 8.*

QVÆSTIO XLIX.

An teneantur ad ſigillum Confeſſionis illi, quibus confeſſarius, vel conſilij captandi gratia, vel de conſenſu pœnitentis aliquod peccatum ſimul & authorem illius reuelauit?

NEgant teneri celare tale peccatum ſub ſigillo confeſſionis, ſed ſolùm ſub ſigillo naturæ, Henriquez *lib. 3. de pœnit. c. 22. num. 3.* Vaſquez *quæſt. 93. art. 4. dub. 2. n. 10.* Medina *C. de confeſſ. quæſt. de his qui Confeſſionem celare tenentur,* Nuñus *in addit. ad 3. p. q. 11. art. 1.* Onuphrius, & Megala, quos citat, & ſequitur Diana *2. part. tract. 15. reſol. 14.* Ægidius *diſp. 9. dubit. 5.* Hurtado *diſput. 12. diff. 3.* Becanus *de Sacram. c. 39. n. 3.* Balboa, Metatius, & alij apud Dianam ſtatim *citandum.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, teneri celare ſub vtroque ſigillu, tam naturali, quàm ſacramentali. Quia ad omnes, quos confeſſio tranſit, ſuo onere ſecreti onuſta tranſit. Sic piiſſimus Navar. *in cap. Sacerdos, num. 45. & in Man. c. 8. num. 4. & 7.* Syluest. *verb. Confeſſio 3. quæſt. 1.* Suarez *diſquiſ. 35. ſect. 4.* Bonacina *diſp. 5. quæſt. 6. ſect. 5. punct. 3. n. 4.* Coriolanus *1. parte ſect. 3. pag. mihi 309.* Filliucius *tract. 7. cap. 11. n. 525.* Moure *3. parte, c. 6. §. 9. num. 26.* Sotus, Toletus, Vivaldus, & alij, quos citat & ſequitur Fagundez *præc. 2. lib. 6. c. 5. num. 20.* necnon Doctus Granados *loc. cit.* Vega *tom. 2 c. 100. caſu 1.* Ochagavia *tract. 3. de Confeſſ. quæſt. 2. num. 2.* P. Ledeſma *cap. 22. cit. poſt 7. concluſ.* Lugo *diſp. 23. num. 25.* Candidus *diſquiſit. 24. art. 49. dubit. 5.* Sic etiam Diana iam ſibi contrarius, & ſui oblitus *5. parte, tract. 11. reſol. 11.* & apud ipſum Moſcoſo, Cœleſtious, Henriquez, Sà, & alij.

QVÆSTIO L.

An etiam teneatur ad ſigillum Confeſſionis, ſaltem directè, Superior cui peccatum reſervatum, ob facultatem illud abſolvendi obtinendam, Confeſſarius manifeſtavit?

NEgant Vaſq. Hurtado *loc. cit.* Paludan. & Medina apud Ægidium ſtatim *citandum,* & alij dicentes, ſolùm teneri ad ſtrictiſſimum ſigillum naturæ.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri etiam ad ſigillum confeſſionis, & ſub eiſdem pœnis, quibus confeſſarius ipſe tenetur. Quia in hoc caſu Superior eſt aliquo modo confeſſor, cum ſine illo nequeat confeſſio fieri: ſi ergo modo aliquo in notitiam pœnitentis Superior veniat, directè ad ſigillum tenebitur. Sic Nuñus *quæſt. 11. art. 1. diff. 1. fin.* Nauar. *in c. Sacerdos, n. 42. & ſeq.* Henriquez *lib. 3. de pœnit. cap. 20. num. 3.* (qui malè pro contraria parte citatur à Bonacina, & Ægidio) Suarez *diſput. 33. ſect. 4. num. 3.* Victoria *de Confeſſione, num. 109.* Sotus *de tegend. ſecr. membr. 3. quæſt. 4.* Bonacina *punct. 3. cit. num. 3.* Archangelus *diſtinct. 21. pag. 261.* addens, id eſſe verum etiam in caſu, quo Prælatus non det facultatem à reſervatis abſoluendi. Ægidius *diſput. 9. n. 39.* & clarius *45. fine.* P. Ledeſma *loc. cit. concluſ. 7.* Fagundez *præc. 2. lib. 6. c. 6. n. 2.* Coriol. *1. parte, ſect. 3. pag. 505.* Granados, & Moure *loc. cit.* Ochagavia *tractat. 3. de Confeſſ. quæſt. 2. n. 1.* Molfeſius *loc. cit. num. 22.* Villalobos *tract. 9. diff. 72. num. 7.* Vega *tom. 2. cap. 100. caſu 1.* Lugo *diſp. 23. num. 54.* Candidus *loc. cit. fine;* Diana *loc. cit. reſol. 12.* & apud ipſum Megala, Fauſtus, Pitigianus, Malderus, & alij.

QVÆSTIO LI.

An interpretes pœnitentis ad ſigillum confeſſionis teneantur?

NEgant Cajetan. *in ſum. verb. Confeſſio, condit. 11;* & apud Nuñum, Fagundez, & alios, Sotus *diſt. 18. q. 2. art. 6.* Becanus *loc. cit. n. 3.* & Archangelus *diſtinct. 21. pag. 261.*

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri, quia interpretes verè concurrunt ad efficiendam confeſſionem, cognoſcúntque peccata pœnitentium per ipſammet confeſſionem: ergo tenentur ad ejus ſigillum. Sic D. Thom. *in 4. diſt. 21. quæſt. 3. art. 1. q. 3.* Navarrus *in cap. Sacerdos, num. 45. & in Man. cap. 8. num. 7.* Vaſquez *quæſt. 93. art. 5. dub. 2.* Suarez *diſput. 35. ſect. 4.* Nuñus *quæſt. 11. artic. 1. pag. mihi 540.* Henriquez *lib. 3. cit. c. 19. n. 9. & cap. 21. n. 1.* Coriolanus *loc. cit. num. 21. pag. 411.* Diana *5. parte, tract. 11. reſolut. 48.* & Molfeſius *loc. cit. num. 21.* P. Ledeſma *concluſ. 7. cit.* Fagundez *lib. 6. cit. cap. 6. num. 17.* Qui vterque malè citat Victoriam pro oppoſita ſententia; meliùs illum adducit Suarez pro noſtra, *n. mihi 173.* Ægidius *loco citato,* Bonacina *loco citato, punct. 4. n. 5.* Granado *tract. 11. cit. diſputat. 4.* Layman *loco citato, n. 16.* Hurtado *diſput. 12. difficult. 3.* Frias *de confeſſione, fol. 61.* Ochagavia *loco citato,* Luyſius Turrianus *diſput. 23. dubit. 1.* ex P. Soto *lect. 11. de Confeſſ.* Imò idem ſentire Sotum, ſentiunt Suarez *loco citato,* & etiam Vaſquez *loco citato, num. 1. in fine.* Ludouicus *quæſt. 7. art. 1. diff. 1. pag. 481.* Lugo *diſput. 23. n. 31.* Candidus *diſquiſit. 23. artic. 49. dubitat. 1. & 3.* & alij communiter.

QVÆSTIO LII.

An qui malitia, vel caſu peccata pœnitentis audivit, teneatur ad ſigillum Confeſſionis?

NEgant Becanus *loco citato*, & Sotus apud Vaſquez, & apud Layman *locis citatis*, & Molfeſ. apud Bonacinam *loc. cit. n. 6.* Negant etiam Henriquez *lib. 3. cit. c. 20. n. 1.* Archangel. *diſt. 21. pag. 260. col. 2. & 261. col. 1.* Viguerius, Tabiena, & Tannerus apud Dianam *ubi infra.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo, teneri: quia etiam iſte talis habet notitiam peccatorum ex confeſſione: ergo etiam tenebitur ad ejus ſigillum. Sic D.Thom. *in 4. diſt. 21. q. 1.* Navar. P. Soto, Vaſquez, Suar. Bonac. Layman, Luyſ. Granado, & Frias *locis citatis.* Ægidius *diſp. 9. n. 35.* Fagundez *loc. cit. n. 25.* Villalobos, Ludovicus, & Ochagavia *locis cit.* Diana *5. parte, tract. 11. reſol. 16.* Lugo *diſp. 23. n. 39. pag. 334.* Candidus *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LIII.

An teneatur ad ſigillum Confeſſionis ille cui Sacerdos vel malitiosè, vel inadvertent r confeſſionem revelavit, & omnes alij qui ab iſto, cui revelata fuit, audierunt, & alij ab aliis in infinitum?

NEgant Coriol. *1. parte, ſect. 3. n. 18. pag. 309. &* 310. & Sotus apud ipſum *diſt. 18. q. 4. art. 5. concl. 5.* & Medina *C. de confeſſ. q. 46.* & Onuphrius apud Dianam ſtatim *citandum.*

Sed probabiliùs reſpondeo, teneri omnes. Quia omnis notitia accepta ex confeſſione, ſive mediatè, ſive immediatè, ſive licitè, ſive illicitè, maner ſub ſigillo Sacramentali. Onus enim ſigilli onus eſt confeſſionis, quam inſeparabiliter comitatur. Sic Doctiſſ. Navarrus *in cap. Sacerdos, n. 42. & 43. & in Man. c. 8. n. 4. & 7.* Adrianus *de ſigillo, pag. mihi* 287. Petrus Soto *lect. 11. de Confeſſ. pag.* 194. Suarez *diſp. 33. ſect. 4. n. 8.* Sylveſt. *verb. Confeſſio 3. n. 1.* Angelus *verb. Confeſſor* 8. *n. 15.* Fagundez *præc. 2. lib. 6. c. 6. n. 26.* Moure, Frias, Granado, & Hurtado *locis citat.* Layman *loc. cit. verſ. 4.* Vaſquez *loc. cit. dubit. 2. n. 10.* Vivaldus *de ſigillo, n. 10.* Lugo *loc. cit. n. 38.* Candidus *loc. cit. & dubit. 4. pag. 152.* Diana *5. parte, tract. 11. reſol. 7.* Malderus, Toletus, Turrianus, Ochagavia, & alij apud ipſum.

QVÆSTIO LIV.

An Sacerdos carens juriſdictione ad audiendas confeſſiones, teneatur ad ſigillum, ſi ei aliquis bona fide Confiteatur?

NEgat Archangelus *diſt. 21. pag. 260. col. 2.* per hæc verba: Sacerdos enim qui nullam haber juriſdictionem in populum, cum audire confeſſiones nequitat, & conſequenter ſi audit, ibi nullum adſit Sacramentum, & ſacramentalis confeſſio, non recipit audiendo peccata ſub ſigillo confeſſionis, atque perinde nec ea ſub debito, & ſigillo confeſſionis celare tenetur. Ita ille.

Sed pluſquam probabiliter reſpondeo affirmativè, quia onus ſigilli eſt impoſitum in favorem Sacramenti, & pœnitentis: ergo extendendum eſt ad omnem confeſſionem bona fide factam, ſive ex parte pœnitentis, ſive ex parte confeſſarij in re non habentis juriſdictionem, putantis tamen ſe illam habere. Sic Navar. *in man. c. 8. n. 7.* Suarez *diſp. 33. ſect. 2.* Henriq. *c. 21. cit. n. 4. & c. 19. n. 8.* Ægidius *diſp. 9. n. 4.* Nuñus *q. 11. cit. art. 1. pag. mihi* 353. Ochagavia *q. 2. n. 5.* & Candidus *diſq. 24. art. 48. dub. 4. pag. 150.*

QVÆSTIO LV.

An Confeſſio facta laico, qui ſe finxit Sacerdotem, cadat ſub ſigillo?

NEgant Onuphtius *de ſigillo ſect. 3. q. unica, dub. 4.* Toler. *lib. 3. c. 16. n. 19.* Layman *c. 14. cit. n. 19. verſ. ſextò.* Nuñus *loc. cit.* Luyſius *diſp. 33. dub. 2.* & Archangelus *loc. cit. & pag. 261. col. 1.*

Sed probabiliùs reſpondeo affirmativè, quia pœnitens manifeſtar illi ſua peccata animo ſe accuſandi, & in ordine ad ſacramentalem confeſſionem: ergo tenebitur illam non violare. Sic Suarez *diſput. 33. ſect. 2.* Ægidius *diſp. 4. n. 8.* Bonac. *diſp. 3. q. 6. ſect. 5. punct. 2. n. 2.* Peſantius *q. 11. diſp. 3.* Lublinus *verb. Confeſſor, n. 9.* Vivaldus *de ſigillo n. 10.* Molfeſius *1. parte ſum. tract. 7. c. 23. n. 20.* Candidus *loc. cit.* Vaſq. quem citat, & ſequitur Lugo *diſp. 23. n. 40.* Diana *loc. cit. reſol. 15.* Ochagavia *tract. 3. de ſigillo Confeſſ. q. 2. n. 4.* & alij.

QVÆSTIO LVI.

An confeſſio ſcienter facta laico humilitatis cauſa cadat etiam ſub ſigillo Confeſſionis?

NEgant Henriqoez *lib. 3. de pœnit. c. 2. n. 7. in Gloſſa littera N, & c. 20. n. 1.* Suarez, Peſantius, & Bonac. *loc. cit.* Vaſquez *q. 83. art. 4. dub. 2. n. 6.* & apud ipſum D. Thom. Sylveſter, & Sotus. Luyſius *diſp. 33. dub. 1.* Hurtado *diſp. 12. diff. 3.* Ochagavia *tract. 3. de Confeſſ. q. 2. n. 6.* & à fortiori Onuphrius, Nuñus, Layman, & Tolet. *loc. cit. quæſt. præcedenti,* Candidos *diſq. 24. art. 48. dub. 1.* Molfeſius *n. 25.* Reginaldus *n. 3.* Archangelus *loc. cit.* & certè ſatis probabiliter. Quia illa confeſſio, cùm ſcienter fiat laïco, non eſt Sacramentalis: ergo etiamſi reveletur, nulla fiet injuria Sacramento.

Sed nihilominus æquè probabiliter reſpondeo, hujuſmodi confeſſionem etiam cadere ſub ſigillo; quia quamvis facta fuerit laïco, abſque ſpe juriſdictionis obtinendæ, fuit tamen ad modum ſacramentalis confeſſionis: ergo haber annexam obligationem ſigilli, cum hæc introducta ſit in honorem, & favoré Sacramenti, & ideo amplianda ad utramque confeſſionem: paret conſequentia. Nam (ut ipſe Archang. ſemel, & iterum concedit) ſigillum non ſolùm ſe extendit ad ea, de quibus eſt Sacramentalis confeſſio, ſed etiam ad ea, de quibus eſt confeſſio figurata, hoc eſt, habens figuram Sacramenti, qualis eſt prædicta. Sic D.Th. quem citat, & ſequitur Navar. *in c. Sacerdos, n. 42. & in Man. c. 8. n. 7.* Vivaldus *de ſigillo, n. 10.* Capua, aut Graſſius, Paludanus, & Adrianus, Innoc. Butrius, & Panormitan. quos citat, & ſequitur Fagundez *præc. 2. lib. 6. c. 6. n. 5.* Frias *c. 6. de confeſſ. fol. 51. verſ. Et ſi quæras.* Lublinus *verb. ſecretum, n. 4.* ex Armilla *verb. ſecretum, num. 1.* Ludovicus *loc. cit. art. 1. diff. 1. pag.* 482. Diana *loc. cit. reſolut. 14.* & alij.

QVÆSTIO LVII.

An Confeſſio in qua confeſſarius à principio dicit, ſe nolle audire peccata in Confeſſione, cadat ſub ſigillo?

AFfirmat Lugo *diſp. 23. num. 44. pag. 535.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non cadere, quantumvis pœnitens intendat Confeſſariū obligare. Quia obligatio

obligatio ſigilli confeſſionis nequit ſtare cum voluntate expreſſa non audiendi confeſſionem. Dico *cum voluntate expreſſa*, quia ſi confeſſarius non moneat pœnitentem de hoc, quantumvis non habeat intentionem abſolvendi, aut faciendi Sacramentum, tenebitur ſigillo. Sic Suar. *diſp.*33.*ſect.*2. Henriq. *lib.*3. *citat.c.*11.*n.*4. Fagundez *loc.cit.n.*11. & communis.

QVÆSTIO LVIII.

An teneatur ad ſigillum ſacramentale ille cui extra confeſsionem aliquod manifeſtatum eſt, & commendatum ſub ſigillo confeſsionis?

AFfirmat Martinus de Frias *in ſua brevi ſumma, fol.mihi* 51.*cap.*6.*verb. Et ſi quæratur.* Pro qua etiam ſententia citat Moure 3. *part. cap.*6.§.9.*n.*26. *verſ. Dico ſecundò, fol.*306. Paludanum *in* 4. *diſt* 21. *q.*3.*n.*11. & Caietanum *verb.Confeſſ.* Sed malè profectò. Nam Caiet. *loco ab ipſo citato* oppoſitum docet his verbis, ſed ſi non in Sacramentali confeſſione, ſed ſecretum committendo dicunt alicui: *Hoc dico tibi in pœnitentia, ſeu ſub ſigillo confeſſionis*, non propterea obligat ibi ſigillum confeſſionis, quoniam ſigillum confeſſionis non poteſt inveniri ſine Sacramentali confeſſione. Sic ibi Caiet. & etiam 2.2. *q.*70. *art.*1. *circa ſolut. ad* 1. Paludanum item oppoſitum etiam aſſerere his verbis docet Navar. *in cap. Sacerdos, n.*39. Infertur (*inquit*) & ſextò, eum cui aliquid dicitur cum proteſtatione, *Hoc dico tibi in confeſſione*, vel *quaſi in confeſſione*, non teneri confeſſionis ſigillo, licèt teneatur naturæ ſecreto, ſecundùm Innocent. *in cap. omnis, propè finem*, quem Panormit. cum communi ibi ſequitur *de pœnit.* Et quamvis Paludanus *in illa diſt.*21. *q.*3. & Adrianus *in illo dubio* 1*c.col.*4 poſt quintam quæſtionem de confeſſione, videantur contradicere, tamen per ea quæ paulò poſt dicunt apparet, eos in hac eadem eſſe opinione dum aiunt, eum cui aliquid cum illa proteſtatione commiſſum eſt, teneri quidem ſecreti ſigillo, non autem confeſſionis, & ideò ſi ſuperior præcipiat, ad revelandum teneri. Sic Navarrus.

Longè ergo probabiliùs reſpondeo, non teneri ad ſigillum confeſſionis, ſed tantùm ad ſigillum naturæ, etiamſi manifeſtans genibus flexis, & prævio ſigno Crucis, & confeſſione generali *Confiteor Deo*, ei dicat, *Hoc tibi dico in confeſſione.* Quia hîc non datur confeſſio Sacramentalis: ergo. Sic D. Thom. 2.2. *q.*70.*art.*1.*ad* 2. Navar. Caiet. Palud. Adrian. & Moure *loc.cit.* P. Soto *lect.*11.*cit.pag.mihi* 194. Henriquez *lib.*3.*de pœn.c.*21.*n.*3.*& n.*4.*in Gloſſa, lit.T,* Vaſquez *quæſt.*93.*art.*4. *dub.*3.*num.*13. Ochagavia *tract.*3.*de confeſſ.quæſt.*2.*num.*3. Sanchez *lib.*3.*de matr.diſp.*13. *num.*6. Laymao *tract.*6.*cap.*14. *num.*2. Hurtado *loc. cit.* Luyſius *dub.*1.*cit.* Villalobos *diff.*73.*n.*2. Ludovicus *loco ſtatim citando*, & alii innumeri, quos citat & ſequitur Fagundez *lib.*6.*cap.*5.*num.*3. quibus addo Candidum *loc.cit.dubit.*3. Bonacinam *loc.cit.punct.*2. *num.*3. & apud illum Nuñum, Ægidium, Valentiam, Reginaldum, & Filliucium, Llamas etiam 2. *parte, cap.*4.§.8. & Molfeſium *loc.cit.n.*29. Turrebl. *loc.cit. n.*3. & P. Ledeſmam *loc.cit.concl.*7. necnon Thomam Hurtad. *tract.*6.*cap.*11.*reſ.*26.

QVÆSTIO LIX.

An ſit peccatum tradere, vel recipere ſub ſigillo confeſsionis illud quod non eſt confeſſum, aut in confeſsione non dicitur?

AFfirmat Palud. *in* 4. *diſt.*21. *q.*3. ut referunt Adrianus *in* 4.*de conf.*§.*Tertia pars, pag.mihi* 188. & Nauarr. *loc.cit.n.*40. & poſt illum Llamas *loc. cit.* §.8.*verſ.dicimus ſecundò, & verſ.colligitur inſuper.* Et nouiſſimè Ludouicus de S. Iuan *quæſt.*7.*art.*2. *difficultate* 10.*pag.*486. per hæc verba: [Eſto no es licito; ſino gran ſacrilegio, y cruel irreuerencia contra la confeſſion Sacramental, haziendo ademanes, y ceremonias della en negocios profanos, y puramente humanos, y que ſerà ſacrilegio, eſtà claro, pues la iniuria ſe haze à coſa tan ſagrada, como el Sacramento.] Sic ille, ſed nimis rigoroſè.

Vnde probabiliùs reſpondeo: non eſſe, quia hoc faciens nullam iniuriam Sacramento facit, ſed potiùs illi reuerentiam exhibet, cum manifeſtet confeſſionis ſecretum. Sic Nauarrus, & Adrianus *loc.cit.* Victor. *num.mihi* 191. Vaſquez, & Ochagauia *loc.cit.* & Sotus, quem citat, & ſequitur Candidus *artic.*48. *cit.dubit.*1. & communis.

QVÆSTIO LX.

An confeſſarius poſsit peccatum in Confeſsione auditum reuelare, quando ipſe ſuum peccatum aliter in Confeſsione explicare non poteſt?

AFfirmant Mayron, & Gabriel *in* 4.*diſt.*21. *q.*1? *artic.*3. & Sotus *diſt.*18.*q.*4.*art.*5.*circa ſolutionem quarti, & de tegendo ſecreto membr.* 3. *q.*4. Onuphrius apud Bonacinam *diſp.*5. *q.*6. *ſect.*5. *punct.*4. *n.*21. Sà *verb.Confeſſ.* apud Hurtadum *diſp.*12.*diffic.*5. & apud Dianam 5.*parte, tr.*11.*reſol.*9. Sed malè citatur Sà ab illis. Quia Sà nihil de hac quæſtione tractat. Sed Andr. Victorell. *in notis, & addition. ad Emanuelem Sà, verb.Confeſſor, fol.mihi* 142. aliàs 103. vbi ſic ait: Si nequeas tuum crimen confiteri ſine reuelatione auditi criminis in confeſſione, dubium eſt, an id explicandum. Probabilius quod ſic. Sic ille. Et eſſe probabile aiunt Lopez 1.*parte ſummæ, c.*37. *pag.mihi* 208.*&* 209. & Vega 2.*tom.c.*100. *caſu* 2. *col. mihi* 887. vbi præpoſitis duabus de hac re opinionibus, ſic ait: [Cada vno de eſtos Autores dizen ſer ſu opinion la mas probable. Tu ſigue la que quiſieres, que entrambas los ſon; aunque yo ſigo la ſegunda.] Sic ille.

Sed multò longè probabiliùs, & mihi certò reſpondeo: non poſſe, quia longè maioris momenti eſt obſeruatio ſigilli Confeſſionis, quàm integritas materialis illius. Sic Palud. Scot. Ricard. & alij, quos citat, & ſequitur Frias *c.*6.*cit.fol.*51. vbi ſic ait: Sacerdos habens peccatum mortale, de quo non poſſet confiteri, niſi reuelaret confeſſionem ſibi factam, non debet tale peccatum confiteri, ſed tantùm de eo conteri, cum voluntate confitendi illud quando hoc poterit facere ſine reuelatione illius perſonæ, quæ ſibi confeſſa eſt, & ſine præiudicio vllo ſigilli confeſſionis: & ſi talis opportunitas nunquam ſe offerat, erit caſus impoſſibilitatis ad confitendum, vt optimè deducit P. de Palude *in* 4.*diſt.*21.*quæſt.*3.*art.*2.*concl.*2. Sic ille. Et Nauar. *in Man cap.*8.*n.*6. Nuñus *q.*11. *cit art.*1.*ad* 9.*argum.* Syluester *verb.Confeſſ.*3.*num.*8. Vaſquez *q.*93.*art.*4.*dub* 4. Henriquez *lib.*6. (*aut* 3.*de pœnitent.*) *cap.*19.*num.*5.*& in Gloſſa lit.T, & cap.*20. *num.*5. *& in Gloſſ lit.*O. Suarez *diſp.*33.*ſect.*1. *n.*18. Bonacina, Hurtado, Vega, & Lopez *loc.cit.* Moure §.9.*cit.pag.mihi* 305. Layman *cap.*14.*cit.numero* 12. Ochagauia *loc.cit quæſt.*4. Cañedo *cap.*13.*cit.* Luyſius *de pœnit. diſp.*33.*dubit.*3. Fagundez *præcept.*2. *lib.*6. *cap.*1.*num.*9. dicens opinionem contrariam eſſe improbabilem, ſed in hoc non ita bene. Thomas à Ieſu *in Tribun.confeſ.capite* 13.*pag. mihi* 168. Binsfeldius §.22.*cit.pag mihi* 93. Lugo *diſput.* 23.*num.* 144.*pag.* 554. Diana *loc.cit.* Malder. Præpoſitus, & alij apud

ipſum Molfeſ. *tr.7.cit.c.13.n.51.* Reg. *lib.3.n.29.* P. Ledeſma *loc. cit. pag. mihi* 520. Llamas *2.p. method. cap.4.§.5.* & communis, quam tenet Thom. Hurtad. *loc.cit.reſ.27.* dicens hoc eſſe verum etiam caſu quo Confeſſarius fit in articulo mortis: quia tunc tenetur potius dimidiare confeſſionem, ſi integrè nequeat confiteri, niſi detegendo peccatum quod in confeſſione audivit, ex cujus propalatione poſſit venire in cognitionem pœnitentis.

Qvæstio LXI.

An Confeſſarius poſſit peccatum pœnitentis aliàs notum, ut ſibi notum revelare, non explicando ſe illud in Confeſsione audiſſe?

Negativam ſententiam tueri Altiſiodorenſ. *lib.4. tract.6.cap.3.q.4.* & Henricum *quodlib.8.q.18.* aliàs 29.*&* 31. referunt Sotus *memb.3. de reg.ſecret. q.4.* & Henriquez *lib.3. de pœnit.c.22.n.1.* in *Gloſſa lit. A,* (licèt Vaſq. dicat talem opinionem in eo invenire non potuiſſe.) Negant etiam Abbas, & Farinac. apud Torreblanca *lib.4. de magia,c.7.n.22.* & alii quos ſuppreſſo nomine citat Navar. *in c. Sacerdos,n.127.* & eſſe probabile innuit Vaſq. *q.93.art.4.dub.7.* dum oppoſitam ſententiam veriorem tantùm appellat.

Sed longè multò probabiliùs, & veriùs reſpondeo poſſe: dummodo de tali peccato loquens, vel in teſtem vocatus nihil certiùs affirmet, vel ampliùs, quàm id, quod extra notitiam confeſſionis cognoſcit. Ratio eſt, quia confeſſio non privat jure loquendi abſque offenſione Sacramentalis ſigilli, de rebus quas ante, vel poſt confeſſionem confeſſarius ſcit. Sic Navar. *loc.cit.& in ſum.cap.8.num.15.* Vaſq. & Henriq. *loc.cit.* Suar. *diſp.33.ſect.3.* Sanch. *lib.3. de matrimon. diſp.16.n.5.* Hurtado *diſp.12. diffic.8.* Nuñus *q.11. art.1.ad 12.argum.pag.538.* Victor. *num.187.* Lugo *diſp.31. num.62.* Molfeſ. *num.36.* Ægidius *diſp.9. ſub num 23.* Turreblanca *lib.14.cit.c.12.n.36.* & omnes communiter, cum Angel. Doctore *in 4. diſt.21. q.3.* qui optimè advertit, hujuſmodi confeſſarium nunquam debere dicere, ſe tale peccatum in confeſſione audiſſe: ſed potiùs addere, unde illud ſciverit, ad tollendam omnem ſuſpicionem revelationis.

Qvæstio LXII.

An liceat Confeſſario uti ſcientia confeſsionis ad faciendum, vel omittendum aliquid quod non eſſet facturus, vel omiſſurus?

Negant Baões *2.2. quæſt.31.art.8.* Armilla *verb. confeſſor,num.7.* Sanchez *lib.3.de matrim.diſp.16. à num.3.* Ægidius *diſp.9. num.67.* Bonacina *diſp.5. quæſt.5.ſect.5. punct.4.num.8.* referens pro hac parte Cardinalem Tuſchum, Vaſquium, Reginaldum, & alios. Sed ex his non bene hos duos, *ut infrà.* Layman *lib.4. tract.6.c.15.n.22.* Granado *tr.11. diſp.7. à num.12.uſque ad* . Fillincius *tract.7. cap.11.q.7.* Hurtado *diſp.12. diffic.9.* Eaguncl. *2. præcept.1. lib.6. cap.3. num.1.* Qui pro hac ſententia citat Suarium *diſp.33.ſect.7.num.4.* (ſed malè, ut *infrà.*) Bcja *parte 3.caſu 11.* Delrius *in diſquiſ.ſect.1.* Malderus *tract.de ſigillo,c.14.* & Diana *3.parte,tr.4.reſol.76.* dicens oppoſitam ſententiam eſſe periculoſam, & nocivam honori, ac religioni Sacramenti. Negant etiam Luyſius *diſp.33. dub.3.* Lugo *diſp.13.n.93.* Candid. *diſquiſ.24.art.52. dub.3.* & iterum Diana *5.p.tr.11.reſ.3.* & apud ipſum Suarez, Præpoſitus, & Onuphrius.

Sed æquè (ad minus) probabiliter reſpondeo: poſſe ſi id fiat abſque periculo detectionis confeſſionis. Quia confeſſor ſolùm obligatur ex præcepto ſigilli confeſſionis ad tegenda ea quæ in confeſſione audivit: ergo his tectis bene poteſt Confeſſor uti ſcientia confeſſionis ad bonum commone, aut proprium ipſius, aut pœnitentis. Sic Alenſ. *4.p.quæſt.78.art.1. memb.2.ad* 8. D. Thom. *in 4. diſt.21. quæſt.3. art.1. quæſt.1.ad 3,* Navar. *in cap. Sacerdos,num,146. & in Man.cap.8. num.12.* Vaſquez *quæſt.93.art.4. dub.8.* Henriquez *lib.3.cit.cap.23. num.6.* Suarez *de Eucharist.quæſt.80.art.6 diſp.67. ſect.3.* quem ipſemet Sanchez cum aliis Doctoribus uſque ad 36. pro noſtra ſententia citat. Quibus adde Villal. *tr.9.diff.75.n.4.* Antonium Fernandez Muure *3. p.c.6.§.9. n.27.verſ. Dico ſecundùm, pag.309.* ex Suario dicente ita docere omnes. Lege Thomam Hurtado *tom.1. tract.6. cap.11.reſol.32.*

Nec contra hanc ſententiam eſt decretum Clem. VIII. ut Authores primæ exiſtimant, quia ut ſtatim videbimus, Clemens ſolùm prohibet Superioribus uti notitia in confeſſione habita ad externam gubernationem ſubditorum, quod quid diverſum eſt.

Qvæstio LXIII.

An liceat Superiori ob peccatum in confeſsione cognitum privare ſubditos officiis ad nutum amovibilibus?

Negant Layman, Malderus, Fagundez *loc.cit.* Bonac. *diſp.5.q.6. ſect.5. punct.4. num.14.* Ioannes de Cruce *2.parte, quæſt.6.dub.1. concl.3.* Diana *loc. cit. num.6.* Friaa *loc.cit. fol.51.* & apud ipſum Palud. Gabriel, & alii, Hurtado, Sanchez, Filliuc. Bañez & Ægid. Lugo *loc. cit.* Candid. *loc.cit. dub.2.* & alii exiſtimantes: contrarium eſſe contra decretum Clement. VIII. de anno 1594. hæc continens verba. *Tam ſuperiores pro tempore exiſtentes, quàm confeſſarii qui poſtea ad ſuperioritatis gradum fuerint promoti, ne ea notitia, quam de aliorum peccatis in confeſſione habuerint ad exteriorem gubernationem utantur.* Sic Clemens.

Sed his non obſtantibus alii reſpondent, licere, dummodo hoc faciat cautè, circumſpectè, & quæſito aliunde colore, & cauſa externa hujus privationis. Quia ita faciens non contradicit decreto adducto, ſed ſolùm utitur jure ſuo ſine injuria Sacramenti. Sic Angles *loc.cit. diff.13.pag. mihi 251.* per hæc verba. Hinc Provincialis non poterit Priorem, aut Guardianum, propter crimen illi in confeſſione notum deponere, bene tamen poterit genitorem ſuo officio privare, quia hoc ex libera volontate Prælati dependet. Sic ille, & Cañedo *loc.cit.pag.242.in marg.* Vaſquez *loc.cit. dubit.8. num.4.* Guttierez *de matrim. cap.61.n.10.* Scotus, & alii *ſuprà citati.* Et poſt decretum Clementis VIII. etiam tenent hanc ſententiam Reginaldus *lib.3.cap.2.n.16.* (unde malè citatur à Bonacina pro oppoſita,) Nuñus *q.11. art.1. ad 6.* Lublinus *verb. ſecretum, num.10.* Ludovicus *q.7.art.3.diffic.3.concl.1.in append.pag.488.* Villalobos *tract.9.diff.75. num.1.pag.mihi 240.* P. Ledeſma *cap.21.ext. dubit.3. poſt 5.concluſ.* Molfeſius *2. parte ſum.tract.7.cap.23.num.39.& 40.* ubi ait eſſe doctrinam D. Thomæ, & communem. Sic etiam Vega *1. parte ſum. cap.63. caſu 24.col.mihi 638.*

Ego verò reſpondeo dicendum, quod licèt hæc ſententia ante decretum Clementis VIII. fuerit probabilior; nunc verò longè probabilior ſit prima, nec improbabilem exiſtimo ſecundam, ut aliqui recentiores putant. Lege Thomam Hurtad. *reſ.32.cit.§.3.* ubi docet non ſolùm poſſe Prælatum facere, ut tenent Doctores ſecundæ ſententiæ, ſed ad id omninò teneri, quando ſine manifeſtatione peccati poteſt amovere ſubditum ab officio periculoſo, licèt eſſet melius ad ceſſationem

ceſſationem inducere. Sic ille *ibi*, & §.6.*n*.161. Ego verò non ob hoc recedo à prima ſententia, quando loquendo de Superioribus Regularibus tenet etiam ipſemet Thomas Hurtad. *loc.cit.*§.8.*n*.172. ob decretum *Clem. VIII*, ob quod ſolùm id eſſe illis licitum negat. Imò & loquendo de aliis Superioribus non Regularibus, jam nobiſcum conſentit §.16.*n*.193. Lege etiam Dianam *part.*10.*tr.*12.*reſ.*34.

Qvæstio LXIV.

An Superiori, vel cuilibet alteri liceat negare ſuffragium pœnitenti, quem ſolùm per confeſſionem cognoſcit indignum eſſe ad officium, vel Prælatiam?

NEgant Sanch. Bañez, Layman, Fagund. Granad. Hurtado, Filliucius, & Diana *loc.cit.* & alii apud ipſos, Lugo etiam *diſp.*23.*n*.95. Candid. *loc.cit.dub.*1. *pag.*159. Bonacina *loc.cit.n.*16. & alii.

Sed alii conſequenter ad dicta reſpondent licere, ſi ita cautè ſuffragium denegetur, ut nec ipſemet pœnitens quid de hoc ſuſpicari poſſit. Quia per hoc nullo modo revelatur confeſſio, aut redditur odioſa. Sic Navar. Vaſquez, Gutierrez, Reginald. & alii *ſup.citati.* Villalob. *tom.*1.*tract.*9.*diff.*75.*n*.4. ex parte Hurtado *diffic.*9.*cit.prope finem*, & Sanchez *diſp.*13.*ſect.*7.*n*.4. Nuñus *q.*11.*art.*1.*ad* 7.*pag. mihi* 437. Frias *pag.*51. Portel etiam *v.electio*, *n*.9. Peſantius, & Graffius apud Bonacinam, Ludovicus *q.*7. *art.*3. *diff.*3. *pag.*488. Scotus, Sotus, Ochagavia, Mercerus, & alii apud Dianam, Vega etiam, & Petrus Ledeſma *loc.cit.*

Ego verò etiam juxta dicta reſpondeo dicendum, quod licèt hæc ſententia propter authoritatem Doctorum qui adhuc poſt decretum Clem. VIII. eam ſequuntur, adhuc ſit probabilis, probabilior tamen, & in praxi ſequenda ſit prima: quia conformior decreto dicto.

Qvæstio LXV.

An etiam liceat removere pœnitentem ab officio, aut negare ei ſuffragium, quando ipſe ſolus conjicere poteſt id fieri ob peccatum confeſſum?

AFfirmant adhuc Scot. *q.*2. *art.*2. Vaſq. *q.*93. *art.*4.*dub.*8.*n*.6. Sylv. *v.conf.*3.*q*.14. & alii apud Suarium *loc.cit.*

Sed certiſſimè reſpondeo: non licere in eo caſu, quia revera licèt non verbis, tamen ipſomet facto frangeret ſigillum (ſaltem latè ſumptum:) cum removere pœnitentem ab officio, aut illi ſuffragium denegare, quando ipſe conjicit aut conjicere poteſt, id fieri ob peccatum confeſſum, nihil aliud ſit, quàm peccatum confeſſum ipſi objicere, & exprobrare, quod eſſe contra ſigillum, ſatis notum eſt, & conſtat ex dictis *q.*22. contra Vaſq. & alios. Sic Sanch. *lib.*3. *de matr. diſp.*16. Bañez, Armilla, Ægid. & Filliuc. quos citat, & ſequitur Hurtado *diſp.*9. *cit.* Suarez *diſp.*33.*ſect.*7.*n*.4. Ochagavia *tr.*3. *de confeſſ.q.*7.*n*.1. Villalob. *tr.*9.*diff.*75.*n*.1. Diana *loco ſuprà citato*, Lugo *diſp.*23.*n*.95. & 96. & alii communiter.

Qvæstio LXVI.

An liceat confeſſario ex notitia per confeſſionem habita dicere Prætoribus urbis, aut Inquiſitoribus, aut Prælatis Monaſterii, ut diligentiùs invigilent, ut ſic aliqua peccata impediant?

NEgant Fagundez *prae.*2. *lib.*6. *cap.*3.*n*.8. & 9. Diana 3.*parte*, *tract.*4.*reſol.*76. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: licere, dummodo hoc faciat abſque periculo revelationis pœnitentis: unde caveat Sacerdos ne dicat talia peccata committi, aut pericula magna imminere, ex confeſſione ſe ſcire. Quia hac cautela nec directè, nec indirectè revelantur peccata in confeſſione audita. Sic D.Th. *quodlib.*5.*q*.13. Navar. *cap. Sacerdos, num.*124. & ex illo Reginaldus *n*.14. Henriquez *lib.*4.*de pœn.c.*22.*n*.2. & 3. & apud ipſum Armilla, Palacios, Soto, Medina, Hoſtienſ. & alii. Sic etiam Adrian. *in* 4. *de confeſſ.*§.*ad argumenta*, *pag.*295. Graff. *lib.*1.*dec.c.*23.*n*.7. Ricard *diſt.*21.*q*.4. *n*.2. Aſtenſ. *lib.*5.*tit.*20. Corduba *caſu* 17. Torreblanca de Magia *lib.*4.*c.*7.*num.*10. & *lib.*14.*pract. cap.*12. *num.*14. Ægidius *diſp.*9. *num.*68. & 69. Luduvicus de S. Iuan *q.*7. *de pœnitentia*, *art.*1. *dub.*2.*pag.*482. Candidus *diſquiſ.*14.*art.*50.*dubit.*13. Et id etiam videtur mihi ſentire Bonacina *loc. cit. n.* 22. & tenet expreſsè Llamas 1.*parte Methodi*, *c.*4.§.8. dicens eſſe doctrinam omnium ferè Gravium.

Qvæstio LXVII.

An liceat Superiori ob notitiam Confeſſionis negare ſubditis licentiam exeundi foras, alloquendi externos, claudere feneſtras, & alia hujuſmodi facere?

NEgabunt Diana, Bonacina, & alii, ſi conſequenter loqui velint, & negat expreſsè Thom. Hurtad. *loc.cit.*§.14.*num.*189. Quia ex hoc (inquit) confeſſio redderetur odioſa, & valde formidabilis. Et negat jam expreſsè contra me Diana *p.*10.*tr.*12. *reſolut.*34.

Sed probabiliùs reſpondeo: licere, ſi ita cautè hoc faciat, ut nullo modo intelligatur id ex notitia confeſſionis oriri. Quia certè valde durum eſt negare, ſuperiorem hæc poſſe facere, cum ex una parte nullum pœnitenti gravamen accidat, ob quod confeſſio reddi poſſit odioſa, & ex alia id non inveniatur prohibitum per decretum Clementis, cùm in illo ſolùm caveatur, ne ſuperiores ad actus externos, nempe removendi ab officiis indignos, uti dignos officiis cohoneſtandi, notitia in confeſſione habita utantur. Sic optimè Ægidius *diſp.*9.*dub.*4. *n*.68. ubi ait nullum poſſe hanc partem negare. Henriquez *lib.*3.*cit.* *cap.*23. *num.*7. Nuñus *loc. cit. ad* 10. *argum.* Vega 1. *parte ſumma*, *cap.*63.*caſu* 24.*col.mihi* 638. & Reginaldus *lib.*3.*n*.19. & alii.

Qvæstio LXVIII.

An Confeſſarius qui ex confeſſione novit ſibi ab aliquo inſidias parari, poſſit eas fugere, quæſito aliunde colore?

NEgant Navar. *in cap. Sacerdos, num.*135. Suarez *diſp.*33.*ſect.*7.*num.*7. Soto apud ipſum *diſt.*18. *quæſt.*4.*art.*5. Hurtado *diſput.*12.*difficult.*10. Ricardus *artic.*4. *quæſt.*2. & Vaſquez *quæſt.*93. *art.*4. *dubit.*10. *num.*4. Lugo *diſp.*23.*n*.105. & 110. Beja 3. *parte*, *caſu* 11.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe. Ideoque optimè poterit Confeſſarius denegare pœnitenti petenti gladium ſuum depoſitum apud ipſum, ſi ex confeſſione ſciat ipſum petere ad illum occidendum. Deinde licitè poterit Miſſam non dicere, omittere, aut vinum mutare, ſi per confeſſionem ſciat, illud eſſe veneno infectum. Præterea licitè poterit percuſſionem, aut periculum mortis devitare, domi ſe continendo, aut non ingrediendo ſylvam, &c. Tandem ſic licitè poterit ei, quem ex confeſſione cognovit, non eſſe Sacerdotem, aut carere juriſdictione, ampliùs non confiteri.

Quia per hujuſmodi actiones nullo modo revelat confeſſarius peccata in confeſſione audita, nec reddit illam odioſam. Quod ſi pœnitentes ab illa per hoc retraherentur, irrationabiliter certè, & injuſtè hoc facerent. Sic Doctores *ſup.q.62.* pro noſtra ſententia adducti, & ex contrariis Sanchez *diſp.16. cit.num.6.* Fagundez *cap.3.cit.n.1.* Granados *loc.cit. n.6.* Bonacina *loc.cit. n.27.28. & ſeqq.* contra Suarium & alios (licèt non ita conſequenter.) Sic etiam Lublinus *verb. confeſſor, n.15.* ex Tabiena *tit.confeſſ. celat.num.12.* Ægidius *diſp.9.dub.4.à n.53.* Candid. *diſquiſ.24. art.51.* ex Sylveſtro, Armilla, & Nuño, Molfeſ. *tract.7.c.23.n.55.* Reginaldus *lib.3.n.19.* ex Henriquez *lib.6.c.24.* Thom. Hurtad. *loc.cit. reſ.32. n.151.* ubi ait, non ſolùm poſſe Confeſſarium præaſſignatas inſidias fugere, ſed ad id teneri. Quod & repetit §.3.*num.*16.*&* §.5.*num.*160.*&* §.6.*num.*162. *&* §.7.*per totum*, & tandem §.10.

Quæstio LXIX.

An Confeſſarius poſſit in præfatis caſibus Miſſam omittere, ſylvam non intrare, &c. Si prævideat fore, ut pœnitens qui illi hoc ſcelus manifeſtavit, occidatur ab aliis ſociis ob manifeſtationem delicti?

NEgant Bonacina *diſp.5. quæſt.6. ſect.5. punct.4. n.29.* & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe (licèt laudabile eſſet pro tuenda vita pœnitentis mortem ſubire.) Quia in dictis caſibus confeſſarius utitur jure ſuo. Nec propter hoc aliquis poſſet à confeſſione rationabiliter retrahi. Sic aliqui DD. apud Bonac. & Molfeſium *loc.cit. num.42.* addens poſſe etiam Sacerdotem ad evitandam mortem, ſi quæreretur ab eo, an talis perſona peccata ſua illi confeſſa fuerit, affirmare, quamvis perſona illa occideretur: quamvis meliùs eſſet mortem ſuſtinere. Sic ille, necnon Ægidius *diſput.9.dub.4.num.56.* & Thom. Hurtad. §.10. *citat.num.*180.

Quæstio LXX.

An Confeſſarius qui per confeſſionem noſcit ſuum famulum eſſe furacem, poſſit illum dimittere, vel à pecuniis illi in poſterum committendis abſtinere?

NEgant Fagundez *prac.2.lib.6.cap.3.n.1.* & apud Bonacinam Reginaldus, & alii. Negat etiam ex parte Candidus *diſquiſ.24. art.51. dub.9.* docens non poſſe Sacerdotem in eo caſu ſuum famulum furem dimittere, bene tamen à pecuniis in poſterum illi committendis abſtinere. Sic etiam Diana *5.parte, tract.11.reſol.37.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia ex hoc nec redditur confeſſio odioſa, nec ſequitur pudor, aut damnum pœnitenti. Sic Bonacina *diſp.5. q.6. ſect.5. punct.4.num.30.* Reginaldus *lib.3. n.17.* (unde malè citatur à Bonacina pro oppoſita ſententia.) Henriquez *lib.3.de pœnit.cap.23.n.6.* addens: Non ſolùm poſſe in dicto caſu ſuum famulum dimittere, aut ab officio removere, verùm etiam rem ab iſto ſibi furatam clam recuperare, quod additum valde diſplicet Stephano Fagundez *lib.6. cit. cap.2.n.9.* Sic etiam Sotus *de tegend.ſecret.memb.3.quæſt.4. dubit.1.poſt 5. concluſ.* Onuphrius *de ſigillo ſect.2.q.2.* & alii.

Quæstio LXXI.

An Curatus (vel quilibet alius Sacerdos) poſſit occulto peccatori negare Euchariſtiam (aut alia Sacramenta) ob peccatum in confeſſione notum, licèt in occulto petat?

NEgant Sanchez *lib.3. de matr. diſp.16. num.14.* Sanctius *in ſelectis diſp.8. num.10.* Bonacina *de Sacramentis, diſp.5.quæſt.6. ſect.5.punct.4.n.17.* allegans Lazarium, Onuphrium, Reginaldum, & Henriquez *lib.6.cap.19. num.5.litt. V,* Ægid. *diſp.9.n.6.* Fagundez *prac.2. lib.6. cap.3.n.5.* Bañez, Armilla, Sylveſter, Navar. & alii quamplures apud ipſos. Lugo etiam *diſp.23.num.125.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non poſſe quidem denegare, ſi publicè petat: Poſſe verò (licèt non teneatur) ſi petat occultè. Ratio eſt, quia ſi ob peccatum in confeſſione tantùm notum licitè poſſet Euchariſtia (aut alia Sacramenta) publicè petenti denegari, de ſe redderetur confeſſio valdè odioſa, & homines retraherentur ab illa. Quæ ratio non habet locum, ſi in occulto petenti denegetur, nihil obiiciẽdo ei de crimine confeſſo, ut conſtat. Nec exiſtimes hanc reſponſionem eſſe minus conſequentem ad ea quæ ſupra *quæſt.65.* à nobis reſoluta ſunt. Eſt enim latum inter ea diſcrimen, ut videre potes apud Suarium *4. tom.diſp.33. ſect.6.n.4.* Sic (ut notat Sanch. *n.13.*) debent tenere omnes aſſerentes, poſſe confeſſarium uti ſcientia confeſſionis ad actus externos, de quo *ſuprà quæſt.62.* Et ſic hanc partem defendunt D. Th. *in 4.diſt.9.q.unica, art.5.q.2.* Henr. *lib.3.de pœn.c.23. n.3. & in Gloſſa lit.T.* Nec bene citat illum Bonacina pro contraria ſententia *loco à ſe citato*; nam *ibi* ſolùm ait, non licere confeſſario detegere impedimentum matrimonii, quod ex ſola confeſſione hominis etiam defuncti novit, quod eſt planum, ſed non ad rem. Suarez *de Euchariſtia quæſt.80. artic.6. diſp.67. ſect.3. & tom.4.diſp.33.ſect.6.num.4.* ubi hæc ait: Si Sacerdos poteſt alio titulo ſe excuſare, ne det Sacramentum, vel quia non tenetur ex officio, vel quia eſt occupatus, poterit ſe excuſare, ſi velit, quamvis non teneatur, quia in utroque ſe gerit ac ſi nihil ſciret: at verò illo titulo negare non poteſt. Sic ille. Sic etiam Victoria *n.80.* & alii apud Fagund. *lib.6. cit. cap.2.n.11.* ubi citat etiam Navarrum *in cap. Sacerdos*, ſed non numerum, & bene fecit, quia nullus eſt ubi hoc doceat, ſed oppoſitum ibi *num.84. & 85. & in Man.c.21.n.55.* Sic etiam Thom. Hurtad. *reſol.32. cit. §.4.num.158.*

Quæstio LXXII.

An Confeſſarius teneatur vitare, ſaltem in occulto, excommunicatum vitandum ſolùm ex confeſſione notum?

NEgant teneri eum vitare, imò nec poſſe etiam in ſecreto, quando nullus alius adeſt, ſed ipſe ſolus, Fagundez *precept.2. lib.6. cap.3.n.10.* Sà *verb. confeſſor, num.26.* Medina *C.de confeſſ.quæſt.51.* Martinus de Ledeſma *quæſt.10. artic.5. dubitat.6.* Nuñus *quæſt.11.art.1.ad 14. argum.pag.mihi 539.* Frias *de confeſſ. fol.51.* & apud ipſum Scotus *in 4. diſt.12.* Suarez, Henriquez, Covar. & alii quos refert, & ſequitur Lugo *diſp.cit.n.119.*

Alii verò è contra affirmant in eo caſu, & poſſe confeſſarium, & teneri excommunicatum vitare in ſecreto. Sic (aiunt Suarez *diſp.33. ſect.6.n.4.* & Fagundez, & Logo *loc.cit.*) tenet Navar. *in cap. Sacerdos, num.145.* Secutus Adrianum, & alios. Sed certè iſti DD. falluntur. Nam Doctiſſ. Navarrus ſolùm

dicit

dicit, poſſe confeſſarium in ſecreto excommunicatum vitare, non tamen dicit quod ad id teneatur, ſed potiùs innuit contrarium, ut videre eſt. Nec citat præter Adrianum, alium.

Probabiliùs ergo reſpondeo, quod licèt in publico nec teneatur confeſſarius, nec poſſit vitare excommunicatum prædictum, in ſecreto tamen poſſit, licèt non teneatur, ob rationem nuper aſſignatam. Sic Navarrus *loc.cit.*

QVÆSTIO LXXIII.

An Confeſſarius poſſit mutare voluntatem, & non inſtituere hæredem, aut reſignare beneficium in eum quem ex confeſſione cognovit indignum?

NEgare videntur Fagundez *præc.2. lib.6. c.1.n.9. fine*, & Lugo *eadem diſp.23.n.92.& 93.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe, ſecluſo odio, & ſuſpicionis periculo. Quia tunc nihil facit Sacerdos, quàm uti libertate ſua. Sic Henriq. *lib.3.de pænit.c.23.n.5.* & apud ipſum Sotus *diſt.18.* & noviter Thom. Hurtad. *loc.cit.reſol.32.§.8.*

QVÆSTIO LXXIV.

An Epiſcopi, Prælati Religionum, & huiuſmodi poſſint condere leges, & reſervare caſus, ſi ex confeſſione ſciant aliqua peccata frequentari in Religione, & Republica?

REſpondeo quod ſic, dummodo id faciant in communi. Idemque dicendum eſt de Prædicatoribus; poterunt namque in generali carpere gravia peccata, & objurgare vitia in communi, etiamſi eorum notitiam ex ſola confeſſione habuerint. Quia per hoc non frangitur ſigillum, & providetur malis Reipublicæ. Sic D.Thom. *quodlib.5.art.3.* Sotus *diſt.18.q.4.art.5.* Sylveſt. *confeſſ.3. n.9.* Ledeſma *q.10. artic.5. dub.4.* Henriq. *loc.cit.n.3.* Fagundez *lib.6.cit.c.3. n.1.* & Nuñus *q.11.artic.1. ad 10.argumentum.*

QVÆSTIO LXXV.

An ſigillum Confeſſionis duret etiam poſt mortem pænitentis?

NEgarunt aliqui Canoniſtæ, ut Albericus, & Palacios Rubios, apud Torreblanca *lib.4.de Magia, c.7.& lib.14.practicar.c.12. n.4.* Et apud Covarruviam *in 4.1.parte,c.8.§.12.n.4.*

Sed pluſquam certum reſpondeo, durare, quia obligatio ſigilli naſcitur ex præcepto negativo, cujus vis quoad ſemper, & pro ſemper obligat. Et certè pœnitens moriendo non amittit jus ad ſuam famam ſervandam. Sic D.Thom. 2.2.*q.31.artic.2.* Navar. *c.8.n.7.* Suarez *diſp.33.ſect.1.n.17.* dicens eſſe erroneam ſententiam Canoniſtarum. Henriquez *lib.3.cit.c.19.num.4.* Covarr. & Torreblanca *loc. cit.* Molfeſius *tract.7.cap.23.n.45.* Ægidius *diſp.9.n.20.* & omnes communiter.

QVÆSTIO LXXVI.

An Confeſſarius poſſit violare ſigillum ad ſalvandum fœtum emortuæ matris?

AFfirmarunt conſequenter Authores nuper *citati.*

Sed certiſſimè reſpondeo, non poſſe. Imò nec pro ſalute totius mundi. Sic omnes DD. communiter, præcipuè Poſſevinus *c.6. de Baptiſmo, num.8. pag. mihi 151.* per hæc verba: Nobiſis bonæ famæ laborans in extremis confitetur ex fornicatione ſe gravidam: moritur, & omnes, excepto confeſſario, gravidam eſſe ignorant. Quæritur num Curatus, ſeu Confeſſarius teneatur rem detegere, ut ſalvetur fœtus per ſectionem matris, vel ſi taceat, an irregularitatem contrahat ob non præſtitam defenſionem fœtui? Reſpondet Navar. *c.24.n.22.* nullam irregularitatem incurrere, quia de juſtitia non tenetur ad defenſionem: quod verò nullo modo rem detegere debeat, eſt omnium ſententia, propter indiſpenſabile ſecretum ſigilli. Sic Poſſevinus, & idem docet in ſimili caſu Graffius *lib.1. deciſ. cap.23. n.5.* ſic dicens: Hinc fit, quod ſi confeſſarius certiſſimus eſſet liberari hominem nobilem à morte, detegendo quod in confeſſione audivit à vero malefactore, nempe illum nobilem, utpote inſontem, falsò eſſe inquiſitum, & injuſtè affligi, non debet, etiamſi is qui rapitur, eſſet ipſemet Sacerdos, ſeu Confeſſor, qui illa ſe poſſet via protegere. Sic ille, & bene.

QVÆSTIO LXXVII.

An poßit violari ſigillum ad probandum matrimonium fuiſſe validè contractum, aut ad impediendum, ne invalidè contrahatur?

AFfirmant Ludovicus Roman. *in l. ſi non ſpeciali, C.de teſtam. col. pen.* Iaſon *in l.1.§.hujus ſtudy, ff.de juſt.& jure, col.2.* & Chaſſan. *in conſil.1.verſu ad 2.n.17.* quos citat Fagundez *lib.6.cit.c.1. n.8.* quibus Becanus *de pænit.c.39.n.5.* adjungit Altiſiodorenſem *lib.4.ſum.tract.6.c.5.q.4.* & innuit eſſe probabile.

Sed certiſſimè reſpondeo nullo modo poſſe, quia ut habet perpetua traditio Eccleſiæ, ob nullum vitæ caſum, nec pro tuenda fide totius Orbis, aut pro ejus conſervatione licitum eſt frangere ſigillum. Vnde falſiſſimè, imò & erroneè dixit Gabriel *in 4.diſt.21.q.1.art.3.caſu 4.* poſſe Sacerdotem pro evitando gravi damno in vita, fama, vel bonis, revelare audita in confeſſione. Sic Navar. *verb. Sacerdos, n.116. & in Man.cap.8.n.6. & cap.18.num.54.fine*, Suarez *diſp.33. ſect.1.* Henriquez *lib.3.de pænit.cap.19.n.5. & c.20. num.etiam 5.* Sotus, Sylveſt. Armilla, Tolet. & alij, quos citant, & ſequuntur Fagundez, Suarez, Henriquez, & alij citati, Covar. 2.*p.Epitom.cap.8. n.9. & 10.* Vaſquez *quæſt.93.art.4. dub.10. num.6.* Lugo *diſp.23.num.199.* & Molfeſius *tract.7.cap.33. n.42.* & omnes communiter, quos ſequitur Thom. Hurtad. *tract. 6. cap. 11. reſolut. 17.*

QVÆSTIO LXXVIII.

An poſſit Confeſſarius revelare confeſſionem ad liberandum pænitentem à morte, in caſu quo Iudex petat ab illo, ut ſibi veritatem aperiat?

AFfirmant Altiſiodorenſ. *loc.cit.* & apud Fagundez *loc.cit.n.12.* Capua *lib.1.deciſ.aur.cap.23.n.14.* & innuit eſſe probabile Becanus *loco citato, n.5.fine.*

Sed certiſſimè reſpondeo, non poſſe abſque expreſſa licentia ipſius pœnitentis. Quia licèt ſigillum confeſſionis introductum ſit in favorem pœnitentis, & hac ratione videatur pœnitens in ſuum bonum tacitè licentiam concedere, tamen ex primaria Chriſti inſtitutione inſtitutum eſt in venerationem ipſius Sacramenti, & ideo primariò attendenda eſt ejus veneratio, & quod nulla ei fiat injuria.

Sic Navar.*c.*8.*n.*2.& alibi.Suarez *diſp.*33.*ſect.*1.Henriquez *lib.*3.*de pœnit.c.*19.*n.*6.*lit.B.*Bonacina *diſp.*5.*ſect.*9.*q.*6.*punct.*4.*n.*18.Fagundez *lib.*6.*c.*1.*num.*13. Moure 3.*parte,c.*6.§.9. *cit.n.*26.& communiter omnes. Nec Capua (ſeu Graſſius) oppoſitum ſentit, ſed omnino nobis conſentit *loc.cit.n.*13.ubi ait confeſſionis ſecretum ex conſenſu expreſſo pœnitentis revelandum eſſe, quando revelatio vergit ad ipſius pœnitentis ſalutare conſilium, & maximam utilitatem. Secus ſi in ejus damnum revelatio fieret, v. g. ſi Tyrannus Iudex cogat reum, ut licentiam concedat Sacerdoti dicendi peccatum: tunc quantumcunque illi concedat, nefas eſt Sacerdoti ſigillum aperire, quia vergeret in caput pœnitentis. Sic Graſſius.

QVÆSTIO LXXIX.

An Pontifex diſpenſare poſſit, ut confeſſio reveletur caſu, quo immineat periculum alicui Provinciæ, Regno, aut omnibus Catholicis?

AFfirmabit à fortiori Altiſiodorenſ. *loc. cit.* cùm ipſe aſſerat, licitum eſſe in eo caſu abſque diſpenſatione aliqua confeſſionem revelare. Sic refert Becanus *loco citato*, qui & innuit eſſe probabile.

Sed certiſſimè reſpondeo, non poſſe etiam in eo caſu, quia ſigillum Confeſſionis eſt de jure naturali, & divino, ſuper quo Papa diſpenſare non poteſt. Sic D.Thom.*in* 4.*diſt.* 21. & cum eo omnes Scholaſtici. Navar.*in cap.Sacerdos,n.*130.*& in Man.c.*8. *num.*2. Sylveſter *Confeſſ.*3.*n.*2. Henriquez *loco cit. c.*19.*n.*2. *&* 6.Vivaldus *de ſigillo Confeſſ.num.*11.Torreblanca *loc.cit.n.*15.Molfeſius *tract.*7.*cit.c.*23.*num.*18.Reginaldus *n.*10.Graſſius *lib.*1.*deciſ.aur.c.*23.*n.*2.addens, & bene: Quod nec ſi præciperetur ſub quacumque anathematis comminatione, vel juramento à quocumque Prælato,etiam à Summo Pontifice,teneretur Sacerdos (ego *addo quod nec poſſet*) illud quod in confeſſione ſcivit detegere.Sic ille. Ex Gloſſa *in cap. Sacerdos, de pœnit. diſt.*6. Felino, Abbate, & aliis Doctoribus.

QVÆSTIO LXXX.

An Confeſſarius teneatur dare ſchedulam confeſſionis pœnitenti, quem ob aliquam cauſam non abſolvit?

AFfirmant Ægidius *diſp.* 9. *de Sacram. dubit.*1. *n.*14.& Fagundez *prac.*2.*lib.*6.*c.*4.*n.*39. *&* 40. Et alij apud ipſum. Quia aliàs (inquiunt) multoties confeſſarius proderet ſigillum, & peccatorem, ut ſi audiret confeſſionem famuli alicujus Principis, qui factæ confeſſionis teſtimonium inquirere conſuevit, aut ſi tempore præcepti Eccleſiæ negaret abſolutionem alicui, &c. Sic etiam Moſcoſo, quem citat, & ſequitur Diana 5.*parte,tract.*11.*reſol.*22.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, quod licèt poſſit Confeſſarius ſchedulam dare,non tamen ad id teneatur: Prima pars conſtat ex authoritate Doctorum illam docentium. Secunda verò contra illos probatur. Primò, quia confeſſarius negans ſchedulam indignis, utitur jure ſuo. Secundò, quia non tenetur cooperari occultationi peccati pœnitentis, qui enim ſponte peccat, ſibi provideat, quomodo peccatum occultet. Sic Henriquez *lib.*3.*de pœnit. c.*22. *n.*4. & apud ipſum Fr. Medina *lib.* 2.*c.*4. Bonacina *diſp.*5.*q.*6.*ſect.*5.*punct.*4.*n.*7.Lugo *diſp.*23. *num.* 87. & alij.

QVÆSTIO LXXXI.

An pœnitens teneatur ad ſigillum Sacramentale,ita ut nequeat ipſe loqui de rebus confeſſis abſque licentia ſui Confeſſoris?

AFfirmant Scot.Angelus,Alenſis, Almayn. Aureolus,& alij apud Fagundez *prac.*2.*lib.*6.*c.*6. *n.* 14. Sed revera nemo ex his Doctoribus id expreſsè docet; potius contrarium Angelus ſtatim *citandus.* Unde,

Certiſſimè reſpondeo, non teneri, ſed licitè poſſe manifeſtare ſua peccata confeſſa, citra ſcandalum. Quia per horum revelationem nec fit injuria Sacramento, nec pœnitenti. Sic D. Thom. *diſt.* 21. *q.*3. *artic.*2.Angel.*verb.Confeſſ.*8.*n.*28. Henriquez *lib.* 3. *cit.c.*20. *n.*1.Et apud ipſum Victoria, Sotus, Ricardus,Ledeſma,& alij,quos etiam citat,& ſequitur Fagundez *loco citato, n.*12. Qui citat pluribus in locis Navarrum, ſed malè, cum in nullo noſtram ſententiam doceat, ſed oppoſitam, ut ſtatim.

QVÆSTIO LXXXII.

An ſaltem teneatur pœnitens ex confeſſionis ſigillo ad celandas pœnitentias ſibi injunctas, aut alios defectus Confeſſoris in Confeſſione commiſſos?

AFfirmat Doctiſſimus Navarrus *in cap.Sacerdos, n.*115.per hæc verba: Infertur, & vigeſimoquintò, etiam confitentes teneri ad celanda quæ ipſe confeſſarius dixerit, quoniam & illud ad forum ſpectat Dei. Proinde confitens ille peccare videtur, qui detegit conſilium, vel pœnitentiam, vel alia ſibi à confeſſario injuncta,quæ talia ſunt quibus jure ridiculus efficiatur qui ea injunxit, aut conſulit, ſecundùm Paludanum in illa *quæſt.*3. Quod ipſum videtur de omnibus aliis, quæ confeſſarius confitenti ea mente dixit,ut eſſent inter ipſos ſecreta, ſecundùm Adrianum in illo *dub.*10.*col.*13.*poſt* 4. *quæſt. de Confeſſione.* Sic Navar. Quod idem docet Martinus de Frias *c.*6.*de confeſſ.fol.*71.*verſu Hinc eſt etiam,*in caſu quo ex revelatione pœnitentiæ timeatur præjudicium famæ propriæ,aut confeſſoris,ſecus aliàs,& citat pro hac parte Ricardum, Gabr. & alios.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri prædicta celare ſub ſigillo Sacramentali, ſed tantùm ſub ſigillo naturali, ſi talia ſunt quod manifeſtatione illorum infamari poſſit confeſſarius, aut ridiculus effici. Quia pœnitens non novit prædicta ex confeſſione ſibi facta:ergo licèt illa detegat,non irrogabit injuriam confeſſioni, ſed confeſſori. Sic Henriquez *loc. cit.*Suarez *diſp.*33.*ſect.*4.*n.*2.Vaſquez *q.* 93. *artic.*4. *dub.*13.Ægidius *diſp.*9.*n.*37.Fagundez *loc.cit.*Nuñus *in addit.ad* 3.*p.q.*11.*art.*2. *diff.* 1. *fine.* Corjol.1.*p. ſect.*3.*pag.*310.Hurtad.*diſp.*12.*diff.*15.Diana 5.*parte,tract.*11.*reſol.*8.Molfeſ.*tr.*7.*c.*23.*n.*23.*&* 24.Megala *lib.*1.*c.*16.*in fin.*poſt Palud.*in* 4.*diſt.*21.*q.*3.*in fin.*

QVÆSTIO LXXXIII.

An Confeſſarius violet ſigillum,ſi ob peccata in confeſſione audita faciem duriorem quàm antea ſolebat, pœnitenti monſtret?

REſpondeo quod ſic. Quia ex hoc ſequitur confuſio pœnitenti, & redditur confeſſio odioſa. Sic Graſſius 1.*parte deciſ.lib.*1.*c.*33. *n.*26. Bonacina *diſp.*5.*q.*6.*ſect.*5.*punct.*4. *num.*26. & Lugo *diſp.* 23. *num.*104.

Qvæstio LXXXIV.

An Confeſſarius teneatur ad ſigillum, ſi dubitet aliquod revelatum fuiſſe in Confeſſione, vel in ordine ad illam?

RESpondeo quod ſic, quia ſemper eſt judicandum in favorem Sacramenti, & pœnitentis, ne confeſſio odioſa fiat. Sic Graff. *loc. cit. n.* 22 Reginald *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 7. & *c.* 5. *n.* 68. Suar. Onuphrius, & alij, quos citat, & ſequitur Bonac. *loc. cit. punct.* 2. *n.* 4. Candidus *loc. cit. artic.* 48. *dub.* 5. *pag.* 150. & alij.

Qvæstio LXXXV.

An Confeſſarius interrogatus de peccato audito in confeſſione, poſſit negare etiam cum juramento, ſe audiſſe?

NEgant Adrian. *in* 4. *quæſt. ult. de confeſſ.* & *quodlibet.* 9. *ad* 2. Gabr. *diſtinct.* 21. *q.* 1. *art.* 3. *dub.* 1. *caſu* 3. Paludan. *in* 4. *diſt.* 21. *q.* 3. Sotus *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 5. & *de tegend. ſecr. membr.* 3. *q.* 3. & 4. *concl.* 1. Quia aliàs (*inquiunt*) mentiretur Confeſſor, quod nunquam licet.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, poſſe, imò & debere negare, ſe illud peccatum in confeſſione audiſſe, & ſi opus fuerit, cum juramento. Quia ex una parte poteſt confeſſarius, ſalva veritate, id negare, ut ſtatim dicam, & ex altera parte eſt juſta cauſa ad id negandum: ergo. Sic D. Thom. *in* 4. *diſtinct.* 21. *q.* 3. *artic.* 1. Navar. *in ſum. c.* 8. *n.* 16. & *in cap. Sacerdos, à n.* 254. Victoria *n.* 185. *aliàs* 184. Sylveſt. *confeſſ.* 3. *n.* 10. Nuñus *q.* 11. *art.* 1. *ad* 4. Suarez *diſp.* 33. *ſect.* 6. Vaſquez *q.* 93. *art.* 4. *dub.* 12. Hurtado *diſp.* 12. *diffic.* 13. Ægid. *diſp.* 9. *n.* 25. Henriq. *lib.* 3. *cit. c.* 19. *n.* 7. Coriol. 1. *parte, ſect.* 3. *pag.* 302. Fagundez *præcept.* 2. *lib.* 6. *c.* 4. *n.* 3. ubi ſic ex Henriquez *lib.* 3. *cit. c.* 19. *n.* 7. ait: Neque enim in hoc mendax eſt, aut periurus confeſſor, quia quæ ſcit ex confeſſione, ſcit ut Deus, & non ut homo, & via humana, ac publica, eo modo quo alter authoritate publica habet jus interrogandi, & quidem ſi compellatur reſpondere, an audierit, aut ut Dei miniſter, adhuc poterit reſpondere, ſe non audiſſe ut Dei Miniſtrum, & id jurare, ſi opus fuerit; eſt enim adhuc reſponſio amphibologica, & intelligitur ad dicendum, vel eo modo, quo teneatur dicere. Sic ille. Lugo *diſp.* 23. *n.* 74. & *ſequent.* Diana 5. *p. tract.* 11. *reſol.* 44. P. Ledeſma *loc. cit. dub* 4. & Granad. *tract.* 11. *diſp.* 6. *n.* 4. Qui bene notat, in his, & ſimilibus caſibus debere reſpondere Confeſſarium (reprehendendo interrogantem, etiam judicem; eſt enim interrogatio è genere ſuo ſacrilega, cum inducat ad violandum ſigillum) pœnitentem videlicet confeſſum fuiſſe, & ipſum functum officio ſuo.

Adde hic, quod ſi ſacriſta, vel acolytus à confeſſore quærat, an apponenda ſit forma pro cummunione Petri, quem revera non abſolvit? Tunc confeſſarius reſpondere debet, ut ab ipſomet Petro quæratur. Sic Granados *loc. cit.* Henriquez *loc. cit. cap.* 21. *num.* 5. & Diana *loc. cit.*

Qvæstio LXXXVI.

An frangat ſigillum Confeſſarius, qui interrogatus, reputetne Mariam, v. g. honeſtam eſſe, tacet?

NEgant Gabriel *diſt.* 21. *art.* 3. *dub.* 1. *caſu* 3. quia qui non reſpondet (*inquit*) indifferens eſt, nec poteſt per ſe ſuſpicionem in alio generare.

Sed longè probabiliùs ſic ſub diſtinctione reſpondeo: Si confeſſarius de caſu interrogatus, tacet advertens ex taciturnitate generandam eſſe in interrogante pravam ſuſpicionem pœnitentis, v. g. Mariæ, tunc revera ſaltem indirectè violavit ſigillum per omiſſionem reſponſionis: ſi verò hoc non advertit, aut credat non propterea generandam eſſe in interrogante dictam ſuſpicionem, tunc non violavit ſigillum, cum *non reſpondere* ſit omnino indifferens, ut bene Gabr. Sic Coriolan. *loc. cit.* Sancius *in ſelectis diſp.* 35. *n.* 19. Hurtado *loc. cit.* & alij.

Qvæstio LXXXVII.

An ſolùm peccata mortalia, & venialia, & eorum circunſtantiæ cadant ſub ſigillo Confeſſionis?

REſpondeo, quod non ſolùm prædicta, verùm etiam omnia alia, quæ licèt non ſint peccata, directè, vel indirectè adducere poſſunt auditorem ad cognoſcendum eum qui confeſſus eſt, confeſſum fuiſſe, ſe admiſiſſe aliquod mortale, vel aliquod particulare veniale, etiam leviſſimum, ut conſtat ex dictis. Prætereà, cadunt etiam ſub eodem ſigillo defectus naturales ad famam pœnitentis pertinentes, ut ſi quis in confeſſione diceret, ſe eſſe illegitimum, aut ignobilibus parentibus natum, &c. Sic Navar. *in cap. Sacerdos, n.* 51. & 68. & *in man. c.* 8. *n* 3. Sotus *diſt.* 18. *q.* 4. *artic.* 5. Suarez *diſp.* 35. *ſect.* 3. Valentia *tom.* 4. *diſp.* 7. *q.* 13. *punct.* 3. Coriol. 1. *parte, ſect.* 3. *pag. mihi* 308. Layman *c.* 14. *cit. n.* 4. Villalob. *diff.* 73. *n.* 1. Hurtado *diſp.* 12. *diffic.* 4. Luyſius *de pœnit. diſp.* 33. *dub.* 2. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 6. *ſect.* 5. *punct.* 2. *n.* 10. Lugo *diſp.* 23. *num.* 55. Candidus *loc. cit. artic.* 48. *dubit.* 9. *pag.* 151. Graffius *n.* 27. & communis.

Qvæstio LXXXVIII.

An complices in peccato cadant etiam ſub ſigillo Confeſſionis?

NEgat Ioannes de Cruce *part.* 4. *q.* 6. *de pœnit. dubit.* 2. *concl.* 2. ſaltem in caſu, in quo pœnitens abſque neceſſitate manifeſtavit complicem ſui peccati.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, cadere ſub ſigillo confeſſionis, ſive pœnitens manifeſtet complicem cum neceſſitate, ſive ſine illa. Ratio eſt, quia declaratio complicis eſt declaratio proprij peccati: Ergo cadit ſub eodem ſigillo. Sic D. Thom. *diſtinct.* 16. *q.* 3. *art.* 2. Suar. *diſp.* 34. *ſect.* 1. & apud ipſum Scot. Gabr. Palud. Ricard. Sot. Ledeſma, & Sylveſt. Diana 3. *parte, tract.* 4. *reſol.* 111. & apud ipſum Sylvius, Malderus, Pitigianus, Faber, Hurtado, & Villalobos. Sic etiam Lugo *diſp.* 23. *n.* 68 *pag.* 539. Torreblanca *loco citato, n.* 24. & 25. & penes ipſum Alenſ. D. Anton. Petrus Soto, & alij. Regin. *lib.* 3. *n.* 72. *pag. mihi* 163. & communis.

Qvæstio LXXXIX.

An etiam bona, & virtutes pœnitentis cadant ſub ſigillo Confeſſionis.

REſpondeo quod non, niſi fortè dicantur Confeſſori ad declarandum meliùs aliquod peccatum. Quia per hujuſmodi rerum narrationem nec detegitur peccatum aliquod pœnitentis, nec confeſſio redditur odioſa. Verum eſt, quod debeat occultari à confeſſario, & ſub ſecreto naturali, ſi ita pœnitens voluit. Sic Sotus *de tegend. ſecret. membr.* 3. *q.* 4. & 10. *art.* 2.

Bonac.

Digitized by Google

Bonac. *diſp.5.cit.q.6.ſect.5.punct.2.num.11.* Lugo *diſp.23.n.58.* Qui ſimul cum Bonacina citat pro hac parte Emmanuel. Sà *verb.Confeſſ.n.31.* & Navarrum *in cap.Sacerd.n.51.* Sed malè. Nam Sà nihil de hac re, ſed Victorell. *in notis.* Navarrus verò nihil aliud docet, quàm id quod ex illo à nobis dictum eſt quæſtione præcedenti. Tenent tamen Henriquez *lib.3.cit.c.19.n.4.& c.21.num.1.* & Palacios *diſt.21.q.2.* Candidus *diſq.24.art.48.dub.11.* Diana *loc.cit.reſol.30.* & alij.

QVÆSTIO XC.

Quæ ſit pœna revelantis Confeſſionis ſigillum?

RESpondeo quod olim per *cap. Sacerdos, de pœnit. diſt. 6.* erat depoſitio perpetua, & ignominioſa per orbem ſaltem per ſeptennium peregrinatio. Nunc autem per *cap. omnis utriuſque ſexus,* eſt perpetua depoſitio, & reclusio in aliquo Monaſterio. Quæ quidem pœna non imponitur ipſo jure, aut incurritur ipſo facto, ſed poſtquam revelans eſt convictus per teſtes, aut per ipſius confeſſionem. Sic Navarrus *in cap. Sacerdos, n.70.& 71.* Vivald. *de ſigillo, n.39.* Suar. *diſp.33.ſect.8.* Villalobos *tractat.9. difficult.72.n.2.* Hurtado *diſp.12.diff.4.* Sà *verb.Confeſſor, n.30.* & Torreblanca *n.38.* ubi refert, ſigilli violatores juſſos fuiſſe à Pontificibus aliquando degradari, & pœna mortis affici, & à Iacobo I. Aragoniæ Rege, linguam retro extrahi.

QVÆSTIO XCI.

An Confeſſarius frangens ſigillum incurrat irregularitatem.

AFfirmat Speculator, quem refert & ſequitur Majolus *lib.5.de irregul.c.19.n.6.*

Sed certiſſimè reſpondeo, non incurrere, quia in jure nec eſt expreſſa, nec impoſita talis pœna. Sic Suarez & Hurtado *loc.cit.* Lugo *n.146.* Diana *loc.cit. reſol.53.* Torreblanca *lib.13.c.22.fin.* Fagund. *præc.2. lib.6.c.7.n.3.* Nuños *q.11.art.1.pag.mihi 533.* & eſt communis omnium.

DISPVTATIO XI.

De Miniſtro Ordinario, & Delegato Sacramenti Pœnitentiæ.

QVÆSTIO PRIMA.

An ſolus Sacerdos ſit miniſter Sacramenti Pœnitentiæ.

NEGARVNT Vviclef, & alij Hæretici Lutherani, & Calviniſtæ, aſſerentes etiam laïcos poſſe eſſe Miniſtros hujus Sacramenti.

Sed de fide certum reſpondeo, ſolum Sacerdotem poſſe eſſe. Sic definitur in Trid. *ſeſſ.14.c.6.& can.10.* Et antea in Concil. Conſtantienſi ſub Martino V. & conſtat. Quia ſolis Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſoribus dicta fuerunt illa verba à Chriſto Domino, Ioan.10. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Ergo ſolos Sacerdotes inſtituit Chriſtus miniſtros confeſſionis. Sic D. Thom. cum Magiſtro *in 4.diſt.18.& in addit.q.8.& 18.* Navar. *in c. diligens, & in c. placuit, de pœnit. diſt. 6. à n.45.* Sotus *diſt.20.q.1.* Suarez *tom.4.diſp.24. ſect.1.* Vaſquez *q.93.art.1.* Henriquez *lib 6. ſeu 3. de pœnit.* Hurtado *diſp.10.de pœnit.diff.1.* Granados *controv.7.tract.10.diſp.1.* Lugo *diſp.18.ſect.1.* & Layman *lib.3.tract.6.c.10.* Bonacina *diſp.5.q.7.punct.1. n.1.* Villalobos *tract.9.difficult.44.n.1.* Molfeſius *tract.7.c.14.à n.19.* & omnes apud Machado *tom.1. ſumm.lib.1.parte 1.tract.1.docum.1.*

QVÆSTIO II.

An omnes Sacerdotes poſſint eſſe Miniſtri huius Sacramenti?

REſpondeo, quod omnes poſſunt eſſe, ſi loquamur de poteſtate remota, & inſuper de proxima in aliquo caſu, non tamen loquendo abſolutè. Quia hoc modo loquendo, ſolùm poſſunt validè abſolvere illi qui ultra poteſtatem ordinis habent poteſtatem juriſdictionis. Sic etiam definitur in eodem Trid. *ſeſſ.14.c.7.& can.7.* & docent omnes Doctores, præcipuè citati, & ex dicendis conſtabit.

QVÆSTIO III.

An ſaltem in articulo mortis deficiente Sacerdote, neceſſum ſit confiteri laico?

AFfirmarunt olim Magiſt. *in 4.diſtinct.17.c.4.* & D.Thom. *ibid.q.3.art.3.q.2.* Non ut laïcus abſolvat, cùm nequeat, ſed ut pœnitens obſervet præceptum confeſſionis, quantum fieri poteſt. Sic etiam Angelus, Palud. & alij apud Henriq. ſtatim citandum. Quia *in c.1. de pœnit. diſt.6.* dicitur, quod ſi deſit Sacerdos, confiteatur proximo.

Sed certiſſimè reſpondeo, non eſſe neceſſarium. Quia nullum extat de hoc præceptum. Sic *Becan. c.37.q.1.n.3.* Layman, & Villalobos *loc.cit.* Vega *1. part.c.63.caſu 26.* Qui contrarium docuiſſe D.Thomam negat. Henriquez *lib.6.cap.2.n.7.* & apud ipſum Scotus, Sotus, Ricardus, & alij. Nec obſtat caput in contrarium adductum, quia in illo non continetur aliquod præceptum, ſed conſilium, ut mox dicimus.

QVÆSTIO IV.

An ad minas licitum ſit confiteri laïco in articulo mortis, Sacerdote deficiente.

NEgat Scotus *in 4.diſt.17.q.1.art.3.* dicens talem confeſſionem nec eſſe bonam, nec utilem eſſe poſſe caſu aliquo, & ſic ſuadendum, ne fiat. Ita etiam ſentiunt Marchinus *de peſte, p.3.c.11.* Vaſq. *tom.4. in 3.part.q.93.art.1.dub.2.n.5.* Fagundez *de 2. præcept. Eccleſ.lib.7.c.31.n.8.* & Diana *p.5.tract.3.reſol. 73.* dicens ineptam eſſe talem confeſſionem.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, licitum eſſe, & fructuoſum, ſi cum maturo fiat conſilio, aliàs non. Sic Granad. *tract.10.diſp.1.n.8.* Hurtad. *diſp.10. diff.1.* Layman *loc.cit.* & alij recentiores communiter ex Magiſtro & D.Thom. *loc.cit.* & ex *c.1. de pœnit.* nuper citato, ubi id apertè conſulitur. Sic noviter tenent Gamacheus *tom.3.Theolog.moral.c.16.de pœnit.* & antea Luyſius Turrian. *diſp.23.de pœnit.dub.1.* Ægidius *diſp.8.dub.1.n.6.* Ioan. Præpoſitus *in 3.p. q.7.de Miniſtro Pœnit.dubit.1.n.20.* & alij, quos me citato ſequitur Pater Andreas Mendo *in Bull. Cruc.diſp.22.c.1.n.1.*

Quæstio V.

An hujuſmodi Confeſſio facta laïco, prodeſſet in eo caſu ad remiſſionem venialium ex opere operato?

Affirmant Victoria *de Confeſſ. n.* 122. & alij, qui docent ſacramentalia remittere venialia ex opere operato.

Negant verò alij docentes, nullo modo prodeſſe ex opere operato ad talem remiſſionem. Sic Lugo *diſp.* 18. *n.* 5. & alij.

Ego verò certiſſimè reſpondeo, Prodeſſe quidem ad remiſſionem venialium, ſicut poſſunt ſacramentalia cætera; ſive ex opere operato, ut quidam volunt; ſive ex opere operantis, ut alij. Item prodeſſet talis confeſſio, ut laïcus peccata audita referre poſſet Sacerdoti ſupervenienti, nomine infirmi, qui loquelam amiſit. Deinde ut adjuvet ad contritionem excitandam, & ad conſilium, aut reſtitutionem faciendam, & ad alia, ut infrà. Sic Navar. Victoria, Armilla, Ledeſma, & alij, quos affert; & ſequitur Henriquez *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 7. *in Gloſſa littera O*, Llamas 1 *parte methodi*, *c.* 4. §. 2. *pag.* 18. & communis. Legantur Authores nuper *citati*.

Quæstio VI.

An Laicus, qui intentaret aliquem à peccatis abſolvere fieret irregularis?

Affirmativam ſententiam tenere Navarrum, Sotum, & Paludanum, dicunt Valentia *diſp.* 7. *q.* 10. *punct.* 1. (quos & ipſe ſequitur) & P. de Ledeſma *c.* 12. *de pœnit. concluſ.* 1. necnon Machado *tom.* 1. *ſumma, lib.* 3. *parte* 1. *tract.* 1. *docum.* 1. *n.* 2.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non fieri. Quia non eſt expreſſa in jure talis irregularitas. Sic Henriquez *loc. cit. in marg. littera R*, qui pro hac parte citat Victoriam §. 131. Sylveſtrum *Confeſſor* 1. *in principio*, & *confeſſ.* 3. Navarrum *c.* 21. *n.* 7. & Paludanum *diſt.* 17. *q.* 3. *art.* 1. Sed certè ex his authoribus oppoſitum docet expreſsè Navar. *c.* 27. *n.* 242. ut meliùs vidit Valentia. Sic etiam Becanus *de pœnit. c.* 37. *q.* 1. *n.* 7. Lugo *diſt.* 18. *n.* 14. *pag.* 441. Hurtado *diſp.* 2. *de irregularitate, difficul.* 5. *n.* 5. *in* 2. *editione*, & P. de Ledeſma *loco citato, pag. mihi* 406. Llamas *loc. cit.* Qui dicit, id expreſsè definiri *in cap. Is qui, de ſententia excommunic. in* 6.

Quæstio VII.

An ſaltem in dicto mortis articulo poſſit laicus deficiente Sacerdote, validè ab excommunicatione abſolvere?

Affirmant Gloſſa *in c. à nobis* 2. *verſ. non potuerit, de ſententia excom.* Sylveſt. *abſolut.* 1. *n.* 8. Armilla *ibidem n.* 39. Tabiena *Abſolutio* 2. *n.* 8. Panormitanus *in dicto cap. à nobis, n.* 10. Ioannes Valerus *in diff. utriuſque fori, verb. abſolut. diff.* 13. *n.* 2. Ioannes de la Cruz *in ſum. parte* 2. *de excommunicat. dub.* 4. *concluſ.* 2. Ioannes Sancius *diſp.* 44. *n.* 7. Barthol. de Ledeſma *de excommunicatione dub.* 4. Raguccius *in lucerna Paroch. q.* 124. Margarita *Confeſſ. fol.* 139. D. Antoninus 3. *parte, tract.* 18. *c.* 4. *caſu* 7. Citat etiam pro hac parte Lugo Avilam *de cenſ. parte* 2. *c.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 3. & Dianam 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 13. ſed utrumque malè. Quia hanc ſolùm probabilem, contrariam probabiliorem appellant ſententiam.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe. Quia Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. tantum concedit hanc facultatem omnibus Sacerdotibus, propter neceſſitatem mortis articuli. Sic Suarez *tom.* 4. *diſp.* 7. *ſect.* 6. *n.* 6. Sotus *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 4. Sanchez *lib.* 2. *ſumma, c.* 13. *n.* 13. *in principio*. Vaſquez *tom.* 4. *de excommunicat. dubit.* 18. *n.* 9. Ægidius *diſp.* 14. *dubit.* 16. *num.* 236. Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *num.* 1. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 6. *diff.* 20. *n.* 14. Covarruv. Garcia, & Hurtado, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. in fine reſolution* 5. & Avila *loc. cit.* Paludan. Navar. Vgolinus, & Graffius apud Suarez, Corduba *in ſum. caſu* 18. *ad* 2. Lugo *diſp.* 18. *n.* 7. & alij.

Addit tamen Sanchez *loc. cit.* in eo caſu valere abſolutionem (deficiente Sacerdote, aut Clerico) à laïco datam, & illam teneri impertiri, eo quòd probabiliter multi, & graves Doctores dicant, tunc id poſſe laïcum. Sic docet ille. Et certè probabiliſſimè (quidquid alij contrarium dicant, non teneri videlicet ad hanc cenſurarum abſolutionem impertiendam.) Sic enim ſentiunt expreſsè Souſa in *Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 1. & Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 7. *num.* 9. & alij.

Quæstio VIII.

An omnes Sacerdotes licèt, non licitè, ſaltem validè poſſint abſolvere à peccatis mortalibus aliàs nunquam ritè confeſſis?

Affirmavit Armacanus *lib.* 11. *quæſt. Armenorum, c.* 4. in quam ſententiam inclinavit Almayn. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 4. & probabilem reputavit Durandus *diſt.* 19. *q.* 2.

Affirmarunt etiam alij quidam apud Medinam *C. de pœnit. q.* 40. *de confeſſ. facta non neceſſitate*, & apud Navarrum *cap. Placuit*, *n.* 6. & *in ſum. c.* 4. *n.* 4. docentes, quemlibet Sacerdotem poſſe abſolvere ab omnibus mortalibus in confeſſione voluntaria, non verò à mortalibus narratis in confeſſione obligatoria.

Sed certiſſimè reſpondeo, nec licitè, nec validè poſſe abſolvere à mortalibus nondum ritè confeſſis, etiam in confeſſione voluntaria, niſi illum Sacerdotem, qui ordinariam, vel delegatam habet juriſdictionem. Quia Sacramentum Pœnitentiæ ſuaptè natura eſt judiciale: ergo neceſſaria eſt juriſdictio, quia ſine illa nemo eſt judex. Sic habetur in Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. & *ſeſſ.* 23. *c.* 15. & docent Navar. *loc. cit.* & latè Suarez *diſp.* 24. *ſect.* 1. Vaſquez *q.* 93. *art.* 1. *dubit.* 2. & apud ipſum Cajet. uterque Sotus, Palud. Capreolus, Scotus, Ricard. Cano, Ledeſma, Bonacina *loc. cit. num.* 8. Villalobos *loc. cit. num.* 4. Molfeſ. 1. *parte ſum. tract.* 7. *c.* 14. *à n.* 46. Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 1. Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 2. & communis. Legantur Henriquez *lib.* 6. *c.* 5. poſt S. Thomam *in* 4. *diſt.* 17. & 19. Diana *p.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 90. & Thom. Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 2. *dub.* 4. *n.* 1068. Qui omnes oppoſitam ſententiam ut improbabilem omnino damnant. Et meritò.

Quæstio IX.

An omnes Sacerdotes indifferenter poſſint abſolvere à peccatis venialibus?

Negant Ioan. de Medina (apud Villalobos *tr.* 9. *diff.* 44. *concluſ.* 4.) & Navarrus apud Becanum *t.* 19. *q.* 6.) & uterque (apud Vaſquez *q.* 93. *art.* 1. *dub.* 6. *n.* 3.) Sed certè hi ſapientiſſimi viri nullo modo hoc negant, licèt in principio difficultatis aliquantulum dubitent. Potiùs enim oppoſitum affirmant in eiſdem locis ab his Authoribus *citatis*. Medina *Cod. de pœnit. q.* 40. & Navarr. *in cap. Placuit*, *num.* 21.

n.22.& in Man.c.4.n.1.aliàs 4. *&* 5. Quod optimè etiam vidit Granad.*tr.*10.*diſp.*4.*ſect.*1.*n.*2. Citat etiã pro hac parte negativa Franciſcus Felix *in ſua tentativa Complutenſi tract.*4.*c.*4 *diff.*10.*n.*12.Fabrum, & Salas. Sed non loca ubi id docent. Negant tamen novisſimè Bordon.*tom.*1.*conſil. Regul. reſ.*36.*q.*20.*n.*57.Ludovic.à Cruce *in Bul.diſp.*1.*dub.*5.*n.*13. docentes ſimplices Sacerdotes non habere poteſtatẽ abſolvẽdi à venialibus, niſi ſint ab Epiſcopo approbati.

Sed ferè certiſſimè reſondeo, omnes poſſe indifferenter; quia omnes Sacerdotes indifferenter ſunt idonei ad medicandum, & conſulendum ei, qui ſolis aſtringitur venialibus, cum nulla ferè ſit neceſſaria ad hoc prudentia, aut eruditio, ſed ſolùm ad verba abſolutionis pronuncianda ſcientia: ergo credendum eſt omnibus Sacerdotibus conceſſam eſſe hanc poteſtatem. Sic Med. & Navart. Villalobos, Granados, Layman, & Vaſquez *loc.cit.*Bonacina *loco citato,n.*8. P.Ledeſma *in ſumma,c.*12.*de pœnit. ſub concluſ.*4. & communis, quam noviter tenent Filliucius *tom.* 5. *tract.*7.*n.*223. Machado *tom.*1.*lib.*1. *part.*1. *tract.*1. *docum.*3.*n* 4.Diana *parte* 8.*tract.*1.*reſol.*55.Thomas Hurtadus *loco citato,dub.*6.*n.*2077.& Mendo *diſp.*22. *cit.num.*2.

Qvæstio X.

An ad abſolvendum à venialibus indigeant Sacerdotes juriſdictione?

NEgant Cajetanus *tom.*1.*opuſc.tract.*7.Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*4.*art.*2.*ad* 3.& noviſſimè Coriolanus *de caſib.reſerv.*1.*parte, ſect.*3.*n.*1.*pag.*284.& Molſeſius *ubi infrà.* Exiſtimantes ſufficere ad hoc poteſtatem Ordinis.

Sed certiſſimè reſpondeo, indigere juriſdictione ad abſolvendum à venialibus. Sic enim clarè colligitur ex Trident.*loc.cit.*& conſtat, quia abſolutio eſt actus judicialis: ergo in judice neceſſariò requiritur juriſdictio. Sic Lugo *diſp.*18. *n.*31. *p.*446. Navar. Vaſq. Suarez ſtatim *citandi,*& Granados *controv.*7.*tract.*10. *diſp.*2.*n.*2.& communis, quam noviſſimè ſectatur P. Mendo *loco citato, n.*4.

Qvæstio XI.

An juriſdictio ad venialia collata ſit Sacerdotibus ab Eccleſia?

NEgant Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*4.*art.*2.*ad* 3.Canus, Ruardus, Ledeſina, Palud. Capreol. quos omnes refert, & ſequitur Vaſq.*q.*93.*art.*1.*dub.*6.*n.*5. exiſtimantes talem juriſdictionem conferri immediatè à Chriſto Domino omnibus Sacerdotibus in ipſa ordinatione. Ita etiam Molſeſ.*tract.*7.*c.*15.*n.*67.*& ſeq.* Thomas Hurtadus *loc.citato,n.*2077.

Negat etiam apud Ioannem de Lugo, Cajetanus *tom.*1.*opuſc.tract.*6.& in ſumma *v.abſolutio.*Secundò, quatenus affirmat dictam juriſdictionem conferri Sacerdotibus à pœnitente ipſo, ſe illis ſubjiciente. Sed certè ſi attentè legatur Cajetanus, hoc nullo modo docet. Docet tamen id expreſsè Coriolanus *loco citat.* ſed revera falsò, quia nullus poteſt conferre juriſdictionem quam non habet: at pœnitens laïcus nullam habet juriſdictionem in hoc foro, ut conſtat: ergo. Vnde hac ſentia omiſſa.

Probabiliùs reſpondeo, talem juriſdictionem ad venialia conferri ab Eccleſia, & non immediatè à Chriſto. Quia ut *ſuprà* ex Trident. eſt habitum, ad valorem abſolutionis requiritur juriſdictio ordinaria, vel delegata: at in Sacerdote ſimplici nulla eſt juriſdictio ordinaria, cùm ipſe nec ſit Paſtor, nec Prælatus: ergo ſolùm habet juriſdictionem delegatam à Summo Pontifice, qui ordinariam habet. Sic Navarrus *in Man.c.*4.*n.*5.*& in cap. Placuit,n.*22.*&* 23. unde malè illum citat Granados *tract.*10 *diſp.*4.*n.*3. pro prima ſententia. Medina *loc.cit.q.*36.*&* 40.Suarez *diſp.*16.*ſect.*5.Henriquez *lib.*6.*c.*8.*n.*1. Valentia *diſ.*7. *q.*10.*punct.*2. Ægidius *diſp.*8. *n.* 17. Granado *loco citato,* Layman *lib.*5.*tract.*6.*c.*10.*n.*2. Candidus *diſq.*24.*art.*67.*n.*2.Hurtado *diſp.*10. *diffic.*10. Lugo *diſp.*18.*n.*44. Bonacina, Avila, & alij apud ipſos, & eſt communis omnium.

Qvæstio XII.

An omnes Sacerdotes poſſint etiam abſolvere à peccatis mortalibus ſemel ritè confeſſis?

NEgant Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*4.*art.*2.*ad* 3.per hæc verba: Ad abſolvendum verò à mortalibus, etiamſi eorum aliàs abſolutio præceſſerit, arbitror ex ſuo genere juriſdictionem requiri, quare eam non cenſeo poſſe à ſimplici Sacerdote fieri. Sic ille. Quod probabile reputant Paludanus, Capreol.& Ledeſma, ut refert Henriquez *lib.*6.*c.*8.*n.*8.*lit.C.* & Petrus de Ledeſma *c.*12.*cit.ſub concl.*4.*pag.mihi* 412.& Villalobos *loc.cit.n.*12.Necnon Luduvicus à Cruce *diſp.* 1.*cit.c.*2 *dubit.*5.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, poſſe abſolvere, quia ſic fuit ſemper, & eſt praxis fidelium, & conſuetudo Eccleſiæ. Sic Henriq. *loc.cit.* & apud ipſum D.Thomas, Paludanus, Major, Cajet.D.Anthon.Sylveſter, Navarrus, Palatios, P.Soto, Medina, Victoria, Ricardus, & Almainus. Imò & citat pro hac parte ipſum Sotum *diſt.*20.*q.*2.*art.*1.*ad* 4.ſed malè. Tenent etiam noſtram ſententiam omnes Recent. Vaſquez, Suarez, Hurtado, Candidus, Lugo, Fagund. Layman, & Bonacina *diſp.*5.*q.*7. *punct.*1. *n.*8. & apud ipſum Reginaldus, Valentia, Ægid.Zerola, & alij. Granados *tract.*10.*diſp.*4.*n.*6.Petrus de Ledeſma *loc.cit* Naldus *verb.Confeſſio, n.*28.per hæc verba: Confeſſarij approbatio ab ordinario facienda, in 4. caſibus non eſt neceſſaria. Primò, in Confeſſione Regularis, cum licentia ſui Prælati facta alteri Regulari, Secundò, in articulo mortis. Tertiò, in venialibus tantùm. Vltimò, in mortalium jam ritè aliàs in Confeſſione dimiſſorum auditione conveniunt omnes. Sic ille. Necnon Diana *parte* 8. *tract.* 1. *reſol.* 86. Thom. Hurtado, & Mendo *loc. cit.*

Qvæstio XIII.

An omnis etiam Sacerdos poſſit abſolvere à peccatis mortalibus in Confeſione oblitis?

AFfirmant Ioannes Valerus *v. Nullitas, differ.*5. ubi ſic ait: Nonò fallit quoad peccata venialia, & mortalia ſemel ritè confeſſa, vel etiam oblita, quia talia poſſunt poſtea confiteri non approbatis, ut de venialibus docent omnes. Et plures refert Vivaldus *in ſuo candel.aur.v. Abſolutio, n.*22. De mortalibus ſemel ritè confeſſis, docet Navarrus *cap.* 4. *num.* 1. & alij addncti à Vivaldo *ſuprà citat.*De oblitis quidam tribuunt Adriano poſt Ledeſmam 2.*parte, q.*8. *art.*2.*dubit.*8. Sed Henriquez *de pœnit. lib.*3.*cap.*16. §.5.*in Gloſſa lit. D,*dicit falsò ipſi tribui, cùm tantùm dicat à non Prælato. Sed quidquid ſit, ego puto probabile eſſe, talia peccata oblita (cum jam ſint directè abſoluta in prima confeſſione) poſſe poſtea abſolvi à quocumque non expoſito. Hæc Valer. Cujus ſententiam refert Diana 2.*p.tract.*16.*reſol.*46. illamque reprobat, ſed non improbat. Approbat tamen illam

illam Machado *tom.1 ſum.lib 1.p 1.tract.1.docum.3. num.4.* his verbis : [Tambien es probable , que no ſolamente de los pecados veniales , y mortales ya confeſſados, ſino de los mortales olvidados en otras confeſſiones, pueda abſolver qualquier ſimple Confeſſor , porque ſemejantes pecados eſtan indirectamente abſueltos en las demas Confeſſiones.]

Sed certiſſimè reſpondeo : non poſſe, quia prædicta peccata mortalia non ſunt ſemel directè remiſſa, nec clauibus Eccleſiæ ſubiecta, vt falsò putat Valerus : ego ſolùm poſſunt ea remittere, qui facultatem ad hoc ab Eccleſia habent. Sic Diana *loc. cit.* Et à fortiori Nuñus , Bonac. & Candid. ſtatim citandi. Sic etiam Thom. Hurtad. *tom.2.reſol.tr.12.cap.1.dub.7.* dicens oppoſitum eſſe improbabile.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem poſſit omnis Sacerdos nullo modo expoſitus validè abſolvere pœnitentem, qui bona fide confitetur peccata venialia , & mortalia ſimul?

NEgant Candidus *diſquiſit.24.art.66.num.4.pag.* 189. per hæc verba : Probabilius, & verius aſſerimus , ſimplicem Sacerdotem non expoſitum ab Epiſcopo , nullo pacto, neque directè , neque indirectè, ſeu per accidens , poſſe pœnitentem confitentem peccata venialia & mortalia, etiamſi bona fide confiteatur, validè abſoluere à peccatis mortalibus. Sic ille & apud ipſum Nuñus *quæſt.8. art.5. §. poſt primum dubium.* Bonac. *diſp.5.q.7.punct.4.§. Primus ; num.3.* Imò plus addit ipſe Candidus *n.5.* nempe idem dicendum eſſe de peccatis mortalibus oblitis inuincibiliter : vnde ſi pœnitens (inquit) haberet peccata mortalia, etiamſi inuincibiliter illorum obliuiſceretur, & confiteretur ſimplici Sacerdoti ſola venialia, quorum memoriam habet, tunc nullum eſſet Sacramentum, & conſequenter neque directè , neque per accidens eſſet abſolutus à mortalibus , etiam inuincibiliter oblitis. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe in vtroque caſo validè abſoluere à mortalibus, licèt certior factus pœnitens quod Sacerdos ille non habeat iuriſdictionem ſuper mortalia, teneatur iterum peccata lethalia confiteri, & ſi fuerunt oblita, denuò confiteri approbato, vt iterum directè ab his abſoluatur. Sic Suarez *diſp.31.ſect 2.n.8.* Granad. *loc. cit. n.7.* Fagund *lib.1.in decalog.c.16.n.12 pag.82.* Trullench *lib.1.in decalog. cap.3.dub.7.n.7.pag.83.* & communis.

QVÆSTIO XV.

An etiam Sacerdotes Regulares poſſint abſoluere, & validè, & licitè , ab omnibus venialibus , necnon à mortalibus ritè confeſſis , ſine licentia ſuorum Prælatorum?

NEgat poſſe, nec licitè, nec validè, Manuale Prælatorum *part.1.q.45.art.11.concl.2.* apud Molfeſ. mihi *q.32.art.1.pag.585.* dicens eſſe communem omnium reſolutionem. Negant etiam poſſe licitè, quamuis validè, Palud. *diſt.17. q.3.* D.Anton. *3.p. tit.17.* & Angel. *verb. Confeſſ. 10.n.4.*

Sed probabiliter reſpondeo : poſſe & validè, & licitè, etiamſi ad id non ſint à ſuis Prælatis expoſiti, niſi aliàs poſitum ſit Religioſo preceptum, ne adhuc illorum peccatorum excipiat confeſſiones ; quia tunc licèt validè, non tamen licitè abſolueret. Sic Nauar. *c.4.n.6.* Vaſq. *q.93.art.1.dub.6.n.5.* Gran. *loc. cit. n.6. pag.1281.* Molfeſ. *tr.7.c.15.n.71.pag. mihi 442.* Quia imperium (inquit) Superioris non irritat actus pro-

priæ voluntatis eorundem ſubditorum. Sic etiam me citato, tenet Mendo *diſp.22.in Bull.c.1.n.3.*

QVÆSTIO XVI.

An omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta, poſſint abſoluere in articulo mortis quemlibet pœnitentem à quolibet peccato, cenſura, caſu reſeruato, &c.

NEgant Medina *C. de confeſſion. q.32.* Couar. *in c. Alma Mater, 1.p.§.6.n.8.* & Marſil. *in 4.q.12. art.2.4.part. concl.2.* aſſerentes , nullum excommunicatum vitandum habere iuriſdictionem in pœnitentes, adhuc in articulo mortis.

Negant etiam Sotus *in 4.diſt.18.c.4.art.4.verſ. At verò* , Nauar. *c.16.n.16.& c.27.num 272* Ledeſma *c.24.q.21. art.6.* & alij docentes, hanc facultatem non eſſe conceſſam Hæreticis, licèt conceſſa ſit excommunicatis, & quomodocumque ſuſpenſis, &c.

Sed certiſſimè reſpondeo : Omnes Sacerdotes, ſiue ſint ſimplices, ſiue excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, degradati, & hæretici , poſſe abſoluere quemlibet à quolibet peccato, & cenſura in articulo mortis. Quia ſic expreſsè colligitur ex Trid. *ſeſſ.24. c.7.* vbi hæc habentur verba : *Verumtamen piè admodum , ne hac ipſa occaſione aliquid pereat in eadem Eccleſia Dei, cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſuis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt.* Hæc Concilium. Et ſic docent D.Th. Canus, Durand. Palud. Major , Ruard. Syluest. & Angel. quos refert, & ſequitur Vaſq. *q.93 art.1.dub.4.* Suar. *diſp.26.ſect.4.* Lugo *diſp.18.n.18.* Hurtad. *diſp.10.diff.8.* Granad. *tr.10.diſp.4.n.9.* Diana *3.p.tr.4.reſ.57.* Bonac. *loc. cit. n.9.& 12.* Villalob. *loc. cit. n.6.* Molfeſ. *loc. citat. n.74.* Ægid. *diſp.8.n.90.* Sanch. *lib.2.ſumma, c.13.à num.6.* Trullench *lib.1.in Decalog.c.3.dub.7.n.3.* & alij, quos nouiſſimè ſequuntur Thom. Hurtad. *tom.1.reſol.tr.9. c.6.reſ.67.& tom.2.tract.12.c.1.§.2.dub.4.* Machado *lib.1.part.1.tract.1.docum.3.n.1.& 3.* & rurſus Diana *part.8.tract.1.reſol.90.& 92.*

QVÆSTIO XVII.

An hujuſmodi Sacerdotes poſſint à prædictis peccatis, & cenſuris quemlibet abſoluere, ſicut in articulo mortis , in probabili periculo illius?

NEgant Canus *5.part. relect.* Couarrum. *loc. citat. §.11.n.8.* Sotus *diſt.18.q.4.art.4.* quos omnes refert Vaſquez *vbi ſuprà, dub.5.* Graffius, Ledeſma, & Ioannes de Cruce apud Dianam *3.p.tr.4.reſ.71.* Zerola *in praxi, c.15.q.7.* Valentia *tom.4.diſp.7.q.10. punct.2.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe abſoluere etiam in probabili periculo mortis. Quia licèt in rigore articulus mortis aliquo modo diſtinguatur à periculo mortis , cùm articulus mortis ſolùm detur quando ex ægritudine prudenter timetur mors, periculum verò mortis, cùm datur occaſio in qua frequenter homines pereunt , & quam non poſſunt commodè vitare, qualis eſt pugna caſtrenſis, ſeu naualis , in præſenti tamen materia idem eſt articulus mortis , & periculum illius, vt habetur *in cap. Eos qui, de ſent. excom.* Et ratio ipſa dictat : nam mortale periculum perinde exiſtimari debet, & in malis ita caueri, ſicut euentus ipſe : nam propterea dictum eſt , *Qui amat periculum, peribit in illo.* Ergo neceſſitas periculi mortis exiſtimatur moraliter tanquam extrema. Sic Suarez *diſp.26.ſect.4.* Vaſquez *dub.5.cit.* Nauarrus *cap.2. num 9. & cap.26. numero 31.* Sylueſter, Henriquez,

Angel. Medina, Victoria, Philiarcus, Sayrus, & Finellus, quos affert, & ſequitur Diana *loc.cit.reſol.*71. & 72. Hurtado *diſp.*10.*diff.*9. Lugo *diſp.*18.*n.*21. Th. Sanchez *lib.*2.*ſum.c.*13.*n.*1. & Bonacina *diſp.*5.*q.*7. *punct.*1.*n.*10. Molfeſ. *loc.cit.n.*77. Villalobos *loc.cit. n.*8. & apud ipſum Divus Anton. Adrianus, Rodriguez,& alij. Trulleuch *loc.cit.*& penes ipſum Caſtro Palao,& Souſa, Petr. Hurtado *in* 2.2.*tom.*1.*diſp.*84. *ſect.*8. & communis, quam tenent Machado *loc.cit. n.*2 & Diana *p.*8.*tract.*1.*reſol.*90. *verſ. verùm ſi aliquis,* & Præpoſitus apud illum.

Qvæstio XVIII.

An præſente Sacerdote proprio, ſeu approbato, poſsit ſimplex Sacerdos abſolvere quemlibet ab omnibus peccatis, & cenſuris in articulo mortis?

Affirmant Navarrus *lib.*5.*conſil. tit.de pœnit. & remiſſion. conſil.*15.& *in* 3.*edit. conſil.*23. & *in man.cap.*26.*num.*26.& *cap.*27.*num.*272. Sa *verb.abſolutio,n.*4. Petrus de Ledeſma *in ſum.de pœnitent. c.*14. *poſt* 1. *concl.* Rodriguez *cap.*59.*concl.*3. Vega *tom.*1. *ſum. c.*6. *caſu* 16. Henriquez *lib.*6.*cap.*11.*num.*4.6. & 8. & *cap.*12. *num.*1. quos omnes refert Sanchez *lib.*2.*ſum. cap.*13. *num.*6. Barboſa etiam, Villalob. Valerus, Coriolanus, Conradus, Comitolus, Angles, Ludouicus, Zerola, Finellus, & Philibertus, quos citat & ſequitur Diana 1.*part.tract.*5. *reſol.*5.& 3.*p. tract.*4.*reſol.*57.& 4 *part.tract.*4. *Miſcel. reſol.*161. Ioannes Sancius *diſp.*44.*num.*6.& apud ipſum Chapeavilla *de caſib.reſervat.c.*7.*in fine.* Petrus Hurtado *loc.cit.* §.125. & 149. licèt ſui oblitus contrarium doceat §.163.*einſdem ſectionis iam citatæ.* Naldus *verb. Confeſſio, n.*31.*pag.mihi* 145. qui pro hac parte citat Thomam Sanchez *loc.cit.num.*15. ſed omnino malè: cum oppoſitum omnino teneat *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe, nec licitè, nec validè abſolvere, præſente proprio Sacerdote; quia uſus manifeſtus Eccleſiæ totius habet, quod nullus infirmus accipiat alia Sacramenta ab alieno Sacerdote, niſi in defectum proprii: ergo idem dicendum eſt de Sacramento pœnitentiæ. Sic Roſella, Sylveſter, Armilla, Covar. Simancas, Corduba, Graffius, Gratianus, Sotus, Vgolinus, Bartbol. de Ledeſma, Vivald. Rutilius, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.*2.*ſum.cap.*13. *n.*9. Suarez *diſp.*16. *ſect.*4. *num.*4. & *tom.*5.*diſp.*22.*ſect.*1.*num.*62. Vaſquez *q.*93.*art.*1. *dub.*4. *num.*18. Azor. *tom.*1. *lib.*8. *cap.*19. *quæſt.*5. Valentia *tom.*4.*diſp.*7.*quæſt.*10.*punct.*2.*col.*6. Ægid. *diſp.*8.*dub.*2. *num.*16. & 17. Bonac. *diſp.*5. *quæſt.*7. *punct.*1.*num.*10. & *de Cenſur.diſp.*1.*quæſt.*3.*punct.*3. *n.*5. Ochagav. *tract.*2.*de confeſſione,q.*35.*n.*3. Quos omnes citat,& ſequitur Lugo *diſp.*18.*n.*24.*pag.*443. Reginaldus *lib.*1. *num.*61. Fagundez *prac.* 2. *lib.*7. *c.*1.*n.*19. Granados *tract.*10.*diſp.*4. *n.*11.*pag.*1282. Hurtado *diſput.*10.*diff.*7. Bellarm. *tom.*2.*de Sacram. diſput.*8.*dub.*2.*num.*17. Zambranus *de caſibus in art. mortis,dub.*4.*num.*3. dicens, oppoſitum eſſe improbabile, Luyſius Turrianus *in ſelect. centur.*2. *Cenſur. Theolog. dub.*77. affirmans oppoſitum non ſolùm eſſe improbabile, ſed damnatum à Gregorio XIII. ſed certè (ut bene Lugo) ſententia quam tot, & tam graves Doctores tenent, negari non poteſt, quin probabilis ſit, neque de declaratione Gregorii conſtat authenticè, & ſi datur, illa non fuit condemnatio, ut voluit Luyſius, ſed ad ſummum declaratio, ſeu reſponſio Pontificis, Trullench *lib.*1.*in decalog.c.*3. *dub.*7.*n.*8. & penes ipſum Barboſa *de poteſtate Epiſcopi, alleg.*25.*n.*51. & Caſtro Palao *de Fide, tract.*4. *diſput.*4.*punct.*3.§.5.*num.*9. (Sed ex his duobus authoribus primus pro oppoſita citatur ſententia à Diana; imò & ab ipſomet Ægidio Trullench *locis citatis.*) Henriquez *lib.*8.*c.*11. *num.*3. Qui tamen advertit, (& bene) non debere Sacerdotem ſimplicem nimis ſcrupuloſum eſſe in hac re; ſed in dubio, an opportunè adveniat Sacerdos approbatus, debet ſimplex abſolvere, ne aliàs periculo infirmum exponat. Molfeſ. *tract.*7. *cap.*15.*à num.*79. Torreblanca *lib.*14.*practicar.cap.*4.*n.*16.17.& 18. & alij quamplures apud ipſum. Sic etiam ſentiunt nouiſſimè Thom. Hurtad. *tom.*1.*tract.*5. *cap.*6. *reſol.*69. exiſtimans oppoſitum practicè improbabile. Franc.de Lugo *opuſc. de Sacram. c.*11. *n.*18. & me citato Mendo *in Bullam Cruc.diſp.*22.*c.*1.*num.*7. qui oppoſitam ſententiam eſſe probabilem, & in praxi tutam expreſsè affirmat.

Qvæstio XIX.

An ſi deficiente Confeſſore approbato, ſimplex confeſsionem conſtituti in articulo mortis audire cœpit, & ante abſolutionem adſit legitimus Confeſſarius, poſsit adhuc ſimplex in eo caſu confeſsionem cœptam perficere?

Negativam ſententiam eſſe ſatis probabilem aiunt Granad. Ledeſma, & Zambran. *locis citatis.* Propter quod Zambranus addit, quod ut pœnitens moriatur ſecurior de ſua ſalute, poſtquam à ſimplici Sacerdote fuerit abſolutus, confiteatur legitimo, & approbato aliquod peccatum, ſaltem veniale, ut ita abſolvatur ab illo: quo facto, manebit abſolutus, etiam ab illis, quæ primo confeſſario declaravit, ſi fortè fuiſſet abſolutio eius invalida. Sic etiam Torreblanca *loc.citat.num.*22. vbi ſic ait: Vnde, etſi cœpta confeſſione coram ſimplici Sacerdote, ab eo, qui eſt in articulo mortis, quamvis ſuperveniente legitimo, debeat eam complere, propter integritatem Sacramenti, & abſolutionem obtinere, ut tenent D. Anton. Henriquez, & Palud. Debet tamen poſtea, ſi non grauatur æger, ea ipſa peccata, quæ ſimplici fuerat confeſſus, iterum legitimo confiteri, vel ſaltem vnum ex eis peccatum, etiam veniale, ſi non poſſit amplius proferre, vt poſſit eum abſoluere, vel debet primus Sacerdos peccata audita in confeſſione legitimo Confeſſario coram ipſo referre, pœnitente non potente commodè illa dicere; & ſic eum abſoluere, vt tradit P. de Ledeſma *in ſum.*1. *part. de pœnit.c.*12. *concl.*5.*dub.*2. Huc vſque Torreblanca, ſed certè in multis non bene; nam in primis falsò citat Ledeſmam pro ſua ſententia, cum oppoſitum expreſsè doceat *loc.cit.non cap.*12. (quia ibi nec verbum ad noſtrum propoſitum habet) *ſed c.*14.*dub.*2. *poſt* 1.*concl.*& *conſ.*2.*pag.mihi* 454. Deinde abſolutè loquendo, falſum dicit, poſſe in tali caſu primum Confeſſarium peccata audita in confeſſione legitimo Confeſſario coram ipſo referre pœnitente, &c. Quia licèt id poſſit de licentia pœnitentis, minimè tamen abſque illa: vnde ego abſolutè

Longè probabiliùs reſpondeo: poſſe continuare, & perficere confeſſionem cœptam, cum veram haberet iuriſdictionem, quando alio deficiente cœpit audire: ideoque neque eſſe neceſſarium, vt aliquo modo Confeſſori ſuperuenienti confiteatur. Sic Doctores vtriuſque ſententiæ *q.*17. *relati*, præcipuè Sanchez *vbi ſuprà,n.*15. Granados *n.*12. Trullench *num.*7. & Lugo *n.*33. addens ex Sanchez, quod etiamſi pœnitens ob mendacium graue confeſſionem ſacrilegam cum inferiori Sacerdote feciſſet, adhuc poſt aduentum legitimi confeſſarij poſſit cum eodem confeſſore confeſſionem illam, quam inceperat, perficere; quia abſolutio nulla fuit, ac ideo perinde ſe habet, ac

ac ſi data non fuiſſet. Sic Lugo ex Sanchez, quorum additum placet etiam Ægidio Trulleneh, ſed non in caſu quo jam ceſſaſſet articulus neceſſitatis, vel eo duraote ſuperveniſſet legitimus Confeſſor. Pro bac ſententia ſtat etiam Thom. Hurtad. *loc. cit. n.* 1577.

Qvæstio XX.

An ſi adſit Confeſſarius qui ex privilegio poteſt à reſervatis abſolvere, poßit pœnitens in articulo mortis cuicunque alio expoſito non habenti tale privilegium confiteri?

Affirmant Suarez *diſp.* 3. *ſect.* 3. *num.* 5. & Henriquez *lib.* 7. *cap.* 10. *num.* 1. *in comment. lit. D,* & Corjolanus *de caſib. reſerv. part.* 1. *ſect.* 2. *art.* 16. *n.* 17. & alii.

Sed probabiliùs teſpondeo: non poſſe, ſed debere confeſſario habenti privilegium confiteri. Noo quia pœoitens teneatur uti privilegio Confeſſoris, ſed quia in eo caſu nullum reſervati caſum, ſeu peccatum non eſt abſolutè, ſed ratione neceſſitatis, quæ præſente Sacerdote potente ex prkuilegio abſoluere, eeſſat. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 11. Nauarrus *cap.* 27. *n.* 90. Corduba *in ſum, queſt.* 28. *punct.* 2. Lugo *diſp.* 18. *n.* 3. Trullench *loc. cit. n.* 6. *pag.* 83. & alii quos ſequitur amicus Mendo *diſp.* 22. *cit. cap.* 1. *n.* 12.

Qvæstio XXI.

An quando deeſt Sacerdos proprius, etiam ex delegatione poſſit licitè, & validè eligi quilibet alius indifferenter?

Negant Suarez *diſp.* 26. *ſect.* 4. *num.* 4. Zambrano *de caſib. in art. mortis, cap.* 4. *dub.* 4. *num.* 16. quos citat, & ſequitur Saochez *lib.* 2. *ſum. cap.* 13. *num.* 10. dicentes, & neceſſariò ſervandum eſſe hunc ordinem, quod ſcilicet non poſſit validè abſolvere Sacerdos non approbatus, ſi adſit alius approbatus in alia Diœceſi. Rurſus ſi adſit Sacerdos toleratus, non poſſit abſolvere Sacerdos excommunicatus non toleratus, &c.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia Eccleſia poſitâ neceſſitate, ſcilicet quod periculum ſit mortis, & copia proprii confeſſarii non ſit, omnibus aliis Sacerdotibus indifferenter facultatem abſolvendi concedit, cùm omnes alii, ſi verè juriſdictione carent Sacerdotes ſimplices ſint. Sic Lugo *diſp.* 18. *num.* 37. *pag.* 445. quem, & me citato, ſequitur Mendo *diſp.* 22. *cap.* 1. *num.* 13.

Qvæstio XXII.

An facultas abſolvendi in articulo mortis omnibus Sacerdotibus conceſſa ſit de jure divino ex Chriſti inſtitutione?

Affirmant Palud. Durand. Canus, Capreol. & Ruard, quos afferunt Vaſquez *q.* 93. *art.* 1. *dub.* 3. Hurtad. *diſp.* 10. *diffic.* 7. & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſolùm eſſe ex jure Eccleſiaſtico, quia ſic colligitur ex verbis Tridentini *relatis quaſt.* 15. Sic docent D. Anton. D. Booav. Vterque Sotus, & alii, quos affetunt, & ſequuntur Vaſquez, & Hurtado *locis citatis,* Suarez *loc. cit. n.* 7. Lugo *n.* 16. *pag.* 442. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 1. *n.* 9. Corjolanus *loc. cit. n.* 16. & apud ipſum D. Thom. Major, Ledeſma, Victoria, & Covaruv. & communis, quam complectuntur Diana *part.* 8. *tract.* 1. *reſ.* 90. & Franc. de Lugo apud ipſum.

Qvæstio XXIII.

Quotuplex ſit juriſdictio quæ in Miniſtro Sacramenti pœnitentiæ reperiri poteſt?

Reſpondeo, quod eſt duplex. Ordinaria, & eſt illa, qua ex vi proprii officii eſt quis alteri ſuperior in foro pœnitentiæ, & hanc habent omnes qui ſunt Paſtores reſpectu pœnitentium, & ideò eam poſſunt aliis committere. Et Delegata, & eſt illa, quam quis habet ex commiſſione ab eo qui habet ordinariam, ut habent Confeſſarii approbati ab Ordinariis; ideoque nequeunt per ſe eam alteri ſubdelegare. Sic omnes Doctores. Legantur Bardus *in Bull. Cruc. tr.* 5. *c.* 1. *ſect.* 1. & Machado *tom.* 1. *ſum. lib.* 1. *part.* 2. *tr.* 1. *docum.* 1. ubi latè, & bene de hac materia agit.

Qvæstio XXIV.

Quiſnam ſit miniſter qui juriſdictionem ordinariam habeat in hoc Sacramento?

Reſpondeo: quod imprimis eſt Sum. Pontifex, qui eſt Paſtor univerſalis omnium fidelium, & ideo poteſt omnes abſolvere juriſdictione ordinaria. Deinde Archiepiſcopus, vel Epiſcopus habet poteſtatem ordinariam in omnes ſuæ Diœceſis ſubditos. Et tandem Parochus in omnes ſuos Parochianos, etiamſi Sacerdotes ſint. Sic omnes Doctores. Legantur Navar. *cap.* 4. Vaſquez *q.* 93. *art.* 1. *dub.* 2. Suarez *tom.* 4. *diſput.* 25. Ægidius *diſp.* 8. *de pœnit.* & alii peoes ipſos.

Qvæstio XXV.

Quiſnam ſit ordinarius Miniſter reſpectu Summi Pontificis?

Reſpondeo, quod nullus Sacerdos. Nam quamvis Papa ſit ovis Chriſti, nullum tamen babet in terris Paſtorem, cum ipſe ſupremus ſit Paſtor. Poteſt tamen Sacramentaliter abſolvi ab illo Sacerdote, quem ipſemet Pontifex ad hoc elegerit. Quia tunc accipit poteſtatem, & juriſdictionem ad illum abſolvendum, vel immediatè ab ipſo Chriſto ut aliqui volunt, vel ab ipſomet Pontifice, qui ex plenitudine ſuæ poteſtatis à Chriſto illi conceſſa poteſt optimè tribuere ſuo confeſſario juriſdictionem ſupra ſe, & ſe reddere ſubditum illi. Sic communiter DD. Legantur P. de Ledeſma *in ſum. c.* 12. *ſub concl.* 4. & alii nuper *citati,* præcipuè Diana *part.* 8. *tr.* 1. *reſ.* 73. *in fine.*

Qvæstio XXVI.

An ordinarius Epiſcoporum, & qui ordinaria poteſtate poſſit eos abſolvere, ſit Archiepiſcopus?

Affirmant Palud. *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 3. *art.* 2. & Sylv. *confeſſor* 1. *q.* 1. docentes: proprium Sacerdotem Epiſcoporum eſſe Archiepiſcopum, Archiepiſcoporum Patriarcham, & Patriarchatum Pontificem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo negativè, quia Epiſcopus in hoc foro ſolùm ſubditur immediatè Pontifici. Sic Sotus *in* 4. *diſt.* 8. *q.* 4. *art.* 2. Suarez *diſput.* 25. *ſect.* 2. *n.* 10. Vaſquez *q.* 93. *art.* 2. *dub.* 4. *n.* 2. Lugo *diſp.* 19. *n.* 2 Hurtad. *diſp.* 10. *diff.* 12. & Ludovicus d e S. Iuan *q.* 7. *de pœnit. art.* 2. *diff* 8. *concl.* 1.

QVÆSTIO XXVII.

An Epiſcopi poſſint eligere in Confeſſarium ſibi quemlibet Sacerdotem ex ſuis ſubditis, licèt non ſit ex approbatis?

RESpondeo poſſe, non ex jure divino, ut voluit Navar.*c.27.n.*260.ſed ex Eccleſiaſtico, habito *in cap.finali. de pœnit.& remiſ.* Quia difficile eis eſſet recurrere ad Papam. Sic Doctores *citati*,& communis omnium, qui idem affirmant loquendo non ſolùm de Cardinalibus Epiſcopis, verùm etiam de Cardinalibus non Epiſcopis, Legatis à latere durante Legatione. Legantur Boſſius *ſect.3.cit.§.4.n.*110.& Paſqualigus *deciſ.*85.& 93.& nos *infrà q.*34.

QVÆSTIO XXVIII.

An Epiſcopus etiam extra ſuam Diœceſim poſſit eligere in ſui Confeſſarium ſibi non ſubditum, nec approbatum ab Ordinario?

AFfirmant etiam Valerus *in diff. utriuſque fori. verb. juriſdictio, diff.* 14. & 15. & latiùs *verbo nullitas,diff.*2. Graffius *lib.4.deciſ.c.*15. *n.*11. & 15. Zerola *in praxi pœnit.c.*15.*q.*31.2.*part.& lib.*1.*de Iubileo,c.*15.*dub.*78. Boſſius *de Iubileo ſect.*3.*caſu* 2.§.4.*n.*101.& 102. Coriolan.*de caſib.reſerv.part.*1.*ſect.*1.*art.*21.*n.*5. Villalobos *tract.*9.*diff.*55.*n.*4.& alij,quos ſequitur Paſqualig. *deciſ.*86.*num.*4. quia extra ſuam Diœceſim poteſt approbare Confeſſarios pro ſuis ſubditis: ergo & pro ſeipſo.

Sed longè probabiliùs reſpondeo non poſſe, quia ſic decrevit Gregor. XIII. ut teſtatur Congregatio Concilij,per hæc verba. *S.D.N. audita relatione Congregationis, declaravit Epiſcopum vigore privilegij, de quo in cap.finali, de pœnit.& remiſ. non poſſe ſibi eligere Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus decreti admiſſus, ſeu approbatus ad audiendas confeſſiones.* Sic Suar.*diſp.*28.*ſect.*6.*n.*7. Navarrus, Riccius, Graffis (qui pro parte contraria citatur à Boſſio,) Fauſtus, Barboſa, Filliocius, Molfeſius, Azorius,& alij, quos citat, & ſequitur Diana 3.*part.tract.*2.*reſol.*3. quibus addi poſſunt Nuñus *q.*8.*art.*5.*dub.*8. (non 9. ut citat Candidus) §.*aliud dubium, pag. mihi* 455. Ægidius *diſp.* 8. *dub.*7.*n.*50. Candidus *diſq.*24.*art.*65.*n.*11. Bonacina *diſp.*5.*q.*7.*punct.*4.§.1.*n.*56. & alij, quos ſequuntur Gaſpar Hurtad. Naldus, Megala, Fagundez, Præpoſitus, Armendariz, quos citat Paſqualig. *deciſ.cit.n.*1. & Thomas Hurtad.*loc.cit.n.*2064. & Mendo *loc.cit. num.* 16. Argumento autem Contrariorum fiet ſatis *quæſt.*20.

QVÆSTIO XXIX.

An Vicarius Epiſcopi poſſit ex vi dicti capituli eligere ſibi Confeſſarium?

NEgânt Abbas, Hoſtienſ. Beroius, Sotus, & alij, quos refert Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 29. *n.*13. & ſequuntur Lugo *diſp.*19.*n.*3. & Petrus Ledeſma *c.*12.*concl.*4.& Suarez *tom.* 4. *diſp.*17.*ſect.*2.*n.*8. Megala *lib.*1.*c.*10.*n.*4. Molfeſ.*tract.*7.*c.*15.*n.*37. Reginald.*lib.* 1.*n.*27.& alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe: quia verè eſt Prælatus, & Parochis ſuperior, & conſtituit unum tribunal cum Epiſcopo. Sic Sylveſt. Roſella, & Angel. Navarr. Gabriel, Henriquez, & alij plures, quos refert,& ſequitur Sanchez *loc.cit.n.*15. Sà *verb Confeſſor, n.*1. Granad.*tract.*10.*diſp.*2.*n.*7. Boſſius *loc.cit. n.*199. & alij apud ipſum, & communis, quam ſequuntur Villalob.*tom.*1.*tract.*9. *diff.*47.*n.*8. Machado *tom.*1.*lib.*1.*part.*2.*tract.*1.*docum.*2.*n.*2. & Mendo *in Bull.Cruc. diſp.*22. *c.*1.*n.*14. *in fine.*

QVÆSTIO XXX.

An poſſit Epiſcopus, ſeu ejus Vicarius approbare Sacerdotem ſibi non ſubditum, ſaltem pro ſuis ſubditis?

AFfirmant Candidus *loc.cit.n.*12. *pag.* 187. quia approbando Sacerdotem non ſibi ſubditum, non ita facilè decipitur exponendo, & admittendo indignum, ſicuti contingere poteſt quando pro ſe approbat, & exponit. Affirmant etiam Boſſius *loc. cit.n.*99. & alij, quos ſequitur Paſqualig. *deciſ.* 86. *num.* 11.

Sed probabiliùs reſpondeo, adhuc non poſſe, niſi caſu quo Sacerdos alterius Diœceſis fiat aliqua ratione ſubditus ipſi Epiſcopo, aut Vicario eligenti. Sic Suarez *loc.cit.n.*12. Bonacina,& Ægidius *loc.cit.* Fagundez *de præc.*2.*lib.*7.*c.*2.*n.*80. & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An Prælati ſuperiores exempti, ut Abbates, & Generales, & alij qui immediatè ſunt Papæ ſubjecti poſſint ex præcepto indulto eligere in Confeſſarium quemlibet Sacerdotem ſimplicem?

REſpondeo poſſe, quia ita expreſſit Pontifex in *dicto cap. finali.* Sic Suarez, Lugo, Hurtado,& alij *loc.cit.* Valerus *verb.Iuriſdictio,diff.*15. Aſcanius Tamburinus *de jure Abb.tom.*2.*diſp.*6.*q.*10.*n.*1. Boſſius *loc.cit.n.*112.& Molfeſ.*tract.*7.*c.*15.*num.*42. & Mendo *loc.cit.n.*17.

QVÆSTIO XXXII.

An etiam Provinciales, & alij Prælati locales, ut Miniſtri, Priores, Guardiani, &c. poſſint eodem jure eligere ſibi confeſſarium quemcunque Sacerdotem ſimplicem?

NEgant Hoſtienſ. Panormit.& Angel. apud Coriolan.1. *part.ſect.*1.*art.*21.*n.*1.*pag.*162.& Angles *q.de confeſſ. art. de Miniſtro,diff.*4.*pag. mihi* 310. *alias* 240. Hyeronym. Flama *in Epitome Curæ anim. c.*5.§.5.& Ioan. Valerus *verbo Iuriſdictio, diff.*5. Necnon Rodriguez apud Paſqualigum *infrà.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, poſſe: quia in dicto capite expreſsè dicitur, quod omnes Prælati exempti, etiam minores, quamvis non ſint immediatè ſubjecti Papæ, poſſint ſibi eligere confeſſarium ſine ſuorum ſuperiorum licentia,& ita in praxi receptum eſt. Quod tamen limitandum eſt, ut hoc non procedat quando in aliqua Religione, ex ſpeciali privilegio, aut Religionis conſtitutione approbata, & confirmata à Papa, ſit dictis Prælatis inferioribus aſſignatus Confeſſor cum limitatione, ut nequeant alios eligere, renunciando expreſsè, ſpecificè, & nominatim illud privilegium citatum, quia totum hoc eſt neceſſarium, eo quòd inſertum ſit in corpore juris.) Sic Suarius *diſp.*27.*ſect.*2. *n.*10. Sylveſter, Cordub. Henriq. Valentia, Sigiſmundus, Navar. Tamburin.& alij apud Boſſ.*ubi infrà*, Lugo *diſp.*19.*n.*4.& *diſp.*20. *n.*67. Coriolan.*loc.cit.* Dian.3.*p.tract.*2.*reſol.*1.& *p.*4. *tr.*4.*reſol.*1. Vaſq.*q.*93.*art.*2.*dub.*4. Hurtad. *diſp.*10. *diff.*12. Villalob.*tom.*1.*tract.*9.*diff.*47.*n.*4. Toler.*lib.*3. *Sum. cap.*15.*n.*8. & 9. (licèt in contrarium citetur à Fagundez, qui noſtram ſententiam probabilem

reputat

reputat *loc.cit.n.78. in finc.)* Boſſius *loc.cit. num.*103. *&* 120.& apud ipſum Matius & Alterius, Homobonus, Graſſius & Zerola *loc.cit.* Fulliuc. Miranda, Sylnius, & alij plures, quos citat, & ſequitur Paſqualig. *deciſ.96.n.2.* quamuis ex illis aliquos non bene citet.

Qvæstio XXXIII.

An Cardinales, qui Epiſcopi, aut Legati non ſunt, poſsint ex vi dicti capituli eligere ſibi in confeſſarios Sacerdotes ſimplices?

NEgant Azor. *tom.2.lib.4.cap.3.q.16.* Hoſtienſis, Armilla, Tabiena, & alij apud Paſqual. *vbi infrà.* Affimant Angelus, Henriquez, & alij, quos citat, & ſequitur Boſſius *de Iubileo, ſect.3. caſu* 5.§.4.*n.*111. & nouiſſimè Paſqualig. *deciſ.*93.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo, non poſſe ex iure dicti capituli; bene tamen ex iure conſuetudinis, vel ex alicuius Pontificis viuæ vocis oraculo; imò & dare facultatem ſuæ familiæ (ſicut poteſt Epiſcopus) eligendi ſimiliter ſibi Sacerdotem ſimplicem in confeſſorem, poſſunt. Sic Suarez *diſputat.*25. *ſect.2.num.*11. *&* 12. *& diſputat.*17. *ſect.2. num.6.* Vaſq. *loc. citat. num.7.* Hurtado *loc. citat.* ex Caiet. *verb. Abſolutio* 2. Lugo *diſput.19.num.5* & Llamas 1.*part. Meth.*§.7. per hæc verba: Cardinales non Sacerdotes ex eadem tacita Papæ licentia eligunt quem volunt, vt Prælati ſupradicti; imò & ex eadem tacita dant omnibus de ſua familia, vt eligant confeſſorem, ſicuti ipſi, vt teſtatur Doctus Caiet qui Cardinalis fuit, & Syluester, qui fuit teſtis oculatus, &c. Sic ille. Et Ludovicus *q.6. de pœnit. art.2. diff.5.* Necnon alij plures apud Paſqualigum *loc. cit.* Lege Dianam *p.8.tract.1.reſol.35.*

Qvæstio XXXIV.

An Parochi poſsint eligere ſibi in confeſſarium quemlibet Sacerdotem, etiam ſimplicem?

AFfirmant Abbas, Sylveſter, & Angelus, vt refert Suarez *diſput.27.ſect.2. num.7.* qui exiſtimant, Parochos eſſe verè Prælatos, cùm ſic in iure appellentur, *cap. tua nos, de Clerico ægrotante.* Propter quod ipſemet Suarez *loc.cit. & ſect.3.* id innuit eſſe probabile. Et tenent expreſsè Vega 1.*part. Sum. cap.*75. *col.*772. Qui & citat pro hac parte Margaritam confeſſorum, ſed non citat locum vbi id doceat, nec potuit certè, quia nullibi id affirmat; citat enim Bartholomæum de Ledeſma *diff.7.* (quem videre non potui) & Manuelem Rodrig. 1.*part. cap.6. n.4.* ſed hunc non bene: cùm ſolùm concedat (ſicut etiam Henriq. *lib.6. cap.8. num.2.* Layman *lib.5. tract.6. cap.10.num.5.* Toletus *lib.3. Summa, cap.*14. Fagund. Ægidius, & alij, quos citat, & ſequitur Boſſius *de Iubileo, ſect.3. caſu* 2.§.4. *n.*126. & bene, concedunt) poſſe Parochum confiteri cuilibet Sacerdoti approbato in aliena Diœceſi: nam hæc conſuetudo non fuit revocata per Tridentinum.

Poſſunt tamen citari pro hac parte, Sotus *in 4. diſt.19. quæſt.5. art.5.* Vaſq. *quæſt.93. art.2. dub.4. num.2.* & Hurtado *diſput.10. diff.12.* Quia licèt hi Authores (contra nuper relatos) id competere Curatis de iure negent; concedunt tamen, illos ex iure conſuetudinis poſſe eligere quemcumque Sacerdotem. Tenent etiam Paſqualig. *deciſ.*105. vbi id competere Curatis de iure communi probat.

Sed longè multò probabiliùs, (& mihi certiſſimè) reſpondeo: nullo ex iure id poſſe; non ex iure canonico, quia longè multò probabilius eſt, nec eſſe, nec in iure Parochos appellari Prælatos, vt docet Sot. *loc. cit.* Nec ex iure conſuetudinis, quia id iam Tridentinum abrogavit: ergo. Sic Suarez *loc.cit.* Lugo *loc.cit.num.6.* Nuño *in addit.q.8. art.5. dub.5. pag. mihi* 445. Granados *tract.10. diſputat.5.num.41 pag.*1285. Molfeſ. *tract.7. cap.15. num* 38. *pag. mihi* 440. vbi ait, hanc eſſe reſponſionem omnium, Ægidius *diſp.8.num.*61. Megala *cap.10.num.6.* Claudius Solerius *de poteſt. Confeſſarior. cap.4. pag. mihi* 39. Ludovicus *loc.cit.diff.19.pag.*450. & Boſſius, & alij *ſuprà citati*, & communis.

Qvæstio XXXV.

An Vicarij Conventuales habeant in Religioſos iuriſdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ?

NEgabunt, & conſequenter, Lugo, & alij Doctores *quæſt.26.* prima ſententia adducti, præcipuè Suarez *tom.4 in 3.p.diſp.27.ſect.2.n.8.*

Sed probabiliùs reſpondeo: habere, ſi præfati conſtituti ſunt Vicarij per Generalem, Provincialem, aut Prælatum localem, aut Capitulum, ad hoc, vt eorum loco idem munus in ipſorum abſentia exerceant. Sic Rodrig. *tom.3. qq. reg. quæſt.76. art.1.* Paſqualig. *deciſ.99. per totam*, Diana 3 *p.tract.5. in finc.* Megala, Coriolanus, & alij penes ipſos. Et ratio eſt, quia hujuſmodi Vicarij verè ſunt ſuperiores, cùm in abſentia eorum vices eorumdem gerant: ergo debent communicare cum ipſis in auctoritate: ergo conſequenter in abſentia Superiorum poſſunt ſibi eligere Confeſſarium quemlibet Sacerdotem, etiam ſimplicem, ſive Regularem, ſive ſæcularem. An autem, &c. poteſtatem habeant in præſentia Superiorum, difficultas eſt major. Affirmat probabiliter Paſqualigus *deciſ.*103. ſed probabiliùs negant Megala, Coriolan. & Diana *loc.cit.* & Alphonſ. de Leone *tom.5. de offic. Confeſſ. recollect.6. n.36.* Et indicat Andreas Mendo *in Bull. Cruc. diſp.52 cap.1.num.14.* quatenus hæc ait: In abſentia tamen ſuperioris, ſi idem munus ac ille poteſt exercere ex vi Regulæ, aut Superiorum, ordinariam juriſdictionem habebit. Conſule Rodrig. *tom.3 qq. Regul. quæſt.76. art.1.* & Leandrum *tom.1. tract.3. diſp.11. quæſt.35.* vbi ipſe ſedulus inquiſitor, & acris accuſator eorum, qui vel vnguem, numerum, aut litteram declinant in locis Authorum citandis, ſeipſum citat *quæſt.*28. in qua nihil prorſus habet concernens cum dubio ejus *quæſt* 35. Hucuſque amicus Mendo. Cui facillimè reſpondeo, me non citaſſe me ipſum *q.*28. ſed *quæſt.*29. in qua quidquid dicitur, omnino concernit cum dubio hujus quæſtionis: errore tamen Typographiæ mutatus fuit numerus, quod paſſim evenit abſque incuria Authoris. Et hoc facilè poſſet Mendo advertere, ſi vellet; noluit tamen, quo fine, ipſe ſcit: & ego.

Qvæstio XXXVI.

An Imperatores Reges, eorumque Vxores poſsint confiteri cuilibet ſimplici Sacerdoti?

NEgativam ſententiam eſſe ſatis probabilem, innuit Lugo *locis citatis.*

Sed probabiliter certè reſpondeo: poſſe, quia vel ex tacita licentia Papæ, vel ipſius privilegio ſimplici Sacerdoti confiteri poſſunt. Sic Angles *quæſt. de confeſſ. pag. mihi* 545. Cajet. *verb. Abſolutio* 2. Vaſq. *loc.cit.n.*3. Hurtado *loc.citat.* & in id inclinat Suar. *diſp.25. in fine.*

QVÆSTIO XXXVII.

An vagabundi qui certum domicilium non habent, poſſint cuilibet Sacerdoti approbato confiteri?

NEgat Cord. *in c. omnis utriuſque ſexus*, qui exiſtimat (malè certè) ſolùm Legato Papæ confiteri poſſe.

Negant etiam Suarez *diſp. 25. ſect. 2.* Medina *C. de confeſſ. q. 33.* Sylv. *verb. confeſſ. 1. q. 1.* & Ægid. *diſp. 8. dub. 8.* Hurtad. *diſp. 10. diff. 12.* Lugo *diſp. 19. n. 7. pag. 449.* & alii docentes: confiteri debere Parocho, ſub quo actu reperiuntur, & in cujus parochia actu habitant. Negant denique Sanchez *lib. 3. de mat. diſp. 25. n. 5. & 7.* & apud ipſum Ricard. Palud. D. Ant. Caiet. Tabiena, Victoria, Navar. uterque Ledeſma, Margarita Confeſſ. Henriquez, & alii affirmantes vagos poſſe cuicunque Parocho, aut Curato Diœceſis fateri, non tamen alii Sacerdoti etiam approbato.

Sed probabiliùs reſpondeo: non ſolùm poſſe cuilibet Diœceſis Curato confiteri, verùm etiam Sacerdoti cuilibet approbato ab Ordinario. Quia ſi habentes domicilium poſſunt confiteri, non ſolùm Parocho, ſed etiam cuilibet approbato Sacerdoti, cur non poterunt ſimiliter vagi. Sic Navar. *in c. placuit, de pœn. diſt. 6. n. 80.* ubi ſic ait. Secundò addo talem vagabundum non ſolùm poſſe confiteri Parocho in cujus Parochiam pervenerit: ſed etiam cuilibet alii Sacerdoti, quem elegerit, ſecundùm Paludanum, & Antoninum Sic ille. Malè ergo citat hos DD. Sanch. pro ſua ſententia, ſicut malè citat Hurtad. Vaſquium pro noſtra, cum potius expreſsè ſententiam, quam Sanch. ſequitur, ſequatur *q. 93. art. 2. dub. 4. n. 4. pag. mihi 384.* Tenent tamen noſtram Regin. *lib. 1. c. 7. n. 64.* Bonac. *dub. 5. de Sacram. p. 7. punct. 2. n. 4. in fine*, Nuñus apud ipſum, & alii. & Zerola *1. p. prax. Epiſc. v. confeſſio, in fine pag. mihi 141.* Layman *lib. 5. tr. 6. c. 8. n. 7.* Qui etiam malè citat Medinam, Hẽriquez, Sanciũ, & alios.

QVÆSTIO XXXVIII.

An peregrini, & iter agentes qui alibi habent domicilium, poſſint confiteri cuilibet Sacerdoti approbato ad confeſſiones audiendas?

NEgat Paludanus apud Hurtadum *loc. cit.* docens non poſſe confiteri, niſi illi Parocho, in cujus Parochia habent domicilium, vel alteri de licentia illius, quam cenſentur habere, quando ex licentia illius peregrinantur.

Negant etiam Suarez, Vaſquez, & Ægid. quos affert, & ſequitur Hurtado *loc. cit.* & Lugo *loc. cit. n. 7.* docentes illos poſſe confiteri Parocho Parochiæ in qua inveniuntur, & alteri de illius licentia.

Sed probabiliùs reſpondeo: jam ex voluntate tacita ſuorum Paſtorum, aut ex conſuetudine introducta poſſe confiteri cuilibet Parocho Civitatis in qua inveniuntur, aut alteri cuicunque Sacerdoti approbato. Sic & conſtat ex ratione *quæſt. præcedenti* adducta: ſic etiam Layman *lib. 2. tract. 6. c. 8. n. 9.* Qui pro hac parte citat etiam Palud. Navarrum, Caiet. & alios. Sic etiam Molfeſ *tract. 7. c. 15. n. 53.*

QVÆSTIO XXXIX.

An ſi quis ex induſtria diſcederet à ſuo domicilio, ut occaſione itineris alteri Sacerdoti, & non proprio confiteretur, validam efficeret confeſſionem?

NEgant Suar. *diſp. 15. ſect. 2. n. 9.* Vaſquez *q. 93. artic. 2. dub. 4. n. 6.* Ægidius *diſp. 8. dub. 8. num. 6.* Bonacina *loc. cit. n. 6.* Lugo *diſp. 19. n. 7.* & Filliucius *tract. 7. n. 195.* & alii apud ipſos.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Validam confeſſionem efficere, quia jure conſuetudine introducto hoc paſſim fit. Sic aliqui recentiores, & dicit probabile Filliucius *loc. cit.* & tenent expreſsè Zerola *1. part. prax. Epiſcop. v. confeſſ. §. ad ſecundum*, & Molfeſ. *loc. cit. & c. 10. n. 24.* & rurſus *c. 14. n. 79.*

QVÆSTIO XL.

An habens duo, aut plura domicilia in diverſis Parochiis poſſit utrilibet Parocho ex illis confiteri?

NEgat *in addit. q. 8. art. 8. dub. 1.* & ante illum Palud. *in 4. diſt. 17. q. 3.* & D. Ant. *3. part. tit. 17. c. 9.* quos refert Navarrus *cap. placuit, de pœnit. diſt. 6. n. 77.* docentes debere confiteri illi Parocho in cujus Parochia quando confitetur, habitat.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, poſſe confiteri utrilibet, vel cui ex illis maluerit. Quia uterque eſt illi Parochus, uterque proprius Sacerdos ratione utriuſque domicilii. Sic Navarrus, Ægidius, Suarez, Filliucius, Hurtado, Bonacina, Lugo. Et alii *loc. cit.* Et communis.

QVÆSTIO XLI.

An Parochus extra ſuam Parochiam, vel Epiſcopus extra Diœceſim poſſit abſolvere ſuum ſubditum?

REſpondeo: poſſe, quia hæc juriſdictio non eſt contentioſa, ideo non terminatur loco, ſed perſonis. Sic Suarez *diſp. 25. ſect. 1. n. 17.* Lugo *diſp. 19. num. 8.* Et Zerola *1. part. prax. Epiſc. v. Parochus*, & apud illum Sylv. Armilla, & Gomez. Sic etiam Bonacina *punct. 2. num. ultimo.* Molfeſ. *tractat. 7. cap. 15. num. 90. & ſeqq.* Navar. Azor. Henriquez, Vega, & alii penes ipſos. Qui idem dicunt dicendum (contra Sylveſtrum, & Zerolam) de quocunque alio Confeſſore delegatam facultatem habente, & eſt communis.

QVÆSTIO XLII.

An juriſdictio delegata ad audiendas confeſſiones expiret morte concedentis?

AFfirmant Palud. *in 4. diſt. 17. q. 4. art. ult.* D. Anton. *3. part. tit. 17. cap. 9.* Navar. *in ſum. Hiſpana, c. 27. n. 264.* & Philiarcus *de offic. Sacerd. tom. 1. part. 2. lib. 2. c. 24.* ut refert Sanch. *lib. 8. de matr. diſput. 28. n. 71.* Affirmant etiam apud Boſſium Henriquez, Suar. & alii, caſu quo approbatio non fuerit abſolutè data, ſed ad beneplacitum concedentis.

Sed probabiliùs reſpondeo non exſpirare poteſtatem illam morte concedentis, ſive fuerit abſolutè data, ſive ad beneplacitum conceſſa. Quia abſolutè eſt quædam gratia, quæ non expirat morte concedentis. Sic Sanchez *loc. cit. n. 72.* & apud ipſum Henriq. *lib. 6. cap. 6. n. 7. & lib. 7. de indulg. c. 11. num. 6.* Suarez *diſp. 26. ſect. 3. num. 5.* Sayrus, Graffius, Sà, & alii. Lugo *diſp. 19. n. 36.* Layman *lib. 5. tr. 6. c. 10. n. 21.* qui pro hac parte citat Navarrum *c. placuit, n. 162.* & bene, imò & ipſe Navar. citat etiam Paludanum *diſt. 17. q. 3. col. 5.* Quos Sanchez pro oppoſita citaverat ſententia. Tenent etiam hanc ſententiam caſu quo approbatio fuerit abſolutè data, Campanilis, Barboſa, Fagund. & alii quos affert, & ſequitur Boſſius *de Iubileo ſect. 9. caſu 2. §. 1. n. 9.* Legatur.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XLIII.

An licentia alicui ab Epiſcopo, vel ab alio Prælato eligendi confeſſorem conceſſa, expiret mortuo concedente, vel eo amoto ab officio?

AFfirmant Syluest. Angel. Corduba, Philiarcus, Palud. D. Anton. & alij, quos referunt Sanchez *loc. cit. n.* 74. & Filliucius *tract.* 7. *n.* 216.

Sed probabiliùs reſpondeo, non expirare, ſed poſſe poſt mortem concedentis eligere Confeſſarium, quia gratia facta non ſpirat morte concedentis. Sic Nauar. *in cap. Placuit, cit. n.* 162. *& ſequentibus numeris*, Suarez *diſp.* 26. *ſect.* 3. *n.* 7. *& diſp.* 27 *ſect.* 4. *n.* 8. *&* 9. Sà *verb. Gratia, num.* 4. Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 5. *num.* 2. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez *loc. cit. num.* 75. Ægidius, Sotus, Reginald. & alij quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *punct.* 3. *n.* 1. *pag. mihi* 261.

QVÆSTIO XLIV.

An vt Sacerdos licitè, & validè poſſit audire confeſſiones, debeat aut habere beneficium Parochiale, aut eſſe ab Epiſcopo ad id munus approbatus?

REſpondeo affirmatiuè, poſt decretum Concilij Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. de reformat. cuius hæc ſunt verba. *Decernit ſancta Synodus, nullum etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum, audire, neque ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, qua gratis detur, obtineat, priuilegiis, & conſuetudine quacunque etiam immemorabili, non obſtantibus.* Sic Concilium, & ſic omnes.

QVÆSTIO XLV.

An non obſtante præfato Tridentini decreto, poſſit Religioſus de licentia ſui Prælati confiteri cuilibet Sacerdoti ſimplici, etiam ſæculari?

NEgat Ioan. Maria Nouatius *in tract. de electione fori, cap.* 69. *num.* 11.

Sed vt certum reſpondeo: poſſe, quia Concilium nihil innouauit circa confeſſiones Pœnitentis Regularis, vnde Superiores regulares optimè poſſunt committere ſuos Religioſos Sacerdotibus non approbatis ab Epiſcopo, & ipſi Sacerdotes ſæculares non approbati ab Epiſcopis licitè, & validè poterunt audire confeſſiones Regularium, de licentia tantùm Prælatorum regularium, attento decreto Concilij Tridentini. Sic Nauar. *c.* 5. *n.* 2. Sà *verb. confeſſor, num.* 6. Suarez *diſp.* 28. *ſect.* 4. *num.* 5. Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 5. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. *n.* 15. Sancius *diſp.* 49. *n.* 8. Diana 3. *part. tract.* 2. *reſol.* 3. *& in addit. ad reſol.* 4. Granados *tr.* 10. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *num.* 3. Trullench *in expoſit. Bullæ, lib.* 1. *§* 7. *c.* 1. *dub.* 1. *n.* 5. Candidus *tom.* 1. *diſquiſit. moral. diſquiſit.* 3 *art.* 39. *n.* 2. *pag.* 34. Lugo *diſp.* 21. *num.* 2. *pag.* 511. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 11. *n.* 1. Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 7. *n.* 48 & communis, quam iterum tenet Dian. *p.* 8. *tr.* 1. *reſol.* 86. *in fin.* Cui adiunge Bardum *in Bull. cap.* 2. *ſect.* 2. *n.* 22. Th. Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 15. 2. *dub.* 5. *num.* 1072. & Mendo *in Bull. diſp.* 22. *cap.* 2. *num.* 25.

QVÆSTIO XLVI.

An etiam Moniales poſſint confiteri Sacerdoti ſimplici regulari, vel ſæculari?

REſpondeo: poſſe cum licentia Superioris ordinarij illarum (non Abbatiſſæ, niſi hæc haberet in ſpecie priuilegium à Summo Pontifice, vt habet Abbatiſſa Monaſterij Burgenſis, eligendi ſibi, aut Monialibus confeſſarium, imò & ſæcularibus ſibi ſubditis, ſine confirmatione Epiſcopi, cui ſubiectæ ſunt.) Quia Moniales in rigore ſub Regularibus (quos vt vidimus excipit Tridentinum) comprehenduntur. Sic Granad. & Lugo *loc. cit.* & Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 2. *dub.* 4. *n.* 2. & Boſſius *de Iubileo ſect.* 3. *caſu* 2. *§.* 3. *n.* 74. licèt *n.* 75. ita docens, notet hic Doctor, id eſſe verum attento tantùm decreto Tridentini: non verò attenta conſtitutione edita à Gregorio XV. incipiente, *Inſcrutabili, &c.* Et declaratione S. Congregationis Concilij, vbi decernitur tam Ordinarios, quàm Extraordinarios Confeſſarios à Prælatis Regularibus ad confeſſiones ſuarum monialium audiendas deputandos, debere eſſe neceſſariò ab Ordinario locorum approbatos. Sic Boſſius. Legantur Syluester *verb. Abbatiſſa*, & Molfeſius *tract.* 7. *cap.* 15. *à n.* 39 & Th. Hurtad. *tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 5. *reſol.* 34. *dub.* 5. vbi ait in Hiſpania nullo modo eſſe receptum, quantùm ad hoc dictam Bullam Gregorianam, & ita poſſe Prouincialem Regularem declarare idoneum aliquem regularem Sacerdotem, etiamſi non ſit approbatus ab Epiſcopo, ad audiendas ſuarum Monialium Hiſpanarum confeſſiones: ſicut poteſt ad audiendas confeſſiones Religioſorum. Sic ille, & benè: nam ſic in tota Hiſpania practicatur. Lege eundem Authorem *loc. cit. §.* 2. *num.* 2023.

QVÆSTIO XLVII.

An Equites Sancti Ioannis, Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatraua, &c poſſint etiam ſimplici Sacerdoti confiteri?

NEgant Diana 2. *part. tract.* 16. *reſol.* 46. & omnes qui negant, hos Equites eſſe in rigore Religioſos. Sunt autem Molina *tom.* 1. *de iuſtitia, tractat.* 2. *diſp.* 141. Valentia 3. *tom. diſp.* 10. *quæſt.* 4 *punct.* 1. Nauar. *lib.* 2. *conſiliſ.* 508. & 509. Azor. *lib.* 3. *quæſ.* 2. & alij, quos iterum ſequitur Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 86. *& p.* 10. *tr.* 16. *reſ.* 78. & Amicus *tom.* 8. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 97.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe, quia æquè probabile eſt hos Milites eſſe verè Religioſos: ſed ſic eſt quod Religioſi poſſunt cuilibet ſimplici Sacerdoti confiteri: ergo. Sic Sancius *diſp.* 49. *n.* 10. 11. *&* 13. & debent ita ſentire, conſequenter qui affirmant prædictos Milites eſſe expreſsè Religioſos. Hi autem ſunt Sanchez *lib.* 4. *Summa, cap.* 16. *num.* 11. *& lib.* 7. *de ſtatu Religioſo, cap.* 29. *n.* 105. Ramirez *tract. de fundat. S. Iacobi, cap.* 1. *fol.* 18. qui refert alios, & addit, ita declaraſſe Innocentium III. Et Diana *loc. cit.* qui certè ſi conſequenter, noſtram deberet amplecti ſententiam, vel ad minùs audere dicere, illam eſſe probabilem, ſed neutrum facit. Et ideo nouiter hanc ſententiam docent Riccius, Viuald. Nouatius, & Martinus à S. Ioſeph, quos refert Diana citatus, & Thom. Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 15. 2. *dubit.* 5. *num.* 1072. & etiam Bardus *ſect.* 2. *cit. q.* 2. *num.* 24. loquendo ſolùm de Equitibus S. Ioannis.

Bonac. *diſp.5.cit.q.6. ſect.5. punct.2. num.*11. Lugo *diſp.23.n.*58. Qui ſimul cum Bonacina citat pro hac parte Emmanuel. Sà *verb.Confeſſ.n.*31.& Navarrum *in cap.Sacerd. n.*51. Sed malè. Nam Sà nihil de hac re, ſed Victorell.*in notis*. Nsvarrus verò nihil aliud docet, quàm id quod ex illo à nobis dictum eſt quæſtione præcedenti. Tenent tamen Henriquez *lib. 3. cit.c.19.n.4.& c.21.num.1.* & Palacios *diſt.21.q.2.* Candidus *diſq.24.art.48. dub.11.* Diana *loc. cit. reſol.*30. & alij.

Qvæstio XC.

Quæ ſit pœna revelantis Confeſſionis ſigillum?

Reſpondeo quod olim per *cap. Sacerdos, de pœnit. diſt. 6.* erat depoſitio perpetua, & ignominioſa per orbem ſaltem per ſeptennium peregrinatio. Nunc autem per *cap. omnis utriuſque ſexus*, eſt perpetua depoſitio, & reclusio in aliquo Monaſterio. Quæ quidem pœna non imponitur ipſo jure, aut incurritur ipſo facto, ſed poſtquam revelans eſt convictus per teſtes, aut per ipſius confeſſionem. Sic Navarrus *in cap.Sacerdos, n.70.& 71.* Vivald.*de ſigillo, n.39.* Suar. *diſp. 33.ſect.8.* Villalobos *tractat.9. difficult.72.n.2.* Hurtado *diſp.12.diff.4.* Sà *verb.Confeſſor, n.30.* & Torreblanca *n.38.* ubi refert, ſigilli violatores juſſos fuiſſe à Pontificibus aliquando degradari, & pœna mortis affici, & à Iacobo I. Aragoniæ Rege, linguam retro extrahi.

Qvæstio XCI.

An Confeſſarius frangens ſigillum incurrat irregularitatem.

Affirmat Speculator, quem refert & ſequitur Majolus *lib.5.de irregul.c.19.n.6.*

Sed certiſſimè reſpondeo, non incurrere, quia in jure nec eſt expreſſa, nec impoſita talis pœna. Sic Suarez & Hurtado *loc.cit.* Lugo *n.146.* Diana *loc.cit. reſol.53.* Torreblanca *lib.13.c.22.fin.* Fagund.*prac.2. lib.6. c.7. n.3.* Nuñus *q.11. art.1. pag. mihi* 533. & eſt communis omnium.

DISPVTATIO XI.

De Miniſtro Ordinario, & Delegato Sacramenti Pœnitentiæ.

Qvæstio Prima.

An ſolus Sacerdos ſit miniſter Sacramenti Pœnitentiæ.

Negarunt Vviclef, & alij Hæretici Lutherani, & Calviniſtæ, aſſerentes etiam laïcos poſſe eſſe Miniſtrus hujus Sacramenti.

Sed de fide certum reſpondeo, ſolum Sacerdotem poſſe eſſe. Sic definitur in Trid.*ſeſſ.14.c.6. & can.10.* Et antea in Concil. Conſtantienſi ſub Martino V. & conſtat. Quia ſolis Apoſtolis, & eorum in Sacerdotio ſucceſſoribus dicta fuerunt illa verba à Chriſto Domino, Ioan.20. *Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis.* Ergo ſolos Sacerdotes inſtituit Chriſtus miniſtros confeſſionis. Sic D. Thom. cum Magiſtro *in 4.diſt. 18. & in addit. q.8. & 18.* Navar.*in c.diligens, & in c.placuit, de pœnit.diſt. 6.à n.45.* Sotus *diſt.20. q.1.* Suarez *tom.4. diſp. 24. ſect.1.* Vaſquez *q.93.art.1.* Henriquez *lib 6. ſeu 3. de pœnit.* Hurtado *diſp.10.de pœnit.diff 1.* Granados *controv.7.tract.10.diſp.1.* Lugo *diſp.18. ſect. 1.* & Layman *lib.3.tract.6.c.10.* Bonacina *diſp.5.q.7. punct.1. n.1.* Villalobos *tract.9. difficult. 44. n. 1.* Molfeſius *tract.7. c.14.à n.19.* & omnes apud Machado *tom.1. ſumm.lib.1. parte 1. tract.1. docum.1.*

Qvæstio II.

An omnes Sacerdotes poſſint eſſe Miniſtri hujus Sacramenti?

Reſpondeo, quod omnes poſſunt eſſe, ſi loquamur de poteſtate remota, & inſuper de proxima in aliquo caſu, non tamen loquendo abſolutè. Quia hoc modo loquendo, ſolùm poſſunt validè abſolvere illi qui ultra poteſtatem ordinis habent poteſtatem juriſdictionis. Sic etiam definitur in eodem Trid.*ſeſſ. 14.c.7.& can.7.* & docent omnes Doctores, præcipuè citati, & ex dicendis conſtabit.

Qvæstio III.

An ſaltem in articulo mortis deficiente Sacerdote, neceſſum ſit confiteri laïco?

Affirmarunt olim Magiſt.*in 4.diſtinct.17.c.4.* & D.Thom.*ibid.q.3.art.3.q.2.* Non ut laïcus abſolvat, cùm nequeat, ſed ut pœnitens obſervet præceptum confeſſionis, quantum fieri poteſt. Sic etiam Angelus, Palud. & alij apud Henriq. ſtatim citandum. Quia *in c.1. de pœnit. diſt.6.* dicitur, quod ſi deſit Sacerdos, confiteatur proximo.

Sed certiſſimè reſpondeo, non eſſe neceſſarium. Quia nullum extat de hoc præceptum. Sic *Becan. c.37.q.1.n.3.* Layman, & Villalobos *loc.cit.* Vega *1. part.c.63.caſu 26.* Qui contrarium docuiſſe D.Thomam negat. Henriquez *lib.6.cap.2.n.7.* & apud ipſum Scotus, Sotus, Ricardus, & alij. Nec obſtat caput in contrarium adductum, quia in illo non continetur aliquod præceptum, ſed conſilium, ut mox dicimus.

Qvæstio IV.

An ad minus licitum ſit confiteri laïco in articulo mortis, Sacerdote deficiente.

Negat Scotus *in 4.diſt.17.q.1.art.3.* dicens talem confeſſionem nec eſſe bonam, nec utilem eſſe poſſe caſu aliquo, & ſic ſuadendum, ne fiat. Ita etiam ſentiunt Marchinus *de peſte, p.3. c.11.* Vaſq. *tom.4. in 3.part.q.93.art.1.dub.2.n.2.* Fagundez *de 2. præcept. Eccleſ.lib.7.c.31.n.8.* & Diana *p.5.tract.3. reſol. 73.* dicens ineptam eſſe talem confeſſionem.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, licitum eſſe, & fructuoſum, ſi cum maturo fiat conſilio, aliàs non. Sic Granad.*tract.10.diſp.1.n.8.* Hurtad. *diſp.10. diff.1.* Layman *loc.cit.* & alij recentiores communiter ex Magiſtro & D.Thom. *loc. cit.* & ex *c.1. de pœnit.* nuper citato, ubi id apertè conſulitur. Sic noviter tenent Gamacheus *tom.3. Theolog.moral.c.16. de pœnit.* & antea Luyſius Turrian. *diſp. 23. de pœnit. dub. 1.* Ægidius *diſp.8.dub.1.n.6.* Ioan. Præpoſitus *in 3. p. q.7.de Miniſtro Pœnit.dubit.1. n. 20.* & alij, quos me citato ſequitur Pater Andreas Mendo *in Bull. Cruc.diſp.22.c.1.n.1.*

Qvæstio

QVÆSTIO V.

An hujuſmodi Confeſſio facta laïco, prodeſſet in eo caſu ad remiſſionem venialium ex opere operato?

AFfirmant Victoria *de Confeſſ. n.* 122. & alij, qui docent ſacramentalia remittere venialia ex opere operato.

Negant verò alij docentes, nullo modo prodeſſe ex opere operato ad talem remiſſionem. Sic Lugo *diſp.* 18. *n.* 5. & alij.

Ego verò certiſſimè reſpondeo, Prodeſſe quidem ad remiſſionem venialium, ſicut poſſunt ſacramentalia cætera; ſive ex opere operato, ut quidam volunt; ſive ex opere operantis, ut alij. Item prodeſſet talis confeſſio, ut laïcus peccata audita referre poſſet Sacerdoti ſupervenienti, nomine infirmi, qui loquelam amiſit. Deinde ut adjuvet ad contritionem excitandam, & ad conſilium, aut reſtitotionem faciendam, & ad alia, ut infrà. Sic Navar. Victoria, Armilla, Ledeſma, & alij, quos affert, & ſequitur Henriquez *lib.* 6. *c.* 2. *n.* 7. *in Gloſſa littera O*, Llamas 1. *parte methodi, c.* 4. §. 2. *pag.* 18. & communis. Legantur Authores nuper *citati*.

QVÆSTIO VI.

An Laicus, qui intentaret aliquem à peccatis abſolvere fieret irregularis?

AFfirmativam ſententiam tenere Navarrum, Sotum, & Paludanum, dicunt Valentia *diſp.* 7. *q.* 10. *punct.* 1. (quos & ipſe ſequitur) & P. de Ledeſma *c.* 12. *de pœnit. concluſ.* 1. necnon Machado *tom.* 1. *ſumma, lib.* 1. *parte* 1. *tract.* 1. *docum.* 1. *n.* 2.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non fieri. Quia non eſt expreſſa in jure talis irregularitas. Sic Henriquez *loc. cit. in marg. littera R*, qui pro hac parte citat Victoriam §. 131. Sylveſtrum *Confeſſor* 1. *in principio, & confeſſ.* 3. Navarrum *c.* 22. *n.* 7. & Paludanum *diſt.* 17. *q.* 3. *art.* 1. Sed certè ex his authoribus oppoſitum docet expreſsè Navar. *c.* 27. *n.* 242. ut meliùs vidit Valentia. Sic etiam Becanus *de pœnit. c.* 37. *q.* 1. *n.* 7. Lugo *diſp.* 18. *n.* 14. *pag.* 441. Hurtado *diſp.* 2. *de irregularitate, difficul.* 5. *n.* 5. *in* 2. *editione*, & P. de Ledeſma *loco citato, pag. mihi* 406. Llamas *loc. cit.* Qui dicit, id expreſsè definiri *in cap. Is qui, de ſententia excommunic. in* 6.

QVÆSTIO VII.

An ſaltem in dicto mortis articulo poſſit laicus deficiente Sacerdote, validè ab excommunicatione abſolvere?

AFfirmant Gloſſa *in c. à nobis* 2. *verſ. non potuerit, de ſententia excom.* Sylveſt. *abſolut.* 1. *n.* 8. Armilla *ibidem n.* 39. Tabiena *Abſolutio* 2. *n.* 8. Panormitanus *in dicto cap. à nobis, n.* 10. Ioannes Valerus *in diff. utriuſque fori, verb. abſolut. diff.* 13. *n.* 2. Ioannes de la Cruz *in ſum. parte* 2. *de excommunicat. dub.* 4. *concluſ.* 2. Ioannes Sancius *diſp.* 44. *n.* 7. Barthol. de Ledeſma *de excommunicatione dub.* 4. Ragucios *in lucerna Paroch. q.* 124. Margarita *Confeſſ. fol.* 139. D. Antoninus 3. *parte, tract.* 18. *c.* 4. *caſu* 7. Citat etiam pro hac parte Lugo Avilam *de cenſ. parte* 2. *c.* 7. *diſp.* 1. *dub.* 3. & Dianam 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 133. ſed utrumque malè. Quia hanc ſolùm probabilem, contrariam probabiliorem appellant ſententiam.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe. Quia Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. tantom concedit hanc facultatem omnibus Sacerdotibus, propter neceſſitatem mortis articuli. Sic Suarez *tom.* 4. *diſp.* 7. *ſect.* 5. *n.* 6. Sotus *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 4. Sanchez *lib.* 2. *ſumma, c.* 13. *n.* 13. *in principio.* Vaſquez *tom.* 4. *de excommunicat. dubit.* 18. *n.* 9. Ægidius *diſp.* 14. *dubit.* 16. *num.* 236. Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *num.* 2. Villalobos *tom.* 1. *tract.* 6. *diff.* 20. *n.* 14. Covarruv: Garcia, & Hurtado, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. in fine reſolution.* 1. & Avila *loc. cit.* Paludan. Navar. Vgolinus, & Graffius apud Suarez, Corduba *in ſum. caſu* 18. *ad* 2. Logo *diſp.* 18. *n.* 7. & alij.

Addit tamen Sanchez *loc. cit.* in eo caſu valere abſolutionem (deficiente Sacerdote, aut Clerico) à laïco datam, & illam teneri impertiri, eo quòd probabiliter multi, & graves Doctores dicant, tunc id poſſe laïcum. Sic docet ille. Et certè probabiliſſimè (quidquid alij contrarium dicant, non teneri videlicet ad hanc cenſurarum abſolutionem impertiendam.) Sic enim ſentiunt expreſsè Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 3. *c.* 4. *n.* 1. & Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 7. *num.* 9. & alij.

QVÆSTIO VIII.

An omnes Sacerdotes licèt, non licitè, ſaltem validè poſſint abſolvere à peccatis mortalibus altàs nunquam ritè confeſſis?

AFfirmavit Armacanus *lib.* 11. *queſt. Armenorum, c.* 4. in quam ſententiam inclinavit Almayn. *in* 4. *diſt.* 17. *art.* 4. & probabilem reputavit Durandus *diſt.* 19. *q.* 2.

Affirmarunt etiam alij quidam apud Medinam *C. de pœnit. q.* 40. *de confeſſ. facta non neceſſitate*, & apud Navarrum *cap. Placuit, n.* 6. & *in ſum. c.* 4. *n.* 4. docentes, quemlibet Sacerdotem poſſe abſolvere ab omnibus mortalibus in confeſſione voluntaria, non verò à mortalibus narratis in confeſſione obligatoria.

Sed certiſſimè reſpondeo, nec licitè, nec validè poſſe abſolvere à mortalibus nondum ritè confeſſis, etiam in confeſſione voluntaria, niſi illum Sacerdotem, qui ordinariam, vel delegatam habet juriſdictionem. Quia Sacramentum Pœnitentiæ ſuaptè natura eſt judiciale: ergo neceſſaria eſt juriſdictio, quia ſine illa nemo eſt judex. Sic habetur in Trid. *ſeſſ.* 14. *c.* 7. & *ſeſſ.* 23. *c.* 15. & docent Navar. *loc. cit.* & latè Suarez *diſp.* 24. *ſect.* 2. Vaſquez *q.* 93. *art.* 1. *dubit.* 2. & apud ipſum Cajet. uterque Sotus, Palud. Capreolus; Scotus, Ricard. Cano, Ledeſma, Bonacina *loc. cit. num.* 8. Villalobos *loc. cit. num.* 4. Molfeſ. 1. *parte ſum. tract.* 7. *c.* 14. *à n.* 46. Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 1. Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 2. & communis. Legantur Henriquez *lib.* 6. *c.* 5. poſt S. Thomam *in* 4. *diſt.* 17. & 19. Diana *p.* 9. *tract.* 1. *reſol.* 90. & Thom. Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 2. *dub.* 4. *n.* 2068. Qui omnes oppoſitam ſententiam ut improbabilem omnino damnant. Et meritò.

QVÆSTIO IX.

An omnes Sacerdotes indifferenter poſſint abſolvere à peccatis venialibus?

NEgant Ioan. de Medina (apud Villalobos *tr.* 9. *diff.* 24. *concluſ.* 4.) & Navarrus (apud Becanum *c.* 39. *q.* 6.) & uterque (apud Vaſquez *q.* 93. *art.* 1. *dub.* 6. *n.* 3.) Sed certè hi ſapientiſſimi viri nullo modo hoc negant, licèt in principio difficultatis aliquantulum dubitent. Potiùs enim oppoſitum affirmant in eiſdem locis ab his Authoribus *citatis*. Medina *Cod. de pœnit. q.* 40. & Navarr. *in cap. Placuit, num.* 28.

*n.*22.*& in Man.c.*4.*n.*1.*aliàs* 4. *&* 5. Quod optimè etiam vidit Granad.*tr.*10.*diſp.*4 *ſect.*1.*n.*2. Citat etiã pro hac parte negativa Franciſcus Felix *in ſua tentativa Complutenſi tract.*4.*c.*4 *diff.*10.*n.*12.Fabrum, & Salas. Sed non loca ubi id docent. Negant tamen noviſſimè Bordon.*tom.*1.*conſil. Regul. reſ.*36. *q.*20. *n.*57.Ludovic.à Cruce *in Bul.diſp.*1.*dub.*5.*n.*13. docentes ſimplices Sacerdotes non habere poteſtatẽ abſolvẽdi à venialibus,niſi ſint ab Epiſcopo approbati.

Sed ferè certiſſimè reſondeo, omnes poſſe indifferenter; quia omnes Sacerdotes indifferenter ſunt idonei ad medicandum, & conſulendum ei, qui ſolis aſtringitur venialibus, cum nulla ferè ſit neceſſaria ad hoc prudentia, aut eruditio, ſed ſolùm ad verba abſolutionis pronuncianda ſcientia: ergo credendum eſt omnibus Sacerdotibus conceſſam eſſe hanc poteſtatem. Sic Med. & Navarr. Villalobos, Granados, Layman, & Vaſquez *loc.cit.*Bonacina *loco citato,n.*8. P.Ledeſma *in ſumma,c.*12.*de pœnit. ſub concluſ.*4. & communis, quam noviter tenent Filliucius *tom.* 1. *tract.*7.*n.*223. Machado *tom.*1.*lib.*1. *part.*1. *tract.*1. *docum.*3.*n.*4.Diana *parte* 8.*tract.*1.*reſol.*55.Thomas Hurtadus *loco citato,dub.*6.*n.*2077.& Mendo *diſp.*12. *cit.num.*2.

Qvæstio X.

An ad abſolvendum à venialibus indigeant Sacerdotes juriſdictione?

NEgant Cajetanus *tom.*1.*opuſc.tract.*7.Sotus *in* 4. *diſt.*18.*q.*4.*art.*2.*ad* 3.& noviſſimè Coriolanus *de caſib.reſerv.*1.*part,ſect.*3.*n.*1.*pag.*284.& Molfeſius *ubi infrà*. Exiſtimantes ſufficere ad hoc poteſtatem Ordinis.

Sed certiſſimè reſpondeo,indigere juriſdictione ad abſolvendum à venialibus. Sic enim clarè colligitur ex Trident.*loc.cit.*& conſtat,quia abſolutio eſt actus judicialis: ergo in judice neceſſariò requiritur juriſdictio.Sic Lugo *diſp.*18. *n.*31. *p.*446. Navar. Vaſq. Suarez ſtatim *citandi*,& Granados *controv.*7.*tract.*10. *diſp.*2.*n.*2.& communis,quam noviſſimè ſectatur P. Mendo *loco citato, n.*4.

Qvæstio XI.

An juriſdictio ad venialia collata ſit Sacerdotibus ab Eccleſia?

NEgant Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*4.*art.*2.*ad* 3.Canus, Ruardus,Ledeſma,Palud.Capreol. quos omnes refert,& ſequitur Vaſq.*q.*93.*art.*1.*dub.*6.*n.*5. exiſtimantes talem juriſdictionem conferri immediatè à Chriſto Domino omnibus Sacerdotibus io ipſa ordinatione.Ita etiam Molfeſ.*tract.*7.*c.*15.*n.*67.*& ſeq.* Thomas Hurtadus *loc.citato,n.*2077.

Negat etiam apud Ioannem de Lugo, Cajetanus *tom.*1.*opuſc.tract.*6.& in ſumma *v.abſolutio.*Secundò, quatenus affirmat dictam juriſdictionem conferri Sacerdotibus à pœnitente ipſo, ſe illis ſubjiciente. Sed certè ſi attentè legatur Cajetanus, hoc nullo modo docet.Docet tamen id expreſsè Coriolanus *loco citat.* ſed revera falsò, quia nullus poteſt conferre juriſdictionem quam non habet: at pœnitens laïcus nullam habet juriſdictionem in hoc foro, ut conſtat: ergo. Vnde hac ſentia omiſſa.

Probabiliùs reſpondeo, talem juriſdictionem ad venialia conferri ab Eccleſia, & non immediatè à Chriſto. Quia ut *ſuprà* ex Trident. eſt habitum, ad valorem abſolutionis requiritur juriſdictio ordinaria, vel delegata: at in Sacerdote ſimplici nulla eſt juriſdictio ordinaria, cùm ipſe nec ſit Paſtor, nec Prælatus: ergo ſolùm habet jurictionem delegatam à Summo Pontifice, qui ordinariam habet. Sic Navarrus *in Man.c.*4.*n.*5.*& in cap.Placuit,n.*22.*&* 23. unde malè illum citat Granados *tract.*10 *diſp.*4.*n.*3. pro prima ſententia.Medina *loc.cit.q.*36.*&* 40.Suarez *diſp.*16.*ſect.*5.Henriquez *lib.*6.*c.*8.*n.*1. Valentia *diſ.*7. *q.*10.*punct.*2. Ægidius *diſp.*8. *n.* 17. Granado *loco citato*, Layman *lib.*5.*tract.*6.*c.*10.*n.*2. Candidus *diſq.*24.*art.*67.*n.*2.Hurtado *diſp.*10. *diffic.*10. Lugo *diſp.*18.*n.*44. Bonacina,Avila, & alij apud ipſos, & eſt communis omnium.

Qvæstio XII.

An omnes Sacerdotes poſſint etiam abſolvere à peccatis mortalibus ſemel ritè confeſſis?

NEgant Sotus *in* 4.*diſt.*18.*q.*4.*art.*2.*ad* 3.per hæc verba: Ad abſolvendum verò à mortalibus, etiamſi eorum aliàs abſolutio præceſſerit, arbitror ex ſuo genere juriſdictionem requiri, quare eam non cenſeo poſſe à ſimplici Sacerdote fieri. Sic ille. Quod probabile reputant Paludanus,Capreol.& Ledeſma, ut refert Henriquez *lib.*6.*c.*8.*n.*8.*lit.C.* & Petrus de Ledeſma *c.*12.*cit.ſub concl.*4.*pag.mihi* 412.& Villalobos *loc.cit.n.*12.Necnon Ludovicus à Cruce *diſp.* 1.*cit.c.*2.*dubit.*5.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, poſſe abſolvere, quia ſic fuit ſemper, & eſt praxis fidelium, & conſuetudo Eccleſiæ.Sic Henriq. *loc.cit.* & apud ipſum D.Thomas,Paludanus,Major,Cajet.D.Anthon.Sylveſter,Navarrus,Palacios,P.Soto,Medina, Victoria, Ricardus, & Almainus. Imò & citat pro hac parte ipſum Summ *diſt.*20.*q.*2.*art.*1.*ad* 4.ſed malè.Tenent etiam noſtram ſententiam omnes Recent. Vaſquez, Suarez,Hurtado,Candidus,Lugo,Fagund. Layman, & Bonacina *diſp.*5.*q.*7. *punct.*1. *n.*8. & apud ipſum Reginaldus,Valentia,Ægid.Zerola,& alij.Granados *tract.*10.*diſp.*4.*n.*6.Petrus de Ledeſma *loc.cit* Naldus *verb.Confeſſio, n.*28.per hæc verba: Confeſſarij approbatio ab ordinario facienda, in 4. caſibus non eſt neceſſaria. Primò, in Confeſſione Regularis, cum licentia ſui Prælati facta alteri Regulari,Secundò, in articulo mortis. Tertiò, in venialibus tantùm. Vltimò, in mortalium jam ritè aliàs in Confeſſione dimiſſorum auditione conveniunt omnes. Sic ille. Necnon Diana *parte* 8. *tract.* 1. *reſol.* 86. Thom. Hurtado, & Mendo *loc. cit.*

Qvæstio XIII.

An omnis etiam Sacerdos poſſit abſolvere à peccatis mortalibus in Confeſſione oblitis?

AFfirmant Ioannes Valerus *v. Nullitas,differ.*5. ubi ſic ait: Nonò fallit quoad peccata venialia, & mortalia ſemel ritè confeſſa, vel etiam oblita,quia talia poſſunt poſtea confiteri non approbatis, ut de venialibus docent omnes. Et plures refert Vivaldus *in ſuo candel.aur.v. Abſolutio*, *n.*22. De mortalibus ſemel ritè confeſſis, docet Navarrus *cap.* 4. *num.* 1. & alij adducti à Vivaldo *ſuprà citat.*De oblitis quidam tribuunt Adriano poſt Ledeſmam 2.*parte*, *q.*8. *art.*2.*dubit.*8. Sed Henriquez *de pœnit. lib.* 3.*cap.*16. §.5.*in Gloſſa lit. D*,dicit falsò ipſi tribui,cùm tantùm dicat à non Prælato. Sed quidquid ſit,ego puto probabile eſſe, talia peccata oblita (cum jam ſint directè abſoluta in prima confeſſione) poſſe poſtea abſolvi à quocumque non expoſito.Hæc Valer. Cujus ſententiam refert Diana 2.*p.tract.*16.*reſol.*46. illamque reprobat,ſed non improbat. Approbat tamen

illam

illam Machado *tom. 1 ſum. lib. 1. p 1. tract. 1. docum. 3. num. 4.* his verbis : [Tambien es probable , que no ſolamente de los pecados veniales , y mortales ya confeſſados, ſino de los mortales olvidados en otras confeſſiones, pueda abſolver qualquier ſimple Confeſſor , porque ſemejantes pecados eſtan indirectamente abſueltos en las demas Confeſſiones.]

Sed certiſſimè reſpondeo : non poſſe, quia prædicta peccata mortalia non ſunt ſemel directè remiſſa, nec clauibus Eccleſiæ ſubiecta, vt falsò putat Valentia ; ergo ſolùm poſſunt ea remittere, qui facultatem ad hoc ab Eccleſia habent. Sic Diana *loc. cit.* Et à fortiori Nuñus , Bonac. & Candid. ſtatim citandi. Sic etiam Thom. Hurtad. *tom. 2. reſol. tr. 12. cap. 1. dub. 7.* dicens oppoſitum eſſe improbabile.

QVÆSTIO XIV.

An ſaltem poſsit omnis Sacerdos nullo modo expoſitus validè abſolvere pœnitentem, qui bona fide confitetur peccata venialia, & mortalia ſimul?

NEgant Candidus *diſquiſit. 24. art. 66. num. 4. pag.* 189. per hæc verba : Probabilius, & verius aſſerimus , ſimplicem Sacerdotem non expoſitum ab Epiſcopo ; nullo pacto, neque directè , neque indirectè, ſeu per accidens , poſſe pœnitentem confitentem peccata venialia & mortalia, etiamſi bona fide confiteatur, validè abſoluere à peccatis mortalibus. Sic ille & apud ipſum Nuñus *quæſt. 8. art. 5. §. poſt primam dubium.* Bonac. *diſp. 5. q. 7. punct. 4. §. Primum ; num. 3.* Imò plus addit ipſe Candidus *n. 5.* nempe idem dicendum eſſe de peccatis mortalibus oblitis inuincibiliter : vnde ſi pœnitens (inquit) haberet peccata mortalia, etiamſi inuincibiliter illorum obliuiſceretur, & confiteretur ſimplici Sacerdoti ſola venialia, quorum memoriam habet, tunc nullum eſſet Sacramentum, & conſequenter neque directè , neque per accidens eſſet abſolutus à mortalibus , etiam inuincibiliter oblitis. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe in vtroque caſu validè abſoluere à mortalibus, licèt certior factus pœnitens quod Sacerdos ille non habeat iuriſdictionem ſuper mortalia, teneatur iterum peccata lethalia confiteri, & ſi fuerunt oblita, denuò confiteri approbato, vt iterum directè ab his abſoluatur. Sic Suarez *diſp. 31. ſect. 2. n. 8.* Granad. *loc. cit. n. 7.* Fagund *lib. 1. in decalog. c. 16. n. 12 pag.* 82. Trulleuch *lib. 1. in decalog. cap. 3. dub. 7. n. 7. pag.* 83. & communis.

QVÆSTIO XV.

An etiam Sacerdotes Regulares poßint abſolvere, & validè, & licitè , ab omnibus venialibus , necnon à mortalibus ritè confeſsis , ſine licentia ſuorum Prælatorum?

NEgat poſſe, nec licitè, nec validè, Manuale Prælatorum *part. 1. q. 45. art. 11. concl. 2.* apud Molfeſ. mihi *q. 31. art. 1. pag.* 585. dicens eſſe communem omnium reſolutionem. Negant etiam poſſe licitè, quamuis validè, Palud. *diſt. 17. q. 3.* D. Anton. *3. p. tit. 17.* & Angel. *verb. Confeſſ. 10. n. 4.*

Sed probabiliter reſpondeo : poſſe & validè, & licitè, etiamſi ad id non ſint à ſuis Prælatis expoſiti, niſi aliàs poſitum ſit Religioſo præceptum, ne adhuc illorum peccatorum excipiat confeſſiones ; quia tunc licèt validè, non tamen licitè abſolueret. Sic Nauar. *c. 4. n. 6.* Vaſq. *q. 93. art. 1. dub. 6. n. 5.* Gran. *loc. cit. n. 6. pag.* 1281. Molfeſ. *tr. 7. c. 15. n. 71. pag. mihi* 442. Quia imperium (inquit) Superioris non irritat actus propriæ voluntatis eorundem ſubditorum. Sic etiam me citato, tenet Mendo *diſp. 22. in Bull. c. 1. n. 3.*

QVÆSTIO XVI.

An omnes Sacerdotes, nulla exceptione facta, poſsint abſolvere in articulo mortis quemlibet pœnitentem à quolibet peccato, cenſura, caſu reſervato, &c.

NEgant Medina *C. de confeſſion. q. 32.* Couar. *in c. Alma Mater, 1. p. §. 6. n. 8.* & Marſil. *in 4. q. 12. art. 2. 4. part. concl. 2.* aſſerentes , nullum excommunicatum vitandum habere iuriſdictionem in pœnitentes, adhuc in articulo mortis.

Negant etiam Sotus *in 4. diſt. 18. c. 4. art. 4. verſ. At verò* , Nauar. *c. 16. n. 16. & c. 27. num* 272 Ledeſma *c. 24. q. 21. art. 6.* & alij docentes, hanc facultatem non eſſe conceſſam Hæreticis, licèt conceſſa ſit excommunicatis, & quomodocumque ſuſpenſis, &c.

Sed certiſſimè reſpondeo : Omnes Sacerdotes, ſiue ſint ſimplices, ſiue excommunicati, ſuſpenſi, irregulares, degradati, & hæretici , poſſe abſoluere quemlibet à quolibet peccato, & cenſura in articulo mortis. Quia ſic expreſsè colligitur ex Trid. *ſeſſ. 24. c. 7.* vbi hæc habentur verba : *Veruntamen piè admodum , ne hac ipſa occaſione aliquid pereat in eadem Eccleſia Dei, cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis, atque ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſoluere poſſunt.* Hæc Concilium. Et ſic docent D. Th. Canus, Durand. Palud. Major , Ruard. Syluest. & Angel. quos refert, & ſequitur Vaſq. *q. 93 art. 1. dub. 4.* Suar. *diſp. 26. ſect. 4.* Lugo *diſp. 18. n. 18.* Hurtad. *diſp. 10. diff. 8.* Granad. *tr. 10. diſp. 4. n. 9.* Diana *3. p. tr. 4. reſ. 57.* Bonac. *loc. cit. n. 9. & 12.* Villalob. *loc. cit. n. 6.* Molfeſ. *loc. citat. n. 74.* Ægid. *diſp. 8. a. 90.* Sanch. *lib. 2. ſumma, c. 13. à num. 6.* Trullench *lib. 1. in Decalog. c. 3. dub. 7. n. 3.* & alij, quos nouiſſimè ſequuntur Thom. Hurtad. *tom. 1. reſol. tr. 5. c. 6. reſ. 67. & tom. 2. tract. 12. c. 1. §. 2. dub. 4.* Machado *lib. 1. part. 1. tract. 1. docum. 3. n. 1. & 3.* & rurſus Diana *part. 8. tract. 1. reſol. 90. & 92.*

QVÆSTIO XVII.

An hujuſmodi Sacerdotes poſsint à prædictis peccatis, & cenſuris quemlibet abſolvere, ſicut in articulo mortis , in probabili periculo illius?

NEgant Canus *5. part. relect.* Couarru. *loc. citat. § 11. n. 8.* Sotus *diſt. 18. q. 4. art. 4.* quos omnes refert Vaſquez *vbi ſuprà, dub. 5.* Graffiis, Ledeſma, & Ioannes de Cruce apud Dianam *3. p. tr. 4. reſ. 71.* Zerola *in praxi, c. 15. q. 7.* Valentia *tom. 4. diſp. 7. q. 10. punct. 2.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe abſoluere etiam in probabili periculo mortis. Quia licèt in rigore articulus mortis aliquo modo diſtinguatur à periculo mortis , cùm articulus mortis ſolùm detur quando ex ægritudine prudenter timetur mors, periculum verò mortis, cùm datur occaſio in qua frequenter homines pereunt , & quam non poſſunt commodè vitare, qualis eſt pugna caſtrenſis, ſeu naualis ; in præſenti tamen materia idem eſt articulus mortis , & periculum illius, vt habetur *in cap. Eos qui, de ſent. excom.* Et ratio ipſa dictat : nam mortale periculum perinde exiſtimari debet, & in malis ita caueri, ſicut euentus ipſe : nam propterea dictum eſt , *Qui amat periculum, peribit in illo.* Ergo neceſſitas periculi mortis exiſtimatur moraliter tanquam extrema. Sic Suarez *diſp. 16. ſect. 4.* Vaſquez *dub. 5. cit.* Nauarrus *cap. 2. num 9. & cap. 26. numero 31.* Sylueſter, Henriquez,

Angel. Medina, Victoria, Philiarcus, Sayrus, & Fioellus, quos affert, & ſequitur Diana loc.cit.reſol.71. & 72. Hurtado diſp.10.diff.9. Lugo diſp.18.n.21. Th. Sanchez lib.2.ſum.c.13.n.1. & Bonacina diſp.5.q.7. punct.1.n.10. Molfeſ. loc.cit. n.77. Villalobos loc.cit. n.8. & apud ipſum Divus Anton. Adrianus, Rodriguez, & alij. Trulleuch loc.cit. & peoes ipſum Caſtro Palao, & Souſa, Petr. Hurtado in 2.2.tom.1. diſp.84. ſect.8. & communis, quam teoent Machado loc.cit. n.2. & Diana p.8.tract.1. reſol.90. verſ. verùm ſi aliquis, & Præpoſitus apud illum.

QVÆSTIO XVIII.

An præſente Sacerdote proprio, ſeu approbato, poſſit ſimplex Sacerdos abſolvere quemlibet ab omnibus peccatis, & cenſuris in articulo mortis?

AFfirmant Naoarrus lib.5. conſil. tit. de pœnit. & remiſſion. conſil.15. & in 3.edit. conſil.23. & in man.cap.26.num.26. & cap.27.num.272. Sa verb. abſolutio, n.4. Petrus de Ledeſma in ſum. de pœnitent. c.14. poſt 1. concl. Rodriguez cap.59.concl.3. Vega tom.1. ſum. c.6. caſu 16. Hentiquez lib.6. cap.11.num.4.6. & 8. & cap.12. num.1. quos omnes refert Sanchez lib.2. ſum. cap.13. num.6. Barboſa etiam, Villalob. Valerus, Cotiolanus, Contadus, Comitolus, Angles, Ludouicus, Zerola, Finellus, & Philibertus, quos citat & ſequitur Diana 1.part.tract.5. reſol.5. & 3.p. tract.4.reſol.57. & 4.part.tract.4. Miſcel. reſol.161. Ioannes Sancius diſp.44.num.6. & apud ipſum Chapeavilla de caſib. reſervat. c.7. in fine. Petrus Hurtado loc.cit. §.115. & 149. licèt ſui oblitus contrarium doceat §.163. eiuſdem ſectionis iam citatæ. Naldus verb. Confeſſio, n.31.pag.mihi 145. qui pro hac parte citat Thomam Sanchez loc.cit.num.15. ſed omnino malè: cum oppoſitum omnino teneat vbi infrà.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe, nec licitè, nec validè abſolvere, præſente proprio Sacerdote; quia uſus manifeſtus Eccleſiæ totius habet, quod oullus infirmus accipiat alia Sacramenta ab alieno Sacerdote, niſi in defectum proprii: ergo idem dicendum eſt de Sacramento pœnitentiæ. Sic Roſella, Sylveſter, Armilla, Covar. Simancas, Corduba, Graffius, Gratiaous, Sotus, Vgolinus, Barthol. de Ledeſma, Vivald. Rotilius, quos refert, & ſequitur Saochez lib.2.ſum.cap.13. n.9. Suarez diſp.26. ſect.4. num.4. & tom.5.diſp.22.ſect.1.num.62. Vaſquez q.93.art.1. dub.4. num.18. Azor. tom.1. lib.8. cap.19. quæſt.5. Valentia tom.4.diſp.7.quæſt.10.punct.2.col.6. Ægid. diſp.8.dub.2. num.16. & 17. Bonac. diſp.5. quæſt.7. punct.1.num.10. & de Cenſur.diſp.1.quæſt.3.punct.3. n.5. Ochagav. tract.2. de confeſſione, q.35.n.3. Quos omnes citat, & ſequitur Lugo diſp.18.n.24.pag.443. Reginaldus lib.1. num.61. Fagundez prac. 2. lib.7. c.1.n.19. Granados tract.10.diſp.4. n.11.pag.1282. Hurtado diſput.10.diff.7. Bellarm. tom.2. de Sacram. diſput.8.dub.2.num.17. Zambranus de caſibus in art. mortis, dub.4.num.3. diceus, oppoſitum eſſe improbabile, Luyſius Turrianus in ſelect. centur.1. Cenſur. Theolog. dub.77. affirmans oppoſitum non ſolùm eſſe improbabile, ſed damnatum à Gregorio XIII. ſed certè (ut bene Lugo) ſententia quam tot, & tam graves Doctores tenent, negari non poteſt, quin probabilis ſit, ocque de declaratione Gregorii conſtar authenticè, & ſi datur, illa non fuit condemnatio, ut voluit Luyſius, ſed ad ſummum declaratio, ſeu reſponſio Pontificis, Trullench lib.1. in decalog. c.3. dub.7.n.8. & penes ipſum Barboſa de poteſtate Epiſcopi, alleg.25.n.51. & Caſtro Palao de Fide, tract.4. diſput.4.punct.3.§.5.num.9. (Sed ex his duobus auEthoribus primus pro oppoſita citatur ſententia à Diana; imò & ab ipſomet Ægidio Trullench locis citatis.) Henriquez lib.8. c.11. num.3. Qui tamen advertit, (& bene) non debere Sacerdotem ſimplicem nimis ſcrupuloſum eſſe in hac re; ſed in dubio, an opportunè adveniat Sacerdos approbatus, debet ſimplex abſolvere, ne aliàs periculo infirmum exponat. Molfeſ. tract.7. cap.15. à num.79. Torreblanca lib.14. practicar. cap.4.n.16.17. & 18. & alij quamplures apud ipſum. Sic etiam ſentiuot nouiſſimè Thom. Hurtad. tom.1 tract.5. cap.6. reſol.69. exiſtimaos oppoſitum practicè improbabile. Franc. de Lugo opuſc. de Sacram. c.11. n.18. & me citato Mendo in Bullam Cruc. diſp.22.c.1.num.7. qoi oppoſitam ſententiam eſſe probabilem, & in praxi tutam expreſsè affitmat.

QVÆSTIO XIX.

An ſi deficiente Confeſſore approbato, ſimplex confeſſionem conſtituti in articulo mortis audire cœpit, & ante abſolutionom adſit legitimus Confeſſarius, poſſit ad minus ſimplex in eo caſu confeſſionem cœptam perficere?

NEgativam ſenteotiam eſſe ſatis probabilem aiunt Granad. Ledeſma, & Zambran. locis citatis. Propter quod Zambranus addit, quod ut pœnitens moriatur ſecurior de ſua ſalute, poſtquam à ſimplici Sacerdote fuerit abſolutus, confiteatur legitimo, & approbato aliquod peccatum, ſaltem veniale, ut ita abſolvatur ab illo: quo facto, manebit abſolutus, etiam ab illis, quæ primo confeſſario declaravit, ſi fortè fuiſſet abſolutio eius invalida. Sic etiam Torreblaoca loc.citat.num.22. vbi ſic ait: Vnde, etſi cœpta confeſſione coram ſimplici Sacerdote, ab eo, qui eſt io articulo mortis, quamvis ſuperveniente legitimo, debeat eam complere, propter integritatem Sacramenti, & abſolutionem obtinere, ut tenent D. Anton. Henriquez, & Palud. Debet tamen poſtea, ſi non grauatur æger, ea ipſa peccata, quæ ſimplici fuerat confeſſus, iterum legitimo confiteri, vel ſaltem vnum ex eis peccatum, etiam veniale, ſi non poſſit amplius, proferre, vt poſſit eum abſoluere, vel debet primus Sacerdos peccata audita in coofeſſione legitimo Confeſſario coram ipſo referre, pœnitente oon potente commodè illa dicere; & ſic eum abſoluere, vt tradit P. de Ledeſma in ſum. 1. part. de pœnit. c.12. concl.5. dub.2. Huc vſque Torreblanca, ſed certè in multis oon bene; nam in primis falsò citat Ledeſmam pro ſua ſententia, cum oppoſitum expreſsè doceat loc.cit. non cap.12. (quia ibi nec verbum ad noſtrum propoſitum habet) ſed c.14. dub.2. poſt 1. concl. & conſ.2. pag. mihi 454. Deinde abſolutè loquendo, falſum dicit, poſſe in tali caſu primum Confeſſarium peccata audita in confeſſione legitimo Confeſſario coram ipſo referre pœnitente, &c. Quia licèt id poſſit de licentia pœniteotis, minimè tamen abſque illa: vnde ego abſolutè

Longè probabiliùs reſpondeo: poſſe contiouare, & perficere confeſſionem cœptam, cum veram haberet iuriſdictionem, quando alio deficiente cœpit audire: ideoque oeque eſſe neceſſarium, vt aliquo modo Confeſſori ſuperuenienti confiteatur. Sic Doctores vtriuſque ſententiæ q.17. relati, præcipuè Sanchez vbi ſuprà, n.15. Granados n.12. Trullench num.7. & Lugo n.33. addens ex Sanchez, quod etiamſi pœnitens ob mendacium graue confeſſiooem ſacrilegam cum inferiori Sacerdote feciſſet, adhuc poſt aduentum legitimi confeſſarij poſſit cum eodem confeſſore confeſſiuoem illam, quam inceperat, perficere; quia abſolutio nulla fuit, ac ideo perinde ſe habet,

ac

ac ſi data non fuiſſet. Sic Lugo ex Sanchez, quorum additum placet etiam Ægidio Trullench, ſed non in caſu quo jam ceſſaſſet articulus neceſſitatis, vel eo durante ſupervenisset legitimus Confeſſor. Pro hac ſententia ſtat etiam Thom. Hurtad. *loc. cit. n.* 1577.

QVÆSTIO XX.

An ſi adſit Confeſſarius qui ex privilegio poteſt à reſervatis abſolvere, poſſit pœnitens in articulo mortis cuicunque alio expoſito non habenti tale privilegium confiteri?

AFfirmant Suarez *diſp. 3. ſect. 3. num. 5.* & Henriquez *lib. 7. cap. 10. num. 1. in comment. lit. D,* & Corjolanus *de caſib. reſerv. part. 1. ſect. 2. art. 16. n. 17.* & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: non poſſe, ſed debere confeſſario habenti privilegium confiteri. Non quia pœnitens teneatur uti privilegio Confeſſoris, ſed quia in eo caſu nullum reſervati caſum, ſeu peccatum non eſt abſolutè, ſed ratione neceſſitatis, quæ præſente Sacerdote potente ex priuilegio abſoluere, ceſſat. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 11. Nauarrus *cap. 27. n. 90.* Corduba *in ſum. quæſt. 28. punct. 2.* Lugo *diſp. 18. n. 3.* Trullench *loc. cit. n. 6. pag.* 83. & alii quos ſequitur amicus Mendo *diſp. 22. cit. cap. 1. n.* 12.

QVÆSTIO XXI.

An quando deeſt Sacerdos proprius, etiam ex delegatione poſſit licitè, & validè eligi quilibet alius indifferenter?

NEgant Suarez *diſp. 26. ſect. 4. num. 4.* Zambrano *de caſib. in art. mortis, cap. 4. dub. 4. num. 16.* quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 2. ſum. cap. 13. num. 10.* dicentes, & neceſſariò ſervandum eſſe hunc ordinem, quod ſcilicet non poſſit validè abſolvere Sacerdos non approbatus, ſi adſit alius approbatus in alia Diœceſi. Rurſus ſi adſit Sacerdos toleratus, non poſſit abſolvere Sacerdos excommunicatus non toleratus, &c.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia Eccleſia poſitâ neceſſitate, ſcilicet quod periculum ſit mortis, & copia proprii confeſſarii non ſit, omnibus aliis Sacerdotibus indifferenter facultatem abſolvendi concedit, cùm omnes alii, ſi verè juriſdictione carent Sacerdotes ſimplices ſint. Sic Lugo *diſp. 18. num. 37. pag.* 445. quem, & me citato, ſequitur Mendo *diſp. 22. cap. 1. num.* 13.

QVÆSTIO XXII.

An facultas abſolvendi in articulo mortis omnibus Sacerdotibus conceſſa ſit de jure divino ex Chriſti inſtitutione?

AFfirmant Palud. Durand. Canus, Capreol & Ruard. quos affert Vaſquez *c. 93. art. 1. dub. 3.* Hurtad. *diſp. 10. diffic. 7.* & alii.

Sed probabiliùs reſpondeo: ſolùm eſſe ex jure Eccleſiaſtico, quia ſic colligitur ex verbis Tridentini *relatis quæſt.* 15. Sic docent D. Anton. D. Bonav. Vterque Sotus, & alii, quos afferunt, & ſequuntur Vaſquez, & Hurtado *locis citatis,* Suarez *loc. cit. n.* 7. Lugo *n. 16. pag.* 442. Bonac. *diſp. 5. q. 7. punct. 1. n.* 9. Corjolanus *loc. cit. n.* 16. & apud ipſum D. Thom. Major, Ledeſma, Victoria, & Covaruv. & communis, quam complectuntur Diana *part. 8. tract. 1. reſ.* 90. & Franc. de Lugo apud ipſum.

QVÆSTIO XXIII.

Quotuplex ſit juriſdictio quæ in Miniſtro Sacramenti pænitentiæ reperiri poteſt?

REſpondeo, quod eſt duplex. Ordinaria, & eſt illa, qua ex vi proprii officii eſt quis alteri ſuperior in foro pœnitentiæ, & hanc habent omnes qui ſunt Paſtores reſpectu pœnitentium, & ideò eam poſſunt aliis committere. Et Delegata, & eſt illa, quam quis habet ex commiſſione ab eo qui habet ordinariam, ut habent Confeſſarii approbati ab Ordinariis: ideoque nequeunt per ſe eam alteri ſubdelegare. Sic omnes Doctores. Legantur Bardus *in Bull. Cruc. tr. 5. c. 1. ſect.* 1. & Machado *tom. 1. ſum. lib. 1. part. 2. tr. 1. docum.* 1. ubi latè, & bene de hac materia agit.

QVÆSTIO XXIV.

Quiſnam ſit miniſter qui juriſdictionem ordinariam habeat in hoc Sacramento?

REſpondeo: quod imprimis eſt Sum. Pontifex, qui eſt Paſtor univerſalis omnium fidelium, & ideo poteſt omnes abſolvere juriſdictione ordinaria. Deinde Archiepiſcopus, vel Epiſcopus habet poteſtatem ordinariam in omnes ſuæ Diœceſis ſubditos. Et tandem Parochus in omnes ſuos Parochianos, etiamſi Sacerdotes ſint. Sic omnes Doctores. Legantur Navar. *cap.* 4. Vaſquez *q. 93. art. 1. dub.* 2. Suarez *tom. 4. diſput.* 25. Ægidius *diſp. 8. de pænit.* & alii penes ipſos.

QVÆSTIO XXV.

Quiſnam ſit ordinarius Miniſter reſpectu Summi Pontificis?

REſpondeo, quod nullus Sacerdos. Nam quamvis Papa ſit ovis Chriſti, nullum tamen habet in terris Paſtorem, cum ipſe ſupremus ſit Paſtor. Poteſt tamen Sacramentaliter abſolvi ab illo Sacerdote, quem ipſemet Pontifex ad hoc elegerit. Quia tunc accipit poteſtatem, & juriſdictionem ad illum abſolvendum, vel immediatè ab ipſo Chriſto ut aliqui volunt, vel ab ipſomet Pontifice, qui ex plenitudine ſuæ poteſtatis à Chriſto illi conceſſa poteſt optimè tribuere ſuo confeſſario juriſdictionem ſupra ſe, & ſe reddere ſubditum illi. Sic communiter DD. Legantur P. de Ledeſina *in ſum. c. 12. ſub concl.* 4. & alii nuper *citati,* præcipuè Diana *part. 8. tr. 1. reſ. 73. in fine.*

QVÆSTIO XXVI.

An ordinarius Epiſcoporum, & qui ordinaria poteſtate poſſit eos abſolvere, ſit Archiepiſcopus?

AFfirmant Palud. *in 4. diſt. 17. q. 3. art.* 2. & Sylv. *confeſſor* 1. q. 2. docentes: proprium Sacerdotem Epiſcoporum eſſe Archiepiſcopum, Archiepiſcoporum Patriarcham, & Patriarcharum Pontificem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo negativè, quia Epiſcopus in hoc foro ſolùm ſubditur immediatè Pontifici. Sic Sotus *in 4. diſt. 8. q. 4. art.* 2. Suarez *diſput. 25. ſect. 2. n.* 10. Vaſquez *q. 93. art. 2. dub. 4. n.* 2. Lugo *diſp. 19. n.* 2. Hurtad. *diſp. 10. diff.* 12. & Ludovicus de S. Iuan *q. 7. de pænit. art. 2. diff 8. concl.* 1.

QVÆSTIO XXVII.

An Epiſcopi poſſint eligere in Confeſſarium ſibi quemlibet Sacerdotem ex ſuis ſubditis, licèt non ſit ex approbatis?

R. Eſpondeo poſſe, non ex jure divino, ut voluit Navar.*c.*27.*n.*260.ſed ex Eccleſiaſtico, habito *in cap.finali. de pœnit.& remiſ.* Quia difficile eis eſſet recurrere ad Papam.Sic Doctores *citati*,& communis omnium, qui idem affirmant loquendo non ſolùm de Cardinalibus Epiſcopis, verùm etiam de Cardinalibus non Epiſcopis, Legatis à latere durante Legatione.Legantur Boſſius *ſect.*3.*cit.*§.4.*n.*110.& Paſqualigus *deciſ.*85.& 93.& nos *infrà q.*34.

QVÆSTIO XXVIII.

An Epiſcopus etiam extra ſuam Diœceſim poſſit eligere in ſui Confeſſarium ſibi non ſubditum, nec approbatum ab Ordinario?

AFfirmant etiam Valerus *in diff. utrinſque fori. verb.juriſdictio*, *diff.* 14. & 15. & latiùs *verbo nullitas,diff.*2.Graffius *lib.*4.*deciſ.c.*15. *n.*11.& 15. Zerola *in praxi pœnit.c.*15.*q.*31.2.*part.*& *lib.*1.*de Iubileo,c.*15.*dub.*78.Boſſius *de Iubileo ſect.*3.*caſu* 2.§.4. *n.*101.& 102.Coriolan.*de caſib.reſerv.part.*1.*ſect.*1. *art.*21.*n.*5.Villalobos *tract.*9.*diff.*55.*n.*4.& alij,quos ſequitur Paſqualig. *deciſ.*86.*num.*4. quia extra ſuam Diœceſim poteſt approbare Confeſſarios pro ſuis ſubditis: ergo & pro ſeipſo.

Sed longè probabiliùs reſpondeo non poſſe, quia ſic decrevit Gregor. XIII. ut teſtatur Congregatio Concilij,per hæc verba.*S.D.N.audita relatione Congregationis,declaravit Epiſcopum vigore privilegij, de quo in cap.finali, de pœnit.& remiſ.non poſſe ſibi eligere Sacerdotem ſibi non ſubditum, qui à proprio Ordinario non fuerit adhuc ad formam hujus decreti admiſſus. ſeu approbatus ad audiendas confeſſiones.* Sic Suar.*diſp.*28.*ſect.*6.*n.*7. Navarrus, Riccius,Graffis (qui pro parte contraria citatur à Boſſio,) Fauſtus, Barboſa, Filliucius, Molfeſius,Azorius,& alij, quos citat, & ſequitur Diana 3.*part.tract.*2.*reſol.*3.quibus addi poſſunt Nuñus *q.*8.*art.*5.*dub.*8. (non 9.ut citat Candidus) §.*aliud dubium, pag.mihi* 455. Ægidius *diſp.* 8. *dub.*7.*n.*50.Candidus *diſq.*24.*art.*65.*n.*12.Bonacina *diſp.*5.*q.*7.*punct.*4.§.1.*n.*56. & alij, quos ſequuntur Gaſpar Hurtad.Naldus, Megala, Fagundez,Præpoſitus,Armendariz,quos citat Paſqualig. *deciſ.cit.n.*1. & Thomas Hurtad.*loc.cit.n.*2064. & Mendo *loc.cit. num.* 16. Argumento autem Contrariorum fiet ſatis *quæſt.*10.

QVÆSTIO XXIX.

An Vicarius Epiſcopi poſſit ex vi dicti capituli eligere ſibi Confeſſarium?

NEgânt Abbas,Hoſtienſ.Beroius, Sotus, & alij, quos refert Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 29. *n.*13.& ſequuntur Lugo *diſp.*19. *n.*3. & Petrus Ledeſma *c.*12.*concl.*4.& Suarez *tom.* 4. *diſp.*17. *ſect.*2. *n.*8.Megala *lib.*1.*c.*10.*n.*4.Molfeſ.*tract.*7.*c.*15.*n.*37. Reginald.*lib.*1.*n.*27.& alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe: quia verè eſt Prælatus, & Parochis ſuperior, & conſtituit unum tribunal cum Epiſcopo.Sic Sylveſt.Roſella, & Angel.Navarr.Gabriel, Henriquez, & alij plures, quos refert,& ſequitur Sanchez *loc.cit.n.*15.Sà *verb Confeſſor, n.*1.Granad.*tract.*10.*diſp.*5.*n.*7. Boſſius *loc.cit. n.*199. & alij apud ipſum, & communis, quam ſequuntur Villalob.*tom.*1.*tract.*9. *diff.*47.*n.*8. Machado *tom.*1.*lib.*1.*part.*2.*tract.*1.*docum.*2.*n.*2. & Mendo *in Bull.Cruc. diſp.*22. *c.*1.*n.*14. *in fine.*

QVÆSTIO XXX.

An poſſit Epiſcopus,ſeu ejus Vicarius approbare Sacerdotem ſibi non ſubditum,ſaltem pro ſuis ſubditis?

AFfirmant Candidus *loc.cit.n.*12. *pag.* 187. quia approbando Sacerdotem non ſibi ſubditum, non ita facilè decipitur exponendo, & admittendo indignum, ſicuti contingere poteſt quando pro ſe approbat, & exponit. Affirmant etiam Boſſius *loc. cit.n.*99. & alij, quos ſequitur Paſqualig. *deciſ.* 86. *num.* 11.

Sed probabiliùs reſpondeo, adhuc non poſſe, niſi caſu quo Sacerdos alterius Diœceſis fiat aliqua ratione ſubditus ipſi Epiſcopo, aut Vicario eligenti. Sic Suarez *loc.cit.n.*12.Bonacina,& Ægidius *loc.cit.* Fagundez *de præc.*2.*lib.*7.*c.*2.*n.*80. & alij.

QVÆSTIO XXXI.

An Prælati ſuperiores exempti,ut Abbates, & Generales,& alij qui immediatè ſunt Papæ ſubjecti poſſint ex præcepto indulto eligere in Confeſſarium quemlibet Sacerdotem ſimplicem?

REſpondeo poſſe, quia ita expreſſit Pontifex in *dicto cap. finali.*Sic Suarez, Lugo, Hurtado,& alij *loc.cit.* Valerus *verb.Iuriſdictio,diff.*15. Aſcanius Tamburinus *de jure Abb.tom.*2.*diſp.*6.*q.*10.*n.*1.Boſſius *loc.cit.n.*112.& Molfeſ.*tract.*7.*c.*15.*num.*42. & Mendo *loc.cit.n.*17.

QVÆSTIO XXXII.

An etiam Provinciales, & alij Prælati locales, ut Miniſtri, Priores, Guardiani, &c. poſſint eodem jure eligere ſibi confeſſarium quemcunque Sacerdotem ſimplicem?

NEgant Hoſtienſ. Panormit.& Angel.apud Coriolan.1. *part.ſect.*1.*art.*21.*n.*1.*pag.*162.& Angles *q.de confeſſ. art. de Miniſtro,diff.*4.*pag.mihi* 310. *alias* 240. Hyeronym. Flama *in Epitome Curæ anim. c.*5.§.5.& Ioan. Valerus *verbo Iuriſdictio, diff.*5.Necnon Rodriguez apud Paſqualigum *infrà.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, poſſe: quia in dicto capite expreſsè dicitur, quod omnes Prælati exempti, etiam minores, quamvis non ſint immediatè ſubjecti Papæ,poſſint ſibi eligere confeſſarium ſine ſuorum ſuperiorum licentia,& ita in praxi receptum eſt. Quod tamen limitandum eſt,ut hoc non procedat quando in aliqua Religione,ex ſpeciali privilegio, aut Religionis conſtitutione approbata, & confirmata à Papa,ſit dictis Prælatis inferioribus aſſignatus Confeſſor cum limitatione, ut nequeant alios eligere, renunciando expreſsè,ſpecificè, & nominatim illud privilegium citatum, quia totum hoc eſt neceſſarium,eo quòd inſertum ſit in corpore juris.) Sic Suarius *diſp.*27.*ſect.*2. *n.*10. Sylveſter, Cordub. Henriq. Valentia,Sigiſmundus, Navar. Tamburin.& alij apud Boſſ.*ubi infrà*,Lugo *diſp.*19.*n.*4.& *diſp.*20. *n.*67.Coriolan.*loc.cit.*Dian.3.*p.tract.*2.*reſol.*1.& *p.*4. *tr.*4.*reſol.*1.Vaſq.*q.*93.*art.*2.*dub.*4.Hurtad. *diſp.*10. *diff.*12.Villalob.*tom.*1,*tract.*9.*diff.*47.*n.*4.Toler.*lib.*3. *Sum. cap.*15. *n.*8. & 9. (licèt in contrarium citetur à Fagundez, qui noſtram ſententiam probabilem

reputat

reputat *loc.cit.n.*78. *in fine.*) Boſſius *loc.cit. num.*103. & 120.& apud ipſum Marius & Alterius, Homobonus, Graffius & Zerola *loc.cit.* Fulliuc. Miranda, Sylnius, & alij plures, quos citat, & ſequitur Paſqualig. *deciſ.*96.*n.*2. quamuis ex illis aliquos non bene citet.

Qvæstio XXXIII.

An Cardinales, qui Epiſcopi, aut Legati non ſunt, poſſint ex vi dicti capituli eligere ſibi in confeſſarios Sacerdotes ſimplices?

NEgant Azor. *tom.*2.*lib.*4.*cap.*3.*q.*16. Hoſtienſis, Armilla, Tabiena, & alij apud Paſqual. *vbi infrà.* Affimant Angelus, Henriquez, & alij, quos citat, & ſequitur Boſſius *de Iubileo, ſect.*3. *caſu* 2.§.4.*n.*111. & nouiſſimè Paſqualig. *deciſ.*93.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo, non poſſe ex iure dicti capituli; bene tamen ex iure conſuetudinis, vel ex alicuius Pontificis viuæ vocis oraculo; imò & dare facultatem ſuæ familiæ (ſicut poteſt Epiſcopus) eligendi ſimiliter ſibi Sacerdotem ſimplicem in confeſſorem, poſſunt. Sic Suarez *diſputat.*25. *ſect.*2.*num.*11. & 12. & *diſputat.*17. *ſect.*2. *num.*6. Vaſq. *loc. citat. num.*7. Hurtado *loc. citat.* ex Caiet. *verb. Abſolutio* 2. Lugo *diſput.*19.*num.*5 & Llamas 1.*part. Meth.*§.7. per hæc verba: Cardinales non Sacerdotes ex eadem tacita Papæ licentia eligunt quem volunt, vt Prælati ſupradicti; imò & ex eadem tacita dant omnibus de ſua familia, vt eligant confeſſorem, ſicuti ipſi, vt teſtatur Doctus Caiet qui Cardinalis fuit, & Syluester, qui fuit teſtis oculatus, &c. Sic ille. Et Ludovicus *q.*6. *de pœnit. art.*2. *diff.*5. Necnon alij plures apud Paſqualigum *loc. cit.* Lege Dianam *p.*8.*tract.*1.*reſol.*35.

Qvæstio XXXIV.

An Parochi poſſint eligere ſibi in confeſſarium quemlibet Sacerdotem, etiam ſimplicem?

AFfirmant Abbas, Sylveſter, & Angelus, vt refert Suarez *diſput.*27.*ſect.*2. *num.*7. qui exiſtimant, Parochos eſſe verè Prælatos, cùm ſic in iure appellentur, *cap. tua nos, de Clerico ægrotante.* Propter quod ipſemet Suarez *loc.cit.* & *ſect.*3. id innuit eſſe probabile. Et tenent expreſſè Vega 1.*part. Sum. cap.*75. *col.*772. Qui & citat pro hac parte Margaritam confeſſorum, ſed non citat locum vbi id doceat, nec potuit certè, quia nullibi id affirmat; citat enim Bartholomæum de Ledeſma *diff.*7. (quem videre non potui) & Manuelem Rodrig. 1. *part. cap.*6. *n.*4. ſed hunc non bene: cùm ſolùm concedat (ſicut etiam Henriq. *lib.*6. *cap.*8. *num.*2. Layman *lib.*5. *tract.*6. *cap.*10.*num.*5. Toletus *lib.*3.*Summæ, cap.*11. Fagund. Ægidius, & alij, quos citat, & ſequitur Boſſius *de Iubileo, ſect.*3. *caſu* 2.§.4. *n.*126. & bene, concedunt) poſſe Parochum confiteri cuilibet Sacerdoti approbato in aliena Diœceſi: nam hæc conſuetudo non fuit revocata per Tridentinum.

Poſſunt tamen citari pro hac parte, Sotus *in* 4. *diſt.*19. *quæſt.*2. *art.*2. Vaſq. *quæſt.*93. *art.*2. *dub* 4. *num.* 2. & Hurtado *diſput.*10. *diff.*12. Quia licèt hi Authores (contra nuper relatos) id competere Curatis de iure negent; concedunt tamen, illos ex iure conſuetudinis poſſe eligere quemcumque Sacerdotem. Tenent etiam Paſqualig. *deciſ.*105. vbi id competere Curatis de iure communi probat.

Sed longè multò probabiliùs, (& mihi certiſſimè) reſpondeo: nullo ex iure id poſſe; non ex iure canonico, quia longè multò probabilius eſt, nec eſſe, nec in iure Parochos appellari Prælatos, vt docet Sot. *loc. cit.* Nec ex iure conſuetudinis, quia id ius iam Tridentinum abrogavit: ergo. Sic Suarez *loc.cit.* Lugo *loc.cit.num.*6. Nuño *in addit.q.*8. *art.*5. *dub.*5. *pag. mihi* 445. Granados *tract.*10. *d ſpmat.*5.*num.*21 *pag.*1285. Molfeſ. *tract.*7. *cap.*15. *num* 38. *pag. mihi* 440. vbi ait, hanc eſſe reſponſionem omnium, Ægidius *diſp.*8.*num.*61. Megala *cap.*10.*num.*6. Claudius Solcrius *de poteſt. Confeſſarior. cap.*4.*pag. mihi* 39. Ludovicus *loc.cit.diff.*19.*pag.*450. & Boſſius, & alij *ſuprà citati,* & communis.

Qvæstio XXXV.

An Vicarij Conventuales habeant in Religioſos iuriſdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ?

NEgabunt, & conſequenter, Lugo, & alij Doctores *quæſt.*26. prima ſententia adducti, præcipuè Suarez *tom.*4.*in* 3.*p.diſp.*27.*ſect* 2.*n.*8.

Sed probabiliùs reſpondeo: habere, ſi præfati conſtituti ſunt Vicarij per Generalem, Provincialem, aut Prælatum localem, aut Capitulum, ad hoc, vt eorum loco idem munus in ipſorum abſentia exerceant. Sic Rodrig. *tom.*3. *qq. reg. quæſt.*76. *art.*1. Paſqualig. *deciſ.*99. *per totam,* Diana 3 *p.tract.*2. *in fine,* Megala, Coriolanus, & alij penes ipſos Et ratio eſt, quia hujuſmodi Vicarij verè ſunt ſuperiores, cùm in abſentia eorum vices eorumdem gerant: ergo debent communicare cum ipſis in auctoritate: ergo conſequenter in abſentia Superiorum poſſunt ſibi eligere Confeſſarium quemlibet Sacerdotem, etiam ſimplicem, ſive Regularem, ſive ſæcularem. An autem, &c. poteſtatem habeant in præſentia Superiorum, difficultas eſt major. Affirmat probabiliter Paſqualigus *deciſ.*103. ſed probabiliùs negant Megala, Coriolan. & Diana *loc.cit.* & Alphonſ. de Leone *tom.*2. *de offic. Confeſſ. recollect.*6. *n.*36. Et indicat Andreas Mendo *in Bull. Cruc. diſp.*22 *cap.*1.*num.*14. quatenus hæc ait: In abſentia tamen ſuperioris, ſi idem munus ac ille poteſt exercere ex vi Regulæ, aut Superiorum, ordinariam juriſdictionem habebit. Conſule Rodrig. *tom.*3 *qq. Regul. quæſt.*76. *art.*1. & Leandrum *tom.*1. *tract.*3. *diſp.*11. *quæſt.*35. vbi ipſe ſedulus inquiſitor, & acris accuſator eorum, qui vel vnguem, numerum, aut litteram declinant in locis Authorum citandis, ſeipſum citat *quæſt.*28. in qua nihil prorſus habet concernens eum dubio ejus *quæſt* 35. Hucvſque amicus Mendo. Cui facillimè reſpondeo, me non citaſſe me ipſum *q.*28. ſed *quæſt.*29. in qua quidquid dicitur, omnino concernit cum dubio hujus quæſtionis: errore tamen Typographiæ mutatus fuit numerus, quod paſſim evenit abſque incuria Authoris. Et hoc facilè poſſet Mendo advertere, ſi vellet; noluit tamen, quo fine, ipſe ſcit: & ego.

Qvæstio XXXVI.

An Imperatores Reges, eorumque Vxores poſſint confiteri cuilibet ſimplici Sacerdoti?

NEgativam ſententiam eſſe ſatis probabilem, innuit Lugo *locis citatis.*

Sed probabiliter certè reſpondeo: poſſe, quia vel ex tacita licentia Papæ, vel ipſius privilegio ſimplici Sacerdoti confiteri poſſunt. Sic Angles *quæſt. de confeſſ. pag. mihi* 242. Cajet. *verb. Abſolutio* 2. Vaſq. *loc.cit.n.*3. Hurtado *loc.citat.* & in id inclinat Suar. *diſp.*25.*in fine.*

QVÆSTIO XLIII.

An licentia alicui ab Epiſcopo, vel ab alio Prælato eligendi confeſſorem conceſſa, expiret mortuo concedente, vel eo amoto ab officio?

AFfirmant Syluest. Angel. Corduba, Philiarcus, Palud. D. Anton. & alij, quos referunt Sanchez *loc. cit. n.* 74. & Filliucius *tract.* 7. *n.* 216.

Sed probabiliùs reſpondeo, non expirare, ſed poſſe poſt mortem concedentis eligere Confeſſarium, quia gratia facta non ſpirat morte concedentis. Sic Nauar. *in cap. Placuit, cit. n.* 162. *& ſequentibus numeris*, Suarez *diſp.* 26 *ſect.* 3. *n.* 7. *& diſp.* 27 *ſect.* 4. *n.* 8. *&* 9. Sà *verb. Gratia, num.* 4 Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 5. *num.* 2. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez *loc. cit. num.* 75. Ægidius, Sotus, Reginald. & alij quos citat, & ſequitur Bonacina *diſp.* 6. *quæſt.* 7. *punct.* 3. *n.* 1. *pag. mihi* 261.

QVÆSTIO XLIV.

An vt Sacerdos licitè, & validè poſſit audire confeſſiones, debeat aut habere beneficium Parochiale, aut eſſe ab Epiſcopo ad id munus approbatus?

REſpondeo affirmatiuè, poſt decretum Concilij Trident. *ſeſſ.* 23. *cap.* 15. de reformat. cuius hæc ſunt verba. *Decernit ſancta Synodus, nullum etiam Regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium, etiam Sacerdotum audire, neque ad id idoneum reputari, niſi aut Parochiale beneficium, aut ab Epiſcopis per examen, ſi illis videbitur eſſe neceſſarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, priuilegiis, & conſuetudine quacumque etiam immemorabili, non obſtantibus.* Sic Concilium, & ſic omnes.

QVÆSTIO XLV.

An non obſtante præfato Tridentini decreto, poſsit Religioſus de licentia ſui Prælati confiteri cuilibet Sacerdoti ſimplici, etiam ſæculari?

NEgat Ioan. Maria Nouarius *in tract. de electione fori, cap.* 69. *num.* 21.

Sed vt certum reſpondeo: poſſe, quia Concilium nihil innouauit circa confeſſiones Pœnitentis Regularis, vnde Superiores regulares optimè poſſunt committere ſuos Religioſos Sacerdotibus non approbatis ab Epiſcopo, & ipſi Sacerdotes ſæculares non approbati ab Epiſcopis licitè, & validè poterunt audire confeſſiones Regularium, de licentia tantùm Prælatorum regularium, attento decreto Concilij Tridentini. Sic Nauar. *c.* 5. *n.* 2. Sà *verb. confeſſor, num.* 6. Suarez *diſp.* 28. *ſect.* 4. *num.* 5. Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 3. *num.* 5. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. *n.* 25. Sancius *diſp.* 49. *n.* 8. Diana 3. *part. tract.* 2. *reſol.* 3. *& in addit. ad reſol.* 4. Granados *tr.* 10. *diſp.* 5. *ſect.* 1. *num.* 3. Trullench *in expoſit. Bullæ, lib.* 1. § 7. *c.* 1. *dub.* 1. *n.* 5. Candidus *tom.* 1. *diſquiſit. moral. diſquiſit.* 3. *art.* 39. *n.* 2. *pag.* 34. Lugo *diſp.* 21. *num.* 2. *pag.* 501. Layman. *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 11. *n.* 1. Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 7. *n.* 48 & communis, quam iterum tenet Dian. *p.* 8. *tr.* 1. *reſol.* 86. *in fin.* Cui adiunge Bardum *in Bull. cap.* 2 *ſect.* 2. *n.* 22. Th. Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 2. *dub.* 5. *num.* 2072. & Mendo *in Bull. diſp.* 22. *cap.* 2. *num.* 25.

QVÆSTIO XLVI.

An etiam Moniales poſsint confiteri Sacerdoti ſimplici regulari, vel ſæculari?

REſpondeo: poſſe cum licentia Superioris ordinarij illarum (non Abbatiſſæ, niſi hæc haberet in ſpecie priuilegium à Summo Pontifice, vt habet Abbatiſſa Monaſterij Burgenſis, eligendi ſibi, aut Monialibus confeſſarium, imò & ſæcularibus ſibi ſubditis, ſine confirmatione Epiſcopi, cui ſubiectæ ſunt.) Quia Moniales in rigore ſub Regularibus (quos vt vidimus excipit Tridentinum) comprehenduntur. Sic Granad. & Lugo *loc. cit.* & Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 2. *dub.* 4. *n.* 2. & Boſſius *de Iubileo ſect.* 3. *caſu* 2. §. 3. *n.* 74. licèt *n.* 75. ita docens, notet hic Doctor, id eſſe verum attento tantùm decreto Tridentini: non verò attenta conſtitutione edita à Gregorio XV. incipiente, *Inſcrutabilis, &c.* Et declaratione S. Congregationis Concilij, vbi decernitur tam Ordinarios, quàm Extraordinarios Confeſſarios à Prælatis Regularibus ad confeſſiones ſuarum monialium audiendas deputandos, debere eſſe neceſſariò ab Ordinario locorum approbatos. Sic Boſſius. Legantur Syluester *verb. Abbatiſſa*, & Molfeſius *tract.* 7. *cap.* 15. *à n.* 39 & Th. Hurtad. *tom.* 2. *tract.* 11. *cap.* 1. *reſol.* 34. *dub.* 5. vbi ait in Hiſpania nullo modo eſſe receptum, quantùm ad hoc dictam Bullam Gregorianam, & ita poſſe Prouincialem Regularem declarare idoneum aliquem regularem Sacerdotem, etiamſi non ſit approbatus ab Epiſcopo, ad audiendas ſuarum Monialium Hiſpanarum confeſſiones; ſicut poteſt ad audiendas confeſſiones Religioſorum. Sic ille, & benenani ſic in tota Hiſpania practicarut. Lege eundem Authorem *loc. cit.* §. 2. *num.* 2023.

QVÆSTIO XLVII.

An Equites Sancti Ioannis, Diui Iacobi, Alcantaræ, Calatranæ, &c poſsint etiam ſimplici Sacerdoti confiteri?

NEgant Diana 2. *part. tract.* 16. *reſol.* 46. & omnes qui negant, hos Equites eſſe in rigore Religioſos. Sunt autem Molina *tom.* 1. *de iuſtitia, tractat.* 2. *diſp.* 141. Valentia 3. *tom. diſp.* 10. *quæſt.* 4 *punct.* 1. Nauar. *lib.* 2. *concluſ.* 508. *&* 509. Azor. *lib.* 3. *quæſ.* 2. & alij, quos iterum ſequitur Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 86. *& p.* 10. *tr.* 16. *reſ.* 78. & Amicus *tom.* 8. *diſp.* 15. *ſect.* 3. *num.* 97.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe, quia æquè probabile eſt hos Milites eſſe verè Religioſos: ſed ſic eſt quod Religioſi poſſunt cuilibet ſimplici Sacerdoti confiteri: ergo. Sic Sancius *diſp.* 49. *n.* 10. 11. *&* 13. & debent ita ſentire, conſequenter qui affirmant prædictos Milites eſſe expreſsè Religioſos. Hi autem ſunt Sanchez *lib.* 4. *Summæ, cap.* 16. *num.* 11. *& lib.* 7. *de ſtatu Religioſo, cap.* 29. *n.* 105. Ramirez *tract. de fundat. S. Iacobi, cap.* 2. *fol.* 18. qui refert alios, & addit, ita declaraſſe Innocentium III. Et Diana *loc. cit* qui certè ſi conſequenter, noſtram deberet amplecti ſententiam, vel ad minùs audere dicere, illam eſſe probabilem, ſed neutrum facit. Et ideo nouiter hanc ſententiam docent Riccius, Viuald. Nouarius, & Martinus à S. Ioſeph, quos refert Diana citatus, & Thom. Hurtadus *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. §. 2. *dubit.* 5. *num.* 2072. & etiam Bardus *ſect.* 2. *cit. q.* 2. *num.* 24. loquendo ſolùm de Equitibus S. Ioannis.

Qvæstio XLVIII.

An Sacerdotes Graduati in Theologia, aut iure Canonico, cenſeantur ipſo iure approbati, ad audiendas confeſsiones, abſque alia approbatione Epiſcopi?

AFfirmarunt Magiſtri Salmanricenſes, Mancius, Gallus, Medina, Bannez, & alij apud Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2. in Gloſſa lit. O.* & apud Fagundez *prac. 2. lib. 7. c. 2. n. 67.* refert etiam Layman pto hac ſententia ipſummet Henriquez *loc. cit.* & Llamas *1. p. Method. c. 7. §. 7.* Sed licèt Llamas *loc. cit.* id expreſſe doceat: tamen Henriquez oppoſitum, ezpreſſis verbis tenet. Solum addit, non debere Epiſcopum prædictos laureatos ezaminare: de quo *infrà*.

Sed certiſſimè reſpoodeo: non cenſeri approbatos, ſed verè indigere Epiſcoporum approbatione, & aliter nec licitè, nec validè poſſe confeſſiones ſæcularium etiam Sacerdotum audire. Quia præfati Doctores etiam comprehenduntur in dicto decreto Tridentini, vbi ezpreſsè dicitur: quòd nullus habeat facultatem confeſſiones audiendi, niſi aut habeat parochiale beneficium, aut ab Epiſcopo per ezamen, ſi illi videbitur neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur. Sic Suar. *diſp. 28. ſect. 4. num. 3.* Ægid. *diſp. 8. dub. 7. num. 49.* Filliuc. *tract. 7. num. 256.* Trullench *loc. cit. n. 6.* Granados *tract. 10. diſp. 5. n. 4.* Ludouicus *quaſt. 6. de pœnit. art. 2. diff. 15. pag. 453.* Lugo *diſp. 21. num. 1. pag. 550.* & Fagundez *loc. cit.* dicens oppoſitum eſſe improbabile. Layman *lib. 5. tr. 6. cap. 11. n. 2.* Petrus de Ledeſma *cap. 12. poſt 5. concl. pag. mihi 419.* Boſſius *de triplici Iubilei priuilegio, ſect. 3. caſu 1. §. 1. num. 32. pag. mihi 263.* Henriquez *loc. cit.* Tamburinus *de iure Abbat. tom. 2. diſp. 6. quæſt. 17.* Ioan. Baptiſta Lezana *in Sum. cap. 19. n. 6.* Aug. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi part. 2. alleg. 25. n. 7. & 26.* & Molfeſ. *tract. 7. cap. 14. num. 63.* & communis. Imò nouiſſimè oppoſitam ſententiam ez Summa Hieronymi Llamas, eradere Doctores Inquiſitores mandarunt, *per indicem libr. prohibit. editum anno* 1540. Legantur Diana *p. 8. tract. 1. reſol. 86. caſu* 8. Thom. Hurtadus *tom. 2. reſolut. moral. tract. 15. cap. 1. reſol. 14. §. 1. dub. 1.* & me citato, Mendo *in Bullam Cruc. diſp. 22. cap. 2. num. 25.*

Qvæstio XLIX.

An eſto quod prædicti Laurenti, & Doctores teneantur ſe præſentare Epiſcopis, vt approbentur, poſsint illos Epiſcopi examinare?

NEgant Corduba *in Sum. q. 16.* Gotierrez *lib. 1. quaſt. Canon. cap. 6. n. 9.* Rodriguez *in explicat. Bulla, §. 9. num. 4.* Menochius, Palacios, & alij, quos citat & ſequitur Fagundez *prac. 2. lib. 7. cap. 2. n. 67.* Et in hanc partem videtur inclinare Henriquez *lib. 6. cap. 6. num. 2.* quatenus dicit: non debere Epiſcopum prædictos laureatos ezaminare.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe quidem in rigore illos ezaminare: cùm nihil ad hoc obſtet, licèt etiam poſſint abſque vllo ezamine eos approbare, cùm aliàs ſufficienter idonei ſint, & appareant: & ideo æquitatis ratio poſtulat, vt tales non ezaminentur. Sic colligitur ez verbis Concilij *ſuprà* relatis, & docent communiter Doctores apud Boſſium *loc. cit. num. 38. pag. mihi 264.* Et tenet me citato, Mendo *in Bull. diſp. 22. cap. 10. num. 109.* vbi contendit, me non rectè citare pro oppoſito Rodrig. ſed fallitur hic author, quia illum citat Fagund. etiam, & benè certè.

Qvæstio L.

An ſaltem prædicti Doctores, aut Licentiati aut etiam Lectores Theologiæ, tam ſæculares quàm regulares, ſint eligibiles per Bullam, abſque Epiſcopi approbatione?

AFfirmant, & à fortiori, Mancius, Gallus, Bañez, Medina, Perez, & Martinez apud Henriquez *loc. cit.* Quorum ſententiam eſſe ſecuram, iudicat Luduuicus *q. 6. de pœnit. art. 6. diff. 10. pag. 469.* per hæc verba [Porque los ſuſodichos, aunque no tengan beneficio Parrochial, ni aprobados por los Obiſpos, ſon juzgados por la Igleſia ſer idoneos, pues el grado, y leccion arguye mayor idoneidad, que vn ſimple examen de quatro caſos de conſciencia. Eſta opinion pongo aqui por ſer de Doctores tam graues, y porque entiendo que vieron el motu proprio, en que Pio V. dize lo contrario, y declara tocar el iuzgar ſer los tales idoneos à los ſeñores Obiſpos, y que pues auiendole viſto dizeron eſto, ſe ha de entender como ellos lo dizeron. Mas a mi me parece lo contrario mas ſeguro] Sic Ludouicus.

Sed longè multò probabiliùs, imò iam certò reſpondeo: adhuc non eſſe eligibiles in Confeſſarios per Bullam, quia ita apertè habetur in dicto motu Pij V. Sic Henriquez, Ludouicus *loc. cit.* & alij Doctores, & nouiſſimè, me citato, Mendo *in Bull. Cruc. diſp. 22. cap. 10. num. 109.* vbi oppoſitum iudicat improbabile.

Qvæstio LI.

An approbatio ad confeſsiones audiendas dari poſsit ab Epiſcopo electo, & non confirmato?

AFfirmat (vt refert Boſſius, *vbi infrà*) Moneta *loco infrà citando, n. 32.* qui citat etiam pro hac parte Sotum *in 4. diſt. 18. q. 4. art. 3.* & Chamerotam *de Sacram. ſect. 7. de Confeſſ. dub. 13.* Sed ez his malè citat Sotum; nam hic (*loco* à Moneta *citato*) ſolùm loquitur de Epiſcopo confirmato, ſic enim ait: Epiſcopus confirmatus, non impeditus, antequam ordinetur, licèt neminem poſſit abſoluere, poteſt tamen eandem facultatem concedere. Sic ille.

Vnde certiſſimè reſpondeo negatiuè, quia ante confirmationem non habet Epiſcopus actualem iuriſdictionem, cum verè nondum ſit Epiſcopus, ſed tantum deſignatus in Epiſcopum. Poterit tamen illam dare Epiſcopus electus, & confirmatus, licèt conſecratus non ſit, quidquid neget Alzedus *p. 1. de præcellenti Epiſcoporum dignitate, n. 121.* quia vbi confirmatur à Papa, iam habet actualem iuriſdictionem. Sic Suarez *diſputat. 28. ſect. 5. n. 1. pag. mihi 636.* Fagundez *prae. 2. lib. 7. c. 2. n. 47. pag. 491.* Bonacina *diſput. 5. quaſt. 7. punct. 4. §. 1. n. 9.* Boſſius *vbi infrà, n. 58. & 59* & communis, quam tenent Paſqualigus *dec. 88. & 89.* & Mendo *diſp. 22. c. 2. num. 38.*

Qvæstio LII.

An dari ſaltem poſsit approbatio ab Epiſcopo electo, confirmato, & conſecrato, ſi tantùm titularis ſit, & oues non habeat?

REſpondeo: non poſſe, quia caret actuali iuriſdictione, cùm ouibus actualiter careat. Sic Suarez *loc. cit.* Boſſius *de triplici Iubil. priuil. ſect. 3. caſu 2. §. 3. num. 57.* & apud ipſum Moneta *de commut. vlt. vol. cap. 5. num. 384.* Sic etiam communiter Doctores, qui tamen bene contra Palud. notant, quod licèt dicti Epiſcopi titulares nequeant approbare Sacerdotes

ad

ad confeſſiones ſæcularium audiendas, poſſint tamen eligere iu confeſſarium ſibi quemlibet Sacerdotem. Legantur Molfeſ. *tract.7.c.15.n.30.* Henriq. *lib.6. c.13.n.3.* & Paſqualig. *deciſ.87.*

QVÆSTIO LIII.

An dicta approbatio dari & peti poſſit ab Epiſcopo excommunicato non tolerato, aut ſuſpenſo ab officio, & iuriſdictione?

AFfirmant Henriq. *lib.6.de pœnit. c.6.n.3.& c.7. in fin.* Palod. *in 4.diſt.23.q.2.n.17.* Navar. *in c. Placuit, n.51.* Ledeſma vterque, Tabiena, Armilla, & alij, quos citat, & ſequitur Faguodez *prac.2.lib.7.c.2. n.49.pag.492.* qui etiam citat pro hac parte Sanchea *lib.3.de matrim.c.21.n.7.* ſed malè omoinò, cùm oppoſitum expreſsè doceat *ibid.n.6.* Tenent tamen Boſſ. *loc.cit.§.3.n.65.pag.mihi 273.* & apud ipſum Rodrig. *2.part. ſum.c.14.n.25.* Baſilius Pontius *lib.5. de matrim.c.17.§.vnic.n.14.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè, quia probabilius eſt quod approbare aliquem ad confeſſiones audiendas, ſit actus iuriſdictionis, vt probat Sanch. *loc. cit.* Imò & ipſemet Fagundez, ſtatim ſibi contrarius hoc ipſum defendit *loc.cit.n.47. & 52.* tunc ſic; Sed Epiſcopus excommuoicatus, non toleratus, aut ſuſpenſus ab officio & iuriſdictione, caret omui iuriſdictione: ergo talis approbatio inualidè conceditur ab ipſo. Sic Sanchez *loc.cit.n.9.* dicens, noſtram ſententiam eſſe veriſſimam: & apud ipſum *n.7.* Syluest. *v. Abſolutio 2.q.6.confeſſ.2.q.4.* Sot. *diſt.18.q.4.art.3.* Victoria *de confeſſ.n.162.& de excommunicat.n.342.* Ledeſma *2.4.q.7.art.5.dub.11.* Guttierrez *lib.1.qq. Can.c.1.n.89.* Suarez *diſp.28.ſect.5.* & alij.

QVÆSTIO LIV.

An Generales, aut Prouinciales Religionum poſſint approbare ſuos ſubditos ad audiendas confeſſiones ſaecularium?

AFfirmarunt nonnulli apud Flauium Cherubinum *tom.1. Compendij Bullarij, in conſtitutione 133.Pij V.*

Sed certiſſimè reſpondeo, non poſſe, quia licèt huiuſmodi Prælati in nõnollis habeant quaſi Epiſcopalem iuriſdictionem, non tamen illam habent in ſæculares perſonas, ſed in ſuos ſubditos Regulares. Vnde quamvis poſſint deſignare Confeſſarios ad audiendas confeſſiones ſuorum Religioſorum, vt ſuprà *q.45.* eſt habitum, non tamen ſæcularium. Sic Suarez *diſp. 28.ſect.5.num.4.& 5.* Henriquez *c.6.cit.num.4.* Ægidius *diſp.18.dub.7.num.48.* Trullench *lib.1.§.7. c.1. dub.2.num.2.* Granados *tract.10 diſput.5.n.5.* Boſſius *loc.cit.§.3.num.71.& 72.* & communis, quia id conſtat ex Concil. Trident. *loco ſup.q.44.citato.*

QVÆSTIO LV.

An ſaltem Religioſi expoſiti, & approbati à ſuis Generalibus, aut Prouincialibus ad audiendas ſaecularium confeſſiones, poſſint eligi ab ipſis ſaecularibus virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi?

AFfirmat, & latè defendit Lodovicus de S. Iuan *quæſt.6.de pœnitent.art.5.dub.2.& 3.pag.465.* ex Hieronymo Llamas *1.part. Method.c.6.§.6. pag. mihi 59.*

Sed longè multò probabiliùs, imò certò reſpondeo: non poſſe, quia ſic docent communiter Theologi, vt ipſimet Ludouicus, Suarez, Ledeſma, & Philippus à Cruce *tract.1.de Iubileo, §.20.n.1.* teſtantur. Sic ipſi, & alij.

QVÆSTIO LVI.

An Parochi poſſint exponere, & approbare ad confeſſiones ſuorum ſubditorum audiendas, ſimplicem Sacerdotem ab Epiſcopo non approbatum?

AFfirmant Doctiſſimi Patres, Ioannes de Orellana, & Ioannes Gallus, quos citat & ſequitur Petrus de Ledeſma *de pœnitent.c.12.poſt 5.concluſ.verſ. de ſegunda ſententia,* & Ludouicos *quæſt.6. de pœnit. art.2.diff.12.pag.45.* ex Ledeſma ad unguem. Et probabile id eſſe affirmat Ioannes de Cruce *in ſum. part.2.de Sacram.pœn.q.5.dub.6.concl.1.* Citat etiam pro hac parte Bonacina *ubi infrà,* Navarrum *cap Placuit, de pœnit.diſt.6.n.140.* Reginaldum *lib.1.n.56.* & Ægidium, ſed immeritò: nam expreſsè docet oppoſitum *diſp.8.dub.4.n.28.* Navarrus verò, & Regioaldus id ſatis obſcurè, ſi id docent, quod non eredo. Citat etiam pro hac parte Boſſius Cooradum *1. part. reſponſ.q.66.in addition.* Graffium *lib.4.deciſ.cap.15. n.11.* & Henriquez *lib.6.cap.6.litt.F,* (licèt ut ipſemet advertit, contrarium ſuſtineat *lib.7.cap.28.n.8. lit.F,*) & videtur eos ſequi *de Iubil.ſect.4.caſu 2.n.133.* ut infrà conſtabit. Legatur. Tenet etiam noviſſimè hanc partem Thomas Hurtado *tom.2. reſ. tr.12.c.2. §.2.dub.1.n.2024.* obi latè id probat.

Sed multò longè probabiliùs reſpondeo: jam poſt decretum Concilii Tridentini nullo modo poſſe; quia nemo poteſt audire coofeſſiones ſæcularium, niſi aut Parochiale beneficium habeat, aut ab Epiſcopo approbetur: ergo qui neutrum horum habuerit, nequibit confeſſiones audire. Sic Suar. *diſp.28. ſect.4.n.12.& 13.* Fagundez *prac.2.lib.7.cap.4.n.43.* Sancius *in ſelectis diſp.48. num.51.* qui dicunt contrarium improbabile. Nuñus *in addit. quæſt.8. n.5 dub.5.pag.445.* dicens oppoſitum habere parum probabilitatis. Candidus *diſquiſ.24. art.65. num.4.* & apud ipſum Sotus, Villalobos *tom.1.tract.9.diff.49. num.9.* Hurtado *diſp.10.diff.16.* & Petrus Fay *in addition. ad 3. part. quæſt.8.art.5. diſp.1.* afferens pro hac parte declarationem Congreg. Cardinalium, & Doctor. Concil.Trident. Diana *3.p.tr.4. reſol.110. & 146.* Lugo *diſput.21.n.6.pag.502.* Trullench *loc. cit. & dub.3.n.14,* Granad. *tract.10.diſp.5.num.4. pag.1285.* Bonacina *diſput.5. quæſt.7. punct.4. §.1. n.12.* & apud illum Vaſquez *q.93. art.3.dub.4.n.5.* (non vt apud illum habes, *art.1.dub.5.*) & Barboſa *de poteſt Epiſcop.part.2.allegat.25.num.13.* Campanilis *rubr.12.c.3.n.61.* licèt hi Authores dicant (& meritò) contrariam ſententiam eſſe probabilem, & ita indignam eſſe cenſurâ Franciſci Suarez, Stephani Fagundez, & Didaci Nuño. Sic etiam Quintanadueñas *de Iubil. dupl. hebdom.c.21. num.7.pag.252.* vocans noſtram ſententiam veram, & communem. Diana *p. 10.tract.16.reſol.75.* ubi ait oppoſitam eſſe improbabile. Sed id dixit coactus ex ſcriptura immodeſta cuiuſdam Parochi effrontis, vt ipſemet Diana confitetur.

Quæstio LVII.

An ſaltem poſſit parochus tempore Iubilei approbare ſimplicem Sacerdotem ad confeſſiones audiendas, ſi non ſit facilis recurſus ad Epiſcopum?

Affirmant Henriquez *lib.6.c.6.n.2.in Gloſſa,lit. F.& G.* Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, diſp.1.c.2.dub.*10.*n.*2.& Boſſius *loc.cit.* per hæc verba: Solùm approbo idquod habet Henriquez *loc.cit.* ſcilicet Parochum (cùm fatigatus eſt, aut tempore Iubilei, quando eſt magna frequentia pœnitentium) poſſe dare iuriſdictionem non approbato, ſaltem ex ratihabitione, quando non eſt recurſus ad Epiſcopum longè diſtantem, & vrgeat neceſſitas, tunc enim legitimè præſumitur, Epiſcopum de præſenti ratam habere delegationem hanc iuriſdictionis, & approbare Sacerdotem pro tunc temporis ad audiendas ſæcularium confeſſiones. Sic Boſſius, necnon Dian. *p.*10. *tr.*16.*reſol.*75. & Thom. Hurtado *loc.cit.n.*2029.

Sed adhuc longè probabiliùs reſpondeo: non poſſe, quia adhuc in dicto, aut in alio caſu neceſſitatis repugnaret diſpoſitioni Concilij. Sic Ægid. Trullench *dub.*3.*cit.n.*2.& nouiſſimè Mendo *in Bullam diſp.*22. *cap.*10.*num.*111.

Quæstio LVIII.

An Parochus poſſit exponere alium quemcunque Parochum, ad confeſſiones in ſua Parochia audiendas?

Negat Petrus de Leone *tr. de offic.& poteſt. confeſſ.tom.*2. *recoll.*4.*n.*79. vt refert Diana 3.*part. tract.*4.*reſol.*146. & negat etiam Gutierrez *lib.*1.*qq. Canon. c.*17. loquendo de Parocho extra Diœceſim Parochi exponentis exiſtente.

Sed probabiliter reſpondeo poſſe Parochum exponere quemcunque alium Parochum vbicumque exiſtentem, ad excipiendas confeſſiones ſuorum ſubditorum in ſua Parochia. Quia beneficium Parochiale ad minus æquiparatur approbationi Epiſcopi. Sed approbatus ab Epiſcopo eſt eligibilis à Parocho, vt ſtatim dicam: ergo. Sic Suarez *diſp.*28.*ſect.*2. Fagundez *prac.*2.*lib.*7.*n.*35.& 36. *pag.*488. Filliucius, & Toletus, quos citat, & ſequitur Diana *loc.cit.*& Hurtado *diſp.*10.*diff.*17. Henriquez *lib.*3.*de pænit.c.*6.*n.*7. Ægidius *diſp.*8.*dub.*7. *n.*53. Candidus *diſquiſit.* 24. *art.*65.*n.*10 *pag.*187.& alij.

Quæstio LIX.

An etiam poſſit Parochus exponere ad confeſſiones, in ſua Parochia audiendas Sacerdotes à quocumque Epiſcopo, etiam extra Diœceſim approbatos?

Negant etiam à fortiori P. de Leone, & Gutierrez *loc.cit.* Nuñus 3.*p.q.*8.*art.*3.*dub.*7.*ad* 4. Hortado *loc.cit.* & apud ipſum Vaſquez *q.*93.*art.*3. *dub.*4. Ochagauia *quæſt.*40. Diana 3.*p.tr.*4.*reſol.*110.*in fin.* & nominatim contra me, & alios *p.*10.*tr.*16.*reſ.*75. dicens poſt Bullam Innocentij X. datam ſub die 9. Maij 1658. oppoſitum eſſe improbabile. Mendo *diſp.*22.*in Bull.Cruc.c.*10.*corollar.*6.*n.*107.& Rodriguez *in addition.ad* §.9.*dub.*3. docentes, debere dictos Sacerdotes eſſe approbatos ab Epiſcopo eiuſdem Diœceſis.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia huiuſmodi Sacerdotes, qui ad excipiendas confeſſiones à Parochis exponuntur, vel aſſumuntur, habent conditiones requiſitas à Tridentino, nempe quod à ſuis ordinariis ſint approbati: ergo. Sic Nauar. *in c.placuit, à n.*49. Henriquez *lib.*7.*c.*12.*n.*4. Ægidius *diſp.*8.*dub.*7.*n.*57. Ioan. de Cruce *in ſum.part.*2.*de pænitent.* *q.*5. *dub.*6. *concl.*1. Trullench.*dub.*3.*cit.n.*15. Corjolanus *loc.cit.* & alij. Quorum ſententiam probabilem reputat Mendo. Nec obſtat Bulla S.D.N. Innocentij, quia non loquitur de caſu præſentis quæſtionis, ſed de caſu quem aſſignabimus quæſtione 66.

Quæstio LX.

An Parochi ita ſint approbati, vt vbique terrarum audire poſſint Fidelium confeſſiones virtute Bullæ, Iubilei, aut alterius priuilegij?

Negant Petrus de Leone, Gutierrez, & Nuño *loc. cit.* vbi ſupra, quia ita declarauit Sac. Congreg. vt refert Suarez.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Sic Suarez *diſp.*28.*ſect.* 4.*n.*18. Viualdus *de confeſſion.n.*27. Henriquez *lib.*6.*c.*6.*n.*7.& 8. Toletus *lib.*3.*c.*13. Fagundez *loc.cit.n.*35.& 36. Filliuc.*tr.*7.*n.*257. Diana 3.*p. tract.*4. *reſol.*146. Trullench. *cap.*1.*cit.dub.*4.*num.*3. Petrus Ledeſma *cap.*12.*de pænit.poſt* 5.*concl.pag.mihi* 416. & alij, quos me citato ſectatur Mendo *in Bull. diſput.*22. *cap.*2. *num.*28. & Bardus *in Bullam Cruc. tract.*5.*c.*2.*ſect.*1.*n.*14. docens, Parochum eſſe pro tota Eccleſia approbatum, nec declarationem Cardin. nobis conſtare.

Quæstio LXI.

An dicti Parochi poſſint in vniuerſa Eccleſia audire confeſſiones abſque noua approbatione Epiſcopi, non ſolùm virtute Bullæ, aut Iubilei, verùm etiam ſine illis?

Negant, & à fortiori, Leon, Gutierrez, Nuñus, & Garcia 1.*tom.de benefic.part.*5.*c.*8.*n.*87. vbi pro hac parte refert declarationem Cardinalium. Negat etiam nouiſſimè Thom. Hurtado *tom.*2.*tract.*12.*c.*1. *reſol.*34.§.1.*dub.*3.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia ex Tridentino *loc.cit.* vt aliquis cenſeatur idoneus ad confeſſiones audiendas, ſufficit quod aut ſit approbatus ab Epiſcopo, aut habeat Parochiale beneficium: ergo qui beneficium Parochiale habuerit, non indigebit approbatione Epiſcopi: ergo optimè poterit vbique confeſſiones fidelium excipere, etiamſi priuilegium eligendi confeſſarium non habeant: dummodo Parochus proprius non contradicat. Sic Sancius *diſp.*44. *num.*27. *pag.*401. & apud ipſum Vaſquez *quæſt.*93. *dub.*5. *num.*2. Ochagau. *tract.*2. *quæſt.* 40. *num.*3. Suarez *diſput.* 18. Ludouicus *quæſt.*6. *de pænitent. art.*2. *difficult.*13. *pag.*452. Arboledus *in pract. Sacrament. notab.*3. *litt.B.* Fagundez *precept.*2. *lib.*7. *cap.*2. *à num.*35. Quamuis non ita expreſsè, vbi ad declarationem Cardinalium reſpondet ex Suarez, eam non eſſe anthenticam. Et ſic nouiſſimè ſentit Bardus *in Bullam Cruciat.* *c.*10.*cit.*

QVÆSTIO LXII.

An Generales, Prouinciales, Miniſtri, Guardiani, ſeu alij Prælati Regulares, poſſint abſque Epiſcopi approbatione audire confeſſiones Sæcularium?

AFfirmant Valer. *in different. vtriuſque fori, verb. Nullitas, diff.* 5. *n.* 3. & ante illum Manrius, Gallus, Medina, Bannez, & alii Doctores Salmanticenſes, ut refert Henriquez *lib.* 6o. *cap.* 6. *num.* 2 *in gloſſ. lit. E. & F. & lib.* 7. *de indulgentiis, cap.* 12. *num.* 3. *in Gloſſa lit. K.* (qui & ipſe citatur à Diana pro hac parte, ſed malè, ut *infrà.*) Et ratio eorum erat, quia prædicti Prælati ſunt Parochi ſuorum ſubditorum: ſed alii parochi non indigent approbatione Epiſcopi: ergo nec iſti. Horum ſententiam eſſe ſatis probabilem exiſtimat Diana *p.* 5. *tract.* 12. *reſ.* 51. & *part.* 10. *tract.* 14. *reſol.* 6. & penes illum Martinus de S. Ioſeph, & Ceſpedes, quibus adde Thom. Hurtado *tom.* 2. *tract.* 12. *cap.* 1. *dub.* 2.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: non poſſe, quia talis Prælatura non eſt proprie beneficium Parochiale: nec id erat iuxta mentem Concilij, quod clarè voluit, in hoc ſubjicere Epiſcopis Confeſſarios regulares quoad examen, & approbationem. Sic Suarez *diſp.* 28. *ſect.* 4. *num.* 21. Rodriguez *in explicat. Bullæ,* §. 9. *dub.* 1. *n.* 4. quos affert, & ſequitur Diana 2. *part. tract.* 26. *reſol.* 46. Lugo *diſp.* 21. *num.* 9. Henriquez *loc. cit.* à Diana pro ſententia contraria, nempe *lib.* 7. *de indulg. c.* 12. *num.* 3. *& lib.* 6. *de pœnit. c.* 6. *num.* 2. *lit. E.* ubi poſtquam retulit Mantium, & alios Doctores pro contraria ſententia: dicit, in praxi eſſe magis cogitandum. Sic Granados *tract.* 10 *diſput.* 6. *n.* 5. Hurtado *diff.* 16. Boſſius §. 2. *cit. num.* 53. *&* §. 3. *num.* 71. necnon Ludovicus à Cruce *in Bullam diſp.* 1. *cap.* 2. *n.* 8. Bardus *in Bull. tract.* 5. *cap.* 2. *ſect.* 1. *num.* 6. Mendo, me citato, *in Bullam diſp.* 22. *cap.* 2. *n.* 30. & rurſus Diana *p.* 8. *tract.* 1. *reſol.* 86. *caſu* 5. & me citato *part.* 10. *tract.* 14. *reſol.* 6. *citatu.*

Quod ſi hic rurſus quæras, an adminus dicti Prælati, aut Confeſſores, & alii Religioſi poſſint audire confeſſiones ſæcularium, qui ſunt de familia, & deſeruiunt ipſorum Monaſteriis, abſque licentia, & approbatione Epiſcopi?

Negant adhuc Suarez *tom.* 4. *de Relig. tr.* 10. *lib.* 9. *cap.* 4. *num.* 18. Barboſa, & Armendarix, quos refert, & ſequitur Boſſius *ſect.* 2. *cit. caſu* 2. §. 1. *num.* 32. & communis: quam nouiſſimè ſequitur Mendo *in Bullam Cruc. diſputat.* 22. *cap.* 2. *num.* 31. vbi me dicentem vtramque ſententiam eſſe probabilem, citat.

Affirmant verò nihilominus Ioan. de la Crux *de ſtatu relig. lib.* 1. *cap.* 5. *dub.* 4. *& cap.* 6. *dub.* 1. *concluſ.* 1. Laurentius de Peyrinis *tom.* 1. *priuileg. Ordin. Minim. in annot. ad conſtitut.* 8. *Iulij II. num.* 10. Tamburinus *de iure Abb. tom.* 2. *diſput.* 6. *quæſt.* 36. *num.* 4. & alij, eo quòd ita fuit illis conceſſum à Martino V. Clemente IV. & Leone X. per Conſtitutionem editam *anno* 1513. 9. *Iulij*, vt ipſi Authores referunt, & ita dicunt Concilium Trident. *in d. cap.* 15. quoad Regulares eſſe intelligendum de confeſſionibus ſæcularium extraneorum, non verò de confeſſionibus ſæcularium familiarium, qui ordinariè in monaſteriis, & domibus Regularium degunt, comedunt, & bibunt. Quia hi cenſentur tanquam Religioſi. Sic dicti Doctores, & quidem ſatis probabiliter.

QVÆSTIO LXIII.

An ſaltem dicti Prælati ſint vbique eligibiles in Confeſſarios à Sæcularibus, virtute Bullæ, aut Iubilei, quamuis ab Epiſcopis non ſint approbati?

AFfirmarunt Magiſter Mantius, Gallus, Bañez, Medina, & alij Doctores Salmanticenſes de hac re conſulti, vt refert Henriquez *loc. cit.* & à fortiori hanc partem amplecti debet Valerus *loc. cit.* quam etiam nouiſſimè ſequuntur Hieronymus Llamas 1. *part. Methodi, c.* 6. § 6. *&* 7. *pag. mihi* 63. & Ludouicus de S. Iuan *quæſt.* 6. *de pœnit. art.* 6. *dub.* 4. *pag.* 467. qui etiam citat Henriquez pro hac parte. Sequuntur etiam vt probabilem hanc ſententiam Salas *in manuſcriptis*, Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, diſp.* 1. *cap.* 2. *dub.* 11. *num.* 8. & Angelus Boſſius *tract. de Iubileo, caſu* 2. §. 2. *num.* 53. apud Dianam, quem refert, & ſequitur 5. *part. tract.* 12. *reſol.* 51. Sed certè Boſſius licèt probabilem dicat hanc ſententiam, oppoſitam expreſsè docet, vt *infrà* videbimus.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo negatiuè, quia Concilium loquens de omnibus Religioſis, expreſsè ait illos debere eſſe approbatos ab Epiſcopo, vt audire poſſint Sæcularium confeſſiones: ergo. Sic Suarez *diſput.* 28. *ſect.* 4. *num.* 21. Fagundez *præc.* 2. *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 39. (qui benè citat pro hac parte Henriquez *loc. cit.*) Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 64. *num.* 5. & Filliucius *tract.* 8. *num.* 275. qui idem (& bene) dicendum putant de omni Regulari approbato à ſuo Regulari Prælato pro ſubditis Regularibus, quod ſcilicet nequeat eligi à Sæcularibus virtute Iubilei. Sic etiam P. de Ledeſma *c.* 13. *de pœnit. diff.* 4. *&* 6 *poſt* 1. *concluſionem*, Boſſius *loc. cit. pag. mihi* 269. ſic dicens: Hanc opinionem (contrariam ſcilicet) Henriquez *loc. cit.* neque approbat, neque reprobat, ſed dicit eſſe rem magis in praxi cogitandam. Manuel verò licèt videatur approbare illam tanquam probabilem, propter auctoritatem Doctorum qui eam tenuerant: tamen contrarium tenendum eſſe affirmat, quod mihi quoque probabiliùs videbitur. Sic Boſſius, & *infrà.* Dixi autem probabiliùs, quia etiam prior ſententia eſt probabilis, ob rationem, & auctoritates tot Doctorum, ac proinde in foro interiori poſſet quis illam in praxi ſequi: etſi in foro exteriori Epiſcopi non permitterent. Sic ille, & ſic me citato Mendo *in Bull. diſp.* 22. *cap.* 2. *num.* 30. *in fine*, & Diana *part.* 10. *tract.* 24. *reſol.* 7. *in fine.*

QVÆSTIO LXIV.

An quando Monaſteria Religioſorum habent Parochias Sæcularium annexas, poſſit tunc Prælatus Regularis deſignare Vicarium Regularem, qui abſque alia approbatione Epiſcopi confeſſiones Sæcularium audiat?

AFfirmarunt etiam dicti Salmanticenſes apud Henriquez *lib.* 7. *de indulg. cap.* 12. *lit. K, lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 1. *in Gloſſ. lit. F.* eo quòd dicti Vicarij regulares iam in eo caſu Parochiale beneficium habeant.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo negatiuè, quia licèt verum ſit quod prædicti Vicarij habeant parochiale beneficium, non tamen habent illud collatum ab Epiſcopo, ſed à ſuo Prælato, qui nec indirectè poteſt approbare ſuos ſubditos ad audiendas confeſſiones Sæcularium, niſi caſu quo ex odio, aut alia malitia ab Epiſcopis ad examen non admittantur, aut ſine cauſa reprobentur (vt *infrà.*) Sic Doctores *citati*, qui tamen notant, & bene, hanc noſtram ſententiam eſſe veram de iure; nam ex priuilegio contrarium fortaſſe erit.

Vnde

Vnde de his conſulenda eſt praxis, vt aduertunt Henriquez, & Fagundez *loc.cit* qui cum communi hanc noſtram tenent ſententiam. Quibus nouiſſimè adhæret Boſſius *loc.cit.num.*55. per hæc verba: Mihi ferè certum videtur, præciſo peculiari priuilegio, neque Prælatos ipſos, neque Vicarios temporales ab ipſis deputatos, poſſe licitè & validè audire confeſſiones prædictorum Parochianorum ſæcularium, in quos non ipſi Prælati regulares, ſed Epiſcopus habet Epiſcopalem iuriſdictionem. Sic ille. Et ſic me citato Mendo *cap.*2. *cit.num.*32. quamuis addat oppoſitam ſententiam probabilitate extrinſeca non carere.

Qvæstio LXV.

An qui habuit Parochiale beneficium, ſed iam non habet, indigeat noua approbatione Epiſcopi, ad audiendas confeſsiones virtute Bullæ?

NEgant indigere, Rodriguez *in addit. ad Bullam*, § 9.*n.*4. & Villalobos *tom.*1.*tr.*27.*clauſula* 9. §.1.*n.*4. *& tract.*9. *de pœnit. diff.*56. *num.*4. & vt probabile defendit Ioan. de Cruce *part.*2. *de pœnit. q.*4.*dub.*8.*concl.*4. & tenet Mendo *cap.*2.*cit.n.*33. & Baſilius Legion apud ipſum, quia approbatio quæ Parocho ſimul cum Parochiali beneficio conceſſa fuit, adhuc perſeuerat: ergo eligibilis eſt per Bullam.

Alij verò è contra affirmant, indigere approbatione noua, quia vt quis cenſeatur approbatus, neceſſum eſt (inquiunt) quod actualiter beneficium curatum habeat, vt conſtat ex illis verbis Concilij: *Niſi aut parochiale beneficium habeat*, &c. ergo: Sic Suar. *diſput.*28.*ſect.*6.*n.*13. *& ſect.*4.*num.*20. Reginald. *lib.*1. *n.*190. Bonacina *diſp.*5.*q.*7.*punct.*4.§.1.*n.*24. Fagund. *præc.*2.*lib.*7.*c.*2.*n.*38. Henriq. *lib.*7.*c.*3.*n.*3.*in fin.* Viuald. *de confeſſione,n.*27.*concl.*2. Diana 1.*p.tr.*11.*reſol.*8.*&* 5.*part.tr.*12.*reſol.*47. Et apud ipſum Barboſa, & Ludouicus à Cruce, Trullench *in expoſit. Bullæ, lib.*1.§.6.*cap.*1.*dub.*1.*n.*6.*& dub.*3.*num.*3. Ludouicus *q.*6.*de pœnit.art.*6.*diff.*7.*pag.*469. Granados *tract.*10. *diſp.*5.*num.*2. Lugo *diſput.*21.*n.*8.*pag.*501. & Hurtado *diſp.*10.*diff.*16. Boſſius *loc.cit. n.*56.*& n.*236. Floronus *de caſib. reſeru.*1.*part c.*4. §.12.*n.*6. & alij communiter, quos ſequuntur Bardus *in Bull. tract.*4. *ſect.*1.*quæſt.*5.*n.*18 & Quintanadueñas *de Iubil.dupl. hebdom.cap.*21.*n.*3.*pag.*248.

Ego verò clariùs ſic reſpondeo, qui Parochiale beneficium habuit, ſed iam non habet (quia illud reliquit, vel cum alio ſimplici commutauit) non indiget noua approbatione Epiſcopi, vt per Bullam in Confeſſarium eligatur, quia niſi aliàs Epiſcopus expreſsè auferat ab illo approbationem, vel ſuſpendat, donec iterum examinetur (in quo caſu conſentio authoritatibus affirmantibus, noua indigere probatione) in ſua approbatione perſeuerat, ac proinde capacitatem habet, vt per Bullam eligatur, vt optimè Doctores primæ ſententiæ.

Nec enim quod careat actuali iuriſdictione, aliquid obſtat: cum Bulla non expoſcat iuriſdictionem audiendi confeſſiones in eo qui eligitur, ſed tantùm approbationem; nam iuriſdictio delegata, ſuppoſita approbatione, per ipſam Bullam conceditur. Imò idem dicendum cenſeo de aliis Confeſſoribus, à quibus licentiam audiendi confeſſiones auferre ſolent Epiſcopi, quod ſcilicet niſi ſimul cum reuocatione licentiarum approbationem auferant, ſemper remanent eligibiles virtute Bullæ huiuſmodi confeſſores, etiamſi ſæculares ſint Legantur Llamas 1.*part. Meth.c.*6. §.5. Th. Hurtado *tom.*2. *tr.*12. *cap.*1. *reſol.*34. §.1. *dub.*3. & Mendo *loc. cit.n.*37.*&* c.10.*n.*104.*in ordine* 112. qui contrarium docet de illo qui fuit vicarius Parochi.

Qvæstio LXVI.

An Sacerdos approbatus ab vno Ordinario poſsit vbique terrarum Confeſsiones excipere?

AFfirmant apud nonnullos, Henriq. *lib.*6. *de pœnit.c.*6.*n.*7.*& in Gloſſa lit. A, & lib.*7.*c.*12.§.4. vbi ait, ita docere omnes Theologos ex Auguſtiniana, & Dominicana familia. Gallo, Medina, Mancio, Bañez, Gueuara, & alij Magiſtri Salmaoricenſes. Sic etiam Sà *in* 1.*edit. verb. Confeſſor, n.*6. Viuald. *tit.de Confeſſ.n.*21.*pag.*90. Ant. Gomez *in explicat. Bullæ, ad clauſulam* 10.*n.*8. Valerus *verb. Abſolutio, diff.*1. *n.*1.3.12.*&* 15. & alij innumeri, quos congerit Trullench *loc.cit.n.*7. Quam ſententiam eſſe probabilem affirmant Sanch. *lib.*8.*de Matr.diſp.*34.*n.*16. & Ledeſm. *in ſum. c.*13.*de pœnit.poſt* 1.*concl.* quia huiuſmodi Sacerdos verè eſt approbatus, iuxta formam Concilij Tridentini; cum nihil aliud requirat, niſi quod ſit ab Epiſcoqo approbatus, nec exprimat à quo Epiſcopo: ergo ſufficit à quocumque, quia vbi lex non diſtinguit, nec determioationem addit: nec nos diſtinguere, nec addere determinationem debemus. Et quidem hanc ſententiam loquendo de Regularibus, nouiſſimè defendunt Ludouic. Celocius *lib.*7. *de Hierarch.c.*25. Baun. *tom.*1. *Theolog. Moral.tr.*1.*de pœnit. q.*4.*de Miniſtro Pœnit.pag.*145. Ioan. Præpoſitus *in* 3.*p.q* 8 *de pœnit.dub.*4.*n.*21. Laurent. de Aluar. *in allegat.* quam edidit anno 1647. ſuper quadam lite exorta in Prouincia Mexicana, vt refert P. Mendo *in Bull. Cruc. diſp.*22.*c.*3. *n.*48. Leander de Murcia *in regul.S. Franc.c.*7.*q.*8.*concl.*3.

Sed longè multò probabiliùs, imò iam vt certum, etiam loquendo de Regularibus reſpondeo, non poſſe. Primò quia incredibile videtur, poſſe Epiſcopum ita approbare Sacerdotem, vt in vniuerſa ſit eligibilis terra: Secundò, quia id habet praxis, & vſus, qui optimi Concilij ſunt interpretes. Tertiò, quia ita nouiſſimè decreuit SS. Dominus noſter Vrbanus VIII. *anno Domini* 1628. reuocando omnia priuilegia, & licentias audiendi confeſſiones ſine approbatione ab Epiſcopis Diœceſanis, & abſque examine facto ab Ordinario. Sic refert Lugo *diſp.*21.*num.*29. & tenent ipſe, & Suar. *diſp.*28.*ſect.*6.*&* 7.*n.*3.*&* 8. Vaſq. *q.*93. *art.*3.*dub.*4. Ægidius *diſp.*8. *dub.*6.*n.*50. Fagund. *p.*2. *lib.*7.*c.*2.*n.*22.*&* 88. Granad. *tr.*10.*diſp.*5.*num.*12. Sanch. Ledeſma, & Trullench *loc. cit.* Torreblanca *lib.*14.*practicar.cap.*2.*n.*6.10.*&* 12. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, p.*2.*alleg.*25.*n.*59. & communis (an autem approbatus ab vno Ordinario, poſſit vbique eligi virtute Bullæ, dicam *q.*70.) quam nouiſſimè ſequuntur Mendo in Bullam *loc.cit.* Diana etiam *p.*10. *tract.*14. *reſol.*23. *& tr.*16.*reſol.*75. & Th Hurtad. *tom.*2.*reſol. Moral.tr.*12.*c.*1.*reſ.*34.*dub.*6. vbi ait noſtram ſententiam eſſe certam loquendo de Sacerdotibus ſæcularibus. Et benè id aduertit. Nam loquendo de Sacerdotibus Regularibus non eſt ita certum, vt conſtat ex dictis, & ex notatis ab Henriquez *lib.*7.*loc.cit.* nec Authores omnes pro prima ſententia adducti loquuntur abſolutè, ſed ſolùm id affirmant loquendo ex priuilegio Bullæ, aut alterius indulti, de quo infrà *loc. cit* dicemus.

Qvæstio LXVII.

An qui per Bullam, aut Iubilæum poteſt eligere ſibi Confeſſarium ab Ordinario approbatum, poſsit eligere Parochum quemcunque

NEgant Gutierrez *in quæſt. can. lib.*1. *capite* 27. *num.*20. & Nuñus in præſenti *q.*8.*addit.art.*5. *dub.*9.

dub.9. in fine, & apud Boſſium *ubi infrà*, Rodriguez *in Bulla Cruc.*§.9. Layman *lib.5.tr.6. c.11.n.6.* Homobonus *tr.4.1.part. exam.c.3.q.15.* & Floronus *de caſib.reſerv.1.part.c.4.§.12.n.2.* docentes: poſſe (ad ſummum) eligere Parochum ſui Epiſcopatus.

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe. Quia omnis Parochus eſt approbatus ab Ordinario (cùm eo ipſo quod beneficium Parochiale accipiat, approbetur ad audiendas confeſſiones, & approbetur ab Ordinario.) Sed ſic eſt, quod approbatus ſimpliciter ab Epiſcopo per examen, eſt ubique eligibilis per Bullam: ergo. Sic Boſſius *de Iubil. ſect.3. caſu 2.§.9. n.135.* Ioan. Valerus *verb. Abſolutio, difficultate 1. n.18.* Henriquez *lib.6.c.6.n.7.* Bonacina *diſp.5.q.7. punct.4.§.1.n.23.* Fagundez *dict.lib.7.c.2.n.35.* Diana *1.part.tr.11.reſol.8.* Lugo *diſp.21.n.12.pag.502.* Suarez, Reginaldus, Villalobos, Sylvius, Cruz, & alii apud ipſus, & Petrus de Ledeſma *c.13. de pœnit. poſt primam concluſionem*, & communis.

QVÆSTIO LXVIII.

An approbatus ab Ordinario cum limitatione ex defectu ætatis, ad confeſſiones virorum, & non mulierum, poſſit virtute Iubilei, aut Bullæ eligi ab omnibus?

NEgant Suarez *diſp.28. ſect 7. n.5.* Rodriguez *1.tom. ſumma, c.60. n.4.concl.4.* Homobonus *de caſibus reſervatis, part.1.cap.5.* Ioannes de la Cruz *part.2.q.5.de pœnit. dub.8.concl.2.* Villalobos *tom.1. tract.27. clauſula 9.§.1.n.3.* Lugo *diſp.21. num.17. pag.502.* Philippus de Cruce *tract.1.de Iubileo, §.20. n.1.pag.142.* Boſſius *loc.cit.§.10.n.245.* Qui pro hac parte citat etiam Bonacinam *q.7. punct.5.§.5. n.10.* & alibi (ſed non omnino benè, contrariam enim ut probabilem probat, & ſequitur *loco infrà citando*) Molfeſium, Naldum, & Homobonum. Negant etiam Mendo *in Bull. diſp.22.c.5. n.69.* & Bardus *tract.4. n.88.* aſſerentes à ſolis perſonis pro quibus fuit approbatus confeſſarius, eligi poſſe, non ab aliis.

Negant deinde alii docentes confeſſarium cum tali limitatione approbatum, non poſſe eligi per Bullam, nec à perſonis pro quibus erat approbatus, quia iſte non eſt abſolutè approbatus, quod Bulla requirit.

Sed æquè ſaltem probabiliter reſpondeo: poſſe ab omnibus, tam à viris, quàm mulieribus eligi. Quia ut Sacerdos ſit idoneus, & eligibilis, ſufficit quod ab Ordinario ſit approbatus, ut ſuprà ex Tridentino eſt habitum, quod quidem non diſtinguit inter approbatos ad has perſonas, vel ad illas: & ubi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. Sic Henriquez *lib.6. cap.6.n.8.* Petrus Fay *in addit. ad 3. part.q.8. art.5.dub.9.* Fagundez *prec.2. lib.7.cap.2.n.45.* Bonac. *diſp.5. q.7. punct.4. §.1.n.22.* Ægidius *diſp.8. de pœnit.n.57.* Aug. Barboſa *de pot. Epiſcopi part.2. alleg.25.n.17.* & alii. Et id eſſe ſatis probabile, & in praxi tutum, affirmant Sanchez *lib.8.de matr.diſp.34.* (non 36. ut citatur à Stephano Fagundez, & à Diana) *n.16.* Petrus de Ledeſma *de pœnit.cap.13.poſt 1. concl.dub.8.* Lugo, Philippus, & Boſſius *locis citatis*. Necnon me citato Mendo, & Quintanadueñas *de Iubil.dup.hebdom.cap.19.n.9.*

QVÆSTIO LXIX.

An approbatus ab Ordinario pro uno loco tantùm, poſſit eligi per Bullam, aut Iubileum in toto Epiſcopatu?

NEgant Nuñus *quæſt.8.cit.art.5. dub.9.ad 9.* Alphonſus de Leone *de Iubileo, part.2.q.9.n.20.* Filliucius *tom.1.tract.7.cap.9.num.62.* Quos omnes citat, & ſequitur Lugo *diſp.21. num.23.pag 503.* Negant etiam P. Fay *quæſt.8. cit. art.5. diſp.3.* Rodrig. *in expoſitione Bullæ, dub.6.* Acoſta *ibidem, q.93.* Ledeſm. *in ſum.cap.13.de pœnit. dub.9.* Valerus *verb. Abſolutio, diff.1.n.15.* & Diana *1.part.tract.11.reſ.10. & 5.part.tract.12.reſol.48.* Caſu quo talis Sacerdos ſit approbatus limitatè pro illo tantùm oppido, ex defectu ſcientiæ, non ætatis, &c. Ita etiam Trullench *in Bull.Cruc.lib.1.§.7. dub.1.* & Ludovicus à Cruce *diſp.1.c.2. dub.9* Boſſius *loco citato*, & alii quos ſequuntur Merolla, & Bardus *loc.cit.n.8.* Mendo *ubi infrà*, & Quintanadueñas *loc cit.n.9. & 10.*

Sed ego abſolutè æquè probabiliter reſpondeo, poſſe eligi in toto Epiſcopatu, etiamſi approbatus fuerit pro illo tantùm oppido, ex defectu ſcientiæ. Quia hujuſmodi Sacerdos verè, & in rigore eſt approbatus ab Ordinario: ergo eligibilis virtute Bullæ in quovis Epiſcopatus loco. Patet conſequentia, quia Summus Pontifex non petit quod Sacerdos eligibilis per Bullam, ſit illimitatè approbatus, ſed tantùm, quod ſit ab Ordinario approbatus: ergo. Sic Henriquez *loc.cit.* Medina *2.2.q.19.art.6.col.17.* Monte 3. *part.exam. Theol.c.9.§.8.n.6.* Fagundez *prec.1.lib.7. c.2.n.22.* & alii Iuniores.

Sed inſurgit nominatim contra me Mendo *in Bul. diſp.22.c.6. num.81. & 82.* ubi vehementer miratur me aſſerere, poſſe eligi in toto Epiſcopatu illum qui dumtaxat pro uno loco ob defectum ſcientiæ fuit approbatus. Quia (inquit Mendo) pariter dicere valebat illum in toto terrarum orbe eligi. Quod ſi animadvertatur rectè, idem ſonat hæc concluſio, ac ſi aſſereret: hic & nunc poteſt homo innumeris illaqueatus vitiis, cenſuris, contractibus, & ſimilibus eligere in Confeſſarium Sacerdotem omnium earum rerum ignarum, inſcium, ac illiteratum, eo quòd pro decem ruſticis ſimplicibus cujuſdam pagi fuerit approbatus; hæc enim propoſitio particularis continetur in univerſali edocta abſolutè à Leandro: quo quid abſurdius? Refert ipſe pro ſua opinione aliquos Authores, ſed nullum eorum hoc tenuiſſe mihi perſuadeo. Quin P.Henriq. ab ipſo pro ſe citatus, oppoſitum expreſsè docet *ubi ſup.n.8.in fine.* Huc uſque in me Mendo, vehementer (ut ait) meam ſententiam miratus. Sed certè ipſe in hoc multò valdè mirabilior, eo quòd jam antequam ſuum opus prælo mandaret, neſcio quo ductu bellum adverſus mea evulgaverit ſcripta, & verè ſtat, levi adhuc occaſione oblata, promiſſis. Sed quàm laſſa, & flaccida ad dictum ſint ejus argumenta ex reſponſione ad illa, data occaſione conſtabit. Nunc

Ad argumentum factum facillimè Reſpondeo, iterum, atque iterum concedendo, quod ille Sacerdos qui adhuc ob defectum ſcientiæ dumtaxat fuit approbatus pro uno oppido, aut loco, rectè poſſit in Confeſſarium eligi in toto terrarum orbe ab habente Bullam Cruciatæ, loquendo abſolutè, & attenta juriſdictione, & facultate, quam illi delegat Pontifex vigore dictæ Bullæ. In quo nihil abſurdi à docto viro reperiri valebit. Quia ut benè doctiſſimus Henr. loco à me pro me, quidquid renuat Mendo, benè citato, quamvis Epiſcopus poſſit reſtringere Confeſſarium ad certum locum, & oppidum, tamen talis reſtrictio, & coarctatio ſolùm poteſt habere locum quantum ad juriſdictionem & facultatem ab eodem Epiſcopo

non ab alio ſuperiori illo delegatam. Nec certè poteſt reſtringere, aut impedire ampliſſimam juriſdictiunem, quam confeſſario dicto per Bullam Pontifex delegat, ut conſtat: ergo hujus delegatæ juriſdictionis aptus eſt ex ſe, & abſolutè loquendo, ut in toto orbe terrarum ab habente Bullam in Confeſſariunn eligatur.

Nec quid contra me urget id quod malè infert Mendo contra me. Nempe poſſe hominem quemconque illaqueatum vitiis, cenſuris, contractibus, & ſimilibus, eligere vi Bullæ in Confeſſarium Sacerdotem omnium harum rerum ignarum, inſcium, & illiteratum, eo quod pro decem ruſticis ſimplicibus cujuſdam oppidi, ſeu pagi fuerit approbatus, quia licèt hoc ſit negandum in caſu contigenti, fatendum tamen eſt, id nō provenire ex defectu juriſdictionis Confeſſarii, cùm verè, ut diximus, illam ex delegatione Papæ habeat, ſed ex alio priocipio, nempe ex eo quod reſpectu dicti hominis, & pœnitentis, non ſit aptus, & idoneus Confeſſarius ex defectu ſcientiæ; ſed hoc, ut vides, eſt per accidens, & poteſt contingere ſtando adhuc in ſententia dicti Authoris. Nam demus, quod perſona aliqua illaqueata enarratis vitiis, peccatis, & cenſuris, eſſet è numero illorum decem ruſticorum, aut denuò ad habitandum cum illis accederet, tunc inquiro à te Mendo, aut in tali eventu poſſet eligere dictum Confeſſarium, aut non. Si concedas poſſe, ergo & poterit vi Bullæ, etiam ille qui alibi baberet domicilium. Si neges id poſſe, tunc rurſus inquiro à te, aut id provenit ex defectu juriſdictionis Confeſſarii, aut defectu ſcientiæ: dices quod oon eſt defectu joriſdictionis, cum verè ſit approbatus pro toto illo oppido, & pro omnibus perſonis inibi cohabitantibus, de quarum numero eſt dictus peccator: ergo cogeris neceſſariò fateri, ſolùm id provenire ex defectu ſcientiæ: non ergo, nec leviter mireris, ſi id contingere poſſet, juxta meam doctrinam. Diſtingue ergo amice inter defectum juriſdictionis, & defectum ſcientiæ, & ſic intelliges meam doctrinam eſſe ſanam & ab abſurdis longè alienam.

Et illam denuò confirmo alio caſo, aut eventu. Nam demus, quod perſona alterius oppidi aut Diœcesis eſſet ruſtica & ſimplex, ſimiliſque conſcientiæ illorum decem ruſticorum, tunc certè (quidquid ſine fundamento ollo neget Mendo) verè poſſet eligere vi Bullæ eundem Confeſſarium, cum hic per illam juriſdictionem delegatam habeat: ergo & poterit quilibet alius abſolutè loquendo, attenta juriſdictione. Quod ſi ex defectu ſcientiæ aliquis non poſſit eſſe electus, id eveniet per accideus, ſicut per accidens non poſſet Confeſſarius qui alium defectum haberet, ob quem non eſſet idoneus ad audiendas hujus, vel illius confeſſiones, veluti ſi linguam pœnitentis nō calleret, &c. Ex quo infero contta eundem Authorem *loc. cit. n.* 108. apptobatum à Vicario Matritenſi, poſſe eligi per Bullam in toto Archiepiſcopatu Toletano: imò & alibi, ut ex dictis conſtat.

Nec Henriquez contrarium tenet, ot malè in me obiicit Mendo, qoia ſolùm dicit, quod Confeſſarius qui vi Bullæ eligi à quocunque poſſit, debeat eſſe idoneus, juxta Concilium Trident. quod eſt omnino verum, ſed non contra nos, cum id ingenuè fateamur. Legatur pro me ipſemet Mendo *diſp.* 22. *c.* 10. *n.* 105.

Quæstio LXX.

An etiam qui ſimpliciter, & abſque ulla limitatione eſt in uno Epiſcopatu expoſitus, poſſit eligi in quocunque alio Epiſcopatu virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei?

NEgare debent Authores nuper pro prima ſententia adducti, & expreſsè negant Beja, Canus, Laymao, & Sà apud Candidum *diſquiſitione* 24. *art.* 64. *n.* 3. qui docet id eſſe ſatis probabile. Garcia, Campanilis, & alii quamplures apud Boſſium ubi *infrà*. Torreblanca *loc. cit. n.* 25. *pag.* 392. & alii.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe, ob rationem factam. Sic Candidus *n.* 2 & apud illum Henriquez, Sotus, Ægidius, Nuñus, & Medina. Boſſius *loc. cit.* §. 7. *n.* 215. ſic dicens: Concedente Bulla, vel Iubileo privilegio Pontificis facultatem eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario, Sacerdos, ſive ſæcularis, ſive regularis, ſemel abſolutè approbatos à ſuo Ordinario Epiſcopo, ſive ille Epiſcopus ſit originis, ſive beneficii, ſive domicilii, & ſive ſit Epiſcopus pœnitentis, ſive confeſſarii, ſive loci ubi audiuntur confeſſiones, & conſequenter à quocunque Epiſcopo, ſeu Ordinario ſimpliciter approbatus virtute Bullæ, & Iubilei, vel privilegii, poteſt ubiqoe terrarum licitè & validè eligi, ſaltem quoad forum conſcientiæ. Sic Boſſius. Et apud illum ultra citatos, Corduba, Petrus Ledeſma, Reginald. Valerus, & alii, quos ſequitur Diana 1. *p. tr.* 21. *reſ.* 7. Fay, Llamas, Portel, Fernandez Joan. de Cruce, Filliuc. & alii apud illum, & eſſe ſententiam valdè probabilem, & in praxi tutam, ait Th. Hurtado *tom.* 2. *tr.* 12. *c.* 1. §. 2. *dub.* 2. *n.* 2041. & 2056. & 2061. & Mendo *loc. cit.*

Quæstio LXXI.

An Sacerdos approbatus pro determinato tempore tranſacto illo ſit eligibilis per Bullam, aut Iubileum?

NEgant P. de Ledeſma *in ſum. c.* 13. *de pœnit. dub.* 10. *pag. mihi* 429. & Bardus *ſect.* 5. *n.* 87. exiſtimans oppoſitum improbabile.

Affirmant verò Acoſta *in explicat. Bullæ, quæſt.* 39. *in fine*, & alij, quia talis confeſſarius ſimpliciter eſt approbatus.

Sed ego ſub diſtinctione reſpondeo: eſſe quidem eligibilem virtute Bullæ, ſi ſolo ductu voluntatis Ordinarii, abſque ulla alia cauſa pro limitato tempore fuit expoſitus, ſecus ſi aliàs. Sic Petrus Fay *quæſt.* 8. *art.* 5. *diſp.* 3. *concl.* 4. *ad* 3. Diaoa 1. *part. tr.* 11. *reſ.* 11. Et hac limitatione poſita, dicit probabile Ledeſma. Lege Dianam *loc. cit.* & Mendo *loc. cit. cap.* 7. ubi contra me multa obiicit, ſed io vanum, ut docto conſtabit.

Quæstio LXXII.

An Sacerdos ſemel approbatus, ſi abſque cauſa ab Ordinario reprobetur, aut ſuſpendatur, ſit eligibilis per Bullam?

NEgant Ioao. de Cruce *in Sum. part.* 2. *de pœnit. q.* 5. *dub.* 4. *concl.* 4. & alii, quos ſequitur Mendo *in Bullam, diſp.* 22. *c.* 8. *n.* 94.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe eligibilem, ſi non ex culpa propria, ſed ex malitia Ordinarii, vel officialis prohibitus fuerit ab admioiſtratiooe Sacramenti pœnitentiæ. Quia hujuſmodi Sacerdos jam ſemel fuit approbatus, & repotatus idoneus ab Ordinario ad confeſſiones audiendas: ergo benè poteſt eligi per Bullam, etiamſi actu approbatus non ſit (cum Bulla id non requirat) imò & reprobatus, ſine cauſa tamen. Quia hujuſmodi revocatio ſine cauſa facta eſt quaſi ablatio juris jam adquiſiti, vel quaſi revocatio ſententiæ juſtæ ſine cauſa: ergo non tantùm erit injuſta, ſed etiam nulla, ergo, &c. Sic Acoſta *in explicat. Bullæ, quæſt.* 40. & putat probabile Cruz *loc. cit.* & refert Diana *tract.* 11. *citato, reſolut.* 12. qui tamen nec ex proprio, nec ex alieno quidquam reſol-

uit

vit, poſſet tamen, & conſentire deberet, ex his quæ reſoluit *3.part. tract.st.2. de dubiis regul.reſol.*22. Sic etiam Bardus *in Bull.tract.5.cap.1.ſect.5.n.*100. dicens hanc ſententiam ut probabilem defendere aſtringi, qui probabiliter cenſent revocationem ſine cauſa factam eſſe irritam, ut Faguudez, Suarez, Lugo, & Filliuc.defendunt.

QVÆSTIO LXXIII.

An ſi Epiſcopus approbaret aliquem tanquam idoneum, nullam tamen concederet juriſdictionem, poſſet eligi in Confeſſarium virtute Bullæ?

RESpondeo: poſſe, quia revera dictus Sacerdos eſſet approbatus ab Ordinario, quod ſolùm requirit Bulla: ergo capax eſt juriſdictionis, quam Pontifex per Bullam cuilibet approbato concedit. Sic Henriquez *lib.6.c.6.n.3.* Rodriguez, Gutierrez, & Ludovicus à Cruce, quos citat, & ſequitur Ægid. Trullench *loc.cit.dub.3.n.3.pag.*193. Boſſius *de Iubileo ſect.3.caſu 2.§.1.n.6.* per hæc verba: Simpliciter approbatus abſque delegatione juriſdictionis, non poterit audire confeſſiones, niſi illorum, qui vi Bullæ Cruciatæ obtentæ, vel Iubilei promulgati, vel de licentia proprii Parochi poſſunt confiteri cui voluerint approbato. Sic ille. Et antea optimè Llamas *1. p. Method.c.6.§.5.* & penes illum Adrianus *de Confeſſ. dub.8.*& Navar.*ſuper c.Placuit,de pœn.6.diſt.n.8.& in Man.c.4.n.3.* necnon Bardus *in Bul.tr.5.c.1.ſect.1.* & me citato Mendo *in Bull.diſp.22.c.2.n.35.in fine.*

QVÆSTIO LXXIV.

An ſi quis approbetur ab Epiſcopo, ſed Epiſcopus interiùs non judicat eum idoneum ad illud munus, poſſit validè audire confeſſiones?

NEgat Bonac.*diſp.5.de Sacr.q.7.punct.4.§.1.n.*29. qui citat etiam Suarium *diſp.28.ſect.5.n.7.verſ. Et fortaſſe*, & Reginaldum *lib.1.n.*197. quia Concilium duo videtur requirere, ut quis validè abſolvat, nempe quod *idoneus judicaret, & approbationem obtineat*. Negant etiam Angelus Boſſius *de Iubileo ſect.3. caſu 2.§.1.n.3.pag.mihi* 256. & Auguſtinus Barboſa *de poteſt.Epiſc.part.2.alleg.15.n.19.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe validè audire Confeſſiones, & abſolvere. Quia revera idoneus eſt, & approbatus ab Epiſcopo; licèt Epiſcopus putet, eum non eſſe idoneum. Sic Lugo *diſp.21.n.25.p.*503. qui meliùs (ſicut & Boſſius) citat Suarium *loc.cit.* pro hac ſententia, quàm Bonacina pro ſua. Imò meo videri idem ſentire videtur Boſſius *loc.cit.§.4.num.*142. *pag.*280. (licèt ſibi contrarius) ubi conſtanter contra Petrum de Ledeſma *de matrim.q.45. art.5. punct.3. dub.4.* Medinam, & Layman affirmat cum Sanchez *lib.3.de matrim. diſp.22. num.35.* & Baſilio *lib.5. de matrim.cap.19. num.14.* valere Confeſſionem factam Sacerdoti, cui Epiſcopus facultatem audiendi Confeſſiones fictè conceſſit, nempe ſolis externis verbis, abſque vera intentione, & etiam valere caſu quo Epiſcopus videat Sacerdotem non approbatum audire confeſſionem ſæcularis; & tacens revera non conſentiat, nec det licentiam. Sic ille, & benè, ſed non conſequenter. Sic etiam me citato Mendo *in Bull. diſp.12.c.10.n.112. & 113* Quintanadueñas *infrà q.99.* citandus, Bardus *in Bull.tr.5.c.1.ſect.8.n.113.* qui ad fundamentum contrarium bene cum Lugo reſpondet, quod judicium de idoneitate, quod Concilium requirit, non eſt judicium internum, ſed externum, quod quidem in ipſamet externa approbatione imbibitur.

QVÆSTIO LXXV.

An Religioſus qui obtinuit licentiam ab Epiſcopo audiendi Confeſſiones, poſſit eas ſine licentia ſui Prælati validè excipere?

NEgant Angel.*v.Confeſſor 3.§.4.* & alii Neoterici apud Dianam *1.part.tract.11.reſ.12.* Rodriguez *tom.1.q.60.art.3.*& Boſſius *de Iubileo,ſect.3.caſu 2.§.5.n.195.* Qui refert Navarrum *in man. cap 4. n.6.* Sylveſtrum, Lopezium, Conradum, Henriquez, Fagundez, & alios.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe validè, quia talis Sacerdos verè habet poteſtatem Ordinis, & juriſdictionis. Sic Pitigian, Nuñus, Salas, Angles, Ioan.de Cruce, Homobonus, & Villalobos, quos omnes citat & ſequitur Diana *1.part.tract.11.reſ.15.& in add.in fine 3.part reſol.7.*

Sed ex his Doctoribus, quos Diana refert, oppoſitum tenet expreſsè Ioan. de la Cruz *de ſtatu Relig. lib.2.c.6. dub.2.concl.1.* loquendo de Religioſis Ordinis Prædicatorum Hîc tamen bene advertit Diana, dictum Confeſſarium in eo caſu non poſſe abſolvere pœnitentem ab illis caſibus, à quibus abſolvere poſſet virtute privilegiorum ſui Ordinis, cum non habeat licentiam audiendi Confeſſiones à Prælatis Religionum. Sic etiam tenent ante hos Doctores Adr. *q.1 de Confeſſione,dub.1.verſ.ſed circa hoc,fol.mihi* 266. Trullench *c.6.cit.n.8.* & Layman *lib.5.tract.6.c.10. n.19.* Graffius *1.part.lib.1.c.13.n.*88. Miranda *tom.1. Man. Prælat.q.45.art.12.* Zerola *in praxi pœnit.c.26. q.6.* Lezana *in ſum.qq.regul.c.19.n.12.* & communis apud recentiores.

Nec oppoſitum docet Navar. *c.4.cit.n.6.*(aliàs 2.) ſed potiùs noſtram ſententiam per hæc verba: At in ſecundo caſu, nempe quando non ſunt niſi venialia peccata, &c. non poteſt licitè abſolvere, quamvis valeat abſolutio ſecundùm doctrinam illam Palud *in 4. diſt.17.quæſt.3.* à S. Anton. *3.part. tit.17.c.17.* Angelo *in verb. Confeſſio,§.4.* & aliis receptam, nempe Religioſum non poſſe audire confeſſionem aliquam, niſi ad hoc à Prælato ſuo fuerit tanquam idoneus expoſitus, etiamſi pœnitens aliàs ex privilegio Sum. Pontificis poſſit quemcunque Sacerdotem, ſive ſæcularem, ſive regularem eligere, eo quòd Religioſus non habet velle, aut nolle, *cap.Nullus, cap. Quorundam, de elect.in 6.* Quod ſanè judicio meo de illo Religioſo debet intelligi, cui aliquo ſtatuto ſuæ Religionis, vel imperio ſui ſuperioris eſt negata facultas audiendi confeſſiones, non autem de aliis. Tum quia nullus textus, aut ratio reperitur, quæ opinionem Paludani contra illos fundare valeat. Tum quia Religioſus in multis habet velle, & nolle, juxta Divum Thomam receptum 2.2. *q.140. art.5.* & Dominic. *in d. cap. Quorundam.* Tum denique, quia audire confeſſiones eſt opus charitatis: & quemadmodum Religioſus abſque alia ſuperioris facultate, dummodo ſibi præceptis non deſit, neque prohibita tranſgrediatur, poteſt componere pacé inter duos ſibi inimicos, & conſulere bene ipſum conſulenti, à fortiori poterit componere pacem inter Deum, & proximum, ut ſalvetur. Sic meus Navar. qui clarè ſtat pro nobis.

QVÆSTIO LXXVI.

An ſaltem peccet mortaliter Religioſus qui abſque licentia ſui Prælati Confeſſiones excipit?

AFfirmat Peregrinus *ad ſuas conſtitution. 1. part. cap.5.§.5.* Boſſius *de Iubileo ſect.3. caſu* 2. §.5. *num.* 178. ubi ſic ait: Religioſus qui inconſulto, & invito ſuo Prælato tales confeſſiones audiret, graviter peccaret, & poſſet ab eodem Prælato puniri, ut expreſsè docent Sotus, Graſſius, Henriquez *loc.cit.* Tamburinus *n.3.* Sic ille. His addi poſſunt Angles *in 4. quæſt. de Confeſſ. art.*8. *diff.*8. & alii apud Dianam *loc.cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non peccare mortaliter ex ſe, niſi aliàs conſtitutiones ſuæ Religionis ad mortale obligent. Sic Molfeſius, & Megala, quos citat, & ſequitur Diana *reſol.13. citata*, & ante ipſos Navarrus loco nuper citato. Cano *relect. de pœnit. part.5.* & alii, quos ſequuntur Ioannes Sancius *diſput.48.num.* 26. Bardus *in Bullam, tract.5. cit. cap.2. ſect.2. quæſt.8.num.49.* & me citato Mendo *in Bull. diſp.22. cap.10. num.109.*

QVÆSTIO LXXVII.

An Religioſus ab Ordinario approbatus, ſed ſuſpenſus à Prælato Religionis, poſſit eligi per Bullam ad Confeſſiones audiendas?

NEgant Henriquez *lib.6. cap.6.num.6. & cap.18. num.6.* Sylveſt. *verb. Confeſſor* 2.§.2. Rodriguez *in addit.ad* §.9.*num.7.&* 8.*tom.1.qq. regul.quæſt.60. art.2.* Medina, Angel. Ledeſma, & Alexand. quos citat, & ſequitur Fagundez *præc.2. lib.7. cap.2.n.32.* Ioan. de Cruce *lib.2. de ſtatu Religionis, cap.6.dub.2.* Boſſius *de Iubil. loc.cit. num.*198. qui pro hac parte citat ultra aliquos ex citatis Doctoribus, Doctiſſimum Navar. *in man.cap. 4. num.6.* Lopezium *in ſuo inſtructorio, c.26.* Vegam 1.*part.ſum.cap.26. caſu* 26. Sed ex his Doctoribus ſaltem Navar. in oppoſitum inclinat *num.6.* citato.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe eligi, quia verè eligeretur Confeſſarius approbatus ſemel ab Epiſcopo, quod ſufficere, ex dictis conſtat. Sic Navar. *cap.4. num.7.* (aliàs 2.) Petrus de Ledeſma *in ſum. c.14. de pœnit. dub.12.* Acoſta *in expoſit. Bullæ, q.41.* Diana 1.*part.tr.11.reſol.13. & 5. part.tract.32.reſol.49.* Villalob. 1.*part.tract.9. diff.50.num.4.* Ludovicus à Cruce *diſp.1.cap.2. dub.16.num.5.* Ægid. Trullench *lib.1.§ 7.cap.1.dub.6.n.7.* & alii. Verùm eſt, quod in tali caſu peccaret talis Religioſus mortaliter, vel venialiter, juxta qualitatem præcepti, aut prohibitionis, ut notant Diana, & Trullench. Intellige hanc ſententiam, caſu quo ſuſpenſio facta à Prælato ſit facta per ſimplicem prohibitionem, aut etiam per præceptum formale; quia cum per hoc non auferatur approbatio, aut idoneitas à Religioſo: nec habilitas ad hoc ut poſſit eligi virtute Bullæ aufertur, ſecus verò eſt cenſendum caſu quo Prælatus ſuſpendat ſuum ſubditum juridicè, ex cauſa cognita propter inſcientiam, vel pravos mores, declarando illum minimè eſſe idoneum ad confeſſiones audiendas, quia tunc non poſſet eligi adhuc vigore Bullæ, cum hæc præſupponat confeſſarium eligendum virtute illius debere eſſe idoneum, & approbatum. Lege Thomam Hurtado *tom.2.tract.12.c.2.§.2.dub.4 pag.469.* & Quintanadueñas *de Iubil.dupl. hebdom. cap.19.n.3.* & dicta à nobis *ſup. quæſt.65.*

QVÆSTIO LXXVIII.

An dictus Religioſus ab Epiſcopo approbatus, ſed à ſuo Prælato ſuſpenſus, poſſit etiam abſque Bulla eligi à ſæcularibus in Confeſſarium?

NEgabunt à fortiori Henriquez, Sylveſter, Rodriguez, & Fagundez, & alii nuper *citati.* Negant etiam expreſsè Boſſius *de Iubileo, ſect.3. caſu* 2. §.5. *n.*181. qui ultra Doctores citatus citat etiam pro ſe Navarrum *cap.4.n.6.& cap.17.n.64.* Ioan. de Cruce *lib.2. de ſtatu Relig.c.9.dub.2.concl.2.* Tamburinum, Lezanam, & alios. Ludovicus de S. Iuan *q.6.de pœnit.art.3.dub.7.pag.457.*& penes ipſum Medina, Sylveſter, & Mancius.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe, quia dictus Religioſus verè eſt approbatus ab Epiſcopo, & retinet ſemper juriſdictionem in ſæculares. Sic Navar. Acoſta, Diana, & alii citati. Quod intellige caſu quo ſuſpenſio ſit facta per ſimplicem prohibitionem aut per præceptum, non verò caſu quo ſit lata per ſententiam juridicam, juxta nuper dicta. Lege Thom. Hurtado *loc.cit.* & Mendo *in Bull.diſp.22.cap.9.* ubi me citato multa congerit.

QVÆSTIO LXXIX.

An iis caſibus in quibus opiniones circa iuriſdictionem Confeſſarii verſantur, peccet mortaliter Sacerdos ſequendo opinionem minùs probabilem, minuſque tutam?

AFfirmant peccare mortaliter, non contra reverentiam Sacramenti, ſed contra charitatem, vel juſtitiam, ob periculum gravis detrimenti fortè pœnitenti ſecuturi, Sancius *in ſelectis, diſp.44.n.19.20. 21.22. & 23.* & Peregrinus apud Dianam 3. *parte, tract.de dubiis reg.reſol.3.*

Sed probabiliùs reſpondeo: non peccare, quia Eccleſia, ſtante opinione probabili, confert juriſdictionem Sacerdoti *ubi infra, q.103.* Sic Sanch. *in ſum. tom.1. lib.1. cap.9. n.35.* Villalobos *tom.1. tract.1. diff.13.num.5.* Vaſquez 1.2.*tom.2.diſp.156.num.17.* Salas *de legibus diſp.12 ſect.6.n.24.* Bonacina *diſp.5. §.4.n.5.q.7.* Diana *loc.cit.& 2.part.tr.13.reſ.2* & alii quos me citato ſequitur Mendo *in Bull. diſp.22.c.3. n.41.& c.10.n.109.& ſequent.*

QVÆSTIO LXXX.

An ut approbatio ſit valida, debeat dari gratis & in ſcriptis?

REſpondeo negativè, quia ille loquendi modus Tridentini, *quæ gratis detur*, tantùm dicit præceptum, non verò conditionem, ſine qua non valeat approbatio: erit ergo ex ſuo genere peccatum mortale dare approbationem pro pretio accepto: licèt veniale eſſe poſſit, ſi parum detur pro illa. Ex quo conſtat, multò minùs requiri ad valorem approbationis, quod detur in ſcriptis, cum id à Concilio nullo modo exigatur, & ita ſufficit, quod in voce habeatur, licèt conſultius ſit eam in ſcriptis recipere, ut certiùs de illa conſtet. Sic Suarez *diſp.28. ſect.5. n.10.* Fagundez *loc.cit.n.60.& 66.* Lugo *diſp.21. n.26.* & Boſſius *de Iubil.ſect.3.caſu 2.§.2. num.13. & 14.* & apud illum Graſſius, Barboſa, & communis, quam tenet me citato Mendo *in Bull.diſp.22.c.2.fine.* Quintanadueñas *de Iubil.dupl.hebdom.c.1.n.9.pag.152.*& penes ipſum Reginald. & Granados.

QVÆSTIO

QVÆSTIO LXXXI.

An Epiſcopus teneatur approbare Sacerdotes, tam ſæculares, quàm regulares, ad confeſsiones audiendas, ſi dignos eos inveneret?

RESpondeo: teneri, quia ſuppoſito quod eos ad examen admiſerit, illa approbatio non eſt actus gratiæ, ſed juſtitiæ: ergo dicti Sacerdotes habent jus in re acquiſitum ad illam: ergo injuſtè illis denegabitur. Sic Ægid. diſp.8.dub.7.n.49. Fagundez lib.7. cit.c.2.num.4. Lugo diſp.22.num.49.pag.508. Laym. lib.5.tr.6.c.11.num.3. Boſſius de Iubileo, ſectione 3. caſu 2.§.1.n.15.& 27.pag.mihi 258. per hæc verba: Ex juſtitia tenentur Epiſcopi Sacerdotibus, tam ſæcularibus, quàm regularibus, quos dignos, & idoneos invenerint, prædictam approbationem non negare ſine juſta cauſa, & graviter pecceant ſine juſta cauſa negando, & multò magis legitimè datam revocando abſque ſuperveniente cauſa. Sic ille, & apud ipſum etiam Suatez diſp.28.ſect.5.n.12. Filliuc. part.1.tr.7. c.9. num.257. & alii quos ſequitur Mendo in Bull. Cruc.diſp.22.cap.2.n.44.

QVÆSTIO LXXXII.

An ſi Sacerdotibus ſæcularibus manifeſtè idoneis injuſtè ex odio, vel malevolentia, &c. denegetur licentia, maneant eo ipſo ad confeſsiones excipiendas approbati?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Fagundez præc.2.lib.7.c.2.n.58.pag.494. quod probabile reputat Boſſius ubi infrà, quia conſenſus debitus, & injuſtè negatus, pro dato cenſetur in jure, cap. licèt, de Regularibus.

Sed longè multò probabiliùs, imò ferè ut certum reſpondeo: non manere approbatos. Quia ex Tridentino Concilio ſeſſ.23.cap.15. nemo approbatus cenſetur, niſi in re ab Epiſcopo approbationem obtineat. Sic Suarez diſp.28.ſect.5.n.6. Fagundez loc.cit. Trullench c.1.cit. dub.8.n.1. Granado tr.10. diſp.5. ſect.1.num.6. Lugo loc.cit.num.50 & Boſſius de Iubileo, ſect.3.caſu 2.num.31. Floronus de caſib reſerv.1.p. c.4.§.16.n.1. Ægidius, Filliucius, Barboſa, Tamburinus, & Valerus apud ipſum. Torreblanca lib.14. pract.c.2.n.22.& communis, quam tenent ut certam Thom. Hurtado tom.2.tr.11.c.1. reſ.34. & Quintanadueñas loc.cit.n.8.pag.233.

QVÆSTIO LXXXIII.

An ſi Epiſcopi abſque juſta cauſa non admittant Regulares ad examen, vel poſt illud injuſtè denegent illis licentiam ad confeſsiones audiendas, maneant eo ipſo approbati, non obſtante diſpoſitione Concilii?

NEgant Suarez diſp.18. ſect.5. num.13. Vaſquez quæſt.93.art.3.dub.3.n.2. Ægidius diſp 8.dub.7. num.58. Filliucius tract.7.num.257. Reginald. tom.1. lib.1.c.16. num.192. Lugo diſp.21.num.52.pag.509. Barboſa in collect.tom.1.p.2.lib.3. Clemens tit.7. Clement. dudum, num.8. Sylvius in addit.ad 3. part.q.8. art.5.quæſt.4. Pitigianus diſt.17.quæſt. unica, art.4. dub.4. Sancius diſp.48. à num.16. Monte part.3. c.9. §.8 num.2. Trullench in expoſit. Bullæ, lib.1.§.7.c.1. dubit.8. qui tamen malè citat Stephanum Fagundez pro hac parte, cùm oppoſitum expreſsè, latè, & doctè defendat loco ſtatim citando. Tenuit etiam Rodriguez in explicat.Bullæ, §.9.n.32. Sed poſtea mutavit ſententiam, ut infrà. Hinojoſa in ſuo directorio, verb.Confeſſarius, pag.109.& 101. Floronus de caſibus reſerv.1.part.c.14 §.16.num.2. Aſcanius Tamburinus de jure Abbat.tom.1.diſp.6.quæſt.12.n.6. Ioannes Valerus verb.Nullitas, diff.5 n.2. (dicens tamen ſententiam contrariam etiam eſſe probabilem.) Torreblanca loco citato, & alii quos noviſſimè ſequuntur Diana p.8. tract.1.reſ.85. Bordonus tom.1. variar.reſol.36.quæſt.1. Bardus, in Bull.tract.5.c.2.ſect.2 q.4. num.29. Mendo diſp.22.cit.cap.2.num.25.& 42.& cap.10. n.101. & Quintanadueñas loc.cit. quia jam Tridentinum ſtatuit, quod nullus Regularis poſſit audire ſæcularium confeſſiones, niſi obtenta approbatione Epiſcopi.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: manere eo ipſo approbatos, poſſeque Confeſſiones audire; quia ſic habetur in Extravaganti Super Cathedram, Bonifacii VIII.& in Clementina Dudum, de ſepulturis. Quod privilegium adhuc viget poſt Concilium Tridentinum, ut docent Navar. in man.cap.27. num.264.& 265.& Fagundez præc.2.lib.7.cap.2. num.15. & alii; Sic ipſi, & Henriquez lib.6. cap.6. num.4. Gloſſa in Clementina Dudum, cit. Vega lib.1.caſu 58. Rodriguez in addition.ad Bullam, §.9.num.30.& tom.1.qq. Reg.quæſt.59.art.2.& 10. Angel. Sotus, Graſſius, Cañedo, Palatios, Sylveſt.& Alex. quos omnes citat Fagundez Cochier. de iuriſdict.Ord.in exempt. part.7. quæſt.77. Laymao lib.5.tract.6.cap.11.num.4. Fincl. lus de caſibus reſerv. cap.3. num.3. Miranda in man. Prælat.tom.1.quæſt.4.art.6. Ioannes de Cruce in epitome, lib.2.cap.6.dub.1. Villalobos tom.1.tr.1.diff.53. num.3. Peyrinus de Religioſo ſubdito, tom.1. quæſt.1. cap.21.§.2. quos omnes refert (ſed neſcio an ſequatur) Diana 3. part. tract.1. reſol.24. Lopez cap.8 de Bulla, pag.mihi 822. Boſſius loc.cit.num.17. & apud ipſum Vivaldus tit.1. de Abſolutione, n.27. Ioannes Bapt. Lezana ſum.qq.Regul. cap.19 n.3. & alii communiter: quam noviſſimè tenent Ludovicus à Cruce in Bullam Cruc. diſp.1. cap.2. dub.19. Baunius tract.4. de pœnit. q.11. & Thomas Hurtado tom.2. tract.12.cap.1.reſol.34.§.1.dub.4. num.1896. ubi benè probat, non eſſe derogatam per Trident. Clement. Dudum, cit.

QVÆSTIO LXXXIV.

An ſi Epiſcopi abſque juſta cauſa approbent Regulares limitatè, ut ad annum (v.g.) ad viros, & non ad fœminas, ad hoc Oppidum, & non ad aliud, maneant eo ipſo abſolutè, & illimitatè approbati?

NEgant Lugo diſp.11. num.57. qui & citat pro hac parte Suarium diſp.28.ſect.7. num.19. Vaſquium q.93. art.3. dub.5.n.4. Navarrum c.4. n.10. & 11. Fagundez dicto cap.1.num.1.& Dianam 1.part. tract.2. reſol.25. Sed non benè profectò: Nam inprimis Vaſquez, & Navar. nihil habent ad propoſitum locis citatis à Lugo. Deinde Suarez, Fagundez, & Diana ſolùm loquuntur quando ex juſta cauſa Epiſcopi cum limitatione Regulares approbant, de quo ſtatim. Negat tamen Trullench lib.1. §.7.dub.7.n.4. 13.& 17.& Torrebl.lib.14.pract.c.3.n.16.& alii quos ſequitur P. Mendo in Bul.diſp.22.c.3.n.54.& 55.

Sed probabiliùs reſpondeo: manere tunc abſolutè & ſimpliciter, & abſque ulla limitatione approbatos. Quia (ut ſuprà quæſt.83.eſt habitum) Epiſcopi non poſſunt reprobare Regulares abſque juſta cauſa, & ſi aliter fecerint, eò ipſo manent approbati abſolutè ad Confeſſiones audiendas: ergo nec poterunt limitare eorum juriſdictionem ad annum, viros, &c. abſque juſta cauſa, aliàs eo ipſo manebunt approbati. Patet conſequentia, quia eadem eſt ratio de toto ad totum,

ac de parte ad partem. Sic Doctores citati pro noſtra ſententia quæſt. præcedenti. Imò eam videtur amplecti Diana *loc.cit.& 4.part.tract.4.reſ.*200. Lezana *in ſum.qq.Regul.cap.*19.*num.*6.& expreſsè Fagundez *loc.cit.num.* 16.*&* 17.*pag.*483.qui bene advertit, tunc videri Epiſcopum injuſtè limitare dictam licentiam, quando contra eandem Religionem jurgia, & convitia jaciat : ſi de Religioſis publicè, aut ſecretò detrahat : ſi Clericos ſæculares, aut alios Religioſos abſolutè, & ſine limitatione approbet, & ex aliis ſimilibus indiciis : quod etiam notarunt Rodriguez *in explicat. Bulla*, §.9. *dub.*1.*n.*33. Villalobos *tom.*1. *tract.*9.*diff.*53.*num.*2.Boſſius *de Triplici Iubilei privilegio, ſect.*3.*caſu* 2.§.1.*num.*12.*pag.mibi* 260.per hæc verba : Hinc Manuël *dicto* §.9. *n.*33. & Ioannes de Cruce *dicto cap.*6.*dub.*3. *concl.*1. inferunt, quod ſi iidem Epiſcopi ex malevolentia, & abſque juſta cauſa prædictis regularibus concederent approbationem ad tempus limitatam, vel ad beneplacitum : non tenetentur prædicti Religioſi elapſo illo tempore, vel mortuo Epiſcopo petere novam approbationem. Quod probat Manuël, quia privilegium Clementinæ in illo §.*Si verò*, conceſſum eſt regularibus ad refrenandam quorundam Epiſcoporum duritiem, & ne ab ipſis Ordioariis locorum injuſtè moleſtarentur. Tunc autem cenſerentur ex malevolentia, vel duritie, & abſque cauſa negare approbationem, vel illam limitatè concedere, ſi erga omnes Religioſos, vel omnes regulares ejuſdem Ordinis indifferenter ita ſe gerant. Ita Angelus Boſſius.

Qvæstio LXXXV.

An juſta ſaltem interveniente cauſa, poſſint Epiſcopi approbare Regulares cum limitatione ad tempus, ad perſonas, ad locum, &c.

NEgat Henriquez *lib.*6.*cap.*6.*n.*5. *&* 6. Et apud Lugum *diſp.*21.*n.*56. Villalobos, Porcel, & Vega. Sed hi Doctores non rectè ab illo citantur, ut *infrà* conſtabit.

Affirmant verò è contra ipſe Lugo, Fagundez, & Diana *locis citatis*, & alii apud ipſos, addentes quod ſufficiens cauſa ſit vel in ſufficientia Regularium, vel ſuſpicio in moribus, aut ut major experientia de illis tractu temporis habeatur, aut defectus dumtaxat ætatis, &c. Ita ante dictos Authores tenuit Suarez *de pœnit.diſp.*28. *ſect.*7.*n.*19. cum aliis.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe quidem interveniente cauſa Epiſcopos cum limitatione Regulares approbare ; hanc tamen cauſam non adeſſe quando ſolùm intervenit defectus ætatis, aut ſuſpicio in moribus (niſi aliàs Epiſcopus ſpecialem habeat cauſam tales defectus timendi) ſed quando intervenit tantùm inſufficientia, aut defectus ſcientiæ. Ratio eſt, quia approbatio, quam exigit Tridentinum *loc. cit.* ſolum eſt circa ſcientiam. Nam quoad mores tamdiu quis præſumitur bonus, quamdiu non præſumitur malus. Ex quo colligitur, quod caſu quo Epiſcopus remittat regularem privilegiatum ad examen, & Examinator dicat, ſe idoneum illum inueniſſe, tunc etiamſi Epiſcopus poſtea limitet licentiam, vt ſcilicet non audiat mulieres vſque ad Quadrageſimum annum : vel non audiat Confeſſiones, niſi in tali loco, vel niſi per annum, &c. non eſt neceſſe ſervare dictam limitationem. Sic Villalobos *tom.*1.*tr.*9.*diff* 53. *num.*2. Vega *tom.*1.*c.*62.*caſu* 7. Lezana *loc. cit.c.*19. *num.*8. & Miranda *in man.tom.*2. *quæſt.*45. *num.*10. & alii doctiſſimi Salmauticenſes. Et tenet noviſſimè Angelus Boſſius *ſect.*3.*citata, caſu* 2.§.4.*n.*80. *&* 81. *pag.mibi* 276. & Paſqualigus *deciſ.*500. *à n.*3.*uſque ad* 10. ubi ſic concludit. Quod autem ſpectat ad juriſdictionem, exiſtimo non poſſe Epiſcopos adhibere aliquam limitationem, niſi in ordine ad caſus quos ſibi reſervat, non autem ad perſonas, loca, &c & ſi adhibeant, facere contra juſtitiam. Regulares enim non accipiunt juriſdictionem ab Epiſcopo, ſed illam habent à ſummo Pontifice, & independenter ab Epiſcopis. Et ſolùm per Conc. Tridentinum dependent ab Epiſcopis quoad approbationem. Hæc Paſqualigus.

Qvæstio LXXXVI.

An approbatio Sacerdotibus ſæcularibus abſolutè, & ſimpliciter ad tempus, vel in perpetuum ſemel impenſa, poſſit ab Epiſcopis juſta aliqua ex cauſa quandiu durat, revocari?

NEgant aliqui apud Stephanum Fagundez *præc.* 2. *lib.*7.*c.*2.*n.*62.& negat ex parte Acoſta *in expl. Bullæ, quæſt.*4.

Affirmant verò è contra Vivald. *de confeſſ. n.*27. Trullench *lib.*1.§.7.*c.*1.*dub.*7.*n.*5. Ludovicus à Cruce *diſp.*1.*c.*2.*dub.*12.& Hurtado *diſp.*10.*diff.*19. Exiſtimantes etiam abſque cauſa poſſe ad nutum Epiſcoporum licitè, & validè revocari.

Sed probabiliùs reſpondeo : non poſſe quidem abſque juſta cauſa revocari : poſſe tamen data cauſa, & probata. Prima pars conſtat ex dictis, quia hujuſmodi approbatio non eſt gratia, ſed actus juſtitiæ : ergo nequit revocari juſtè ſine juſta cauſa, & conſequenter nec validè. Quia cùm ſit ſententia judicis injuſta, non poteſt auferre jus quod jam Confeſſarius habebat ex approbatione priùs poſita. Vnde ſi abſque ulla legitima cauſa revocetur approbatio illius, poteſt nihilominus talis Sacerdos poſt dictam revocationem ſine cauſa factam validè eligi in Confeſſarium ab habente licentiam eligendi Confeſſarium ab Ordinario approbatum. Secunda verò pars etiam patet, quia data juſta, & rationabili cauſa, optimè poterit ab Epiſcopo revocari dicta approbatio, cùm tunc non revocetur ob meram eius voluntatem, ſed propter novam, juſtamque ſententiam efficacem ad irritandam caſſandamque priorem. Sic Henriq. *lib.*6.*c.*6.*n.*6. Suarez *diſput.*28.*ſect.* 7.*n.*7. Fagundez *loc.cit.& n.*34. Lugo *diſput.* 21. *n.*64. *pag.*511. & in hanc partem inclinat Ægid. *diſp.*8. *dub.*7. *n.*59. & tenent etiam Diana 3. *part.tr.*2.*reſ.*22. & apud ipſum Porcel. & Peyrinus, Boſſius *loc.cit.n.*64. Torreblanca *loc.cit.n.*30. per hæc verba : Vnde Epiſcopus non deberet ſemel datam approbationem abſolutam poſtea ſine cauſa revocare non præſumpta, ſed legitimè probata, nec quovis prætextu, ſed ad ipſas confeſſiones pertinente, nec ſemel approbatum abſolutè iterum examinare, ut docet Franciſcus Suarez ubi ſuprà, *diſp.*28. Barboſa *dict. alleg.*25. *à num.*43. Sic Torreblanca, & Quintanadueñas *de Iubil.d.plur.hebdom.c.*21.*n.*1.

Qvæstio LXXXVII.

An approbatio data ad beneplacitum Sacerdotibus ſæcularibus, poſſit licitè & validè abſque ulla cauſa revocari?

AFfirmant Hurt. *diſp.*10.*diff.*19. Ocbagav.*q.*40. & alii quibus favere videtur Boſſius *loc. cit. n.*163. *&* 164.

Sed probabiliùs reſpondeo : poſſe quidem licitè ex cauſa juſta revocari, validè verò abſque cauſa etiam. Quia data fuit talis licentia cum hac expreſſa limitatione : ergo ceſſante beneplacito approbantis, eo

ipſo

ipſo approbatio ceſſabit. Sic Fagundez *loc.cit. n.*93. Lugo *diſp.*21.*n.*64.*pag.*511.Suarez *diſp.*16. *ſect.* 7. *n.*7.Henriq.*lib.*3.*de pœnit.c.*6. §. 6. Torreblanca *lib.* 14.*practic.c.* 3.*n.* 10.& 11. ſic dicens : Et tales licentiæ ad beneplacitum conceſſæ , non requirunt cauſam,ut revocentur,quia ſufficiens eſt mutatio voluntatis : ſecus tamen licentiæ generales, quæ ſine cauſa revocari non poſſunt. Sic ille : ſecus dicendum eſt loquendo de Regularibus,ob diſcrimen aſſignandum *infrà q.*90. Legatur Quintanad.*loc.cit.*

Qvæstio LXXXVIII.

An approbatio Regularibus abſolutè conceſſa poſſit licitè ab Epiſcopis revocari ſine cauſa?

AFfirmat Hurtado *loc.cit.*per hæc verba : Addimus revocationem approbationis , etiam Religioſorum,quantumvis ſine rationabili cauſa,pro ſolo nutu Epiſcopi factam , eſſe validam,& licitam. Sic ille, & apud ipſum Vaſquez , & Ochagavia. Affirmant etiam Luyſius *de pœnit.q.*8.*art.*1.*diſp.*26.*dub.*3. Sancius *diſp.*48.*n.*13. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe , ut conſtat ex dictis *q.*83. Et ita tenent DD *ibidem* , pro noſtra ſententia adducti,præcipuè Diana 3.*part.reſol.*22.*cit.* & 4.*part.tract.*4.*reſol.*200. (vbi pro hac parte refert ex Barboſa,Gauanto, & Peyrino duas declarationes Sacræ Congregationis Epiſcoporum ,) & alij apud ipſum.Boſſius *loc.cit num.*164. Torreblanca *loc.citat.* & alij,quos nouiſſimè ſequitur Thom. Hurtad. *tom.* 1.*tract.* 12.§.2.*dub.*3.*num.*2146. vbi ait ſententiam contrariam eſſe hodie practicè improbabilem. Quia non poſſe Epiſcopos,nulla iuſta cauſa interueniente, reuocare Regularibus licentias ad audiendas confeſſiones à ſe conceſſas,decrevit Pius V. *in Bulla Vniverſali*,quam approbavit Urbanus VIII.*in Brevi edito anno* 1629.*die* 30.*Ianuarij* , quod incipit : *Aliàs à nobis* , & ſecuta eſt multoties ſac.Congregatio.

Qvæstio LXXXIX.

An validè ſaltem ſine cauſa revocari poſſit?

AFfirmant etiam Prædicti Doctores, & nonnulli alij.

Sed probabiliùs reſpondeo , nec validè poſſe,propter rationem ſupra aſſignatam. Et ſic docent Suarez,Fagundez,Ægidius,Lugo,Peyrinus,Portel. Diana,Boſſius,Torreblanca *loc.cit.*Lezana *ſum. qq. Regul.c.*19. *n.*9. & alij.

Qvæstio XC.

An Epiſcopus poſſit etiam abſque cauſa revocare approbationes Regularium,ſi data fuerunt ad beneplacitum ſuum ?

AFfirmant Lugo *diſp.*21. *n.*63. *pag.*511. & alij Doctores,quos ſequitur Diana 3.*part. tract.* 4. *reſol.*26.& 2.*part. tract.*4. *reſol.* 110. Sed certè non conſequenter. Fundamentum horum Doctorum poteſt eſſe , quia ita cenſuit Sac. Congregatio *die* 19. *Martij* 1619.

Sed probabiliùs reſpondeo , non poſſe abſque juſta cauſa , quia licentia , quæ Regularibus datur ab Epiſcopis ad Confeſſiones audiendas , non eſt propria licentia, ſed approbatio perſonæ , quoad ſufficientiam , & idoneitatem ad confeſſiones excipiendas, qua ſuppoſita , ſtatim Papa concedit illis facultatem, & juriſdictionem ad Sacramentum Pœnitentiæ miniſtrandum,ut patet ex Clement. *Dudum* , *cit.* ergo nequit prædicta licentia,ſeu approbatio ad libitum Epiſcopi revocari. Sic Peyrinus *ſuper privileg. Minim.tom.*1.*conſtit.*1.Sixti IV.§.2.*n.*44. Fagundez *loc.cit.n.*31.& 65.Trullench *loc.cit.n.*17.& Ludovicus à Cruce apud ipſum. Sic etiam Paſqualig. *deciſ.* 500.*ſuprà q.*85.*cit. ubi n.*7. ita dicit : Hinc fit,quod approbatio conceſſa ad beneplacitum, non poſſit revocari,aut ſuſpendi,niſi approbatus fiat talis, ut non deberet approbari, ſi denuò eſſet approbandus. Vnde neceſſe eſt, quod in ipſo fiat talis mutatio,aut ſecundum mores, aut ſecundum doctrinam , ut evadat inhabilis ad audiendas confeſſiones. Approbatio enim eſt per modum ſententiæ,quia Epiſcopus debet ut judex judicare de habilitate Regularis in ordine ad audiendas Confeſſiones ; unde licèt ſit facta ad beneplacitum,non poteſt retractari,niſi ea ſuccedant,quæ reddant ſententiam injuſtam,alioquin manente ſententia juſta , retractio eſſet actus injuſtitiæ. Sic Paſqualig. Et ſic Thom.Hurtad. *loc.cit.n.*2146. ubi explicans mentem ſacræ Congregationis, inquit quod quando dixit , quod Ordinarij poſſunt revocare licentias Regularibus conceſſas ad beneplacitum, intelligendum eſt , quando ſubeſt rationabilis cauſa pertinens ad Confeſſiones,vt explicat Vrbanus VIII. necnon Declarationes Cardinalium ſuo tempore editæ. Sic Thom.Hurtad.

Qvæstio XCI.

An novus Epiſcopus poſſit omnium Regularium licentias ſuſpendere , & de novo illos etiam ſine rationabili cauſa examinare?

AFfirmant abſolutè Suarez *diſp.* 18.*ſect.*8.Nuñus *in explicat.Cruciatæ*,§. 11. Petr.de Ledeſma *cap.* 23. *de pœnit.* latè,& mordicus Sancius *in ſelectis diſp.* 48.*per totam.*Hurtado *diſp.*10.*diff.*19. Diana 3.*part. tract.*2.*reſol.*27.& 4.*p. tract.*4.*reſol.*200. vbi affert duas pro hac parte declarationes Cardinalium , & Mirandam, Riccium, Zanardum,Fagundez, Lezanam, Aldanum , & alios, quos noviſſimè ſequuntur Baunius *q.*10. Bardus *in Bull.Cruc.tract.*5.*c.*2.*ſect.*1. *q.*6.*n.*58. Thom Hurtad. *tom.*2.*tract.*12. *cap.*1.§.2. *dub.*3.*n.*2139. & Mendo *loc.cit.n.*58.

Negant verò abſolutè Vivaldus 1. *p. de Abſolutione, fol.mihi* 122. ubi etiam adducit declarationem quandam Cardinalium factam *anno* 1587. (quam ſe vidiſſe teſtatur,)continentem,ſemel approbatum Regularem non teneri iterum examinari. Vbi etiam citat pro hac parte Navarrum,quam tenet *c.*27. *n.*16. Vega *cap.*62. *caſu* 8. Henriquez *lib.*9.*c.*7. Lopez 2. *part.inſtruct.Confeſſ.c.*4. *de Bulla, fol.mihi* 805. Rodriguez *in explicat. Bullæ* , §.9. & Ioannes de Cruce *in epit.lib.*2.*dub.*4. & alii.

Sed ego , nec abſolutè affirmando , nec abſolutè negando, ſed media via incedendo Reſpondeo : poſſe quidem ſuſpendere licentiam alicujus Sacerdotis Regularis, interveniente aliqua iuſta , & rationabili cauſa ad Confeſſiones ipſas pertinente ; veluti ſi Regularis confeſſor illicitè ſe gerat in adminiſtratione Sacramentorum ; non tamen poſſe generaliter, cauſa non cognita,nec probata,revocare, vel ſuſpendere ad nutum licentias omnium Regularium. Quia ad primum tantùm ratione officij habet poteſtatem, non ad ſecundum , quod rectè probant Doctores ſecundæ ſententiæ,ſicut primum primæ Authores. Sic expreſsè Vaſquez *quæſt.*93. *art.* 3.*dub.*7. *num.*3.& 4. Villalobos *tom.* 2.*tract.*9.*diff.*53.*num.*5.Et doctus,& amicus Alphonſus de Carranza *in quodam conſilio, contra Archiepiſcopum Toletanum,& in favorem Regularium edito*,& alii.Lege Thomam Hurtado *loc.cit. num.* 2143. ubi iam expreſsè hanc noſtram ſenten-

tiam ut veram tenet, & eam ex declarationibus, tam Pontificiis, quàm Congreg. ſacræ probat, licèt *num.* 2148. aliqualiter id limitet.

QVÆSTIO XCII.

An qui ab Epiſcopo facultatem omnia Sacramenta adminiſtrandi obtinuit, cenſeatur approbatus ad Confeſſiones audiendas?

RESpondeo affirmativè, quia verbo generali omnia comprehenduntur. Sic Henriquez *lib.* 11. *c.* 3. *n.* 5. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 35. *n.* 8. Reginald. *lib.* 1. *n.* 71. Fagund. *prac.* 3. *lib* 7. *c.* 2. *n.* 6. & alij.

QVÆSTIO XCIII.

An qui ab Epiſcopo licentiam indefinitam ad adminiſtranda Sacramenta obtinuit, poſſit adminiſtrare alia præter Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ?

NEgant Henriquez, Sanchez, & Fagundez *locis citatis*, ubi aiunt quod ſi Epiſcopus in approbatione dicat: *Approbamus N. ad adminiſtranda Sacramenta in hac noſtra Diœceſi*, tunc hujuſmodi approbatio ſolummodò intelligatur circa Sacramentum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe omnia adminiſtrare Sacramenta. Quia verbum indefinitum æquivalet generali, quo omnia comprehenduntur, juxta *cap. Si Romanorum, diſt.* 19. §. *ducendo*, & nos latè probavimus *in expoſitione ad caput* 45. noſtræ propriæ Regulæ confirmatæ ab Innoc. III. anoo Domini 1198. ſub ſanctis Patriarchis (ſic eos vocat ſemel, ac iterum Sanctiſſimus Dominus Noſter Vrbanus Papa VIII.) Ioanne de Matta, Sapientiſſimo Doctore Pariſienſi, & Felice de Valois, Anachoreta, noſtri Sacri Ordinis Fundatoribus. Et poſtea (quia penè collapſa) reformatæ, & in priſtinum ſtatum redactæ per Ven. Patrem noſtrum Fr. Ioannem à Conceptione, Clementis VIII. authoritate, anno Domini 1599. Ex quo Conſtat *Primò*, falsò dixiſſe Azorium 1. *part. lib.* 13. *c.* 11. *col. mihi* 1660. Nos ſub Sancti Auguſtini regula militare. Secundò, valdè dormitaſſe Fr. Antonium Daza in Chronica Seraphici Ordinis, 4. *part. lib* 4. *c.* 1. *fol.* 72. dum abſque ullo prorſus fundamento ſcripſit, noſtri cœleſtis Ordinis Reformatorem fuiſſe Reverendiſſ. Patrem Fr. Andream de Velaſco, Seraphicæ Religionis Religioſum. Siquidem poſtquam Regia Philippi III. authoritate noſtrum Diſcalceatorum Ordinem viſitavit, in mortis articulo finaliter conſtitutus, proprio aſſeruit ore, ſe tantum à Reformatoris officio effectivè abeſſe, ut in noſtris nec veniale adhuc peccatum, erroremve levem reformatione dignum inveniſſet. Quo in mortis diſcrimine, omni à fortiori exceptione teſte majori extante, miror valde quomodo inter præfatos Seraphici Ordinis Patres tantus increverit error, ut adhuc nomine tenus non reformatorem apparenti Reformatoris pictura permiſerit laureare. Reſipiſcant obſecro, & deleant ſcripturam de hac re, & picturam. Sed jam ad noſtram reſponſionem redeuntes, illam docet Baſilius Legion. *lib.* 5. *de matrim. cap.* 29. & extat quædam declaratio Cardinal. apud Farinacium *pag.* 275. ut notat Hurtado *diſp.* 5. *de matrim. diff.* 11. *n.* 37. *in edit. Plantin.* & dicit eſſe probabilem. Tenet etiam Reginald. *loc. cit.* Nam ſolùm dicit, per illa verba maximè ſignificari Sacramenta Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, tanquam præcipuæ neceſſitatis. Vbi haud obſcurè innuit, minùs principaliter etiam Sacramenta ſignificari, ideo nec hæc à Bonacina *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. *n.* 5. excluduntur. Tenet etiam hanc partem citatus Mendo *in Bull. diſp.* 22. *c.* 11. *n.* 114.

QVÆSTIO XCIV.

An quis ſufficienter cenſeatur approbatus ad Confeſſiones audiendas per licentiam tacitam Epiſcopi, aut (quod idem eſt,) per ratihabitionem de præſenti?

NEgant aliqui, quos ſuppreſſo nomine, refert Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 5. & inſinuat Suarez apud Coriolanum, quamvis in re contrarium dicat *diſp.* 27. *ſect.* 4. *dub.* 4. *n.* 16. Negant tamen expreſsè Tabiena *verb. Abſolutio* 1. *n.* 43. & Nuñus *in addit. q.* 8. *art.* 5. *dub.* 1. *diff.* 1. *pag.* 433. *&* *dub.* 2. *pag.* 439. & apud ipſum Major, Gabriel, D. Antoninus, Adrianus, & Henricus, & dicit eſſe id commune inter univerſos Theologos. Sic etiam Layman *c.* 10. *cit. n.* 10. *pag. mihi* 122. per hæc verba. Idemque eadem ratione ſentiendum eſt de præſumptione conſenſus præſentis, quæ licèt rationabilis ſit, tamen nihil confert ad valorem Sacramenti, ſi re ipſa conſenſus ſigno quocunque declaratus, & conſequenter juriſdictionis commiſſio defuit, ſicuti benè explicat Medina *q.* 31. *corol.* 2. *C. de Confeſſ.* Hucuſque Layman, cui adde Ludovic. à Cruce *in Bull. diſp.* 1. *c.* 2. *dub.* 20. *n.* 24. Pharaonium *de pœnit. tract.* 1. *ſect.* 17. *caſu* 21. & Quintanadveñas *de jubil. dup. hebdom. c.* 21. *n.* 11.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, ſufficienter cenſeri approbatum. Nam ſi Epiſcopus videns aliquem Sacerdotem non approbatum, audientem ſæcularium Confeſſiones, ei non contradicit, cum facilè poſſit, tunc eo ſilentio illum ſufficienter approbat. Quia qui tacet in his, quæ ad ipſum pertinent, & in quibus tenetur contradicere, conſentire videtur, *ex reg. juris* 10 *in* 6. Sic Suarez, Baſilios, & Hurtado *locis citatis*. Sanchez *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 35. *num.* 20. *&* 21. Henriquez, Sylveſter, Sotus, Becanus, Villalobos, Homobonus, Toletus, & Fagundex, quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 18. Coriolanus 1. *part. ſect.* 2. *artic.* 10. *pagina mihi* 173. Bonacina *loco citato, n.* 13. Sancius *diſp.* 44. *num.* 3. Granados *tract.* 10. *diſp.* 3. *n.* 3. quibus addi poſſunt Boſſius *de Iubileo, ſect.* 3. *caſu* 2. §. 4. *n.* 235. & apud ipſum etiam Adrianus. Henricus (quos Nuño pro ſe citat) Navarrus, Ledeſma, Barboſa, Floronus, & Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 10. *n.* 16. (Sed ex his malè citatur à Boſſio Laymanius, ut ex nuper dictis conſtat,) & alij. Vnde immeritò dixit Didacus Nuño, contrariam ſententiam eſſe communem inter univerſos Theologos, cùm noſtra præcipuos habeat, & noviſſimè Bardum *in Bull. tract.* 5. *c.* 1. *ſect.* 9. *à n.* 120. & Mendum *loc. cit. num.* 115.

QVÆSTIO XCV.

An Sacerdos qui ſolùm cum dicta licentia tacita inciperet audire Confeſſiones, mortaliter peccaret?

REſpondeo affirmativè, etiam caſu quo ſperet Epiſcopum mox superventurum, & approbaturum ipſius factum. Quia initio invalidè confeſſionem incipit audire, cũ injuria pœnitentis, & ipſius Sacramẽti, & uſurpationis alienæ juriſdictionis. Sic Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 5. *n.* 37. & Diana *loco citato*, & communis. Lege Bardum *loc. cit. dicto* 3. ubi benè advertit, quod pœnitens in dicto caſu teneatur repetere omnia peccata, quæ ante approbationem tacitam confeſſoris faſſus illi fuerat, paucis verbis dicendo, Fateor iterum omnia peccata, quæ ante approbationẽ tibi faſſus ſũ.

QVÆSTIO

Qvæstio XCVI.

An per dictam ratihabitionem de præſenti maneat Sacerdos approbatus, non ſolùm ad audiendas illas Confeſſiones, quas Epiſcopus videt, verùm etiam ad omnes alias in futurum?

Reſpondeo, ſolùm manere approbatum ad illas confeſſiones dumtaxat, quas Epiſcopus videt. Quia illa licentia non eſt abſoluta, ſed limitata pro illo actu, & tempore. Ratio eſt, quia ſi peteretur licentia, & approbatio ad illum tantùm actum, & illud tempus, & illa ab Epiſcopis concederetur, non cenſeretur ille Sacerdos ſimpliciter approbatus ad alios actus, ac proinde eſt tunc ac ſi illud peteretur: Ergo, &c. Sic Boſſius *loc.cit.& num.* 139. Henriquez *lib* 6.*c.*13.*n.*13. Fagundez *prac.* 2.*lib.*7. *c.*2. *n.*71. & apud ipſum Tolet. Sanchez *loc.cit.num.*22. Bonacina *diſp.*5.*citata, punct.*4.§.1.*n.*14. & communis, quam ſequitur Mendo *in Bull.diſp.*22.*c.*11.*n.*116.

Qvæstio XCVII.

An jurisdictio ad Confeſſiones audiendas ſufficienter conferatur per ratihabitionem futuram, hoc eſt, per hoc quod Sacerdos credat probabiliter, Epiſcopum ratihabiturum collatam abſolutionem?

Affirmant Raymund. *tit. de pœnitent. & remiſſion.* §.15. Hoſtienſ. *ibidem, n.*15. Henricus *in cap. omnis utriuſque ſex. n.* 24. *verſ.* 8. & Iacobus de Cochis *ibidem, n.*116. quos refert Sanchez *loc.cit.num.*15. Et hanc ſententiam eſſe probabilem, aſſeruiſſe Filliucium *tom.*1.*tract.*7.*c.*9.*n.*242. & apud ipſum Medinam, Ricard. Sylveſt. & D. Bonavent. refert Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 68. *verſ. ſciendum tamen eſt, quod eſt valdè notandum.* Sed revera, ſi attentè legatur Filliucius, hoc nullo modo dicit. Nam loco à Diana citato ſolùm ait: eſſe probabile, facultatem interpretativam, ſeu præſumptam ſufficere aliquando, etiamſi talis præſumptio non fundetur in aliquibus ſignis, quæ ſufficienter indicent præſentem voluntatem Superioris, ut in caſu articuli mortis, & aliis ſimilibus. Sed quidquid ſit de hoc.

Certiſſimè reſpondeo negativè. Quia ratihabitio de futuro non eſt, ſed erit poſt collatam abſolutionem: ergo non ſufficit ad tribuendam juriſdictionem ad illam abſolutionem. Confirmatur. Quia de ſubſtantia hujus Sacramenti eſt, quod ejus Miniſter habeat juriſdictionem actualem, juxta Concil. Trident. *loc.cit.* ergo abſolutio data Miniſtro, qui actualem juriſdictionem non habet, nulla omnino erit: ergo à nullo Prælato, etiam à Summo, ratificari poteſt. Sic Palud. Gabr. Capreol. D. Anton. Cajet. Alex. & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.*3.*de matrim.diſp.* 35. Sylveſt. *verb. confeſſor* 1.*q.*6. Quem citat pro hac parte, & ſequitur Filliocius *tract.*7.*c.*8.*n.*207. & 208. Suarez *diſp.* 26.*sect.*1.*n.*14. & *diſp.*27.*sect.*4. Navarrus *in Man.c.*9.*n.*6. & *in cap. Placuit, n.*103. Henriquez, Ægidius, Baſil. Bonac. Diana, Coriol. & Hurtado *locis citatis*, & Layman *tract.*6.*c.*10.*n.*15. necnon Bardus *in Bull. tract.*5.*c.*1.*sect.*9.*n.* 117. dicens id eſſe certum.

Qvæstio XCVIII.

An licentia, ſeu juriſdictio petita, & non obtenta, ſufficiat ad validam abſolutionem?

Affirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Hurtado *diſp.*10.*n.*5.

Sed certiſſimè reſpondeo, non ſufficere per ſe, & ſecluſo omni privilegio. Quia ſola petitio facultatis non ſufficit ad obtinendam juriſdictionem. Sic D. Thom. Alenſ. Sot. Victoria, Cano, & Ledeſma, quos affert, & ſequitur Suarez *diſp.*27.*sect.*3.*n.*20 Hurtado *loc.cit.* Nuño *q.*8.*art.*5.*dub.*2 *pag.* 439. & communis, quam tenet Quintanadveñas *de Iubil. dupl. hebdom. c.*21.*n.*11. ubi addit [Que no tubiera la approbacion neceſſaria para el Iubileo, ni para la Bulla, el que pidiò la licencia por carta ò menſajero, y no tiene la reſpueſta, aunque el internuncio la tenga. Y aſſi fueran nulas las confeſſiones que hiziera antes de la noticia deſta licẽcia. Luys de la Cruz ſup.] Hucuſq. ille.

Qvæstio XCIX.

An licentia ad Confeſſiones audiendas metu, vi, vel dolo obtenta det veram juriſdictionem?

Negant Bartol. Bald. Imola, & alij, quos refert Sanchez *lib.*3.*de matrim.diſp.*39.*n.*13. & ſequitur Hurtado *diſp.*10.*diff.*5.

Affirmant verò è contra Sanchez *loc.cit.* & Ægid. *diſp.*8.*dub.*5.*n.*39. & apud ipſum Leſſius *c.*17.*dub.*5. & 6. quos ſequitur Quintanadveñas *de Iubil. dupl. hebd.c.*21.*n.*10. his verbis: [Si uno ubiera por miedo (*etiam cadente in virum constantem*) y violencia, ſacada del Obiſpo la approbacion y licencia de confeſſar fuera valida, y validas las abſoluciones. Sic Sanch. *lib.*3.*de Matr.diſp.*39.*n.*13. y aſſi lo podian elegir, aunque otros lo negan. Tambien ſe podia, ſi fuera ſacada con mentitas, engaños, dadivas, ò regalos. Sanchez ſup. Luys de Cruz *diſp.*1.*c.*2.*dub.*11. *n* 9. Que no es creible ſea la intencion del Ordinario, ſean nulas las confeſſiones de los que con ſemejantes engaños, que ſuelen intervenir algunas vezes, ſacaron las licencias. Y aquien la diera el Obiſpo, juzgandole por inepto, le pudieran elegir. Sic Suarez aquien cita, y ſigue Lugo *diſp.*20.*sect.*1.*n.*25.] Hucuſque ille.

Sed ego probabiliùs reſpondeo, dare quidem veram juriſdictionem, ſi extorta fuerit licentia per vim, aut metum levem, ſecus ſi per metum, aut vim gravem aut cadentem in virum conſtantem. Quia probabilius eſt, juriſdictionem metu gravi extortam invalidè transferri, validè verò metu intercedente levi. Sic conciliantur Doctores utriuſque ſententiæ.

Qvæstio C.

An Epiſcopi eo ipſo, quod confiteantur alicui Sacerdoti, approbent illum etiam ad omnes confeſſiones ſæcularium audiendas?

Affirmativam partem eſſe ſpeculativè, nõ practicè probabilem, nonnulli Authores auſi ſunt defendere, eo quòd plus ſit factis aliquem, quàm verbis approbare, & eligere, *argum. l. Paulus reſpondit, in fine, ff. rem ratam haberi.*

Sed certiſſimè reſpondeo, manere quidem approbatum, dumtaxat tamen ad confeſſionem Epiſcopi eligentis audiendam. Nam hoc ſolùm convincit argumentum factum. Sic Angel. *verb. confeſſio* 3.*n.*8. Et Boſſius *de Iubileo sect.*3.*caſu* 2.§.4.*num.*97. & omnes communiter, quos me citato ſequitur Mendo *in Bull. diſp.*22.*c.*11.*n.*118.

Qvæstio CI.

An titulus coloratus, & error populi communis det Sacerdoti veram ad confeſſiones audiendas juriſdictionem?

Negant Roſella, Sylveſt. Tabiena, Lopez, & alij apud Fagundez *prac.* 2. *lib.*7. *c.*2. *num.*73. docentes

centes, non eſſe validam abſolutionem Sacramentalem collatam à Patocho, qui occultè titulum amiſerat, quamvis communi errore puterur illum habere.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, dare juriſdictionem, & conſequenter validam eſſe abſolutionem à tali Sacerdote collatam. Quia in tali caſu, ob bonum commune, & favorem fidelium Papa, vel Epiſcopus tacitè approbant talem Sacerdotem ad confeſſiones audiendas. Sic Cajet. Medina, Petrus Soto, Palatios, Angles, Henriquez, Aragon, Vega, Rodriguez, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 22. n. 13.* Ægid. *diſp. 8. dub. 3. n. 22.* Leſſius *c. 19. dub. 8.* Hurtado *diſp. 10. diff. 6.* Fagundez *loc. cit. n. 73.* Boſſius *de Iubileo ſect. 3. caſu 2. §. 5. n. 144.* & apud ipſum Baſilius, Valerus, Barboſa, & alij communiter, quos ſequuntur noviter Bardus *in Bull. tract. 5. c. 1. ſect. 12.* Trullench *in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 2. dub. 4.* Thom. Hurtad. *tract. 21. cap. 1. reſol. 34. n. 3013.* & Diana *part. 8. tract. 1. reſol. 94* qui probant ex celebri textu *in cap. Barbarius, ff. de offic. Pratoris, & ex cap. Ad probandum, de ſent. & re judic.*

Qvæstio CII.

An error communis abſque titulo collato à legitimo Superiori, ſit etiam ſufficiens ad tribuendam juriſdictionem ad confeſſiones validè excipiendas?

NEgant apud Dianam *4. part. tract. 4. reſol. 121.* Homobonus *in exam. Eccleſ. part. 1. tract. 5. c. 3. q. 10.* Reginald. *lib. 1. c. 8. dub. 9. n. 98.* Sanch. *loc. citat. q. 3. n. 49 pag. mihi 170.* & Megala *in 2. part. lib. 5. c. 19. n. 22.* Boſſius *loc. cit. n. 153. & 16a.* & apud ipſum Ioan. Valerus, Aug. Barboſa, Ioan. Garcia, & alij infiniti ferè, relati à Sanchez, & ideo docent: non eſſe validam confeſſionem factam cum Confeſſario, qui cum falſa licentia Ordinarij aliorum confeſſiones excepit, quia talis eſt intruſus, & non habet titulum à legitimo Superiore. Et ita noviſſimè tenet Thomas Hurtado *loc. cit. n. 2018.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo, eſſe ſufficientem ad tribuendam juriſdictionem. Et ita valere confeſſionem factam cum Confeſſario, qui falſa cum licentia audiebat confeſſiones, aut cum Parocho qui cum Bullis falſis ſe pro Parocho gerebat, ſed communi populi errore legitimus cenſebatur. Sic Molfeſius *tom. 1. tract. 7. n. 21.* Baſilius *lib. 5. de matrim. c. 10. n. 2.* Sanchez *diſp. 44. n. 3.* quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit.* licèt *part. 8. loc. cit.* oppoſitum jam teneat. Morla *in emporio juris, tit. 11. q. 2.* & plores alij apud Sanchez *n. 48* & tenet noviter Bardus *loc. cit. num. 147.* Probatur primò, quia ad adquirendam juriſdictionem non oportet eam ſemper haberi à legitimo ſuperiore, cum valeat acquiri præſcriptione, aut conſuetudine. Secundò, quia, ut *ſup.* eſt habitum, motivum adæquatum juris determinantis valida eſſe geſta facta ab habente titulum coloratum cum errore communi eſt bonum commune: at hoc ipſum motivum viget in hoc noſtro caſu: ergo.

Qvæstio CIII.

An non ſolùm error communis populi, verùm etiam opinio probabilis tribuat juriſdictionem ad validè confeſſiones audiendas?

NEgat Nuño *q. 8. art. 5. dub. 1. diff. 1. verſ. mihi tamen, pag. mihi 336.* Sancio verò *pag. 28 c.* Negat etiam Bardus *in Bull. tract. 5. c. 1. ſect. 14. in fine,* & apud ipſum Garcia *de Benef. part. 5. cap. 4. n. 303. & 306.* Salas, & Sancius (ſed hi duo contrarium tenêt.) Probant, quia in his quæ pertinent ad valorem Sacramentorum, non eſt licitum ſequi opinionem probabilem, quando tutiorem, & certam ſequi poſſumus.

Sed probabiliùs reſpondeo tribuere, quia non minùs potens eſt ſapientum opinio, quàm error populi communis ad dandam juriſdictionem. In his ergò, & ſimilibus caſibus, Papa tacitè confert juriſdictionem prædictis Sacerdotibus, ne confeſſiones cum illis aliàs bona fide factæ ſint invalidæ, in diſpendium, & gravamen animarum. Sic Sanchez *lib. 3. de matrim. diſp. 22. n. 63.* Suarez *diſp. 26. ſect. 6. n. 7.* Henriquez *lib. 5. c. 14. n. 3. & 4.* Baſil. de Leon *lib. 5. de matrim. c. 19. n. 8. & c. 10. n. 7.* Ægid. *diſp. 8. dub. 3. n. 72. & 74.* Filliuc. *tom. 1. tract. 7. n. 227.* Reginald. *lib. 1. n. 102. & 103.* Villalobos *tract. 1. diff. 13. n. 5.* quos omnes citat, & ſequitur Sancius *diſp. 54. num. 33.* Hurtado *diſp. 10. diff. 6.* Diana *2. part. tract. 14. reſol. 1. & 3. part. tract. 2. reſol. 2.* & apud ipſum Vaſquez, Granados, Martinez, Malderus, & Salas. Boſſius *loc. cit. n. 150.* & communis, quam noviſſimè rurſus tenet Diana *part. 8. tract. 1. reſol. 93.* Machado, Leſſius, & alij apud ipſum.

Qvæstio CIV.

An Sacerdos audiens confeſſiones abſque ſufficienti ſcientia mortaliter peccet?

REſpondeo affirmativè, ſi id faciat extra caſum neceſſitatis (quia in hoc nullo modo peccabit, dummodo percipere poſſit facta pœnitentis, ut peccata, ſuum officium exercere, & confeſſiones excipere.) Ratio autem noſtræ reſponſionis eſt, quia audiens confeſſiones ſine requiſita ſcientia, exponit ſe periculo non ritè, nec rectè adminiſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ. Ex quo colligitur, quòd non ſolùm Prælatus eligens ineptum ad hoc officium, mortaliter regulatiter peccet, verùm etiam & pœnitens, niſi hic talis ſit qui ſua doctrina poſſit ſupplere ignorantiam confeſſarij. Sic Hurtado *diſp. 10. diff. 13.* Bonacina *diſp. 5. q. 7. punct. 4. §. 2. n. 5. & 6.* Lugo *diſp. 21. n. 72. & 73.* Layman *lib. 5. tract. 6. c. 13. n. 1.* & omnes.

Qvæstio CV.

In quibus caſibus poteſt Confeſſor abſque ſufficienti ſcientia licitè audire confeſſiones?

REſpondeo, quod ſaltem in his quatuor. Primò, quando imminet periculum mortis, nec adeſt alius Confeſſor peritior. Secundò, quãdo audit Chriſtianos inter Sarracenos, & infideles captivos, ubi non eſt copia doctioris confeſſarij. Tertiò, quando qui confitetur eſt vir doctus, aut qui non habet communiter niſi venialia, aut peccata, quibus confeſſor implicari non poſſit. Et quartò, quando propter defectum aliorum Confeſſorum eſt aſſignatus à Prælato pro Oppidis exiguis, & remotis Confeſſarius, aut Parochus. Quia cùm propter exiguum ſtipendium, & penuriam rerum, & pauperiem incolarum vix inveniatur homo, qui curam illam velit ſuſcipere, licitè poſſunt Prælati Parochos indoctos præficere, ut ſic illi homines omni remedio prorſus non deſtituantur. Sic Suarez *diſp. 8. ſect. 2. n. 6.* Lugo *loc. cit. n. 73. & 74.* Coriolan. *1. part. ſect. 2. art. 1. num. 25.* Tolet. *lib. 3. cap. 15.* Hurtado *loc. cit.* & alij communiter, quem ſequitur Thomas Hurtad. *tom. 2. tract. 12. c. 2. §. 1. dub. 4. n. 2068.* ubi contra Vaſq. *3. part, q. 93. art. 3. dub. 1.* Ochagav. *tract. 2. de pœnit. q. 38. n. 4.* & Sancium *in ſelect. diſp. 46. n. 8.* oppoſitum docentes, aſſerit

aſſerit, quod ſi in articulo mortis Sacerdos prorſus ignorans, aut neſciens judicare aliquod peccatum ex his quæ pœnitentes confitentur, proferat verba abſolutionis cum intentione faciendi quod Chriſtus inſtituit, faciat verum Sacramentum conferens gratiam. Quia in articulo mortis, quando non adeſt alius aptior Sacerdos, niſi ille prorſus illiteratus, tunc valet abſolutio ab eo facta, ſicut valet caſu, quo detur, cùm quis dat ſigna contritionis, abſque eo quod explicet aliquod peccatum in particulari, circa quod exerceatur judicium Sacerdotis in particulari, ut tenent Authores contrarij.

QVÆSTIO CVI.

Quanta ſcientia ſit in Confeſſario neceſſaria?

RESpondeo, quod tanta, ut diſcernere poſſit primò an peccata, quæ communiter patrantur, ſint mortalia, vel venialia, an ſit unum, vel multiplex. Secundò ut ſciat, quæ peccata habeant annexam excommunicationem, vel reſervationem. Quæ circumſtantiæ mutent ſpeciem in peccatis communiter occurrentibus (nam de aliis etiam docti ſæpè dubitant) & quæ peccata obligant ad reſtitutionem. Tertiò, ut ſaltem in confuſo habeat notitiam irregularitatum, ſuſpenſionum, & hujuſmodi. Verum tamen eſt, quod non eſt neceſſarium, ut hæc omnia in promptu habeat Confeſſarius, ſed ſat erit ſi de difficilioribus ſciat dubitare, ut poſſit ad doctiores recurrere, vel majori ſtudio adhibito de illis judicium ferre. Sic D. Thom. *in 4. diſt.* 17. *& ibi* D. Bonavent. Lugo *loc. cit. n.* 7. Navarr. *c.* 4. *n.* 8. *&* 9. *& diſt.* 6. *de pœnit. c.* 1. §. *Caveat, n.* 21. Suar. *diſp.* 28. *ſect.* 2. Vaſquez *q.* 93. *art.* 3. *dub.* 1. Hurtado *loc. cit.* Ochagavia *tract.* 2. *q.* 38. *n.* 2. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 4. §. 2. *n.* 7. & alij.

QVÆSTIO CVII.

An ignorantia Confeſſarij ſuppleri poſſit per hoc quod ipſe ante abſolutionem remittat pœnitentes, ut conſulant viros doctos circa res quas ignorat?

NEgat Ochagavia *loc. cit. num.* 3. *pag.* 241. quia id eſſet nimis oneroſum pœnitentibus. Negat etiam Cajetanus apud Hurtadum, caſu quo id eſſet Confeſſario frequenter neceſſarium; ſecus ſi eſſet in uno, aut altero caſu. Negat tandem Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 15. ſi confeſſarius ſit debitus pœnitenti, ut Parochus; concedit verò, ſi liberaliter eſt conceſſus.

Ego verò reſpondeo, abſolutè poſſe ſuppleri in confeſſario libero, imò & in confeſſario proprio, caſu quo ob defectum aliorum peritiorum ſit aſſignatus Parochus, juxta dicta *q.* 101. Quia in his caſibus id non debet eſſe oneroſum pœnitentibus, & aliàs confeſſarius poſt conſultationem non indiget notitia illarum quas ignorat rerum: ergo earum ignorantia optimè ſuppleri per conſultationem poteſt.

QVÆSTIO CVIII.

An ſit neceſſaria tanta ſcientia in eo, qui juſſus à ſuo Prælato audit confeſſiones, quanta in eo qui ſpontaneè ad id ſe obtulit?

NEgant D. Anton. 3. *p. tit.* 17. *c.* 16. §. 1. & apud ipſum Paludanus *in* 4. *diſt.* 19. Durandus Ordinis Minorum, Albert. D. Thom. Sylveſt. etiam *verb. Confeſſor* 3. *n.* 14.

Sed multò probabiliùs reſpondeo, tãtam ſcientiam eſſe neceſſariam in primo, quàm in ſecundo, formaliter loquendo. Quia uterque æqualiter obligatur præcepto naturali ſcientiæ requiſitæ. Sic Navarrus *c.* 4. *n.* 9. *&* 10. Suarez *diſp.* 8. *ſect.* 2. *n.* 7. Vaſquez, & Reginaldus, quos refert, & ſequitur Hurtado *diſp.* 10. *diffic.* 15. Lugo *diſp.* 21. *n.* 72. *pag.* 513. & communis.

QVÆSTIO CIX.

An Confeſſarius audito quolibet peccato, teneatur judicare, an ſit mortale, vel veniale?

REſpondeo, non teneri, quia ſi non tenetur omnia peccata cognoſcere (ut ſuprà eſt habitum) minùs tenebitur determinatum judicium de omnibus facere. Sic Lugo *loc. cit. n.* 71. per hæc verba: *Hinc infero primò, non requiri, quod confeſſarius de omnibus, quæ audit à pœnitente, iudicet an ſint peccata gravia, vel levia; imò neque an ſint, vel non ſint peccata, ſed de communibus, reliqua verò audiat, & intelligat, ac poſtea abſolvat cum debita intentione.* Sic Lugo, & ante illum Navarr. *c.* 4. *n.* 9. Sylveſt. *verb. Confeſſor* 3. *n.* 13. Suarez *diſp.* 28. *ſect.* 2. Vaſq. *q.* 93. *art.* 3. *dub.* 1. Bonac. *diſp.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 4. §. 2. *num.* 12. Hurtado *loc. cit.* Reginald. *lib.* 1. *n.* 147. *verſ. Itaque*, & alij.

QVÆSTIO CX.

An caſu quo non inveniatur confeſſarius idoneus ſcientiâ & conſcientiâ, tutius ſit confiteri habenti conſcientiam, quàm ſcientiam?

AFfirmant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert & ſequitur Fabius *in ſuo ſcrutinio Sacerdot part.* 3. *pag. mihi* 495. *aliàs fol.* 85.

Sed probabiliùs reſpondeo, tutius eſſe confiteri habenti ſcientiam, quàm conſcientiam, quia illa, non hæc, eſt neceſſaria, vel ad validam, vel (ad minus) ad rectam adminiſtrationem Sacramenti, ut nuper eſt habitum. Sic aliqui Authores apud eundem Fabium.

QVÆSTIO CXI.

An quando Confeſſarius de aliquo dubitat, ut an ſit imponenda reſtitutio, aut prohibendus contractus dubius, &c. poſſit abſolutionem detinere quouſque doctos, vel libros conſulat?

AFfirmant Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 15. & alij.

Sed clariùs reſpondeo, poſſe quidem, ſed non teneri, quia poteſt Confeſſarius (imò & aliquando debet) abſolvere pœnitentem ei imponendo, quod conſulat peritos, & faciat quidquid faciendum ei per ipſos fuerit declaratum circa illud dubium. Sic Angel. *verb. Confeſſio* 4. *n.* 4. Lugo *loc. cit.* & alij.

QVÆSTIO CXII.

An bonitas Confeſſarij ad validam adminiſtrationem Sacramenti Pœnitentiæ requiratur?

AFfirmant hæretici noſtri temporis.

Sed de fide reſpondeo, non requiri, quia poteſtas adminiſtrandi Sacramenta non amittitur per peccatum mortale, cùm ſemper permaneat in Miniſtro character indelebilis, per quem talis poteſtas illi confertur. Sic habetur *de conſecrat. diſt.* 4. *cap. Romanus Pontifex*, & in Tridentino *ſeſſ.* 7. *de Baptiſmo, c.* 11. *& can.* 4. *& ſeſſ.* 7. *de ſacram. can.* 12. & docent omnes DD.

QVÆSTIO

Qvæstio CXIII.

An Confeſſarius peccet mortaliter, ſi hoc Sacramentum in mortali exiſtens adminiſtret?

NEgant aliqui apud Navarrum *de pœnit. diſt. 6. c. 1. §. Sacerdos, n. 10. fol. mihi* 335. *aliàs* 201. & apud Ludovicum de S. Iuan *q. 5. de Sacram. in gen. art. 1. dub. 1. conc. 1.* ubi dicit eſſe opinionem plurium Recentiorum, quos ipſe ex parte ſequitur, ut vidimus *tract. 1. de Sacram. in communi*, *diſp. 4. q. 8.*

Sed certiſſimè reſpondeo affirmativè. Quia Miniſtri Sacramentorum debent conformari Chriſto Domino, cujus ſunt miniſtri, juxta illud *Geneſ. 19. Sancti eritis, quoniam ego ſanctus ſum*. Sic docent Navarr. *loc. cit.* licèt fateatur argumenta pro contraria parte urgere, *in Man. c. 12. n. 3.* S. Thom. *q. 64. art. 6.* Cajet. *ibid.* Henriquez *lib. 1. c. 29. n. 2.* Suarez *tom. 3. diſp. 16.* Reginaldus *lib. 1. n. 161.* Sayrus *de pœnit. c. 26. num. 3.* Filliucios *tract. 7. c. 9. q. 8.* & communis. Legatur *q. 8. citata.*

Qvæstio CXIV.

An Confeſſarius exiſtens in mortali peccet mortaliter adminiſtrando hoc Sacramentum pœnitenti in extrema, aut gravi neceſſitate exiſtenti?

AFfirmant Cajet. *q. 64. art. 6.* Navarrus *c. 22. n. 3.* Victoria *q. 29. de ſacram.* Barthol. ab Angelo *de Sacram. §. 21.* quos omnes citat, & ſequitur Bonacina *de ſacram. diſp. 1. q. 3. punct. 2. §. 1. n. 11.* Angles *quaſt. ultim. de ſacram. miniſtro, art. 5. poſt 2. concl.* Suarez *diſp. 28. ſect. 1.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare caſu quo neceſſitas infirmi non relinquat tempus Confeſſario, ut ſaltem moraliter poſſit ſe ad juſtificationem præparare. Quia in hoc caſu jam ceſſat irreverentia Sacramenti per adventum neceſſitatis proximi, ad quam ſuccurrendam instituta fuerũt Sacramenta. Sic Ægidius *de ſacram. q. 64. art. 6. dub. 1.* Hurtado *diſp. 4. de ſacram. diff. 9.* dicens omnes debere in hac reſponſione convenire. Quod verum crederem, ſi omnes noſtrum caſum admitterent, de quo ſtatim. Sic tenet etiam Lugo *diſp. 8. de Sacram. in gen. n. 151. & de pœnit. diſp. 21. n. 69. pag. 512.*

Qvæstio CXV.

An dabilis ſit neceſſitas miniſtrandi Sacramentum Pœnitentiæ, quæ excuſet Miniſtrum illud adminiſtrantem in mortali?

NEgant Angles, & Suarez *loc. cit.* Quia contritio (inquiunt) breviſſimo tempore haberi poteſt: ergo facillimè poteſt conjungi cum forma abſolutionis: ergo, &c.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe dabilem. Quia inſtante extrema neceſſitate infirmi, ne moriatur abſque abſolutione, facilè contingere poteſt, ut Confeſſor conetur ad contritionem habendam, & quod ob temporis anguſtias eam non eliciat, aut ſaltem ſibi non perſuadeat elicuiſſe. Quia licèt ad eliciendam contritionem per ſe non requiratur mora temporis; tamen ad eam excitandam non ſemel opus eſt conſiderationibus, quæ in momento fieri nequeunt. Sic Ægidius, Hurtado, & Lugo *loc. cit.*

Qvæstio CXVI.

An ſi Confeſſarius exiſtens in mortali incipiat audire confeſſionem, peccet mortaliter, ſi antequam abſolvat, eliciat contritionem?

AFfirmativam ſententiam tenere Poſſevinum *de offic. curat. c. 5. n. 41.* aiunt Diana *1. part. tract. 7. reſol. 47.* & Lugo *de ſacram. in gen. diſp. 8. num.* 157. ſed uterque malè. Nam loquendo de Sacramentis in communi, ſolùm dicit tutum eſſe habere contritionem ante eorum adminiſtrationem. Loquendo verò de Sacramento Pœnitentiæ, ſufficere habere contritionem antequam detur abſolutio. Docet tamen illam (licèt non omnino abſolutè) Suarez *tom. 4. in 3. part. diſp. 38. ſect. 1. n. 3.* dicens, ex genere ſuo eſſe mortale, licèt in individuo judicandum ſit juxta circunſtantias, & materiæ gravitatem. Nam ſi quis (verba ſunt Suarij) aliqua neceſſitate compulſus inciperet in eo ſtatu confeſſionem audire bona fide, & animo habendi contritionem quamprimùm poſſit, antequam abſolvat, & in hoc poſtea moralem diligentiam adhibeat, facilè credo poſſe excuſari ſaltem à culpa mortali. Sic ille. Vnde clariùs, & abſolutè tenent hanc ſententiam Ludovicus de Ponte *tom. 4. de Chriſtiana perfectione, tract. 5. c. 3.* & Cotiolanus *de caſib. reſerv. 1. part. ſect. 2. art. 1. n. 12.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter audiendo totam confeſſionem in peccato, dummodo habeat propoſitum pœnitendi antequam verba abſolutionis proferat. Quia ſatis eſt Confeſſario, quod ſit in gratia, quando operatur gratiam. Sed non operatur gratiam dum audit peccata, ſed dum verba abſolutionis profert: ergo. Sic Henriquez *lib. 6. c. 18. n. 6. in Gloſſa lit. S.* Lugo *loc. cit. & diſp. 21. de pœnitent. n. 69. pag.* 512. Diana *loc. cit.* & Angles *loc. cit. poſt 2. concl.*

Qvæstio CXVII.

An ſaltem Confeſſarius exiſtens in mortali peccet mortaliter, ſi antequam eliciat contritionem, imponat pœnitenti pœnitentiam ſacramentalem?

NEgat Lugo, ut conſtat ex doctrina quam tradit *diſp. 8. de Sacram. in genere, n. 160. pag.* 151.

Sed probabiliùs reſpondeo, peccare mortaliter, quia dum Confeſſarius imponit pœnitentiam Sacramentalem, jam incipit proferre ſententiam, agere ut Iudex, & ponere partem aliquam Sacramenti: ergo. Sic à fortiori docebunt Doctores pro prima ſententia nuper adducti, & debent omnes qui aſſerunt, ſatisfactionẽ ſacramentalem, quando impletur, operari augmentum gratiæ habitualis ex opere operato, ut notat Lugo *loc. cit.* per hæc verba: Et quidem, ſi vera eſſet ſententia, quæ docet pœnitentiam, ſeu ſatisfactionem etiam ſacramentalem operari ex opere operato, non ſolùm remiſſionem pœnæ temporalis, ſed etiam augmentum gratiæ habitualis, conſequenter dicerem illa verba Sacerdotis imponentis pœnitentiam, concurrere ad conficiendum Sacramentum in ratione ſanctificantis producentis gratiam, atque ideò requirere in Miniſtro ſtatum gratiæ, ut debitè proferatur, nec poſſe abſque gravi culpa proferri in ſtatu peccati. Sic doctiſſimus Lugo.

Qvæstio

QVÆSTIO CXVIII.

An Confeſſarius, qui neſcit, nec dubitat, ſe eſſe in mortali, ſed tamen ei non conſtat eſſe abſque illo, teneatur elicere contritionem, antequam abſolutionem à peccatis impendat?

AFfirmatiuam partem amplecti videtur Fabius *tract.4. 2.partis, pag. mihi* 496.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè, quia tunc ſolùm ad id tenetur, quando certam conſcientiam, vel ſaltem dubiam, poſitiuè de peccato mortali habet. Sic Poſſeuinus *cap. 5. num. 40. aliàs 56.* & Angles *q.2. de Euchariſt. art.4. concl.2. fol.96.*

QVÆSTIO CXIX.

An Parochus teneatur confeſſiones ſubditorum audire quoties ipſi confiteri voluerint?

NEgant Richard. *in 4. diſt.18. art.2. q.2.* Sylveſt. *verb. Confeſſor 1. num.24.* Armilla *verb. Abſolut. n.28.* Medina *C. de Confeſſione, q. 37.* & Regioaldus *lib.1. cap.8. num.21.* exiſtimantes, ſolùm obligari ad Confeſſiones ſubditorum audiendas, quando ipſi tenentur confiteri, nempe ſemel in anno, & in mortis periculo, & etiam (ad ſummum) quando confeſſio eſſet neceſſarium remedium pœnitenti, ad aliquod peccatum mortale vitandum.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri Parochum audire ſubditos, non ſolùm quando ipſi confiteri tenentur, ſed etiam aliàs, quoties id rationabiliter petunt. Sic Sot. Adrian. & Nauar. quos citat, & ſequitur Suar. *diſp.28. ſect.1. n.3.* Vaſquez *q.93. art.3. dub.6. n.3.* Azor *1.p. lib.2. c.17. q.10.* Granados *tract.10. diſp.9. num.2.* Ægidius *diſp.8. n.129.* Bonacina *de Sacram. diſp.5. quæſt.7. punct.4. §.2. n.13.* Nuñus *quæſt.8. art 4. dub.3.* Hurtado *diſp.10. diffic.20.* Lugo *diſp.22. à num.2. pag.514.* latè Sancius *in ſelectis diſput.47. num.6.* qui & citat Emmanuelem Sà *verb. Confeſſor, num.14. & verb. Parochus, num.4.* Valentiam *tom.4. diſp.7. q.10. punct.3.* Vivaldum *de confeſſ. num.22.* Poſſeuinum *cap.5. num.7.* Toletum *lib.5. cap.5. n.7.* Reginaldum *lib.20. n.68.* Filliucium *tract.7. c.12. num.352. & tract.4. n.266.* Coriolanum, Graſſium, & alios, ſed ex his Reginald. non benè citatur à Sancio, vt legenti patebit.

QVÆSTIO CXX.

An peccet mortaliter Parochus, qui ſemel, aut iterum denegat confeſſionem ſubdito rationabiliter illam petenti?

AFfirmat Bonacina *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare mortaliter, niſi aliàs grauis cauſa vrgeret, veluti ſi ſubditus graui tentatione, aut difficultate premeretur, vel longum iter aggrederetur, vel eſſet tempus Iubilei. Sic Suarez, Nuñus, Lugo, & Sancius *locis citatis.*

QVÆSTIO CXXI.

An Parochus teneatur audire ſubditum, quando illi prouidet de alio apto, cui confiteri poſſit?

AFfirmat Poſſeuinus *cap.5. q.7. pag. mihi 95.* loquendo de confeſſione in Paſchate, aut morte, quia hanc (inquit) ſemper debet Parochus audire per ſeipſum, ſecus ait dicendum de confeſſione ex deuotione; quia hanc poteſt alteri committere. Affirmat etiam ex parte Sancius *loc. cit. num.13.* dicens: Non adimplere ſuum munus Parochum ferè nunquam audientem confeſſiones, licèt habeat Confeſſarios, qui illas excipiant.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: non teneri in caſu, adhuc tempore mortis, aut Paſchatis, audire per ſeipſum, ſubditum; niſi fortè aliqua neceſſitas illiua exigat, vt ab ipſo Parocho audiatur. Quia ſicut extra illos caſus prouidet Parochus ſufficienter ſuo ſubdito, dando illi alium aptum, & bonum Confeſſarium, ſic in Paſchate, aut morte cenſebitur ſufficienter prouidere. Sic Suarez, & Vaſquez, quos citat, & ſequitur Lugo *loc. cit. n.3. pag.514.* vbi ait, diſtinctionem Poſſeuini (quam probabilem putat Diana *2.p. tract.17. & 2. Miſcel. reſol.2.*) non habere fundamentum probabilitatis. Sic etiam Granado *loc. cit. pag. mihi* 1502.

QVÆSTIO CXXII.

An Confeſſarius debeat præmittere aliquas interrogationes, antequam pœnitens incipiat ſua peccata confiteri.

AFfirmant aliqui has exiſtimantes debere confeſſarium præmittere interrogationes, nempe; an diligens examen fecerit; An impleuerit pœnitentiam; An afferat dolorem, & propoſitum requiſitum; An debeat reſtitutionem pecuniæ, honoris, vel famæ; An habeat caſus reſeruatos; An excommunicationem aliquam, & qualem. Sic Caiet. *in ſum. verb. interrogationes confeſſionis,* & Nauar. *c.10. n.12.* dicit, hoc conſilium olim ſibi placuiſſe, ſed iam valde damnoſum videri.

Vnde meliùs reſpondeo: non debere neceſſariò præmittere dictas interrogationes, quia vt plurimùm ſunt inutiles, cum ex ipſa confeſſione cognoſci poſſint. Erit tamen vtile vt pœnitens ignotus interrogetur initio de tempore elapſo ab vltima confeſſione: nam id multum iuuat ad numerum peccatorum poſtea meliùs percipiendum. Sic Nauar. *loc. cit.* Lugo *diſp.22. num.14.* Granado *loc. cit. num.3. & 4.*

QVÆSTIO CXXIII.

An Confeſſarius debeat reſeruare in finem Confeſſionis interrogationes, monitiones, & reprehenſiones, ſi quæ ſunt facienda?

AFfirmant communiter Summiſtæ, ne ſi interrumpatur interrogationibus pœnitens, terreatur, vel turbetur.

Sed reſpondeo; id non eſſe in vniuerſum melius, quia (vt benè Lugo) plura memoriâ Confeſſarij excident, præſertim ſi Confeſſio longa ſit. Quare, ſi aduertatur obligatio reſtituendi, ſi ignorantia culpabilis, atque etiam conſcientia erronea circa aliqua, vel quid ſimile, ſatius erit, ſuauiter eum ſucceſſiuè adiuuare, quod idem magis expedit circa numerũ, ſpecies, circumſtantias peccatorum, quæ dicit, quæ omnia ſi in finẽ reſeruentur, confuſionem, & obliuionem plerũque afferunt Confeſſario. Sic Lugo *loco cit. num.15. pag.526.* & benè Villalob. *ſtatim citandus, n.5.* & alij.

QVÆSTIO CXXIV.

An quando Confeſſarius probabiliter cognoſcit pœnitentem, ex obliuione, omittere aliquod mortale quod fecit teneatur illud in memoriam, vt confiteatur, renocare?

NEgat Medina *C. de Confeſſ. q. de Confeſſ. dimidiatè iter.* Quod probabile eſſe iudicat Vaſq. *quæſt.93. art.3. dub.7. n.2.* & tenet Victoria *n.193. fol. mihi* 154.

Sed longè multò probabiliùs, imò certiſſimè ferè reſpondeo: teneri, non ſolùm in eo caſu, ſed etiam caſu, quo Confeſſarius videat, pœnitentem ex negligentia, vel ignorantia omittere aliquod neceſſarium in confeſſione dicendum: aut ſi credat, illum aliquod peccatum taciturum, niſi interroget. Sic S.Thom. Sylveſt. Angel. Nauar. & Cano, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp.* 32. *ſect.* 3. *n.* 7. Vaſquez *loc. cit.* Lugo *loc. cit. à n.* 17. Hurtad. *diſp.* 10. *diff.* 21. Ochag. *q.* 41. Granado *loc. cit. num.* 4. *in fine.* Villalobos *tract.* 9. *diff.* 69. *num.* 2. & apud ipſum Barthol. de Ledeſm. *de pœnit. diff.* 11. & communis.

QVÆSTIO CXXV.

An Confeſſarius, qui per inaduertentiam, aut obliuionem omittit aliquam interrogationem neceſſariam, peccet, ſaltem venialiter?

AFfirmat Diana 2. *p. tract.* 15. *reſol.* 7. *in fine*, vbi ſic ait. Notandum eſt tamen, pro conſolatione Confeſſariorum, quod omittere aliquam interrogationem neceſſariam per inaduertentiam, aut obliuionem, non erit peccatum mortale, vt ex Nauarro docent Bañez, & Valerus *in diff. vtriuſque fori, verb. index diff* 6. *num.* 4. Sic ille.

Sed probabiliùs reſpondeo: nec venialiter adhuc peccare, quia etiam ad hoc patrandum requiritur aduertentia. Sic Angel. *verb. interrogationes, n.* 1. vbi ſic ait. Dimittere autem interrogare ex inaduertentia, aut obliuione, non credo eſſe peccatum. Sic Angel. & Sylveſt. *verb. Confeſſor* 3. *quaſt.* 14.

QVÆSTIO CXXVI.

An quando pœnitens ex conſcientia erronea credit aliquid eſſe mortale, quod non eſt, teneatur Confeſſarius huiuſmodi ignorantiam à pœnitente auferre?

REſpondeo: teneri, quia pœnitens ad Confeſſorem accedit, tanquam ad Doctorem, vt ab ipſo inſtruatur: ergo infideliter agit, niſi inſtruat de re, quæ maximum detrimentum pœnitenti affert. Sic Sanch. *lib.* 2. *de matrim. diſp.* 37. *n.* 2. & 4. Lugo *diſp.* 22. *n.* 23. cum aliis, qui bene ſimiliter affirmant, teneri Confeſſarium monere ante abſolutionem, pœnitentem, qui ex ignorantia vincibili culpabili verſatur in aliquo peccato mortali, quamvis ab illo nullam ſperet emendam. Quia cùm tunc pœnitens peccet mortaliter, non poteſt abſolui. Sic etiam Suarez *diſp.* 32. *ſect.* 4. Vaſquez *q.* 93. *art.* 3. *dubit.* 9. Ægidius *diſput.* 8. *dub.* 10. Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 23. & omnes.

QVÆSTIO CXXVII.

An Confeſſarius teneatur auferre ignorantiam inuincibilem à pœnitente verſante, ex illa, in aliquo mortali, vt in vſu matrimonij inualidi, exiſtimati inuincibiliter validi?

REſpondeo: teneri, ſi ſperetur emenda, & non timeatur graue aliquod damnum; ſecus ſi non ſperetur, & timeatur damnum graue. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 6. & alij quamplures Authores apud ipſum. Villalobos etiã *tract.* 9. *diff.* 70 *n.* 3. 4. & 5. & apud ipſum Nauarrus, Couarruvias, Suarez, Corduba, & alij. Lugo *loc. cit. n.* 24 per hæc verba. Quando ignorantia eſt inuincibilis, ſiue ſit facti, ſiue iuris humani, ſiue diuini, vel naturalis, debet cautè procedere: nam ſi præuidet ignorantiam ablatam redundare debere in nouum peccatum pœnitentis, qui proſequetur faciens cum peccato, quod prius licitè faciebat, debet potiùs diſſimulare, dum non interrogatur, v. g. ſi videt pœnitentem eſſe in conjugio cum impedimento irritante facto, non debet illud aperire, ſi ex hoc ſcandalum ſequatur, & maius damnum pœnitentis, cuius maius bonum prouocare debet. *Et infrà.* Item, licèt pœnitens confiteatur peccatum commiſſum in ipſo conjugio, v. g. contrahendo cum tali impedimento, ſi tamen non putet eſſe inualidum, non debet nullitatem aperire, ſed abſoluere à peccato commiſſo. Denique idem contingere poteſt, ſi ignorantia ſit circa matrimonium nondum contractum, ſed iam contrahendum, quod totum permittere poteſt Confeſſarius, quando ex manifeſtatione veritatis timet, quod proſequetur cum mala fide ad faciendum id, quod abſque peccato nunc facit. Sic Lugo, & ante ipſum Sanchez *loco citato*, de quo latè, & optimè. Videatur.

QVÆSTIO CXXVIII.

An quando mulier, cuius matrimonium eſt nullum, putans tamen inuincibiliter validum, non vult reddere debitum viro, poſſit Confeſſarius dicere abſolutè, & directè vxori, quod reddat?

NEgat Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *q.* 2. *tract.* 4. *ad* 2. docens, non poſſe directè dicere, quod reddat, cùm id ſit conſulere fornicationem, ſed debere dicere in genere, quod conjuges tenentur reddere debitum. Sic Sotus, & ex illo etiam Bonacina *quaſt.* 3. *de matrim. puncto vltimo, num.* 6. Quod idem in ſimili docet Hurtado *diſp.* 10. *diffic.* 13.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe Confeſſarium abſolutè, & directè dicere vxori, quod reddat. Quia verè in eo ſtatu, & cum tali bona fide tenetur ſub peccato reddere: ergo. Sic Sanchez *lib.* 2. *de matrim. diſput.* 38 *num.* 8. & apud ipſum Ledeſma 2. *part.* 4. *quaſt.* 8. *art.* 4. *dub.* 10. Corduba *in ſum. q.* 189 *punct.* 1. & Henriquez *lib.* 6. *cap.* 27. *n.* 5. quibus addi poſſunt Ægidius *diſp.* 8. *dubit.* 17. *num.* 139. Lugo *diſp.* 22. *num.* 25. & Filliucius *tract.* 10. *num.* 98.

QVÆSTIO CXXIX.

An Confeſſarius teneatur auferre à pœnitente ignorantiam inuincibilem redundantem in detrimentum proximi, ſi ex ſua monitione nullum ſperet profectum?

AFfirmant Adrianus, Barthol. de Ledeſma, Nauar. Couar. & Petr. Soto, quos refert Sanchez *loc. cit. num.* 1. & 10.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri auferre, ſed potiùs teneri tacere, quando probabiliter exiſtimat ſuam monitionem non profuturam. Sic Sanch. *loc. cit.* per hæc verba. Si pœnitens bona fide poſſidet primogenium, quod Confeſſarius nouit iniuſtè poſſidere, & credit, nihil profuturam monitionem, quia eſt difficillimum relinquere illud, vel videt pœnitentem teneri reſtituere, & ignorantia inuincibili excuſari, monitumque non reſtituturum, tenetur tacere. Sic Sanchez. Qui bene addit, hæc omnia procedere, etiamſi Confeſſarius credat libenter monitionem ſuſcepturum, ſed videt remedium eſſe difficillimum, vt ſi ſcandalum, & infamia notabilis illi ſequatur. Quod idem docent Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 4. exemplum afferens de detrimento, quod filiis aduenire poteſt ex ſeparatione matrimonij: Lugo *diſp.* 22. *num.* 27. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 27. *num.* 4. Gutierrez, & Medina, quos affert, & ſequitur Bonacina *loco citato*, *num.* 7. *pag. mihi* 432. Villalobos *loco cit. num.* 6. & alij Doctores apud ipſos.

QVÆS

QVÆSTIO CXXX.

An ſi coniux putatiuus, dubius de valore matrimonij, interroget Confeſſarium de illo, teneatur Confeſſarius aperire veritatem, quamvis profutura non ſit, nec emenda à pœnitente ſperetur?

NEgat teneri Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 13. quia id (inquit) potiùs erit nociuum pœnitenti, quàm vtile, ac proinde tunc meliori modo, quo poſſit, eſt illi veritas diſſimulanda.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, teneri tunc veritatem aperire. Quia iam conſcientia pœnitentis læſa eſt illo dubio, & taciturnitatem Confeſſoris prudenter poſſet pœnitens in ſuum fauorem interpretari, & ita taciturnitas illa eſſet erroris approbatio, quæ nunquam licet. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 14. & apud ipſum Sot. Ledeſ. Angles, Corduba, Henriq. Aragon. Metina, Rodrig. & Lopez, Suarez etiam dicta *ſect.* 4. Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 17. Lugo *diſp.* 22. *n.* 29. Vaſq. *de pœnit. q.* 96. *art.* 3. *dub.* 9. *n.* 2. Regin. Lazar. Guttier. Filliuc. quos citat, & ſequitur Bonacina *de matrimon. q.* 3. *punct. vlt. n.* 15. Villalob. *loc. cit. num.* 7. & alij.

QVÆSTIO CXXXI.

An ſi pœnitens, v.g. coniux, non cum dubio, ſed ex ſcrupulo, interroget Confeſſarium de valore matrimonij, teneatur etiam Confeſſor aperire veritatem caſu, quo profutura non ſit?

NEgabit à fortiori Hurtado, & negant expreſsè Henriquez, & Corduba, quos citat, & ſequitur Sanchez *loc. cit. n.* 14. *in fine*, docentes, poſſe tunc Confeſſarium tacere, vel reſpondere, quod deponat ſcrupulum. Quia ſcrupulus non aufert bonam fidem, & ignorantiam inuincibilem, quæ pœnitentem excuſat, ſicut aufert conſcientia dubia.

Sed probabiliùs reſpondeo, teneri veritatem aperire, quia etiamſi pœnitens ex ſcrupulo interroget, non poteſt Confeſſarius affirmare licitum, quod eſt illicitum: ergo non poterit tacere, quia taciturnitatē Confeſſarij, propoſita interrogatione, prudenter poteſt pœnitens affirmationem interpretari; & ita Confeſſarij authoritate faceret, quod priùs ex ignorantia faciebat: ergo. Sic Sotus, Angles, Aragon, B. de Ledeſma, & Lopez apud Sanch. quos etiam ſequitur Lugo *loc. cit. n.* 29. Qui tamen benè addit, poſſe in eo caſu Confeſſarium fingere, ſe non audiſſe, vel non attendiſſe, vel oblitum fuiſſe reſpondere, vt ſic remaneat pœnitens in eadem bona fide, quam priùs habebat, non tamen ipſius authoritate confirmata.

QVÆSTIO CXXXII.

An Confeſſarius, ſiue proprius, vt eſt Parochus, ſiue delegatus, vt eſt Regularis (vel alius, qui non eſt proprius Paſtor) teneatur ſequi opinionem pœnitentis contra propriam opinionem?

NEgant, quod debeat, aut teneatur ſequi opinionem pœnitentis, contra propriam, Confeſſarius delegatus, licèt proprius debeat, Conradus, D. Anton. Angel. & Sylveſt. vt refert Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 9. *num.* 17. & nos ſuprà *diſp.* 7. *quaeſt.* 57. & 58.

Sed certiſſimè reſpondeo, vtrumque Confeſſarium teneri ſemper opinionem probabilem pœnitentis ſequi. Sic Sot. Suarez, Nuño, Valentia, Azor, Monteſinus, Moure, Ægidius, Baſilius, & alij quos citat, & ſequitur Diana 3. *p. tract.* 13. *reſol.* 11. Sanch. *loc. cit. n.* 18. Hurtado *diſp.* 10. *diff.* 13. & apud illum Vaſquez, & Lorca. Lugo *diſp.* 22. *n.* 39. Villalob. *tract.* 1. *diff.* 12. *num.* 1. & communis, vt (*vbi ſuprà*) vidimus, & probauimus.

QVÆSTIO CXXXIII.

An Confeſſarius non proprius, teneatur ſub mortali, ad ſe conformandum opinioni probabili pœnitentis?

NEgant Vaſquez 1.2. *diſp.* 62. *c.* 7. *n.* 40. Monteſinus *in* 1.2. *tom.* 1. *diſp.* 19. *quaeſt.* 5. *n.* 159. & Salas 1.2. *quaeſt.* 21. *tract.* 8. *ſect.* 9. & alij, quos citauimus vbi ſuprà *quaeſt.* 58. Quia exiſtimant, ſolùm teneri ſub veniali ad ſe conformandum.

Sed probabiliùs reſpondeo, teneri ſub mortali, niſi aliàs confeſſio fuiſſet de ſolis venialibus. Sic Sancius *diſp.* 33. *n.* 34. Diana, & Hurtad. *loc. cit.* Lugo, licèt non ita clarè, *loc. cit. num.* 48. *pag.* 521. & alij quos *loco citato* retulimus.

QVÆSTIO CXXXIV.

An Confeſſarius teneatur monere pœnitentem, quem inualidè abſoluit, de defectu abſolutionis, vt iterum confiteatur?

NEgant teneri Anton. Sylveſter, & Nauar. apud Suarez *diſp.* 32. *ſect.* 6. *num.* 5. & Ioan. Valerus *verb. Pœnitentia, diff.* 9. *n.* 2. exiſtimantes, in tali caſu nihil faciendum eſſe à Confeſſario, niſi ſui peccati (ſi quod patrauit) pœnitentiam agere, & relinquere pœnitentem in bona fide, vt per contritionem, vel alias Confeſſiones validè factas iuſtificetur. Fauet, ni fallor, huic ſententiæ Villalobos *tract.* 9. *diffic.* 71. *n.* 2. cum ſolùm dicat, in eo caſu poſſe Confeſſarium facere, vt pœnitens iterum confiteatur: non ait teneri, ſed poſſe.

Sed certiſſimè reſpondeo, non ſolùm poſſe, ſed teneri Confeſſarium de defectu admonere pœnitentem, ſaltem quando id ſine graui damno proprio, vel alieno, aut ſine ſcandalo fieri poteſt. Quia in vniuerſum iudex, ſi malè tulit ſententiam, tenetur illam declarare, ſi commodè poteſt: ergo. Sic Suar. *loc. cit. n.* 6. & apud ipſum Ioan. de Medina *C. de Confeſſ. q.* 39. *de alieno ſine licentia proprij quemquam abſoluente.* Sot. *diſt.* 18. *q.* 4. *art.* 6. Corduba *in ſum. q.* 7. Nauar. *in c.* 1. *de pœnit. diſt.* 8. *n.* 60. & Sylveſter *v. Confeſſor* 3. *in principio*, Vaſquez *q.* 93. *art.* 3. *dubio* 8. Ægidius *diſp.* 8. *dub.* 17. Hurtado *diſp.* 10. *difficult.* 22. Diana 2. *p. tract.* 15. *reſol* 60. Lugo *diſp.* 22. *n.* 57. & *ſeq.* & Granado *tract.* 10. *diſp.* 10. *n.* 5.

QVÆSTIO CXXXV.

An ſi Confeſſarius nequeat ſine graui damno, aut ſcandalo, monere pœnitentem de defectu circa valorem Sacramenti commiſſo, ad id teneatur?

NEgant omnes DD. pro vtraque ſententia nuper *citati*, quia obligatio (inquiunt) admonendi pœnitentem inualidæ abſolutionis, tantùm eſt, vt pœnitens iterum confiteatur peccata illa, vt obtineat abſolutionem ab illis: at hoc non eſt tanti momenti, vt in caſu grauis damni ſit obligatio monendi pœnitentem, niſi ſit in articulo mortis, in quo credi poteſt, quod non ſit iterum Confeſſarius: ergo. Sic ille, præcipuè Suarez, Vaſquez, & Hurtado *loc. cit.*

Sed probabiliùs ſub diſtinctione reſpondeo, teneri quidem Confeſſarium, etiam cum graui damno ſuo aut alieno (dummodo non præponderet) monere pœni-

tentem de defectu commiſſo, caſu quo culpabiliter, & ſcienter illum commiſerit: non verò caſu, quo inculpabiliter hoc fecerit, niſi fortè quando ſobeiſſet periculum damnationis pœnitentis, vt ſi moreretur cum illa inualida abſolutione. Sic Lugo *diſp.* 42. *n.* 58. *& ſeq.* qui doctè, & latè id probat. Legatur.

QVÆSTIO CXXXVI.

An fieri poſſit, vt Confeſſor moneat pœnitentem de dicto defectu, abſque ſcandalo?

NEgat Philippos Faber *in* 4. *diſt.* 19. *q. vnica, diſp.* 33. *cap.* 3. vt refert Diana *loc. cit.* exiſtimans, vix poſſe Confeſſarium ſine graui honoris, & famæ detrimento pœnitentem monere.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, poſſe quidem, non ſemel, ſed ſæpiùs, hoc ſine ſcandalo fieri, ſi Confeſſor prudens ſit, vt habet Suarez, ſic dicens. Si defectus fuit tantùm ex parte Confeſſoris, non diſplicet medium illud, quod inſinuant Anton. & Sylveſt. ſcilicet, vt procuret Confeſſor pœnitentem iterum ſibi confiteri de peccatis poſt priorem Confeſſionem, commiſſis, & in ea confeſſione generaliter eum interroget, an de omnibus præcedentibus doleat, eaque ſi neceſſe ſit, quantom poteſt confiteatur; nam hoc ſatis eſt, vt noua abſolutio cadat in totam illam ſuperiorem materiam, quæ illo vno verbo ſufficienter nunc explicatur huic perſonæ, ſuppoſita diſtincta Confeſſione illi facta, quamvis inualida. Sic Suarez *diſp* 32. *ſect.* 6. *n.* 6. & poſt illom Diana *loc. cit part.* 2. *tract.* 15. *reſol.* 60. Lugo *diſp.* 22. *num.* 54. *pag.* 423. & alij apud ipſos.

QVÆSTIO CXXXVII.

An Confeſſarius teneatur monere pœnitentem, ſi illum poſitiuè obligauit ad ſoluendum quod non debebat, vel ad non reſtituendum quod reſtituere tenebatur?

AFfirmant Sylveſt. *Confeſſ.* 3. *q.* 11. Gabriel *diſt.* 15. *quæſt.* 2. *art.* 3. *dub.* 7. Nauar. *c.* 17. *n.* 22. Angel. & Roſella, vt refert Suarez *loc. cit. num.* 8. Nuños, & Zanard. quos affert Diana 2. *parte, tract.* 16. *reſol.* 1. docentes, Confeſſarium non ſolom teneri ad corrigendum errorem, ſed etiam ad reſtituendom, quod pœnitens reſtitoere debebat, ſi eum non poteſt admonere, aut moneat tempore, qoo iam reſtituere non poteſt, cum priùs potoiſſet.

Sed probabiliùs, iuxta dicta *q.* 131. reſpondeo ſic. Si Confeſſarius ex malitia, aut negligentia graui, & mortali contra iuſtitiā poſitiuè conſuluit, & dixit pœnitenti, *Debes, vel non debes reſtituere*, tunc neceſſariò debet admonere pœnitentem de errore, vt reſtituat, alioquin ſi non admonet, vel ſi admonitus, iam non poſſit reſtituere, com prius poſſet, ipſe Confeſſarios debet reſtituere, ſi pœnitens alioquin reſtituiſſet: niſi aliàs inde prouenturum eſſet Confeſſario damnum adeò graue, vt præponderaret. Si verò Confeſſarius conſilium illud reſtituendi non debitum, aut non reſtituendi debitum, dedit abſqoe graui culpa, tunc debet Confeſſarius, ſi commodè poteſt, admonere pœnitentem de errore commiſſo, alioquin ipſe Confeſſarius tenebitor ad reſtitutionem; ſi verò non poteſt commodè, excuſabitur, nec tenebitur ad damna reſarcienda. Sic Suarez *loc. cit. num.* 9. Bonac. *diſp.* 1. *de reſtitut. quæſt.* 2. *punct.* 11. *n.* 13. Filliocius, Maldetus, Ægidius, Rebellus, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 2. *part. tractat.* 16. *reſolut.* 1. Hurtado *diſp.* 10. *diffic.* 22. *& de iuſtitia diſp.* 5. *diff.* 5. *&* 10. Granado *diſp.* 10. *cit. num.* 2. & optimè, & latè Lugo *diſput.* 22. *n.* 61. *& ſeq.* qui *n.* 64. addit, Confeſſarium, qui ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter dictum errorem commiſerit, ſatisfacere poſtea ſuæ obligationi, ſi pœnitentem ad reſtituendum doceat quid debeat facere, nec ad aliqoid teneri, licèt ille non reſtitoat. Sic ille, & ante illum Hurtado, & Suarez *locis citatis.*

QVÆSTIO CXXXVIII.

An Confeſſarius etiam teneatur ad monendum pœnitentem, & aliter ad reſtituendum, quando non poſitiuè, ſed omiſſiuè errauit, non præcipiendo illi reſtitutionem, quam facere debeat?

AFfirmant DD. *ſuprà* pro prima ſententia adducti, præcipuè Zanardus, & Nuñus *quæſt.* 8 *art.* 4. *dubit.* 3. *pag. mihi* 428. vbi ſic ait: Si pœnitens referat omnia, quæ fecit, & Confeſſarius taceat, non obligando ipſom ad reſtitutionem, virtualiter dicit illum non teneri, atque adeò eſt cauſa moralis, vt pœnitens non reſtituat, & conſequenter eſt cauſa damni alterius tertij; & ideò ſi non ſit aliud remedium, ipſe tenetur ad reſtitutionem, quia verè intulit malum contra iuſtitiam, tacendo quando loqui tenebatur. Sic Nuñu.

Sed probabiliùs reſpondeo: teneri quidem ex charitate ad monendum pœnitentem, vt reſtituat, ſi ex taciturnitate Confeſſarij motos fuerit pœnitens ad credendum licitom, & faciendum quod eſt illicitum, & in damnom tertij, non tamen teneri ex ioſtitia, nec obligari ad reſtitutionem, qoia Confeſſarius non habet ex proprio officio procurare vtilitatem aliorum, ſed bonum ſui pœnitentis, contra quod formaliter peccat, non contra alios, qoando omittit facere quod debebat: ergo omittens monitionem de reſtitotione, non omittit aliquid, quod creditoribus pœnitentis deberet, ſed quod debebat ſuo pœnitenti ad bonum ſuæ animæ. Sic Lugo *loc. cit. à n.* 63. *pag.* 515. & ante illum Suarez, & Rebellus, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit.* Hurtado *diſp.* 10. *diffic.* 22. & apud illum Leſſius *lib.* 2. *cap.* 7. *dub.* 7. Sanchez *lib.* 1. *ſum. cap.* 6. *num.* 6. §. 5. & alij.

QVÆSTIO CXXXIX.

An Confeſſarius teneatur monere pœnitentem de defectu commiſſo contra integritatem Confeſſionis, vt ſi non interrogauit culpabiliter eum de circumſtantiis, vel numero peccatorum, &c.

AFfirmat debere Confeſſarium poſtea pœnitentem admonere de illo defecto, ſi abſque ſcandalo, & graui detrimento fieri poſſit, Moure *in exam. Theolog. moral. part.* 4. §. 11. *n.* 3. *fol. mihi* 448. qoi pro ſua ſententia refert Sylveſtrum *Confeſſor* 3. *q.* 13. Medinam *C. de Confeſſ. q.* 26. *&* 27. Sotum *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art.* 4. *&* 5. Naoar. *cap.* 17. *num.* 22. *&* 23. *& cap.* 26. *n.* 1. *&* 14. & Cordubam *quæſt.* 7. & addit, tunc fieri poſſe abſque ſcandalo, ſi Confeſſor colpam in ſeipſum rejiciat. Sed certè hic Author malè citat hos omnes Doctores. Quia in *locis* ab ipſo *citatis*, nec ſuam ſententiam aliquo modo indicant. Citantur tamen pro illa à Lugo Medina *loc. cit. q.* 39. & Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 3. *dub.* 8. *num.* 6. Qui licèt id indicent, non tamen docent in terminis: docet tamen Villalobos *tract.* 9. *diffic.* 71. *num.* 9.

Negant verò è contra, Suarez *diſputatione* 32. *ſect.* 6. *numero* 8. Filliocios 1. *tomo, tractat.* 3. *cap.* 12. *numero* 374. Nuñus *quæſtione* 8. *art.* 4. *dubit.* 3. *pag. mihi* 428. Granados *tractatu* 10. *diſput.* 20. *num.* 1. & ex parte Conradus *loco citato*, Reginaldus *lib.* 8. *cap.* 8. *num.* 31.

num. 31. & Diana 2.*p. tract.*15. *reſolut.* 7. docentes, in hoc caſu (in quo Sacramentum fuit validum) ad nihilum teneri Confeſſarium, niſi ad dolorem de peccato commiſſo.

Sed probabiliùs, iuxta nuper dicta, reſpondeo ſic: Si Confeſſarius poſitiuè, formaliter, vel virtualiter, ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter, fuit cauſa, quod pœnitens non confitetur integrè, dicendo v. g. non oportet explicare has circunſtantias, numerum, &c. vel ita omittendo interrogationes, vt perinde eſſet, ac dicere, non eſſe neceſſarium; tunc tenetur admonere pœnitentem de defectu commiſſo, ſi id abſque ſcandalo, vel graui detrimento poſſit: ſi verò Confeſſarius ſolùm negatiuè, ſeu omiſſiuè purè ſe habuit, non interrogando quæ interrogari debetent; tunc non tenetur extra Confeſſionem admonere pœnitentem de illo defectu, ſiue culpabiliter, ſiue inculpabiliter illum commiſerit. Sic Lugo *diſp.*22. *à num.*73. *pag.*527. qui hoc probè probat. Legatur.

QVÆSTIO CXL.

An ſaltem, ſi pœnitens huiuſmodi iterum ad confeſsionem redeat, teneatur Confeſſarius illum in Confeſſione admonere de defectu commiſſo in confeſſione præcedenti?

RESpondeo: teneri, quia cùm ſciat omitti à pœnitente ea, de quibus in præcedenti confeſſione debebat interrogare, neceſſariò nunc debet inquirere de illis, non tam ad ſupplendum defectum Confeſſionis præcedentis, quàm ad procurandam integritatem præſentis, & præmittendum examen præerequiſitum ante abſolutionem. Sic Lugo *loc. cit. num.*77. expreſſis verbis.

DISPVTATIO XII.

De Miniſtro Confeſsionis, quoad caſus reſeruatos.

QVÆSTIO PRIMA.

An in Eccleſia ſit poteſtas reſeruandi caſus, etiam in foro conſcientiæ?

NEGAVIT Vvielephus, vt refert Vvaldenſ. *tom.*2. *de Sacram. c.*149. & negant hæretici noſtri temporis, cum Luthero, & Caluino, vt refert Becanus *de Sacram. c.*40. *q.* 1.

Sed de fide reſpondeo: eſſe. Sic enim definitur in Trid. *ſeſſ.* 14. *c.*7. *& can.* 11. Et docent antiquiſſimus vſus Eccleſiæ, & omnes Doctores, & ratio. Nam reſeruatio in præſenti nil aliud eſt quàm coarctatio, aut limitatio iuriſdictionis commiſſæ inferioribus Sacerdotibus, vt ab aliquibus peccatis abſoluere nequeant: ergo manifeſtum eſt, poſſe Superiores Prælatos hanc limitationem efficere; quia cum ab illis ad inferiores deriuetur iuriſdictio, ſine qua non valet abſolutio ſacramentalis, ſicut poſſunt omnino non concedere iuriſdictionem, aut ſemel conceſſam auferre; ita poſſunt tribuere ad abſoluendum à quibuſdam peccatis, & non ab aliis. Sic Doctores omnes, præcipuè Suarez *tom.*4. *in* 3.*part. à diſp.*29. Vaſquez *tom.* 3. *quæſt.*91. *art.* 3. Coriolanus *de caſibus reſeruatis*, Bonacina *de pœnitent. diſp.*5. *q.*7. *punct.*4. §. 1. Reginald. *lib.*1. *à num.* 113. Molfeſius 1.*parte ſumm. tract.*7. *à cap.* 17. Villalobos 1.*p. ſum. tract.*9.*diff.*57. *& ſeqq.* Becanus *de Sacram. cap* 40. Pater Andreas Mendo *in Bullam Cruc. diſput.* 23. *cap.* 2.

QVÆSTIO II.

An poteſtas hæc reſeruandi caſus, reperiatur in Romano Pontifice, in Epiſcopis, & in Prælatis Religionum?

RESpondeo reperiri (imò & in quocunque alio habente iuriſdictionem ordinariam.) Et ita Summus Pontifex poteſt ibi reſeruare aliqua peccata in tota Eccleſia: Epiſcopus tantùm in ſua Diœceſi, & Prælatus Regularis in ſua Religione. Sic omnes DD. præcipuè Suarez, Vaſquez, Reginaldus, & Molfeſius *loc. cit.* & habetur in Tridentino *ſeſſ.*14. *cap.*7.

QVÆSTIO III.

An hæc poteſtas reſeruandi caſus, ſit etiam in Parochis?

NEgat abſolutè Henriq. *lib.*6. *c.*14. *n.*2. *in marg. lit. L.* vbi ſic ait: At falsò Major *diſt.*17.*p.*5. & Petrus Soto *lect.* ait, Parochum poſſe reſeruare caſus, ſed rarò reſeruare. Sic ille. Et hanc negatiuam partem amplecti Suarez, & Ochagauiam, ait Hurtado *diſp.*11. *diff.* ſed malè: nam oppoſitum abſolutè docent Suarez *diſp.*28.*ſect.*1.*n.*4 *&* 7. & Ochag. *tr.*1.*de Confeſſ.q.*29. Solùm enim dicunt, non eſſe in vſu, vt Parochi caſus reſeruent, vt aduertit Granad. *tract.*10.*diſp.*6. *n.*5. Fauet tamen huic negatiuæ ſententiæ Molfeſius *loc. cit. c.*17. *n.*10. vbi docet, quod licèt verum ſit, quod Parochi habeant iuriſdictionem ordinariam, & de iure defendi poſſit, eos poſſe ſibi aliquos caſus reſeruare, tamen id vſu receptum non eſſe, & ideò dicendum, non habere tale ius reſeruandi ſibi caſus.

Nihilominus tamen probabiliùs reſpondeo, eſſe etiam in Parochis dictam poteſtatem reſeruandi, de iure (vt aliqui volunt) vel de conſuetudine legitimè introducta (vt alij.) Sic Suarez, & Hurtad. *loc. cit.* & apud hunc Vaſq. Fagundez *præc.* 2. *lib.*8. *c.* 1. *num.*9. (qui tamen malè citat pro hac parte Henriquez, vt ex dictis liquet) Lugo etiam *diſp.*20. *n.*2.*pag.*417. Granad. *loc. cit.* & Villalob *tract.*9.*diff.*57.*n.*1. per hæc verba. [De loqual ſe infiere, que el Parocho tanbien puede reſeruar, quando delega ſu iuriſdiction, como notò Iuan Mayor, y le ſigue Suarez. Verdad es, que no eſtà en vſo, ò porque no ſe atreuen, ò porque no conuiene.] Sic etiam Mendo *loc. cit. num.*15.

QVÆSTIO IV.

An Epiſcopus poſſit reſeruare aliquos caſus, à quibus Parochi ſibi ſubditi abſoluere nequeant?

REſpondeo poſſe, quia ita habet vſus Eccleſiæ, & conſtat ex Trident. *ſeſſ.*14. *c.*7. *can.* 11. & docent omnes Doctores. Suarez *diſp.* 29. *ſect.* 1. *n.*6. Vaſquez *quæſt.* 91. *art.* 3. *dubit.* 1. *n.*9. *&* 10. Nauar. *cap.*27. *num.*263. Lugo *diſp.*20. *num.*4. *&* 5. Becanus *c.*40. *quæſt.*2. & alij.

QVÆSTIO V.

An peccata Impuberum reſeruationibus Prælatorum reſeruantium ſubdantur?

NEgant Paludan. *in* 4.*diſt.*34. *q.* 2. *art.* 1. Graffius *lib.*5. *conſ. de adult. conſil.*3. *n.*13. & Bellochius *de caſibus reſeruat. part.*2. *q.*1. *num.*203. *& quæſt.*17. *num.*66.

num.66. apud Dianam p.2. tract.15.reſol.1. quos ipſe ſequi videtur, & nouiſſimè D. Didacus de Narbona de ætate ad actus humanos requiſita, anno 14. quæſt.21. pag.240. & quæſt.41. num.9. pag.269.

Sed probabiliùs longè reſpondeo ſubdi, & manere reſeruata, quia reſeruatio alicuius peccati (v.g. Sodomiæ) non eſt pœna (quidquid dicat cum aliis Fagundez præc.2. lib.8. c.1. n.17.) ſed lex determinans caſum, in quo pro meliori remedio applicando, debet recurri ad Prælatum pro abſolutione. Sic Homobonus de caſibus reſeruat. parte 1. c.3. Lazarius tract. de blaſphem. q.9. n.42. & Floronus de caſib. reſeru. parte 1. c.3. n.5. quos etiam refert Diana loc. cit. Sic etiam Lugo diſp.2. n.10. pag.459. vbi ait, non eſſe fundamentum ad aſſerendum contrarium. Sic etiam, me citato, Mendo in Bull. diſp.23. cap.2. num.16.

QVÆSTIO VI.

An peccata venialia, & martalia iam legitimè Confeſſa reſeruari poſſint?

NEgant Lublinus verb. Caſus, n.1. pag. mihi 116. Reginaldus lib.1. n.126. Ludouic. q.5. art.17. difficult. 21. pag. 434. Vaſquez q.91. art.3. dubit.2. Quem (licèt non ita clarè) videtur ſequi Luyſius Turrianus de pœnit. diſput.31. dub.2. Llamas 1. parte Methodi, c.7. §.13. per hæc verba: Reſpondeo primùm, certum eſt, non poſſe reſeruari aliquod veniale peccatum, quia nullo modo materia reſeruationis eſſe poteſt, quæ non eſt neceſſaria Confeſſionis: at nullo iure obligatur quis veniale confiteri: ergo nullo iure poſſunt reſeruari. Ita ille. Et Becanus cap.40. q.4. Dicens eſſe communem ſententiam. Negare etiam id debent omnes, qui putant, iure diuino habere Sacerdotes facultatem abſolvendi à venialibus, vt ſunt Sotus, Ruardus, Ledeſma, Canus, & alij, quos retulimus ſuprà diſp.11. quæſt.11.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe reſeruari à Summo Pontifice, non ab Epiſcopo, aut ab alio Prælato, niſi ex commiſſione Pontificis. Quia probabilius eſt, Sacerdotes accipere iuriſdictionem à Summo Pontifice ad abſoluendum à venialibus (vt loc. cit. eſt habitum:) ergo optimè poterit Sum. Pontifex eam auferre, aut limitare, & præcipere ne conferant abſolutionem homini habenti talia venialia. Verum eſt, hoc non ita expedire, quia cum peccata venialia ſint materia libera Confeſſionis, & poſſit homo conſequi remiſſionem illorum per contritionem, ſine obligatione confitendi, omnino ferè inutilis eſſet talis reſeruatio. Sic Suarez diſp.29 ſect.3. Ægid. diſp.8. dub.11. Filliucius tract.6. c.10. q.2. quos citat, & ſequitur Hurtado diſp.11. diff.4. Lugo diſp.10. num.12. & alij DD. cit. ſup. q.11. citata. Ochag. tract.2. q.21. Villalob. diff.57. n.9. Granad. tract.10. diſp.6. n.5. Nuñus in addit. q.8. art.5. dub.10. Candidus diſquiſit.24. art.68. dub.4. Henriquez lib.6. c.14. n.6. Fagund. præcept.2. lib.8. c.1. num.18. Layman. lib.5. tract.6. c.12. n.3. Bonacina diſp.5. q.7. punct.5. §.1. n.3. Sic etiam loquendo de aliquibus venialibus, tenet Molfeſius tract.7. c.17. num.35. & abſolutè Megala, Graffius, & alij, & nouiſſimè Diana parte 8. tract.1. reſol.52. Aueſa penes ipſum, & Mendo loc. cit.

QVÆSTIO VII.

An peccata omnino interna, poſſint reſeruari?

NEgant expreſsè Hieron. Llamas 1. p. Methodi, c.7. §.24. pag. mihi 86. vbi dicit, eſſe doctrinam Soti diſt.8. q.2. art.5. & omnium benè ſentientium. Lublinus verb. Caſus, n.1. pag. mihi 11. & Adrianus quæſt.4. de confeſſione, apud Fagundez loc. cit. n.16. pag.523. & apud Henriq. lib.6. c.14. n.6. in marg. lit. F, & id eſſe probabile, ſatis exprimit Boſſius de Iubil. ſect.2. caſu 10. n.112. pag. mihi 44. & tenent Bordonus in Conſil. Regular. tom.1. reſol.37. n.9. & Corjolanus de caſibus reſeru. ſect.1. art.5. n.6.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, poſſe, quia Iuriſdictio ab abſoluendum à mortalibus merè internis, etiam conceditur ab Eccleſia: ergo ſi illa neget hanc facultatem, non remanebit iuriſdictio in inferiori. Sic Suarez, Lugo, Ægidius, Hurtado, Fagundez, & Henriquez loco citato, Luyſius quæſt.9. diſp.31. dub.2. Filliucius tract.7. c.10. num. 271. Reginaldus lib.1. num. 128. Sotus diſt. 18. q.2. art. 4. Nuñus in addit. quæſt.8. art.5. dub.10. Villalobos loc. cit. n.8. Becanus loc. cit. & Vaſquez loc. cit. dub. 3. qui pro hac parte citat Adrianum quodlib. 8. art.1. & bene certè, nec oppoſitum vbi doceat inuenire potui: malè ergo illum pro parte contraria citant Fagundez, & Henriquez. Sic etiam Bonacina loc. cit. Candidus loco citato dubit.3. pag. 192. Boſſius loc. cit. Sanchez lib.2. ſummæ, c.8. n.4. & Molfeſius loc. cit. num.31. & 33. licèt addat, nunquam in Eccleſia Dei conſtituiſſe interna peccata reſeruari, neque expedire, de quo ſtatim. Mendo loc. cit. & Diana p.8. tract.1. reſol.53. Aueſa, & Miranda apud illum.

QVÆSTIO VIII.

An de facto ſint aliqua interna peccata reſeruata?

AFfirmant Adrian. & Ioan. de Medina apud Gabrielem Vaſquez loc. cit. exiſtimantes, hæreſim mentalem de facto eſſe reſeruatam, & id ipſum docent multi Canoniſtæ, vt refert Henriquez loc. cit. in marg. lit. F. & H.

Sed longè multò probabiliùs, imò certiſſimè ſic reſpondeo: de facto nulla ſunt iure commun peccata interna reſeruata, nec Pontifex, aut Epiſcopi ea ſolent reſeruare, quia rarò id expedit. Sic Maior in 4. diſt.17. q.1. vbi ait, non eſſe conueniens ſaluti animarum peccata huiuſmodi reſeruare, & Soto in 4. diſt.18. q.2. art.5. dicit, eſſe errorem intolerabilem peccata interna reſeruare. Sic etiã Nauar. Palud. Caiet. Bañez, Ledeſma, & alij quamplures, quos citat, & ſequitur Henriquez loc. cit. Fagundez, Granados, Candidus, Molfeſius, Lugo, Vaſquez, & alij communiter. Legantur Diana, & Mendo loc. cit.

QVÆSTIO IX.

An quando reſeruantur peccata mortalia contra iuſtitiam, aut contra charitatem, &c. quoties in actum externum prodeunt, comprehendantur actiones leues externæ, ex affectu mortali procedentes?

AFfirmant Luyſius in ſelect. p.2. diſp.31. dub.1. pag. mihi 322. quia (inquit) non eſt fundamentum ad limitandam intentionem reſeruantis, & oppoſitum neque eſt probabile, neque tutum. Sic ille.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non comprehendi. Sic Lugo diſp.20. n.15. pag.460. per hæc verba: Aduertendum eſt, aliquando reſeruari aliquod peccatum externũ, quando eſt conſummatum, & tunc non eſt dubium, quin non ſufficiat quæcumque actio externa, niſi habeat vltimam conſummationem, vt reſeruato homicidio, vel fornicatione, non ſufficit percuſſio ex animo occidendi, nec tentare fornicationem, & ſic de cæteris. Aliquando verò reſeruatur peccatum circa caſtitatem, quoties in actum externum prodit,

dit,

dit; tunc autem requiritur etiam, quod ipſa actio externa ſecundùm ſe habeat grauitatem: nam ſi aliquis ex intentione mortali, & graui contra caſtitatem, dicat alteri aliquod verbum turpe, ex ſe leue, vel exerceat aliquam aliam actionem externam, ex ſe leuem; licet hæc actio denominetur mortalis, non erit reſeruata. Quia ſicut ſola voluntas interna non reſeruatur; ita nec quando non procedit in actum externum, habentem ex ſe grauem malitiam, & indecentiam. Vt ſi reſeruentur peccata mortalia contra iuſtitiam, aut contra charitatem, quoties in actum externum prodeunt, non eſſet reſeruatum peccatum, quando aliquis ex intentione mala, & grauiſſimo odio leuiter percutit, aut lædit proximum in corpore, fama, vel fortunis. Quam doctrinam immerito cenſurauit Pater Luyſius Turrianus *in ſelectis diſput. p. 2. diſp. 31. dub. 71.* (61. mihi) vt improbabilem, & non tutam; quia illa eſt doctrina grauiſſimorum Doctorum, quam amplecti videtur Henriquez *lib. 6. c. 15. num. 6.* Granado *2. 2. contron. 1. tract. 25. diſp. 13. num. 14.* (*& tract. de pœnit. diſp. 6. num. 7.*) Eamque ſatis inſinuat Suarez *tom. 4. de Relig tract. 8. lib. 2. c. 18. num. 12.* Hucvſque Lugo, & benè. Sic etiam Bonacina *diſp. 5. quæſt. 7. punct. 5. num. 4.* & apud illum Nauarrus *c. 17. num. 62.* Graſſius, Homobonus, & Miranda; & dicit communem, quam me citato, tenet Mendo *in Bull. Cruc. diſput. 24. c. 2. num. 17.*

QVÆSTIO X.

An peccatum tale in dubio poſſit reſeruari, hoc eſt, an poſſit Superior reſeruare abſolutionem peccati, de quo pœnitens dubitat, an fuerit mortale?

NEgarunt quidã Recentiores, quos ſuppreſſo nomine refert, & refutat Luyſius *in ſelectis, part. 1. diſp. 38. dub. vnic.*

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe reſeruari, quia certiſſimum eſt, eſſe obligationem confitendi peccata dubia (vt habitum eſt ſuprà *diſput. 5. quæſt. 26.*) Ergo ad eã requiritur iuriſdictio: ergo poteſt Superior illam denegare, in quo caſu inferior, defectu poteſtatis, inualidè abſoluet. Sic Armilla, Corduba, Frias, Henriquez, & Sanchez, quos citat & ſequitur Luyſius *loc. cit. & de pœnit. diſp. 31. dub. 3.* Lugo *diſp. 20. n. 16.* Hurtado *diſ. 11. diff. 6.* & Boſſius *de iubil. ſect. 4. caſu 13. n. 2.* vbi ſic ait: Cùm enim caſus delicti dubij, vt dubiæ percuſſionis grauis Clerici, non ſit delicti ſimpliciter, ſed ſecundùm quid, non cenſetur contineri ſub reſeruatione, quæ vt odioſa debet intelligi ſolùm de delictis ſimpliciter, niſi in reſeruatione ſint expreſſi etiã caſus dubij, prout expreſſit Clemens VIII. in decreto, quo prohibuit abſolutionem à caſibus, non ſolùm clarè, ſed etiam dubiè, in Bulla Cœnæ contentis, &c. Sic Boſſius, & omnes communiter.

QVÆSTIO XI.

An quando de facto, ſimpliciter, & abſolutè reſeruatur aliquod genus peccati, etiam intelligatur reſeruatum peccatum mortale dubium, id eſt quando dubium eſt, an ſit commiſſum, vel fuerit mortale?

AFfirmant cenſeri reſeruatum, nec poſſe inferiorem abſoluere, Armilla *verb. caſus, n. 13.* Martinus Frias *tract. de modo audiendi confeſſiones, p. 2. c. 8. caſu 2.* Corduba *in regulam D. Franciſci, cap. 7. q. 4. punct. 1.* vt referunt Luyſ. Lugo *locis cit.* & Sanchez *lib. 1. ſumma, c. 1 n. num. 73.* Sed licèt ex his Authoribus Armilla id docet *loc. cit.* per hęc verba, *Sacerdotes ergo conentur habere caſus ab Epiſcopo, & ſecundum taxationem eius faciant, & in dubiis ſecuriorem partem teneant.* Frias verò minimè id docet *loc. cit.* ſed *caſu 20. fol. mihi 59.* vbi ſic ait. Si tamen Sacerdos dubitauerit de aliquo ſibi oblato, an fuerit reſeruatum, necne, ſalubrius eſt vel remittere, vel ſaltem peritiores conſulere, quàm temerè definiendo, ipſum abſoluere. Sic Frias.

Sed probabiliùs reſpondeo, in prædicta reſeruatione generali, & abſoluta non cenſeri eſſe reſeruatum peccatum mortale, de quo pœnitens dubitat, an fuerit mortale, vel non. Quia cùm reſeruatio ſit odioſa, ſtrictè eſt interpretanda. Sic expreſsè Boſſius *loc. quæſt. præced. cit.* Suarez *tom. 5. de cenſur. diſp. 40. ſect. 6. num. 6.* Henriquez *lib. 6. c. 26. num. 7.* Fillincius *tract. 21. cap. 4. num. 172.* Hurtado *diſp. 11. diff. 6.* Ochagauia, Homob. Portel. & Merolla, quos refert & ſequitur Diana *p. 4. tract. 3. reſol. 4.* Lugo *diſp. 20. n. 18. pag. 460.* & Luyſ. *loc. cit.* qui benè addunt, hanc reſponſionem non procedere, quando in iure extenditur pœna ad caſum dubium, vt irregularitas ad homicidium dubium. Sic etiam ſentiunt ex parte Sancius *loc. cit.* & Alphonſus de Leone *de poteſt. Confeſſor. p. 2. recollect. 15. n. 25.* & eſt communis, quam nouiſſimè tenet Mendo *in Bull. diſp. 23. c. 2. n. 17.* & me citato *diſp. 24. cap. 2. num. 20.*

QVÆSTIO XII.

An ſi inferior, in dubio abſoluat pœnitentem ab aliquo peccato reſeruato, v. g. ab hæreſi, & poſtea, re meliùs examinata, conſtet de certitudine peccati, & cenſura incurſa, cenſeatur legitimè abſolutus; an verò debeat recurrere ad Superiorem pro abſolutione?

AFfirmant non pauci, manere pœnitentem obligatum recurrere ad Superiorem pro abſolutione illius peccati, & excommunicationis reſeruatæ, quando conſtat poſtea certò fuiſſe incurſam.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: cenſeri legitimè abſolutum; & ideò non manere obligatum recurrere ad Superiorem poſtea pro abſolutione peccati, aut cenſuræ incurſæ. Sic Lugo *diſp. 20. à n. 20. pag. 461.* qui hoc exemplis probat ſequentibus. Primò, nam probabile eſt, quod qui confeſſus eſt peccatum dubium, licèt poſtea recordetur fuiſſe certum, non teneatur illud iterum vt certum confiteri, quia iam fuit directè abſolutus ſub conditione, ſi fuerat commiſſum: ergo ſimiliter in præſenti manet directè de peccato dubio abſolutus pœnitens: ergo non remanet obligatio illud iterum Superiori confitendi. Secundò, quia ſicut in dubio voti caſtitatis emiſſi poteſt diſpenſare Epiſcopus, & diſpenſatio manet valida, nec tenetur diſpenſatus recurrere ad Papam pro diſpenſatione, licèt poſtea conſtet de voti certitudine, vt fatetur Sanchez *lib. 4. ſum. c. 44. num. 10.* Sic abſoluens ab hæreſi dubia, validè abſoluit, & abſolutio valebit; & manebit pœnitens abſolutus à cenſura, nec tenebitur recurrere ad Superiorem pro abſolutione peccati, aut excommunicationis, quamuis poſtea conſtet de certitudine cenſuræ incurſæ. Legatur Lugo *loco citato, & diſputat. 16. ſect. 2. §. 4. per totum*, vbi ſatis doctè de his agit. Mendo etiam *loco citato.*

QVÆSTIO XIII.

An Prælati reſeruare peccata, ſine cenſura, poſſint.

AFfirmat cum cõmuni Fagundez *precept. 2. lib. 8. cap. 1. num. 1. pag. mihi 510.* & benè. Addit tamen, loquendo de Summo Pontifice, quod licèt ipſe reſeruare poſſit peccata, vel ſine excommunicatione, vel cum illa, ordinariè tamen, & regulariter (inquit)

nunquam Summus Pontifex reſeruat caſus in foro conſcientiæ ſine cenſura; vnde nullus eſt caſus Papæ reſeruatus, qui non habeat adnexam cenſuram: ita docent Tolet. *lib. 3. ſum. c. 24. n. 1.* Suarez *tom. 4. de pœnit. diſp. 29. ſect. 3. n. 1. edit. 1.* Henriq. *lib. 3. de pœnit. c. 14. n. 1.* Graſſis *lib. 1. deciſ. aurear. c. 13. n. 40.* Vivald. *in candel. vbi de abſol. n. 8. & 56.* Nauar. *c. 27. n. 261.* Hucuſque Fagundez, ſed non benè. Tenet etiam Boſſius *de Iubil. ſect. 1. caſu 1.*

Reſpondeo ergo, quod quamvis ſummus Pontifex, regulariter loquendo, non reſeruet de facto peccatum ſine excommunicatione (in quo benè Fagundez) ſed hoc non eſt ita vniuerſaliter verum, vt aliquando non reſeruauerit ſibi peccata abſque excommunicatione, vt deducitur ex *cap. Latorem, 33. quæſt. 2. & extrauag. inter cunctas.* Et hodie peccata ſimoniacè ordinantis, & ſimoniacè ordinati eſſe reſeruata Summo Pontifici ſine excommunicatione, conſtat ex Bulla Sixti V. contra malè promotos, & docent Suarez *loc. cit.* Fagundez *non ſect. 3. ſed 2. n. 5. pag. mihi 659. & 660.* malè ergo citat pro ſe Henriquez *lib. 3. citat. c. 10. num. 5.* vbi ſic ait: Hunc tamen caſum Papa non reſeruat ratione excommunicationis, vt ſolet reliquos. Non benè ergo citatur à Fagundez Hurtado *diſp. 11. diffic. 3.* Granados *tract. 10. diſp. 6. n. 3. pag. 1294.* Lugo *diſp. 20. num. 25. pag. 462.* Ægidius *diſp. 8. n. 82.* Palao, Naldus, Floronus, & alij apud Boſſium: Molfeſius *loc. cit. num. 57. & ſeqq.* Filliucius *tract. 7. c. 10. n. 269.* & alij, quos nouiſſimè ſequitur Mendo *diſput. 23. cap. 2. num. 18.*

QVÆSTIO XIV.

An quando Summus Pontifex, aut Epiſcopus reſeruat aliquod peccatum cum cenſura, reſeruet ſibi ſolùm cenſuram, & non peccatum, propter quod imponitur?

AFfirmant Durandus *in 4. diſt. 17. q. 5. num. 13.* & Caiet. *in ſum. verb. caſu*, apud Suarium *diſp. 29. ſect. 2. num. 7.*

Sed longe multò probabiliùs reſpondeo: non ſolùm ipſam cenſuram, ſed etiam peccatum, propter quod imponitur, ſimul, & æqualiter ſibi reſeruare Quia hæc eſt intentio Pontificum reſeruantium, vt communis vſos Eccleſiæ, & ſenſus Doctorum interpretantur. Sic D. Thom. Gabr. Maior, Soto, & Nauar. quos affert, & ſequitur Suarez *num. 8.* Vaſquez *q. 91. art. 3. dub. 1. num. 15.* Ægidius *diſp. 8. n. 83.* Henriquez *lib. 6. c. 14.* Hurtado *diſp. 11. diff. 3.* Fagundez *præc. 2. lib. 8. c. 1. num. 3.* Lugo *diſp. 20. num. 26.* Fillincius *c. 10. citat. num. 270.* Molfeſius *c. 10. cit. n. 38.* & penes ipſum Megala, & alij, & communis, quam me citato, ſequitur Mendo *num. 18. cit.*

QVÆSTIO XV.

An data facultate per Bullam, aut priuilegium ad abſoluendum à cenſura, cenſeatur etiam conceſſa ad abſoluendum à peccato, & culpa?

REſpondeo affirmatiuè. Sic Fagundez *loc. cit. pag. 510.* per hæc verba. Data facultate per Iubileum, Bullam, aut priuilegium ad abſoluendum à cenſura, iam ex communi conſuetudine non manet peccatum reſeruatum. Et è contra, data facultate ad abſoluendum à peccato, etiam conſequenter conceditur ad abſoluendum à cenſura, & iam cenſura non manet reſeruata, & ſic ab ea poteſt quilibet ordinarius Confeſſor quemlibet abſoluere: ſicut etiam poteſt abſoluere à peccato, impetrata facultate ad abſoluendum à cenſura, & hæc eſt communis conſuetudo totius Chriſtiani Orbis. Sic Fagundez, & apud ipſum Nauar. Toletus, Caietanus, Suarez, Sanch. Capua, Soto, Viualdus, & alij. Sic etiam Hurtado, Ægid. Granado *loc. cit.* Boſſius *loc. cit. n. 2. & 12.* & apud ipſum Barboſa, Conradus, Bonac. Graſſius, Lauotius, & alij. Luyſius *diſp. 31. n. 9.* Qui benè cum aliis aduertit, quod licèt hoc ſit verum, non tamen repugnet, Pontificem auferre reſeruationem cenſuræ, non ablata reſeruatione peccati. Sic etiam Mendo *loc. cit. num. 18. & 19.*

QVÆSTIO XVI.

An quando peccata reſeruata à Pontifice, vel ab alio Prælato ita committuntur, vt præ ignorantia non incurratur excommunicatio, maneant tunc peccata reſeruata?

REſpondeo: non manere, ſed poſſe à quovis Confeſſario abſolui. Sic Henriq. *lib. 6. c. 14. num. 1.* per hæc verba: Chriſtianus, qui incidit in caſum cœnæ, ſed præ ruditate, vt apud Indos, excuſatur ab inobedientiæ, & excommunicationis ratione, non reſeruatur Papæ. Et etiam Sanch. *lib. 2. ſumma, c. 8. n. 5. in fine,* ſic dicens: Si hæreticus ratione ignorantiæ cenſuræ excommunicationis, eam non incurreret, peccatum eius poſſet à quovis Confeſſario abſolui, eo quòd non ſit reſeruatum. Sic ille, & Ægidius *diſp. 8. n. 82.* Granados *tract. 10. diſp. 6. n. 2.* Layman *lib. 5. tract. 6. c. 12. num. 2.* Hurtado *diſp. 11. diffic. 3.* & communis, quam ſequitur Mendo *num. 19.*

QVÆSTIO XVII.

An ſuperior poſſit reſeruare peccatum, etiam quoad abſolutionem indirectam, hoc eſt ita, vt ab inferiori directè, nec indirectè, ab aliis peccatis abſoluendo, abſolui poſſit?

NEgabunt abſolutè, & conſequenter, Vaſquez, Luyſius, & alij Doctores, qui exiſtimant peccata venialia reſeruari neque à Papa poſſe. De quo *ſup. quæſt. 6.*

Sed iuxta ibidem dicta, probabiliùs ſub diſtinctione reſpondeo: poſſe quidem à Pontifice, non verò ab aliis Prælatis inferioribus Papa. Sic Lugo *diſp. 20. n. 28. pag. 462.* per hæc verba: Si ſermo ſit de Summo Pontifice, negari non debet in eo talis poteſtas; cùm enim ab ipſo procedat tota iuriſdictio in alios, ipſo illam ſuſpendente totaliter in aliquo caſu, non poſſet inferior validè abſoluere ab vllo peccato. Loquendo autem de aliis Prælatis inferioribus, ipſi non poſſunt id facere, quia ad minus inferior retineret facultatem abſoluendi à venialibus, à quibus, ſi in caſu neceſſitatis, extra mortis articulum, directè abſolueret, conſequenter abſolueret indirectè pœnitentē diſpoſitum ab omnibus aliis: non poteſt enim Prælatus inferior auferre iuriſdictionem ad venialia, cùm hanc non ab ipſo, ſed à Summo Pontifice, Sacerdotes omnes accipiant. Sic Lugo, quem ſequitur Mendo *n. 19. cit.*

QVÆSTIO XVIII.

An reſeruatio facta à Papa abſque legitima cauſa, ſit valida reſpectu omnium Confeſſorum?

NEgant Sotus *in 4. diſt. 17. q. 2. art. 5.* Ruard. *art. 3. contra Caluinum*, Vaſquez *q. 91. art. 3. dub. 4.* & Luyſius *de pœnit. diſp. 31. dub. 4.* loquendo de reſeruatione reſpectu Confeſſariorum ordinariorum, qui ex officio habent iuriſdictionem, vt Epiſcopi, & Parochi; licèt eſſe validam affirment reſpectu Sacerdotum

dotum, qui non ex officio, ſed ex ſola delegatione Superioris habent iuriſdictionem.

Sed probabiliùs reſpondeo: eſſe reſpectu omnium Confeſſariorum validam, non tamen licitam. Quia iuriſdictio omnium inferiorum dependet à Sum. Pontifice: ergo licet ipſe peccet, non relinquendo ordinem debitum, & poteſtatem neceſſariam in inferioribus, validè tamen id faciet. Sic Maior *in 4. diſt.* 17. *q.* 4. Angelus *verb. Caſus.* Sylveſt. *Confeſſor* 1. *q.* 3. Henricus *quodlib.* 1. *q.* 27. Suarez *diſp.* 29. *ſect.* 4. *n.* 6. Ægid. *diſp.* 8. *dub.* 11. Hurtad. *diſp.* 11. *diff.* 2. Lugo *diſp.* 20. *n.* 30. *pag.* 462. Ochag. *tract.* 2. *q.* 21. *n.* 2. Villalob. *tract.* 9. *diffic.* 57. *num. vltimo*, & communis, quam tenet Mendo *in Bull. diſp.* 23. *cap.* 2. *num.* 10.

QVÆSTIO XIX.

An etiam reſeruatio facta ab Epiſcopo, abſque rationabili, & legitima cauſa, ſit valida?

AFfirmant eſſe validam, licèt illicitam; loquendo, tam reſpectu Parochorum, aut Regularium habentium Epiſcopi approbationem: quam reſpectu Sacerdotum ſæcularium, qui non ſunt Parochi, Sylveſt. Villalob. Henricus, Suarez, Ægid. & Hurtad. *loc. cit.* quos ex parte ſequitur Lugo *diſp.* 20. *n.* 36. Bonacina *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 5. §. 2. *num.* 10. & alij.

Sed probabilius reſpondeo: neque eſſe licitam, neque validam talem reſeruationem in ordine ad Parochos, aut Regulares, bene tamen validam, non licitam in ordine ad Confeſſarios ſæculares, qui ſolùm ex mera eius delegatione iuriſdictionem habent. Sic Sot. Ruard. Vaſq. & Luyſ. *loc. cit.* Henriq. *lib.* 6. *c.* 14. *n.* 3. *lit. P*, & apud ipſum Ledeſma, Petr. Soto, Maior, Angel. Armilla, & alij recentiores. Sic etiam ex parte Lugo *loc. cit.* Ochag. *tract.* 2. *q.* 21. *num.* 2. & alij, quos ſequitur Mendo *num.* 20. *citato.*

QVÆSTIO XX.

An Prælati qui poteſtatem habent reſeruandi caſus, poſſint illorum abſolutionem reſeruare, non ſolùm ſibi, ſed etiam aliis?

NEgat Sotus *in* 4. *diſt.* 18. *quæſt.* 2. *art* 5. dicens: Si Epiſcopus reſeruet vnum caſum abſoluendum à Decano, & alterum ab Archidiacono, reſeruationem eſſe nullam, & ridiculam. Sic referunt ſententiam Soti, Villalobos, Suarez, Fagundez, & Lugo. Sed non bene, vt *infrà.*

Vnde longè multò probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia Epiſcopus poteſt ea peccata ſibi reſeruare, & poſt reſeruationem committere vnum Decano, & alterum Archidiacono: ergo etiam poterit à principio illa aliis reſeruare. Sic Suar. *diſp.* 28. *ſect.* 1. *n.* 9. Fagund. *præc.* 2. *lib.* 8. *c.* 1. *n.* 10. & Lugo *diſp.* 20. *n.* 8. *pag.* 458. qui tamen bene addit: intelligi id debere, quando peccata illa eſſent in diuerſis perſonis: nam ſi eſſent in eadem, cùm Confeſſio non poſſet diuidi inter plures Confeſſarios, oporteret, quod ille, cui grauius peccatum reſeruatum eſt, haberet facultatem ad alia, vel recurrendum eſſet ad ipſum reſeruantem, atque adeò perinde eſſet, ac ſi ſoli ſibi reſeruaſſet abſolutionem in eo caſu. Hæc addit Lugo. Et ego ſuperaddo, hanc, & non aliam eſſe mentem Soti, vt ex eiuſdem verbis haud profectò obſcurè colligitur. Ait enim ſic: Per hoc ſoluitur aliud argumentum, quod fieri ſolet: ſcilicet quod ſi poſſet Superior caſus reſeruare, poſſet Confeſſionem diſſecare in tres, vel quatuor partes, vt ſi hæreſim reſeruaret ſibi, & blaſphemias Decano, & adulteria Archidiacono. Reſpondetur, inquam, quod illa reſeruatio eſſet imprudens, & Clauium abuſus, quare non eſſet digna, quæ obſeruaretur. Sic Sotus. In vanum ergo ab his Authoribus impugnatur. Lege Mendum *loc. cit. num.* 21.

QVÆSTIO XXI.

An Superior, qui alios poteſt à reſeruatis abſoluere, poſſit etiam dare facultatem alteri, qui ipſummet Superiorem abſoluat à caſu reſeruato, in quem incidit?

REſpondeo: poſſe abſque dubio, ſi ipſe Prælatus ſit, qui peccatum reſeruauit, cum ipſe non poſſit ſeipſum ligare, ſed poſſit confiteri cui voluerit. Si verò fuit reſeruatum ab alio Superiori, iam dicam. Lege Dianam, & Mendum mox *citandos.*

QVÆSTIO XXII.

An Epiſcopus qui in caſum reſeruatum Summo Pontifici (v. g. in hæreſim occultam) incidit, à quo poteſt ſuos ſubditos abſoluere, poſſit facultatem Confeſſario committere, vt eum ab illo abſoluat?

NEgant Marius Alterius *de cenſ. tom.* 2. *diſp.* 8. *c.* 3. *concl.* 4. vt refert Diana 3. *parte, tract.* 4. *reſol.* 142. & Beja *parte* 4. *caſu* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Sic Henriquez, Sayrus, Riccius, Naldus, Sà, & alij, quos refert, & ſequitur Diana *loc. cit.* & Sanch. *lib.* 2. *ſum. cap.* 11. *n.* 11. *& lib.* 8. *de matrim. diſp.* 3. *num.* 3. per hæc verba: Et bene addunt Maiolus, Sayrus, & Suarez *de cenſur. diſp.* 41. *ſect.* 2. *num.* 9. dicentes, id decreuiſſe Congregationem Cardinalium, idem eſſe dicendum de caſibus occultis conceſſis Epiſcopo, in Trident. *ſeſſ.* 24. *c.* 6. *de reformat.* Si enim Epiſcopus in eos incidat, poteſt abſolutione, & diſpenſatione ſui Confeſſarij ad id electi ab ipſo vti. Sic Sanchez. Sic etiam Lugo *diſp.* 20. *n.* 37. Layman *lib.* 5. *tract.* 6. *c.* 10. *n.* 17. Bonac. *diſp.* 5. *q.* 7. *punct.* 5. §. 2. *n.* 7. & Nuñus apud ipſum, Villalobos *tract.* 9. *diff.* 60. *n.* 8. & apud ipſum Farinacius, & Marzilla, quos ſequitur Mendo *in Bull. diſp.* 23. *cap.* 2. *num.* 21.

QVÆSTIO XXIII.

An Vicarius Epiſcopi, qui poteſtatem ſubdelegandi habet, poſſit etiam facere ſe abſolui ab alio, ſi in caſum reſeruatum à ſuo Epiſcopo inciderit?

NEgat Graſſius *in Append. ad deciſ. aureas, lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 22.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia ſicut ex poteſtate, quam Vicarius habet conſtituendi Confeſſarios ordinarios, cum poteſtate ad caſus non reſeruatos; poteſt conſtituere Confeſſarium, cui ipſemet poſtea confiteatur peccata non reſeruata: ſic ex poteſtate, quam habet conſtituendi Confeſſarios, qui abſoluant à reſeruatis, poterit conſtituere Confeſſarium, cui ipſemet poſtea confiteri poſſit peccata reſeruata. Sic Lugo *diſp.* 20. *n.* 58. Vgolin. & Floron. quos refert, & ſequitur Dian. *loc. cit.* & Mend. *in Bull. diſp.* 33. *c.* 2. *n.* 28.

QVÆSTIO XXIV.

An Superiores locales poſſint abſolui à ſuo Confeſſario, à peccato quod non ipſi, ſed Capitulum Generale, aut Generalis reſeruauit?

AFfirmatiuam partem nonnulli Authores ſequuntur. Negatiuam alij Omnes probabiliter.

Sed

Sed probabiliùs omnibus reſpondeo, poſſe quidem abſolute a ſuo confeſſario abſolui, dummodo voluntas Capituli, vel Generalis reſeruantis non fuerit contraria, quia tunc non poſſent abſolui, niſi à confeſſario, quem ipſis Capitulum Generale, aut Generalis aſſignauerit. Sic Lugo *diſp.*29. *à num.*60. qui optime hoc, ſicut alia, explicat, & probat.

QVÆSTIO XXV.

An Confeſſarius huius Diœceſis habens facultatem abſoluendi à reſeruatis in illa, poſsit abſoluere pœnitentem alterius Diœceſis à reſeruatis in ſua Diœceſi?

NEgant Nauat. *in c. Placuit, de pœnit. diſt.*6. *ar.*63. & (apud Suarium) Sot. *in* 4. *diſt.*18. *q.*2. *art.*4.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia ita habet praxis, & conſuetudo, quæ in hac parte præualuit. Sic Palud. *diſt.*17. *q.*4. *col.*7. & D. Anton. 3. *part. tit.*17. *c.*4. apud Nauarr. *loc. cit.* Caiet. *verb. Abſolut.*2. Suar. *diſp.*30. *ſect.*1. *n.*4. Vinald. & Capua, quos citat, & ſequitur Fagund. *prac.*2. *lib.*8. *c.*8. *n.*18. Lugo *diſp.* 10. *n.*69 *pag.*470. Layman *c.*10. *cit. pag.*120. Lublinus *v. Caſus, n.*8. Molfeſ. *c.*20. *cit. n.*53. Regin. *lib.*8. *n.*66. Megala *lib.*1. *c.*13. *n.*31. Imò id ipſum docet Nauar. *in man. c.*27. *n.*261. §. *Decimò dico.* Nec oppoſitum docuit Sotus *loc. cit.* à Suario, quia ibi nihil quoad præſentem quæſtionem attinens dicit: dicit tamen *q.*4. *art.*1. *col. mihi* 10. Sed potiùs in fauorem noſtræ, quàm oppoſitæ ſententiæ, quidquid dicat etiam Layman *loc. cit. n.*10. Tenet etiam hanc partem vt probabilem, me citato, Mendo *in Bull. diſp.*23. *c.*2. *num.*22.

QVÆSTIO XXVI.

An ſi Confeſſarius huius Diœceſis nullum habeat facultatem ad abſoluendum à reſeruatis in illa, poſsit nihilominus in eadem Diœceſi abſoluere pœnitentes alterius Diœceſis; à reſeruatis in ipſa?

NEgant poſſe abſoluere, etiam caſu, quo peccatum tantùm ſit reſeruatum in Diœceſi pœnitentis, Graffis *lib.*1. *deciſ. aurear. c.*13. *n.*47. Sot. *diſt.*18. *q.*4. *art.*2. *col.*8. & Vega *lib.*2. *caſu* 320. Quos omnes citat, & ſequitur Fagund. *loc. cit. n.*20. (non *lib.*3. vt citatur à Lugo) Comitolus, Hunnius, Megala, Vgolin. Nuñus, Belloquius, Floron. & Chapeauilla, quos affert Diana 1. *p. tract.*47. *reſol.*56. *&* 3. *p. tract.*4. *reſol.*203. & Lublinus *v. Caſus, n.*8. qui tamen malè citat Henriquez pro hac parte. Ludouic. *q.*5. *art.*18. *diff.*1. *pag.* 435. & apud ipſum Medina, Petrus de Ledeſma *c.*21. *cit. ſub concluſ.*4. *pag. mihi* 410. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe abſoluere pœnitentē à reſeruatis, dummodo illud peccatum in Diœceſi Confeſſoris, aut confeſſionis non ſit reſeruatum. Quia talis pœnitens iudicandus eſt vt incola illius Diœceſis, in qua confitetur, & iuxta forum eius. Sic Caiet Palud. D. Anton. & Suarez *loc. cit.* Nauar. *c.*21. *n.*255. Rodrig. *in ſum. c.*55. *concl.*2. Sanch. *lib.*2. *ſum. cap.*11. *n.*9. Granad. *tract.*10. *diſp.*7. *n.*9. Henriq. *lib.*6. *c.*14. *n.*8. *lit. Q. & R.* Reginald. *lib.*8. *c.*5. *ſect.*3. *n.*69. Homobon. *de caſib. reſeru.* 11. *p.*1. *c.*2. Villalob. *tract.*9. *diff.*59. *n.*4. quos affert, & ſequitur Diana *loc. cit. &* 4. *p. tract* 4 *reſ.*109. vbi pro hac parte citat Præpoſitum. Lugo *diſp.*20. *n.*71. Bonac. *diſp.*5. *q.*7. *punct.*5. §. 2. *n.*9. qui pro hac parte citat Molfeſ. *tract.*7. *c.*21. *n.*53. Filliuc. *c.*6. *n.*283. Vaſquium *q.*93. *art.*1. *dub.*4. *ad finem.* Sed ex his malè citat Molfeſium; quia hic author ſolùm loquitur de caſu de quo nos *q. praced.* Sic enim ait: Confeſſor habens facultatem hic Neapoli abſoluendi Neapolitanos, etiam à caſibus reſeruatis, poſſet etiam abſoluere peregrinos, & alios tranſeuntes, qui haberent caſus reſeruatos in eorum Diœceſibus, &c. Sic Molfeſ. Rurſus etiam malè citat Vaſq. quia *loco* ab ipſo *citat*, nihil agit Vaſq. ad propoſitam difficultatem. Filliucium citat benè. Tenet etiam noſtram ſententiam Mendo *loc. cit.*

QVÆSTIO XXVII.

An ſi pœnitens verſetur in aliena Diœceſi, & peccata ibi reſeruata committat, poſſit ſi aliàs in loco, à quo diſceſsit, non erant reſeruata, à quocumque Confeſſario abſolui?

AFfirmant Fagund. *loc. cit. n.*21. *pag.*545. & apud ipſum Vega, Graffis, & Sotus vbi ſupra, & Petr. de Ledeſma *cap.*17. *cit. ſub* 4. *concl. pag. mihi* 410.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe abſolui, niſi à Confeſſario habente poteſtatem ſupra reſeruata, quia licèt pœnitēs aliàs non ſit ſubditus, tamen tunc, vt ſubditus, & incola illius loci reputatur. Sic Suarez *diſp.*30. *ſect.*1. *n.*6. & Caiet. *in ſum. v. Abſolut.*2. (vt ſic Fagundez credat, & videat vbi id doceat Caiet.) Bonac. Palud. & D. Anton. *loc. cit.* Lugo etiam *loc. cit. n.*72. *pag.*470. Imò Sotus *diſt.*18. *q.*4. *art.*2. *verſ. Eſt hic adnotandum,* noſtram ſententiam ex Caiet. docet: non ergo bene citatur à Fagundez, tenet etiam hanc partem, me citato, Mendo *in Bull. diſp.*23. *c.*2. *n.*23.

QVÆSTIO XXVIII.

An ſi pœnitens habens peccata reſeruata, & non reſeruata, primò adeat Superiorem, poſſit validè, & licitè Superior, auditis omnibus peccatis, abſoluere à reſeruatis tantùm, & pro aliis non reſeruatis, mittere pœnitentem ad alios Confeſſarios?

AFfirmant Ioan. de Medina *C. de Confeſſion.* non *de pœnitent.* vt citat Fagund. *q.*14. & Henriq. *lib.* 6. *de pœnit. cap.*15. *num.*4. aliique recentiores apud ipſum. Quibus ex parte fauet Lugo *diſp.* 20. *num* 77. *pag* 471. dicens contra Suarium, non facilè poſſe probari, non poſſe validè (quamvis non licitè) Sacerdotem velle abſoluere à reſeruatis, & non applicare directè abſolutionem ad alia, ſed habere ſe vt ſi ea non audiuiſſet.

Negant verò è contra Suar. *diſp.*31. *ſect.*1. *n.*3. Ludouicus de S. Iuan *q.*5. *de pœnit. art.*17. *dub.*1. *concluſ.*2. & apud illum Adrian. & Durand. docentes, nec validè, nec licitè id à Superiore fieri poſſe. Ita tenet Mendo *loc. cit. cap.*3. *num.*14.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe validè, non tamen licitè, ſaltem ſi fiat abſque cauſa. Sic Fagundez *lib.*8. *c.*3. *n.*2. per hæc verba: Si pœnitens habens peccata reſeruata primò adeat Superiorem, & Superior audiat in Cōfeſſione omnia peccata, tam reſeruata, quàm non reſeruata, ab omnibus ſimul tenetur abſoluere pœnitentem, & ſi intendat abſoluere à reſeruatis tantùm, & non ab aliis, peccabit quidem mortaliter, valebit tamen Sacramentum, & gratiam conferet, & velit nolit, omnia ſimul peccata, tam reſeruata, quàm non reſeruata abſoluet. Sic ille. Et Bonac. *diſp.*5. *q.*7. *punct.* 5. §. 3. *n.*1. Qui latè, & benè id probant, ſed citant Suarium, Henriq. Nauar. Sotum, Caietanum, Toletum, & alios, quorum alij oppoſitum docent, alij de hac re nihil. Docent tamen Layman *lib.*7. *tract.*6. *cap.*51. *num.*8. Lublinus *verb. Caſus, num.*10. *pag.*17. & Granados *tract* 10. *diſput.* 7. *num.*2. *pag.* 1301. & dicit probabile Mendo *loc. cit.*

QVÆS

QVÆSTIO XXIX.

An ſaltem ex graui cauſa poſſit ſuperior licitè audire tantùm peccata reſeruata, & ab illis abſoluere, & pro aliis non reſeruatis mittere pœnitentem ad inferiorem?

AFfirmant apud Suarium, id poſſe fieri licitè, & validè per ſe, & ordinariè, etiam abſque aliqua cauſa, Caiet. D. Ant. Palud Henric. Petr. Soto, Nauar. & Gerſon. Molfeſius etiam *tract.7.cap.21. n. 24.* vbi ait hanc ſententiam in effectu probare Reginaldum, & Vaſquez *locis ſtatim citandis*, Coriolanus *de Caſibus reſeruat. 1. parte, ſect. 1. art.* 50. & alij.

Negant verò abſolutè, apud eundem, Adrianus, Syluester, Victoria, Cano, & Viguerius. Quibus addi poſſunt Hurtado *diſput.11.diffic.15.* & Ochagauia *quæſt.25.* Vaſquez *quæſt.91.art.3.dub.10.* Reginaldus *lib.1.num. 76.* & alij docentes, id non poſſe fieri, ſed Superiorem debere aut non abſoluere, aut audire confeſſionem integram. Sic etiam Ludouicus *loco cit. & diffic. 4.* Becanus *cap.40.quæſt.9.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe quidem ex graui, & vrgenti cauſa, non abſque illa. Quia confeſſionis integritas eſt de iure diuino; ergo ſolùm neceſſitas, & vrgentiſſima cauſa ab illa excuſare poteſt pœnitentem, & Superiorem. Sic Suarez *diſp.31.ſect.1.n.6.* Sot. *in 4.diſt.18.concl.2.art.5.* Fagundez *præc. 2. lib.8. cap.3.num.5.* Granados *tract.10.diſp.8.n.2 & 3.* Lugo *diſput.20.n.77.& 78.* Henriquez *lib.5.cap.12.num.4. & lib.6.cap.15.n.4.* Luyſius *diſp.30. dub. 7.* Ægidius *diſp.7.n.83.* & Layman *lib.5.tract.6.cap.12.n. 8.* Lublinus *loc.cit.* Philippus *tract.de Iub.§.20.n.4.fol.147. & 149.* Bonacina *loc. cit.* Petrus de Ledeſma *1. parte ſum. cap. 20. de pœnit. dubit. 4. poſt 2. concluſ.* & alij. Quando verò vrgeat grauis cauſa, vel quando non, graui prudentis iudicio examinandum eſt. Lege pro hac parte Mendum *loc.cit.*

QVÆSTIO XXX.

An in dicto caſu, quo pœnitens abſolutus fuit à ſuo Superiori à ſolis reſeruatis, habeat obligationem ea iterum inferiori confitendi cum non reſeruatis?

AFfirmant Nauarrus *in cap. Conſideret, §. autus, num.13.de pœnitent.diſtinct.5.* Roſella *verb.Confeſſor 9.dicto 5.§.19.* Fr. Medina *fol.58.* aliàs *56.* dicens, hunc eſſe vſum Eccleſiæ. Durandus *in 4. diſtinct.17. quæſt. 14. & 15.* vbi docet, oppoſitum eſſe plenum periculo, & erroneum. Tabiena, Armilla, vterque Soto, Palatio, Ricardus, & Adrianus, & alij quamplures, quos citat, & ſequitur Henriquez *lib.3.cap.12. num.4.lit.R & lib.6.cap.15.num.4.& 5.& littera D.* Fagundez *præc.2.lib.8.cap.3.num.8.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non teneri pœnitentem in eo caſu confiteri inferiori Confeſſario, niſi ſola mortalia non reſeruata. Quia in caſu dicto pœnitens verè, & legitimè confeſſus eſt peccata reſeruata, & a Superiori ab illis directè abſolutus: ergo nullo modo obligandus eſt, vt eadem repetat alteri Confeſſario inferiori. Sic Gerſon, & Maior, Victoria, & Ledeſma apud Henriquez *locis citatis*. Nauarrus etiam *in man.cap.9. num. mihi 7.* vbi ait, eſſe ſententiam communem. Soarez *diſput.31.ſect.1.n.10.* Granados *loc.cit.num.4.pag.* 1301. Lugo *diſputat. 20. num.82.* & Ioannes de Cruce *in ſumma, parte 2.de pœnit.quæſt.3.dubit.5.concluſ.3.* Layman *loc. cit.* qui pro hac ſententia citat Petrum de Soto *lect. 10. de Confeſſ.* Sed non ita bene, cum oppoſitam tutiorem vocet ille. Valentia *tom.4.diſput.7.quæſt.11. punct.1.* Bonacin. *loco cit. num. 4.* Vaſquez, & Ægidius apud ipſum. Sic etiam Mendo *in Bullam diſputatione 23. cap.3.num.24.*

QVÆSTIO XXXI.

An quando ex cauſa Prælatus pœnitentem à ſolis reſeruatis abſoluis, verum fiat Sacramentum, quod & gratiam conferat?

NEgant apud Henriquez *locis citatis*, præcipuè *lib.5.cap.12.num 4. lit.O*, Nauar. Syluester, Tabiena, & Victoria, Ledeſma, Petr. Soto, Angles, & alij: quia exiſtimant talem abſolutionem non eſſe à culpis, ſed ſolùm à reſeruatione, vel excommunicatione, & id eſſe valde probabile, affirmat Henriquez *loc.cit.lit. R.* Affirmat etiam Ludouicus *quæſt.5.citata, artic.17.diffic.4.pag.* 428.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Verum fieri Sacramentum, & per illud conferri gratiam. Quia adeſt vera materia, & vera forma: ergo nihil deeſt ad veritatem, & effectum Sacramenti. Sic Henriquez *loc. cit.* & Petr. de Ledeſma *loc. cit. dubitat. 4. poſt 1. concluſ.* & apud ipſum D.Thom. D.Bonauent. Ricardus, Scotus, Paludanus, Capreolus, & alij, Suarez *loc. cit.num. 9.* Fagundez *loc.cit.num.11.* Lugo *loc. cit.num. 80.* & Ioan. de Cruce *loco citato*, Bonacina *diſput.5.quæſt. 7. punct. 5. §. 3. num.2.* & apud ipſum Ægidius, & communis.

QVÆSTIO XXXII.

An Confeſſarius inferior, licitè poſſit abſoluere pœnitentem confitentem peccata reſeruata, cum obligatione, vt poſtea ea ſola Superiori confiteatur?

AFfirmant abſolutè poſſe abſoluere, ſecluſa adhuc neceſſitate aliqua, Henricus, Palud. Medina, Nauar. Viguerius, Gabriel, Angel. & Syluest. quos affert Luyſius *diſp.31.de pœnit.dub.6.* Adrianus *q. 4. de Confeſſione, pag. mihi* 257. Vnde non bene citantur à Luyſio, & Hurtado pro oppoſito (vt infra) Toletus, & Phataonius, quos citat Diana *3. part.tract.4.reſol.58.* & dicit eſſe probabile, quod & indicat Layman *lib. 5.tract.6.cap.12.num. 11.verſ. Dico 3.*

Alij verò è contra abſolutè negant, id poſſe licitè facere, niſi ſolùm in articulo, aut periculo mortis. Ita Richardus *in 4.diſt.17.art.2.quæſt.8.* Durand. *diſt.17. quæſt.15.* Vaſquez *quæſt.91.art.3.dub.9.* quos citat, & ſequuntur Luyſius *loc. cit.* & Hurtado *diſp.11.diff.14.* Becanus *cap.40. quæſt.8.* Ex his tamen Doctoribus, Durandus, & Ricardus id non docent, ſed potiùs oppoſitum, Ægidius *diſput.8 dubit.13. num.99.*

Sed, media via, probabiliùs reſpondeo: poſſe quidem licitè abſoluere pœnitentem à reſeruatis, cum dicto onere, non ſolùm in articulo mortis, verùm etiam quotieſcumque grauis vrgeat neceſſitas, vel cauſa (minimè verò abſque illa) modò aliqua peccata non reſeruata confiteatur; à quibus abſoluatur directè, & indirectè a reſeruatis. Sic S. Thom. *in 4.dict.17.quæſt.3.art.5.quæſt. 2.ad 4.* Molfeſ. *cap.2.1 cit.num.47.* Reginaldus *lib.8.num.80.& ſeqq.* Megala *lib.1.cap.41.* Petr Ledeſma *1.parte ſum.cap.20.de pœnit.concluſ.2.* Sotus *in 4. dict. 18.quæſt.2.art.5.* Henriquez *lib.6.cap.15.& lib.5.cap.12.* Suarez *diſp.3.ſect.3.* Ægidius *diſput.8.dubit.13 à num.100.* Lugo *diſp.14. de Euchariſt.ſect.5.* & alij recentiores, de qua quæſtione iterum nos *tract.de Euchariſt.* dicemus: tenet etiam noſtram ſententiam Mendo *loc.cit.num.24.*

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXXIII.

An quando pœnitens habens reſeruata, primò adit (ex cauſa vrgenti) inferiorem, teneatur illi confiteri omnia peccata, tam reſeruata, quàm non reſeruata?

AFfirmant Sylueſt. *verb. Confeſſ. num.* 10. Toletus *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 3. Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 2. *n.* 1. 4. *&* 6. Angel. *verb. Confeſſ.* 5. *num.* 5. Nauar. *in cap. Conſiderit, de pœnit. n.* 10. & Medina *C. de pœnit. quæſt.* 13. quos omnes ſic refert, & ſequitur Fagundez *prac.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *num.* 13. dicens, oppoſitum eſſe omnino improbabile. P. Soto *lect.* 10. *de Confeſſ.* Nuñus *q.* 9. *Additionum, art.* 2. *in* 2. *parte, dub.* 3. *pag. mihi* 512. Vega *in ſpeculo Curatorum, tom.* 1. *cap.* 11. *num.* 273. Chapeauilla *de caſib. reſeruat. cap.* 8. Ludouicus de S. Iuan *quæſt.* 5. *de pœnit. art.* 17. *diff.* 5. *pag.* 418. Petrus de Ledeſma *loc. cit. dub.* 1. *poſt* 2. *concluſ.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo: non teneri in eo caſu confiteri inferiori, niſi ſolùm peccata non reſeruata. Quorſum enim diceet reſeruata illi, qui eorum Iudex non eſt, neque eſſe poteſt? Si dicas, quod vt indirectè abſoluatur à reſeruatis; Reſpondeo, quod abſque dubio, etiamſi taceantur, ab illis ſoluetur. Sic optimè, & latè Lugo *diſp.* 14. *de Euchariſt à n.* 86. *& diſput.* 20. *de pœnit. num.* 74. & ante illum Alenſ. 4. *p. quæſt.* 18. *memb.* 4. *art.* 5. §. 2. *aliàs q.* 77. *memb.* 5. *artic.* 2. Gandauenſ. *quodlibet.* 1. *quæſt.* 20. *&* 30. In hanc etiam ſententiam valdè inclinant Petrus de Soto *loco* pro contraria *citato, pag. mihi* 189. *col.* 2. vbi dicit eſſe ſatis probabilem. Et ad minus eſſe probabilem, clarè inſinuant Maior *diſt.* 17. *quæſt.* 5. D. Anton. 3. *p. tit.* 14. *cap.* 19. § 6. Suarez *loc. cit. ſect.* 2. *(mihi* 3.*) n.* 8. Nuñus *loc. cit.* & Diana 3. *p. tract.* 4. *reſolut.* 104. Salas, & Bonacina apud Lugum *diſput.* 14. *cit. num.* 86. apud quem etiam illam expreſſè docet Caſtrus Palao 1. *p. tract.* 4. *diſput.* 4. *punct.* 3. §. 6. & nouiſſimè Torreblanca *lib.* 11. *pract. cap.* 11. *num.* 43. per hæc verba: Habens caſum reſeruatum, vigente neceſſitate communicandi, vel celebrandi, ad vitandam infamiam grauem, ad ſummum ſolùm tenetur confiteri peccata non reſeruata Confeſſario non habenti poteſtatem ad reſeruatum. Medina *C. de Confeſſ. quæſt. de Integrit. Confeſſ. fol.* 55. Nam cum certum ſit, pœnitentem abſolui non poſſe à reſeruato, ad aliud non erit vtilis Confeſſio reſeruati, quàm ad ſe diffamandum coram Confeſſore, & non leue onus erit pœnitenti ad confitendum bis idem peccatum. Petrus Soto *lect.* 11. *de Confeſſ.* Alex. *part.* 4. *quæſt.* 18. *membr.* 4. *art.* 5. §. 2. Filliucius *tom.* 1. *tract.* 5. *cap.* 7. *num.* 213. Hucuſque Torreblanca. Sic etiam Mendo *loco citato.*

QVÆSTIO XXXIV.

An ſi pœnitens confitens aliqua reſeruata, obliuiſcatur alia inculpabiliter, maneat tunc liber à reſeruatione oblitorum, ita vt poſtea à reſeruatis oblitis abſolui poſſit à quocumque alio Confeſſario?

NEgant Vaſquez *quæſt.* 92. *art.* 3. *dub.* 5. *n.* 18. *&* 21. Hurtado *diſput.* 11. *diffic.* 8. & alij.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: manere tunc pœnitentem liberum iam à reſeruatione oblitorum. Quia Superior in hoc euentu abſoluens, ſemper intendit abſoluere quantùm poteſt. Nauar. *in c. conſiderret, de pœnit. n.* 32. Rodrig. Syln. Angel. Roſella, & alij, quos citat, & ſequitur Fagund. *prec.* 2. *lib.* 8. *cap.* 3. *n.* 12. vbi ait, eſſe concluſionem certam. Sic etiam Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 14. Candid *diſ.* 24. *q.* 69. *dub.* 56. *n.* 61. & alij, quos ſequitur Mẽd. *in Bull. Cruc. diſp.* 23. *c.* 2. *n.* 15.

QVÆSTIO XXXV.

An ſubditus non ſolùm maneat liber à reſeruatione oblitorum, quando aliqua reſeruata confitetur, verùm etiam quando nulla, propter obliuionem confitetur?

NEgant Vaſquez, & Hurtado *locis citat.* Luyſius *diſput.* 31. *dubitat.* 4. Et (licèt non ita conſequenter) Suarez *loc. cit. à num.* 13. & Bonacina *diſput* 5. *quæſt* 7. *punct.* 5. §. 5. *num.* 5.

Sed adhuc probabilius reſpondeo: manere etiam liberum à reſeruatione oblitorum, & poſſe conſequenter ab illis à quocumque Confeſſario abſolui. Quia non eſt maius fundamentum ad præſumendum ſuperiorem velle auferre reſeruationem pro oblitis, quando pœnitens confitetur aliqua reſeruata, quàm quando illa non confitetur, vt optimè probat Lugo *diſput.* 20. *num.* 94. *pag.* 474. In vtroque ergo caſu abſoluit, & liberat pœnitentem omnibus peccatis, & cẽſuris. Sic Nauarrus, Sylueſter, Gabriel, Adrianus, Angelus, Roſella, Couarrunias, Cano & Ledeſma apud Suarez *loc. cit. num.* 12. Hẽriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 5. vbi *lit. E*, ait falſo recentiores quoſdam limitare hanc noſtram reſponſionem; dicentes, ſolùm eſſe veram, quando oblitum peccatum erat eiuſdem ſpeciei cum alijs reſeruatis, quæ falſus eſt. Fagundez, & Lugo *loco cit.* Nuñus *quæſt.* 9. *artic.* 2. *parte* 2. *dubit.* 4. Ægidius *diſput.* 8. *dubit.* 12. *numero* 98. Reginaldus *lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 99. Diana 1. *p. tract.* 11. *de Bulla Cruciatæ, reſolut.* 19. qui pro hac ſententia citat Emmanuelem Sà *Confeſſio, num.* 7. & Hurtadum. Sed vtrumque malè: nam hic oppoſitum expreſſè docet; ille nihil de hac re agit.

QVÆSTIO XXXVI.

An qui virtute Iubilæi, aut Bullæ fuit abſolutus à peccatis, ſicut remanet abſolutus à reſeruatis oblitis, ſic etiam remaneat liber ab obligatione poſtea confitendi illa reſeruata legitimo Superiori, ſi non habeat Bullam, aut iam ſit finitum tempus Iubilæi?

NEgant manere pœnitentem liberum ab illo onere, apud Dianam *loc. cit.* Suarez *diſput.* 31. *ſect.* 4. *num.* 18. Vaſquez *quæſt.* 91. *artic.* 3. *dubit.* 5. Bonacina *de Sacram. diſput.* 5. *quæſt.* 7. *punct.* 5. *num.* 5.

Sed probabiliùs reſpondeo affirmatiuè; quia ſi per prædictam abſolutionem manet pœnitens liber a reſeruatione oblitorum (vt *quæſt. præcedenti* eſt habitum) quid obſtat, vt poſſit ab eiſdem abſolui per quemcunque Confeſſarium communem, etiam finito tempore Iubilæi, vel Bullæ? Nihil certè. Sic expreſſè docent & concedunt noſtrum caſum, Suarez *loc. cit. num.* 20. *&* 21. Vaſquez *dub.* 5. *cit. num.* 58. Bonacina *loc. cit. num.* 8. Quare abſque fondamento citat illos Diana in præſenti caſu, pro parte contraria. Sic etiam Ægidius *diſput.* 8. *dub.* 12. *n.* 98. Nuñus, Molfeſius, Megala, & alij, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit.* Lugo *diſput.* 20. *num.* 95. qui bene aduertit, quod licèt Suarez, Vaſquez, & Bonacina in confeſſione facta Superiori, contrarium ſentiant (vt ſuperiori quæſtione vidimus) tamen quando confeſſio fit à pœnitente habente facultatem ad obtinendam abſolutionem virtute Iubilæi, vel Bullæ; auferre omnino reſeruationem pro oblitis, omnino dicant. Sic etiam Luyſius *diſput.* 31. *dubitatione* 4. & me citato Mendo *diſputatione* 23. *cap.* 3. *numero* 23.

QVÆSTIO

QVÆSTIO XXXVII.

An ſi pœnitens tempore Iubilei confeſſus ſit cum intentione lucrandi illud, & poſtea non lucretur, maneat liber à reſeruatione peccatorum, quæ confeſſus eſt?

NEgant aliqui, quos ſuppreſſo nomine refert Hurtado *diſp.* 11. *diff.* 9. & expreſsè Nuñus *q.* 9. *art.* 2. *in* 2. *p. articuli, dub.* 4. *pag. mihi* 515. Angles, Vgolinus, Alterius, & alij apud Boſſium *vbi infrà.*

Vnde longè multò probabiliùs reſpondeo, manere liberum, & ideo non obligatum ad illa iterum confitenda, quia illa dicta peccata reſeruata iam fuerunt directè ſemel ablata per abſolutionem, quæ non fuit data ſub conditione de futuro, ſed omnino abſolutè: ergo. Sic Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 5. Vaſquez *q.* 91. *art.* 4. *dub.* 6. *n.* 6. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. Sanchez *lib.* 4. *Sum. cap.* 54. *num.* 41. *& ſequent.* Hurtad. *loc. cit.* Candidus *diſquiſit.* 14. *art.* 69. *dub.* 45. Nauar. & Conrad. apud ipſum, Luyſius *diſp.* 31. *dub.* 4. Lublinus *v. Iubileum, num.* 14. & apud illum Graffius, Philippus etiam *tract. de Iubileo*, §. 20. *n.* 3. *pag.* 146. *& num.* 4. *pag.* 148. *& tract. de indulgentiis*, §. 11. *n.* 7. Boſſius *de Iubil. ſect.* 2. *caſu* 39. *num.* 1. *& ſect.* 1. *caſu* 31. *n.* 4. & apud ipſum, Sanctarellus, Lauorius, Leo, Layman, Pollacbius, Coriolanus, Bonacina, & alij. Villalobos *diff.* 66. *n.* 5. Corduba *in Summa, quæſt.* 21. & communis, quam tenent Mendo *loc. cit.* Quintanadueñas *de Iubil. dup. hebdom. cap.* 11. *num.* 11.

QVÆSTIO XXXVIII.

An peccet mortaliter pœnitens non obſeruando reliqua requiſita ad Iubileum lucrandum, poſtquam virtute illius abſolutionem à reſeruatis, & votorum commutationem obtinuit?

AFfirmant Suarez *loc. cit. & tom.* 3. *de Relig. lib.* 6. *de voto, c.* 16. *n.* 11. Coriolan. *part.* 1. *ſect.* 3. *art.* 17. *num.* 3. *pag. mihi* 496. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: non peccare (ſaltem mort.) Quia nullum eſt fundamentum ad inducendam talem obligationem pœnitenti, qui ab initio habuit animum lucrandi Iubileum, licèt poſtea, mutata voluntate, non comparet. Sic Sanchez *loc. cit. num.* 54. *& lib.* 8. *de matrim. diſp.* 15. *n.* 24. *& lib.* 2. *diſp.* 43. *n.* 9. vbi ait, nullam in hoc inuenire culpam. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 16. *num.* 6. Hurtad. *diſp.* 11. *diff.* 9. Sanctarellus, Naldus, Floronus, Portel. quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 145. *& tract.* 5. *reſol.* 25. Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 69. *dub.* 47. Bonac. *diſp.* 6. *q.* 7. *punct.* 5. §. 5. *n.* 18. Sed *de hac quæſt.* iterum *tract. de Iubileo, quæſt.* 166.

QVÆSTIO XXXIX.

An pœnitens prædicto modo abſolutus virtute Iubilei, ſi reliqua requiſita non implet, maneat etiam liber à reſeruatione peccati reſeruati obliti, ita vt poſſit poſtea cuicumque Confeſſario illud confiteri?

NEgant Hurtado *loc. cit.* Vaſquez, & Luyſius *loc. cit. vbi suprà, q.* 34. & eſſe id valde probabile, ait Suarez *diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 23. Negat etiam Boſſius *de Iubil. ſect.* 2. *caſu* 40. referens pro hac parte Sanch. *lib.* 4. *Sum. cap.* 54. *n.* 52. ſed non benè. Negat denique Quintanadueñas *loc. cit. num.* 12. & Portel. penes ipſum.

Sed probabiliùs adhuc reſpondeo, manere liberum à reſeruatione peccati obliti, & ideo poſſe illud poſtea cuicunque Confeſſario habenti iuriſdictionem communem ad mortalia confiteri. Quia cum Confeſſio illa valida fuerit, vt ſupponimus, Confeſſor abſoluens directè à ſibi detectis, & indirectè ab oblitis, virtute Iubilei, intendit omnino auferre reſeruationem, cum abſoluat quatenus poteſt, & reuera poſſit. Sic Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 15. *n.* 21. *& in Sum. lib.* 4. *cit. cap.* 54. *n.* 45. Lugo *q.* 10. *n.* 101. *pag.* 575. & apud ipſum Suarez *loc. cit. num.* 24. Diana *loc. cit.* & Portel apud ipſum, Candidus *loc. cit. dub.* 48. Qui & citat pro hac parte Coriolan. & Bartholomæum à S. Fauſto. Sic etiam Homobon. *de caſ. reſeru. part.* 1. *cap.* 5. Leo *de Iubil. part.* 2. *n.* 203. *fine*, & alij.

QVÆSTIO XL.

An ſi quis confiteatur animo lucrandi Iubileum, & virtute illius abſoluatur à cenſuris, ſi poſtea illud non lucretur, reincidat in priſtinum cenſurarum reſeruationem, à quibus abſolutus fuerat?

AFfirmant reincidere Angles 1. *part. quæſt.* 3. *de Confeſſ. art.* 5. *diff.* 4. Rodriguez in *Bulla Cruciata*, §. 1. *n.* 8. Vgolinus *de cenſ. lib.* 1. *c.* 10. §. 4. *num.* 4. Marcus Alter. *lib.* 4. *de excommunicat. diſp.* 4. *cap.* 4. *dub.* 2. & alij Neoterici.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non reincidere. Quia quamvis ea abſolutio data fuerit in ordine ad futuram Iubilei conſequutionem: at non pendet ab ea, vt à conditione de futuro. Sic enim abſoluere nefas eſt. Nec abſolutio illa data eſt ad reincidentiam, id enim Iubileum non explicat, & ſolet Pontifex exprimere, quando id intendit: ergo. Sic expreſſis verbis Sanchez *diſp.* 15. *citatu, n.* 20. *& in Sum. diſp.* 54. *num.* 44. & apud ipſum Nauar. Corduba, Suarez, Graffis, Viualdus, Sà, & Rodriguez (ſibi contrarius.) Sic etiam Vaſquez *q.* 91. *art.* 3. *dub.* 6. *n.* 6. Filliuc. Molfeſ. & alij, quos citat, & ſequitur Diana *reſol.* 145. *cit.* Lugo *diſp.* 20. *n.* 100. Luyſius *diſp.* 31. *dub.* 4. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 11. *n.* 4. Boſſius *ſect.* 1. *caſu* 31. *n.* 4. & apud ipſum Zerola *lib.* 1. *de Iubil. cap.* 15. *dub.* 7. Coriolan. *de caſib. reſeruatis part.* 1. *ſect.* 3. *cap.* 17. *num.* 1. Bonac. *diſp.* 5. *quæſt.* 8. *punct.* 5. §. 1. *num.* 16. Sanctarellus, Lauorius, Layman, Leo, & alij plures, Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 69. *dub.* 46. Qui benè addit: idem eſſe dicendum de votis commutatis tempore Iubilei, quod ſcilicet maneant benè commutata, nec ampliùs redeant, licèt pœnitens poſtea non præſtet neceſſaria ad conſequutionem Iubilei. Sic ille (contra Bejam *part.* 3. *caſuum, caſu* 22.) & etiam Boſſius *ſect.* 2. *caſu* 39. & communis.

QVÆSTIO XLI.

An qui tempore Iubilei Confeſſionem non facit, quia facto examine non inuenit mortale, quod deberet confiteri, poſſit poſtea, tranſacto Iubileo, à reſeruatis ante illud commiſſis, & oblitis, à quocunque communi Confeſſario abſolui.

NEgant Fauſtus *de Iubileo lib.* 4. *q.* 134. Henriq. *lib.* 6. *c.* 16. *n.* 6. Floronus, & Portel, quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 250. Qui etiam citat pro ſe Suarium *tom.* 4. *diſp.* 31. *ſect.* 4. *n.* 9. *&* 24. & Thom. Sanch. *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 15. *n.* 21. Sed certè neuter hoc dicit (imò Sanch. oppoſitum affirmat, vt ſtatim) niſi ſuppoſita opinione probabiliori apud ipſos, aſſerente prædictum pœnitentem non comparaſſe in eo caſu Iubileum, eo quòd Confeſſionem non fecerit. Docent tamen Luyſius *diſp.* 31. *dub.* 5. & Candidus *loc. cit. dub.* 49. *pag.* 204.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe à quocunque Confeſſario abſolui, ſi pœnitens omnia alia ad Iubileum lucrandum impleuerit, quia probabilius eſt, ad Iubileum lucrandum non requiri neceſſariò Confeſſionem, quando quis non inuenit apud ſe materiam neceſſariam Confeſſionis, vt docent Suarez *diſp.*52. *ſect.*3. *n.*5. Lugo *diſp.*27. *n.*100. Diana 1.*part. tract.* 11. *reſol.*107. & nos infrà *diſp.* 14. *de indulg. q.*76. dicemus: ergo cùm præfatus pœnitens, quidquid ad Iubileum erat neceſſarium perfecerit, iam illud lucratus eſt, & conſequenter priuilegium, vt ab omnibus caſibus reſeruatis abſoluatur: poterit ergo abſolui à reſeruatis oblitis, à quocunque Confeſſario, etiam elapſo Iubileo. Sic Sanctarell. *de Iubil. cap.*13. *dub.*2. Alphonſus de Leone, & Zanard. apud Dianam *reſol.* 150. citati (qui idem affirmant dicendum de illo, qui tempore Iubilei nullam Confeſſionem fecit, quia non habuit copiam Confeſſarij, ſi omnia alia pro lucrando Iubileo perfecerit.) Lugo *diſp.*26. *num.*102. *pag.*476. Boſſius *de Iubil. ſect.*1. *caſu* 30. *n.*2. citans pro hac ſententia Thomam Sanchez *lib.*8. *de matrim. diſp.*15. *n.*17. & 19. & *lib.*4. *Sum. c.*54. *n.*19. & 41. Laurentium Portel. (quem pro ſe citauit Diana) *in dub. reg. verb. circa indulg. & Iubil. num.*7. & 19. & alios recentiores.

QVÆSTIO XLII.

An ſi quis expreſsè confiteatur Prælato, vel habenti poteſtatem delegatam ad omnes caſus reſeruatos, ſatisfaciat reſeruationi, ſi confeſſio ex defectu doloris, ſeu examinis, ſeu ex alio capite nulla reddatur?

NEgant Thomas Sanch. *lib.*8. *de matrim. diſp.*15. *num.*21. & *lib.*4. *Sum. c.*54. *n.*5. Et Candidus *diſquiſit.*24. *art.*69. *dub.*43. 44. & 47. & alij.

Sed certiſſimè reſpondeo, ſatisfacere reſeruationi, & ideò poſſe talia peccata cuilibet Confeſſario fateri. Suarez *diſp.*31. *ſect.*4. *num.*9. Vaſquez *q.*91. *art.*3. *dub.*5. *à n.*43. & ante illos Sylveſt. *v. Confeſſ. q.*19. Caiet. *v. Caſus.* Armilla, Ricard. Palud. Nauar. Couar. Palatios, Gabriel, Adrianus, Angles, & alij, quos affert, & ſequitur Henriq. *lib.*6. *cap.*16. *n.*5. *lit. B, & C.* & *lib.*7. *c.*15. *num.*4. Ægidius *diſp.*8. *dub.*11. *n.*91. Nuñus *quæſt.*9. *addit. art.* 2. *in* 2. *part. art. dub.* 4. Lugo *diſp.*20. *num.*196. *pag.*577. Comitolus *lib.*1. *reſponſ. q.*30. *n.*2. & Ochag. *loco ſtatim citando,* Philippus de Cruce *tract.*1. *de Iubileo,* §.20. *n.*4. *pag.*247. Boſſius *loco ſtatim citando, num.*13.

QVÆSTIO XLIII.

An idem ſit dicendum de illo, qui tempore Iubilei inualidè confitetur, an ſcilicet maneat liber à reſeruatione peccatorum, quæ faſſus eſt à cenſuris, irregularitatibus, & à votis?

NEgant Sanchez, Philippus de Cruce, & Candidus *loc. cit.* Filliuc. *tract.*8. *c.*6. *num.*149. Floronus, Homobonus, Layman, Lauorius, & alij, quos refert Boſſius *de Iubil. ſect.* 1. *caſu* 54. *n.* 1. Ochag. *tract.*2. *de Confeſſ. q.*22. *n.*11. Suarez *loc. cit. num.*22. Bonac. *diſput.*5. *de Sacram. q.*7. *punct.*5. §.5. *num.*9. & alij. Negant etiam P. Ledeſma *de pœnit. cap.*17. *concluſ.*2. *dub.*7. Villalobos *tract.*27. *clauſula* 9. §.2. *n.*16. & Acoſta, quos citat, & ſequi videtur Diana 1. *part. tract.*11. *reſol.*18. Lugo *loc. cit.* & alij, in caſu tantùm, quo pœnitens aduerteret defectum confeſſionis, ſecus ſi non aduerteret, quia in iſto caſu putant manere liberum à reſeruatione, ſaltem ſi poſtea cætera requiſita ponat.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, etiam in hoc caſu manere liberum à reſeruatione peccatorum, quæ confeſſus eſt, & à cenſuris, & valere commutationem votorum, & diſpenſationem, ſi verè dum confeſſus eſt inualidè, habebat animum præſtandi onera ad lucrandum Iubileum neceſſaria. Quia etiam in hoc, ſicut præcedenti caſu, defert pœnitens peccata reſeruata Sacerdoti habenti iuriſdictionem, & eius ſententiam audit, & pœnitentiam impoſitam acceptat: ergo ſi ad id ſolùm ordinatur reſeruatio, vt multi ex contrariis fatentur, ipſa auferetur, etiamſi alias Confeſſio ex defectu doloris, vel examinis, aut integritatis ſit inualida. Sic Vaſquez *dub.*5. *cit. num.*33. & 37. Comitolus *loc. cit.* & apud ipſum Caiet. Armilla, Sylveſt. D. Anton. & Palud. Henriq. *lib.*6. *c.*16. *n.*5. vbi ſic ait: Durante Iubilei tempore, ſi quis animum habet præſtandi, & ſupplendi neceſſaria (licèt incontritè, vel etiam dimidiatè præ pudore à principio confiteatur) abſoluitur directè ab excommunicatione, & reſeruatione peccati, etiam obliti. Sic ille, & alij plures apud ipſum. Et id probabile iudicant Diana *loc. cit.* Boſſius *de Iubil. ſect.*1. *caſu* 34. *n.*12. Imò illam magna ex parte tenet *n.*7. 8. 9. & 10. Tenet & Lugo *n.*109. *pag.*477. Loquendo de facultate ex Bulla, per hæc notanda verba. Si ſermo ſit de facultate per Bullam Cruciatam conceſſa, exiſtimo, licèt Confeſſio fuerit ficta, vel nulla, nihil referre. Quia facultas, vel ablatio reſeruationis non ponitur a Confeſſario abſoluente, ſed ab ipſo Pontifice, poſita illa vnica conditione ſumendi Bullam, & dandi eleemoſynam: cum ergo conditio poſita ſit, iam pœnitens acquiſiuit ius, & priuilegium eligendi Confeſſarium, qui eum abſoluat ab omnibus reſeruatis tunc incurſis: quod ius remanet in eo ratione conditionis poſitæ. Sic ille.

QVÆSTIO XLIV.

An omnes qui peccata reſeruant, vel qui poteſtatem Ordinariam habent ad eorum abſolutionem, poſſint facultatem abſoluendi à reſeruatis delegare.

REſpondeo poſſe, & eo modo quo ad alia peccata iuriſdictionem delegant. Sic iuriſdictionem delegatam ad multa reſeruata habent Religioſi, præſertim Mendicantes, & etiam illi qui eliguntur à pœnitente virtute Bullæ, aut Iubilei. Sic omnes.

QVÆSTIO XLV.

An ſi aliquis petat facultatem à Superiore pro vna vice, pro caſibus reſeruatis, includatur in hac petitione ipſemet petens, ita vt dicta facultate vti poſſit pro ſua perſona?

AFfirmant abſolutè Alphonſ. de Leone *de offic. & poteſt. confeſſ. tom.* 2. *Recollect.*6. *n.*131. apud Dianam, & apud Lugum, & Villalob. *tract.* 9. *diff.*64. *num.*4.

Negat verò abſolutè Graffius apud Dianam 3. *part. tract.*4. *reſol.*142.

Diſtinguit verò ipſe per hunc modum. Si petens Superiori dicat, *eſt quædam perſona, quæ indiget veſtra authoritate; placet-ne vobis illam mihi dare?* tunc petens includitur in dicta petitione. Si verò petens illam facultatem dicat: *Rogo te, vt des mihi tuam facultatem pro vna perſona;* tunc, inquit, non poſſet petens illa pro ſe ipſo vti. Sic Diana *loc. cit.* & apud ipſum Floronus *de caſib. reſeru. part.* 1. *cap.*3. §.1.

Ego verò probabiliùs reſpondeo, in hoc caſu attendendam eſſe intentionem, & conſuetudinem, quam concedētes talem facultatem habent. Nam ſi Superior

concedat petenti facultatem abſolvendi à reſeruatis, tunc non poſſet petens, virtute illius facultatis, abſolvi ab alio: ſi verò Superior det petenti facultatem non abſoluendi, ſed eligendi Confeſſarium pro vna perſona, pro vna vice, vt faciat ſe abſolvere à reſeruatis, tunc non excluditur petens, ſed potiùs includitur, & ita poteſt illa facultate pro ipſomet vti. Sic Lugo *diſp.* 20. *num.* 119. *pag.* 478.

QVÆSTIO XLVI.

An qui obtinuit facultatem abſoluendi pœnitentem à reſeruatis, in qua inciderat, ſi poſtea inuenias ipſummet pœnitentem lapſum fuiſſe in alia duo, vel tria peccata reſeruata, poſſit eum ab his etiam abſolvere?

AFfirmant Bonac. *de legib. diſp.* 1. *q.* 3. *punct.* 7. §. 1. *num.* 11. Præpoſitus *q.* 9. *de reſeruat. caſ. dub.* 3. *n.* 12. & Diana 4. *p. tract.* 4. *reſol* 109. Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi, cap.* 36. §. 5. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, allegat.* 52. *num.* 9. & alij.

Alij verò è contra ſimpliciter negant. Sic Lucas Floronus *de caſib. reſeru. p.* 1. *c.* 4. §. 3. *dub.* 29. & alij.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo: Si Confeſſarius petat licentiam, aut facultatem abſolvendi quendam ſubditum ab vno quodam peccato, in quod lapſus eſt, & Superior eam concedat, non poterit tunc Confeſſarius abſolvere pœnitentem à peccato nondum commiſſo (niſi aliàs ſuperior expreſsè concedat, & dicat, vt poſſit abſolvere ab omnibus) ſi verò Confeſſarius abſolutè petat licentiam abſolvendi quendam pro vna vice à reſeruatis, & illi concedatur, tunc optimè poterit abſolvere illum à commiſſis, etiam poſt licentiam conceſſam. Quia in hoc caſu, conceſſionis verba non ſignificant limitationem. Sic Lugo *diſp.* 20. *n.* 123. & 128. & *ſequent.* (& in hoc ſenſu videntur loqui Bonac. Præpoſitus, & Barboſ.) Boſſius *de iubil. ſect.* 1. *caſu* 14. *n.* 4. & *ſequent.*

QVÆSTIO XLVII.

An ſi alicui concedatur licentia, aut facultas eligendi Confeſſarium, qui ipſum à caſibus reſeruatis pro vna vice abſoluat, ſolùm detur, vt abſoluatur à peccatis ante commiſſis, non verò à peccatis in poſterum committendis?

AFfirmant Vgolinus, Floronus, & Barboſa *loc. cit.* & Azor. *tom.* 2. *lib.* 5. *cap.* 23. *q.* 2. *col. mihi* 571. Quia aliàs huiuſmodi conceſſio, vel facultas, anſam præberet liberius, faciliuſque peccandi.

Alij verò cum diſtinctione reſpondent, dari quidem in eo caſu facultatem, vt abſolvatur pœnitens à peccatis commiſſis poſt datam licentiam, antequam ab eo acceptetur, non verò à peccatis commiſſis poſt acceptationem. Ita aliqui, quos ſuppreſſo nomine, refert Lugo *loc. cit. diſp.* 121.

Sed probabiliùs reſpondeo, dari dictam facultatem, vt abſolvatur pœnitens, cui conceſſa fuit, à peccatis ſimilibus commiſſis, etiam poſt licentiam conceſſam, atque etiam à commiſſis poſt notitiam habitam facultatis conceſſæ. Quia (quidquid alij dicant) eadem eſt huius, & præcedentis caſus ratio. Sic Lugo *loc. cit.* & apud ipſum Bonacina, & Ioan. Præpoſitus. Et Boſſius *loc. cit. n.* 6. per hæc verba. Verùm ego diſtinguerem; nam vel pœnitens petiit licentiã à talibus criminibus, vel à criminibus reſeruatis à ſe commiſſis, & ſic omnino certum eſt, non poſſe abſolui à commiſſis poſt licentiam obtentam, niſi ſuperior hoc expreſſerit: vel petiit abſolutè, & ſimpliciter, vt poſſet ſemel, aut pro vna vice alteri Sacerdoti confiteri, & abſolui à quibuſlibet reſervatis, & Superior annuit, nulla rejecta limitatione, ſeu reſtrictione, & tunc crederem pro illa vice eum poſſe abſolvi à reſervatis, etiam deinceps commiſſis, ſicut quando Confeſſario ipſi fuit data licentia illimitata pro aliqua tantùm perſona; videtur enim adeſſe eadem rationis paritas, vt oſtendunt ſuprà dicta. Sic Boſſius.

QVÆSTIO XLVIII.

An facultas abſolvendi à reſeruatis extendatur ad reſeruata commiſſa ob confidentiam talis facultatis?

NEgant extendi Couar. *lib.* 2. *variar. cap.* 2. *n.* 26. & Ioan. Lupinus *in cap. Per veſtras, de donat. inter virum, & vxorem,* & alij apud Acoſtam *in explicat. Bulla, quaſt.* 23. & apud Henriquez *lib.* 7. *c.* 9. *num.* 4. *lit. A.*

Sed longè probabiliùs reſpondeo, extendi; quia hæc facultas datur ad abſolvendum ab omnibus peccatis: ergo non debet reſtringi ad ea ſola, quæ non ſunt facta ob confidentiam talis licentiæ. Sic Sanch. *in Sum. lib.* 4. *c.* 53. *n.* 18. Filliuc. *tract.* 8. *c.* 10. *n.* 162. Villalob. & Ledeſma, quos citat, & ſequitur Lugo *loc. cit. n.* 130. & Lublinus *verb. Indulgentia, num.* 27. *pag.* 356. Nauar. *notab.* 34. *n.* 6. Suarez *tom.* 2. *de Relig. lib.* 6. *de voto, c.* 13. Bonac. *in prac. diſp.* 4. *q.* 2 *punct.* 7. §. 3. *n.* 12. Henriq. *loc. cit.* Conrad. Homobon. Floronus, Lauorius, Zerola, & alij, quos refert, & ſequitur Boſſius *de Iubil. ſect.* 1. *caſu* 13. *num.* 3.

QVÆSTIO XLIX.

An ſi quis in fine Iubilei accedat facturus longam confeſſionem, & Confeſſarius non poſſit integrè tunc illum audire, poſſit, & debeat intra tempus Iubilei abſolvere illum à cenſuris, & reſeruatione caſuum, & differre abſolutionem peccatorum poſt elapſum tempus Iubilei?

AFfirmant, quod poſſit, imò debeat tunc Confeſſarius incepta Confeſſione, abſolvere à cenſuris, & auferre reſeruationem pro peccatis, & reliquam Confeſſionis partem, cum abſolutione à peccatis, differre poſt elapſum tempus Iubilei, Lugo *diſp.* 20. *n.* 132. *in fine*, Diana 3. *p. tract.* 4. *reſol.* 147. & apud ipſum Henriquez, Sanchez, & Sà.

Sed clariùs, & probabiliùs reſpondeo, poſſe quidem Confeſſarium, incepta Confeſſione, abſolvere pœnitentem à cenſuris, & auferre reſeruationem, & etiam vota commutare, dilata in aliud tempus Sacramentali peccatorum abſolutione, vt benè affirmant Lugo, & Diana inſuper, & Vega, Floronus, Naldus, Portel, & alij, apud Boſſium *vbi infrà*. Non tamen teneri, quia licitè poteſt hæc omnia etiam poſt elapſum Iubileum facere. Sic Henriq. *lib.* 7. *c.* 11. *n.* 3. Sà *verb. indulgentia, n.* 14. vbi ſic ait: Si quis durante Iubileo cœpit Confeſſionem, quam oportet differri longius, poteſt tunc abſolvi à reſeruatis, & commutari in votis, poſtea verò ab omnibus abſolui, etiam quæ oblitus eſt, reſeruatis, ac in oblitis etiam diſpenſari: imò verò, poteſt omnia facere poſtea, finita confeſſione Confeſſor; cœpta enim cauſa, manet delegati poteſtas, donec finiatur. Sic ille. Quod etiam ſupponere videtur Lugo *num. citato, in principio,* & Candid. *loc. cit. dub.* 50. Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 15. *num.* 17. Sanctarellus *de Iubil. cap.* 8. *dub.* 7. Boſſius *de Iubileo ſect.* 1. *caſu* 39. *num.* 3 *pag. mihi* 158. vbi *num.* 4. addit, poſſe adhuc in huiuſmodi caſu, Confeſſarium electum prorogare tempus Iubilei à Bulla præſcriptum,

ad faciendam Confeſſionem, & reliqua ad Iubileum conſeqnendum neceſſaria, cùm tunc pœnitens videatur habere morale impedimentum, quod docuerunt etiam Bonac. *diſp.6. quæſt.1. punct.5. n.36.* Naldus, & Leo apud ipſos.

QVÆSTIO L.

An caſu, quo Confeſſio perficiatur, iuſta de cauſa, poſt elapſam tempus Iubilei, poſſit Confeſſor abſolvere tunc à reſeruatis commiſſis, etiam poſt finitum Iubilei tempus?

NEgant Sanctarellus *de Iubileo cap.8. dub.7.* Alphonſ. de Leone *de Iubileo, part.2. q.6. n.189.* Lugo *diſp.20. n.134. pag.481.* & apud ipſum Sanch. *lib.4. Sum. cap.54. num.17.*

Sed probabiliter certè reſpondeo, poſſe: quia iuriſdictio ſemel habita, & re non integra, vtpote cauſa ſucepta, non expirauit, donec cauſa finiatur. Sic Bartholomæus à Sancto Fauſto *de Iubileo, lib.4. q.133.* Cuius ſententiam vt probabilem defendit Diana *3.p. tract.4. reſol.147. & 5. part. tract.12. reſol.27.* & Angelus Boſſius *de Iubileo, ſect.1. caſu 39. n.6.* Et meo videri Henriq. *lib.7. c.11. n.3. in fine.* Et eſſe probabilem etiam dicunt Leo, & Sanctarellus.

QVÆSTIO LI.

An ſi quis ſine animo lucrandi Iubileum tranſegerit vtramque hebdomadam, & die ipſo Sabati, in fine ſecunda hebdomada, mutato animo velit illud lucrari, poſſit tunc à reſervatis abſolui, & lucrari Iubileum?

NEgatiuam ſententiam tenere Thomam Sanchez *lib.4. Summa, cap.54. n.28.* & Pinellum *de indulgentiis c.13.* ait Sanctarel. *de Iubileo c.7. dub.1.* Sed malè profectò, quia hi Authores (ad minùs Sanchez, quem ego vidi) nihil ibi tale dicunt, vt benè notat Lugo, quod & poterat Diana.

Probabiliùs ergo longè reſpondeo, poſſe à reſeruatis abſolui, quia optimè poteſt Confeſſarius commutare pœnitenti tunc ieiunia, quæ iam obſeruare non poteſt, & viſitationem Eccleſiæ, ſi nec hoc facere queat, & pœnitens ipſa die Sabbati opera ſubrogata exequi, & confiteri, & die ſequenti Euchariſtiam ſuſcipere: ergo optimè poterit lucrari Iubileum: ergo virtute illius abſolui à reſeruatis, & cenſuris. Sic Lauorius, & Sanctarell. quos affert, & ſequitur Diana *3.p. tract.4. reſol.152.* & Lugo *diſp.20. n.139.* Boſſius *de Iubil. ſect.1. cap.38. per totum.*

QVÆSTIO LII.

An ſi aliquis omnia injuncta opera pro lucrando Iubileo feciſſet, & vltimo die, in quo Euchariſtiam debebat accipere, per oblitionem, aut incuriam biberet, poſſet hoc non obſtante, lucrari Iubileum, & à reſeruatis abſolui?

AFfirmant abſolutè Henriquez *lib.7. cap.10. n.8. fine,* Sanctarell. & Graſſius, quos affert, & ſequitur Diana *3. part. tract.4. reſol.152.* Quia in tali caſu poteſt, inquiunt, Confeſſarius communionem, quam tenebatur pœnitens facere, in aliud opus pium commutare.

Negat verò Lugo *diſp.10. n.132. & 138.* & expreſſiùs *diſp.27. num.119.* Quia exiſtimat, iuxta formulam nouam, non poſſe Confeſſarium, nec Confeſſionem, nec communionem, adhuc in neceſſitate, in alia opera commutare.

Clariùs ergo reſpondeo, poſſe quidem in eo caſu pœnitentem lucrari Iubileum, & à reſeruatis abſolui, ſi attendamus formulam antiquam Iubilei, quia iuxta illam poteſt Confeſſarius commutare communionem, & Confeſſionem, ſicut ieiunia, vel alia opera, in alia opera pia: non verò poſſe, ſi iuxta nouam formulam Iubilei facultas commutandi communionem, & confeſſionem, Confeſſori de facto non concedatur: de quo (quidquid ſentiat Lugo) maximè dubito, cum id in dicta noua formula clarè non exprimatur, & ideò abſolutè dicendum videtur, etiam nunc poſſe abſolvi, de quo adhuc *diſp.14. de Iubileo, q.95.*

QVÆSTIO LIII.

An lucrato iam Iubileo, non verò elapſo eius tempore, poſſit quis iterum abſolui à reſeruatis de nouo commiſſis?

AFfirmatiuam ſententiam videntur amplecti Diana *2.p. tract.17. reſol.49. verſ. Quartò,* & apud illum Moiſeſius.

Sed reſpondeo, non poſſe. Sic Lugo *diſp.20. n.140. pag.482.* per hæc verba: Sextò dubitatur, an poſſit feria ſexta, v.g. abſolvi à reſeruatis nouis ille, qui feria quinta abſolutus fuit, & lucratus eſt Iubileum; poteſt enim fieri, quod aliquis non potens ieiunare faciat ex conſenſu Confeſſarii loco ieiuniorum alia pia opera, quæ omnia explenit feria quinta: atque adeò iam tunc lucratus eſt Iubileum. Dicendum ergo eſt in prædicto caſu, non poſſe abſolui iterum feria ſexta à reſeruatis de nouo commiſſis, quia cùm ea facultas detur in ordine ad lucrandum Iubileum, quod in eadem ſaltem hebdomada bis lucrandum non eſt; ſequitur expiraſſe iam facultatem pro illo, qui compleuit prius, & lucratus eſt Iubileum. Sicut è contra, ſi aliquis communionem diſtulit ad ſequentem Dominicam, poterit ante communionem adhuc iterum abſolui à nouis reſeruatis, licèt diebus præcedentibus confeſſus, & abſolutus iam fuerit ab aliis: quia nimirum facultas illa durat, donec lucratus ſit Iubileum, vt obſeruant in vtroque caſu, Thom. Sanchez *lib.4. in Decalog. cap.54. num.28.* Quare prudenter faciet Confeſſarius commutando prædicta opera in aliquid faciendum ipſo die Sabbati, vt longiùs duraret facultas pro reſeruatis, & pro votis. Hæc ille: Et ante illum Candidus *diſquiſit.24. art.69. dubit.57. pag.105.* Boſſius *de Iubil. ſect.1. caſu 25. num.1. & 5.* & Sanctarellus *cap.8. dub.6.*

QVÆSTIO LIV.

An qui priori hebdomada lucratus eſt Iubileum, poſſit illud in ſecunda iterum lucrari, & abſolvi iterum à reſeruatis de nouo commiſſis?

AFfirmant Henriquez *lib.7. c.21. num.1. & lib.6. cap.16. n.3.* & apud ipſum Nauar. Angel. & Roſella, Graſſius, Vega, Zanard. Moure, & Naldus, quos citat, & ſequitur Diana *reſol.49. cit. & 3. part. tract.4. reſol.151. & 5. part. tractat.22. reſolut.28.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè. Sic Suarez *tom.2. de Relig. lib.16. cap.16. num.17.* Sanch. *lib.4. Sum. c.54. n.30.* Bonac. *diſp.5. quæſt.7. punct.3. §.5. num.17.* Layman *lib.5. tract.7. cap.8. num.9.* Rodriguez *in Summ. cap.188. num.2.* Raphaël de la Torre *in 2.2. quæſt.88. art.12. diſp.6. num.8.* Portel, & Benzonius, quos omnes refert ſic Diana *2.p. tract.17. reſol.49. & 3. part. tract.4. reſol.151.* Quibus addi poſſunt Lugo *diſp.27. num.122. pag.164.* Candidus *loc. citat.* Fauſtus *in Theſaur. Relig. lib.4. quæſt.61.*

Filliuc.

Digitized by Google

Filliuc. *tract.*8. *cap.*10. *n.*271. qui ait, ita declaraſſe Sac. Cardinalium Congregationem menſe Maio, 1610. Sed de hac quæſt. etiam agemus *diſp. de Iubileo, quæſt.*88.

QVÆSTIO LV.

An tempore Iubilei, quo Regulares abſolui etiam poſſunt à reſeruatis, teneantur eligere Confeſſarium ab Epiſcopo approbatum?

AFfirmant Suarez *tom.*4. *diſp.*18. *ſect.*6. *n.*11. Reginaldus *lib.*1. *c.*15. *ſect.*2. *num.*175. Vega *tom.*2. *cap.*7. *caſu* 32. Homobonus, Naldus, Molfeſ. quos citat, & ſequitur Lugo *diſp.*20. *num.*143. Henriq. *lib.*6. *cap.*7. *n.*9. & *lib.* 7. *c.*2. *num.*4. Fauſtus *de Iubileo, lib.*4. *quæſt.*88.

Sed probabiliter æquè reſpondeo, non teneri, ſed poſſe eligere Confeſſarium, non ab Epiſcopo, ſed à ſuo Prælato approbatum. Sic Bonacina *diſp.* 4. *q.*7. *punct.*4. §.1. *n.*24. Sancius *in ſelectis, diſp.*40. *n.*6. Et apud ipſum Moure, Nauar. Angles, Ledeſma, & Valerus. Diana etiam 2. *p. tract.*17. *reſol.* 47. & clariùs *reſol.*4. *in addit. ſecund.* & 5. *part. tract.* 12. *reſol.*37. & apud ipſum Coriolan. Zerola, Sorbus, Zanardus, Sanctarellus, & Alphonſus de Leone, qui etiam citat pro hac parte Homobonum, quem pro ſua citat Lugo. Sed *de hac quæſt.* iterum redibit ſermo *diſput.* 14. *de Iubileo, quæſt.*84.

QVÆSTIO LVI.

An facultates, quas Regulares habent ad abſoluendum à reſeruatis, reuocati cenſeantur per Iubileum anni Sancti.

AFfirmat Rodriguez *in expoſit. Bullæ*, §.12. *in addit. dub.*6.

Sed probabiliùs reſpondeo, non reuocari. Sic Nauar. *in* §. *in Leuitic. notab.*33. Henriq. *lib.*7. *c.*28. *n.*7. & *cap.*31. *n.*3. Sanch. *lib.*4. *Sum. c.*34. *n.*62. Villalob. *tract.*27. *clauſ.*12. *n.*21. Diana 1. *p. tract.* 11. *reſol.*100. Lugo *diſp.*20. *n.*145. *pag.*43. & alij.

QVÆSTIO LVII.

An ſaltem dictæ facultates Regularium reuocentur, aut ſuſpenduntur per Bullam Cruciatam?

AFfirmant Nauar. *lib.*5. *conſil.*16. *de priuileg.* Lopez *part.*1. *vbi de clauibus, c.*2. Rodriguez §. *cit.* & Acoſta ſuper Bullam *q.*105.

Sed probabiliùs reſpondeo, non ſuſpendi, quia ita interpretatur praxis. Nam omnes Regulares vtuntur eodem modo ſuis facultatibus ad abſoluendum à reſeruatis, ad commutandum, &c. videntibus Commiſſariis Bullæ, & non contradicentibus; ergo. Sic Sanchez, P. Ledeſma, Henriquez, Ioan. de Cruce, & Graffius, quos referunt, & ſequuntur Diana, & Lugo *loc. cit.* & etiam communis, quam me citato, tenet Mendo *in Bull. Cruc. diſp.*29. *cap.*9. *num.*62.

QVÆSTIO LVIII.

An regulares virtute Bullæ Cruciatæ abſolui poſſint à caſibus ſuis Prælatis reſeruatis, abſque eorum licentia?

AFfirmant poſſe (etiam repugnantibus, & contradicentibus Prælatis) virtute Bullæ abſolui, Sancius *in ſelectis diſput.* 44. *num.* 10. & 13. Ioannes de Cruce *in ſua Epitome, lib.* 1. *c.*6. *dub.*12. *concl.*3. Valerus *diſf.*1. *concl.*5. & *verb. nullitas, diſf.*5. *n.*1. Trullench. *in expoſit. Bullæ, lib.*1. §.7. *c.*1. *dub.*9. (*in prima editione; nam in vltima* contrarium ſentit.) Baſil. Pontius *de matrim. lib.*5. *c.* 20. *n.*7. & *lib.*8. *cap.*19. §.2. *num.*13. & 14. & adhuc latius *in manuſcriptis, de Sacramento Pœnitentiæ*, vbi ſatis doctè, & eruditè, viribus & poſſe id defendit, dicens fuiſſe etiam ſententiam Magiſtri Bañez, Ioannis Vincentij, & Magiſtri Lunæ ex Dominicana familia, & ex Auguſtiniana Magiſtri Antolinez, Archiepiſcopi Compoſtellanæ Eccleſiæ, & aliorum. His accedunt Seraphinus de Freatis ex Ordine Sanctæ Mariæ de Mercede, *in memoriali peculiari de hoc puncto impreſſo*, & Commiſſarius Generalis Cruciatæ in Regno Portugalliæ *die 7. Martij anno* 1638. vbi publico edicto declarauit omnes Religioſos, ſine Prælati licentia, poſſe Bullam accipere, & eius facultate vti ad eligendum Confeſſarium, & obtinendam abſolutionem à reſeruatis. Tenent etiam Clarus, & Rius Mendoza, apud Ægidium Trullench *loc. cit. n.*11. & dicunt probabile Villalobos *tract.* 27. *clauſula* 9. *n.*13. dicens, ſic reſpondiſſe Antolinez, Curiel, & Cornejo, Magiſtros Salmanticenſes.

Probat Baſilius hanc ſententiam: Primò ex conceſſione generali, qua Pontifex in Bulla Cruciata omnibus fidelibus (nullo excepto) quibuſcumque illam ſumentibus, & eleemoſynam elargientibus, concedit facultatem eligendi Confeſſarium approbatum ab Ordinario, à quo poſſint abſolui à caſibus reſeruatis, ſemel in articulo mortis; ab aliis autem caſibus non reſeruatis, poſſe abſolui toties, quoties opus ſit: ergo cùm Religioſi eam eleemoſynam elargiantur, gaudere poſſunt huiuſmodi priuilegio eligendi Confeſſorem.

Secundò, quia prioribus priuilegiis per poſteriora derogatur, ſed per Bullam, quæ eſt poſterior, derogantur, & ſuſpenduntur omnes facultates, & priuilegia contraria: ergo & omnia decreta Pontificia anteriora contraria.

Tertiò, quia Commiſſarius Generalis Bullæ ſæpè declarauit, Religioſis Mendicantibus prodeſſe Bullam Cruciatæ ad effectum eligendi Confeſſarium, & obtinendi abſolutionem à reſeruatis, vt nuper vidimus, & teſtatur etiam Baſilius *vbi ſuprà*: ergo ſtandum eſt huiuſmodi declarationi.

Quartò, quia Bulla Cruciata conceſſa eſt Hiſpaniarum Regi: ſed Pontifices, nec ſolent, nec intendunt derogare priuilegiis Regibus conceſſis, niſi id exprimant, quod nullo modo faciunt Pontifices: ergo.

Quintò, quia conceſſio Bullæ eſt per vim contractus, id eſt, quaſi contractus oneroſus, & conceſſio remuneratoria, cum mutuò ſe obliget Rex ad ſoluenda multa aureorum millia pro fabrica Sancti Petri: at priuilegia ex contractu oneroſo nequeunt reuocari per poſteriores conſtitutiones, niſi reſtituantur eleemoſynæ pro Bullæ conceſſione obtinenda: ergo.

Sextò, quia ad minus, hæc ſententia quæ tot, & tam graues Authores habet, eſt abſque dubio probabilis: ergo tam Confeſſarius, quàm pœnitens, poſſunt eam practicè ſequi: patet, quia vt ſæpè diximus, probabilitas opinionum ſufficit ad dandam iuriſdictionem.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo, non poſſe abſolui virtute Bullæ à reſeruatis ſuis Prælatis abſque eorum licentia, ſaltem tacita. Quia de hoc extant expreſsè declarationes ſummorum Pontificum, qui contrariam doctrinam omnino reprobantes, declarant non fuiſſe, nec eſſe ſuam mentem, per conceſſionem Bullæ talem facultatem Religioſis concedere: ergo.

Sic olim declararunt Alexand. VI. pro ordine Ciſtercienſi, Innocent. VIII. pro Auguſt. & Minoribus. Et no-

uiter poſt illos Greg. XIII. *die 3. May anni* 1575. & Greg. XV. *20. de Febr. anni* 1622. pro Religioſis Societatis Ieſu. Et pro eiſdem, & Carmelitis Clemens VIII. *die 14. Iunij* 1595. & pro omnibus Regularibus *die 23. Nouembr.* 1599. quas Clementis litteras retulit Paulus V. *in alio Breui dato die 24. Decembris anni* 1608. & denique S. D. N. Vrbanus *die 19. Iunij anno* 1638. Motu proprio, & ex certa ſcientia, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine decretum illud pro omnibus regularibus à Paulo V. relatum innouauit, atque ampliauit, & inſuper declarauit, *Confeſſionem ſanctæ Cruciatæ, quantum ad prædictum articulum eligendi Confeſſarium, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, cum Regularibus quorumcunque Ordinum, & Congregationum, Societatiſque, & inſtituti, Mendicantium, & non Mendicantium vtriuſque ſexus, locum minimè habuiſſe, neque habere, nec illis vllo modo ſuffragari potuiſſe neque poſſe, & quod iidem fratres, & Moniales, quantum ad Sacramenti pœnitentiæ, ſeu confeſſionis adminiſtrationem ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedi Apoſtolicæ, quoad ſibi reſeruata, ſubjecti ſint.* Ablata deinde facultate Nunciis Apoſtolicis, ac Cruciatæ Commiſſariis aliter interpretandi, vt latiùs conſtat ex tenore eiuſdem Bullæ, quam de verbo ad verbum refert Diana *in addit. ſecunda, 3. p. reſol.* 9. Et ideò hanc ſententiam communiter defendunt Theol. Corduba, Ledeſma, Garcia, & Paſſarelus, quos refert, & ſequitur Suarez *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. c. 16.* Llamas, Coriolanus, Vechius, Portel, Acoſta, Miranda, & Reginald. quos refert, & ſequitur Diana *1. p. tract. 11. reſol. 14. & in addit. reſ. 9. cit. & 4. p. tract. 4. reſol.* 43. Henriq. *lib. 6. cap. 16. n. 7. & lib. 7. cap. 22.* Vivald. *de abſolut. num.* 25, & apud ipſum ex Dominicana familia, Magiſtri Gallus, Barth. de Medina, & Ibañez. Ex Franciſcana Magiſter Vzeda. Ex Auguſtiniana Magiſter Guevara, & alij. Chapeavilla *de caſibus reſeru. c. 1. q. 2. diff. 4. pag.* 25. qui ex Vivaldo refert, Pium V. ſuper hoc conſulto reſpondiſſe, non poſſe Candidus *diſquiſit. 24. art. 62. n. 6. pag.* 192. & apud ipſum Beia *p. 3. caſu* 16. & Barthol. à S. Fauſto *lib. 4. de Iubil. extraordinar. q.* 87. P. Hurtado de Mendoza *tom. 1. in 2. 2. diſp. 84. ſect. 1. §. 14. 15. & 16. ſect. 6. pag.* 104. & denique doctiſſimus Pater Ioan. de Lugo *diſp. 20. ſect. 9. à n. 153. pag.* 483. qui optimè argumenta oppoſita diſſoluit. Tenet etiam, me citato, P. Mendo *in Bullam, diſp. 24. c. 12. & 13. & in diſp. Appendic. c. 19. & in fine diſp. 4. in quæſt. appendicula,* & Bard. *in Bull. 1. p. tract. 2. cap. 5. à ſect.* 2. dicentes contrarium & ſpeculatiuè, & practicè iam eſſe omnino improbabile, vnde ex ipſis

Ad primum Baſilij reſpondeo negando, ſub illa generali conceſſione comprehendi Regulares, quantum ad articulum eligendi Confeſſarium. Primò, quia Pontifex non habet intentionem eos comprehendendi, vt conſtat ex atteſtatione tot Pontificum. Secundò, quia per alia decreta Pontificia expreſsè ſunt iam excluſi ab illa generali conceſſione, & ſic in illa non poſſunt comprehendi.

Ad Secundum dicendum, verum eſſe quod prioribus priuilegiis derogetur per poſteriora contraria, ſi aliunde non conſtet de contraria voluntate concedentis, prout in caſu noſtro conſtat; ſi quidem ipſimet Pontifices ita declararunt, ſe non habuiſſe talem intentionem reuocandi Decreta ſua ſuprà adducta, circa Religioſos, per illam derogationem generalem Bullæ Cruciatæ. Imò potiùs, vt vidimus, S. D. N. Vrbanus VIII. declarauit irritum quod prætextu talis derogationis factum eſſet.

Ad tertium dicendum ex Lugo *num.* 185. ideò ob illam declarationem factam à Commiſſario Luſitaniæ, declaraſſe ſanctiſſimum D. N. Vrbanum VIII. ſua conſtitutione irritas fuiſſe confeſſiones prætextu illius facultatis factas, & abſtuliſſe à Commiſſario licentiam aliter interpretandi, & declarandi.

Ad quartum, dicendum Primò falſam eſſe minorem, cum clarè, & expreſsè dicant Pontifices in conſtitutionibus ſupra adductis, nolle Religioſis concedere facultatem eligendi Confeſſorem, virtute Bullæ Cruciatæ, quæ in Hiſpania publicatur, & conceſſa fuit ad inſtantiam Regis.

Ad quintum, dicendum Primò, quod licèt priuilegium conceſſum ex pacto oneroſo, non ſoleat reuocari, poſſit tamen Pontifex declarare poſtea, qualem Intentionem habuerit in conceſſione. De facto autem declararunt Pontifices, ſe non intendiſſe illam facultatem Religioſis concedere. Sic reſpondet Lugo. Sed certè hæc ſolutio mihi non placet, nec ſatisfaciet conſideranti. Benè tamen ſeconda, quam ipſemet affert. Dicendum ergo Secundò, quod licèt conceſſio prima fuiſſet ex pacto oneroſo, & ideò eadem non potuerit, vel non debuerit à Pontifice reuocari, vel limitari, tamen quando poſt ſexennium fit alia nova conceſſio (Cruciata enim nunc ſolùm conceditur pro ſex annis, & ita in ſingulis ſexenniis fit conceſſio noui priuilegij) ſicut poteſt Pontifex non concedere ampliùs Cruciatam, ſic poteſt eam nunc concedere niſi cum nouis limitationibus (prout eam limitauit Pius V.) pactum enim oneroſum præteritum iam habuit totum ſuum effectum, tranſacto autem tempore conceſſionis, ceſſat conceſſio, & eius etiam onus, & fit noua conceſſio cum nouo onere, quæ ſi non æſtimetur vtilis, poterit Rex eam non admittere, neque obligare ſe ad onus ſubeundum. Sic Lugo, ex cuius doctrina facilè reſpondeo ad ſimile argumentum, quod facit Baſilius (& multi magni faciunt) de elargiente eleemoſynam ob obtinendam Bullam, dicens eſſe pactum oneroſum, & habere vim contractus.

Ad ſextum licèt Lugo, & Diana, Trullench. *(in noua editione) loc. cit. n. 17. pag mihi* 240. & Petr. Hurtad. *ſect. 6. citat. §.* 104. negent antecedens, nempe contrariam ſententiam eſſe iam probabilem, aut ſpeciem aliquam probabilitatis habere. Nihilominus tamen non deſunt alij, qui adhuc ſuppoſita conſtitutione Vrbani VIII. concedere antecedens non renuant, exiſtimantes ſententiam contrariam adhuc aliquid probabilitatis habere. Hi autem ſunt Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, diſp. 1. c. 1. dub. 12. n.* 2. & Petr. de Leone apud Dianam *in addit. loc. cit.* Quibus fauet Trullench. *loc. cit. n.* 19. affirmans, poſſe dici primam ſententiam ſua probabilitate non carere, adhuc ſuppoſita conſtitutione Vrbani VIII. caſu quo illa à ſuperioribus non ſit ſubditis notificata, & intimata, & ab illis acceptata. Sic ſentiunt hi, & alij moderni Authores. Ego verò, cum Lugo, antecedens firmiſſimè negarem, niſi eſſet verum (vt credo) id quod de hac re per me conſultus reſpondit Magiſter Araujo, In Academia Salmanticenſi Sacræ Theologiæ Primarius, nempe de præfata S. D. N. Vrbani bulla fuiſſe eidem ſupplicatum per Commiſſarium Generalem, de ordine, & mandato Regis noſtri Philippi IV. Qua ſupplicatione ſuppoſita, dum contrarium non conſtet de reſponſione Pontificis, non renuam antecedens concedere. Sed contra hanc meam ſolutionem acriter Inſurgit Mendo *loc. cit. num.* 129. dicens me leui fundamento ad id concedendum niti, ad quod comprobandum arguit Primò, quia de tali ſupplicatione Summo Pontifici facta nullo modo conſtat, nec ab alio quàm à me fuerit audita: ergo non eſt illi fides danda.

Secundò, quia ſemel publicata, & acceptata Bulla Vrbani, quamvis publicè poſceret Commiſſarius à Pontifice, vt eam reuocaret, ſaltem teneret ſuam vim, donec effectus reuocationis ſequeretur, quod patet; nam ſi ſuperior alicui poſcenti licentiam ad erogandum

dum

dum munuſculum, ſeu ſupplicanti, vt reuocaret mandatum de non erogando illo, adhue uón concesſiſſet, nec reuocaſſet, quis aſſerat illum poſſe interim donare illud ? Vel ſi Epiſcopus ſuſpendat omnes licentias omnium Clericorum ſæcularium ad audiendas confeſſiones, etiamſi à Cleru ſupplicetur, vt reuocet ſuſpenſionem, audebitne aliquis ante reoocàtionem audire confeſſiones ex vi licentiæ Epiſcopi ? ergo ſimiliter, cùm in noſtro caſu à Pontificis voluntate dependeat conceſſio poteſtatis ad abſolvendos Regulares à reſeruatis,& niſi ipſe concedat, non detur ea poteſtas, nihil poteſt referre quod Commiſſarius ſupplicauerit de Breai, in quo oſtendit Pontifex ſuam voluntatem eſſe, non concedere illam facultatem.

Tertiò, quia prædicta ſupplicatio iam aliquibus ab hinc annis fuit interpoſita, & tamen non idcò Pontifex Bullam Vrbani revocavit : ergo ſignum evidens eſt, ſupplicationem non fuiſſe auditam, ſed Pontificem in ſuo animo perſtitiſſe, quin aliquid mutare voluerit. Nec enim tam longo tempore res tanti ponderis, à qua poteſtas abſoluendi Regulares pendet, indeciſam manſiſſe, credibile cuiquam apparebit, cùm Bulla Vrbani expedita fuerit anno 1630. & Leander ſuum opus de Sacramentis ediderit anno 1643. Hæc contra me Mendo.

Ad eius primum argumentum reſpondeo, minimè eſſe leue fundamentum, quo nixus ſum ad non renuendum concedere, eſſe probabilem oppoſitam ſententiam, ſuppoſita Commiſſarij Generalis ſupplicatione : cùm adhuc illa nun data, graues Doctores id, vt nuper vidimus, affirment, quos maiori iure, quàm me impugnare debebat. Nec meum fundamentum infirmatur ex eo, quod Patrem Andream Mendo noſtra talis ſupplicationis lateret ; multa namque etiam non pigros latêre poſſunt Authores. Non illum lateat iam, cùm clarè dixerim ab Illuſtriſſimo Magiſtro Ataujo, Epiſcopo nunc Segobienſi, me id accepiſſe. Non ergo à me tantùm hoc dictum, etſi ſolùm à me ſcripto promulgatum. Solicitudini meæ ergo id Mendo tribuat.

Ad ſecundum omnino eſt negandum, quod Bulla Vrbani fuerit intimata, publicata, & recepta à Rege noſtro Philippo,& ab eius ſupremo Conſilio, Tribunali Sanctæ Cruciatæ (à quibus principaliter neceſſariò oportebat, vt colligitur ex quarto,& quinto argumento ab Authoribus primæ ſententiæ confectis) ante ſupplicationem Pontifici à Commiſſario nominè Regis factam, vt falsò ſupponit Mendo. Vnde clarè conſtat, dictam Bullam Vrbani non habere, ſuppoſita ſupplicatione ante acceptationem, vim aliquam obligandi, vt ingenuè fatetur ipſe Mendo *loc. cit. n.* 129. per hæc verba : *Scio conſtitutiones Pontificum ſolere in Curia Regia ſeruari, ab eiſque ſupplicari, & interim non obligare*: ita ille. Nunc ego : Igitur cùm ante publicationem, intimationem, atque acceptationem Bullæ Vrbani, de illa à Conſilio Regio ſupplicatum Pontifici fuerit, non habebit vim obligandi. Ex quibus diluta maoent exempla obiecta contra me à Mendo, quia nec inferior, nec Clerus habent facultatem ſupplicandi Superiori ſuſpendendn vim decreti, ſicuti habet ſupremum Conſilium Regis, ex expreſſa voluntate ipſiuſmet Pontificis, & Apoſtolicæ Sedis.

Ad tertium etiam eſt negandum, quod Bulla Vrbani non fuerit reuocata, annuente Summo Pontifice ſupplicationi Regis. Nec obeſt, quod Pontifex per aliquod decretum contrarium id non fecerit, quia non eſt ita conſentaneum Pontificiæ Auctoritati in lucem dare decretum, contra aliud ab ipſomet factum. Non eſt igitur ſignum euidens, vt Mendo putat, ſupplicationem Regiam non fuiſſe auditam, & Pontificem in ſuo animo perſtitiſſe, quin aliquid mutare voluerit, eo quòd nullum decretum reuocatorium edidit, quia id facere non decuit, & aliàs annuere ſupplicationi non fuit neceſſarium, cùm ſatis ad hoc ſit non renuere, aut repugnare, aut tacere, vt omnibus eſt notum. Igitur quod dixi iterum dico, & benè: nempe, quod ſit probabile antecedens, ſupplicatione Regis, & Commiſſarij ſuppoſita.

QVÆSTIO LIX.

An ſaltem ſufficiat licentia tacita Superiorum, vt Religioſus poſſit virtute Bullæ abſolui à caſibus ſuis Prælatis reſeruatis.

NEgant aliqui ex Authoribus noſtræ ſententiæ, nuper citati, & quidem probabiliter.

Sed æquè probabiliùs reſpondeo, ſufficere : quia qui tacet potens impedire, & non prohibet, conſentire videtur, & tacitus conſenſus dat iuriſdictionem, ſicut dat conſuetudo, & opinio probabilis, vt docent communiter Doctores. Nauar. *cap. Placuit, de pœnit. diſt.* 6. *num.* 96. *& in Man. cap.* 27. *num.* 255. Henriquez *lib.* 5. *c.* 14. *n.* 3. *&* 4. & Sanch. *lib.* 3. *de matrim. diſp.* 22. *num.* 65. Sancius *in ſelectis, diſp.* 44. *num.* 3. & alij : ergo cùm in multis Mendicantium, & non Mendicantium Religionibus ſciant, & videant Prælati, ſubditos ſuos accipere Bullam ad effectum obtinendi abſolutionem à reſeruatis, & hanc eſſe vniuerſalem conſuetudinem ſuarum Religionum, & taceant, nec prohibeant, conſentire cenſentur. Sic Henriquez *lib.* 6. *de pœnitent. cap.* 16. *lit. P, & lib.* 7. *cap.* 22. *n.* 4. *& in Gloſſ. litt. X.* & apud ipſum alij Doctiſſimi viri ex Dominicana, Franciſcana, & Auguſtiniana familia. Rodriguez *in Bullam*, §. 9. *num.* 25. Lugo *loc. cit.* Trullench. *loc. cit. n.* 28. *pag. mihi* 240. & dicit probabile Ludouicus à Cruce *in expoſitione Bullæ, diſp.* 1. *cap.* 1. *dub.* 13. *num.* 1. Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 62. *num.* 6. *in fine*. Thom. Hurtado *tom.* 2. *tract.* 9. *cap.* 5. *num.* 67. *& c.* 10. *n.* 87. & Bardus *in Bullam*, 1. *part. tract.* 2. *cap.* 5. *ſect.* 2. §. 6. *num.* 126.

QVÆSTIO LX.

An etiam Regulares, virtute Bullæ Cruciatæ, poſſint inuitis Prælatis, abſolui à reſeruatis, à Confeſſariis deſignatis à Superiore pro ſuis ſubditis?

AFfirmant Villalobos *tom.* 1. *tract.* 23. *clauſula* 9. §. 2. *n.* 12. & apud ipſum Doctiſſimi viri Salmanticenſes, Curiel, Antolinez, Cornejo, & alij, quos etiam videtur ſequi Trullench *lib.* 1. *Bulla, c.* 1. *dub.* 9. *n.* 26. *pag. mihi* 239. Et id eſſe probabile docent Diana 1. *part. tract.* 11. *reſol.* 14. & Lodouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, c.* 1. *dub.* 12. *n.* 2. & alij exiſtimantes per Bullam Vrbani ſolùm prohiberi, vt Religioſi vtantur Bulla Cruciata ad eligendum Confeſſarium extra Religionem.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, iam minimè poſſe à reſeruatis abſolui per prædictos Confeſſarios, quia id haud obſcurè colligitur ex nouiſſima Bulla S.D.N. Vrbani VIII. Sic Diana, & Ludouic. à Cruce *locis citatis*. Et annuit Thom. Hurtad. *tom.* 2. *tract.* 9. *c.* 12. quatenus ſolùm probat, non eſſe improbabilem ſenſententiam oppoſitam, & tenent nouiſſimè Bardus *in Bullam, part.* 1. *tract.* 2. *c.* 5. *dub.* 2. §. 3. *n.* 63. & Mendo *diſp.* 24. *cap.* 17.

QVÆSTIO LXI.

An ſaltem per Bullas Cruciatas à ſucceſſoribus Pontificibus concedendas, poterunt Regulares abſque vlla licentia ſacrorum Prælatorum eligere Confeſſorem, & abſolvi à reſeruatis iuxta tenorem earum?

AFfirmant implicitè Diana 3. *parte, in addit. reſol. 9. in fine*, & Trullench. *loc. cit. num. 27. in noua editione, pag. mihi* 140. & expreſſè vt probabile id defendit Candidus *loc. cit. pag.* 182. Tum quia conceſſio eligendi Confeſſarium, & abſoluendi à reſeruatis, facta tunc per Bullam, erit generalis pro omnibus fidelibus vtriuſque ſexus, abſque vlla reſtrictione. Tum etiam, quia vtile eſt pro populo Chriſtiano, vt aliquoties detur facultas confitendi aliis, quàm Ordinariis Confeſſariis, vnde Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. cap. 10. de reformat.* ſtatuit, vt Superiores Monialium dent bis, vel ter in anno Confeſſarios extraordinarios, quibus poſſint illæ confiteri: ergo cum per Bullam Cruciatam concedat Summus Pontifex generaliter omnibus Chriſti fidelibus facultatem eligendi ſibi Confeſſarium, poterunt vi huius conceſſionis, abſque reſtrictione conceſſæ, Regulares eligere. Tum denique, quia Religioſi de licentia ſui Superioris poſſunt accipere has Bullas, & eis vti quoad omnia in eis contenta, quoad electionem Confeſſarij, & abſolutionē à reſeruatis, &c. Et cum tali licentia nihil nocent Regulari obſeruantiæ, & cuncta redduntur bona, & licita: ergo erunt etiam bona, & licita de licentia, & conceſſione generali facta omnibus fidelibus vtriuſque ſexus à Romano Pontifice, & ita hanc aſſertionem tenet probabilem expreſſè Ioannes de la Cruz *lib. 1. de voto obedientiæ, dub. 12. concl. 3.* Henriquez *lib. 7. de indulg. cap. 22. n. 4. lit. X.* adducens multos, & grauiſſimos Doctores. Nauar. *tom. 2. conſil. 5. de priuileg. conſil. 13. num. 3.* Rodriguez *tom. 1. qq. Regul. quæſt. 21. art. 10. §. dico ſextò.* Hucuſque Candidus.

Sed multò probabiliùs, imò ferè certò reſpondeo: non poſſe, quia ſupradicta decreta Pontificum non expirant morte illorum: ergo mortuo Pontifice, non poterit Religioſus abſolui à reſeruatis virtute Bullæ ab eius ſucceſſore conceſſæ. Conſequentia patet: antecedens verò probatur ex Bullis Greg. XIII. & XV. Clementis, & Vrbani VIII. & Pauli V. vbi non ſolùm de ſe, ſed de ſucceſſoribus loquuntur, dum dicunt: *Non eſſe, nec fore vnquam mentis noſtræ, aut Sedis Apoſtolicæ*, &c. Nam verbum illud, *Sedis Apoſtolicæ*, facit quod decretum non expiret morte Pontificis, vt benè Sanchez *lib. 8. de matrim. diſp. 23. num. 49.* Deinde hoc ipſum clariùs conſtat ex decreto S. D. N. Vrbani VIII. qui de iis Religioſis, qui prætextu Cruciatæ ſe abſolui à reſeruatis fecerant, apertè dicit, id malè, & inualidè feciſſe, & declarat eos nullo modo id potuiſſe facere. Sic optimè Lugo *diſp. 10. à num. 165. pag. 487.* vbi *num. 168.* ait, quod ſuppoſita hac Vrbani VIII. declaratione, non poſſit ſine grauioris cenſuræ nota contrarium ſuſtineri. (Suſtinent tamen Doctores ſupra citati, & quidem probabiliter, ſuppoſita veritate ſupplicæ Commiſſarij Generalis, de qua ſupra *quæſt. 58.*) Sic enim Hurtado de Mendoza *loc. cit. ſect. 6. §. 104. pag. mihi* 726. Mendo *in Bullam, diſp. 24. c. 12. à num.* 131.

QVÆSTIO LXII.

An denique poſſint Regulares virtute Cruciatæ eligere quemlibet Confeſſarium approbatum, vt ab ipſo abſolvi valeant à peccatis mortalibus non reſervatis?

NEgant adhuc Diana 4. *part. tract. 4. reſol. 43.* & Lugo *loc. cit. à n.* 193. necnon Bardus *loc. cit. §. 4. per totum.* Et licèt valdè probabiliter, & mihi magis placeat, in gratiam tamen Regularium

Probabiliter reſpondeo, poſſe etiam abſque licentia vlla Prælatorum, quia Decreta Pontificum ſupra adducta ſolùm videntur loqui de peccatis reſeruatis, vt benè probat Trullench. *loc. cit. num. 25. pag.* 239. vbi ait: hanc concluſionem eſſe veram, etiam ſuppoſita conſtitutione Vrbani. Ludouicus à Croce *in expoſit. Bullæ diſp. 1. cap. 1. dub. 12. num. 1.* Rodriguez *in Summa, tom. 3. c. 7. num. 2.* & dixit eſſe ſententiam ſecuram in praxi Diana 1 *part. tract. 11. reſol. 14. §. quid ego ſentiam.* Et vt manifeſtam ſequitur Thom. Hurtado *tom. 2. tract. 9. cap. 6. num. 78.* & Mendo *diſp. 24. citat. cap. 18. num. 185. & in tract. append. diſput. 1. cap. 10.* & alij penes ipſum.

QVÆSTIO LXIII.

An Prælatus regularis poſſit dare facultatem abſolvendi ſubditum à reſeruatis, Sacerdoti ſimplici, non approbato ab Epiſcopo?

NEgat Peregrinus, vt refert Lugo *diſput. 20. num. 234. pag.* 499.

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe, quia approbatio ab Epiſcopo ſolùm requiritur in Confeſſore ad audiendas ſæcularium Confeſſiones, vt ſuprà eſt habitum. Sic Lugo *loc. cit.* & communis.

QVÆSTIO LXIV.

An quilibet Confeſſarius Sæcularis, vel Regularis poſſit abſolvere Novitios, etiam à peccatis in Religione reſeruatis?

NEgatiuam ſententiam docere Peregrinum, Megalam, Vechium, & Tamburinum, & etiam Layman *lib. 4. tract. 5. cap. 6. num. 4.* Rodriguez in Bullam Cruciatam, §. 9. *num.* 26. & Cordubam *in qq. lib. 1. quæſt. 3.* ait Diana 3. *part. tract. 2. reſol. 4. & part. 4. tract. 4. Miſcel. reſol. 5.* Sed ex his Authoribus oppoſitum docet Rodriguez *tom. 1. regular. qq. q. 21. art. 11.* vt teſtantur ipſe Layman *loco citato, cap. 2. (non 6.) num. 4.* imò & ipſe Diana *loc. cit. reſol. 4.*

Sed probabiliùs longè reſpondeo: poſſe, quia Nouitij non ſunt ſubiecti ſtatutis Regulæ, nec comprehendit illos casûs reſeruatio: ergo non poſſunt obligari à Prælatis, quo minus à quolibet Confeſſario abſoluantur. Sic Diana *loc. cit.* & apud ipſum Molfeſius, Ortiz, Portel, Petrus Fay, Villalobos, Miranda, Riccius, Azor, Vega, Vgolinus, Coriolanus, Floronus, Naidus, Graffius, & Sà. Sic etiam Lublinus *v. caſus, num. 5. pag.* 156. & ex parte Candidus *diſquiſit. 24. artic. 58. num. 11. in fine*, Lopez 1. *part. inſtruct. cap. 47.* & alij.

QVÆS

QVÆSTIO LXV.

An Superior teneatur concedere facultatem ſubdito (per ſe, vel per alterum) eam petenti, vt poſſit ab aliis à reſeruatis abſolui?

NEgant apud Suarium Victoria *cap.4. n.147.* & Nauar. *in Summa, c.7. num.8. & in cap. Placuit, de Pœnit. diſt. 6. num. 149. & 150.* dicentes nullo modo teneri Prælatum dictam facultatem ſubdito concedere.

Affirmant verò è contra, teneri Superiorem talem facultatem concedere, per ſe loquendo, & ſecluſis extrinſecis incommodis, apud eundem Suarium *diſp.30. ſect.8.* Sotus, Ledeſma, Sylveſter, Angel. Armilla. Imò & Victoria *n.146.* & Nauar. *in cap. Placuit, cit. n.119. & 151.*

Sed clariùs reſpondeo ſic. Quoties ſubditus præter famæ diminutionem apud Prælatum, quæ intrinſeca eſt inſtitutioni Sacramenti, prudenter timet ſibi aliquod graue damnum, vt Confeſſionis reuelationem, ſcandalum, odium, vel quod ea notitia vtetur ad alia extra illud forum, in eius damnum, pœnitens ius habet petendi alium Confeſſarium, & Prælatus tunc ex iuſtitia tenetur illum dare. Sic omnes, vt fatentur Hurtado *diſp.11. diff.16.* & Lugo *diſp. 20. num.215.*

Rurſus, debet etiam Prælatus dictam facultatem concedere, quando ex negatione prudenter timet graue aliquod nocumentum ſubditi, vt defectum integritatis Confeſſionis, vel communionem abſque præuia confeſſione, &c. Secus verò ſi nullum damnum timeat, quia tunc non tenetur Superior facultatem concedere. Sic Hurtado, & Lugo *loc. cit.* Candidus *diſquiſit.24. art.68. num.6.* Villalobos *diff.66. num.1.* ex Armilla *verb. Confeſſio, n.53.* qui bene addunt, etiam non teneri, imò nec debere talem facultatem concedere ſubdito, caſu quo Superior timeat, quod talis conceſſa facultas non ſit profutura ſubdito; ſed potiùs occaſio iterum peccandi. Legatur D. Thom. *in 4. diſt. 27. q.3. art.3. clauſ.4. ad 6.* vbi hæc notanda circa præſentem materiam, verba dicit: Peccaret autem Sacerdos, ſi non eſſet facilis ad præbendam licentiam confitendi alteri, quia multi ſunt adeò infirmi, quod potiùs ſine Confeſſione morerentur, quàm tali Sacerdoti confiterentur; vnde illi qui ſunt nimis ſolliciti, vt conſcientias ſubditorum per Confeſſionem ſciant, multis laqueum damnationis iniiciunt, & per conſequens ſibi ipſis. Hæc Angelicus Doctor.

QVÆSTIO LXVI.

An caſu, quo Superior iniuſtè neget facultatem abſolvendi ſubditum à reſeruatis, poſſit tunc petita, & non obtenta facultate, abſolui directè ab alio Confeſſario?

NEgant Alenſis *part. 4. q.78. n.1. art. 2.* Sotus *diſt.18. quaſt.4. art.2.* Medina *quaſt.30.* Llamas *part.1. c.6. §.1.* Philiarcus *part.2. lib.2. cap.24.* Suarez *diſp.27. ſect.4. concl.2.* Nauar. *lib.2. de reſtit. c.4. num. 269.* quos omnes citat, & ſequitur Layman *lib.5. tract.6. c.13. num.3.* quibus addi poſſunt Villalobos *tom.1. tract.9. diff.49. n.14.* Lugo *diſp.20. num.148.* Fagundez *prac.3. lib.3. c.9. num.17. pag.681.* & alij docentes, ſubditum tunc ita debere ſe habere, ac ſi nullam haberet copiam Confeſſarij. Quod expreſsè docuit D. Thom. *in 4. diſt.17. quaſt.3. art.3. q.4. ad 5.* per hæc verba: *Si licentiam habere non poteſt, quia illam Superior negauit, idem eſt iudicium, quod de illo, qui non habet copiam Sacerdotis.* Sic Sanctus Doctor, & ſic etiam Candidus *diſquiſit.84. art.6. dubit.8. n.10.* Bonacina *diſp.5. q.7. punct.5. §.2. num.20.*

Sed æque probabiliter reſpondeo, poſſe abſolui etiam directè, ab alio Confeſſario, vrgente neceſſitate communicandi, &c. quia tunc non abſoluit prædictus Confeſſarius abſque iuriſdictione, ſed cum facultate, quam in eo caſu cenſentur dare alij Superiores maiores, Prouinciales ſcilicet, Generales, vel Papa. Sic Henriquez *lib.6. c.13. num.4. & 6. & cap.15. num.6.* & apud ipſum Henricus *quodlib.9. quaſt. 24.* Adrian. *de Confeſſ. quaſt.5. dub.3.* Medina *C. de Confeſſ. quaſt.42.* Ricardus *diſt.17. art.3. quaſt.7.* Palud. *quaſt.3. art.2. dub.19.* & alij Nauar. *c.7. num.6. & in cap. Placuit, diſt.6. num.144.* Toletus *lib.3. c.14.* Rodriguez *tom.1. Sum. c.55. num.10.* Et id eſſe probabile affirmant Layman, & Fagundez *loc. cit.* Diana *3. p. tract.4. reſol.79.* (non 29. vt citatur à Lugo) & tenet expreſsè Reginaldus *lib.8. c.7. num.95.* per hæc verba: Si pœnitentem vrgeat neceſſitas vitandi infamiam alicuius grauis criminis, de quo ſuſpectus eſt, aut grauis ſcandali, nec adiri poſſit Superior, poſſe de illius tacita licentia ab inferiori abſolui, impoſito onere illum poſtea adeundi pro reſeruatis; aut ſi adiri poſſit quidem, ſed periculum ſit crimen ei detegere, aut malitioſè recuſat committere facultatem alteri idoneo, tunc ſimiliter abſolui poſſe, ex tacita commiſſione Papæ, qui cenſetur ipſo iure concedere iniuſtè negatam licentiam, præſertim vrgente neceſſitate, quæ (vt habet 4. regula Iuris, extra) facit licitum, quod eſt iure illicitum. Sic ille, & ſic etiam Rodriguez *1. part. cap.45. num.11.*

QVÆSTIO LXVII.

An Superior poſſit concedere facultatem ad abſolvendum ſubditum à reſeruatis, cum onere tamen comparendi poſtea, & manifeſtandi eadem peccata Superiori?

REſpondeo poſſe, vt probat praxis, & vſus aliquarum Religionum, in quibus Religioſi iter agentes, ex facultate communiter conceſſa abſolui poſſunt à reſeruatis, cum dicto onere comparendi coram Superiore. Hæc autem obligatio comparendi iterum coram Superiore non prouenit, vt vult Suarez *diſp.30. ſect.5. num.8.* ex peculiari modo, quo Superior delegauit iuriſdictionem ſuam ad abſolvendum, ſed ex conſenſu tacito, vel expreſſo pœnitentis. Nam illa facultas ad abſolvendum datur à Prælato cum quodam pacto, ſiue implicito, contento in aliquo ſtatuto generali, ſiue expreſſo, quo pœnitens vtendo illa facultate ſe obligat, & ſub mortali ad comparendum coram Superiore, ad ei manifeſtandum illa peccata reſeruata. Sic Vaſquez *q.93. art.1. dub.6.* Ægidius *diſp.8. dub.15. n.119.* Hurtad. *diſp.11. diff.11.* Lugo *diſp.15. n.100. & ſequent.* Sancius *in ſelectis diſp.21. n.3.*

QVÆSTIO LXVIII.

An ſubditus, ex facultate conceſſa cum onere comparendi abſolutus, teneatur poſtea comparere, ſi ante abſolutionem ignorauit dictum onus comparendi?

NEgant teneri ad comparendum Vaſquez *q.93. art.1. dub.6.* Ægidius *diſp.8. dub.15.* quos citat, & ſequitur Hurtado *diſp.11. diff.12.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo, teneri ad comparendum, quia per ipſam Confeſſionem, & petitionem abſolutionis contraxit ſubditus talem obligationem

propter

propter pactum implicitum ibi contentum, ſine qua non eſſet valida abſolutio, vel confeſſio. Sic aliqui quos, ſuppreſſo nomine, refert Hurtado, & expreſsè, & optimè doctus P. Lugo *diſput.* 15. *num.* 119. *& ſequent. pag.* 283.

QVÆSTIO LXIX.

An in articulo, ſeu periculo mortis poſſit quilibet Sacerdos abſolvere quemlibet ab omnibus cenſuris, & caſibus reſervatis?

RESpondeo, ex Tridentino *ſeſſ.* 14. *cap.* 7. poſſe. Sic omnes Doctores communiter, *vt ſuprà diſput.* 11. *quæſt.* 16. eſt habitum. Solùm hic pro praxi adnotandum eſt, abſolutionem à reſeruatis non ſolùm impendi poſſe in vltimo vitæ ſpatio, verùm etiam à prima die infirmitatis periculoſæ, vt doloris lateris, tabardilli, &c. aut amiſſionis loquelæ, aut vſus rationis, vt aduertit Sancius *loco citato, num.* 5. ex Hieronymo Llamas 1. *part. cap.* 7. §. 1. per hæc verba: Optimè aduertit Llamas, articulum mortis non eſſe mathematicè accipiendum, dum ſcilicet adeſt vltimus halitus, ſed dum timetur amiſſio loquelæ, & vſus rationis in periculoſa infirmitate. Imò mihi maxime arridet, indicari articulum mortis, quoad effectum abſolutionis à reſeruatis, ſi timeatur amiſſio vſus rationis perpetua, licèt mors non timeatur, quod etiam docet Sanchez *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 2. Zambran. *de caſib. in art. mort. prælud.* 1. *ſine*, Zerola *in praxi pœnit. fol.* 97. Arbitror item, abſolutionem à reſeruatis poſſe impendi à prima die infirmitatis periculoſæ, vt doloris lateris, tabardilli, &c. Quia amittens vſum rationis abſque abſolutione, ita eſt conſtitutus in periculo damnationis, ac ſi abſque abſolutione moreretur. Sic ille, & ex illo Diana 3. *part. tract.* 4. *reſolut.* 57. & me citato, Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 23. *cap.* 11. *num.* 103.

QVÆSTIO LXX.

An qui in articulo mortis abſoluitur ab excommunicatione reſeruata, teneatur tranſacto illo articulo, comparere coram Superiore, cui reſeruata erat?

REſpondeo teneri. Nam aliàs in eandem excommunicationem reincidet, ſi non comparuerit, vt habetur *in cap. eos qui, de ſent. excom. in* 6. Sic Vaſquez *quæſt.* 93. *art.* 11. *dub.* 6. *n.* 15. Hurtado *diſp.* 11. *diff.* 13. Lugo *diſp.* 20. *num.* 201. *pag.* 494. Granados *tract.* 10. *diſp.* 7. *num.* 14. *pag.* 1300. Sanchez *lib.* 2. *Sum. cap.* 13. *num.* 31. Sancius *loc. cit.* qui ex illo optimè aduertit à dicto onere comparendi liberum eſſe, qui à cenſura reſeruata abſoluitur virtute Iubilei, aut Bullæ concedentis talem abſolutionem in articulo mortis, vt conceditur in Bulla Cruciatæ, ſemel in vita, & ſemel in articulo mortis, excepto caſu hæreſis: nam priuilegium non eſt, vt abſolvatur cum onere comparendi in articulo mortis, ſed conceditur abſolutè, vt abſoluatur abſque vlla alia obligatione, per quam non tollitur obligatio ſatisfaciendi parti læſæ, & cautionem præſtandi. Sic ille, & apud ipſum Henriquez, Medina, Suarez, Rodriguez, & Viuald. Quibus adde Lugum *loc. cit.* & me citato, Mendum *cap.* 11. *cit. num.* 102.

QVÆSTIO LXXI.

An qui in articulo mortis abſolvitur à caſibus reſervatis, non tamen habentibus cenſuram annexam, teneatur etiam coram Superiore comparere?

AFfirmant Vaſquez *quæſt.* 95. *art.* 3. *dub.* 8. *n.* 7. & Hurtado *diſp.* 11. *diff.* 13.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non teneri ad comparendum, quia tale onus non eſt impoſitum in abſolutione peccati reſeruati facta in articulo mortis; ſed ſolùm in abſolutione à cenſura, vt conſtat ex Canone *citato*: ergo. Sic Suarez *diſp.* 30. *ſect.* 3. *num.* 6. Corduba *in ſum. quæſt.* 28. *punct.* 2. *num.* 2. Zambranus *de caſibus artic. mortis, cap.* 4. *dub.* 4. *n.* 21. quos citat, & ſequitur Sanch. *loc. cit. num.* 24. Sancius *diſp.* 12. *num.* 4. *&* 5. Ægidius *diſp.* 8. *dub.* 2. Henriquez *lib.* 6. *cap.* 14. *num.* 3. *& cap.* 9. *num.* 2. & apud ipſum Nauar. *cap.* 26. *n.* 27. Paludanus, Soto Maior, Cano, Angel. Angles, Armilla, & alij. Granad. *loc. cit.* Coriolanus *loc. cit. art.* 16. *pag. mihi* 193. Petrus Hurtado *tom.* 1. *in* 2. *diſp.* 84. *ſect.* 8. §. 130. Reginald. *lib.* 1. *n.* 62. *& lib.* 8. *n.* 14. & ipſe tandem Vaſquez, re melius perpenſa, priori ſententia relicta, hanc ſequitur *quæſt.* 93. *art.* 1. *dub.* 7. *n.* 15. & eſt communis, quam me citato ſequitur Mendo *vbi ſuprà num.* 104.

QVÆSTIO LXXII.

An Prælatus inferior Papa ita poſſit reſeruare peccata non habentia annexam cenſuram, vt in articulo mortis debeat abſolui cum eo onere comparendi poſtea elapſo periculo?

AFfirmatiuàm partem ſequi videtur Suarez *diſp.* 30. *ſect.* 5. *n.* 31. dicens, id poſſe validè fieri, non tamen licitè.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, nec licitè, nec validè poſſe talem reſeruationem facere; quia facultas abſolvendi à reſeruatis in articulo mortis, procedit à Summo Pontifice: ergo nec licitè, nec validè limitari poteſt à Prælato inferiori. Sic Lugo *diſputat.* 20. *num.* 211. *pag.* 495. vbi benè infert, quod caſu, quo ipſemet Pontifex non appoſuiſſet illud onus comparendi, quando pœnitens abſoluitur in articulo mortis à cenſura reſeruata, nec etiam potuiſſent inferiores Prælati licitè, aut validè illud onus apponere, etiam pro abſolutione à cenſura, cùm vtraque facultas abſolvendi, à peccatis ſcilicet, & à cenſuris in eo articulo, procedat ab Eccleſia, vt indicat Trident. *ſeſſ.* 14. *cap.* 6. Sic etiam, me citato, tenet P. Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 23. *cap.* 11. *num.* 106.

QVÆSTIO LXXIII.

An qui extra articulum mortis impeditus eſt adire Pontificem pro abſolutione à cenſura illi reſeruata, poſſit ab Epiſcopo abſolui?

NEgant Sylveſter *in verb. Abſolutio* 4. *q.* 4. *n.* 7. Corduba *in ſum. quæſt.* 18. *punct.* 1. *dicto* 2. & alij, quos refert Sanchez *lib.* 2. *ſum. cap.* 13. *num.* 37. qui & eos, loquendo de abſolutione ab hæreſi, omnino ſequitur.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe tunc ab Epiſcopo ab omni cenſura abſolui, &c. cum onere tamen, vt ceſſante impedimento (excepto impedimento pueritiæ) debeat pœnitens ſe Romano Pontifici, aut eius Delegato præſentare; alioquin in eandem

dem cenſuram recaſurum, quia ita colligitur *ex cap. Mulieres, cap. Ea noſcitur, cap. Quamuis, & cap. Eos, de ſent. excom. in 6.* vnde abſolui poſſunt ab Epiſcopo ab omnibus cenſuris Papæ reſeruatis, etiam contentis in Bulla Cœnæ, mulieres, impuberes, pauperes, valetudinarij, & quicumque legitimo impedimento detinentur, cum onere tamen, ceſſante impedimento (excepto pueritiæ) comparendi. Sic Nauar. *cap. 27. n. 89.* Henriq. *lib 6. cap. 9. n. 7. c. 10. n. 1. & 2. & cap. 16. n. 1.* Tabien. Couar. Angel. & alij, quos refert (ſequitur ex parte) Sanch. *loc. cit. n. 30.* Granad. *tract. 10. diſput. 7. num. 11. pag. 1299.* & nouiſſimè Mendo *in Bull. diſp. 23. cap. 3. num. 30.*

QVÆSTIO LXXIV.

An poſſit abſolui ab Epiſcopo pœnitens, qui licèt non poſſit adire Pontificem pro abſolutione à cenſura, poteſt tamen adire Nuntium, vel Legatum potentem ab ea abſoluere?

AFfirmant (apud Ioannem de Lugo) Henriquez *lib. 5. cap. 9. num. 6.* & Auila *de Cenſ. 2. parte, cap. 7. part. 1. dub. 6.* Sed certè Henriquez id non docet loco à Lugo citato, vt legenti eſt manifeſtum. Hanc tamen ſententiam eſſe probabilem docet Mendo *loc. citat.*

Probabiliùs ergo reſpondeo, non poſſe tunc pœnitentem abſolui ab Epiſcopo, quia facilè poteſt adire Nuntium, vel Legatum, cui ex voluntate Pontificis commiſſa eſt illa cauſa. Sic Nauar. *cap. 27. num. 90.* Corduba *quæſt. 57.* Bonacina *de cenſuris, diſputat. 1. q. 3. punct. 21 n. 4.* & Lugo *diſp. 20. n. 221. pag. 497.*

QVÆSTIO LXXV.

An ſi in dictis caſibus Pontificiis pœnitens non poſſit recurrere ad Epiſcopum, poſſit adhuc abſolui à Parocho, aut ab alio legitimo Confeſſore, ſub eadem cautione, & onere?

AFfirmant Henriquez *lib. 6. c. 9. num. 7. & c. 10. num. 1. & 2. & c. 17. n. 1.* per hæc verba, qui impeditus eſt perſonaliter adire Papam, poteſt abſolvi ab Epiſcopo, & abſente Epiſcopo, fortè poſſet abſolvere Parochus. Sic ille, & ante illum Sylveſt. *verb. abſolut. 3. in fine*, & poſt illos Granadus *tractat. 10. diſp. 7. n. 12.* vbi non ſolùm Parochos, verùm etiam alios Confeſſores expoſitos poſſe abſolutionem impendere dictis impeditis, non leuiter probat ex capitibus citatis.

Sed tamen probabiliùs reſpondeo, non poſſe abſolvi à Parocho in eo caſu, quia Pontifex ſolùm conceſſit recurſum ad Epiſcopum, quia ſuppoſuit, raro contingere poſſe, vt extra mortis articulum ad Epiſcopum non poſſit recurri. Sic Lugo *diſp. 20. n. 225.* & ante illum Ludouicus *quæſt. 4. art. 28. diff. 4. pag. 436.* Suarez *diſp. 30. ſect. 2. n. 12. & 13.* & Mendo *in Bullam Cruciatæ, diſp. 23. cap. 3. num. 40.*

QVÆSTIO LXXVI.

An quando idem peccatum pluribus reſeruationibus eſt reſeruatum, vna ſine alia auferatur?

REſpondeo: Si reſeruationes eiuſdem peccati ſint eiuſdem Superioris, vel alterius ſucceſſoris in eodem munere, & officio: tunc ſi dictæ reſeruationes factæ ſint ſine cenſura, omnes cenſentur vna, & ideò omnes per vnam facultatem abſoluendi auferuntur. Si autem reſeruationes factæ ſint à diuerſis Superioribus, vt à Pontifice, & ab Epiſcopo, tunc certum eſt, ſolam facultatem conceſſam ab Epiſcopo non ſufficere ad abſoluendum, ſufficere verò facultatem conceſſam à Pontifice, quia quando Pontifex abſolutè concedit facultatem abſoluendi à reſeruatis ſibi, abſolutè videtur velle auferre omnem aliam reſeruationem. Sic Suarez *diſp. 31. ſect. 4. num. 25.* Luyſius *diſp. 31. dub. 9.* Lugo *diſp. 20. n. 149.* ex Nauar. *cap. 27. num. 256.* Lublinus *verb. Iubileum, num. 10.* Fagundez *prac. 2. lib. 8. c. 1. n. 7.* Henriquez, Sà, Toletus, & alij apud ipſum, necnon Mendo *loc. cit.*

DISPVTATIO XIII.

De Confeſſariis ſollicitantibus Pœnitentes ad turpia, & inhoneſta.

QVÆSTIO PRIMA.

Quænam extent Bullæ, Conſtitutiones, & decreta Pontificum, contra Confeſſarios ſollicitantes Pœnitentes ad inhoneſta, & turpia?

REſpondeo, extare in primis Bullam Pij IV. eiuſdem tenoris. Extat etiam quoddam Decretum Clementis VIII. in quo confirmantur litteræ Pauli V. & denique extat Breue Gregorij XV. Quarum Bullarum, Conſtitutionum, & decretorum quia in hac diſputatione ſæpè ſæpiùs mentio fieri debet, neceſſarium duxi hæc ad integrum inſerere.

BVLLA PII QVARTI, qua tribuitur Iuriſdictio Dominis Inquiſitoribus in Confeſſarios ſolicitantes Pœnitentes.

VEnerabili Fratri Archiepiſcopo Hiſpalenſi, Hiſpan. hæreticæ prauitatis Inquiſitori Generali, Pius PP. IV. Venerabili Fratri ſalutem, &c. Cum ſicut nuper, non ſine animi noſtri moleſtia accepimus, quod diuerſi Sacerdotes in Regnis Hiſpaniæ, atque etiam in eorum ciuitatibus, & Diœceſibus, curam animarum habentes, ſiue eam pro aliis exercentes, aut aliorum audiendis Confeſſionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones abutantur, neque illi, & qui id inſtituit, Domino Deo Salvatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt confeſſiones alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, & procurando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manibus diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, & Chriſti fidelium ſcandalum non modicum. Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt Sacramentis in Eccleſia Dei inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, Fraternitati tuæ, de cuius eximia pietate, virtute, atque doctrina plurimùm

in

in Domino confidimus, per præſentes committimus, & mandamus, quatenus per te, vel alium, ſeu alios, à te deputandum, ſeu deputandos, contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, ac illarum ciuitatum, & Diœceſum, de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tam ſæculares, quàm quorumuis etiam exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectorum Ordinum Regulares, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, conditionis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, ac culpabiles repertos, iuxta exceſſuum ſuorum qualitates, prout iuris fuerit, punias; eos etiam prout de iure fuerit faciendum, debita præcedenti degradatione ſæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo, non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac Eccleſiarum, & Monaſteriorum, necnon Ordinum quorumlibet, quorum ipſi Sacerdotes fuerint, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolica, vel qualibet firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, priuilegiis quoque, indultis, & literis Apoſtolicis ſub tenoribus, & formis, ac quibuſcumque clauſulis, decretis, etiam motu proprio, aut aliàs quomodolibet conceſſis, etiam iteratis vicibus approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, eorum tenores præſentibus pro expreſſis habentes, hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſsè derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ apud S. Petrum ſub Annulo Piſcatoris, die 16. Aprilis 1561. Pontific. noſtri Anno 2. Cæſar Glorierus. Concordat cum ſuo Originali. Matthæus Vaſquez.

Decretum CLEMENTIS VIII. *quo Bulla* PII IV. *approbatur, & confirmatur.*

IN nomine Domini, Amen. Per hoc præſens publicum decreti inſtrumentum cunctis pateat euidenter, & ſit notum, quod in generali Congregatione Officij Sanctæ Romanæ, & Vniuerſalis Inquiſitionis habita coram Sanctiſſimo Domino noſtro Clemente VIII. ac Illuſtriſſimis, & Reuerendiſſimis Doctoribus Iulio Antonio Sanctorio Sancti Bartholomæi in Inſula S. Seuerinæ: Petro S. Hieronymi Illyricorum Deza: Dominico S. Chryſoſtomi Pinello: Fratre Hieronymo Bornerio S. Mariæ ſupra Mineruam Aſculano: Fratre Conſtantino S. Petri in monte Aureo Seriano, Preſbyteris S.R.E. Cardinalibus in vniuerſa Republica Chriſtiana aduerſus hæreticam prauitatem generalibus Inquiſitoribus, in negotio Sanctæ Inquiſitionis Hiſpaniarum, ſuper litteris fœlicis recordationis Pauli IV. & Pij PP. IV. Facultatis procedendi contra Preſbyteros ſæculares, & regulares in Sacramento Pœnitentiæ, ſeu in actu Confeſſionis Sacramentalis ſollicitantes mulieres pœnitentes ad impudicitiam, ſeu peccata carnis, Inquiſitori Generali Hiſpaniarum aliàs conceſſæ, vt priuatiuè, vel cumulatiuè, quoad Superiores Regularium, dicta Inquiſitio contra huiuſmodi delinquentes procedere poſſit. Sanctiſſimus Dominus noſter, re diligenter, ac maturè diſcuſſa, Authoritate ſua Apoſtolica declarauit, & decreuit, circa huiuſmodi facultatem procedendi, nihil eſſe attentandum, aut innouandum, ſed Inquiſitionem prædictam in omnibus Regnis, & Prouinciis ſibi ſubiectis ea iudicialiter vti poſſe, & debere, ſicut in aliis cauſis ad Sanctiſſimum Inquiſitionis officium pertinentibus vti hactenus fecit, etiam priuatiuè quoad Superiores Regularium cuiuſvis Ordinis, & Congregationis, etiamſi Mendicantium exiſtant, ipſoſque Regulares non eximi ab onere deferendi, ſeu denuntiandi huiuſmodi delinquentes eidem Sancto Officio, quemadmodum in aliis caſibus, & cauſis Sanctæ Inquiſitionis, in quibus alij Chriſti fideles de iure tenentur, ſed ad ipſum, ſicut alios teneri, & obligatos eſſe, & ita Sanctitas ſua declarauit, & decreuit, atque perpetuò ſeruandum eſſe ſtatuit omni meliori modo, & forma quibus potuit, poteſtque & debet. Datum, latum, & pronunciatum fuit ſuprà dictum decretum per ſupradictum S. D. N. D. Clementem VIII. pro tribunali ſedentem in ſolio ſuæ majeſtatis in Generali Congregatione dicti Sancti Officij, habita Romæ in Palatio Apoſtolico apud S. Petrum, Anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1592. die verò tertia Menſis, Feria quinta, Pontificatus prælibati Domini noſtri Clementis, Diuina prouidentia Papæ VIII. Anno primo: ibidem præſentibus Reuerendiſſimo P. Vincentio Ordinis Fratrum Prædicatorum Epiſcopo Appontino, & R.P.D. Anſelmo Dandino Eſſenatenſi, I.V. Doctore, vtriuſque ſignaturæ S.D.N. PP. Referendario, dictique Sancti Officij Prælatis, & Conſultoribus teſtibus ad prædicta omnia vocatis, habitis ſpecialiter, atque rogatis.

BVLLA PAVLI V. ad Illuſtriſſimum D. Inquiſitorem Generalem in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum.

DIlecte fili. Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut non ſine animi moleſtia, accepimus, Sacerdotes in Regnis Portugalliæ, & Algarbiorum, ac eorum Ciuitatibus, & Diœceſibus, ac Dominiis curam animarum habentes, ſiue eam pro aliis exercentes, aut aliàs audiendis Confeſſionibus pœnitentium deputati, in tantam proruperint iniquitatem, vt Sacramento Pœnitentiæ in Sacramentali Confeſſione abutantur, nec illi, qui inſtituit, Domino Deo, & Saluatori noſtro Ieſu Chriſto iniuriam facere vereantur, mulieres videlicet pœnitentes ad actus inhoneſtos, dum earum audiunt Confeſſiones, alliciendo, & prouocando, ſeu allicere, & prouocare tentando, ac loco earum per Sacramentum huiuſmodi Creatori noſtro reconciliationis, grauiori peccatorum mole eas onerando, & in manus Diaboli tradendo, in Diuinæ Maieſtatis offenſam, & animarum perniciem, ac Chriſti fidelium ſcandalum non modicum: Nos in animum inducere nequeuntes, quod qui de fide Catholica rectè ſentiunt, Sacramentis à Chriſto Domino noſtro inſtitutis abutantur, aut illis iniuriam faciant, tibi per præſentes committimus, & mandamus, quatenus prout in aliis cauſis Sancti Officij fieri ſolet, per te, vel per alium, ſeu alios à te deputandum, ſeu deputandos, contra omnes, & ſingulos Sacerdotes dictorum Regnorum, & illarum Ciuitatum, Diœceſum, locorum, dominiorum, de præmiſſis quomodolibet diffamatos, tam ſæculares, quàm quorumcunque Ordinum, etiam exemptorum, & Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubiectorum Regulares, cuiuſcumque dignitatis, gradus, Ordinis, & præeminentiæ exiſtant, tam ſuper præmiſſis, quàm ſuper fide Catholica, & quid de ea ſentiant, diligenter inquiras, & iuxta facultatum tibi contra hæreticos, aut de hæreſi quomodolibet ſuſpectos, à Sede Apoſtolica conceſſarum continentiam, & tenorem procedas, & culpabiles repertos, iuxta exceſſuum ſuorum qualitatem, prout iuris fuerit, pu-

nias

nias eos etiam, & prout de iure fuerit faciendum, debita præcedente degradatione, ſæcularis iudicis arbitrio puniendos tradendo. Non obſtantibus, &c. Datum Romæ apud S. Marcum, ſub Annulo Piſcatoris. 6. Septembris 1608.

BVLLA GREGORII XV. contra ſolicitantes in Confeſſione.

GREGORIVS PAPA XV.

Ad perpetuam rei memoriam.

VNiuerſi Dominici gregis curam, quamquam immeriti, cœleſti diſpoſitione gerentes, ſedulò inuigilare tenemur, vt ab omnibus prauis contagiis conſeruetur immunis, multoque maiori ſtudio prouidere, vt omnis peſtis ab iis auertatur, quibus alios ſanandi officium eſt commiſſum, ne quod Euangelica ſcripta nos admonent, ſale infatuato, non ſit in quo ſaliatur, & ad nihilum proſit vltra, niſi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Quoniam autem à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris quibuſdam in locis prouiſum fuit, vt impium, ac nefandum ſcelus, quod non ſolùm inter Chriſti fideles non eſſe, ſed neque etiam nominari debet, procul ab iis arceatur, videlicet, vt aliquis Sacerdos ad ſacras audiendas confeſſiones deputatus, Sacroſancto Pœnitentiæ Sacramento, ſolicitando pœnitentes ad turpia abutatur, ac pro medicina venenum, pro pane aſpidem porrigat, & ex cœleſti medico infernalis veneficus, ex patre ſpirituali, proditor execrabilis animarum reddatur; Idcirco Nos ea, quæ his pernicioſiſſimis diaboli inſidiis arcendis, certis locis ſalubriter conſtituta ſunt, vt nullibi deſiderentur, quantùm ex alto conceditur, prouidendum duximus; aliàs ſiquidem à fœliciſſimæ recordationis Pio Papa IV. prædeceſſore noſtro emanarunt litteræ tenoris ſubſequentis, videlicet: Pius Papa IV. Venerabili Fratri Archiepiſcopo Hiſpal. in Regnis Hiſpaniarum, *&c. vt ſuprà.*

Igitur, vt litteræ prædictæ perpetuis futuris temporibus, & vbique locorum inuiolabiliter obſeruentur, Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtra, ac de conſilio venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E. Cardinalium contra hæreticam prauitatem Generalium Inquiſitorum, præinſertas litteras huiuſmodi, ac omnia, & ſingula in eis contenta, Apoſtolica authoritate tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illiſque omnibus, & ſingulis inuiolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus, illaſque non ſolùm in prædictis Hiſpaniarum Regnis, ſed in quibuſvis Chriſtiani Orbis partibus firmiter, & inuiolabiliter obſeruari præcipimus, & mandamus. Ac præterea ne in futurum de pœna his delinquentibus imponenda, & de modo contra eoſdem procedendi, ab aliquo dubitari poſſit, ſtatuimus, decreuimus, & declaramus, † quod omnes, & ſinguli Sacerdotes, tam ſæculares, quàm quorumvis, etiam quomodolibet exemptorum, ac Sedi Apoſtolicæ immediatè ſubjectorum Ordinum, Inſtitutorum, Societatum, & Congregationum Regulares cujuſcunque dignitatis, & præeminentiæ, aut quovis priuilegio muniti exiſtant, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum aliis quomodolibet perpetranda in actu Sacramétalis confeſſionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa ſacramentali confeſſione non ſecuta, ſiue extra occaſionem confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocumque, vbi confeſſiones ſacramentales audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſolicitare, vel prouocare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infrà, puniantur. * Et præterea omnes hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarios omnium Regnorum, Prouinciarum, Ciuitatum, Dominiorum, & locorum vniuerſi Orbis Chriſtiani, in ſuis quemque Diœceſibus, & territoriis per has noſtras litteras, etiam priuatiuè quoad omnes alios ſpecialiter, ac perpetuò Iudices delegamus, vt ſuper his contra prædictos ſimul, vel ſeparatim in omnibus, prout in cauſis Fidei, iuxta ſacrorum Canonum formam, necnon Officij Inquiſitionis huiuſmodi conſtitutiones, priuilegia, conſuetudines, & decreta diligenter inquirant, & procedant, & quos in aliquo ex huiuſmodi nefariis caſibus culpabiles repererint, eos pro criminum qualitate, & circumſtantiis ſuſpendant ab executione Ordinis, priuatione beneficiorum, dignitatum, & officiorum quorumcunque, ac perpetuæ inhabilitatis ad illa, necnon vocis actiuæ, & paſſiuæ, ſi regulares fuerint, exilij, damnationis ad triremes, & carceris etiam in perpetuum, abſque vlla ſpe gratiæ, aliaſque pœnas decernant, eos quoque, ſi pro delicti enormitate grauiores pœnas meruerint, debita præcedente degradatione, Curiæ ſæculari puniendos tradant. Dantes etiam facultatem venerabilibus Fratribus noſtris Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus Generalibus Inquiſitoribus, ne delictum tam enorme, & Eccleſiæ Dei tam pernicioſum, remaneat ob probationum defectum impunitum, cùm difficilis ſit probationis, teſtibus, etiam ſingularibus, concurrentibus præſumptionibus, indiciis, & aliis adminiculis, delictum probatum eſſe arbitrio ſuo iudicandi, & Curiæ ſæculari, vt præfertur, reum tradendum eſſe pronunciandi. Non obſtantibus omnibus quæ dictus prædeceſſor in ſuis litteris prædictis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcunque. Mandantes omnibus Confeſſariis, vt ſuos pœnitentes quos nouerint fuiſſe ab aliis, vt ſuprà ſolicitatos, moneant de obligatione denuntiandi ſolicitantes, ſeu vt præfertur tractantes, Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinariis prædictis. Quod ſi hoc officium prætermiſerint, vel pœnitentes docuerint, non teneri ad denuntiandum Confeſſarios ſolicitantes, ſeu tractantes, vt ſupra; iidem locorum Ordinarij, & Inquiſitores illos pro modo culpæ punire non negligant. Volumus autem, vt præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu alicuius Notarij publici ſubſcriptis, & ſigillo alicuius perſonæ in dignitate Eccleſiaſtica conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in iudicio, & extra vbique habeatur, quæ præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, quodque eædem præſentes litteræ, ſeu illarum exempla ad Valuas Baſilicarum Sancti Ioannis Lateranenſis, ac Principis Apoſtolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ affixæ omnes ita arctent, & afficiant, ac ſi vnicuique perſonaliter intimatæ fuiſſent. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem, ſub Annulo Piſcatoris, die XXX. Auguſti, M. DC. XXII. Pontificatus Noſtri Anno ſecundo.

S. CARD. S. SVSANNÆ.

Digitized by Google

QVÆSTIO II.

An præfata conſtitutiones, & decreta inter ſe differant?

RE ſpondeo affirmatiuè. Nam primò differunt in hoc: Quod in Bulla Pij IV. & in Decreto Clementis VIII. ſolùm habetur ſermo de ſolicitatione mulieris, vt conſtat ex illis verbis: *Solicitantes mulieres pœnitentes*,&c. At verò in Bulla Greg. XV. de ſolicitatione cuiuſlibet perſonæ, vt liquet ex illis verbis: *Qui perſonas, quæcunque illa ſint, ad inhoneſta*, &c.

Secundò differunt in hoc, quod ex vi Bullæ Pij IV. & Clementis VIII. Sacerdos ſolicitans in Confeſſione, tantùm veniebat puniendus, vt patet ex illis verbis: *Dum earum audiunt Confeſſiones alliciendo,&c.* At verò ex vi Bullæ Gregorij XV. non ſolùm Sacerdos, qui in actu Sacramentalis Confeſſionis, verùm etiam ille, qui extra Confeſſionem, ante, vel poſt immediatè ad illam, ſiue in Confeſſionario, aut loco confeſſionibus deputato, ſiue alibi, ſimulans audire Confeſſionem pœnitentem ſolicitat, aut cum eo inhoneſta tractat, venit puniendus, vt conſtat ex illis verbis: *Qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum aliis quomodolibet perpetranda, in actu Sacramentalis Confeſſionis, ſiue ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis huiuſmodi, etiam ipſa Confeſſione non ſequuta, ſeu extra occaſionem Confeſſionis in Confeſſionario, aut in loco quocunque vbi Confeſſiones Sacramentales audiuntur, ſeu ad Confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem Confeſſiones audire, ſolicitare, vel procurare tentauerint*, &c.

Tertiò. Quod ex vi decreti Pij IV. & Clementis VIII. ſolùm tenebatur pœnitens Confeſſarium denuntiare. At verò ex vi decreti Gregorij XV. ultra hoc, quod præſupponitur, præcipitur omnibus Confeſſariis, vt pœnitentes de tali obligatione moneant, ibi: *Mandantes omnibus Confeſſariis*, &c.

Quartò. Quod in Bulla Pij IV. & in decreto Clementis VIII. ſolùm committitur cognitio huius delicti Inquiſitori Generali Hiſpaniarum, & ab eo deputatis. At in decreto Gregorij XV. Omnibus Inquiſitoribus totius Orbis Chriſtiani, & locorum Ordinariis ſimul, vel ſeparatim, ibi: *Et præterea hæreticæ prauitatis Inquiſitores, & locorum Ordinarij*, &c.

Quintò denique. Quod Bullæ Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. editæ fuere ſolùm pro Hiſpaniæ, Portugaliæ, & Algarbiorum Regnis. At verò Bulla Gregorij XV. pro toto Orbe terrarum. Sic notant Ioan. Ægid. Trullench *lib. 1. in decalog. cap. 3. dub.* 18. *à n. 7. vſque ad* 11. & ante illum Caſtro Palao *tom. 3. oper. moral. tract. 4. diſp. 9. punct. 1. à num. 4.*

QVÆSTIO III.

An Bulla Gregorij XV. ſit in Hiſpania recepta?

NEgat Caſtro Palao *diſp. 9. cit. punct. 1. n. 9. pag. mihi* 558. per hæc verba: Quod verò ab Inquiſitoribus Hiſpaniæ recepta non ſit, mihi maximè probatur: ita enim mihi retulit Doctor Iſidorus de S. Vincentio, Inquiſitor Cæſaraguſtanus, vir pius, & doctus, & in materiis Inquiſitionis ſatis verſatus. Cum enim Bullà Gregorij Inquiſitores locorum Ordinariis æquales fiant, noluit hanc Bullam recipere, quæ illis in hac parte derogat iuriſdictioni conceſſæ à Pio IV. & Clemente VIII. vt ipſi ſoli de hoc crimine cognoſcant. Sic Caſtro Palao. Cuius ſententiæ non audet contradicere Trullench. *loc. cit. pag. mihi* 112. Sed ſolùm ait: ſtandum eſſe Dominorum, & prudentiorum Inquiſitorum praxi.

Sed certiſſimè reſpondeo: Iam eſſe in Hiſpania receptam.

Primò, quia id conſtat ex verbis Edicti, quod Inquiſitores totius Hiſpaniæ, pro iuriſdictionis executione à Pio IV. Clemente VIII. & Gregorio XV. ſibi conceſſæ, quotannis promulgant. In quo *ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda*, mandatur cuilibet ſcienti tale crimen, vt ad Inquiſitionis Tribunal deferat, per hæc verba: *Si ſabeis, ò aueis oido dezir, que algun Confeſſor, ò Confeſſores, Clerigos, ò Religioſos, de qualquier eſtado, preeminencia, ò condicion que ſean, en el acto de la Confeſſion, ò antes, ò deſpues, inmediatamente a ella, ò con occaſion, titulo, y ſombra de Confeſſion, ò aunque en efecto no ſe aya ſeguido la Confeſſion, ò aunque ſea fuera de Confeſſion, pero eſtando en el confeſſionario, ò en qualquier otro lugar donde ſe confeſſa, ò que eſtà deſtinado, y ſeñalado para oir de Confeſſion, fingiendo, y dando à entender, que eſtan Confeſſando, ò oyendo de Confeſſion, ayan ſolicitado, ò intentado ſolicitar à qualeſquieras perſonas, induciendolas, y prouocandolas a actos torpes, y deshoneſtos, aſſi entre el Confeſſor, y penitente, como con otros: o que ayan tenido con los dichos penitentes praticas illicitas, y deshoneſtas. Exortamos, y mandamos à todos los Confeſſores, amoneſten à los penitentes, de quien tuuieren noticia, que an ſido ſolicitados, en la forma dicha, de la obligacion que tienen de venir à denunciar à eſte Santo officio los dichos ſollicitantes, adonde priuatiuamente toca el conocimiento deſte delicto, &c.* Ergo ex his Inquiſitorum Edicti verbis clarè conſtat Bullam Gregorianam iam eſſe in Hiſpania receptam.

Secundò, quia in Edicto ab Inquiſitoribus Inquiſitionis Supremæ expedito *die* 29 *Octobris, anno* 1633. præcipitur omnibus Superioribus Regularibus, ſub pœna excommunicationis, vt ſingulis annis, Feria 6. poſt Octauam Aſſumptionis B. Mariæ, ſuis *ſubditis* hoc Gregorianum decretum, cum nonnullis *aliis* aliorum Pontificum intiment, vt vigilanti cura, & magna ſolennitate in toto Sacro noſtro Ordine fit: Ergo. Sic tenent Diana 1. *part. tract.* 17. *reſol.* 30. & 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 25. Hieronym. Trimarchius *tract. de Confeſſario abutente Sacramento pœnitentiæ*, quem citat, & tandem ſequi videtur Trullench. *loc. cit. n.* 10. *pag. mihi* 113. Gaſpar Hurtado *de iuſt. & iure tract. de Iudicio forenſi, diſp.* 2. *diff.* 7. & iam omnes quos nouiſſimè ſequitur Thom. Hurtado *tom.* 1. *reſol. Moral. tract.* 4. *cap.* 2.

Ad fundamentum Caſtri Palao dicendum eſt, verum eſſe, quod ob rationem, & cauſam ab ipſo aſſignatam noluerunt Inquiſitores Hiſpaniæ recipere Bullam Gregorij XV. donec ipſemet ſummus Pontifex ab eiſdemmet Inquiſitoribus ſupplicatus, declarauit ſuam mentem non eſſe, nec fuiſſe, quod in Hiſpania de prædicto ſolicitationis delicto vllo modo cognoſcerent locorum Ordinarij, aut alij præter ipſos Inquiſitores. Qua declaratione facta, ſtatim recepta fuit dicta Bulla, & publicata in tota Hiſpania. Sic mihi retulit idemmet D.D. Iſidorus de San Vicente, olim Inquiſitor Cæſarauguſtanus, & Toletanus, & nunc meritiſſimus Supremæ Sanctæ Inquiſitionis Fiſcalis, cum quo ſeriò de hac re tractaui.

QVÆSTIO IV.

Quid eſt ad actus inhoneſtos ſolicitare?

REſpondeo: Quod nihil aliud, quàm prouocare, allicere precibus, rogare, ſeu alio modo inuitare ad turpia, & inhoneſta, vel clarius: Eſt prouocare ad res carnales, & venereas actibus, verbis, nutibus, aut aliis ſignis amatoriis. Sic Rodericus de Acuña *tract. de ſolic. q.* 1. *n.* 14. Bath. Gypt. *tr. de caſib. reſern. c.* 15. *n.* 5.

Sancta

Sanctarell. *tract. de hæreſi, quæſt.* 44 *n.* 67. Bonae. *diſp.* 6. *de quare denunc. quæſt.* 6. *punct.* 3. *n.* 2. Boſſius *in Append. ad tract. de Iub. n.* 2. Trullench. *lib.* 1. *in Decal. cap.* 3. *dub.* 18. *num.* 12. & alij.

QVÆSTIO V.

An denuntiandus ſit Confeſſarius ſolicitans, ſi de ſolicitationis delicto non ſit infamatus, vel (quod idem eſt) ſi ſolicitatio ita ſit occulta, vt vni tantùm ſit nota?

NEgant teneri quem in eo caſu Confeſſarium denuntiare, Reginald. *lib.* 24. *cap.* 3. *ſect.* 6. *num.* 50. *&* 57. Megala *in* 1. *part. lib.* 1. *c.* 5. *n.* 21. Ioan. Andreas *in cap. Nouiter, extr. de Iudiciis.* Gundiſalvus *in tom.* 11. *tractatuum, part.* 2. *tract. de hæret. q.* 10. *n.* 7. Repertorium Inquiſitorum *verb. Denuntiatio, §. Generale tamen.* Decianus *tract. Criminum, tom.* 1. *lib.* 5. *c.* 30. *n.* 4. qui citat Speculatorem, & Gloſſam, Palatius *in repet. d. cap. notab.* 3. *§.* 26. *n.* 9. Angel. Felin. & Nauar. Fagund. *de præcept. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 31. Quos omnes ſic citat Diana 1. *part. tract.* 5. *reſol.* 1. vbi probat, eorum ſententiam eſſe probabilem, ſed non audet id quod probat dicere. Legantur Nauar. *in Man. cap.* 17. *n.* 134. *&* 135. D. Anton. 3. *part. tit.* 9. *cap.* 6. Armilla *verb. Inquiſitio, num.* 8. & Angel. *verb. Denunciatio, ſub finem.*

Sed longe multò probabiliùs, longeque verius reſpondeo, etiam in dicto caſu denuntiandum eſſe Confeſſarium, quia per vnicam ſolicitationem verè incurrit Confeſſarius in ſuſpicionem fidei (vt *q.* 59. dicemus) ſicut eſt de fide ſuſpectus, qui ſemel hæreſim profert: ergo per vnicam ſolicitationem directioni decreti Pontificis ſubjicitur: ergo dictus Confeſſarius denunciari debet, etiamſi de ſolicitatione non ſit infamatus, nec tale delictum probari poſſit à delatore. Sic Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.* 3. *alleg.* 96. *n.* 51. Peytinus *in priuileg. Minim. tom.* 2. *conſtit.* 9. *Pauli V. §.* 2. *n.* 25. Homob. *de Exam. Eccleſ. part.* 1. *tract.* 7. *c.* 2. *quæſt.* 14. *& part.* 2. *tract.* 11. *c.* 4. *quæſt.* 3. *reſol.* 4. Zanardus *in direct. Confeſſorum, part.* 3. *c.* 31. Naldus *verb. Hæreſis, num.* 6. Zechius *de Caſibus reſeruatis, caſu* 2. Sanctarellus *de hæreſi, cap.* 9. *dub. vnico, num.* 3. *&* 4. Genuenſ. *in praxi, cap.* 23. *num.* 5. Lazarius *de monit. ſect.* .. *quæſt.* 11. *n.* 22. Bonacina *de cenſ. diſp.* 2. *quæſt.* 6. *punct.* 1. *num.* 9. Suarez *tract. de fide, diſp.* 20. *ſect.* 4. *num.* 7. Thomas à Ieſu, Portel, Cenedo, Farinac. & alij, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. &* 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 1. vbi ait, Megalam (pro oppoſita parte citatum) ſuam ſententiam *in* 2. *editione* mutaſſe. His addi poſſunt Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 18. *n.* 20. & etiam nouiſſimè Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 28. vbi propoſitis (ordine à nobis propoſito) his duabus ſententiis, in hæc prorumpit verba: Ita ſe habent huiuſmodi opiniones, ambæ probabiles, ſecunda probabilior, & in fauorem Sacramenti in illam inclinandum videtur, & magis inclino. Prima tamen tam ſolidis fundamentis nititur, & tam expreſsè mentem legiſlatoris videtur continere, vt illi contradicere videatur audacia. Mihi non conſtat de praxi Dominorum Inquiſitorum, & Ordinariorum in hoc negotio; quamobrem ſi de illa conſtiterit, illa ſequenda erit; & ideò interim rem non definio, ſed meum iudicium praxi Sanctæ Inquiſitionis libenter ſubmitto, & ſemper ſubmittam. Sic ille, & ſic nouiſſimè Thom. Hurtado *tom.* 1. *moral. reſol. tract.* 4. *cap.* 8. *reſol.* 22. *§.* 2. *&* 3. vbi *n.* 303 ait, primam ſententiam practicè eſſe improbabilem, & ſic nullo modo conſulendam, eo quòd ſi ſequi poſſet, verè fruſtraretur intentum Sum. Pontificis. Sic ille. Cui libenter adhæreo.

QVÆSTIO IV.

An ante denunciationem ſit præmittenda correctio fraterna, caſu quo ſolicitator firmiter emendandus credatur?

NEgat Diana 1. *part. tract.* 4 *reſol.* .. *& p.* 4. *tract.* 5. *reſolut.* 24. citans pro hac parte Sanctarellum *tract. de hæreſi, c.* 9. *n.* 5. Sancium *in ſelect. diſp.* 11. *n.* 36. Bonac. *in tract. var. diſp.* 6. *punct.* 3. *num.* 9. Sylvium *in* 2. 2. *quæſt.* 33. *art.* 7. *concluſ.* 2. Villalob. *in ſum.* 2. *part. tract.* 4. *diff.* 11. *num.* 3. Suarium *tract. de fide, diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 11. *&* 12. Azorium 1. *p. lib.* 8. *c.* 19. *q.* 9. Turrian. 2. 2. *tom.* 1. *diſp.* 58. *dub.* 3. Henricum Henriq. *lib.* 2. *c.* 24. *num.* 10. *in Gloſſa lit.* C, *&* *lib.* 6. *c.* 17. *n.* 4. *in Gloſſa lit.* L, & Simanchas *in Cathol. Inſtitut. tit.* 19. *num.* 11. Quibus addi poſſunt Freitas ad Acuñam *q.* 18. *n.* 30. contra ipſummet Acuñam, & Trimarch. *de Confeſſ. abut. diſp.* 11. *ſect.* 2. *n.* 15. quos citat, & ſequitur Trull. *lib.* 1. *c.* 3. *dub.* 18. *n.* 22.

Affirmant verò è contra, in propoſito caſu ſemper præmittendam eſſe correctionem fraternam, ante denunciationem, eo quòd præceptum correctionis ſit de iure naturali, & Diuino, S. Th. 2. 2. *q.* 37. *art.* 7. Sotus *de inſt. lib.* 5 *q.* 5. *art.* 1. Sylveſt. *verb. Correctio, quæſt.* 5. Cano *de locis, lib.* 12. *cap.* 3. Lopez *in inſtruct. part.* 5. *c.* 54. Petrus Ledeſma *tom.* 2. *ſum. tract.* 4. *c.* 4. *concl.* 24. *diff.* 2. Zanard. *in director. Confeſſ. part.* 2. *præc.* 1. *c.* 23. *quæſt.* 13. Ioan. de Cruce *in ſum. part.* 1. *præc.* 5. *q.* 2. *dub.* 5. *concl.* 2. & alij ex Dominicana Familia. Ex Societate IESV, Fagundez *de præc. Eccl. tract.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 31. *& lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 28. *pag. mihi* 81. Caſtro Palao *de Confeſſ. ſolicitant. tract.* 4. *diſputat.* 9. *punct.* 10. *n.* 2. Toletus *lib.* 5. *cap.* 57. *n.* 2. Reginald. *lib.* 24. *c.* 3. *ſect.* 6. *n.* 52. & alij. Ex Franciſcano Ordine Angel. *verb. Denunciatio, quæſt.* 1. Caſtro *de hæret. punit. lib.* 2. *cap.* 25. Portel. *in dub. regul. verb. Correctio fraterna, num.* 1. Ortiz *in ſum. c.* 21. *n.* 17. & alij. Ex aliis Religionibus, Molfeſ. *tom.* 1. *ſum. tract.* 7. *c.* 24. *n.* 25. Homobonus, Peytinus, & alij apud Dianam *loc. cit.* Sayrus *lib.* 11. *Clauis, cap.* 4. *n.* 8. Nauar. *c.* 18. *n.* 134. *& cap.* 19. *n.* 58. *& c.* 25. *n.* 45. & in hanc ſententiam inclinat tandem Trullench. *loc. cit. n.* 23. per hæc verba, non tamen excludo, quin aliquo rariſſimo caſu, quando ſolicitatio eſt occulta, & omnibus diligenter circumſpectis, quaſi certò moraliter ſperatur ſpes emendæ, poſſit admitti prior (*hoc eſt hæc*) ſententia, vt etiam illam admittit Anton. de Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 57. addens: tunc denuntiare non licere. Sic Trullench. *q.* 18. *num.* 14. & alij Doctores, quos ſequitur Thom. Hurtado *tom.* 1. *reſol. Moral. tract.* 4. *cap.* 6. *§.* 1. *& cap.* 8. *reſol.* 31. *§.* 3. & alij.

Ego autem in hac quæſtione reſpondeo: Dicendum vtraſque ſententias eſſe probabiles. Sed hæc vltima ſpeculatiuè probabilior: prima verò in praxi, propter Edictum Sanctæ Inquiſitionis, in quo præcipitur, vt Confeſſarius ſolicitans nulla præmiſſa monitione denuncietur.

Solùm hîc contra Dianam nota, quod non omnes Doctores citati ab ipſo pro ſua ſententia, illam docent. Nam in primis Suarez, & Villalobos *loc. cit.* ſolùm loquuntur de hæretico, non de ſolicitante in Confeſſione. Imò Villalobos, adhuc loquendo de hæretico, innuit habere locum ſecundam ſententiam, caſu quo certò moraliter credatur, illum eſſe per correctionem emendandum. Denique Henriquez nullo modo docet prædictam ſententiam, ſaltem *loc. cit.* Nam *in lib.* 2. in quo citatur à Diana, non datur *cap.* 24. In libro *autem* 6. *cap.* 17. *n.* 4. *lit.* L. nequaquam dicit, non debere præmitti correctionem, caſu quo firmiter emenda Confeſſarij ſollici-

tantis ſperetur, ſed ſolùm quod talis Confeſſarius vix emendari ſoleat correctione: quod profectò quid diuerſū eſt. Citari tamen poteſt *lib.* 5. (ſeu 2. de pœnit.) *cap.* 9. *num.* 10. (quo loco fortè voluit illum citare Diana) ſed neque ibi loquitur in caſu noſtræ quæſtionis. Quod ſi inquitas, quod ſignum poteſt eſſe quo iudicetur, quod ſit correctione emendandus Sacerdos ſolicitans? Huic quæſito reſpondet Thom. Hurtado *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 6. §. 1. *n.* 86. his verbis: Portel, & Hieron. Rodriguez ſic loquuntur, & ſatis prudenter. Si Sacerdos labe natalium non ſit infectus, nec inhoneſtis moribus aſſueſactus. Addo ego, niſi ſit perſona grauis, & maximæ æſtimationis in Republica, propter quam non amittendam, timore ſaltem pœnæ emendabitur. Sic ille.

QVÆSTIO VII.

An teneatur quis Confeſſarium ſolicitantem denuntiare, ſi credat iam eſſe emendatum?

AFfirmat Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 3. vbi pro ſe affert Sanctarell. *tract. de hæreſi, c.* 9. *n.* 11. Sancium *in ſelect. diſp.* 11. *n.* 52. Bonac. *tract. var. diſp.* 6. *punct.* 3. *n.* 9. Azorium 1. *p. lib.* 8. *c.* 19. *q.* 9. Suarium *tract. de fide, diſp.* 40. *ſect.* 4. *n.* 13. Salon. *in* 2. 2. *q.* 68. *art.* 1. Rojas *ſingul.* 3. *n.* 33. & Param. *de Orig. Inquiſ. lib.* 3. *q.* 8. *num.* 90. Iterumque id ipſum affirmat idem Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 23. addens G. Hurtadum in manuſcriptis iam typis mandatis *tract. cit. diſp.* 2. *diff.* 7. Tenet deinde hanc ſententiam, vt probabilem, Trullench. *lib.* 1. *in decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 30. licèt contrariam probabilem, & in caſu noſtræ quæſtionis ſequendam indubitanter affirmet.

Negant verò è contra, talem Confeſſarium eſſe denuntiandum, eo quòd finis denuntiationis ſit emendatio proximi, qua ceſſante neceſſariò debet ceſſare denuntiatio, Sotus *lib.* 3. *q.* 5. *art.* 5. Molſeſ. *tom.* 1. *tract.* 7. *c.* 24. *num.* 21. Genuenſ. *in praxi, cap.* 18. *n.* 6. Naldus *verb. Accuſare, n.* 1. Victorell. *in notis ad Manuale Nauar. c.* 25. *n.* 3. Finellus, Zanardus, Acuña, Freitas, Megala, Portel, & Peyrinus, quos citat Diana 1. *p. loc. cit.* Souſa, Lezana, & Caſtro Palao, quos ipſemet Diana addit *p.* 4. *loc. cit.* vbi etiam citat pro hac parte, & benè Sancium *diſp.* 11. *n.* 51. Quem antea 1. *part.* malè pro contraria citauerat, ſicut malè citat illum Hurtad. *vbi infrà*, & Trullench. *vbi infrà*. Tenent item hanc partem apud Suarium, D. Th. *quodlib.* 13. *art.* 13. *ad* 3. Adrian. *q. de correct. frater.* D. Anton. Sylveſt. Nauar. Aragon. Valentia, Nauarra, Sanchez, Palud. & Rojas (quem Diana pro contraria citat) & alij. Fagund. *de precept.* 2. *Eccleſ. lib.* 6. c. 4. *n.* 57. *& lib.* 6. *in Decalog. cap.* 12. *n.* 28. Trimarchius *diſp.* 12. *ſect.* 3. *n.* 18. & in hanc tandem ſententiam inclinat Trullench per hæc verba. Nihilominus tamen, ſi conſiderata qualitate perſonæ, & benè perpenſis circunſtantiis ſupradictis, emenda moraliter certa ſit, poterit amplecti prior ſententia, ſicut dictum eſt *quæſt. ſuper n.* 23. quando talis adeſt ſpes emendæ in correctione fraterna. Sic ille *loc. cit. & num.* 85.

Ego conſequenter ad nuper dicta reſpondeo: Dicendum, quod licèt ambæ ſententiæ ſint ſatis probabiles, probabilior tamen ſit ſecunda, & tutò ſequi poſſit, niſi caſu quo aliud ex mandato Inquiſitorum conſtet. Ipſi enim ad punitionem delicti commiſſi, & in aliorum exemplum, & coërcitionem impetrare poſſent, vt delicta iam emendata ſibi manifeſtentur. Tunc enim ſcientes obligati eſſent manifeſtare, ſaltem (vt addit Caſtro Palao) ſi delictum laboraret infamia, vel aliquo modo ſit publicum. Sic ipſe *diſp.* 8. *punct.* 10. *num.* 1.

QVÆSTIO VIII.

Quando ſolicitator cenſebitur emendatus, vt quis iuxta probabilem ſententiam nuper relatam non teneatur illum ex præcepto Edicti denuntiare?

REſpondeo: Primò, quod iuxta ſententiam Seraphini de Freitas *in addit. ad A. uñ m q.* 3 *n.* 32. *&* 33. Riccij *p.* 2. *deciſ.* 150. *n.* 14. Homob. *de Exam. Eccleſ. tract.* 7. *q.* 33. Maſcardi, Farinacij, & Aleiati, quos affert, & ſequitur Sancius *in ſelect. diſput.* 11. *n.* 41. *pag. mihi* 87. ille cenſebitur emendatus, qui per triennium benè vixerit.

Secundò, quod iuxta doctrinam Genuenſis *in praxi c.* 18. *n.* 6. ille debeat etiam emendatos cenſeri, qui aliquod conſecutus eſt Iubileum.

Tertiò, quod iuxta iudicium Felini *in cap. Teſtimonium, de teſtibus.* Ille quoque debet cenſeri emendatus, qui ad Sacramentum pœnitentiæ acceſſit.

Quartò denique, quod iuxta Antonium de Souſa, quem ſequi videtur Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 23. ille credi poſſit emendatus, quando ſolicitata mulier ter, vel quater ad ipſum accedens, in eo libidinoſum animum, & libidinis ſigna non reperit. Legantur Diana *loc. cit.* Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 18. *num.* 28. *pag. mihi* 116.

QVÆSTIO IX.

An Confeſſarius ſolicitans in Confeſſione, non ad turpia, ſed ad alia peccata, ſit denuntiandus?

AFfirmant Peña *in direct. Inquiſit. part.* 2. *comment.* 81. *verſ. Ille quoque*, Zechius *in Sum. tom.* 1. *tract. de fide, c.* 11. *n.* 5. §. *Tertia ſuſpicio*, Emmanuel de Moure *opuſc.* 1. *de Enſal. & incant. ſect.* 3. *cap.* 3. *num.* 17. Quorum ſententiam probabilem reputat Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 6. *num.* 2. Et in praxi ſequendam Freitas *in Addit. ad A. uñam q.* 8. *num.* 17. caſu quo confeſſor ſolicitet pœnitentem ad eadem peccata quæ confitetur, veluti ſi ſortilegium fateatur, & Confeſſarius petat ab illo, vt ſe doceat illum facere. Affirmat etiam Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 8. *reſol.* 55. dummodo id faciat in vera confeſſione: quia, inquit, qui in vera confeſſione ſolicitat ad mortale, eſt ſuſpectus in fide: ergo denuntiandus.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, non eſſe denuntiandum, quia in decretis Pontificum ſolùm præcauetur ſolicitatio ad turpia, ſeu carnalia, non ad alia crimina, licèt grauiora ſint. Quia non eſt æquè periculum de illis, ac de ſolicitatione ad venerea, quæ communiter accidere ſolent. In delictis autem non debet fieri extenſio, *ex cap. in pœnis, de regul. iuris in* 6. Sic Paramus *lib.* 3. *q.* 10. *num.* 121. *&* 122. Aloyſius Bariola, Scortia, Molſeſius, Acuña, Sanctarellus, Venetus, Sancius, Peyrinus, Bonacina, Souſa, & Homobonus, quos refert, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 20. *&* 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 17. Quibus addi poſſunt Sancius *diſp.* 11. *n.* 23. *pag. mihi* 82. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 18 *num.* 5 *pag. mihi* 112. *& num.* 56. *pag.* 21 Palao *loc. cit* & ibidem *punct.* 1. *num.* 4. Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 12. *num.* 15. *pag.* 77. & Ledeſma *de matrim. quæſt.* 56. *art.* 5. & communis.

QVÆSTIO X.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in vſu Baptiſmi, Matrimonij, & aliorum Sacramentorum aliquam fœminam ad venerea ſolicitat?

AFfirmant Emmanuel Moure *opuſc. 1. de Incarn. ſect. 3. cap. 3. n. 17.* & etiam Thom. Hurtad. *loc. cit. n. 387.* quia abutitur Sacramentis à Chriſto Domino inſtitutis: ergo.

Sed multò longe probabiliùs reſpondeo: non eſſe denuntiandum, quia in decretis omnibus Pontificum ſuprà aſſignatis, ſolùm fit mentio de ſolicitatione in vſu Sacramenti Pœnitentiæ. Sic Acuña *q. 16. n. 6.* & ibi Freitas *n. 10.* Sancius *diſp. 11. n. 42.* Bonac. *diſp. 7. cit. punct. 3. n. 7.* Lezana, Peregrinus, Peyrin. & Sanctarellus, quos refert, & ſequitur Diana *4. p. tract. 5. reſol. 16.* Trullench. *loc. cit. n. 57.* Caſtro Palao *in 4. diſp. 8. punct. 1. n. 4.* & communis. Aduerte tamen cum his vltimis Doctoribus, quod ſolicitans in aliis Sacramentis ad mortalia debeat denunciari Superiori, vt illum corrigat, non vi Bullarum Pontificum, ſed ex eo quod abutantur Sacramentis.

QVÆSTIO XI.

An fœmina ſollicitata teneatur ſub mortali denuntiare Confeſſarium ſolicitantem, caſu quo iuxta dicenda teneatur?

REſpondeo affirmatiuè, quia res eſt grauis, vt apertè indicat pœna excommunicationis latæ ſententiæ, in Edicto Inquiſitionis poſita. Sic Henriq. *lib. 6. c. 22. n. 6.* Rodrig. *in ſum. c. 207. n. 1.* Bonac. *diſp. 6. cit. punct. 3. n. 10.* Sanc. *diſp. 11. n. 20.* Acuña, & Sanctarell. quos refert, & ſequitur Diana *4. part. tract. 5. reſol. 3.* Trullench. *lib. 1. in Decalog. c. 3. dub. 18. n. 17.* Fagund. *lib. 6. in Decalog. c. 12. n. 10.* & communis.

QVÆSTIO XII.

An ſit denuntiandus ſub graui culpa Confeſſarius ſolicitans ad actus ſolùm venialiter inhoneſtos?

NEgat in primis Portel. *in add. ad dub. regul. verb. ſolicitare fœminas, n. 4.* vbi docet, quod ſi Confeſſor dicat fœminæ verba leuia, vel aliud ſignum, vel opus leue faciat indicatiuum amoris laſciui, quæ ad iudicium prudentis viri nec ſunt peccata mortalia, nec ſufficientia ad perſuadendum, talis Confeſſor non ſit accuſandus.

Negat deinde Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib. 1. c. 33. n. 4.* ſic dicens: Vt ſolicitans puniatur, iuxta hæc decreta neceſſe eſt, vt actus ſolicitationis ſit peccatum mortale: quod ſi detur, ſufficit quicumque actus inhoneſtus. Sic ille, qui etiam *in opuſc. de ſolicit. tract. 1. c. 1. n. 7.* probat, in tali caſu non adeſſe obligationem denuntiandi, quia excommunicatio maior, poſita in Edicto non poteſt fieri, niſi pro mortali culpa, nec lata pro veniali obligat. Ita Souſa.

Negat etiam Caſtr. Palao *tract. 4. cit. diſp. 9. punct. 3. n. 3.* vbi aſſerit, non videri improbabile, ſi Sacerdos pœnitentem tactibus aliàs honeſtis tangat, qui ex circunſtantiis ſolùm peccata venialia ſint, & ipſe pœnitens intelligat Sacerdotem nullo modo habere animum vlterius progrediendi, neque pœnitens periculum conſentiendi in graue peccatum, non committi peccatum mortale contra Religionem, ſicut neque contra caſtitatem, neque fortè denuntiandum, ſub graui culpa, Sic ille.

Negat tandem G. Hurtado *tom. de iuſt. tract. de iudic. forenſi, diſp. 2. diff. 7. pag. 299.* per hæc verba: Circa peccatum ſolicitationis, ſeu prouocationis quæ fit fœminæ in confeſſione, à Sacerdote ad actum mortalem venereum, ſiue fiat verbis, ſiue factis, obſeruandum eſt, eſſe obligationem in Hiſpania deferendi illud Inquiſitoribus. Sic Hurtado. Fundamentum omnium iſtorum eſt, quod pœna ſolicitationis eſt grauis: ergo & culpa pro qua imponitur, grauis, & non leuis debet eſſe.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, talem Sacerdotem ſub graui culpa eſſe denuntiandum, quia longè multò probabilius eſt, præfatos actus, licèt in ſe leues, exercitos tamen tempore miniſtrandi Sacramenti eſſe mortales, & damnandos, ob grauem iniuriam illatam Sacramento. Sic Acuña *quæſt. 7. num. 6.* & ibi Freitas *num. 33.* Sancius *in ſelect. diſp. 11. num. 22.* Diana *loc. cit. & 4. p. tract. 5 reſol. 6.* Trullench. *loc. cit.* Fagundez *de 1. præc. Eccl. in editione nouiſſima, lib. 4. cap. 3. n. 52.* & Anton. Nauar. *in Sum. Bullar. tit. de ſolicit. num. 4.* ſic rurſus me citato tenet Diana *p. 10. tract. 14. reſol. 44.* & Thom. Hurtado *tom. 1. tract. 4. cap. 8. reſol. 36.* licèt addat, ſecus eſſe dicendum, ſi Confeſſarius hæc leuia fecerit, vel dixerit extra Confeſſionem, etiamſi ſit in Confeſſario, & ſimulet confeſſionem.

QVÆSTIO XIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in actu Confeſſionis faciem pœnitentis à pulchritudine laudat?

NEgat Freitas *tract. de ſolicit. in edit. nouiſſima, q. 7. n. 44. & 45.* Cuius ſententiam, licèt non teneat (vt malè putat Trullench. vbi infrà) probabilem exiſtimant Souſa relatus à Diana *4. part. tract. 5. reſol. 18.* Negat etiam Th. Hurt. *tom. 1. tract. 3. c. 8. reſol. 23.* & D. Ioan. del Corro *tract. de ſolicit. 1. p. q. 3. n. 14.* quia fœminam laudare de pulchritudine, non eſt ſermones inhoneſtos cum illa habere: ergo.

Affirmant verò probabiliùs Diana *loc. cit.* & apud ipſum Peytinus, Sanctarell. Acuña, Barboſa, Bonacina. Quibus addi poteſt Trullench. *lib. 1. in Decalog. cap. 3. dub. 18. n. 43. pag. 119.* quia exiſtimant talem fœminam implicitè ſolicitare.

Sed probabiliùs omnium ſic ſub diſtinctione reſpondeo: Si Confeſſarius in actu Confeſſionis, pœnitentis faciem laudet, animo libidinoſo, & ad prouocandam ipſam fœminam ad turpia, tunc denuntiandus eſt: quia verè, & propriè in confeſſione ſolicitat, & in hoc rectiſſimè Doctores ſecundæ ſententiæ. Si verò illam à pulchritudine laudet, ſine alio honeſto, vel indifferenti, quàm alliciendi illam ad turpia, tunc non eſt denuntiandus, quia tunc non ſolicitat, & in hoc ſenſu benè Freitas. Et benè cum illo Bonacina *de denuntiat. diſp. 6. punct. 3. n. 5.* Quibus (ſaltem in verbis) conſentit Trullench. *loc. cit.* & alij Doctores primæ ſententiæ, cum quibus venit dicendum, quod vt talis fœmina teneatur denuntiare, debeat eſſe moraliter certa de tali prouocatione, & ſolicitatione ad turpia.

QVÆSTIO XIV.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui dum audit Confeſſiones, interius delectatur, aut voluntariè polluitur, & id pœnitenti aperit?

REſpondeo, eſſe denuntiandum, ſi id pœnitenti aperiat in Confeſſione, aut proximè immediatè ad illam, aut in Cõfeſſionario, ſimulando ſe Confeſſio-

nem audire, quia tunc revera cenſetur talis Confeſſarius in Confeſſione ſollicitare. Secus verò dicendum, ſi talia pœnitens ignoret, aut ſi illi Confeſſariua extra Confeſſionem veram, aut ſimulatam aperiat; quia tunc non ſollicitat pœnitentem in Confeſſione. Sic, licèt non ita clarè, Bonac. *loc. cit. num.* 3. & Trullench. *loc. cit. num.* 45.

QVÆSTIO XV.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in Confeſſione chartam prouocatiuam ad venerem, poſtea legendam, pœnitenti tribuit?

NEgatiuam ſententiam eſſe probabilem, docet Caſtro Palao *de Confeſſ. ſolicit. tract.* 4. *diſput.* 9. *punct.* 5. *num.* 3. Ex eo quod talis chartæ traditio non ſit vera, & completa ſollicitatio in confeſſione, cum ignoret pœnitens, vt ſupponitur, quid in charta contineatur. Idem fatetur Trullench. *loc. cit. dub.* 18. *in Summario*, per hæc verba: Confeſſarium tradentem in Confeſſione chartam prouocatiuam, probabile eſt, non eſſe ſollicitantem. Sic ibi, licèt in corpore dubij *num.* 46. contrarium vt certum doceat. Negat etiam abſolutè Thom. Hurtad. *tom.* 1. *moral. reſolut. tract.* 4. *cap.* 5. *reſol.* 6.

Sed mihi certiſſimè reſpondeo, eſſe denuntiandum. Quia prædictæ chartæ in confeſſione traditio verè, & propriè eſt ſollicitatio: ergo. Sic Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *n.* 32. *pag. mihi* 84. Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 2. Trullench. *loc. cit.* & Fagund. *de* 2. *prac. Eccleſ. in edit. nouiſſ. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 62.

QVÆSTIO XVI.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in Confeſſione, vel proximè ad illam, ſuam Concubinam obiurgat: Hiſpanè, la pide zelos?

REſpondeo affirmatiuè, quia talis actio, vel eſt prouocatiu ad laſciuiam, vel ad minus, eſt ſignum oſtenſiuum laſciui amoris. Quare poſt Bullam Gregorij XV. de hoc minus dubitari licet, vt benè notat Sancius *diſp.* 11. *n.* 32. (Quidquid Freitas relatus à Diana, maximè dubitet, & renuat concedere.) Secus tamen videtur dicendum caſu, quo Confeſſarius dictam fœminam objurgaret, reprehendendo illam de tali peccato, vt benè aduertunt Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 43. Trullench. *loc. cit. n.* 46. Sic ipſi, & Fagundez relatus à Diana, necnon Thom. Hurtado *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *reſol.* 20. & Ioan. Eſcobar 1. *p. quaſt.* 3. *num.* 36.

QVÆSTIO XVII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui dedit pœnitentiam fœminæ, vt domi nudæ ab ipſo verberaretur, & poſtea accidit?

REſpondeo affirmatiuè, quia prædicta actio eſt inhoneſta, & cenſetur facta in Confeſſione, cum huic ſit per ſe annexa pœnitentia. Sic Diana (ex Antonio Souſa) 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 47. & Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 18. *n.* 46. qui tamen addit, ſecus dicendum eſſe caſu quo nihil de hoc actum eſſet in Confeſſione, ſed poſtea tempore aliquo intermedio Confeſſarius ad domum fœminæ accedens illam flagellaret.

QVÆSTIO XVIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in Confeſſione inſtigat fœminam, vt alium in culpam admittat?

NEgarunt olim quidam, quos ſuppreſſo nomine refert Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 19. Quorum ſententiam probabilem reputauit Acuña *vbi infrà.*

Sed iam certiſſimè reſpondeo: Denuntiandum eſſe, quia in propoſito caſu verè interuenit ſollicitatio ad actus inhoneſtos, & per accidens eſt, quod cum Confeſſario exercendi ſint, vel cum alio. Sic poſt Bullam Gregorianam docent Sancius *diſp.* 11. *n.* 43. Sanctarellus, Naldus, Bonac. Acuña, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 19. Freitas, & Caſtro Palao, quos refert, & ſequitur Trullench. *loc. cit. n.* 47. & 50. Fagund. *lib.* 6. *in Decalog. n.* 14. Hurtado *diſp.* 2. *cit. diff.* 7. *fol.* 299. *pag.* 2. & nouiſſimè contra Souſam D. Ioan. Eſcobar 1. *p. quaſt.* 3. §. 2. *num.* 25. & Thom. Hurtado *tom.* 1. *reſol. moral. tract.* 3. *c.* 8. *reſol.* 59. dicens de hoc poſt Bullam Gregorianam dubitare non licere.

QVÆSTIO XIX.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ſolicitat in Confeſſione fœminam, ad hoc vt mediet cum alia, vt in fornicationem conſentiat?

NEgarunt olim, ante Bullam Gregorij XV. Acuña *quaſt.* 17. *num.* 8. & Freitas ibi *num.* 14.

Sed hodie certiſſimè reſpondeo, eſſe denuntiandum; quia Gregor. XV. clarè præcipit, denuntiandos eſſe confeſſarios, qui cum pœnitentibus illicitos, & inhoneſtos ſermones habuerint, vel perſonas ad inhoneſta, ſiue inter ſe, ſiue cum aliis perpetranda ſolicitauerint. Sic Sancius *loc. cit. n.* 52. Diana *loc. cit.* & 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 12. Trullench. *n.* 49. Caſtro Palao *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 5. *n.* 2. & alij Doctores *quaſt. præcedenti citati*, & communis.

QVÆSTIO XX.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ſolicitatus in Confeſſione à fœmina, ſolicitationi conſentit?

NEgant Acuña *tract. de ſolicit. q.* 11. *n.* 7. & 9. & ibi Freitas *n.* 24. & alij, quos refert, & quodammodo ſequitur Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 11. vbi ſic ait: Non reticebo tamen, Sanctarellum virum doctum *in tract. de hæreſi, c.* 46. *n.* 2. docere, etiam poſt Bullam Greg. XV. non eſſe denuntiandum Confeſſarium, qui à muliere ſollicitatus eius libidini conſentit. Idem etiam docet Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *n.* 25. & 26. Peyrinus *vbi infrà*, §. 3. *n.* 1n. Homobon. *de exam. Eccleſ. tom.* 1. *tract.* 11. *cap.* 12. *q.* 26. Bonac. *in tract. variar. diſp.* 6. *punct.* 3. *n.* 17. Vnde hæc opinio probabilis, & tuta etiam mihi videtur. Sic ibi Diana (licèt oppoſitam clarè ſequatur 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 4. & 42.) & ſic etiam Trullench. *loc. cit. n.* 53. Souſa, & alij penes ipſum, & nouiſſimè Hurtad. *diff.* 7. *cit. fol.* 299. *col.* 2. & *diff.* 8. Portel. *in addit. ad dub. regul. verb. ſolicitare fœminas*, *n.* 10. Caſtro Palao *quaſt. ſequenti citandus*, & alij, quos ſequitur Thom. Hurtado *tom.* 1. *moral. reſol. tract.* 4. *c.* 8. *reſol.* 32. & ita mordaciter, vt dicat, oppoſitam ſententiam parum probabilitatis habere. Sed in hoc exceſſit hic Author.

Sed longè multò probabiliùs, imò vt certum mihi reſpondeo: eſſe denuntiandum vigore Bullæ Gregorij XV. quia ibi Summus Pontifex expreſsè præcipit denũtiandos eſſe illos Confeſſarios, qui cum pœnitentibus,

tibus illicitos, & inhoneſtes ſermones, ſiue tractatus habuerint: at Confeſſarius, in caſu propoſito, licèt prius ſolicitetur à fœmina, habet cum illa illicitos, & inhoneſtos ſermones in Confeſſione: ergo. Sic Diana *4. part. loc. cit.* & penes ipſum Fagundez *de præc. Eccl. in 2. edit. præc. 2. lib. 4. c. 3. n. 56. & 57.* & Trid. Marchinus *diſput. 9. num. 5. & 6.* de quo adhuc *infrà quæſt. 22.*

Nunc verò notandum, idem à fortiori eſſe dicendum in caſu, quo fœmina prouocet Confeſſarium ad Sodomiam; ipſe verò ad naturalem congreſſum reprouocet, vel è contra. Tum ob dicta: Tum etiam, quia in hoc caſu, Confeſſarius abſolutè inducit ad aliquod turpe, ad quod non eſt à pœnitente fœmina prouocatus. Sic DD. citati: necnon Sancius *loc. cit. n. 27.* Trullench. *n. 25.* & penes ipſum Caſtro Palao *loc. cit. reſol. 13.* & communis.

QVÆSTIO XXI.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ſolicitatus ad congreſſum à fœmina renuit, intendens tamen ſolùm tactibus ſe oblectare, & ad eos prouocare fœminam?

NEgant Caſtro Palao *de Confeſſ. ſolicit. tractat. 4. diſp. 9. punct. 5. n. 4.* & Trullench. *loc. cit. n. 51. pag. 120.* Quia in hoc caſu (inquiunt) non cenſetur Confeſſarius ſolicitare ad malum, ſed ſolicitationi factæ à fœmina conſentire, quia fœmina ſollicitans ad congreſſum naturalem, tacitè inuitat ad oſcula, & tactus.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Iam eſſe denuntiandum. Quia etiam in hoc caſu agit Confeſſarius cum pœnitente in actu Confeſſionis (vt ſupponimus) de rebus illicitis, & inhoneſtis: ergo ex vi Bullæ Gregorianæ, Confeſſarius denuntiari debet? Sic Sancius *diſp. 11. n. 28. pag. 84.* (licèt minùs conſequenter, quàm Caſtro, & Trullench.) quem refert, & ſequi videtur Diana *4. part. tract. 5. reſol. 13.*

QVÆSTIO XXII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, caſu quo ipſe, & fœmina adinuicem ſolicitent, à fœmina tamen primò, & à Confeſſario deinde?

NEgant etiam Acuña *quæſt. 11. num. 11.* Peyrinus *tom. 2. in priuil. Minim. conſt. 4. Gregorij XV. §. 3. n. 10.* Caſtro Palao *tract. 4. cit. diſp. 9. punct. 5. n. 4.* & Sancius *loc. cit. n. 26.* Quia nec hæc actio (aiunt) eſt prouocatio, aut ſolicitatio ex parte Confeſſarij, ſed continuatio ſolicitationis factæ à fœmina. Ita etiam ſentit Thom. Hurtad. *tract. 4. cit. cap. 5. reſol. 1. & c. 8. reſol. 32. §. 1. num. 131.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Etiam eſſe denuntiandum, ob rationem *quæſt. 20. & 21.* aſſignatam. Sic Souſa, & Freitas, quos citat, & ſequitur Diana *tract. 5. cit. reſol. 14.*

QVÆSTIO XXIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ad audiendam Confeſſionem mulieris ægrotantis vocatus, & ab ea minas ſuperaddente ſolicitatus, ſolicitationi conſentit?

NEgant eſſe denuntiandum, ſi metus grauis cauſa, vel ob vitandam infamiam, ſolicitationi conſentiat, Sancius *diſp. 11. n. 30.* per hæc verba: Si vocatus Confeſſarius ad ægrotantis fœminæ Confeſſionem, ab ipſa ſolicitaretur, minas ſuperaddente, ſe exclamaturam, vim ſibi ab illo inferri, niſi conſentiat, ſicque ipſe, ob vitandam infamiam actui impudico conſenſum præſtet, non erit locus conſtitutioni. Acuña *quæſt. 9. n. 9.* Graffis *de pœnit. & remiſ. conſil. 7. n. 1.* Hucvſque Sancius, quem ſequuntur Diana *4. p. tract. 5. reſol. 15.* Peyrinus *tom. 2. cit. conſt. 4. Greg. XV. §. 3. n. 9.* Trullench. *lib. 1. in Decalog. c. 3. dub. 18. n. 53.* Freitas *q. 11. num. 36.* & alij.

Alij verò reſpondent: Eſſe denuntiandum, ſi ſolicitatio, & conſenſus in illam ſit facta in Confeſſione, vel proximè ad illam (ſecus verò ſi aliàs, vt ſtatim dicam.) Ratio ſit: quia motus grauis infamiæ non tollit, in dicto caſu, quin Confeſſarius ſolicitationi conſentiens, irroget irreuerentiã pœnitentiæ Sacramento, ſed ob hanc vitandam, & coërcendam, imponitur ab Inquiſitoribus, ſub pœna excommunicationis, obligatio denuntiandi Confeſſarios ſolicitantes pœnitentes in actu Confeſſionis, aut cum eis illicitos ſermones habentes: ergo præfatus Confeſſarius, ex vi Bullæ Gregorianæ denuntiandus veniet. In hanc ſententiam videtur inclinare Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib. 1. c. 34. n. 28. & in opuſc. de Confeſſ. ſolicit. tract. 1. c. 17. à n. 8.* Quatenus docet, quod ſi prædictus Confeſſarius denuntiaretur, deberet ab Inquiſitoribus puniri arbitraria, & extraordinaria pœna, ſine abjuratione tamen. Ego autem huic ſententiæ magis adhærerem, niſi ex pia intentione DD. Inquiſitorum crederem, nolle eos, in dicto euentu, vt prædictus Confeſſarius ad ſuum Tribunal deferatur.

QVÆSTIO XXIV.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui à fœmina petit, vt ſe tali hora ad Confeſſionem audiendam vocet, & ipſe poſtea cum illa aliquos actus ex prohibitis exerceat?

AFfirmant Fagund. *lib. 6. in Decalog. c. 1. à n. 17.* per hæc verba: In propoſito negotio idem eſt occaſio, atque opportunitas ex Confeſſione ſumpta ad ſolicitandum, ſiue præuiſum fuerit à confeſſario, eam opportunitatem poſſe contingere in Confeſſione, & ob id fœminam ad Confeſſionem inducat, aut ab ea petat, vt ſe tali tempore, & hora, & loco ad Confeſſionem audiendam vocet, ſiue non fuerit præuiſum, ſed caſu, oblata illa opportunitate Confeſſionis, aliquem, aut aliquos actus ex prohibitis, cum pœnitente fœmina, vel maſculo exerceat. Sic Fagundez, & ante illum Sancius *diſp. 11. num. 63. in fine.*

Sed probabiliter reſpondeo, non eſſe denuntiandum. Sic docet ex Freitas Diana *4. part. tract. 5. reſol. 37.* Sic dicens: Negatiuam ſententiam meritò docet Freitas *de Confeſſ. ſolicit. in nouiſſ. edit. q. 15. n. 44.* vbi ſic ait: Si Confeſſor domum vocetur, ſub prætextu Confeſſionis, vel vt Prælatum Confeſſor decipiat, cum tamen ex præcedente tractatu, tam Confeſſor, quàm fœmina intentionem habeant venereorum agendorum, puto Breui non eſſe locum, eo maximè, quia in caſu Sancij non proponitur ſolicitatio ex parte Confeſſoris in Sacramento pœnitentiæ, vel proximè, ſed tractatus remotus ex vtriuſque placito, quia tractatus præcedens nihil ad rem facit, ſiue ſimuletur, ſiue non Confeſſio. Opinio ergo Sancij defendi tantùm poteſt, quando in ipſa domo, & loco ad Confeſſionem deputato, & ſub Confeſſionis figura, vt ita dicam, ſimulet Confeſſor ad inſpectantes illudendos, Confeſſionem audire, etſi ab ipſo non incipiat ſolicitatio, nec præcedat inter eos tractatus; ſimulatio namque ipſa per ſe ſufficit: ita Freitas. Igitur prætextus Confeſſionis, de quo agit conſtitutio Gregoriana, debet eſſe proximus, non autem remotus à loco, & ſtatu

Digitized by Google

Confeſſionis. De quo videndus eſt Souſa *de Confeſſ. ſolicit. in addit. n.*10. Hucvſque Diana, quem citat & ſequitur Trullench. *loc. cit. num.*72. *pag.*224.

QVÆSTIO XXV.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in Confeſſionario, aut ſub prætextu Confeſſionis ſolicitat pœnitentem, caſu quo non ſequatur Confeſſio?

NEgant Portel.*in addit.ad regul.verb.ſolicitare fœminas, n.*11. ex eo quod prædictus Confeſſarius nullo modo ſolicitauerit in Sacramento.

Sed iam certiſſimè reſpondeo, eſſe denuntiandum. Quia id expreſsè decreuit Gregorius XV. in ſua Bulla, illis verbis: *In actu confeſſionis, vel ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis, etiam ipſa confeſſione non ſecuta:* ergo iuxta hoc decretum non eſt opus, vt præcedat, vel ſequatur ipſa Confeſſio. Quod probabiliter loquendo, neceſſum erat in terminis decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. cum per illud ſolùm prohiberentur ſolicitationes factæ, aut Confeſſione non ſecuta. Sic Scortia Venetus, Bellochius, & Acuña, quos citat, & ſequitur Diana 1.*part. tract.*4.*reſol.*13.*&* 4.*p.tract.*5.*reſol.*30. Sancius *diſp.*11.*num.*41. Trullench. *loc.cit. num.*64. *pag.*222. Fagundez *loc.cit.n.*16.*pag.*77. Hurtad.*loc.cit. fol.*109. *pag.*2. & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui non in actu Confeſſionis, ſed paulò ante, vel poſt fœminam ſolicitauit?

NEgarunt olim (& quidem probabiliter, vt diximus) Portel. *loc.cit.n.*6. Fagundez *de præc.Eccl. tract.*2. *lib.*4. *cap.*3. *num.*31. & alij.

Sed certiſſimè reſpondeo, eſſe denuntiandum. Quia id ſtatuit Gregor. XV. in ſua conſtitutione, vt conſtat ex eius verbis nuper relatis. Et ſic poſt dictam conſtitutionem, tenent Fagundez *in* 6.*præc.Decalog.lib.*6. *cap.*12.*n.*16.*pag.*77. Souſa *in annot.ad Breue Gregorij XV. n.*10.*fol.*264. Sancius *diſp.*11. *num.*48. *pag. mihi* 86.*&* 87. Diana 1.*p. tract.*4. *reſol.*14. *pag. mihi* 108. Trullench. *lib.*1. *in Decalog. c.*3. *dub.*18. *n.*64. *pag.*122. Immò & ante conſtitutionem Gregorij XV. fore denuntiandum dictum Confeſſarium, vigore decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. docuerunt, & probabiliter, Henriq. *lib.*6. *c.*18. *n.*4. Bonacina *de matrim. q.*4. *punct.*16. *propoſ.*5.*n.*8. Villalobos *tom.*2. *tract.*9. *diff.*36.*n.*20. Petr. Ledeſma *cap.*19. *de pœnit.* Riccius, Acuña, Rodriguez, Molfeſ. & alij apud Dianam *loc.cit. fol.*189.*part.*1, & alij.

QVÆSTIO XXVII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui accedentem fœminam ad Confeſſionem prævenit, vt Confeſſionem in aliud tempus differat, mutatoque confitendi animo tunc eam ſolicitat?

NEgatiuam ſententiam docere Antonium Souſa, ait Trullench *vbi infrà* Sed immeritò profectò illi imponit. Nam Souſa ſolùm id docuit loquendo iuxta decretum Pij IV. & Pauli V. vt notat Diana, non verò loquendo in terminis, ſeu vigore Bullæ Gregorij XV. nam iuxta hanc oppoſitum docet, vt aduertit Fagundez ſtatim citandus.

Certiſſimè ergo reſpondeo, eſſe denuntiandum hodie. Quia id apertè continetur in Bulla Gregoriana illis verbis: *In actu Confeſſionis, vel ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis, etiam ipſa Confeſſione non ſecuta, ſiue extra occaſionem Confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocumque, vbi confeſſiones Sacramentales audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſolicitare, &c.* Ergo cum prædicta ſolicitatio fiat in confeſſionario, & confeſſarius dum ſolicitat, ſimulet confeſſionem audire, verè denuntiandus erit. Sic Freitas *quæſt.*14. ad Acuñam, *num.*16. Diana 4 *part. tract.*5. *reſol.*30.39.*&* 46. & ſequitur Trullench. *dub.*18.*cit. n.*67.*&* 68. Fagundez *lib.*6.*in Decalog. c.*12. *n.*16. & penes illum Souſa *in annot. ad Breue Gregor. XV. num.*10. *fol.*264. *collect.*1. Sancius *diſp.*11. *num.*49. *pag.*87. & alij. Ex quo colligitur: Idem dicendum eſſe in caſu, in quo fœmina ſub ſigno Crucis velit peccata detegere, & à confeſſore interrumpitur ad turpia ſolicitante. Et in caſu, quo filiam ſpiritualem, ex præcedentibus Confeſſionibus notam, ante ſignum Crucis præoccupet Confeſſarius ſolicitans. Sic DD. citati: Legatur Diana 4.*part. tract.*5. *reſol.*30. *&* 39.

QVÆSTIO XXVIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui poſt auditam Confeſſionem mulieris, accedit ad illius domum, & ibi, aut in itinere eam ſolicitat?

AFfirmant Peyrinus *in priuileg. Minim. tom.*2. *conſtit.*4.*Greg.XV. Schol.*2. *num.*2. & penes ipſum Graſſius, Lezana *in Sum.qq.Regul. c.*29.*n.*34. & Hurtado *de matrim.diſp.*18.*diff.*1. *n.*4. *pag.mihi* 337. per hæc verba: Addimus tamen peccatum luxuriæ Confeſſarij, cum fœmina pœnitente commiſſum in ipſa confeſſione, aut intra viginti & quatuor horas poſt Confeſſionem, addere malitiam ſacrilegij contra reuerentiam Sacramenti pœnitentiæ, quia prohibitum eſt intuitu reuerentiæ illius; imò reſeruatum eſt Inquiſitoribus. Sic ille. Sed ſaltem hoc vltimum, quod addit, nempe peccatum luxuriæ Confeſſarij commiſſum cum pœnitente in ipſa Confeſſione, &c. reſeruatum eſſe Inquiſitoribus, falſiſſimum eſt, vt ipſemet vidit poſtea, & ideò ablatum ab eo in editione Plantiniana, ex corpore difficultatis citatæ, licèt non ex indice rerum, ob incuriam Typographi.

Sed longè probabiliter reſpondeo, non eſſe denuntiandum. Quia Confeſſarius in hoc caſu, nec in actu Confeſſionis, nec ſub prætextu, aut occaſione confeſſionis, nec in loco confeſſionis ſolicitat, vt patet. Nec ſolicitat denique immediatè poſt confeſſionem, in quo poteſt eſſe difficultas. Nam (vt benè Sancius, Freitas, Caſtro Palao, & Trullench. *vbi infrà*) illa ſolicitatio dicitur fieri immediatè ante, vel poſt confeſſionem, quando inter ſolicitationem, & confeſſionem nil aliud mediat: ita vt neque confeſſarius, neque fœmina ad extraneos actus ſe diuerterint. Vel (vt clariùs ait P. Hurtado *tom. de inſt. diſp.*2.*de accuſatore, diff.*7. *fol.* 299. *pag.*2.) illa ſolicitatio dicitur facta proximè, ſeu immediatè ad confeſſionem, ſiue antè, ſiue poſt, quando inter confeſſionem, & ſolicitationem, nec pœnitens, nec confeſſarius diuertitur ad aliud loquendum, vel faciendum. Ergo ſi abſolutione impenſa, confeſſarius, vel pœnitens, ad extraneos actus ſe diuerterit, & ſic diuerſus dictam fœminam ſolicitet, non dicetur immediatè poſt confeſſionem ſolicitare: at totum hoc contingit in caſu propoſito, vt conſtat: ergo. Sic Trullench. *dub.*18.*cit. num.*63. *pag.*122. Hurtad. (iam ſibi contrarius) *loco proximè citato*, Sancius *diſp.*11.*n.*49. Freitas *q.*5. *n.*20. Paramus *lib.*3. *q.*10. *n.*74. Dian. 1.*p.tract.*4. *reſ.*14. vbi ſic ait:

Rejicien

Rejicienda eſt tanquam falſa opinio illa Nauarri, quam adducit Paramus, dicentis poſſe Inquiſitorea animaduettere adverſus confeſſarium, poſt longum tempus, extra confeſſionem fœminam ſolicitantem. Vnde rectè notauit Rod. Acuña *tract. de ſolicit. q.5. n.15.* confeſſarium non eſſe denuntiandum, qui pœnitentem litteris amatoriis, lenonibus, & internuntiis ſolicitat. Neque (vt notat Molfeſ. *in Sum.tom.1. tract. 7. cap. 24. num.32.*) ſi accedit poſt auditam confeſſionem ad domum mulieris,& ibi illam ſolicitaret. Quod etiam docet Scortia in Bulla Pont. *Epitom.77.Theor.197.* Sic Diana,& benè ibi. Nam *4.p. tract.5. reſol.7.* propoſitis his duabus opinionibus,& omnino oblitus ſententiæ quam tenuerat *loco* nuper *citato*, ne à ſuo more diſcedat, reſolutionem is verbis concludit: Sed ego in hac quæſtione de meo nihil aſſerere volo. Sic ille.

QVÆSTIO XXIX.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui fœminam dicentem ſibi, ſe velle craſtina, non hodie, confiteri, illam ſolicitat?

NEgant Sancius *diſp.11.n.49.* Caſtro Palao *tom.1. tr.4. diſp.9.punct.8.n.4.* & Trullench.*dub.18.cit. n.64.* Quia talis ſolicitatio non eſt proxima Confeſſioni faciendæ, ſed proxima conuentioni de illa agendæ: ergo Confeſſarius non delinquit in hoc caſu in confeſſione, nec proximè ad illam, & conſequenter non erit denuntiandus.

Affirmat verò Diana *4.part. tract.5.reſol.6.* vbi ſic ait: ſed in terminis Bullæ Gregorij XV. contrariam ſententiam tenendam eſſe puto. Quia hæc ſolicitatio efficitur in Confeſſionario, & Confeſſarius dum pœnitentem ſolicitat, ſimulat eius confeſſionem audire: ergo includitur in dicta Bulla,& ideò eſt denuntiandus. Et ita hanc ſententiam tenet Fagundez *de præc. Eccleſ.in edit.nouiſſ.præc.2. lib.4.c.3.n.49.* Hucvſque Diana,contra quem nota quod hîc duo requirit ad hoc, vt Confeſſarius ſit denuntiandus, nempe & quod ſolicitet in Confeſſionario, & quod id faciat ſimulando Confeſſionem audire. Qui tamen primum ſufficere, infrà *reſol.38.* conſtanter tenet.

Ego verò clarius ſic reſpondeo: Si prædicta ſolicitatio fiat in confeſſionario,& confeſſarius dum pœnitentem ſolicitat, ſimulat eius confeſſionem audire, tunc verè eſt denuntiandus, vt benè probat Diana. Si verò prædicta ſolicitatio non fiat in confeſſionario, aut in loco ad audiendas confeſſiones deputato, aut ſi in illo fiat,non ſub ſimulata, aut ſub ſigura confeſſionis, tunc non debet denuntiari: Quia non includitur in dicta Bulla Gregorij, vt ſtatim ampliùs conſtabit. Sic Fagundez *loc. cit.* Imò & Sancius, & Palao id, & non aliud intendunt.

QVÆSTIO XXX.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ſedens in Confeſſionario,& loquens cum fœmina ſtante,vel ſedente ante Confeſſionarium, illam ſolicitat?

AFfirmant Diana *2.p. tract.4. reſol.18. & 4.part. tract.5.reſol.38.* ex quodam decreto Pauli V.cuius tenor eſt hic. *Feria 5.die 10. Iulij 1614. in Generali Congregatione Sanctæ Rom.& Vniuerſ.Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram SS. D. N. D. Paulo Diuina prouidentia Papa V. &c. Facta relatione, quod multi Confeſſarij tractant cum mulieribus in Confeſſionali,extra occaſionem Confeſſionis de rebus inhoneſtis, Sanctiſſimus decreuit, vt contra huiuſmodi Confeſſarios procedatur in Sancto Officio.* Sic ibi. Ergo cum in his verbis (inquit Diana) nulla efficiatur mentio de ſimulatione Confeſſionis, licet Confeſſarius non ſimulet Confeſſionem, dummodo ſolicitet fœminam in Confeſſionario, denuntiandus erit. Sic Diana (iam ſibi, vt nuper vidimus, contrarius) quem citat, & ſequi videtur Trullench. *lib 1.in Decalog. c.3. dub.18. n.73. pag.124.* Qui tamen etiam ſibi in eodem loco eſt contrarius. Tenet iterum hanc ſententiam nominatim contra me idem Diana *p. 8. tract.9. reſol.33.* Bordonus *in Sacro Tribunali. c.23. n.46.* & Eſcobar à Corro *tract. de Confeſſ. ſolicit. 1.p. quæſt.4. §.1. num.35.*

Sed probabiliter reſpondeo, talem Confeſſarium non eſſe denuntiandum. Ratio eſt,quia non quælibet ſolicitatio in Confeſſionario facta (vt putat Diana) cauetur decreto Gregorij XV. (Quod idem omnino eſt,ac decretum Pauli V.) ſed ſolicitatio illa, quæ ſimulationem Confeſſionis trahat, vt conſtat ex illis verbis: *Simulantes ibidem Confeſſiones audire.* At in prædicta ſolicitatione nulla adeſt ſimulatio audiendi Confeſſiones: ergo non includitur in dicto decreto: ergo non erit denuntiandus dictus Confeſſarius. Sic Freitas *loc.cit. nouiſ.edit.q.15.n.49.* per hæc verba: Stando in terminis Bullæ Gregorij XV. ſi Confeſſor in Confeſſionario ſolicitet extra Confeſſionis occaſionem, non ſimulando audire Confeſſionem, ſed alloquendo fœminam ſtantem,vel ſedentem,qui compoſitionis modus à communiter accedentibus Confeſſionis actum, & ſpeciem excludit, non incurrit pœnas. Ita ille, & poſt illum nouiſſimè Fagundez *lib.6. in Decalog. c.12. n.19.* ſic dicens: Vt tamen ſolicitantes, & inhoneſta loquentes in Confeſſionario, vel in quocunque alio loco, iuxta tenorem huius nouæ conſtitutionis Gregorij XV. puniantur, neceſſe eſt,vt Confeſſio ſimuletur,vt ſequentia verba conſtitutionis oſtendunt, *Simulantes ibidem Confeſſiones audire:* quod eueniet, ſi mulier flexis genibus more eorum, qui peccata ſua expiare volunt, ſiue prius ſigno Crucis ſe muniat,ſiue non muniat, coram Confeſſario ad audiendum applicato conſtituatur, ita vt actus ille aſſiſtentibus, & circunſtantibus confeſſio credatur: Ita Fr. Antonius de Souſa in annot. ad hoc diplom. Gregorij XV. *fol.265. n.13.* Hucvſque Fagundez, Caſtro Palao *tom.1. tract.4. diſp.9. punct.8. n.4.* Lezana *in Sum.qq. Regul.c.19. n.34.* Sancius ſtatim citandus, & Hurtado *loc. cit. fol. 299. pag. 2.* & alij recentiores, præcipuè Thom.Hurtado *tom.1.Moral.reſol. tract.4. c.4. per totum,* & latiùs *c.8.reſol.33.* & Boſſius *in diſcep. Moral. diſcep.5. num.3.*

Ad fundamentum Dianæ dicendum quod Gregor. XV. per ſuam conſtitutionem aut declarauit illud decretum Pauli V. aut reſtrinxit ad terminos ſimulationis, vt putat Freitas *loc. cit.* vel vt ait Sancius *diſp.11. num.66.* vterque Pontifex in vtroque decreto idem decreuit. Ergo ex vtriuſque decreto, vt Confeſſarius denuntietur, requiritur quod ſimulans in Confeſſionario Confeſſiones auſcultare, loquatur laſciuè cum fœminis pœnitentibus, aut cum illis illicitos ſermones, ſeu tractatus habeat.

QVÆSTIO XXXI.

An ſaltem denuntiandus ſit Confeſſarius, qui ſedens in Confeſſionali extra occaſionem Confeſſionis, ſolicitat fœminam coram ipſo flexis genibus conſtitutam caſu, quo ipſe Confeſſarius ex parte ſua non ſimulet ſe audire illius Confeſſionem?

AFfirmant Diana *1.part. tract.4. reſol.18. & 4.p. reſol.38.cit.* Trullench.*n.73.* Fagundez *num.19. cit.*

by Google

cit. Caſtro Palao *num.* 4. & alij, quod in propoſito caſu reperiatur ſolicitatio in confeſſionario, ſub ſimulata confeſſione, cùm confeſſarius ſit in loco ad audiendas confeſſiones deputato, & fœmina coram ipſo flexis genibus aſſiſtens, quæ omnia ſunt ſigna, quæ ex ſe demonſtrant, confeſſionem ibi fieri: ergo ex vi decreti Gregoriani dictus confeſſarius denuntiari debet.

Nihilominus tamen negatiuam ſententiam ſequentibus argumentis probare quis poſſet.

Primò. Quia licèt in propoſito caſu repetiatur ſolicitatio facta à confeſſore in confeſſionario, non tamen facta in confeſſione, aut ſub figura, ſeu ſimulatione confeſſionis: ergo talis confeſſarius non venit denuntiandus. Conſequentiam concedunt Caſtro, Fagundez, Freitas, Lezana, & Sancius, & ex dictis quæſtione præcedenti conſtat. Antecedens verò, nempe quod in caſu propoſito non inueniatur ſimulata confeſſio, aut ſimulatio confeſſionis, probatur. Quia ad hoc, vt detur ſimulata confeſſio, debet dari aliquod ſignum expreſſum confeſſionis, quo propoſito, aſſiſtentes intelligant confeſſionem ibi fieri, vt Caſtro, Fagundez, & Freitas concedunt, ſed ſic eſt, quod ex eo præciſe quod fœmina ſit coram confeſſore flexis genibus conſtituta, nequaquam exiſtentes iudicant, aut iudicare rectè, & firmiter poſſunt confeſſionem ibi fieri; ergo, &c. Minor probatur. Quia fœminæ ſæpè ſæpiùs accedunt bono animo ad confeſſionarium, ad alia negotia à confeſſione cum confeſſore tractanda, vt notum eſt apud omnes videntes; ſiquidem hoc ipſum illis paſſim accidit: at hæc minimè tractant, nec commodè aliter tractare poſſunt (maximè in confeſſionariis, quibus plures Regiones in Hiſpania vtuntur) niſi flexis genibus: ergo præciſa genuflexio fœminæ coram confeſſore, etiam in confeſſionario exiſtente, non eſt ſignum expreſſum, quo propoſito, videntes cognoſcant confeſſionem ibi fieri.

Confirmatur primò. Nam ex actione ad plura indifferenti nequit colligi vnum determinatum, vt conſtat: at genuflexio mulieris coram confeſſore, etiam in confeſſionario exiſtente, eſt actio indifferens ad plura, nempe ad petenda à confeſſore conſilia, ad tractanda alia conducentia ad bonum ſpirituale, vel temporale, ad explicanda in confeſſione peccata, &c. Ergo ex illa actione præciſè nequit colligi vnum determinatum, nempe confeſſionem ibi fieri.

Confirmatur ſecundò. Nam optimè poteſt Sacerdos cum fœmina de rebus inhoneſtis in confeſſionario tractare, quin ſimulatio vlla ſit confeſſionis audiendæ, vt expreſsè concedit Palao, & debent Fagundez, Freitas, & Sancius: At ſic eſt, quod ad hanc, & aliam quarumcunque rerum tractationem ſemper præſupponitur genuflexio fœminæ coram ipſo confeſſore: ergo præciſè hæc genuflexio pœnitentis non eſt ſatis ad ſimulandam confeſſionem.

Secundò, & principaliter probatur hæc ſententia. Nam ad ſimulandum confeſſionem fieri, non ſolùm debet concurrere pœnitens, ſed etiam principalius, & meo videri neceſſariùs ipſe confeſſarius, cùm hic ſit qui audiat confeſſionem, & conſequenter qui ſimulare poſſit confeſſionem audire, & de quo ſolùm loquatur Pontifex, vt conſtat ex illis verbis: *Simulantes confeſſiones audire, ſolicitare, vel procurare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infrà puniantur.* Ergo ſi confeſſarius nullo modo ſignificet, vel ſimulet confeſſionem audire (vt ſupponit caſus) parum refert ad propoſitum, quod genuflexio pœnitentis illam ſimulet, dato quod per genuflexionem præciſè ipſius aliquo modo ſimuletur.

Confirmatur hoc ipſum, & declaratur ampliùs. Nam licèt pœnitens poſſit ſimulare, ſe confeſſionem facere, aut explicare ſua peccata confeſſori, non tamen poteſt ſimulare ſe confeſſionem audire (quod requirit verbis adductis Pontifex) cum hoc proprium ſit confeſſoris: ergo vltra ſimulationem, ſeu fictionem pœnitentis, debet neceſſariò concurrere fictio confeſſarij, qua ſimulet vultu, voce, aut aliqua alia actione ſe confeſſionem audire, aut dicere pœnitenti, vt ſimulet aliqua externa actione ſe confiteri.

Confirmatur ſecundò, & efficaciter à ſimili. Nam ideò in communi ferè omnium ſententia, pœnitens ſolicitans in actu confeſſionis confeſſarium, non venit denuntiandus, quia decreta citata Pontificum ſolùm loquuntur de confeſſoribus ſolicitantibus, non de pœnitentibus, vt conſtat ex verbis decreti Gregoriani nuper adductis: *Simulantes*, &c. Sed ſic eſt, quod in eiſdemmet decretis eodemmet tenore verborum ſolùm fit mentio de confeſſariis ſolicitantibus ſimulando confeſſionem audire, & nullo modo fit mentio de pœnitentibus: ergo ſi confeſſarij non ſimulent audire confeſſionem, quantumvis pœnitentes ſimulent ſe confiteri, non venient denuntiandi ex vigore Gregoriani decreti.

Confirmatur tertiò. Nam in primis ſi confeſſarius non ſedens in confeſſionario, ſed ſtans, aut cubans, aut ridens in illo, ſolicitaret fœminam coram ipſo genuflexam extra occaſionem confeſſionis, nullo modo eſſet denuntiandus: quia nullo modo ſolicitaret illam ſimulando ſe confeſſionem audire: è contra, ſi confeſſarius ſedens in confeſſionario, & applicatus ſicuti ad audiendam confeſſionem, ſolicitaret fœminam coram ipſo ſedentem, reuera eſſet denuntiandus, cum reuera ſolicitaret in confeſſionario, & ſimulando confeſſionem audire: ergo non ad genuflexionem, aut aliam actionem pœnitentis, qua ſimulet ſe confiteri, ſed præcipuè ad actionem confeſſoris, qua denotet, aut poſſit notare, aut ſignificare circunſtantibus, ſe confeſſionem audire, eſt attendendum, vt dicatur ibi dari, aut interuenire ſimulatam confeſſionem; ergo illa ceſſante, non debet confeſſarius denuntiari, quamvis in confeſſionario ſolicitet. Propter hæc ergo argumenta, quamplures docti Moderni, tam ex Complutenſi, quam Salmanticenſi Academia, de hoc ficto caſo à me conſulti, prædictam negatiuam ſententiam, ſtando verbis Pontificis probabilem eſſe affirmarunt, illamque nouiſſimè ſequitur Thomas Hurtad. *tom.* 10. *tract.* 4. & 5. *reſol.* 8. & penes illum Ioan. Sanchez *diſp.* 22. *n.* 68 §. *Hinc fit.*

Sed ego, re maturè conſiderata, ſic ſub diſtinctione reſpondeo: Si confeſſarius ſit in confeſſionario patenti, vel in loco confeſſionis, vbi ab aſſiſtentibus videri poſſit, & ibi non ſimulans audire confeſſiones, ſed potius ſuis actibus, geſtibus, & actionibus deſignans non excipere illas, ſolicitet pœnitentem coram ipſo genuflexum, minimè veniet denuntiandus, vt efficaciter probat ſecundum argumentum principale cum ſuis confirmationibus. Si verò confeſſarius ſit, & audiat confeſſiones in confeſſionario ex parte ſua occulto, vbi ab aſſiſtentibus nequeat videri, ibique aſſiſtens ſolicitet fœminam coram ipſo genuflexam, tunc denuntiandus erit: quia tunc ſola genuflexio fœminæ ſufficiens videtur, vt ab aſſiſtentibus iudicetur ibi confeſſionem fieri.

QVÆSTIO XXXII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui fœminæ volenti ſecum aliquid bona fide extra confeſſionarium communicare, dicit: Veni ad confeſſionarium, & ibi eam ſolicitat?

Affirmant Trullench. *loc. cit. num.* 74. Quia in tali caſu, inquit, reuera confeſſarius fœminam ſolicitauit,

ſolicitauit in loco confeſſionis, & illam audire ſimulans. Et in hoc benè, addit tamen (quod certè non intelligo) ſecus dicendum eſſe caſu quo extra confeſſionem, & confeſſionarium de rebus illicitis ambo tractent, ſed vt liberiùs de eis agere poſſint, conueniunt, vt eant ad confeſſionarium, vbi vt peccatum diſſimulent, & inſpicientes decipiant, ſacramentaliter audire ſimulant, ſigna faciunt, abſolutionis actus, & alia, quæ in vera fiunt confeſſione, ſimulantes. Ita ille. Et ante ipſum Caſtro Palao *loc. cit. punct.* 8. *n.* 1. 2. *&* 4. *pag. mihi* 563.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: In vtroque caſu talem Sacerdotem eſſe denuntiandum. Quia in vtroque caſu agit confeſſarius cum fœmina de rebus illicitis, & inhoneſtis, in loco confeſſionis, & ſimulans confeſſionem audire, præcipuè in ſecundo caſu: ergo in vtroque ex vi decreti Gregorij XV. venit denuntiandus. Nec obſtat quod in ſecundo caſu ſit mutua ſolicitatio, & ideò non propria Sacerdotis, potiùs quam pœnitentis. Quia id nil refert, vt denuntiandus confeſſarius ſit, vt conſtat ex dictis *q.* 20. Sic Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 10. & penes illum Sancius *diſp.* 15. *n.* 2. *in impreſſione Matriti.* Sed certè Sancius nil habet ibi ad propoſitum.

QVÆSTIO XXXIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui proximè ad confeſſionem aliqua arte in ſomnum induxit fœminam, & tunc ſopitam cognouit?

AFfirmant Sancius *diſp.* 11. *n.* 31. *&* 32. & Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 18. *n.* 54. Addunt tamen contrarium eſſe dicendum in caſu, quo fœmina non arte, aut maleficio confeſſarij, ſed paroxyſmo, aut morbo aliquo fuiſſet ſomno ſopita, & tunc à confeſſario cognoſceretur; quia in hoc caſu confeſſarius non ſolicitator, ſed fornicator cenſetur: ergo non venit denunciandus, quia decreta Pontificum non decernunt pœnas confeſſariis fornicantibus proximè ad confeſſionem, ſed ſolicitantibus.

Sed ex vi decreti Gregorij, tam in ſecundo, quàm in primo caſu, eſſe talem confeſſarium denuntiandum certò reſpondeo. In primo patet: Quia ibi confeſſarius verè ſolicitat fœminam in confeſſione, aut proximè ad illam, licèt non verbis, opere. In ſecundo etiam conſtat. Quia in illo confeſſarius, etſi propriè non ſolicitauit fœminam, habuit tamen cum illa tractatus inhoneſtos, ſaltem opere, quod quidem eodem tenore eſt prohibitum per Conſtitutionem Gregorij XV. ergo. Sic me citato tenet nouiſſimè cum aliis Diana *part.* 10. *tract.* 4. *reſol.* 43.

QVÆSTIO XXXIV.

An ſit denuntiandus confeſſarius, qui adoleſcentem in Confeſſione ſolicitauit?

REſpondeo affirmatiuè. Eſt reſponſio hodie certiſſima. Nam conſtitutio Gregorij XV. perſonas vtriuſque ſexus comprehendit, ait enim: *Omnes, & ſinguli Sacerdotes, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta ſolicitare, &c.* Ex quibus liquidò conſtat, eſſe etiam denuntiandum confeſſarium virum ad turpia prouocantem. Sic omnes Doctores poſt dictam Conſtitutionem.

An verò ante dictam Conſtitutionem denuntiandus etiam eſſet prædictus confeſſor vigore decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. negarunt probabiliter Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 22. *in principio*, & Fagund. *de præc. Eccleſ.* 2. *præc. lib* 4. *c.* 13. *n.* 31. *& lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 12. vbi ſic ait: Ex vi conſtitutionum Pij IV. Pauli V. Clement. VIII. ſolùm ſolicitatores fœminarum denuntiandi erant. Solùm enim illæ comprehendunt ſolicitatores fœminarum, non virorum, aut puerorum, vt diximus in noſtro primo tomo in quinque præcepta, &c. Sic ille, & alij apud Dianam.

Sed probabiliter longè, imò certiſſimè reſpondeo affirmatiuè, non ideò, quia lex extendenda ſit ad caſum vbi eadem eſt, & maior ratio, vt vult Sancius *diſp* 11. *n.* 12. Sed quia (vt refert Freitas *quæſt.* 6. ad Acuñam, *num.* 26.) ita declarauit Paulus V. 19. Nouembr. anno 1612. ſub ſua conſtitutione de hac re edita, comprehendi videlicet in præfata Bulla etiam ſolicitantes mares. Sic tenent Acuña, & Freitas *loc. cit.* Riccius, Coriolan. Rodriguez, Cherubinus, Mulfeſ. Megala, Quaranta, & Scortia apud Dianam *loc. cit.* Sancius, & Caſtro Palao, quos citat, & ſequitur Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 12. *n.* 40. dicens, contrariam ſententiam ſuſtineri non poſſe poſt dictam declarationem Pauli V. & ita noſtram ſententiam etiam ſequitur Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 33. de qua optimè Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *n.* 12. agit.

QVÆSTIO XXXV.

An ſit denuntiandus confeſſarius, qui ſtatim poſt confeſſionem ducit ad cubiculum puerum, vt ſchedulam confeſſionis tradat, illumque ibi ſolicitat.

REſpondeo affirmatiuè. Quia iſte caſus, ratione dependentiæ, includit confeſſionem. Sicut (*vt ſuprà quæſt.* 19. eſt habitum) includit ille, in quo confeſſor fœminæ ſibi confeſſæ pœnitentiam imponit, vt ab ipſomet confeſſore nuda verberetur, & de facto manu propria, aut ſcutica vapulat ab ipſo: aut ille in quo confeſſarius ſuadet fœminæ, vt ipſi eo loco verenda oſtendat, quæ ipſa in eadem confeſſione morbo affecta habere dixit. Sic Diana 4. *part. tract.* 5. *reſ.* 11. ex Anton. Souſa *in aphor. inquiſ. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 39.

QVÆSTIO XXXVI.

An mandans confeſſario, vt ſolicitet pro ſe pœnitentem, ſit denuntiandus?

AFfirmant Riccius *in praxi, part.* 3. *reſol.* 65. *n.* 2. & Homobon. *de exam. Eccleſ. part.* 2. *tract.* 11. *c.* 12. *q.* 26. *reſol.* 4. Quia qui per alium aliquid facit, eſt perinde ac ſi per ipſum faciat.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandum. Quia Conſtitutiones Pontificum id non ſtatuunt de mandante, ſed de confeſſario ſolicitante; lex autem quando non ſolùm facientem, ſed & mandantem vult punire, id explicat. Sic Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 22. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 48. & alij, quos iterum me citato, ſequitur Diana *p.* 10. *tract.* 14. *reſol.* 42. & Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 7. *reſol.* 13. addens, & benè, quod licèt prædictus mandans non ſit denunciandus ex vi Bullæ Gregorij, & aliorum Pontificum, benè tamen ex eo quod ſit ſuſpectus de fide, eo quòd abutatur Sacramentis à Chriſto inſtitutis, & illis grauem iniuriam inferat.

QVÆSTIO XXXVII.

An denuntiandi ſint laici, qui fingunt ſe Sacerdotes, & confeſſiones excipiendo pœnitentes ſolicitant?

AFfirmat Gyprius *tractat. de caſib. reſeru. cap.* 14. *n.* 6, cuius opinionem vt probabilem ſequitur

Thom.

Thom. Hurtad. *c.7. cit. reſol.* 12. *n.*119. licèt poſtea *c.*8. *reſol.* 31. ſolùm dicat, talem opinionem non eſſe iudicandam improbabilem.

Sed reſpondeo probabiliùs, non eſſe denuntiandos (ex decretis ſaltem datis contra ſolicitantes.) Quia omnia loquuntur de Sacerdotibus, vt patet ex illis verbis: *Omnes, ac ſinguli Sacerdotes, aut aliàs audiendis confeſſionibus pœnitentium deputati*, & ex illis: *Qui Sacramento pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones ante, vel poſt immediatè abutuntur.* Vnde nec denuntiandi veniunt Subdiaconi, aut Diaconi. Sic Acuña *q.*13. *num.* 1. *&* 5. Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *num.* 37. Bonacina *de obligat. denunc. diſp.*6. *punct.*3. *num.* 8. Caſtro Palao *tract.* 4. *citat. diſp.*9. *punct.*9. *num.* 5. Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 1. *cap.*34. *n.*13. Quos omnes citat, & ſequitur Trullench *ſuprà, n.*81. *pag.*125. Diana 1. *p. tract.*4. *reſol.*15. & penes ipſum Portel. Fagundez *lib.*6. *in Decalog. c.*12. *n.*22. Sanctarell. *de hæreſi, c.*36. *dub. vnico, n.*9. & Bordonus apud Dianam *infrà.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An ſaltem prædicti Laici, Subdiaconi, aut Diaconi, qui ſe Sacerdotes ſimulant, & confeſſiones excipiunt, non tamen abſolvunt, denuntiandi ſint ex aliis decretis Pontificum?

AFfirmant Anton. de Souſa *de ſolicit. tract.* 1. *c.*9. *n.*3. & Fagundez *lib.*6. *in Decalog. cap.* 12. *n.*22. Qui refert pro ſua ſententia Rodericum de Acuña *de ſolicit. q.* 13. *n.* 31. eo quòd ſic decreuiſſe videantur Gregorius XIII. in Conſtitut. edita die 6. Auguſti 1574. Clemens VIII. in alia edita *die* 1. *Decemb.* 1601. & Paolus V. in altera, quas referunt Laërtius *tom.*2. *nouæ collect. Apoſtol. conſtit. pag.*387. & Aldrete *lib.*2. *de Religioſa diſcipl. c.*31. *n.*14. necnon Thom. Hurtadus *loc. cit.* Trimarchus, & Eſcobar à Corro apud Dianam *vbi infrà.*

Sed æquè probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandos caſu quo abſolutionem non impendant. Quia id clarè conſtat ex verbis Gregorij XIII. ibi: *Et confeſſiones audire, ac abſolutionem impertiri.* Nam particula *ac*, cum copulatiua ſit, coniunctionem requirit: ergo Domini Inquiſitores ſolùm poſſunt procedere contra prædictos laïcos, &c. quando fingentes ſe Sacerdotes eſſe, confeſſiones audiunt, & ſimul abſolutionem impendunt. Sic Rodrig. *tom.*2. *qq. regul. q.*28. *art.*2. *& in Summa tom.*2. *c.*83. *n.*3. Sancius *diſp.*11. *n.*36. *pag. mihi* 85 quos ſequi videtur Diana 1. *part. tract.*4. *reſol.*16. Trullench. *lib.*1. *in Decalog. cap.*3. *dub.* 28. *n.*81. *pag.* 125. *&* 126. Qui pro hac parte refert Caſtrum Palao *tract.*4. *diſp.*9. *punct.*9. *n.*5. Et etiam Rodericum de Acuña, quem pro contraria citauit Fagundez.

Fateor tamen aliunde, & ex vi aliarum conſtitutionum, poſſe ab Inquiſitoribus puniri prædictos laïcos, &c. Fingentes ſe Sacerdotes, & confeſſiones audientes, etiam ſi non abſoluant. Quia ſunt de fide ſuſpecti, vt tenet Salzedo *in pract. crimin.* & communis. Lege Dianam *part.*9. *tract.*9. *reſol.*32. vbi me citato hanc partem tenet.

QVÆSTIO XXXIX.

An ex vi dictarum Conſtitutionum denuntiandus ſit Sacerdos, qui iuriſdictione carens Confeſſiones excipit, & in eis pœnitentes ſolicitat?

AFfirmant Acuña *quæſt.*14. *num.* 5. & Freitas ibi, *n.*13. Diana 1. *part. tract.*4. *reſol.*17. *& part.*4. *tractat.* 5. *reſol.*8. Caſtro Palao *de confeſſore ſolicit. tract.*4. *diſp.*9. *punct.*9. *n.*1. & Sancius *diſp.*11. *n.*38. Quos omnes refert, & ſequitur Trullench. *loc. cit. n.*77. *pag.* 125. dicens id nemini poſſe eſſe dubium, poſt Bullam Gregorij XV.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non eſſe denuntiandum ex vi dictarum Conſtitutionum, licèt aliunde ex vi aliarum ab Inquiſitoribus puniri poſſit. Huius reſponſionis ſecunda pars ab omnibus conceditur. Prima verò probatur. Quia Gregor. XV. in ſua Conſtitutione, & Pius IV. Clemens VIII. & Paulus V. ſui Prædeceſſores in ſuis, ſolùm intendunt confeſſariorum abuſus, & inhoneſtas ſolicitationes à Sacramento Pœnitentiæ excutere, & exterminare: ergo contra illos ſolùm loquuntur, qui officio confeſſariorum funguntur.

Nec contra id obſtant verba Gregorij XV. *Omnes ac ſinguli Sacerdotes, &c.* Quia hæc per illa verba antecedentia, *His delinquentibus*, explicantur. At hæc verba referũtur ad delinquentes illos, de quibus præcedentes Conſtitutiones Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. loquuntur, & quorum exceſſus ad Summi Pontificis notitiam peruenerunt, qui fuerunt ſolùm exceſſus Sacerdotum Confeſſariorum, ſeu expoſitorum, & habentium iuriſdictionem ad audiendas confeſſiones: ergo. Sic Souſa *in annot. ad conſtit. Gregor. XV. num.*4. Fagundez *lib.*6. *in Decalog. c.*12. *num.* 21. *&* 24. Portel. *in addit. verb. ſolicitare fœminas, num.*13. & Thom. Hurtado *num.*9. *tom.*1. *tract.*4. *cap.* 7. *reſol.* 12. *num.* 125. qui ex Souſa *in addit. ad tract. de ſolicit. c.*11. *n.*9. addit noſtram reſponſionem eſſe veram, etiamſi bona fide putet confeſſarius ſe iuriſdictionem habere: quia nec tunc eſt denuntiandus vt ſolicitator, licèt benè vt ſuſpectus de fide. Sic Thomas Hurtado ibi, quamvis poſtea *cap.*8. *reſol.*31. *num.*310. oblitus ſui, oppoſitam ſententiam vt certam teneat.

QVÆSTIO XL.

An ſit denuntiandus Confeſſionis interpres, qui in actu Confeſſionis, ante, vel immediatè poſt pœnitentem ad inhoneſta ſolicitat.

AFfirmant Freitas *in addit. ad* Acuñam *q.*13. *n.* 27. *&* 28. Cui addo Trimarchum, & Eſcobar, apud Dianam *infrà part.*9.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandum, ex vi prædictarum conſtitutionum, etiamſi interpres ſit Sacerdos. Quia interpres abſolutè loquẽdo non eſt Confeſſarius, contra quos tantùm prædictæ Bullæ ſunt latæ. Sic Sancius *diſp.*11. *n.*10. *&* 37. Caſtro Palao *loc. cit. punct.*9. *n.*6. Diana 4 *p. tract.*5. *reſol.*9. Fagundez *de præc. Eccl. in edit. noviſſ. part.*2. *lib.*4. *c.*3. *n.*88. *& lib.*6. *in Decalog. cap.*12. *num.*23. Souſa *de Confeſſariis ſolicit. tract.*1. *c.*10. *n.*3. Trullench *loc. cit. num.*82. *pag.* 126.

Conſultò dixi, *ex vi prædictarum conſtitution.* Quia aliunde dictum Interpretem verè ſubijci iudicio Dominorum Inquiſitorum, eo quòd & iniuriam faciat Sacramento, & ſuſpectus videatur in fide, certiſſimum puto cum Fagundez *num.*23. *cit.* ſic rurſus me citato, tenet Diana *part.*9. *tract.*9. *reſol.*32.

QVÆSTIO XLI.

An fœmina ſolicitans Confeſſarium, ſit ab ipſo, vel ab aliis, qui hoc ſciunt, denuntianda?

AFfirmant Bellochius *de caſib. p* 2. *q.*9. *n.* 51. & Paramus *de Origine Inquiſit. lib.*3. *q.*10. *in fine.*

Sed longè multò probabiliùs, imò & mihi certò reſpondeo, non eſſe denuntiandam, Quia Conſtitutiones

ſunt edictæ. Sic Sancius *diſp.* 11. *n.* 24. per hæc verba: Si fœmina inducat Commiſſarium ad carnale flagitium, non tenebitur ipſe fœminam denuntiare, quia Breue tantùm in Confeſſarios ſolicitationi incumbentes fuit editum. Acuña *q.*6.*n.*3.*&* 6.*in praxi p.*3. *reſolut.*67.*n.*20. Diana 1.*part. tract.*4. *reſol.*23. & ad vnguem ex illo Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.*3. *dubit.*28. *num.* 59. *&* 60.

QVÆSTIO XLII.

An Confeſſarius ſolicitans teneatur denunciare ſeipſum, ſaltem ex vi edicti?

AFfirmat Raynaudus *de Monitoriis Eccleſ.* 1.*part. cap.*3. *q.*20. Quia quilibet tenetur obedire præcepto Superioris.

Sed vt certum reſpondeo: negatiuè. Quia in hoc ſaltem, & in ſimili caſu nemo tenetur prodere ſeipſum, vt ex *cap. aliquando, de pœnit. diſt.* 1. docent Diana 1.*p. tract.*4. *reſolut.* 8. & penes ipſum Sanctarellus, Homobonus, Acuña, Portel. Molfeſ. Megala, & alij. Trullench. *loc. cit.* & communis, quam tenent Suarez *de fide diſp.*10.*ſect.*4.*n.*18. Baſilius *de matrim. lib.*5.*c.*14.*n.*10. & Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.*4. *c.*8. *reſolut.* 28. Qoia quilibet excuſator à denunciando, quando ex denunciatione timet periculum propriæ famæ, vitæ, honoris, &c.

QVÆSTIO XLIII.

An caſu quo fœmina ſolicitata à Confeſſore conſentiat, teneatur illum denunciare?

NEgant Suarez *tract. de fide, diſp.*20.*ſect.*4.*n.*10. & penes ipſum Peña, & Simanchas, Portel. *in addit. ad dub. regul. verb Denunciatio, n.*10. vbi ſic ait: Complex delicti nunquam tenetur denuntiare ex vi edicti, in quacunque materia fuerit complex. Vnde poteſt colligi, quod ſi fœmina fuit ſolicitata ab aliquo Confeſſore in Sacramento Confeſſionis, ſi ipſa conſentit ibi cum actibus turpibus, talis fœmina non tenetur denuntiare de illo Confeſſore. Ita ille, & nouiſſimè Hurtad. *diſp.*2.*cit. diff.* 8. per hæc verba: Et quia fœminæ in Confeſſione ſolicitatæ, quæ Confeſſario ſolicitanti conſentit in actibus turpibus, imminet damnum graue in fama, quia prudenter timeri poteſt Confeſſarium in tribunali confeſſurum, ſe actus inhoneſtos cum ea non repugnante habuiſſe, ideò plures Doctores eam tunc probabiliter excuſant à delatione peccati dictæ ſolicitationis. Et ob ſimilem rationem etiam excuſant à delatione hæreſis eum, qui fuit ſocius in eo crimine. Ita ille. In quorum ſententiam videntur inclinare Sayr. *in Clau. Regia*, *lib.* 12. *c.*14. *n.*26.*&* 32. & Caſtr. Palao *tom.* 1. *oper. moral. tract.*4. *diſp.*9. quos citat, & ſequitur Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.*3. *dub.*18. *n.*33. *pag.* 117. Quamvis hic *n.*16. oppoſitum neruosè affirmet. Souſa *de Confeſſor. ſolicit. tract.*2.*c.*7.*n.*4. Negat nouiſſimè etiam Th. Hurtad. *tom.* 1. *tract.*4.*c.*8.*reſol.*25. caſu tamen ſolùm quo mulier ſolicitata conſentiat ſolicitationi, & non poſſit Confeſſarium ſolicitantem denuntiare, quin illum conſenſum manifeſtet: præcipuè ſi mulier bonæ famæ, & vxorata ſit, aut virgo, viduave nobilis; non enim tenetur ſuum nomen publicare coram iudice apud quem benè reputata eſt. Ita Thomas.

Sed longè multò probabiliùs, & in praxi certiſſimè reſpondeo, teneri præfatam fœminam denuntiare Confeſſarium: quamvis non teneatur proprium conſenſum in ſolicitationem Inquiſitoribus manifeſtare (imò nec ab his poſſit interrogari) quidquid dicat Freitas *vbi inf*rà *in nouiſſ. edit. n.*40. & caſu quo fœmina ipſa vellet ſuum conſenſum Inquiſitoribus manifeſtare, non debet ſcribi in actis, tanquam res non ſpectans ad Tribunal Inquiſitionis. Sic Acuña *q.*10. *n.*5.6.*&* 10. Freitas *ibi, n.*13 Bonac. *diſp.*6.*cit. punct.*3. *n.*10. Peyrinus *in priuileg. Minim. tom* 2. *conſt.*4. Gregorij XV. §.3.*n.* 11.*&* 22. Sanctarell. *tract. de hæreſi, & cap.*44.*dub. vnico, n.*12. Quos affert, & ſequi videtur Diana 1.*part. tract.*4. *reſolut.*9. & etiam *part.*4. *tract.*5.*reſol.*31. vbi refert quandam epiſtolam Card. Millini directam ad Fredericum Cardinalem Borromeum, Archiep. Mediolan. in qua continetur ita fuiſſe declaratum in quadam Congregatione S.R.V. Inquiſitionis, *die* 25. *Iulij* 1624. Hieronymus Timatchius *de Confeſſore abutente, diſp* 4.*ſect.*1. *n.*45.*&* 46. vbi ait ſententiam Portel. eſſe improbabilem, & ſecundùm aliquos ſcandaloſam, & contra ius naturale, & contra Bullas Pontificias, & contra decretum editum de mandato S D.N. Papæ Vrbani VIII. vt habet Peyrinus *loc. cit.* Trullench. *loc. cit. num.*35. *pag.*117. & communis.

Ad fundamentum autem oppoſitæ ſententiæ dicendum eſt, quod dato caſu, quod Confeſſarius ille aperiat conſenſum fœminæ in actibus turpibus, non ideò huic graue immineat infamiæ damnum: Quia non eſt fides Confeſſario adhibenda, ſed credendum id facere ad iudicium euadendum, vel ob minuendam, quam timet pœnam.

QVÆSTIO XLIV.

An pœnitens excuſetur ab huiuſmodi denunciatione, ſi ex illa timeat aliquod graue damnum in vita, fama, aut bonis temporalibus?

NEgant Bonac. *diſp.*5. *cit. punct.*2.*n.*6.*& punct.*3. *num.* 11. Quia exiſtimat, teneri pœnitentem ad denuntiandum Confeſſarium ſolicitantem cum graui incommodo, eo quòd ad id poſſint præcepta humana obligare ratione communitatis, & Religionis. Huic ſententiæ fauet ſatis Freitas *loco ſuprà cit.* & illam nouiſſimè tenet D. Ioan. Eſcobar *p.*2.*q.*3. *n.*31. Qoia incommoda, quæ ſequuntur ex abuſu Sacramenti Pœnitentiæ in hac materia, præualent incommodis priuatarum perſonarum.

Sed probabiliter reſpondeo, excuſari. Quia præcepta humana non obligant cum nocumento graui. Sic Sanchez *lib.*4. *de matrim. diſput.*4. *n.*9. Acuña *q.*19. *per totam*, Sancius *diſp.* 11.*n.*51. *pag. mihi* 89. Sanctarellus *tract. de hæreſi, c.*9.*n.*16. Homobonus *de caſib. reſeru. part.*2.*c.*1. Peyrin *tom.* 2. *cit. conſt.*5. Greg. XV. §.9. *n.*22. Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract.* 2. *lib.*4. *cap* 3.*n.*31. & alij, quos refert, & ſequi videtur Diana 1.*part. tract.*4 *reſol.*7.*& p.*4. *tract.*5. *reſol.*19.*&* 36. Hurtado *diſp* 2. *citat. difficult.*8. *fol. mihi* 229. *pag.*2. Trullench. *lib.*2. *in Decalog. c.*3.*dub.*18.*n.*86. vbi docet pœnitentes excuſari à dicta denunciatione ob iuſtum timorem cadentem in virum conſtantem. Per iuſtum autem timorem (ait ipſe) intelligitur metus mortis, vel mutilationis alicuius membri, vel grauis corporis cruciatus, metus ſeruitutis, vel captiuitatis, carceris diuturni, grauis exilij, amiſſionis ſtatus honoris; tum etiam infamiæ, tum iuris, tum etiam facti, cui facilè occurri non poteſt. Item timor amiſſionis bonorum in notabili quantitate, de quibus Sanchez *lib.*4. *de matrim. diſp.*4.*&* 5. Et ſufficit vt hic metus ſit, & cadat in virum conſtantem, vt timeatur in propria, vel aliena perſona, conjuncta tamen fœminæ, & quod ſint probabiliter euentura. Vnde iuſtus erit timor, ſi prædicta mala, vel aliquod ex his minentur filiis, aut parentibus ipſius fœminæ, aſcendentibus, & deſcendentibus, conſanguineis, & affinibus, ex copula tamen licita, vſque ad quartum

gradum, Anton. de Souſa in *Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 43. n. 58. & 59.* Item viro ipſius fœminæ, aut alicui perſonæ ipſi ſolicitatæ arctiſſima amicitia coniunctæ. Sanch. *ſup. diſp. 4.* Qui id extendit ad familiares, & domeſticos, ſi inde grauis iniuria ſequeretur domino, aut aliud ſimile damnum. Igitur ſi aliquod ex his malis probabiliter à fœmina timeatur, non tenebitur denuntiare, modò tamen fidei bonum ex omiſſione denuntiandi non periclitetur. Anton. de Souſa *ſup. n. 60.* Hucuſque Trullench. Quod idem docet Hurtad. *loc. cit. fol. 300.* & alij penes ipſum. Et tenent nouiſſimè, & doctè probat Thom. Hurtad. *tom. 1. tract. 4. cap. 8. reſol. 45. §. 2.* & alij plures, quos ipſe citat. Qui ad argumentum contrariorum reſpondet, quod iniuria illata Sacramento recompenſatur pœnitentia, ſicut iniuria illata Deo: at amiſſio famæ proximi non recuperatur, ad quam conſeruandam habet ius naturale, quod Chriſtus Dominus illi conſeruauit.

QVÆSTIO XLV.

An etiam excuſetur ab obligatione denuntiandi ille, qui ab aliquo ſub ſecreto naturali ſciuit fœminam à tali Confeſſario fuiſſe ſolicitatam?

AFfirmat Fagundez *de precept. Eccl. tract. 2. lib. 4. c. 3. n. 31.* Ex eo, quod huiuſmodi ſecretum ex vna parte non vergat in detrimentum proximi, & ex alia obligatio illius ſit de iure naturæ: denunciatio verò tantum ſit de iure poſitiuo, & humano: ergo fortius vinculum iuris naturæ præualere debet minus forti. Affirmat etiam Thom. Hurtad. *tom. 1. tract. 4. c. 7. reſol. 11. & c. 8. reſol. 27. n. 259.* vbi id limitat ad caſum quo Sacerdos ſolicitans non ſit emendatus, nec ſit ſpes moralis eius emendationis, quia tunc non excuſatur ab obligatione denuntiandi.

Sed mihi certiſſimè reſpondeo, non excuſari. Quia obſeruari non debet hoc naturale ſecretum, quando eius obſeruatio cedit in damnum commune: ſed non denuntiare ſolicitantem, præcipuè non emendatum, vergit in damnum Sacramenti Pœnitentiæ, & ad illud accedentium, quibus venenum loco medicinæ paratur: ergo. Sic Caſtro Palao *tract. 4. cit. disp. 9. punct. 10. n. 5.* Diana *1. p. tract. 4. reſol. 24. & 4. parte, tract. 5. reſol. 32.* & Trullench. *dub. 18. cit. num. 90.* Qui benè cum Trimarchio *diſp. 6. ſect. 1. & 2.* id limitat, caſu quo ſolicitatio manifeſta ſit alicui viro docto, conſilij petendi cauſa. Quia in hoc caſu tenetur ille ſecretum ſeruare, eo quòd aliàs fideles non auderent conſilium petere. Sic ipſe, & ante illum Sancius *diſp. 11. num. 57. pag. mihi 90.* & Hurtado *diſp. 2. cit. diffic. 7.* ſic dicens: Tertiò ob eandem rationem non obligamur edicto, quando ſub ſecreto cauſa exilij, vel conſilij nouimus crimen, vt contra Sotum docent communiter Doctores. Quia oppoſitum eſt rationi, & humano conuictui diſſonum, niſi delatio neceſſaria ſit ad vitandum damnum publicum, aut priuatum ex crimine imminens: quia tunc contra rationem eſſet ſeruare ſecretum, quamvis iuratum. Sic ille.

QVÆSTIO XLVI.

An excuſetur à denunciatione Inquiſitoribus facienda, qui Epiſcopo ſolicitantem detulit?

AFfirmatiuam ſententiam omnino amplectendam eſſe poſt Bullam Gregorij XV. docent Diana *1. part. tract. 4. reſol. 29.* & penes ipſum Sanctarellus *tractat. de hæreſi, cap. 44. num. 11. & 22.* Acuña *de Confeſſore ſolicit. quæſt. 2. per totam.* Peyrinus *ſuper priuileg. Minim. tom. 2. conſtit. 4.* Gregor. XV. *§. 6. n. 20.* & Bonac. *diſp. 6. de denunciat. punct. 4. num. 23.* Quibus addi poſſunt Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib. 1. cap. 34. num. 47. & de ſolicit. tract. 2. c. 1. num. 8. & in addit. n. 18. & 19.* Fagundez *de præc. 2. Eccleſ. lib. 4. c. 3. num. 31. & lib. 6. in Decalog. c. 12. num. 12.* Portel. *in Addit. ad dub. regul. verb. ſolicitare, n. 11.* & Trimarchius *de Confeſſore abutente, diſp. 10. ſect. 2. num. 13.* Quia id clarè conſtat ex illis verbis dictæ Bullæ Gregorij, *Maneant obligati denuntiandi ſolicitantes Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinarijs prædictis,* &c. Ergo hoc crimen deferri poteſt poſt prædictam Bullam vel Inquiſitoribus, vel Ordinarijs, ſeu Epiſcopis: ergo ille qui detulit Epiſcopo, non tenebitur deferre Inquiſitoribus, ſi ille acceptet denunciationem.

Sed oppoſitam ſententiam in praxi tenendam eſſe in Hiſpania certiſſimè reſpondeo: Primò, quia in illa, etiam poſt conſtitutionem Gregorianam, hæc eſt praxis fidelium, qui hoc crimen non ad Epiſcopum, ſed ad Inquiſitores deferunt. Secundò, quia in Hiſpania ex priuilegio pontificio nequeunt Epiſcopi abſque Inquiſitoribus, de rebus ad fidem ſpectantibus cognoſcere. Tertiò tandem: Quia Gregorius XV. noluit per ſuam conſtitutionem derogare iuriſdictioni Inquiſitorum Hiſpaniæ, à ſuis Prædeceſſoribus conceſſæ, vt ipſemet Pontifex ſupplicatus declarauit (vt habitum eſt *ſuprà quæſt. 3.*) ſed ante prædictam conſtitutionem non poterant Ordinarij cognoſcere de crimine ſolicitationis: ergo in Hiſpania nec poſt illam: ergo nullo modo excuſabitur Hiſpanus à denunciatione facienda Inquiſitoribus, etiam in caſu quo ſolicitantem Epiſcopo detulerit.

Notanter dixi, *in Hiſpania.* Quia excuſari in alijs ab Hiſpania Regnis, vbi conſtitutio Gregorij XV. omnino, & ſine vlla declaratione recepta eſt, non dubito, cum clarè conſtet ex verbis Bullæ citatis. Sic ſentiunt Caſtr. Palao *tract. 4. cit. diſp. 9. punct. 10. n. 4.* Diana *4. part. tract. 9. reſol. 52.* & Trullench. *lib. 1. in Decalog. cap. 2. dub. 18. num. 93. pag. 127.*

An autem Epiſcopi, vbi non eſt Inquiſitio Hiſpaniæ, poſſint ſeparatim ab Inquiſitore proferre ſententiam, alij affirmant, alij negant. Omnes probabiliter. Legantur Caſtro Palao *diſp. 89. punct. 3.* Diana *4. part. tract. 5. reſolut. 53. & 54.* Trullench. *loco citato.*

QVÆSTIO XLVII.

An excuſetur fœmina ſolicitata à denunciatione facienda, ſi ſciat Confeſſarium iam eſſe ab alijs denunciatum, & punitum?

NEgant Bonac. *tract. de denunciat. diſp. 6. punct. 3. n. 14.* Diana *p. 4. tract. 5. reſol. 59.* & Trullench. *loc. cit. n. 31. pag. 116.* exiſtimantes, teneri adhuc ad denuntiandum, eo quòd talis Confeſſarius non cenſeatur ſufficienter punitus, cum grauiores pœnas pro pluribus delictis, quàm pro vno rependere debeat.

Alij verò è contra affirmant, in eo caſu verè excuſari fœminam à denunciatione. Quia putant neminem teneri denuntiare Confeſſarium ſolicitantem, caſu quo hunc emendatum credat: at Confeſſarius ab Inquiſitoribus iam punitus, verè præſumitur emendatus: ergo. Ita tenent Sancius *diſp. 11. n. 52.* Peyrinus *loc. cit. §. 9. num. 32.* & Freitas ad Acuñam *q. 3. n. 34.* Quos retulit, & ſecutus fuit Diana *1. part. tract. 4. reſol. 26.* vt ipſe *4. part. tract. 5. reſol. 21.* fatetur. Quibus addi poſſunt Authores pro ſecunda ſententia *quæſt. 7.* citati.

Ego verò, iuxta ibidem dicta reſpondeo dicendum, quod licèt vtraque ſententia ſit probabilis, probabilior

babilior tamen ſit hæc ſecunda, niſi vel caſu quo (vt diximus) aliud de mandato Dominorum Inquiſitorum conſtet, vel caſu quo Confeſſarius poſtquam denuntiandus fuerit, adhuc in ſolicitatione perſeueret, quia in his caſibus proculdubio denuntiandus erit. Legantur Diana *reſol.* 21. *citata*, & Thom. Hurtado 1. *part. tract.* 4. *cap.* 8. *reſol.* 48.

QVÆSTIO XLVIII.

An Sacerdos poſſit abſolvere pænitentem antequam Inquiſitoribus denuntiet Confeſſarium qui ſolicitauit?

NEgat abſolutè Auila *de cenſur. part.* 2. *c.* 7. *dub.* 7. Quia ſic, inquit, præcipitur in Edicto Dominorum Inquiſitorum.

Affirmat verò è contra Sanctarellus *tract. de hæreſi, cap.* 9. *dubit. vnica, num.* 16. (ex Nauarro teſtante de praxi ſacræ Pœnitentiariæ) docens, ſufficere ſaltem propoſitum firmum denuntiandi ad hoc, vt pœnitens abſoluatur antequam denuntiet. Idem docent Freitas *quæſt.* 11. *n.* 25. & Ortiz *in ſum. c.* 29. *n.* 9. *fol. mihi* 219. per hæc verba: [Y aſſi es muy juſto, que cada qual aſſi ſolicitada denuncie, y no la puedan abſoluer, ſi no denuncia, y auiſa al Comiſſario que vbiere de la Inquiſicion. Y aunque por la Bulla ò Iubileo puede ſer abſuelta de la excomunion, que ha incurrida, con tal que vaya à denunciar, y ſatisfacer à la Inquiſicion.] Sic Ortiz.

Sed ego abſolutè reſpondeo, non poſſe illum abſoluere, antequam denuntiet, niſi adſit iuſta cauſa differendi denunciationem: nam tunc optimè poterit Confeſſarius pœnitentem abſolvere antequam dictam denunciationem faciat. Iuſta autem cauſa erit, ſi neceſſitas communionis vrgeat, & Tribunal longè diſtet, & perſona ſit timoratæ conſcientiæ, & promittat, data opportunitate quam quærere tenetur, ſe denunciaturam. Sic Zanardus *in director. Theologorum, part.* 1. *prac.* 2. *cap.* 11. Rodriguez *tom.* 2. *cap.* 34. *num.* 6. Peytinus §. 9. *cit. num.* 24. Acuña *quæſt.* 21. *num.* 9. Diana *t. p. tract.* 4. *reſol.* 27. & *part.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 35. & Trullench *loc. cit. n.* 94. & 95. Videantur etiam Sanch. *lib.* 2. *ſum. c.* 13. *à n.* 17. Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *num.* 62. & 63. & alij recentiores.

QVÆSTIO XLIX.

An fœmina, quæ ob negligentiam denuntiandi excommunicationem iam incurrit, poſſit à quocunque Confeſſario virtute Bullæ à dicta excommunicatione abſolvi, ſi denunciationis præceptum adimpleat, aut ſi obligatio denuntiandi omnino ſit extincta?

REſpondeo poſſe. Quia ſatisfacta parte, ab omnibus cenſuris poteſt quis abſolvi virtute Bullæ, à quocunque Confeſſario, & virtute priuilegiorum à mendicantibus: ergo & dicta fœmina ab excommunicatione contracta ob omiſſam denunciationem, ſi præceptum denuntiandi adimpleuit, aut ſi obligatio denuntiandi ſit omnino extincta, veluti ſi Confeſſarius ſolicitans mortuus fuit. Sic Trullench. *loco citato, n.* 96. & Sancius *loc. cit. num.* 64. Qui benè notat, quod in dicto caſu non indigebat fœmina fateri Inquiſitoribus in Confeſſione, aut extra ſe negligentem fuiſſe in delatione, cùm illi ad Confeſſionem faciendam coram ipſis non conſtringant.

QVÆSTIO L.

An Epiſcopus ſolicitans ſit Inquiſitoribus denuntiandus?

AFfirmat Bonacina *tom.* 1. *diſp.* 6. *punct.* 5. *propoſ.* 2. *num.* 8. §. *ſecundò ſequitur*. Quia verba Gregorij ſunt generaliſſima de quibuſlibet Sacerdotibus.

Sed probabiliùs reſpondeo, negatiuè. Quia Epiſcopus non eſt Inquiſitoribus ſubjectus, vt habetur *in cap. Inquiſitores, de hæreſi in* 6. & in Trident. *ſeſſ.* 24. *cap.* 5. *de reformat.* Nomine autem *Epiſcopi*, in præſenti veniunt Epiſcopi titulates. Item Epiſcopi electi à Sede Apoſtolica approbati, etiamſi conſecrati non ſint (non verò ſi ſolùm ſunt electi.) Deinde Nuncij, ſeu Legati Sedis Apoſtolicæ, & eiuſdem officiales. Et ideò nulli horum denuntiandi ſunt Inquiſitoribus, aut Ordinariis. Quia non ſubduntur illis in vllo, etiam grauiſſimo delicto. Sic Molina *tom.* 6. *de iuſt. tract.* 5. *diſp.* 28. *n.* 19. & 20. Farinacius *de hæreſi q.* 186. Decian. *tom.* 1. *crimin. lib.* 5. *cap.* 23. *num.* 10. Acuña *quæſt.* 12. *n.* 5. 7. & 11. & Freitas *ibi n.* 31. Quos omnes citat, & ſequitur Sancius *diſp.* 11. *n.* 33. 34. & 35. Caſtro Palao *diſput.* 9. *cit. punct.* 9. *num.* 2. & Trullench. *loc. cit. n.* 78. Qui notant illos vocari delegatos Sedis Apoſtolicæ, ſeu Miniſtros, aut officiales ipſius, qui nomine Sedis Apoſtolicæ ad negotium eiuſdem Sedis pertinens, tractandum mittuntur, non autem illi, qui ad cauſas particulates inter alios iudicandas, ac dirimendas quotidiè à Sede Apoſtolica mittuntur. Hi enim non negotium Sedis Apoſtolicæ, ſed perſonarum particulatium, authoritate tamen Sedis Apoſtolicæ agunt.

Secundò hìc nota, quod licèt prædictæ perſonæ, ſcilicet Epiſcopi, &c. Denuntiandi non ſint Inquiſitoribus, vt ab ipſis puniantur, & corrigantur, poſſint tamen Inquiſitores (ſi denunciatio eis fiat) depoſitiones teſtium exciperè Apoſtolicæ Sedi remittendas; & ſi timeatur fuga, dictos Epiſcopos detinere, dum ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Superiorem legitimum eorum delicta deferantur. Sic Sancius *n.* 34. Acuña *q.* 12. *n.* 9. & 10. Caſtro Palao *n.* 4. & Trullench *n.* 80. His addi poſſunt Fagundez, quem affert, & ſequitur Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. *reſol.* 14. *n.* 146. qui id colligit ex Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.* 112. *num.* 5. dicente, quod ſub commiſſione, ſeu delegatione facta procedendi contra quaſcunque perſonas cuiuſcunque dignitatis, & quibuſcunque generalibus verbis concepta, Epiſcopi non comprehenduntur, niſi expreſsè, & ſpecialiter de Epiſcopo facta fuerit mentio. Legatur dictus Pater Hurtad. *reſol.* 15. 16. 17. & 18.

QVÆSTIO LI.

An Inquiſitor ſolicitans ſit Inquiſitori Generali denuntiandus?

REſpondeo negatiuè, ſi cum Eymerico *lib.* 3. *direct. Inquiſit. quæſt.* 30. & Peña *Schol.* 39. affirmemus, prædictos Inquiſitores annumerandos eſſe inter Delegatos Sedis Apoſtolicæ, & eius officiales, vt ex nuper dictis conſtat. Affirmatiuè verò, ſi cum Simanchas dicamus, prædictos Inquiſitores ſolùm eſſe ſubdelegatos, ac Commiſſarios Inquiſitoris Generalis. Quia iuxta hanc ſententiam, non alteri Inquiſitori, ſed Supremo Senatui, vel Inquiſitori Generali, cui omnes ſubduntur, denuntiandi ſunt. Sic tenet cum Molina, & Caſtro Palao, Trullench. *loc. cit. num.* 79. *pag.* 123.

QVÆSTIO LII.

ſiuſmodi ſolicitationis crimen ſufficienter per teſtimonium duarum fœminarum probetur?

AFfirmant Paramus *de origine Inquiſit. lib.3.q.10. n.158.559.& 165.* & Cantera *in quæſt. crimin. cap. de vera probatione, num.47.* Ille duas fœminas ad probationem huius delicti requirens, hic verò ſolùm vnam.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè, cum Sanctarello *tract. de hæreſi, cap.44. dubit. vnica, n.6.* Peyrino *loc. cit. §.8. n.23.* Bonac. *tract. de denunciat. diſp.6. punct.3. n.36.* Sancius *diſp.11. n.46.* Quos omnes citat, & ſequitur Diana *1. part. tract.4. reſol.28. & part.4. tract.5. reſol.55.*

Quot ergo ſufficient teſtes ad probandum hoc delictum? Reſpondet Ortiz *in ſum. c.25 n.11.* ſufficere, atque requiri teſtimonium trium fœminarum. Acuña *q.23. n.11.* teſtimonium fœminarum quatuor. Souſa verò *opuſc. de Confeſſore ſolicit. tract. 2. c.22. concl.4. n.12.* quatuor teſtes adhuc non probare ſufficienter, & plenè hoc delictum exiſtimat.

Mihi autem reſpondendum videtur, omnia hæc remittenda eſſe iudicio Dominorum Inquiſitorum, qui inſpicere debent qualitatem, & mores fœminarum deferentium delictum, ſcrutarique, an Diuinus Spiritus, zelus, non odium, nec quævis alia iniqua cauſa ad denunciandum inducat. Præterea qualitates, & mores Confeſſariorum denuntiatorum, & alia huiuſmodi debent aduertere, vt benè aduertit Sancius *loc. cit. n.47.* & poſt illum Diana *loc. cit.* & Trullench. *loco citato, num.98.* Tandem hîc notandum venit id quod docet Acuña *quæſt.13. cit. num.9.* apud Sancium, & apud Dianam 23. nempe, duarum fœminarum teſtimonium non ſufficere ad capturam Confeſſarij. Legatur Sancius.

QVÆSTIO LIII.

An non ſolùm pœnitens ſolicitatus, ſed etiam quiuis alius id ſciens teneatur denuntiare ſolicitantem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ?

NEgat Homobonus *in Conſult. moral. tom.1. p.4. reſponſ.51.* docens ſolum pœnitentem ſolicitatum teneri ad denunciationem faciendam.

Sed certiſſimè reſpondeo: vtrumque ad denuntiandum teneri intra ſex dies naturales vigintiquatuor horarum: quia id clarè conſtat ex verbis Edicti S. Inquiſitionis, relatis ab Ægidio Trullench, quæ ſic ſe habent: [Y ſo pena de excommunion *latæ ſententiæ, trina Canonica monitione præmiſſa*, mandamos à todos, y qualeſquiera de vos, que ſupieredes, ò vbieredes heco viſto, ò oydo dezir, que alguna perſona aya heco, dicho, tenido, ò affirmado algunas coſas de las arriba dicha, y declarada, ò otra qualquiera que ſea contra nueſtra Santa Fè Catholica, y que lo tiene, y predica nueſtra Santa Madre Yglesia Romana, aſſi de viuos, preſentes, como defuntos, ſin comunicarlo con perſona alguna (porque aſſi conuiene.) Vengais, y parezais ante nos perſonalmente, dentro de ſeis dias primeros ſiguientes, deſpues que eſta nueſtra carta fuera leida, y publicada: ò como della parte ſupieredes en manera alguna, con apercebimiento, que os hazemos, que paſſado el dicho termino, lo ſuſodicho no compliendo, demas que aueis incurrido en las dichas penas, y cenſuras, procederemos contra los que rebeldes, è inobedientes fueren, como contra perſonas que malicioſamente callan, y encubren las dichas coſas, y ſienten mal de las coſas de nueſtra ſanta Fè Catholica, y cenſoras de la Yglesia, &c.] Sic Edicti verba. Et ſic Trullench. *loc. cit. n.14.* & ante ipſum Suarez *de Cenſur. diſp.20. ſect.1. n.14.* Henriq. *lib.12. cap.18. n.6.* Acuña *quæſt.21. num.4.* Sancius *diſp.15. num.57. 60. & 65.* Diana *4. part. tract.5. reſolut.42.* & omnes communiter.

QVÆSTIO LIV.

An dies pro termino in Edicto aſſignati, numerari debeant à die, & hora publicationis Edicti?

AFfirmant Paramus *lib.3. q.5.* & Suarez, quos affert, & ſequitur Hurtado *loc. cit. diffic.9.*

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non à die publicationis, ſed à die immediatè ſequenti, eadem hora numerari debere. Quia hæc eſt praxis, vt affirmat Henriquez *lib.3. c.18. n.6.* ſic ipſe. Trullench. *loc. cit.* Diana *reſol.41. cit.* vbi (ex Freitas) ſic ait: Quando per Edictum iubentur ſcientes denuntiare intra ſex primos dies, inter eos non numeratur dies primus publicationis. Vnde cùm dies naturalis 24. horarum ſpatio circumſcribatur, incipit terminus à ſequenti die, & hora, quâ edictum in præcedenti promulgatum fuit: ac ſubinde, dum edictum publicatur in Dominica, finitur publicatio ſequenti Dominica in eadem hora. Sic Diana. Imò Abbas, Clauis Regia, & Lazarius addunt, quod ſi vltimus dies termini præfixi incidat in diem feſtum, terminus præfixus differatur in ſequentem diem non feſtum. Quod probabile cenſet Bonacina *diſp.6. cit. punct.2. §.7.* vbi noſtram docet ſententiam.

QVÆSTIO LV.

An fœmina ſolicitata ignara Inquiſitionis edicti teneatur denuntiare ſtatim ac ſciuerit?

AFfirmat Sancius *in ſelectis, diſp.11. num.59. pag. mihi 90.* Quem citat, & ſequi videtur Diana *4. part. tract.5. reſol.26.* Quamuis contrarium inſinuet *reſol.41.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri denuntiare ſtatim ac ſciuerit, ſed intra dies præſcriptos in edicto. Primò, quia ante illos dies, nolle Inquiſitores obligare ex ſuaui illorum procedendi modo, credi poteſt. Secundò, quia non debet eſſe peioris conditionis ille, qui ignorauit edictum, quàm ille, qui notitiam eius habuit illico ac fuit publicatum: ſed iſte poteſt per ſex dies differre denunciationem (nam ad id præfigitur terminus iſte, vt vſque ad illum, & non vltra, liceat differre delationem:) ergo & ille. Sic Acuña, Suarez, Henriquez, Trullench. *loc. cit.* Filliucius *1. tom. tract.14. c.2. num.42.* Sà *verb. denuntiare, n.1. & verb. Excommunicatio num.22.* Hurtado *diſp.2. cit. diffic.10.* Bonacina *diſp.6. punct.1. §.7.* & alij. Addentes, idem dicendum eſſe de eo, qui poſt publicationem Edicti incipit eſſe ſubditus illius, qui illud tulit, nempe quod terminus aſſignatus incipiat illi à die in quo fit ſubditus.

QVÆSTIO LVI.

An ſaltem fœmina ſolicitata, Edictique conſcia, impedita tamen ad denuntiandum, teneatur denuntiare ſtatim ac commodè poſſit?

AFfirmant Sancius *loc. cit.* & apud ipſum Suarez, & Sà *loc. cit.* Diana *4. part. tract.5. reſolut.26. & 41.* & alij.

Sed

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non teneri denuntiare ſtatim ac commode poſſit, ſed poſſe differre denunciationem per alios ſex dies, ſicut poteſt illa quæ fuit edicti ignara, quia eadem eſt vtriuſque ratio. Sic Trullench. *lib. 1. in Decalog. cap. 3. dubit. 18. num. 14. pag. 114.*

QVÆSTIO LVII.

An teneatur denuntiare ſolicitantem ille, qui à fæminis leuibus, & non fide dignis fuiſſe talem audiuit?

AFfirmat Diana *4. part. tract. 5. reſol. 38.* Quia in edicto Inquiſitionis abſolutè, & ſine diſtinctione præcipitur, vt ſi quis ſciuerit, vel audiuerit delicta in illo contenta, denuntiet. Cum Diana tenent Thomas à Ieſu, & Octauianus Spatharius, vt ipſe ait.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri. Sic Trullench. *loc. cit. & c. 2. dub. 6. n. 23. pag. 63.* per hæc verba. Denique excuſatur à denuntiando hæreticum ille qui leuiter ſuſpicatur aliquem eſſe hæreticum, vel à leuibus, & parum fide dignis accepit, qui ſe dicunt ab aliis accepiſſe. Ita in hoc caſu Nauar. *lib. 5. conſil. tit. de haret. conſ. 3. n. 1.* & generaliter de omni edicto ipſe Nauar. *in Man. cap. 25. n. 47. & in cap. Inter verba, concluſ. 6. coroll. 66. n. 388. 389. 390. & 391.* Corduba *in ſumma, q. 64. caſu 6.* Saytus *in Claui Regia, lib. 12. cap. 14. num. 33.* Ratio eſt, quia vt docet Nauarrus *d. conſil. 3.* Edicta quibus iubemur demonſtrare aliqua quæ ſcimus, non ligant eos, qui ſciunt illud per viſum, vel alium ſenſum corporeum, vel per confeſſionem eius, qui facit illud, vel quod habetur pro indubitato, vel quod audiuit ab aliquo fide digno. *Quare* (ait Nauar.) *non puto rectè facturum, qui ob leuem ſuſpicionem, & ob ſigna, quæ facilè fieri poſſunt, denuntiaret aliquem tanti criminis reum. Infertur enim & damnum ſibi ipſi, qui leuitatis notaretur, & reo qui ob id rigidiùs tractaretur, & fortaſſis iniuſtè.* Vnde tacere debet, quia in hoc caſu non cenſetur delictum ſcire. Quo in caſu Corduba *d. caſu 6. in fine*, & Henriquez *lib. 13. cap. 28. num. 3. littera Z.* aduertunt, Sanctius eſſe, vt ipſum à quo audiuit, mittat ad Inquiſitorem. Neque expedit reuelare eos, qui dixerunt, ſi fide digni non ſint, vt tenet Leſſius *lib. 2. cap. 30. dubit. 6. num. 7.* Quia reus exponeretur periculo iniuſtæ infamiæ, & pœnæ. Sic Trullench. Et ante illum Rodriquez *tom. 2. qq. regul. q. 6. art. 7.* Fagundez *de precept. 2. Eccleſ. lib. 4. cap. 3. num. 41.* Portel. *in Addit. ad dub. regul. verb. ſolicitare, num. 22.* & Hurtado *diſp. 2. cit. difficult. 8. fol. mihi 300. pag. 1.* dicens id eſſe commune.

QVÆSTIO LVIII.

An edictum Inquiſitionis annuale duret per integrum annum?

NEgat in primis Armilla *verb. excommunicat. 1. n. 34.* docens, obligationem Edicti finiri finito termino præfixo. Sed hæc ſententia omnino falſa eſt. Quia terminus edicti non præfigitur ad obligationem finiendam, ſed ad finiendam licentiam non denuntiandi peccatum.

Negat deinde Henriquez *lib. 13. cap. 18. num. 4. lit. M.* per hæc verba: At dum Inquiſitor viſitat pro cauſa fauorabili fidei, vt habet maius territorium, ita obligatio denuntiandi longiori tempore durat, ſed nouo præcepto Edicti non intendit obligare pro toto anno, & prudens perpendet, quanto tempore duret noua obligatio, dum promulgat Edictum per præcipuas Parochias. Peña, & Recent. negant obligare pro toto anno. Ita Henriquez, in cuius ſententia fœmina ſolicitata non teneretur denuntiare Confeſſarium ſolicitantem in decimo menſe anni poſt edictum publicatum.

Sed certiſſimè reſpondeo, prædictum Edictum durare (ad minus) per totum ingrum annum. Quia hæc videtur intentio Inquiſitorum, & praxis fidelium, cùm hi in quocunque tempore anni denuntient dicta delicta. Sic Sancius *in ſelectis, diſput. 11. n. 61. & 62.* Suarez *de fide, diſp. 25. ſect. 4. n. 11.* Auila *de cenſ. 2. part. c. 5. dubit. 5.* Diana *4. part. tract. 5. reſol. 26. & 51.* Trullench. *lib. 1. in Decalog. c. 3. dubit. 18. n. 14. pag. 14.* Fagundez *de pracept. Eccleſ. prac. 2. lib. 4. c. 3. n. 31.* & Hurtad. *diſp. 2. cit. diff. 10.* dicens, ſententiam Henrici eſſe falſam. Idem docet alter Hurtad. *ex docta Cleric. Regul. Minor. familia, tom. 1. tract. 3. c. 8. reſol. 47. §. 4. n. 587.* vbi ait: Quamvis Henriquez dicat, plures recentiores exiſtimare non eſſe perpetuum. Sed quamvis hoc non ſit improbabile, nam annuale eſſe dicit Diana, tamen non ſentio eſſe probabile, quod non duret per integrum annum; quotannis enim renouatur in Quadrageſima.

QVÆSTIO LIX.

An ſi Edictum non publicetur ab Inquiſitoribus, teneatur fæmina ſub pœna excommunicationis denuntiare Confeſſarium ſolicitantem?

NEgat teneri denuntiare ſub pœna excommunicationis, licèt concedat teneri ſub pœna peccati mortalis, Freitas *in nouiſſ. editione, q. 21. n. 44. & 58.* Cuius ſententiam non carere probabilitate, expreſsè defendit Thom. Hurtad. *loc. cit. n. 589.* vbi ait: Neceſſarium eſſe edictum DD. Inquiſitorum quotannis publicari: quod ſi anno aliquo non publicetur, etſi adſit obligatio naturalis denuntiandi, ſi non denuntietur, non incurritur excommunicatio.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: teneri, etiam ſub pœna excommunicationis. Quia Confeſſarij ſolicitantes ſunt de hæreſi (ſaltem leuiter) ſuſpecti, *vt infrà quæſt. 62. & 63.* dicemus: ſed ſic eſt, quod datur præceptum, & perpetuum ſacræ Vniuerſalis Inquiſitionis Romanæ, datum ſub die 3. Ianuarij 1623. de hæreticis, ſeu de hæreſi ſuſpectis iudicialiter propalandis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ: ergo. Sic Diana *4. parte, tract. 6. reſol. 3. & 41.* vbi refert dictum decretum. Et ante ipſum Peyrinus *de priuileg. Minim. tom. 2. conſtit. 9.* Pauli V. *§. 2. num. 27.* Trullench. *loc. cit.* & à fortiori omnes, qui docent non ſolùm præceptum iniunctum ab Inquiſitoribus perpetuum eſſe, verùm etiam excommunicationis pœnam, vt ſunt Rodriguez *in addit. ad §. 9. num. 69.* & Sancius *loc. cit. num. 61. pag. mihi 91.* & innuit Hurtado *difficult. 10. cit.* Qui contra Bonacinam *§. 9.* addit eum, qui hoc crimen non detulit intra ſex dies præfixos, non toties incurrere excommunicationem in edicto impoſitam, quoties poteſt commodè deferre, & non defert. Quia quamvis multoties peccet contra edictum, toties videlicet, quoties moraliter diſcontinuatur omiſſio delationis: excommunicatio tamen ſemel tantùm incurritur, quoties violatio præcepti, ob quam imponitur, eſt materialiter vna, quamvis ob diſcontinuationem aduertentiæ, aut aliud requiſitum ad malitiam peccati, diſcontinuetur moraliter, ſeu in eſſe peccati. Sic Hurtado cum communi.

Confeſſionis. De quo videndus eſt Souſa *de Confeſſ. ſolicit. in addit. n.*10. Hucvſque Diana, quem citat & ſequitur Trullench. *loc. cit. num.*72. *pag.*224.

QVÆSTIO XXV.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui in Confeſſionario, aut ſub prætextu Confeſſionis ſolicitat pœnitentem, caſu quo non ſequatur Confeſſio?

NEgant Pottel. *in addit. ad regul. verb. ſolicitare fœminas, n.*31. ex eo quod prædictus Confeſſarius nullo modo ſolicitauerit in Sacramento.

Sed iam certiſſimè reſpondeo, eſſe denuntiandum. Quia id expreſsè decreuit Gregorius XV. in ſua Bulla, illis verbis: *In actu confeſſionis, vel ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu confeſſionis, etiam ipſa confeſſione non ſecuta*: ergo iuxta hoc decretum non eſt opus, vt præcedat, vel ſequatur ipſa Confeſſio. Quod probabiliter loquendo, neceſſum erat in terminis decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. cum per illud ſolùm prohiberentur ſolicitationes factæ, aut Confeſſione non ſecuta. Sic Scortia Venetos, Bellochius, & Acuña, quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 13. *&* 4 *p. tract.* 5. *reſol.* 30. Sancius *diſp.* 11. *num.* 41. Trullench. *loc. cit. num.* 64. *pag.* 222. Fagundez *loc. cit. n.* 16. *pag.* 77. Hurtad. *loc. cit. fol.* 109. *pag.* 2. & alij.

QVÆSTIO XXVI.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui non in actu Confeſſionis, ſed paulò ante, vel poſt fœminam ſolicitauit?

NEgarunt olim (& quidem probabiliter, vt diximus) Portel. *loc. cit. n.*6. Fagundez *de præc. Eccl. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 31. & alij.

Sed certiſſimè reſpondeo, eſſe denuntiandum. Quia id ſtatuit Gregor. XV. in ſua conſtitutione, vt conſtat ex eius verbis nuper relatis. Et ſic poſt dictam conſtitutionem, tenent Fagundez *in 6. præc. Decalog. lib.* 6. *cap.* 12. *n.* 16. *pag.* 77. Souſa *in annot. ad Breue Gregorij XV. n.* 10. *fol.* 264. Sancius *diſp.* 11. *num.* 48. *pag. mihi* 86. *&* 87. Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 14. *pag. mihi* 108. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 64. *pag.* 122. Immò & ante conſtitutionem Gregorij XV. fore denuntiandum dictum Confeſſarium, vigore decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. docuerunt, & probabiliter, Henriq. *lib.* 6. *c.* 18. *n.* 4. Bonacina *de matrim. q.* 4. *punct.* 16. *propoſ.* 5. *n.* 8. Villalobos *tom.* 2. *tract.* 9. *diff.* 36. *n.* 20. Petr. Ledeſma *cap.* 19. *de pœnit.* Riccius, Acuña, Rodriguez, Molfeſ. & alij apud Dianam *loc. cit. fol.* 289. *part.* 1. & alij.

QVÆSTIO XXVII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui accedentem fœminam ad Confeſſionem prævenit, vt Confeſſionem in aliud tempus differat, mutatoque confitendi animo tunc eam ſolicitat?

NEgatiuam ſententiam docere Antonium Souſa, ait Trullench *vbi infrà*. Sed immeritò profectò illi imponit. Nam Souſa ſolùm id docuit loquendo iuxta decretum Pij IV. & Pauli V. vt notat Diana, non verò loquendo in terminis, ſeu vigore Bullæ Gregorij XV. nam iuxta hanc oppoſitum docet, vt aduertit Fagundez ſtatim citandus.

Certiſſimè ergo reſpondeo, eſſe denuntiandum hodie. Quia id apertè continetur in Bulla Gregoriana illis verbis: *In actu Confeſſionis, vel ante, vel poſt immediatè, ſeu occaſione, vel prætextu Confeſſionis, etiam ipſa Confeſſione non ſecuta, ſiue extra occaſionem Confeſſionis in confeſſionario, aut in loco quocumque, vbi confeſſiones Sacramentales audiuntur, ſeu ad confeſſionem audiendam electo, ſimulantes ibidem confeſſiones audire, ſolicitare, &c.* Ergo cum prædicta ſolicitatio fiat in confeſſionario, & confeſſarius dum ſolicitat, ſimulet confeſſionem audire, verè denuntiandus erit. Sic Freitas *queſt.* 14. ad Acuñam, *num.* 16. Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 30. 39. *&* 46. & ſequitur Trullench. *dub.* 18. *cit. n.* 67. *&* 68. Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 16. & penes illum Souſa *in annot. ad Breue Gregor. XV. num.* 10. *fol.* 264. *collect.* 1. Sancius *diſp.* 11. *num.* 49. *pag.* 87. & alij. Ex quo colligitur: Idem dicendum eſſe in caſu, in quo fœmina ſub ſigno Crucis velit peccata detegere, & à confeſſore interrumpitur ad turpia ſolicitante. Et in caſu, quo filiam ſpiritualem, ex præcedentibus Confeſſionibus notam, ante ſignum Crucis præoccupet Confeſſarius ſolicitans. Sic DD. citati: Legatur Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 30. *&* 39.

QVÆSTIO XXVIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui poſt auditam Confeſſionem mulieris, accedit ad illius domum, & ibi, aut in itinere eam ſolicitat?

AFfirmant Peyrinus *in priuileg. Minim. tom.* 2. *conſtit.* 4. *Greg. XV. Schol.* 2. *num.* 2. & penes ipſum Graſſius, Lezana *in Sum. qq. Regul. c.* 29. *n.* 34. & Hurtado *de matrim. diſp.* 18. *diff.* 1. *n.* 4. *pag. mihi* 337. per hæc verba: Addimus tamen peccatum luxuriæ Confeſſarij, cum fœmina pœnitente commiſſum in ipſa confeſſione, aut intra viginti & quatuor horas poſt Confeſſionem, addere malitiam ſacrilegij contra reuerentiam Sacramenti pœnitentiæ, quia prohibitum eſt intuito reuerentiæ illius; imò reſeruatum eſt Inquiſitoribus. Sic ille. Sed ſaltem hoc vltimum, quod addit, nempe peccatum luxuriæ Confeſſarij commiſſum cum pœnitente in ipſa Confeſſione, &c. reſeruatum eſſe Inquiſitoribus, falſiſſimum eſt, vt ipſemet vidit poſtea, & ideò ablatum ab eo in editione Plantiniana, ex corpore difficultatis citatæ, licèt non ex indice rerum, ob incuriam Typographi.

Sed longè probabiliter reſpondeo, non eſſe denuntiandum. Quia Confeſſarius in hoc caſu, nec in actu Confeſſionis, nec ſub prætextu, aut occaſione confeſſionis, nec in loco confeſſionis ſolicitat, vt patet. Nec ſolicitat denique immediatè poſt confeſſionem, in quo poteſt eſſe difficultas. Nam (vt benè Sancius, Freitas, Caſtro Palao, & Trullench. *vbi infrà*) illa ſolicitatio dicitur fieri immediatè ante, vel poſt confeſſionem, quando inter ſolicitationem, & confeſſionem nil aliud mediat: ita vt neque confeſſarius, neque fœmina ad extraneos actus ſe diuerterint. Vel (vt clariùs ait P. Hurtado *tom. de iuſt. diſp.* 2. *de accuſatore, diff.* 7. *ſol.* 299. *pag.* 2.) illa ſolicitatio dicitur facta proximè, ſeu immediatè ad confeſſionem, ſiue antè, ſiue poſt, quando inter confeſſionem, & ſolicitationem, nec pœnitens, nec confeſſarius diuertitur ad aliud loquendum, vel faciendum. Ergo ſi abſolutione impenſa, confeſſarius, vel pœnitens, ad extraneos actus ſe diuerterit, & ſic diuerſus dictam fœminam ſolicitet, non dicetur immediatè poſt confeſſionem ſolicitare: at totum hoc contingit in caſu propoſito, vt conſtat: ergo. Sic Trullench. *dub.* 18. *cit. num.* 63. *pag.* 122. Hurtad. (iam ſibi contrarius) *loco proximè citato,* Sancius *diſp.* 11. *n.* 49. Freitas *q.* 5. *n.* 20. Paramus *lib.* 3. *q.* 10. *n.* 74. Dian. 1. *p. tract.* 4. *reſ.* 14. vbi ſic ait:

Rejicien

Rejicienda eſt tanquam falſa opinio illa Nauarri, quam adducit Paramus, dicentis poſſe Inquiſitores animaduertere adverſus confeſſarium, poſt longum tempus, extra confeſſionem fœminam ſolicitantem. Vnde rectè notauit Rod. Acuña *tract. de ſolicit. q.* 5. *n.* 15. confeſſarium non eſſe denuntiandum, qui pœnitentem litteris amatoriis, lenonibus, & internuntiis ſolicitat. Neque (vt notat Molfeſ. *in Sum. tom.* 1. *tract.* 7. *cap.* 24. *num.* 32.) ſi accedit poſt auditam confeſſionem ad domum mulieris, & ibi illam ſolicitaret. Quod etiam docet Scortia in Bulla Pont. *Epitom.* 77. *Theor.* 197. Sic Diana, & benè ibi. Nam 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 7. propoſitis his duabus opinionibus, & omnino oblitus ſententiæ quam tenuerat *loco* nuper *citato*, ne à ſuo more diſcedat, reſolutionem is verbis concludit: Sed ego in hac quæſtione de meo nihil aſſerere volo. Sic ille.

QVÆSTIO XXIX.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui fœminam dicentem ſibi, ſe velle craſtina, non hodie, confiteri, illam ſolicitat?

NEgant Sancius *diſp.* 11. *n.* 49. Caſtro Palao *tom.* 1. *tr.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 8. *n.* 4. & Trullench. *dub.* 18. *cit. n.* 64. Quia talis ſolicitatio non eſt proxima Confeſſioni faciendæ, ſed proxima conuentioni de illa agendæ: ergo Confeſſarius non delinquit in hoc caſu in confeſſione, nec proximè ad illam, & conſequenter non erit denuntiandus.

Affirmat verò Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 6. vbi ſic ait; ſed in terminis Bullæ Gregorij XV. contrariam ſententiam tenendam eſſe puto. Quia hæc ſolicitatio efficitur in Confeſſionario, & Confeſſarius dum pœnitentem ſolicitat, ſimulat eius confeſſionem audire: ergo includitur in dicta Bulla, & ideò eſt denuntiandus. Et ita hanc ſententiam tenet Fagundez *de præc. Eccleſ. in edit. nouiſſ. præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 49. Hucvſque Diana, contra quem nota quod hic duo requirit ad hoc, vt Confeſſarius ſit denuntiandus, nempe & quod ſolicitet in Confeſſionario, & quod id faciat ſimulando Confeſſionem audire. Qui tamen primum ſufficere, infrà *reſol.* 38. conſtanter tenet.

Ego verò clarius ſic reſpondeo: Si prædicta ſolicitatio fiat in confeſſionario, & confeſſarius dum pœnitentem ſolicitat, ſimulat eius confeſſionem audire, tunc verè eſt denuntiandus, vt benè probat Diana. Si verò prædicta ſolicitatio non fiat in confeſſionario, aut in loco ad audiendas confeſſiones deputato, aut ſi in illo fiat, non ſub ſimulata, aut ſub figura confeſſionis, tunc non debet denuntiari: Quia non includitur in dicta Bulla Gregorij, vt ſtatim ampliùs conſtabit. Sic Fagundez *loc. cit.* Imò & Sancius, & Palao id, & non aliud intendunt.

QVÆSTIO XXX.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui ſedens in Confeſſionario, & loquens cum fœmina ſtante, vel ſedente ante Confeſſionarium, illam ſolicitat?

AFfirmant Diana 2. *p. tract.* 4. *reſol.* 18. & 4. *part. tract.* 5 *reſol.* 38. ex quodam decreto Pauli V. cuius tenor eſt hic. *Feria* 5. *die* 10. *Iulij* 1614. *in Generali Congregatione Sancta Rom. & Vniuerſ. Inquiſitionis, habita in Palatio Apoſtolico Montis Quirinalis coram SS. D. N. D. Paulo Diuina prouidentia Papa V. &c. Facta relatione, quod multi Confeſſarij tractant cum mulieribus in Confeſſionali, extra occaſionem Confeſſionis de rebus inhoneſtis, Sanctiſſimus decreuit, vt contra huiuſmodi Confeſſarios procedatur in Sancto Officio.* Sic ibi. Ergo cum in his verbis (inquit Diana) nulla efficiatur mentio de ſimulatione Confeſſionis, licèt Confeſſarius non ſimulet Confeſſionem, dummodo ſolicitet fœminam in Confeſſionario, denuntiandus erit. Sic Diana (iam ſibi, vt nuper vidimus, contrarius) quem citat, & ſequi videtur Trullench. *lib* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 73. *pag.* 124. Qui tamen etiam ſibi in eodem loco eſt contrarius. Tenet iterum hanc ſententiam nominatim contra me idem Diana *p.* 8. *tract.* 9. *reſol.* 33. Bordonus *in Sacro Tribunali, c.* 23. *n.* 46. & Eſcobar à Corro *tract. de Confeſſ. ſolicit.* 1. *p. quæſt.* 4. §. 1. *num.* 35.

Sed probabiliter reſpondeo, talem Confeſſarium non eſſe denuntiandum. Ratio eſt, quia non quælibet ſolicitatio in Confeſſionario facta (vt putat Diana) cauetur decreto Gregorij XV. (Quod idem omnino eſt, ac decretum Pauli V.) ſed ſolicitatio illa, quæ ſimulationem Confeſſionis trahat, vt conſtat ex illis verbis: *Simulantes ibidem Confeſſiones audire.* At in prædicta ſolicitatione nulla adeſt ſimulatio audiendi Confeſſiones: ergo non includitur in dicto decreto: ergo non erit denuntiandus dictus Confeſſarius. Sic Freitas *loc. cit. nouiſ. edit. q.* 15. *n.* 49. per hæc verba: Stando in terminis Bullæ Gregorij XV. ſi Confeſſor in Confeſſionario ſolicitet extra Confeſſionis occaſionem, non ſimulando audire Confeſſionem, ſed alloquendo fœminam ſtantem, vel ſedentem, qui compoſitionis modus à communiter accedentibus Confeſſionis actum, & ſpeciem excludit, non incurrit pœnas. Ita ille, & poſt illum nouiſſimè Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 19. ſic dicens: Vt tamen ſolicitantes, & inhoneſta loquentes in Confeſſionario, vel in quocunque alio loco, iuxta tenorem huius nouæ conſtitutionis Gregorij XV. puniantur, neceſſe eſt, vt Confeſſio ſimuletur, vt ſequentia verba conſtitutionis oſtendunt, *Simulantes ibidem Confeſſiones audire:* quod eueniet, ſi mulier flexis genibus more eorum, qui peccata ſua expiare volunt, ſiue prius ſigno Crucis ſe muniat, ſiue non muniat, coram Confeſſario ad audiendum applicato conſtituatur, ita vt actus ille aſſiſtentibus, & circunſtantibus confeſſio credatur: Ita Fr. Antonius de Souſa in annot. ad hoc diplom. Gregorij XV. *fol.* 265. *n.* 13. Hucvſque Fagundez, Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 8. *n.* 4. Lezana *in Sum qq. Regul. c.* 19. *n.* 34. Sancius ſtatim citandus, & Hurtado *loc. cit. fol.* 299. *pag.* 2. & alij recentiores, præcipuè Thom. Hurtado *tom.* 1. *Moral. reſol. tract.* 4. *c.* 4. *per totum*, & latiùs *c.* 8. *reſol.* 33. & Boſſius *in diſcep. Moral. diſcep.* 5. *num.* 3.

Ad fundamentum Dianæ dicendum quod Gregor. XV. per ſuam conſtitutionem aut declarauit illud decretum Pauli V. aut reſtrinxit ad terminos ſimulationis, vt putat Freitas *loc. cit.* vel vt ait Sancius *diſp.* 11. *num.* 66. vterque Pontifex in vtroque decreto idem decreuit. Ergo ex vtriuſque decreto, vt Confeſſarius denuntietur, requiritur quod ſimulans in Confeſſionario Confeſſiones auſcultare, loquatur laſciuè cum fœminis pœnitentibus, aut cum illis illicitos ſermones, ſeu tractatus habeat.

QVÆSTIO XXXI.

An ſaltem denuntiandus ſit Confeſſarius, qui ſedens in Confeſſionali extra occaſionem Confeſſionis, ſolicitat fœminam coram ipſo flexis genibus conſtitutam caſu, quo ipſe Confeſſarius ex parte ſua non ſimulet ſe audire illius Confeſſionem?

AFfirmant Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 18. & 4. *p. reſol.* 38. *cit.* Trullench. *n.* 73. Fagundez *num.* 19. *cit.*

cit. Caſtro Palao *num.* 4. & alij, quod in propoſito caſu reperiatur ſolicitatio in confeſſionario, ſub ſimulata confeſſione, cùm confeſſarius ſit in loco ad audiendas confeſſiones deputato, & fœmina coram ipſo flexis genibus aſſiſtens, quæ omnia ſunt ſigna, quæ ex ſe demonſtrant, confeſſionem ibi fieri: ergo ex vi decreti Gregoriani dictus confeſſarius denuntiari debet.

Nihilominus tamen negatiuam ſententiam ſequentibus argumentis probare quis poſſet.

Primò. Quia licèt in propoſito caſo reperiatur ſolicitatio facta à confeſſore in confeſſionario, non tamen facta in confeſſione, aut ſub figura, ſeu ſimulatione confeſſionis: ergo talis confeſſarius non venit denuntiandus. Conſequentiam concedunt Caſtro, Fagundez, Freitas, Lezana, & Sancius, & ex dictis quæſtione præcedenti conſtat. Antecedens verò, nempe quod in caſu propoſito non inueniatur ſimulata confeſſio, aut ſimulatio confeſſionis, probatur. Quia ad hoc, vt detur ſimulata confeſſio, debet dari aliquod ſignum expreſſum confeſſionis, quo propoſito, aſſiſtentes intelligant confeſſionem ibi fieri, vt Caſtro, Fagundez, & Freitas concedunt, ſed ſic eſt, quod ex eo præciſe quod fœmina ſit coram confeſſore flexis genibus conſtituta, nequaquam exiſtentes iudicant, aut iudicare rectè, & firmiter poſſunt confeſſionem ibi fieri: ergo, &c. Minor probatur. Quia fœminæ ſæpè ſæpiùs accedunt bono animo ad confeſſionarium, ad alia negotia à confeſſione cum confeſſore tractanda, vt notum eſt apud omnes videntes; ſiquidem hoc ipſum illis paſſim accidit: at hæc minimè tractant, nec commodè aliter tractare poſſunt (maximè in confeſſionariis, quibus plures Regiones in Hiſpania vtuntur) niſi flexis genibus: ergo præciſa genuflexio fœminæ coram confeſſore, etiam in confeſſionario exiſtente, non eſt ſignum expreſſum, quo propoſito, videntes cognoſcant confeſſionem ibi fieri.

Confirmatur primò. Nam ex actione ad plura indifferenti nequit colligi vnum determinatum, vt conſtat: at genuflexio mulieris coram confeſſore, etiam in confeſſionario exiſtente, eſt actio indifferens ad plura, nempe ad petenda à confeſſore conſilia, ad tractanda alia conducentia ad bonum ſpirituale, vel temporale, ad explicanda in confeſſione peccata, &c. Ergo ex illa actione præciſè nequit colligi vnum determinatum, nempe confeſſionem ibi fieri.

Confirmatur ſecundò. Nam optimè poteſt Sacerdos cum fœmina de rebus inhoneſtis in confeſſionario tractare, quin ſimulatio vlla ſit confeſſionis audiendæ, vt expreſsè concedit Palao, & debent Fagundez, Freitas, & Sancius: At ſic eſt, quod ad hanc, & aliam quarumcunque rerum tractationem ſemper præſupponitur genuflexio fœminæ coram ipſo confeſſore: ergo præciſè hæc genuflexio pœnitentis non eſt ſatis ad ſimulandam confeſſionem.

Secundò, & principaliter probatur hæc ſententia. Nam ad ſimulandum confeſſionem fieri, non ſolùm debet concurrere pœnitens, ſed etiam principalius, & meo videri neceſſariùs ipſe confeſſarius, cùm hic ſit qui audiat confeſſionem, & conſequenter qui ſimulare poſſit confeſſionem audire, & de quo ſolùm loquatur Pontifex, vt conſtat ex illis verbis: *Simulantes confeſſiones audire, ſolicitare, vel procurare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infrà puniantur.* Ergo ſi confeſſarios nullo modo ſignificet, vel ſimulet confeſſionem audire (vt ſupponit caſus) parum refert ad propoſitum, quod genuflexio pœnitentis illam ſimulet, dato quod per genuflexionem præciſè ipſius aliquo modo ſimuletur.

Confirmatur hoc ipſum, & declaratur ampliùs. Nam licèt pœnitens poſſit ſimulare, ſe confeſſionem facere, aut explicare ſua peccata confeſſori; non tamen poteſt ſimulare ſe confeſſionem audire (quod requirit verbis adductis Pontifex) cum hoc proprium ſit confeſſoris: ergo vltra ſimulationem, ſeu fictionem pœnitentis, debet neceſſariò concurrere fictio confeſſarij, qua ſimulet vultu, voce, aut aliqua alia actione ſe confeſſionem audire, aut dicere pœnitenti, vt ſimulet aliqua externa actione ſe confiteri.

Confirmatur ſecundò, & efficaciter à ſimili. Nam ideò in communi ferè omnium ſententia, pœnitens ſolicitans in actu confeſſionis confeſſarium, non venit denuntiandus, quia decreta citata Pontificum ſolùm loquuntur de confeſſoribus ſolicitantibus, non de pœnitentibus, vt conſtat ex verbis decreti Gregoriani nuper adductis: *Simulantes*, &c. Sed ſic eſt, quod in eiſdemmet decretis eodemmet tenore verborum ſolùm fit mentio de confeſſariis ſolicitantibus ſimulando confeſſionem audire, & nullo modo fit mentio de pœnitentibus: ergo ſi confeſſarij non ſimulent audire confeſſionem, quantumvis pœnitentes ſimulent ſe confiteri, non venient denuntiandi ex vigore Gregoriani decreti.

Confirmatur tertiò. Nam in primis ſi confeſſarius non ſedens in confeſſionario, ſed ſtans, aut cubans, aut ridens in illo, ſolicitaret fœminam coram ipſo genuflexam extra occaſionem confeſſionis, nullo modo eſſet denuntiandus: quia nullo modo ſolicitaret illam ſimulando ſe confeſſionem audire: è contra, ſi confeſſarius ſedens in confeſſionario, & applicatus ſicuti ad audiendam confeſſionem, ſolicitaret fœminam coram ipſo ſedentem, reuera eſſet denuntiandus, cum reuera ſolicitaret in confeſſionario, & ſimulando confeſſionem audire: ergo non ad genuflexionem, aut aliam actionem pœnitentis, qua ſimulet ſe confiteri, ſed præcipuè ad actionem confeſſoris, qua denotet, aut poſſit notare, aut ſignificare circunſtantibus, ſe confeſſionem audire, eſt attendendum, vt dicatur ibi dari, aut interuenire ſimulatam confeſſionem: ergo illa ceſſante, non debet confeſſarius denuntiari, quamvis in confeſſionario ſolicitet. Propter hæc ergo argumenta, quamplures docti Moderni, tam ex Complutenſi, quam Salmanticenſi Academia, de hoc ficto caſu à me conſulti, prædictam negatiuam ſententiam, ſtando verbis Pontificis probabilem eſſe affirmarunt, illamque nouiſſimè ſequitur Thomas Hurtad. *tom.* 10. *tract.* 4. & 5. *reſol.* 8. & penes illum Ioan. Sanchez *diſp.* 22. *n.* 68. §. *Hinc fit.*

Sed ego, re maturè conſiderata, ſic ſub diſtinctione reſpondeo: Si confeſſarius ſit in confeſſionario patenti, vel in loco confeſſionis, vbi ab aſſiſtentibus videri poſſit, & ibi non ſimulans audire confeſſiones, ſed potius ſuis actibus, geſtibus, & actionibus deſignans non excipere illas, ſolicitet pœnitentem coram ipſo genuflexum, minimè veniet denuntiandus, vt efficaciter probat ſecundum argumentum principale cum ſuis confirmationibus. Si verò confeſſarius ſit, & audiat confeſſiones in confeſſionario ex parte ſua occulto, vbi ab aſſiſtentibus nequeat videri, ibique aſſiſtens ſolicitet fœminam coram ipſo genuflexam, tunc denuntiandus erit: quia tunc ſola genuflexio fœminæ ſufficiens videtur, vt ab aſſiſtentibus iudicetur ibi confeſſionem fieri.

QVÆSTIO XXXII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui fœminæ volenti ſecum aliquid bona fide extra confeſſionarium communicare, dicit: Veni ad confeſſionarium, & ibi eam ſolicitat?

Affirmant Trullench. *loc. cit. num.* 74. Quia in tali caſu, inquit, reuera confeſſarius fœminam ſolicitauit,

ſolicitauit in loco confeſſionis, & illam audire ſimulans. Et in hoc benè, addit tamen (quod certè non intelligo) ſecus dicendum eſſe caſu quo extra confeſſionem, & confeſſionarium de rebus illicitis ambo tractent, ſed vt liberiùs de eis agere poſſint, conueniunt, vt eant ad confeſſionarium, vbi vt peccatum diſſimulent, & inſpicientes decipiant, ſacramentaliter audire ſimulant, ſigna faciunt, abſolutionis actus, & alia, quæ in vera fiunt confeſſione, ſimulantes. Ita ille. Et ante ipſum Caſtro Palao *loc.cit.punct.*8.*n.*1.2.*&* 4. *pag. mihi* 563.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: In vtroque caſu talem Sacerdotem eſſe denuntiandum. Quia in vtroque caſu agit confeſſarius cum fœmina de rebus illicitis, & inhoneſtis, in loco confeſſionis, & ſimulans confeſſionem audire, præcipuè in ſecundo caſu: ergo in vtroque ex vi decreti Gregorij XV. venit denuntiandus. Nec obſtat quod in ſecundo caſu ſit mutua ſolicitatio, & ideò non propria Sacerdotis, potiùs quam pœnitentis. Quia id nil refert, vt denuntiandus confeſſarius ſit, vt conſtat ex dictis *q.*20. Sic Diana 4.*p. tract.*5.*reſol.*10. & penes illum Sancius *diſp.* 15. *n.*2.*in impreſſione Matriti*. Sed certè Sancius nil habet ibi ad propoſitum.

QVÆSTIO XXXIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui proximè ad confeſſionem aliqua arte in ſomnum induxit fœminam, & tunc ſopitam cognouit?

AFfirmant Sancius *diſp.*11.*n.*31.*&* 32. & Trullench *lib.*1.*in Decalog. cap.*3. *dub.*18. *n.*54. Addunt tamen contrarium eſſe dicendum in caſu, quo fœmina non arte, aut maleficio confeſſarij, ſed paroxyſmo, aut morbo aliquo fuiſſet ſomno ſopita, & tunc à confeſſario cognoſceretur; quia in hoc caſu confeſſarius non ſolicitator, ſed fornicator cenſetur: ergo non venit denunciandus, quia decreta Pontificum non decernunt pœnas confeſſariis fornicantibus proximè ad confeſſionem, ſed ſolicitantibus.

Sed ea vi decreti Gregorij, tam in ſecundo, quàm in primo caſu, eſſe talem confeſſarium denuntiandum certò reſpondeo. In primo patet; Quia ibi confeſſarius verè ſolicitat fœminam in confeſſione, aut proximè ad illam, licèt non verbis, opere. In ſecundo etiam conſtat. Quia in illo confeſſarius, etſi propriè non ſolicitauit fœminam, habuit tamen cum illa tractatus inhoneſtos, ſaltem opere, quod quidem eodem tenore eſt prohibitum per Conſtitutionem Gregorij XV. ergo. Sic me citato tenet nouiſſimè cum aliis Diana *part.*10. *tract.*4. *reſol.*43.

QVÆSTIO XXXIV.

An ſit denuntiandus confeſſarius, qui adoleſcentem in Confeſſione ſolicitauit?

REſpondeo affirmatiuè. Eſt reſponſio hodie certiſſima. Nam conſtitutio Gregorij XV. perſonas vtriuſque ſexus comprehendit, ait enim: *Omnes, & ſinguli Sacerdotes, qui perſonas, quæcunque illæ ſint, ad inhoneſta ſolicitare, &c.* Ex quibus liquidò conſtat, eſſe etiam denuntiandum confeſſarium virum ad turpia prouocantem. Sic omnes Doctores poſt dictam Conſtitutionem.

An verò ante dictam Conſtitutionem denuntiandus etiam eſſet prædictus confeſſor vigore decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. negarunt probabiliter Diana 1.*p. tract.*4. *reſol.*22. *in principio*, & Fagund. *de præc. Eccleſ.* 2.*præc. lib* 4.*c.*13. *n.*31. *&* *lib.*6. *in Decalog. c.*12. *n.*12. vbi ſic ait: Ex vi conſtitutionum Pij IV. Pauli V. Clement. VIII. ſolùm ſolicitatores fœminarum denuntiandi erant. Solùm enim illæ comprehendunt ſolicitatores fœminarum, non virorum, aut puerorum, vt diximus in noſtro primo tomo in quinque præcepta, &c. Sic ille, & alij apud Dianam.

Sed probabiliter longè, imò certiſſimè reſpondeo affirmatiuè, non ideò, quia lex extendenda ſit ad caſum vbi eadem eſt, & maior ratio, vt vult Sancius *diſp* 11. *n.*12. Sed quia (vt refert Freitas *quæſt.*6. ad Acuñam, *num.* 26.) ita declarauit Paulus V. 19. Nouembr. anno 1612. ſub ſua conſtitutione de hac re edita, comprehendi videlicet in præfata Bulla etiam ſolicitantes mares. Sic tenent Acuña, & Freitas *loc.cit.* Riccius, Coriolan. Rodriguez, Cherubinus, Molfeſ. Megala, Quaranta, & Scortia apud Dianam *loc. cit.* Sancius, & Caſtro Palao, quos citat, & ſequitur Trullench. *lib.*1.*in Decalog. c.*3. *dub.*12.*n.*40. dicens, contrariam ſententiam ſuſtineri non poſſe poſt dictam declarationem Pauli V. & ita noſtram ſententiam etiam ſequitur Diana 4.*part. tract.* 5. *reſol.* 33. de qua optimè Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *n.* 12. agit.

QVÆSTIO XXXV.

An ſit denuntiandus confeſſarius, qui ſtatim poſt confeſſionem ducit ad cubiculum puerum, vt ſchedulam confeſſionis tradat, illumque ibi ſolicitat.

REſpondeo affirmatiuè. Quia iſte caſus, ratione dependentiæ, includit confeſſionem. Sicut (*vt ſuprà quæſt.* 19. eſt habitum) includit ille, in quo confeſſor fœminæ ſibi confeſſæ pœnitentiam imponit, vt ab ipſomet confeſſore nuda verberetur, & de facto manu propria, aut ſcutica vapulat ab ipſo: aut ille in quo confeſſarius ſuadet fœminæ, vt ipſi eo loco verenda oſtendat, quæ ipſa in eadem confeſſione morbo affecta habere dixit. Sic Diana 4.*part. tract.* 5. *reſ.*11. ex Anton. Souſa *in aphor. inquiſ. lib.*1.*c.* 34.*n.* 39.

QVÆSTIO XXXVI.

An mandans confeſſario, vt ſolicitet pro ſe pœnitentem, ſit denuntiandus?

AFfirmant Riccius *in praxi, part.* 3. *reſol.*65. *n.*2. & Homobon. *de exam. Eccleſ. part.*2. *tract.* 11. *c.*12. *q.*26. *reſol.*4. Quia qui per alium aliquid facit, eſt perinde ac ſi per ipſum faciat.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandum. Quia Conſtitutiones Pontificum id non ſtatuunt de mandante, ſed de confeſſario ſolicitante; lex autem quando non ſolùm facientem, ſed & mandantem vult punire, id explicat. Sic Diana 1.*p. tract.*4. *reſol.*22. Trullench *lib.*1.*in Decalog. c.*3. *dub.*18.*n.*48. & alij, quos iterum me citato, ſequitur Diana *p.*10. *tract.*14.*reſol.*42. & Thom. Hurtad. *tom.* 1.*tract.*4.*c.*7. *reſol.*13. addens, & benè, quod licèt prædictus mandans non ſit denunciandus ex vi Bullæ Gregorij, & aliorum Pontificum, benè tamen ex eo quod ſit ſuſpectus de fide, eo quòd abutatur Sacramentis à Chriſto inſtitutis, & illis grauem iniuriam inferat.

QVÆSTIO XXXVII.

An denuntiandi ſint laici, qui fingant ſe Sacerdotes, & confeſſiones excipiendo pœnitentes ſolicitant?

AFfirmat Gyprius *tractat. de caſib. reſeru. cap.*14. *n.*6. cuius opinionem vt probabilem ſequitur

Thom.

cit. Caſtro Palao *num.* 4. & alij, quod in propoſito caſu reperiatur ſolicitatio in confeſſionario, ſub ſimulata confeſſione, cùm confeſſarius ſit in loco ad audiendas confeſſiones deputato, & fœmina coram ipſo flexis genibus aſſiſtens, quæ omnia ſunt ſigna, quæ ex ſe demonſtrant, confeſſionem ibi fieri: ergo ex vi decreti Gregoriani dictus confeſſarius denuntiari debet.

Nihilominus tamen negatiuam ſententiam ſequentibus argumentis probare quis poſſet.

Primò. Quia licèt in propoſito caſu reperiatur ſolicitatio facta à confeſſore in confeſſionario, non tamen facta in confeſſione, aut ſub figura, ſeu ſimulatione confeſſionis; ergo talis confeſſarius non venit denuntiandus. Conſequentiam concedunt Caſtro, Fagundez, Freitas, Lezana, & Sancius, & ex dictis quæſtione præcedenti conſtat. Antecedens verò, nempe quod in caſu propoſito non inuenatur ſimulata confeſſio, aut ſimulatio confeſſionis, probatur. Quia ad hoc, vt detur ſimulata confeſſio, debet dari aliquod ſignum expreſſum confeſſionis, quo propoſito, aſſiſtentes intelligant confeſſionem ibi fieri, vt Caſtro, Fagundez, & Freitas concedunt, ſed ſic eſt, quod ex eo præcisè quod fœmina ſit coram confeſſore flexis genibus conſtituta, nequaquam exiſtentes iudicant, aut iudicare rectè, & firmiter poſſunt confeſſionem ibi fieri; ergo, &c. Minor probatur. Quia fœminæ ſæpè ſæpiùs accedunt bono animo ad confeſſionarium, ad alia negotia à confeſſione cum confeſſore tractanda, vt notum eſt apud omnes videntes; ſiquidem hoc ipſum illis paſſim accidit: at hæc minimè tractant, nec commodè aliter tractare poſſunt (maximè in confeſſionariis, quibus plures Regiones in Hiſpania vtuntur) niſi flexis genibus; ergo præciſa genuflexio fœminæ coram confeſſore, etiam in confeſſionario exiſtente, non eſt ſignum expreſſum, quo propoſito, videntes cognoſcant confeſſionem ibi fieri.

Confirmatur primò. Nam ex actione ad plura indifferenti nequit colligi vnum determinatum, vt conſtat; at genuflexio mulieris coram confeſſore, etiam in confeſſionario exiſtente, eſt actio indifferens ad plura, nempe ad petenda à confeſſore conſilia, ad tractanda aliâ conducentia ad bonum ſpirituale, vel temporale, ad explicanda in confeſſione peccata, &c. Ergo ex illa actione præcisè nequit colligi vnum determinatum, nempe confeſſionem ibi fieri.

Confirmatur ſecundò. Nam optimè poteſt Sacerdos cum fœmina de rebus inhoneſtis in confeſſionario tractare, quin ſimulatio vlla ſit confeſſionis audiendæ, vt expreſsè concedit Palao, & debent Fagundez, Freitas, & Sancius: At ſic eſt, quod ad hanc, & aliam quarumcunque rerum tractationem ſemper præſupponitur genuflexio fœminæ coram ipſo confeſſore; ergo præcisè hæc genuflexio pœnitentis non eſt ſatis ad ſimulandam confeſſionem.

Secundò, & principaliter probatur hæc ſententia. Nam ad ſimulandum confeſſionem fieri, non ſolùm debet concurrere pœnitens, ſed etiam principalius, & meo videri neceſſariùs ipſe confeſſarius, cùm hic ſit qui audiat confeſſionem, & conſequenter qui ſimulare poſſit confeſſionem audire, & de quo ſolùm loquatur Pontifex, vt conſtat ex illis verbis: *Simulantes confeſſiones audire, ſolicitare, vel procurare tentauerint, aut cum eis illicitos, & inhoneſtos ſermones, ſiue tractatus habuerint, in Officio Sanctæ Inquiſitionis ſeueriſſimè, vt infrà puniantur.* Ergo ſi confeſſarius nullo modo ſignificet, vel ſimulet confeſſionem audire (vt ſupponit caſus) parum refert ad propoſitum, quod genuflexio pœnitentis illam ſimulet, dato quod per genuflexionem præcisè ipſius aliquo modo ſimuletur.

Confirmatur hoc ipſum, & declaratur ampliùs. Nam licèt pœnitens poſſit ſimulare, ſe confeſſionem facere, aut explicare ſua peccata confeſſori, non tamen poteſt ſimulare ſe confeſſionem audire (quod requirit verbis adductis Pontifex) cum hoc proprium ſit confeſſoris: ergo vltra ſimulationem, ſeu fictionem pœnitentis, debet neceſſariò concurrere fictio confeſſarij, quà ſimulet vultu, voce, aut aliqua alia actione ſe confeſſionem audire, aut dicere pœnitenti, vt ſimuler aliqua externa actione ſe confiteri.

Confirmatur ſecundò, & efficaciter à ſimili. Nam ideò in communi ferè omnium ſententia, pœnitens ſolicitans in actu confeſſionis confeſſarium, non venit denuntiandus, quia decreta citata Pontificum ſolùm loquuntur de confeſſoribus ſolicitantibus, non de pœnitentibus, vt conſtat ex verbis decreti Gregoriani nuper adductis: *Simulantes*, &c. Sed ſic eſt, quod in eiſdem met decretis eodem met tenore verborum ſolùm fit mentio de confeſſariis ſolicitantibus ſimulando confeſſionem audire, & nullo modo fit mentio de pœnitentibus: ergo ſi confeſſarij non ſimulent audire confeſſionem, quantumvis pœnitentes ſimulent ſe confiteri, non venient denuntiandi ex vigore Gregoriani decreti.

Confirmatur tertiò. Nam in primis ſi confeſſarius non ſedens in confeſſionario, ſed ſtans, aut cubans, aut ridens in illo, ſolicitaret fœminam coram ipſo genuflexam extra occaſionem confeſſionis, nullo modo eſſet denuntiandus: quia nullo modo ſolicitaret illam ſimulando ſe confeſſionem audire: è contra, ſi confeſſarius ſedens in confeſſionario, & applicatus ſicuti ad audiendam confeſſionem, ſolicitaret fœminam coram ipſo ſedentem, reuera eſſet denuntiandus, cum reuera ſolicitaret in confeſſionario, & ſimulando confeſſionem audire: ergo non ad genuflexionem, aut aliam actionem pœnitentis, qua ſimulet ſe confiteri, ſed præcipuè ad actionem confeſſoris, qua deuotet, aut poſſit notare, aut ſignificare circunſtantibus, ſe confeſſionem audire, eſt attendendum, vt dicatur ibi dari, aut interuenire ſimulatam confeſſionem; ergo illa ceſſante, non debet confeſſarius denuntiari, quamvis in confeſſionario ſolicitet. Propter hæc ergo argumenta, quamplures docti Moderni, tam ex Complutenſi, quam Salmanticenſi Academia, de hoc ficto caſu à me conſulti, prædictam negatiuam ſententiam, ſtando verbis Pontificis probabilem eſſe affirmarunt, illamque nouiſſimè ſequitur Thomas Hurtad. *tom.* 10. *tract.* 4. & 5. *reſol.* 8. & penes illum Ioan. Sanchez *diſp.* 22. *n.* 68 §. *Hinc fit.*

Sed ego, re maturè conſiderata, ſic ſub diſtinctione reſpondeo: Si confeſſarius ſit in confeſſionario patenti, vel in loco confeſſionis, vbi ab aſſiſtentibus videri poſſit, & ibi non ſimulans audire confeſſiones, ſed potius ſuis actibus, geſtibus, & actionibus deſignans non excipere illas, ſolicitet pœnitentem coram ipſo genuflexum, minimè veniet denuntiandus, vt efficaciter probat ſecundum argumentum principale cum ſuis confirmationibus. Si verò confeſſarius ſit, & audiat confeſſiones in confeſſionario ex parte ſua occulto, vbi ab aſſiſtentibus nequeat videri, ibique aſſiſtens ſolicitet fœminam coram ipſo genuflexam, tunc denuntiandus erit: quia tunc ſola genuflexio fœminæ ſufficiens videtur, vt ab aſſiſtentibus iudicetur ibi confeſſionem fieri.

QVÆSTIO XXXII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui fœminæ volenti ſecum aliquid bona fide extra confeſſionarium communicare, dicit: Veni ad confeſſionarium, & ibi eam ſolicitat?

Affirmant Trullench. *loc. cit. num.* 74. Quia in tali caſu, inquit, reuera confeſſarius fœminam ſolicitanſ.

ſolicitauit in loco confeſſionis, & illam audire ſimulans. Et in hoc benè, addit tamen (quod certè non intelligo) ſecus dicendum eſſe caſu quo extra confeſſionem, & confeſſionarium de rebus illicitis ambo tractent, ſed vt liberiùs de eis agere poſſint, conueniunt, vt eant ad confeſſionarium, vbi vt peccatum diſſimulent, & inſpicientes decipiant, ſacramentaliter audire ſimulant, ſigna faciunt, abſolutionis actus, & alia, quæ in vera fiunt confeſſione, ſimulantes. Ita ille. Et ante ipſum Caſtro Palao *loc. cit. punct.* 8. *n.* 1. 2. *&* 4. *pag. mihi* 563.

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: In vtroque caſu talem Sacerdotem eſſe denuntiandum. Quia in vtroque caſu agit confeſſarius cum fœmina de rebus illicitis, & inhoneſtis, in loco confeſſionis, & ſimulans confeſſionem audire, præcipuè in ſecundo caſu: ergo in vtroque ex vi decreti Gregorij XV. venit denuntiandus. Nec obſtat quod in ſecundo caſu ſit mutua ſolicitatio, & ideò non propria Sacerdotis, potiùs quam pœnitentis. Quia id nil refert, vt denuntiandus confeſſarius ſit, vt conſtat ex dictis *q.* 20. Sic Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 10. & penes illum Sancius *diſp.* 15. *n.* 2. *in impreſſione Matriti.* Sed certè Sancius nil habet ibi ad propoſitum.

QVÆSTIO XXXIII.

An ſit denuntiandus Confeſſarius, qui proximè ad confeſſionem aliqua arte in ſomnum induxit fœminam, & tunc ſopitam cognouit?

AFfirmant Sancius *diſp.* 11. *n.* 31. *&* 32. & Trullench *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 18. *n.* 54. Addunt tamen contrarium eſſe dicendum in caſu, quo fœmina non arte, aut maleficio confeſſarij, ſed paroxyſmo, aut morbo aliquo fuiſſet ſomno ſopita, & tunc à confeſſario cognoſceretur; quia in hoc caſu confeſſarius non ſolicitator, ſed fornicator cenſetur: ergo non venit denunciandus, quia decreta Pontificum non decernunt pœnas confeſſariis fornicantibus proximè ad confeſſionem, ſed ſolicitantibus.

Sed ex vi decreti Gregorij, tam in ſecundo, quàm in primo caſu, eſſe talem confeſſarium denuntiandum certiò reſpondeo. In primo patet: Quia ibi confeſſarius verè ſolicitat fœminam in confeſſione, aut proximè ad illam, licèt non verbis, opere. In ſecundo etiam conſtat. Quia in illo confeſſarius, etſi propriè non ſolicitauit fœminam, habuit tamen cum illa tractatus inhoneſtos, ſaltem opere, quod quidem eodem tenore eſt prohibitum per Conſtitutionem Gregorij XV. ergo. Sic me citato tenet noniſſimè cum aliis Diana *part.* 10. *tract.* 4. *reſol.* 43.

QVÆSTIO XXXIV.

An ſit denuntiandus confeſſarius, qui adoleſcentem in Confeſſione ſolicitauit?

REſpondeo affirmatiuè. Eſt reſponſio hodie certiſſima. Nam conſtitutio Gregorij XV. perſonas vtriuſque ſexus comprehendit, ait enim: *Omnes, & ſinguli Sacerdotes, qui perſonas, quæcumque illæ ſint, ad inhoneſta ſolicitare, &c.* Ex quibus liquidò conſtat, eſſe etiam denuntiandum confeſſarium virum ad turpia prouocantem. Sic omnes Doctores poſt dictam Conſtitutionem.

An verò ante dictam Conſtitutionem denuntiandus etiam eſſet prædictus confeſſor vigore decreti Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. negarunt probabiliter Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 22. *in principio*, & Fagund. *de præc. Eccleſ.* 2. *præc. lib* 4. *c.* 13. *n.* 31. *& lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 12. vbi ſic ait: Ex vi conſtitutionum Pij IV. Pauli V. Clement. VIII. ſolùm ſolicitatores fœminarum denuntiandi erant. Solùm enim illæ comprehendunt ſolicitatores fœminarum, non virorum, aut puerorum, vt diximus in noſtro primo tomo in quinque præcepta, &c. Sic ille, & alij apud Dianam.

Sed probabiliter longè, imò certiſſimè reſpondeo affirmatiuè, non ideò, quia lex extendenda ſit ad caſum vbi eadem eſt, & maior ratio, vt vult Sancius *diſp.* 11. *n.* 12. Sed quia (vt refert Freitas *quæſt.* 6. ad Acuñam, *num.* 26.) ita declarauit Paulus V. 29. Nouembr. anno 1612. ſub ſua conſtitutione de hac re edita, comprehendi videlicet in præfata Bulla etiam ſolicitantes mares. Sic tenent Acuña, & Freitas *loc. cit.* Riccius, Coriolan. Rodriguez, Cherubinus, Molfeſ. Megala, Quaranta, & Scortia apud Dianam *loc. cit.* Sancius, & Caſtro Palao, quos citat, & ſequitur Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 12. *n.* 40. dicens, contrariam ſententiam ſuſtineri non poſſe poſt dictam declarationem Pauli V. & ita noſtram ſententiam etiam ſequitur Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 33. de qua optimè Sancius *in ſelect. diſp.* 15. *n.* 52. agit.

QVÆSTIO XXXV.

An ſit denuntiandus confeſſarius, qui ſtatim poſt confeſſionem ducit ad cubiculum puerum, vt ſchedulam confeſſionis tradat, illumque ibi ſolicitat.

REſpondeo affirmatiuè. Quia iſte caſus, ratione dependentiæ, includit confeſſionem. Sicut (*vt ſuprà quæſt.* 19. eſt habitum) includit ille, in quo confeſſor fœminæ ſibi confeſſæ pœnitentiam imponit, vt ab ipſomet confeſſore nuda verberetur, & de facto manu propria, aut ſcutica vapulat ab ipſo: aut ille in quo confeſſarius ſuadet fœminæ, vt ipſi eo loco verenda oſtendat, quæ ipſa in eadem confeſſione morbo affecta habere dixit. Sic Diana 4. *part. tract.* 5. *reſ.* 11. ex Anton. Souſa *in aphor. inquiſ. lib.* 1. *c.* 34. *n.* 39.

QVÆSTIO XXXVI.

An mandans confeſſario, vt ſolicitet pro ſe pœnitentem, ſit denuntiandus?

AFfirmant Riccius *in praxi, part.* 3. *reſol* 65. *n.* 2. & Homobon. *de exam. Eccleſ. part.* 2. *tract.* 11. *c.* 15. *q.* 26. *reſol.* 4. Quia qui per alium aliquid facit, eſt perinde ac ſi per ipſum faciat.

Sed probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandum. Quia Conſtitutiones Pontificum id non ſtatuunt de mandante, ſed de confeſſario ſolicitante; lex autem quando non ſolùm facientem, ſed & mandantem vult punire, id explicat. Sic Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 22. Trullench *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 48. & alij, quos iterum me citato, ſequitur Diana *p.* 10. *tract.* 14. *reſol.* 42. & Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 7. *reſol.* 13. addens, & benè, quod licèt prædictus mandans non ſit denunciandus ex vi Bullæ Gregorij, & aliorum Pontificum, benè tamen ex eo quod ſit ſuſpectus de fide, eo quòd abutatur Sacramentis à Chriſto inſtitutis, & illis grauem iniuriam infert.

QVÆSTIO XXXVII.

An denuntiandi ſint laici, qui fingunt ſe Sacerdotes, & confeſſiones excipiendo pœnitentes ſolicitant?

AFfirmat Gyprius *tractat. de caſib. reſeru. cap.* 14. *n.* 6. cuius opinionem vt probabilem ſequitur

Thom.

Digitized by Google

Thom. Hurtad. *c.7. cit. reſol.* 12. *n.* 119. licèt poſtea *c.8. reſol.* 31. ſolùm dicat, talem opinionem non eſſe iudicandam improbabilem.

Sed reſpondeo probabiliùs, non eſſe denuntiandos (ex decretis ſaltem datis contra ſolicitantes.) Quia omnia loquuntur de Sacerdotibus, vt patet ex illis verbis: *Omnes, ac ſinguli Sacerdotes, aut aliàs audiendis confeſſionibus pœnitentium deputati*, & ex illis: *Qui Sacramento pœnitentiæ in actu audiendi confeſſiones ante, vel poſt immediatè abutuntur.* Vnde nec denuntiandi veniunt Subdiaconi, aut Diaconi. Sic Acuña *q.* 13. *num.* 1. *&* 5. Sancius *in ſelect. diſp.* 11. *num.* 37. Bonacina *de obligat. denunc. diſp.* 6. *punct.* 3. *num.* 8. Caſtro Palao *tract.* 4. *citat. diſp.* 9. *punct.* 9. *num.* 5. Souſa *in Aphoriſ. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 34. *n.* 13. Quos omnes citat, & ſequitur Trullench *ſuprà*, *n.* 81. *pag.* 125. Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 15. & penes ipſum Portel. Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *n.* 22. Sanctarell. *de hereſi, c.* 36. *dub. vnico, n.* 9. & Bordonus apud Dianam *infrà.*

QVÆSTIO XXXVIII.

An ſaltem prædicti Laici, Subdiaconi, aut Diaconi, qui ſe Sacerdotes ſimulant, & confeſſiones excipiunt, non tamen abſoluunt, denuntiandi ſint ex aliis decretis Pontificum?

AFfirmant Anton. de Souſa *de ſolicit. tract.* 1. *c.* 9. *n.* 3. & Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. cap.* 12. *n.* 22. Qui refert pro ſua ſententia Rodericum de Acuña *de ſolicit. q.* 13. *n.* 31. eo quòd ſic decreuiſſe videantur Gregorius XIII. in Conſtitut. edita die 6. Auguſti 1574. Clemens VIII. in alia edita *die* 1. *Decemb.* 1601. & Paulus V. in altera, quas referunt Laërtius *tom.* 2. *nouæ collect. Apoſtol. conſtit. pag.* 387. & Aldrete *lib.* 2. *de Religioſa diſcipl. c.* 31. *n.* 14. necnon Thom. Hurtadus *loc. cit.* Trimarchus, & Eſcobar à Corro apud Dianam *vbi infrà.*

Sed æquè probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandos caſu quo abſolutionem non impendant. Quia id clarè conſtat ex verbis Gregorij XIII. ibi: *Et confeſſiones audire, ac abſolutionem impertiri.* Nam particula *ac*, cum copulatiua ſit, coniunctionem requirit: ergo Domini Inquiſitores ſolùm poſſunt procedere contra prædictos laïcos, &c. quando fingentes ſe Sacerdotes eſſe, confeſſiones audiunt, & ſimul abſolutionem impendunt. Sic Rodrig. *tom.* 2. *qq. regul. q.* 28. *art.* 2. *& in Summa tom.* 2. *c.* 83. *n.* 3. Sancius *diſp.* 11. *n.* 36. *pag. mihi* 85 quos ſequi videtur Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 16. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dub.* 28. *n.* 81. *pag.* 125. *&* 126. Qui pro hac parte refert Caſtrum Palao *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 9. *n.* 5. Et etiam Rodericum de Acuña, quem pro contraria citauit Fagundez.

Fateor tamen aliunde, & ex vi aliarum conſtitutionum, poſſe ab Inquiſitoribus puniri prædictos laïcos, &c. Fingentes ſe Sacerdotes, & confeſſiones audientes, etiam ſi non abſoluant. Quia ſunt de fide ſuſpecti, vt tenet Salzedo *in pract. crimin.* & communis. Lege Dianam *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 32. vbi me citato hanc partem tenet.

QVÆSTIO XXXIX.

An ex vi dictarum Conſtitutionum denuntiandus ſit Sacerdos, qui iuriſdictione carens Confeſſiones excipit, & in eis pœnitentes ſolicitat?

AFfirmant Acuña *quæſt.* 14. *num.* 5. & Freitas ibi, *n.* 13. Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 17. *& part.* 4. *tractat.* 5. *reſol.* 8. Caſtro Palao *de confeſſore ſolicit. tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 9. *n.* 1. & Sancius *diſp.* 11. *n.* 38. Quos omnes refert, & ſequitur Trullench. *loc. cit. n.* 77. *pag.* 125. dicens id nemini poſſe eſſe dubium, poſt Bullam Gregorij XV.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non eſſe denuntiandum ex vi dictarum Conſtitutionum, licèt aliunde ex vi aliarum ab Inquiſitoribus puniri poſſit. Huius reſponſionis ſecunda pars ab omnibus conceditur. Prima verò probatur. Quia Gregor. XV. in ſua Conſtitutione, & Pius IV. Clemens VIII. & Paulus V. ſui Prædeceſſores in ſuis, ſolùm intendunt confeſſariorum abuſus, & inhoneſtas ſolicitationes à Sacramento Pœnitentiæ excutere, & exterminare: ergo contra illos ſolùm loquuntur, qui officio confeſſariorum funguntur.

Nec contra id obſtant verba Gregorij XV. *Omnes ac ſinguli Sacerdotes, &c.* Quia hæc per illa verba antecedentia, *His delinquentibus*, explicantur. At hæc verba referũtur ad delinquentes illos, de quibus præcedentes Conſtitutiones Pij IV. Clementis VIII. & Pauli V. loquuntur, & quorum exceſſus ad Summi Pontificis notitiam peruenerunt, qui fuerunt ſolùm exceſſus Sacerdotum Confeſſariorum, ſeu expoſitorum, & habentium iuriſdictionem ad audiendas confeſſiones: ergo. Sic Souſa *in annot. ad conſtit. Gregor. XV. num.* 4. Fagundez *lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *num.* 21. *&* 24. Portel. *in addit. verb. ſolicitare fœminas, num.* 13. & Thom. Hurtado *num.* 9. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 7. *reſol.* 12. *num.* 125. qui ex Souſa *in addit. ad tract. de ſolicit. c.* 11. *n.* 9. addit noſtram reſponſionem eſſe veram, etiamſi bona fide putet confeſſarius ſe iuriſdictionem habere: quia nec tunc eſt denuntiandus vt ſolicitator, licèt benè vt ſuſpectus de fide. Sic Thomas Hurtado ibi, quamvis poſtea *cap.* 8. *reſol.* 31. *num.* 310. oblitus ſui, oppoſitam ſententiam vt certam teneat.

QVÆSTIO XL.

An ſit denuntiandus Confeſſionis interpres, qui in actu Confeſſionis, ante, vel immediatè poſt pœnitentem ad inhoneſta ſolicitat.

AFfirmant Freitas *in addit. ad* Acuñam *q.* 13. *n.* 27. *&* 28. Cui addo Trimarchum, & Eſcobar, apud Dianam *infrà part.* 9.

Sed longè probabiliùs reſpondeo, non eſſe denuntiandum, ex vi prædictarum conſtitutionum, etiamſi interpres ſit Sacerdos. Quia interpres abſolutè loquẽdo non eſt Confeſſarius, contra quos tantùm prædictæ Bullæ ſunt latæ. Sic Sancius *diſp.* 11. *n.* 10. *&* 37. Caſtro Palao *loc. cit. punct.* 9. *n.* 6. Diana 4 *p. tract.* 5. *reſol.* 9. Fagundez *de præc. Eccl. in edit. nouiſſ. part.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 88. *& lib.* 6. *in Decalog. cap.* 12. *num.* 23. Souſa *de Confeſſariis ſolicit. tract.* 1. *c.* 10. *n.* 3. Trullench *loc. cit. num.* 82. *pag.* 126.

Conſultò dixi, *ex vi prædictarum conſtitution.* Quia aliunde dictum Interpretem verè ſubijci judicio Dominorum Inquiſitorum, eo quòd & iniuriam faciat Sacramento, & ſuſpectus videatur in fide, certiſſimum puto cum Fagundez *num.* 23. *cit.* ſic rurſus me citato, tenet Diana *part.* 9. *tract.* 9. *reſol.* 32.

QVÆSTIO XLI.

An fœmina ſolicitans Confeſſarium, ſit ab ipſo, vel ab aliis, qui hoc ſciunt, denuntianda?

AFfirmant Bellochius *de caſib. p.* 2. *q.* 9. *n.* 51. & Paramus *de Origine Inquiſit. lib.* 3. *q.* 10. *in fine.*

Sed longè multò probabiliùs, imò & mihi certò reſpondeo, non eſſe denuntiandam. Quia Conſtitu-

tiones

ſunt edictæ. Sic Sancius *diſp.* 11. *n.* 24. per hæc verba: Si fœmina inducat Commiſſarium ad carnale flagitium, non tenebitur ipſe fœminam denuntiare, quia Breue tantùm in Confeſſarios ſolicitationi incumbentes fuit editum. Acuña *q.* 6 *n.* 3. *&* 6. *in praxi p.* 3. *reſolut* 67. *n.* 20. Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 23. & ad vnguem ex illo Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dubit.* 18. *num.* 59. *&* 60.

QVÆSTIO XLII.

An Confeſſarius ſolicitans teneatur denunciare ſeipſum, ſaltem ex vi edicti?

AFfirmat Raynaudus *de Monitoriis Eccleſ.* 1. *part. cap.* 3. *q.* 20. Quia quilibet tenetur obedire præcepto Superioris.

Sed vt certum reſpondeo: negatiuè. Quia in hoc ſaltem, & in ſimili caſu nemo tenetur prodere ſeipſum, vt ex *cap. aliquando, de pœnit. diſt.* 1. docent Diana 1. *p. tract.* 4. *reſolut.* 8. & penes ipſum Sanctarellus, Homobonus, Acuña, Portel. Molfeſ. Megala, & alij. Trullench. *loc. cit.* & communis, quam tenent Suarez *de fide diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 18. Baſilius *de matrim. lib.* 5. *c.* 14. *n.* 10. & Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 8. *reſolut.* 28. Quia quilibet excuſatur à denunciando, quando ex denunciatione timet periculum propriæ famæ, vitæ, honoris, &c.

QVÆSTIO XLIII.

An caſu quo fœmina ſolicitata à Confeſſore conſentiat, teneatur illum denunciare?

NEgant Suarez *tract. de fide, diſp.* 20. *ſect.* 4. *n.* 10. & penes ipſum Peña, & Simanchas, Portel. *in addit. ad dub. regul. verb Denunciatio, n.* 10. vbi ſic ait: Complex delicti nunquam tenetur denuntiare ex vi edicti, in quacunque materia fuerit complex. Vnde poteſt colligi, quod ſi fœmina fuit ſolicitata ab aliquo Confeſſore in Sacramento Confeſſionis, ſi ipſa conſentit ibi cum actibus turpibus, talis fœmina non tenetur denuntiare de illo Confeſſore. Ita ille, & nouiſſimè Hurtad. *diſp.* 2. *cit. diff.* 8. per hæc verba: Et quia fœminæ in Confeſſione ſolicitatæ, quæ Confeſſario ſolicitanti conſentit in actibus turpibus, imminet damnum graue in fama, quia prudenter timeri poteſt Confeſſarium in tribunali confeſſurum, ſe actus inhoneſtos cum ea non repugnante habuiſſe, ideò plures Doctores eam tunc probabiliter excuſant à delatione peccati dictæ ſolicitationis. Et ob ſimilem rationem etiam excuſant à delatione hæreſis eum, qui fuit ſocius in eo crimine. Ita ille. In quorum ſententiam videntur inclinare Sayr. *in Clau. Regia*, *lib.* 12. *c.* 14. *n.* 26. *&* 32. & Caſtr. Palao *tom.* 1. *oper. moral. tract.* 4. *diſp.* 9. quos citat, & ſequitur Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 33. *pag.* 117. Quamvis hic *n.* 16. oppoſitum neruosè affirmet. Souſa *de Confeſſor ſolicit. tract.* 2. *c.* 7. *n.* 4. Negat nouiſſimè etiam Th. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 8. *reſol.* 25. caſu tamen ſolùm quo mulier ſolicitata conſentiat ſolicitationi, & non poſſit Confeſſarium ſolicitantem denuntiare, quin illum conſenſum manifeſtet: præcipuè ſi mulier bonæ famæ, & vxorata ſit, aut virgo, viduave nobilis; non enim tenetur ſuum nomen publicare coram iudice apud quem benè reputata eſt. Ita Thomas.

Sed longè multò probabiliùs, & in praxi certiſſimè reſpondeo, teneri præfatam fœminam denuntiare Confeſſarium: quamvis non teneatur proprium conſenſum in ſolicitationem inquiſitoribus manifeſtare (imò nec ab his poſſit interrogari) quidquid dicat Freitas *vbi ſupra in nouiſſ. edit. n.* 40. & caſu quo fœmina ipſa vellet ſuum conſenſum Inquiſitoribus manifeſtare, non debet ſcribi in actis, tanquam res non ſpectans ad Tribunal Inquiſitionis. Sic Acuña *q.* 10. *n.* 5. 6. *&* 10. Freitas *ibi, n.* 13. Bonac. *diſp.* 6. *q.* 1. *punct.* 3. *n.* 10. Peyrinus *in priuileg. Minim. tom.* 2. *conſt.* 4. Gregorij XV. §. 3. *n.* 11. *&* 22. Sanctarell. *tract. de hæreſi, & cap.* 44. *dub. vnico, n.* 12. Quos affert, & ſequi videtur Diana 1. *part. tract.* 4. *reſolut.* 9. & clarius *part.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 31. vbi refert quandam epiſtolam Card. Millini directam ad Fredericum Cardinalem Borromeum, Archiep. Mediolan. in qua continetur ita fuiſſe declaratum in quadam Congregatione S.R.V. Inquiſitionis, *die* 25. *Iulij* 1624. Hieronymus Trimarchius *de Confeſſore abutente, diſp.* 4. *ſect.* 1. *n.* 45. *&* 46. vbi ait ſententiam Portel. eſſe improbabilem, & ſecundùm aliquos ſcandaloſam, & contra ius naturale, & contra Bullas Pontificias, & contra decretum editum de mandato S.D.N. Papæ Vrbani VIII. vt habet Peyrinus *loc. cit.* Trullench. *loc. cit. num.* 35. *pag.* 117. & communis.

Ad fundamentum autem oppoſitæ ſententiæ dicendum eſt, quod dato caſu, quod Confeſſarius illo aperiat conſenſum fœminæ in actibus turpibus, non ideò huic graue immineat infamiæ damnum: Quia non eſt fides Confeſſario adhibenda, ſed credendum id facere ad iudicium euadendum, vel ob minuendam, quam timet pœnam.

QVÆSTIO XLIV.

An pœnitens excuſetur ab huiuſmodi denunciatione, ſi ex illa timeat aliquod graue damnum in vita, fama, aut bonis temporalibus?

NEgant Bonac. *diſp.* 5. *cit. punct.* 2. *n.* 6. *& punct.* 3. *num.* 11. Quia exiſtimat, teneri pœnitentem ad denuntiandum Confeſſarium ſolicitantem cum graui incommodo, eo quòd ad id poſſint præcepta humana obligare ratione communitatis, & Religionis. Huic ſententiæ fauet ſatis Freitas *loco ſuprà cit.* & illam nouiſſime tenet D. Ioan. Eſcobar *p.* 2. *q.* 3. *n.* 31. Quia incommoda, quæ ſequuntur ex abuſu Sacramenti Pœnitentiæ in hac materia, præualent incommodis priuatarum perſonarum.

Sed probabiliter reſpondeo, excuſari. Quia præcepta humana non obligant cum nocumento graui. Sic Sanchez *lib.* 4. *de matrim. diſput.* 4. *n.* 9. Acuña *q.* 19. *per totam*, Sancius *diſp.* 11. *n.* 55. *pag. mihi* 89. Sanctarellus *tract. de hæreſi, c.* 9. *n.* 16. Homobonus *de caſib. reſeru. part.* 2. *c.* 1. Peyrin *tom.* 2. *cit. conſt.* 5. Greg. XV. §. 9. *n.* 22. Fagundez *de præcept. Eccleſ. tract.* 2. *lib.* 4. *cap.* 3. *n.* 31. & alij, quos refert, & ſequi videtur Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 7. *& p.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 29. *&* 36. Hurtado *diſp.* 2. *citat. difficult.* 8. *fol. mihi* 229. *pag.* 2. Trullench. *lib.* 2. *in Decalog. c.* 3. *dub.* 18. *n.* 86. vbi docet pœnitentes excuſari à dicta denunciatione ob iuſtum timorem cadentem in virum conſtantem. Per iuſtum autem timorem (ait ipſe) intelligitur metus mortis, vel mutilationis alicuius membri, vel grauis corporis cruciatus, metus ſeruitutis, vel captiuitatis, carceris diuturni, grauis exilij, amiſſionis ſtatus honoris; tum etiam infamiæ, tum iuris, tum etiam facti, cui facilè occurri non poteſt. Item timor amiſſionis bonorum in notabili quantitate, de quibus Sanchez *lib.* 4. *de matrim. diſp.* 4. *&* 5. Et ſufficit vt hic metus ſit, & cadat in virum conſtantem, vt timeatur in propria, vel aliena perſona, conjuncta tamen fœminæ, & quod ſint probabiliter euentura. Vnde iuſtus erit timor, ſi prædicta mala, vel aliquod ex his minentur filiis, aut parentibus ipſius fœminæ, aſcendentibus, & deſcendentibus, conſanguineis, & affinibus, ex copula tamen licita, vſque ad quartum

gradum, Anton. de Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 43. *n.* 58. & 59. Item viro ipſius fœminæ, aut alicui perſonæ ipſi ſolicitatæ arctiſſima amicitia coniunctæ. Sanch. *ſup. diſp.* 4. Qui id extendit ad familiares, & domeſticos, ſi inde grauis iniuria ſequeretur domino, aut aliud ſimile damnum. Igitur ſi aliquod ex his malis probabiliter à fœmina timeatur, non tenebitur denuntiare, modò tamen fidei bonum ex omiſſione denuntiandi non periclitetur. Anton. de Souſa *ſup. n.* 60. Hucvſque Trullench. Quod idem docet Hurtad. *loc. cit. fol.* 300. & alij penes ipſum. Et tenent nouiſſimè, & doctè probat Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *cap.* 8. *reſol.* 45. §. 2. & alij plures, quos ipſe citat. Qui ad argumentum contrariorum reſpondet, quod iniuria illata Sacramento recompenſatur pœnitentia, ſicut iniuria illata Deo: at amiſſio famæ proximi non recuperatur, ad quam conſeruandam habet ius naturale, quod Chriſtus Dominus illi conſeruauit.

QVÆSTIO XLV.

An etiam excuſetur ab obligatione denuntiandi ille, qui ab aliquo ſub ſecreto naturali ſciuit fœminam à tali Confeſſario fuiſſe ſolicitatam?

AFfirmat Fagundez *de præcept. Eccl. tract.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 31. Ex eo, quod huiuſmodi ſecretum ex vna parte non vergat in detrimentum proximi, & ex alia obligatio illius ſit de iure naturæ: denunciatio verò tantùm ſit de iure poſitiuo, & humano: ergo fortius vinculum iuris naturæ præualere debet minus forti. Affirmat etiam Thom. Hurtad. *tom.* 1. *tract.* 4. *c.* 7. *reſol.* 11. & *c.* 8. *reſol.* 27. *n.* 259. vbi id limitat ad caſum quo Sacerdos ſolicitans non ſit emendatus, nec ſit ſpes moralis eius emendationis, quia tunc non excuſatur ab obligatione denuntiandi.

Sed mihi certiſſimè reſpondeo, non excuſari. Quia obſeruari non debet hoc naturale ſecretum, quando eius obſeruatio cedit in damnum commune: ſed non denuntiare ſolicitantem, præcipuè non emendatum, vergit in damnum Sacramenti Pœnitentiæ, & ad illud accedentium, quibus venenum loco medicinæ paratur: ergo. Sic Caſtro Palao *tract.* 4. *cit. t. diſp.* 9. *punct.* 10. *n.* 5. Diana 1. *p. tract.* 4. *reſol.* 24. & 4. *parte, tract.* 5. *reſol.* 32. & Trullench. *dub.* 18. *cit. num.* 90. Qui benè cum Trimarchio *diſp.* 6. *ſect.* 1. & 2. id limitat, caſu quo ſolicitatio manifeſta ſit alicui viro docto, conſilij petendi cauſa. Quia in hoc caſu tenetur ille ſecretum ſeruare, eo quòd aliàs fideles non auderent conſilium petere. Sic ipſe, & ante illum Sancius *diſp.* 11. *num.* 57. *pag. mihi* 90. & Hurtado *diſp.* 2. *cit. diffic.* 7. ſic dicens: Tertiò ob eandem rationem non obligamur edicto, quando ſub ſecreto cauſa exilij, vel conſilij nouimus crimen, vt contra Sotum docent communiter Doctores. Quia oppoſitum eſt rationi, & humano conuictui diſſonum, niſi delatio neceſſaria ſit ad vitandum damnum publicum, aut priuatum ex crimine imminens: quia tunc contra rationem eſſet ſeruare ſecretum, quamvis iuratum. Sic ille.

QVÆSTIO XLVI.

An excuſetur à denunciatione Inquiſitoribus facienda, qui Epiſcopo ſolicitantem detulit?

AFfirmatiuam ſententiam omnino amplectendam eſſe poſt Bullam Gregorij XV. docent Diana 5. *part. tract.* 4. *reſol.* 29. & penes ipſum Sanctarellus *tractat. de hæreſi, cap.* 44. *num.* 11. & 22. Acuña *de Confeſſore ſolicit. quæſt.* 2. *per totam.* Peyrinus *ſuper priuileg. Minim. tom.* 2. *conſtit.* 4. Gregor. XV. §. 6. *n.* 20. & Bonac. *diſp.* 6. *de denunciat. punct.* 4. *num.* 23. Quibus addi poſſunt Souſa *in Aphoriſm. Inquiſit. lib.* 1. *cap.* 34. *num.* 47. & *de ſolicit. tract.* 2. *c.* 1. *num.* 8. & *in addit. n.* 18. & 19. Fagundez *de præc.* 2. *Eccleſ. lib.* 4. *c.* 3. *num.* 31. & *lib.* 6. *in Decalog. c.* 12. *num.* 12. Portel. *in Addit. ad dub. regul. verb ſolicitare, n.* 31. & Trimarchius *de Confeſſore abutente, diſp.* 10. *ſect.* 2. *num.* 13. Quia id clare conſtat ex illis verbis dictæ Bullæ Gregorij, *Maneant obligati denuntiandi ſolicitantes Inquiſitoribus, ſeu locorum Ordinariis prædictis,* &c. Ergo hoc crimen differri poteſt poſt prædictam Bullam vel Inquiſitoribus, vel Ordinariis, ſeu Epiſcopis: ergo ille qui detulit Epiſcopo, non tenebitur deferre Inquiſitoribus, ſi ille acceptet denunciationem.

Sed oppoſitam ſententiam in praxi tenendam eſſe in Hiſpania certiſſimè reſpondeo: Primò, quia in illa, etiam poſt conſtitutionem Gregorianam, hæc eſt praxis fidelium, qui hoc crimen non ad Epiſcopum, ſed ad Inquiſitores deferunt. Secundò, quia in Hiſpania ex priuilegio pontificio nequeunt Epiſcopi abſque Inquiſitoribus, de rebus ad fidem ſpectantibus cognoſcere. Tertiò tandem: Quia Gregorius XV. noluit per ſuam conſtitutionem derogare iuriſdictioni Inquiſitorum Hiſpaniæ, à ſuis Prædeceſſoribus conceſſæ, vt ipſemet Pontifex ſupplicatus declarauit (vt habitum eſt *ſuprà quæſt.* 3.) ſed ante prædictam conſtitutionem non poterant Ordinarij cognoſcere de crimine ſolicitationis: ergo in Hiſpania nec poſt illam: ergo nullo modo excuſabitur Hiſpanus à denunciatione facienda Inquiſitoribus, etiam in caſu quo ſolicitantem Epiſcopo detulerit.

Notanter dixi, *in Hiſpania.* Quia excuſari in aliis ab Hiſpania Regnis, vbi conſtitutio Gregorij XV. omnino, & ſine vlla declaratione recepta eſt, non dubito, cum clarè conſtet ex verbis Bullæ citatis. Sic ſentiunt Caſtr. Palao *tract.* 4. *cit. diſp.* 9. *punct.* 10. *n.* 4. Diana 4. *part. tract.* 9. *reſol.* 52. & Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 1. *dub.* 18. *num.* 93. *pag.* 127.

An autem Epiſcopi, vbi non eſt Inquiſitio Hiſpaniæ, poſſint ſeparatim ab Inquiſitore proferre ſententiam, alij affirmant, alij negant. Omnes probabiliter. Legantur Caſtro Palao *diſp.* 89. *punct.* 3. Diana 4. *part. tract.* 5. *reſolut.* 53. & 54. Trullench. *loco citato.*

QVÆSTIO XLVII.

An excuſetur fœmina ſolicitata à denunciatione facienda, ſi ſciat Confeſſarium iam eſſe ab aliis denunciatum, & punitum?

NEgant Bonac. *tract. de denunciat. diſp.* 6. *punct.* 5. *n.* 14. Diana *p.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 59. & Trullench. *loc. cit. n.* 31. *pag.* 116. exiſtimantes, teneri adhuc ad denuntiandum, eo quòd talis Confeſſarius non cenſeatur ſufficienter punitus, cum grauiores pœnas pro pluribus delictis, quàm pro vno rependere debeat.

Alij verò è contra affirmant, in eo caſu verè excuſari fœminam à denunciatione. Quia putant neminem teneri denuntiare Confeſſarium ſolicitantem, caſu quo hunc emendatum credat: at Confeſſarius ab Inquiſitoribus iam punitus, verè præſumitur emendatus: ergo. Ita tenent Sancius *diſp.* 11. *n.* 52. Peyrinus *loc. cit.* §. 9. *num.* 32. & Freitas ad Acuñam *q.* 3. *n.* 34. Quos retulit, & ſecutus fuit Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 26. vt ipſe 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 21. fatetur. Quibus addi poſſunt Authores pro ſecunda ſententia *quæſt.* 7. citati.

Ego verò, iuxta ibidem dicta reſpondeo dicendum, quod licèt vtraque ſententia ſit probabilis, probabilior

babilior tamen ſit hæc ſecunda, niſi vel caſu quo (vt diximus) aliud de mandato Dominorum Inquiſitorum conſtet, vel caſu quo Confeſſarius poſtquam denuntiandus fuerit, adhuc in ſolicitatione perſeueret, quia in his caſibus proculdubio denuntiandus erit. Legantur Diana *reſol.*21. *citata*, & Thom. Hurtado 1.*part. tract.*4. *cap.*8. *reſol.*48.

QVÆSTIO XLVIII.

An Sacerdos poſſit abſolvere pœnitentem antequam Inquiſitoribus denuntiet Confeſſarium qui ſolicitauit?

NEgat abſolutè Auila *de cenſur. part.*2. *c.*7. *dub.*7. Quia ſic, inquit, præcipitur in Edicto Dominorum Inquiſitorum.

Affirmat verò è contra Sanctarellus *tract.de hæreſi, cap.*9. *dubit. vnica, num.*16. (ex Nauarro teſtante de praxi ſacræ Pœnitentiariæ) docens, ſufficere ſaltem propoſitum firmum denuntiandi ad hoc, vt pœnitens abſoluatur antequam denuntiet. Idem docent Freitas *quæſt.*11.*n.*25. & Ortiz *in ſum. c.*29.*n.*9.*fol.mihi* 219. per hæc verba: [Y aſſi es muy juſto, que cada qual aſſi ſolicitada denuncie, y no la puedan abſoluer, ſi no denuncia, y auiſa al Comiſſario que vbiere de la Inquiſicion. Y aunque por la Bulla ò Iubileo puede ſer abſuelta de la excomunion, que ha incurrida, con tal que vaya à denunciar, y ſatisfacer à la Inquiſicion.] Sic Ortiz.

Sed ego abſolutè reſpondeo, non poſſe illum abſoluere, antequam denuntiet, niſi adſit iuſta cauſa differendi denunciationem: nam tunc optimè poterit Confeſſarius pœnitentem abſolvere antequam dictam denunciationem faciat. Iuſta autem cauſa erit, ſi neceſſitas communionis vrgeat, & Tribunal longè diſtet, & perſona ſit timoratæ conſcientiæ, & promittat, data opportunitate quam quætere tenetur, ſe denunciaturam. Sic Zanardus *in director. Theologorum, part.*1. *præc.*2. *cap.*11. Rodriguez *tom.*2.*cap.*34. *num.*6. Peyrinus §. 9. *cit. num.* 24. Acuña *quæſt.* 21. *num.*9. Diana 1.*p. tract.*4.*reſol.*27. *& part.*4.*tract.*5. *reſol.*35. & Trullench.*loc.cit.n.*94. *&* 95. Videantur etiam Sanch.*lib.*2.*ſum.* c.13. *à n.*17. Sancius *in ſelect. diſp.*11. *num.*62. *&* 63. & alij recentiores.

QVÆSTIO XLIX.

An fœmina, quæ ob negligentiam denuntiandi excommunciationem iam incurrit, poſſit à quocunque Confeſſario virtute Bullæ à dicta excommunicatione abſolvi, ſi denunciationis præceptum adimpleat, aut ſi obligatio denuntiandi omnino ſit extincta?

REſpondeo poſſe. Quia ſatisfacta parte, ab omnibus cenſuris poteſt quis abſolvi virtute Bullæ, à quocunque Confeſſario, & virtute priuilegiorum à mendicantibus: ergo & dicta fœmina ab excommunicatione contracta ob omiſſam denunciationem, ſi præceptum denuntiandi adimplevit, aut ſi obligatio denuntiandi ſit omnino extincta, veluti ſi Confeſſarius ſolicitans mortuus fuit. Sic Trullench. *loco citato, n.*96. & Sancius *loc. cit. num.*64. Qui benè notat, quod in dicto caſu non indigebat fœmina fateri Inquiſitoribus in Confeſſione, aut extra ſe negligentem fuiſſe in delatione, cùm illi ad Confeſſionem faciendam coram ipſis non conſtringant.

QVÆSTIO L.

An Epiſcopus ſolicitans ſit Inquiſitoribus denuntiandus?

AFfirmat Bonacina *tom.*1.*diſp.*6.*punct.*3 *propoſ.*5. *num.*8. §.*ſecundò ſequitur.* Quia verba Gregorij ſunt generaliſſima de quibuſlibet Sacerdotibus.

Sed probabiliùs reſpondeo, negatiuè. Quia Epiſcopus non eſt Inquiſitoribus ſubjectus, vt habetur *in cap. Inquiſitorus, de hæreſi in* 6. & in Trident. *ſeſſ.*24. *cap.*5. *de reformat.* Nomine autem *Epiſcopi*, in præſenti veniunt Epiſcopi titulares. Item Epiſcopi electi à Sede Apoſtolica approbati, etiamſi conſecrati non ſint (non verò ſi ſolùm ſunt electi.) Deinde Nuncij, ſeu Legati Sedis Apoſtolicæ, & eiuſdem officiales. Et ideò nulli horum denuntiandi ſunt Inquiſitoribus, aut Ordinariis. Quia non ſubduntur illis in vllo, etiam grauiſſimo delicto. Sic Molina *tom.*6. *de iuſt. tract.*5. *diſp.*28.*n.*19.*&* 20. Farinacius *de hæreſi q.*186. Decian. *tom.*1. *crimin. lib.*5. *cap.*23. *num.*10. Acuña *quæſt.*15.*n.*5.7.*&* 12. & Freitas *ibi n.*31. Quos omnes citat, & ſequitur Sancius *diſp.*11. *n.*33. 34. *&* 35. Caſtro Palao *diſput.* 9. *cit. punct.*9. *num.*2. & Trullench. *loc.cit.n.*78. Qui notant illos vocari delegatos Sedis Apoſtolicæ, ſeu Miniſtros, aut officiales ipſius, qui nomine Sedis Apoſtolicæ ad negotium eiuſdem Sedis pertinens, tractandum mittuntur, non autem illi, qui ad cauſas particulares inter alios iudicandas, ac dirimendas quotidie à Sede Apoſtolica mittuntur. Hi enim non negotium Sedis Apoſtolicæ, ſed perſonarum particularium, authoritate tamen Sedis Apoſtolicæ agunt.

Secundò hîc nota, quod licèt prædictæ perſonæ, ſcilicet Epiſcopi, &c. Denuntiandi non ſint Inquiſitoribus, vt ab ipſis puniantur, & corrigantur, poſſint tamen Inquiſitores (ſi denunciatio eis fiat) depoſitiones teſtium excipere Apoſtolicæ Sedi remittendas; & ſi timeatur fuga, dictos Epiſcopos detinere, dum ad Sedem Apoſtolicam, vel ad Superiorem legitimum eorum delicta deferantur. Sic Sancius *n.*34. Acuña *q.*12.*n.*9. *&* 10. Caſtro Palao *n.*4. & Trullench.*n.*80. His addi poſſunt Fagundez, quem affert, & ſequitur Thom.Hurtad. *tom.*1. *tract.*4. *cap.*7. *reſol.*14. *n.*146. qui id colligit ex Barboſa *de poteſt. Epiſc. allegat.*112. *num.*5. dicente, quod ſub commiſſione, ſeu delegatione facta procedendi contra quaſcunque perſonas cuiuſcunque dignitatis, & quibuſcunque generalibus verbis concepta, Epiſcopi non comprehenduntur, niſi expreſsè, & ſpecialiter de Epiſcopo facta fuerit mentio. Legatur dictus Pater Hurtad. *reſol.*15. 16. 17. *&* 18.

QVÆSTIO LI.

An Inquiſitor ſolicitans ſit Inquiſitori Generali denuntiandus?

REſpondeo negatiuè, ſi cum Eymerico *lib.* 3. *direct. Inquiſit. quæſt.*30. & Peña *Schol.* 39. affirmemus, prædictos Inquiſitores annumerandos eſſe inter Delegatos Sedis Apoſtolicæ, & eius officiales, vt ex nuper dictis conſtat. Affirmatiuè verò, ſi cum Simanchas dicamus, prædictos Inquiſitores ſolùm eſſe ſubdelegatos, ac Commiſſarios Inquiſitoris Generalis. Quia iuxta hanc ſententiam, non alteri Inquiſitori, ſed Supremo Senatui, vel Inquiſitori Generali, cui omnes ſubduntur, denuntiandi ſunt. Sic tenet cum Molina, & Caſtro Palao, Trullench. *loc. cit. num.*79.*pag.*123.

QVÆSTIO LII.

An huiuſmodi ſolicitationis crimen ſufficienter per teſtimonium duarum fœminarum probetur?

AFfirmant Paramus *de origine Inquiſit. lib.* 3. *q.* 10. *n.* 158. 159. *&* 165. & Cantera *in quæſt. crimin. cap. de vera probatione, num.* 47. Ille duas fœminas ad probationem huius delicti requirens, hic verò ſolum vnam.

Sed probabiliùs reſpondeo negatiuè, cum Sanctarello *tract. de hæreſi, cap.* 44. *dubit. vnica, n.* 6. Peyrino *loc. cit.* §. 8. *n.* 23. Bonac. *tract. de denunciat. diſp.* 6. *punct.* 3. *n.* 36. Sancius *diſp.* 11. *n.* 46. Quos omnes citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 4. *reſol.* 28. *& part.* 4. *tract.* 5. *reſol.* 55.

Quot ergo ſufficient teſtes ad probandum hoc delictum? Reſpondet Ortiz *in ſum. c.* 25 *n.* 11. ſufficere, ac requiri teſtimonium trium fœminarum. Acuña *q.* 23. *n.* 11. teſtimonium fœminarum quatuor. Souſa verò *opuſc. de Confeſſore ſolicit. tract.* 2. *c.* 22. *concl.* 4. *n.* 12. quatuor teſtes adhuc non probare ſufficienter, & plenè hoc delictum exiſtimat.

Mihi autem reſpondendum videtur, omnia hæc remittenda eſſe iudicio Dominorum Inquiſitorum, qui inſpicere debent qualitatem, & mores fœminarum deferentium delictum, ſcrutarique, an Diuinus Spiritus, zelus, non odium, nec quævis alia iniqua cauſa ad denunciandum inducat. Præterea qualitates, & mores Confeſſariorum denuntiatorum, & alia huiuſmodi debent aduertere, vt benè aduertit Sancius *loc. cit. n.* 47. & poſt illum Diana *loc. cit.* & Trullench. *loco citato, num.* 98. Tandem hîc notandum venit id quod docet Acuña *quæſt.* 23 *cit. num.* 9. apud Sancium, & apud Dianam 23. nempe, duarum fœminarum teſtimonium non ſufficere ad capturam Confeſſarij. Legatur Sancius.

QVÆSTIO LIII.

An non ſolum pœnitens ſolicitatus, ſed etiam quiuis alius id ſciens teneatur denuntiare ſolicitantem ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ?

NEgat Homobonus *in Conſult. moral. tom.* 1. *p.* 4. *reſponſ.* 51. docens ſolum pœnitentem ſolicitatum teneri ad denunciationem faciendam.

Sed certiſſimè reſpondeo: vtrumque ad denuntiandum teneri intra ſex dies naturales viginti quatuor horarum: quia id clarè conſtat ex verbis Edicti S. Inquiſitionis, relatis ab Ægidio Trullench, quæ ſic ſe habent: [Y ſo pena de excommunion *latæ ſententiæ, trina Canonica monitione præmiſſa*, mandamos à todos, y qualeſquiera de vos, que ſupieredes, ò vbieredes heco viſto, ò oydo dezir, que alguna perſona aya heco, dicho, tenido, ò aſſirmado algunas coſas de las arriba dicha, y declarada, ò otra qualquiera que ſea contra nueſtra Santa Fè Catholica, y que lo tiene, y predica nueſtra Santa Madre Yglesia Romana, aſſi de viuos, preſentes, como defuntos, ſin comunicarlo con perſona alguna (porque aſſi conuiene.) Vengais, y parezais ante nos perſonalmente, dentro de ſeis dias primeros ſiguientes, deſpues que eſta nueſtra carta fuera leida, y publicada: ò como della parte ſupieredes en manera alguna, con apercebimiento, que os hazemos, que paſſado el dicho termino, lo ſuſodicho no compliendo, demas que aueis incurrido en las dichas penas, y cenſuras, procederemos contra los que rebeldes, è inobedientes fueren, como contra perſonas que malicioſamente callan, y encubren las dichas coſas, y ſienten mal de las coſas de nueſtra ſanta Fè Catholica, y cenſuras de la Yglesia, &c.] Sic Edicti verba. Et ſic Trullench. *loc. cit. n.* 14. & ante ipſum Suarez *de Cenſur. diſp.* 20. *ſect.* 1. *n.* 14. Henriq. *lib.* 12. *cap.* 18. *n.* 6. Acuña *quæſt.* 21. *num.* 4. Sancius *diſp.* 11. *num.* 57. 60. *&* 65. Diana 4. *part. tract.* 5. *reſolut.* 41. & omnes communiter.

QVÆSTIO LIV.

An dies pro termino in Edicto aſſignati, numerari debeant à die, & hora publicationis Edicti?

AFfirmant Paramus *lib.* 3. *q.* 5. & Suarez, quos affert, & ſequitur Hurtado *loc. cit. diffic.* 9.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non à die publicationis, ſed à die immediatè ſequenti, eadem hora numerari debere. Quia hæc eſt praxis, vt affirmat Henriquez *lib.* 3. *c.* 18. *n.* 6. ſic ipſe. Trullench. *loc. cit.* Diana *reſol.* 41. *cit.* vbi (ex Frenas) ſic ait: Quando per Edictum iubentur ſcientes denuntiare intra ſex primos dies, inter eos non numeratur dies primus publicationis. Vnde cùm dies naturalis 24. horarum ſpatio circumſcribatur, incipit terminus à ſequenti die, & hora, quâ edictum in præcedenti promulgatum fuit: ac ſubinde, dum edictum publicatur in Dominica, finitur publicatio ſequenti Dominica in eadem hora. Sic Diana. Imò Abbas, Clauis Regia, & Lazarius addunt, quod ſi vltimus dies termini præfixi incidat in diem feſtum, terminus præfixus differatur in ſequentem diem non feſtum. Quod probabile cenſet Bonacina *diſp.* 6. *cit. punct.* 2. §. 7. vbi noſtram docet ſententiam.

QVÆSTIO LV.

An fœmina ſolicitata ignara Inquiſitionis edicti teneatur denuntiare ſtatim ac ſciuerit?

AFfirmat Sancius *in ſelectis, diſp.* 11. *num.* 59. *pag. mihi* 90. Quem citat, & ſequi videtur Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 26. Quamvis contrarium inſinuet *reſol.* 41.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri denuntiare ſtatim ac ſciuerit, ſed intra dies præſcriptos in edicto. Primò, quia ante illos dies, nullo Inquiſitores obligari ex ſuaui illorum procedendi modo, credi poteſt. Secundò, quia non debet eſſe peioris conditionis ille, qui ignorauit edictum, quàm ille, qui notitiam eius habuit illico ac fuit publicatum: ſed iſte poteſt per ſex dies differre denunciationem (nam ad id præfigitur terminus iſte, vt vſque ad illum, & non vltra, liceat differre delationem:) ergo & ille. Sic Acuña, Suarez, Henriquez, Trullench. *loc. cit.* Fillincius 1. *tom. tract.* 14. *c.* 2. *num.* 42. Sà *verb. denuntiare, n.* 1. *& verb. Excommunicatio num.* 22. Hurtado *diſp.* 2. *cit. diffic.* 10. Bonacina *diſp.* 6. *punct.* 1. §. 7. & alij. Addentes, idem dicendum eſſe de eo, qui poſt publicationem Edicti incipit eſſe ſubditus illius, qui illud tulit, nempe quod terminus aſſignatus incipiat illi à die in quo fit ſubditus.

QVÆSTIO LVI.

An ſaltem fœmina ſolicitata, Edictique conſcia, impedita tamen ad denuntiandum, teneatur denuntiare ſtatim ac commodè poſſit?

AFfirmant Sancius *loc. cit.* & apud ipſum Suarez, & Sà *loc. cit.* Diana 4. *part. tract.* 5. *reſolut.* 26. *&* 41. & alij.

Sed

Sed æquè probabiliter reſpondeo, non teneri denuntiare ſtatim ac commode poſſit, ſed poſſe differre denunciationem per alios ſex dies, ſicut poteſt illa quæ fuit edicti ignara, quia eadem eſt vtriuſque ratio. Sic Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. cap.* 3. *dubit.* 18. *num.* 14. *pag.* 14.

QVÆSTIO LVII.

An teneatur denuntiare ſolicitantem ille, qui à fœminis leuibus, & non fide dignis fuiſſe talem audiuit?

AFfirmat Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 38. Quia in edicto Inquiſitionis abſolutè, & ſine diſtinctione præcipitur, vt ſi quis ſciuerit, vel audiuerit delicta in illo contenta, denuntiet. Cum Diana tenent Thomas à Ieſu, & Octauianus Spatharius, vt ipſe ait.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri. Sic Trullench. *loc. cit. & c.* 2. *dub.* 6. *n.* 23. *pag.* 63. per hæc verba. Denique excuſatur à denuntiando hæreticum ille qui leuiter ſuſpicatur aliquem eſſe hæreticum, vel à leuibus, & parum fide dignis accepit, qui ſe dicunt ab aliis accepiſſe. Ita in hoc caſu Nauar. *lib.* 5. *conſil. tit. de hæret. conſ.* 3. *n.* 1. & generaliter de omni edicto ipſe Nauar. *in Man. cap.* 25. *n.* 47. *& in cap. Inter verba, concluſ.* 6. *coroll.* 66. *n.* 388. 389. 390. *&* 391. Corduba *in ſumma, q.* 64. *caſu* 6. Saytus *in Claui Regia, lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 33. Ratio eſt, quia vt docet Nauarrus *d. conſil.* 3. Edicta quibus iubemur demonſtrare aliqua quæ ſcimus, non ligant eos, qui ſciunt illud per viſum, vel alium ſenſum corporeum, vel per confeſſionem eius, qui facit illud, vel quod habetur pro indubitato, vel quod audiuit ab aliquo fide digno. *Quare* (ait Nauar.) *non puto rectè facturum, qui ob leuem ſuſpicionem, & ob ſigna, quæ facilè fieri poſſunt, denuntiaret aliquem tanti criminis reum. Infertur enim & damnum ſibi ipſi, qui leuitatis notaretur, & reo qui ob id rigidiùs tractaretur, & fortaſſis iniuſtè.* Vnde tacere debet, quia in hoc caſu non cenſetur delictum ſcire. Quo in caſu Corduba *d. caſu* 6. *in fine*, & Henriquez *lib.* 13. *cap.* 18. *num.* 3. *littera Z.* aduertunt, Sanctius eſſe, vt ipſum à quo audiuit, mittat ad Inquiſitorem. Neque expedit reuelare eos, qui dixerunt, ſi fide digni non ſint, vt tenet Leſſius *lib.* 2. *cap.* 30. *dubit.* 6. *num.* 7. Quia reus exponeretur periculo iniuſtæ infamiæ, & pœnæ. Sic Trullench. Et ante illum Rodriquez *tom.* 2. *qq. regul. q.* 6. *art.* 7. Fagundez *de precept.* 2. *Eccleſ. lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 41. Portel. *in Addit. ad dub. regul. verb. ſolicitare, num.* 22. & Hurtado *diſp.* 2. *cit. difficult.* 8. *fol. mihi* 300. *pag.* 1. dicens id eſſe commune.

QVÆSTIO LVIII.

An edictum Inquiſitionis annuale duret per integrum annum?

NEgat in primis Armilla *verb. excommunicat.* 1. *n.* 34. docens, obligationem Edicti finiri finito termino præfixo. Sed hæc ſententia omnino falſa eſt. Quia terminus edicti non præfigitur ad obligationem finiendam, ſed ad finiendam licentiam non denuntiandi peccatum.

Negat deinde Henriquez *lib.* 13. *cap.* 18. *num.* 4. *lit. M.* per hæc verba: At dum Inquiſitor viſitat pro cauſa fauorabili fidei, vt habet maius territorium, ita obligatio denuntiandi longiori tempore durat, ſed nouo præcepto Edicti non intendit obligare pro toto anno, & prudens perpendet, quanto tempore duret noua obligatio, dum promolgat Edictum per præcipuas Parochias. Peña, & Recent. negant obligare pro toto anno. Ita Henriquez, in cuius ſententia fœmina ſolicitata non teneretur denuntiare Confeſſarium ſolicitantem in decimo menſe anni poſt edictum publicatum.

Sed certiſſimè reſpondeo, prædictum Edictum durare (ad minus) per totum ingrum annum. Quia hæc videtur intentio Inquiſitorum, & praxis fidelium, cùm hi in quocunque tempore anni denuntient dicta delicta. Sic Sancius *in ſelectis, diſput.* 11. *n.* 61. *&* 62. Suarez *de fide, diſp.* 25. *ſect.* 4. *n.* 11. Auila *de cenſ.* 2. *part. c.* 5. *dubit.* 5. Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 26. *&* 51. Trullench. *lib.* 1. *in Decalog. c.* 3. *dubit.* 18. *n.* 14. *pag.* 14. Fagundez *de præcept. Eccleſ. præc.* 2. *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 31. & Hurtad. *diſp.* 1. *cit. diff.* 10. dicens, ſententiam Henrici eſſe falſam. Idem docet alter Hurtad. *ex docta Cleric. Regul. Minor. familia, tom.* 1. *tract.* 3. *c.* 8. *reſol.* 47. §. 4. *n.* 587. vbi ait: Quamvis Henriquez dicat, plures recentiores exiſtimare non eſſe perpetuum. Sed quamvis hoc non ſit improbabile, nam annuale eſſe dicit Diana, tamen non ſentio eſſe probabile, quod non duret per integrum annum; quotannis enim renouatur in Quadrageſima.

QVÆSTIO LIX.

An ſi Edictum non publicetur ab Inquiſitoribus, teneatur fœmina ſub pœna excommunicationis denuntiare Confeſſarium ſolicitantem?

NEgat teneri denuntiare ſub pœna excommunicationis, licèt concedat teneri ſub pœna peccati mortalis, Freitas *in nouiſſ. editione, q.* 21. *n.* 44. *&* 58. Cuius ſententiam non carere probabilitate, expreſsè defendit Thom. Hurtad. *loc. cit. n.* 589. vbi ait: Neceſſarium eſſe edictum DD. Inquiſitorum quotannis publicari: quod ſi anno aliquo non publicetur, etſi adſit obligatio naturalis denuntiandi, ſi non denuntietur, non incurritur excommunicatio.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: teneri, etiam ſub pœna excommunicationis. Quia Confeſſarij ſolicitantes ſunt de hæreſi (ſaltem leuiter) ſuſpecti, *vt infrà quæſt.* 62. *&* 63. dicemus: ſed ſic eſt, quod datur præceptum, & perpetuum ſacræ Vniuerſalis Inquiſitionis Romanæ, datum ſub die 3. Ianuarij 1623. de hæreticis, ſeu de hæreſi ſuſpectis iudicialiter propalandis, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ: ergo. Sic Diana 4. *parte, tract.* 6. *reſol.* 3. *&* 41. vbi refert dictum decretum. Et ante ipſum Peyrinus *de priuileg. Minim. tom.* 2. *conſtit.* 9. Pauli V. §. 2. *num.* 27. Trullench. *loc. cit.* & à fortiori omnes, qui docent non ſolùm præceptum iniunctum ab Inquiſitoribus perpetuum eſſe, verùm etiam excommunicationis pœnam, vt ſunt Rodriguez *in addit. ad* §. 9. *num.* 69. & Sancius *loc. cit. num.* 62. *pag. mihi* 91. & innuit Hurtado *difficult.* 10. *cit.* Qui contra Bonacinam §. 9. addit eum, qui hoc crimen non detulit intra ſex dies præfixos, non toties incurrere excommunicationem in edicto impoſitam, quoties poteſt commodè deferre, & non defert. Quia quamvis multoties peccet contra edictum, toties videlicet, quoties moraliter diſcontinuatur omiſſio delationis: excommunicatio tamen ſemel tantùm incurritur, quoties violatio præcepti, ob quam imponitur, eſt materialiter vna, quamvis ob diſcontinuationem aduertentiæ, aut aliud requiſitum ad malitiam peccati, diſcontinuetur moraliter, ſeu in eſſe peccati. Sic Hurtado cum communi.

QVÆSTIO LX.

An fœmina conſcia publicationis edicti, teneatur denuntiare ante impletos ſex dies publicationis, caſu quo ipſa iter agat ante adimpletionem illorum ad oppidum, vbi non eſt opportunitas denuntiandi?

NEgant, teneri talem fœminam præuenire denuntiationem ante impletionem termini deſignati per edictum, eo quòd lex non obliget denuntiare niſi intra illum terminum, ac proinde præuenire denuntiationem (ſicut non tenetur quis præuenire tempus annuæ Confeſſionis, & Communionis, aut recitationis Officij ante terminum determinatum per leges, quamvis ſciat ille, qui non præuenit, reddendum impotentem ad non implendas leges) aliqui recentiores, quorum ſententiam eſſe probabilem, loquendo ex vi præcepti poſitiui, licèt non ex vi naturalis, ſi inde timeretur damnum reipublicæ, ait Sancius *vbi infrà.*

Sed ego certiſſimè reſpondeo, teneri in prædicto caſu denuntiare ante impletum terminum Edicti. Id eſt ante adimpletos ſex dies per edictum aſſignatos. Quia in præfato caſu iam inſtat præceptum, & ligat fœminam ad denuntiandum intra illos ſex; ergo renetur ante adimpletionem illorum, ſi poſtea non poſſit, ad denuntiandum. Sic tenent ipſe Sancius *diſp.* 11. *n.* 60. *pag.* 91. Fagund. Suarez, & Sylvius, quos citat, & ſequitur Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 29. Legantur dicta à nobis *quæſt.* 11. *diſp.* 3. *huius* 5. *tractatu.*

QVÆSTIO LXI.

An Eccleſiaſtici, qui interſunt ſententiis contra Confeſſarios ſolicitantes, teneantur ſub mortali non manifeſtare perſonam delinquentem?

AFfirmant Souſa *de Confeſſ. ſolicit. tract.* 2. *c.* 16. *n.* 8. Quia infamia, inquit, huius criminis, limites Tribunalis Inquiſitionis non excedit. Ergo intra illius limites finiri, & concludi debet.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri ſub mortali non manifeſtare delinquentem vni, vel alteri, maximè Eccleſiaſtico, niſi caſu quo Domini Inquiſitores pœnam excommunicationis imponant interuenientibus, ne perſonam delinquentem aliis manifeſtent, aut declarent. Sic ex Seraphino Freitas Diana 1. *part. tract.* 5. *reſolut.* 44.

QVÆSTIO LXII.

An Confeſſarius, ſolicitans in Confeſſione ad turpia, ſit de hæreſi ſuſpectus?

REſpondeo affirmatiuè. Quia id habetur expreſſè in Bullis Pij IV. Pauli V. & Gregorij XV. Sic Acuña *tract. de ſolicit. q.* 23. *n.* 12. Sanctarellus, & Menochius, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.* 6. *de onere denunt. q.* 6. *punct.* 3. *n.* 28. Diana 4. *part. tract.* 6. *reſol.* 41. & *tract.* 7. *reſol.* 7. Trullench. *loc. cit. dubit.* 18. *num.* 12. & omnes.

QVÆSTIO LXIII.

An Confeſſarius ſolicitans in Confeſſione ad turpia ſit de hæreſi vehementer ſuſpectus?

AFfirmat *in direct. p.* 2. *comm.* 81. Madius *de Sacris Ord. c.* 27. *n.* 6. Anton Genuenſ. *in praxi Archiep. c.* 66. *n.* 2. Aloyſius Bariola *tract. de ſolicit.* & Inquiſitio Romana, vt teſtatur Diana *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo, tantùm eſſe de hæreſi leuiter ſuſpectum. Quia ex ſolicitatione facta non colligitur, nec ferè ſemper, nec vt in plurimum, vt ſolicitantes ſint hæretici. Sic Acuña *q.* 2. *n.* 20. & *q.* 8. *n.* 9. Freitas *ad dictam q.* 2. *n.* 45. Param. *de Orig. Inquiſit. lib.* 3. *q.* 10. *n.* 115. Ioſeph. Seſſe *tom.* 4. *dec.* 449. *n.* 3. & *dec.* 45n. *n.* 9. & *deciſ.* 454. *n.* 6. Souſa *de Confeſſ. ſolicit. tract.* 1. *c.* 5. *n.* 6. & Caſtro Palao *tom.* 1. *tract.* 4. *diſp.* 9. *punct.* 6. *n.* 1. quos omnes citat, & ſequi videtur Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 51. & *tract.* 7. *reſol.* 7. Trullench. *loc. cit. n.* 101. & 102. Pagundez *lib.* 7. *in Decalog. c.* 12. *num.* 25. & 27. & Inquiſitio Hiſpanica.

QVÆSTIO LXIV.

An Confeſſarius ſolicitans debeat abiurare de vehementi?

AFfirmant Authores primæ ſententiæ nuper adducti, & præcipuè Inquiſitio Romana, quæ exiſtimans, Confeſſarios ſolicitantes eſſe vehementer ſuſpectos de hæreſi, illos torquet, & abiurare de vehementi facit.

Sed probabiliùs reſpondeo, ſolùm debere abjurare de leui. Quia probabiliùs eſt, ſupradictos ſolicitantes tantùm eſſe leuiter de hæreſi ſuſpectos: ergo tantùm abjurare de leui debent. Sic tenet praxis Inquiſitionis Hiſpanicæ, vt teſtatur Diana 4. *p. tract.* 5. *reſol.* 52. & *tract.* 7. *reſol.* 7. & ſic tenet ipſe *loc. cit.* & alij Doctores nuper adducti.

Solùm hic pro maiori horum intelligentia volui adnotare cum Torrebl. *lib.* 13. *pract. cap.* 14. Quod abjuratio nihil aliud ſit quàm rei alicuius cum iuramento negatio, & ſic accipitur pro ſolemni hæreſis deteſtatione, *cap. Berengarius, de Conſecrat. diſt.* 2. & *cap. Ad abolendam, de hæreticis.* Vnde abjurare tenetur in primis omnis hæreticus pœnitens, qui ad Eccleſiam redire vult. Item ille, qui de hæreſi eſt vehementer ſuſpectus, etiamſi confeſſus, aut conuictus non ſit. Item credentes receptatores, & fautores hæreticorum. Suſpecti autem vehementer de hæreſi tenentur abjurare hæreſim, quam profeſſi ſunt, vel de qua ſunt ſuſpecti expreſſè, & nominatim, & omnes alios errores fidei Catholicæ contrarios, & eorum auditores, & confiteri Catholicam fidem veram eſſe, confiteri, & proteſtari, ſe in tali fide deceſſuros, & id jurejurando aſſeuerare.

Tandem abjurare de leui tenetur, qui leuiter de fide ſuſpectus eſt: leui autem ſuſpicione laboranti ſolùm indicitur in ſpecie illius criminis, vel hæreſis de qua ſuſpectus eſt. Vnde qui de leui abjurauit, etiā ſi iterum in illam, vel aliam incidat, non eſt vt relapſus puniendus, cum hic nec ex probatione, nec ex iuris fictione reputetur hæreticus. Abjuratio autem tam de vehementi, quàm de leui, ſiue publicè, ſiue priuatim fiat, debet fieri in veſtitu publicæ pœnitentiæ, & per ſcripturā publicam, vel priuatam ſcriptam, vel ſaltem ſubſcriptam manu abjurantis, quæ contineat deteſtationem erroris, & veræ fidei Confeſſionem. Idque debet verbis claris, perſpicuis, ſimplicibus, non conditionatis, aut ambiguis profiteri.

QVÆSTIO LXV.

An Confeſſarius, qui propter ſolicitationem factam de leui abiurauit, remaneat eo ipſo inhabilis ad dignitates Eccleſiaſticas.

NEgant Acuña *quæſt.* 24. *num.* 22. & ibi Freitas *num.* 70. Henriquez *lib.* 12. *cap.* 5c. *n.* 1. *in Gloſſa lit.* K. & Garcia *de benef. tom.* 2. *part.* 11. *cap.* 10. *n.* 87. Ex eo quod nullus ſit textus talem inhabilitatem inducens,

ducens,

ducens, nec illa ex abjuratione de leui contrahatur.

Sed ſub diſtinctione ſic reſpondeo: Si Confeſſarius præfatus non ſit Regularis, nullo modo manet ipſo iure inhabilis ad dignitates Eccleſiaſticas, vt bene probant Authores citati. Si verò Confeſſarius regularis ſit, tunc priuatus manet: Quia ita decreuit S.D.N. Vrbanus VIII. Anno 1626. Vnde niſi per Sanctiſſimum, aut per illuſtriſſimos Inquiſitores ſacræ Congregationis ad dignitates dictas obtinendas nequibit rehabilitari. Sic Bariola, Barboſa, Peyrinus, Tamburinus, quos affert, & ſequitur Diana 4. *part. tract.* 5. *reſol.* 48. *& tract.* 8. *reſol.* 64. Trullench. *loco citato, num.* 103. *pag.* 129.

DISPVTATIO XIV.

De Indulgentiis, & Suffragiis.

QVÆSTIO PRIMA.

An in Eccleſia ſit poteſtas concedendi Indulgentias?

NEGARVNT Vvaldenſes, qui vixerunt circa annum Domini 1070. & poſt illos Vvicleſus, Huſſitæ, Lutherus, Calvinus, & alij noſtri temporis hæretici, vt referunt Bellarminus 3. *tom. lib.* 1. *de Indulgent. c.* 1. Suarez *diſp.* 49. Henriquez *lib.* 7. *de Indulgent.* & alij.

Sed certiſſimè de fide reſpondeo, eſſe in Eccleſia talem poteſtatem. Sic definitum fuit in Concilio Lateranenſi, Viennenſi, Lugdunenſi, & Conſtantienſi, vt refert Granado vbi infra, in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *in Decreto de Indulgentiis*, cuius hæc ſunt verba: *Cum poteſtas concedendi Indulgentias à Chriſto Eccleſiæ conceſſa ſit, atque adeò huiuſmodi poteſtate diuinitus ſibi tradita antiquiſſimis etiam temporibus illa vſa fuerit, & eſt.* Sic Concilium, & ſic omnes Doctores, Bellarminus, Suarez, & Henriquez *loc. cit.* Granados *controuerſ.* 12. *tract.* 1. *diſp.* 3. *per totam*, Lugo *diſp.* 27. *ſect.* 1. Nauarrus *de Indulgentiis*, Bonacina *diſput.* 6. *punct.* 1. & Molfeſius 1. *part. ſumma, tract.* 7. *cap.* 26. *num.* 24. & alij.

QVÆSTIO II.

An conceſſio Indulgentiarum ſit actus poteſtatis Ordinis?

AFfirmant Durandus *in* 4. *diſtinct.* 20. *q.* 5. vbi in concedente Indulgentias omnino exigit Ordinem Sacerdotalem, cui fauet ſatis Molfeſius *loc. cit. num.* 26.

Sed certiſſimè reſpondeo, non eſſe actum Ordinis, ſed iuriſdictionis. Quia, vt conſtat ex vſu Eccleſiæ, Cardinales non Preſbyteri, ex commiſſione Papæ concedunt Indulgentias. Sic S. Thom. *in addit. q.* 25. *art.* 20. *ad* 1. Caietanus *tom.* 1. *opuſc. tract.* 15. *cap.* 20. Sotus *diſt.* 21. *q.* 1. *art.* 4. Corduba *lib.* 5. *q.* 3. *&* 11. Suarez *diſp.* 49. *ſect.* 3. Granados *loc. cit. diſp.* 4. *n.* 2. Lugo *diſp.* 27. *n.* 2. Lublinus *verb. Indulgentia, n.* 2. Addens poſſe etiam laïcum ex commiſſione Pontificis Indulgentias concedere. Trullench. *in expoſit. Bulla, lib.* 1. §. 1. *dubit.* 14. ex Nauar. *de Indulgentiis notabili* 31. *num.* 3. & communis.

QVÆSTIO III.

An Indulgentia ſit actus ſpiritualis Iuriſdictionis, quo peccator liberatur à reata pœna temporalis extra Sacramentum, ex applicatione Theſauri Eccleſiæ, per liberalem Papæ huius ærarij diuini diſpenſatoris condonationem?

REſpondeo affirmatiuè; prædicto namque modo optimè definitur Indulgentia, vt colligitur ex doctrina quam tradunt Henriq. *lib.* 7. *c.* 1. *n.* 2. Toletus *lib.* 6. *cap.* 21. Moure *in examine Theologiæ Moralis part.* 3. *cap.* 7. §. 2. & alij.

At ſi mauis cum Granado, ſic Indulgentiam definire etiam poteris: *Indulgentia eſt pœnæ temporalis peccatis actualibus debitæ relaxatio, ſeu abſolutio extra Sacramentum ex Theſauro Eccleſiæ.* Cum Lugo verò itas *Eſt remiſſio pœnæ temporalis debitæ ob peccata remiſſa quoad culpam, non facta virtute Sacramentorum, vel martyrij, ſed per ſatisfactionem Chriſti Domini, & Sanctorum nobis applicatam ab habente poteſtatem.* Cum aliis tandem aliter valebis Indulgentiam deſcribere. Legantur Lublinus, & Trullench *loc. cit.* Nauarrus *in* §. *In Leuitico*, Viuald. *in ſuo candelabro aureo, de Indulgentiis num.* 2. Bonacina *loc. cit. punct.* 1. *num.* 1. & alij penes ipſos.

QVÆSTIO IV.

An facultas concedendi Indulgentias conceſſa ſit Eccleſiæ Iure Diuino?

REſpondeo affirmatiuè. Sic enim definitum fuit à Trident. *verbis q.* 1. *relatis.* Conceſſa namque fuit hæc poteſtas Eccleſiæ à Chriſto Domino, quando poſt Reſurrectionem dixit Petro *Ioan.* 20. *Paſce oues meas.* Sic Viuald. *loc. cit. n.* 3. Lugo *loc. cit. n.* 2. Granados *loc. cit. diſp.* 3. *à num.* 2. & omnes.

QVÆSTIO V.

An conceſſio Indulgentiæ ſit eſſentialiter mera ſolutio, an verò abſolutio?

AFfirmant, eſſe meram ſolutionem pœnæ debitæ pro peccatis ex Theſauro Eccleſiæ, Durand. *in* 4. *diſt.* 20. *q.* 3. *art.* 2. & Sylveſter *verb. Indulgentia, n.* 3. vbi ſic ex S. Thom. *in diſt.* 2. *q.* 1. *art.* 3. *q.* 1. ait: Iſte qui Indulgentiam ſuſcipit, non abſoluitur ſimpliciter loquendo à debito pœnæ, ſed datur ſibi vnde debitum ſoluat. Eſt ergo Indulgentia Eccleſiaſtica donatio alicuius ſumpti de Theſauro ſpirituali Eccleſiæ, facta peccatori, vt inde ſatisfaciat Deo pœnarum creditori. Sic ille. Et ante illum Paludan. apud Cordub. *lib.* 5. *quæſt.* 2.

Alij verò è contra affirmant, Indulgentiam eſſentialiter in abſolutione, ſeu relaxatione pœnæ debitæ conſiſtere. Sic Caietan. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 15. *cap.* 2. Soto *diſt.* 21. *q.* 1. *art.* 2. Angelus *verb. Indulgentia, n.* 1. vt refert Lugo *vbi infrà.* Torreblanca *lib.* 14. *pract. cap.* 13. *n.* 16. & pœnes ipſum Nauarrus, Ricardus, Petrus Soto, & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, conceſſionem Indulgentiæ reſpectu viuorum in vtroque conſiſtere, nempe in ſolutione ſimul, & abſolutione. Quia Pontifex quando Indulgentiam concedit viuis, non ſolùm ſoluit pro pœna debita, applicando ex Theſauro Eccleſiæ partem ſatisfactionis Chriſti, & Sanctorum ad hunc effectum neceſſariam, verùm etiam vt iudex abſoluit debitorem: ergo eſſentia Indulgentiæ in vtroque conſiſtere debet. Antecedens probatur. Quia Pontifex, cùm Indulgentiam concedit, offert pretium

ex Theſauro pro debito pœnæ, & rurſus ipſemet, nomine Dei, cuius Vicarius eſt, acceptat ſolutionem illam, & virtute illius liberat debitorem: ſoluit ergo quatenus habet Theſauri claues, & abſoluit quatenus eſt Vicarius Dei, cuius nomine acceptat ſolutionem illam. Sic Suarez *diſp.* 49. *ſect.* 3. & 4. Bellarm. *lib.* 2. *de Indulg. c.* 5. Lugo *diſp.* 27. *n.* 4. Qui *n.* 6. benè probat Indulgentiam conceſſam defunctis in ſola ſolutione conſiſtere. Idem ſentiunt in re Granados *tract.* 1. *diſp.* 5. *num.* 4. & apud ipſum etiam Caietanus, & Sotus *loc. cit.* Corduba *loc. cit.* Valentia *punct.* 1. & Henriquez *lib.* 7. *cap.* 1. *num.* 1.

QVÆSTIO VI.

An detur Theſaurus Eccleſiæ, vnde Papa Indulgentias concedat?

NEgant in primis Lutherus, apud Ruffenſem *art.* 17. & alij Hæretici; necnon ex Catholicis Franciſcus de Mayronis *in* 4. *diſt.* 19. *q.* 2. Nam licet iſte Author concedat in Eccleſia poteſtatem concedendi Indulgentias, negat tamen earum fundamentum eſſe Theſaurum Eccleſiæ. Eandem ſententiam innuere Tapper. *art.* 6. ait Henriq. *lib.* 7. *cap.* 2. *n.* 1. *littera H.*

Sed certiſſimè de fide reſpondeo: eſſe, & extare in Eccleſia Theſaurum, vnde Papa Indulgentias concedere valeat, & de facto concedat. Sic habetur *in Extrauag. vnigenitus, de pœnitent. & remiſſ.* & definiuit Leo X. in Bulla ad Caietan. quam refert idem Caietanus 3. *p. q.* 48. *art.* 5. & docent omnes Catholici. S. Th. *q.* 25. *art.* 1. Caiet. *loc. cit.* & *tom.* 1. *opuſc. tract.* 16. *q.* 1. dicens: rem hanc non eſſe vertendam in dubium. Corduba *lib.* 5. *q.* 5. dicens: Probabilius ſibi videri, contrariam doctrinam eſſe hæreticam. Suarez *diſp.* 51. *ſect.* 1. Affirmans, contrarium eſſe hæreticum. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 2. *littera M.* Granados *tract.* 1. *diſput.* 2. *num.* 18. Lugo *diſp.* 27. *num.* 33. & Bonac. *diſp.* 6. *punct.* 1. *n.* 5. & Henriquez *loc. cit.* & *lit. M.* vocans oppoſitum hæreſim.

QVÆSTIO VII.

An vnicus ſit Theſaurus Eccleſiæ, ex quo Papa Indulgentias concedat?

NEgant Fabius Incarnatus *in ſuo Sacramento Sacerdotali, tract.* 5. *ſecundæ partis, pag. mihi* 529. vbi ait, quatuor eſſe Theſauros Eccleſiæ, vnde dimanant Indulgentiæ. *Primus*, qui reconditus ex ſuperabundanti merito Paſſionis Chriſti. *Secundus*, ex meritis Dei Genitricis Mariæ. *Tertius*, ex meritis Ioannis Baptiſtæ, & Sanctorum Apoſtolorum, & omnium Martyrum. *Et Quartus*, ex meritis Sanctorum Confeſſorum, Virginum, & omnium electorum. Vnde non benè refert hunc Authorem Vivald. dicens: Tres diuerſos facere Theſauros, cùm is etiam quartū addat.

Sed certiſſimè reſpondeo, vnicum duntaxat eſſe Eccleſiæ noſtræ Theſaurum. Quia ſic clarè colligitur *ex Extrauag. Vnigenitus, cit.* & tenent communiter DD. præcipuè Vivald. *de Indulg. n.* 4. *pag. mihi* 141. & apud ipſum S. Thom. Nauar. & Sylveſter, Moure 3. *part. ſum. cap.* 7. §. 1. *n.* 3. & alij ſtatim *citandi.*

QVÆSTIO VIII.

An Theſaurus Eccleſiæ ſolùm ex meritis, & ſatisfactionibus Chriſti Domini coaduneτur?

AFfirmant Durandus *in* 4. *diſt.* 20. *q.* 3. pro qua parte refert etiam Vivald. *loc. cit.* Angelum *verb. Indulgentia, n.* 9. & Franciſcum Mayronis. Sed malè profectò, vt ex dictis nuper conſtat. Vnde,

Certiſſimè reſpondeo, non ſolùm ex meritis Chriſti Domini, verùm etiam ex ſatisfactionibus ſuperabundantibus eius Genitricis, & aliorum Sanctorum defunctorum, & Iuſtorum Viuentium, Theſaurum Eccleſiæ conſtare. Sic habetur *in Extrauag. cit.* iſtis verbis: *Ad cuius quidem Theſauri cumulum Beatæ Dei Genitricis, & omnium electorum, à primo Iuſto vſque ad vltimum merita adminicula præſtare noſcuntur.* Et ratio eſt. Quia non ſolùm Chriſtus Dominus, verùm etiam alij quamplures Sancti habuerunt plurimas ſatisfactiones, quibus ipſi tunc non indigebant, eo quòd vel nunquam peccauerint, vt Beatiſſima Virgo; aut ſi peccarunt, maior fuit ſatisfactio, quàm debitum: ergo cùm Deus nullum meritum condignum abſque præmio relinquat, & illis operibus, vt ſatisfactoriis nullus effectus correſpondiſſet, congruentiſſima illa opera in Theſauro ſuæ memoriæ reliquit, vt ſaltem in aliis indigentibus aliquando effectum poſſent habere, cuius Theſauri claues, & diſpenſationem Summo Pontifici commiſit. Sic omnes Doctores ſupra citati. Henriquez, Suarez, Bellarm. Vivaldus, Nauarrus, Bonacina, Granados, Lugo, & alij *loc. cit.* Molfeſ. *num.* 45. Maldonatus *q.* 2. *de Indulgentiis.* Ægidius *diſput.* 12. *à num.* 2. Torreblanca *lib.* 14. *cit. cap.* 13. *à num.* 21. Candidus *diſquiſit.* 14. *art.* 69. *num.* 28. & communis.

QVÆSTIO IX.

An in lege antiqua fuerit Theſaurus ex ſatisfactionibus ſuperfluis electorum conſtans?

REſpondeo, fuiſſe (vt indicauit Clemens VI. *in Extrauag. cit.* verbis nuper relatis) non tamen apertum, ſed clauſum. Quia tunc non fuit data poteſtas alicui homini aperiendi dictum Theſaurum, & illum diſtribuendi, ſicut poſtea fuit data Petro, & eius ſucceſſoribus. Vnde modò iam diſpenſatur Theſaurus etiam prout conſtat ex ſatisfactionibus ſuperabundantibus antiquorum Patrum, vt Iuſti Abel, Patientis Iob, Ioannis Baptiſtæ ab vtero matris Sancti, & aliorum electorum, qui ante Chriſtum Dominum floruerunt. Sic Alex. 4. *p. q.* 23. *n.* 2. *ad* 3. Corduba *lib.* 5. *q.* 7. Suarez *diſp.* 51. *ſect.* 2. *n.* 19. Henriq. *lib.* 7. *c.* 2. *n.* 4. & *c.* 3. *n.* 2. Quos omnes citat, & ſequitur Granados *tract.* 1. *cit. diſp.* 2. *num.* 40. *pag.* 1428. Bonac. *diſp.* 6. *punct.* 1. *n.* 6. Nuñus *quæſt.* 25. *art.* 1. *concl.* 2. Lugo *diſp.* 27. *num.* 26. & omnes.

QVÆSTIO X.

An in Theſauro Eccleſiæ reponantur ſatisfactiones ſuperfluæ, etiam iuſtorum reproborum?

AFfirmant Viguerius *cap.* 16. §. 4. *verſ.* 9. Fauſtus *lib.* 2. *de Indulgent. in communi, q.* 10. & Henriquez *lib.* 4. *de pœnit. cap.* 16. *num.* 4. & *lib.* 7. *de Indulg. cap.* 2. *num.* 3. quos citat, & ſequitur Candidus *diſquiſit.* 24. *art.* 69. *n.* 26. & 27. *pag.* 199. vbi ſic ait: Merita, & opera ſatisfactoria iuſtorum, quæ ſemel in Theſauro Eccleſiæ ſunt recondita, deperdi non poſſunt, ſed ibi ſemper permanent; quamvis ille qui fecit ea, ruat poſtea in peccatum mortale, & cum eo ex hac vita diſcedat. Ex quo infertur, etiam opera ſatisfactoria eorum, qui ſunt in inferno, in theſauro Eccleſiæ conſeruari, dummodo illa in gratia ſint facta. Sic Candidus omnino ex Henriquez *cap.* 2. *cit.* qui & citat Adrianum 4. *de clauibus, quæſt. de Indulg. poſt* 3. & omnes Magiſtros in publico actu Salmant. contra Sotum.

Sed

Sed multò probabiliùs reſpondeo, reponi in theſauro Eccleſiæ ſatisfactiones, etiam reproborum iuſtorum, dum ſunt in hac vita; deleri tamen omnino poſt eorum mortem. Sic Lugo *diſp.*27.*n.*47.*pag.*610. vbi ſic dicit: Poſt eorum mortem non manent in theſauro ſatisfactiones reproborum: dum autem ſunt in hac vita, vtorumque ſatisfactiones (*hoc eſt electorum, prædeſtinatorum, & reproborum iuſtorum*) ſunt in Theſauro, quamdiu ſunt in ſtatu gratiæ; neutrorum dum ſunt in peccato, etiamſi fuerint poſitæ in ſtatu gratiæ. Ratio eſt, quia ſatisfactiones imitantur merita: quare ſicut merita iuſti poſtea per peccatum mortificantur, ſic etiam ſatisfactiones; & ſicut merita per pœnitentiam reuiuiſcunt, ſic & ſatisfactiones. Vnde quando homo moritur in peccato, omnes eius ſatisfactiones, ſicut & merita, penitus delentur, nec ſunt ampliùs in Theſauro, quomodo enim nunc Deus condonaret alicui pœnam intuitu ſatisfactionis, quam Iudas habuit, dum erat in gratia? nonne hoc eſſet aliquo modo retribuere præmium, & remunerare opera Iudæ? cum tamen ipſe modò non ſit in ſtatu, quo præmium, vel remunerationem condignam aliquam poſſit recipere, quia omnem dignitatem per peccatum, & condemnationem perdidit. Hucuſque Lugo, omnino contra Candidum, licèt ipſum nullo modo (imò nec alium Authorem) pro contraria parte citet.

QVÆSTIO XI.

An Pontifex aliunde quàm ex theſauro prædicto concedere Indulgentias poſſit?

AFfirmant Mayro *in* 4.*diſt.*19.*quæſt.*2. & Medina *de Indulgentiis diſp.*8. *c.*40. 41. & 42. docentes poſſe Pontificem remittere, etiam immediatè, pœnam debitam peccatis remiſſis, abſque vlla compenſatione, & applicatione theſauri Chriſti, & Sanctorum, ſed omnino gratis; & ita validè poſſe Papam pro ſua voluntate abſolvere omnes fideles viventes ab omni pœna (quamvis peccaret abſque idonea cauſa ſic indulgens) conſequenter putant.

Sed certiſſimè reſpondeo, non poſſe aliunde quàm de theſauro Eccleſiæ Indulgentias concedere, hoc eſt remiſſionem pœnæ debitæ. Quia ſolus Chriſtus Dominus retinet poteſtatem excellentiæ, vt pro voluntate ſua poſſit ſine Sacramento, & Indulgentia remittere gratis culpas, & pœnas. Qui tamen non remiſit Petro, Magdalenæ, & Latroni ſine applicatione ſatisfactionis eiuſdemmet Chriſti. Sic Henriquez *lib.*7. *c.*4. *n.*2. Lugo *diſp.*27.*n.*49.*pag.*611. dicens: Oppoſitam ſententiam eſſe contra communem Theologorum, Granados *controu.*12.*tract.*1.*diſp.*5.*n.*11. Suarez *diſp.*51.*ſect.*3.*num.*14. & communis.

QVÆSTIO XII.

An quoties de facto Indulgentia conceditur, toties diſpenſetur theſaurus, etiam prout continet ſatisfactiones Sanctorum?

NEgat Suarez *loc.cit.n.*17.*pag.mihi* 1095. Quatenus docet, id omnino pendere ex voluntate concedentis Indulgentiam, eùm optimè poſſit concedere illam vel ex ſolis ſatisfactionibus Chriſti, vel ex ſolis ſatisfactionibus Sanctorum.

Sed probabiliùs reſpondeo, regulariter loquendo, etiam prout continet ſatisfactiones Sanctorum, diſpenſari. Quia aliter fieri non dependet ex voluntate Pontificis concedentis Indulgentiam, ſed ex voluntate Dei: Nam licèt Pontifici data ſit diſpenſatio theſauri abſolutè, & ſine limitatione ad hanc, vel illam ſatisfactionem, non tamen videtur data diſtributio ita libera, vt poſſit nunc ex hac parte theſauri concedere, nunc ex illa, alioquin etiam poſſet nunc ex ſatisfactione S.Franciſci concedere Indulgentias, nunc ex ſatisfactione S. Antonij. Et ſic de aliis, quam facultatem nunquam in ſe agnouerunt Pontifices, nec expedire videbatur eius conceſſio, cùm eis ſufficeret facultas diſtribuendi ex theſauro, Deo approbante, & ſumente partem, quam vult. Sic optimè Lugo *loc. cit. n.*54.*pag.*612. & ante illum Granados *tract.*1.*citato, diſp.*2. *num.* 38. *pag.*1427.

QVÆSTIO XIII.

An Theſaurus Eccleſiæ, etiam prout continet ſatisfactiones Sanctorum, poſſit aliter quàm per Indulgentias diſpenſari?

AFfirmat apud Suarez Marſilius *in* 4. *quæſt.*12. docens, non ſolùm per indulgentias, ſed etiam per abſolutionem ſacramentalem de facto diſtribui, & diſpenſari.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, nullo modo poſſe diſpenſari theſaurum, prout continet ſatisfactiones Sanctorum, niſi per Indulgentias, bene tamen prout continet ſatisfactiones Chriſti Domini, quia ſic etiam per Sacramenta diſpenſatur, imò etiam extra Sacramenta, quoties extra illa remittitur aliqua culpa, vel etiam pœna, abſque condigna ſatisfactione. Sic Suarez *diſp.*51.*ſect.*4. Lugo *diſp.*27. *n.*56. & ante illos D.Thom. 3.*p.* *q.*48. *art.*5. *ad* 3. Caiet. *ibidem.* Henriq. *lib.*7. *c.*2. *n.*5. *lit. E.* Candidus *diſquiſit.*24. *art.*69. *num.*32. & communis.

QVÆSTIO XIV.

An Papa poſſit pro tota Eccleſia Indulgentias concedere?

REſpondeo poſſe. Et iure Diuino. Quia Petro, & eius ſucceſſoribus dixit Chriſtus Dominus, Matthæi 16. *Quodcunque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in Cœlis.* Et Ioan. 20. *Paſce oues meas.* Sic omnes DD. Ex Concil. Lateran. & habetur *in c. cum ex eo, & cap.noſtro,de pænit.& remiſ.* Legantur Suar.*diſp.*49. *ſect.*1.& *diſp.*55.*ſect.*1. Molfeſ *tract.*7.*c.*26.*n.*24.& 25. & alij recentiores, quos ſectantur Lugo *de pænit. diſp.*27.*ſect.*8, & Mendo *in Bull.Cruc.diſp.*6.*c.*1.*n.*17.

QVÆSTIO XV.

An etiam Concilium Generale poſſit Iure Diuino Indulgentias concedere?

AFfirmant Scotus *diſt.* 21. *quæſt.* 1. *art.*4. *concl.* 1. Nauar. §.*in Leuitico, notabili* 31. *n.*2. Valentia *q.*20. *punct.* 3. Henriq. *lib.*7.*c.*31.*num.*3. vbi ſic ait: Concilium Generale, dum ſine authoritate Papæ congregatur legitimè (vt tempore ſchiſmatis) habet à Chriſto poteſtatem ligandi per excommunicationem, & ſolvendi per Indulgentias. Sic ille, & ſic etiam Corduba *lib.* 5.*q.*12. *propoſit.*8. cum Panormitano, & Felino: ita etiam Ioannes de la Cruz *in Summa, q.*8. *de pænit. dub.*2. *concl.* 1. vbi ait: Quod qui concedere debet Indulgentias, debet eſſe Papa, aut Concilium Generale pro tota Eccleſia, & Epiſcopus pro ſua Diœceſi. Solis enim iſtis, inquit, datur à Deo poſſe diſpenſare Theſaurum Indulgentiarum. Sic ille. Et Torreblanca *loc.cit. num.*40.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe Iure Diuino, imò neque humano. Non Diuino: quia ſoli Petro dixit Chriſtus: *Quodcunque ſolveris ſuper terram.* Neque humano, quia nullibi reperitur, talem poteſtatem

faiſſe

ſuiſſe conceſſam Concilio ab aliquo Summo Pontifice: ergo ex nullo iure poteſt. Sic Bellarm. *lib.1. de Indulgentiis, c.11. dub.1.* Suar. *diſp.55. ſect.1.* Qui pro hac parte refert D.Thom. D.Bonauent. Durand. Paludan. Ricard. & Alenſ. Granad. *tract.4. diſp.1. n.3. & 4.* Lugo *diſp.27. n.132.* & alij, quos ſequitur Mendo *loc. cit.*

QVÆSTIO XVI.

An ſaltem Epiſcopi poſſint Iure Diuino concedere Indulgentias ſuis ſubditis?

AFfirmant Sotus *diſt.21. q.1. art.4.* Corduba *q.12. propoſit.2.* Valentia *punct.3.* Medina *lib. de Indulgent. diſp.5. & 6. c.27. & 30.* P.Sotus *lect.3. de Indulgent.* Ioan. de la Cruz *loc. cit.* Palud. Ledeſma, & alij apud Henriq. vbi infra. Et in hanc partem videtur inclinare Mulfeſ. *tract.7. cap.26. num.30.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe Iure Diuino. Quia Chriſtus ſolùm Petro, & eius ſucceſſoribus dedit Theſauri claues. Deinde quia ſi Epiſcopi à Chriſto Domino haberent concedendi Indulgentias poteſtatem, non potuiſſent Summi Pontifices ita illam limitare, vt ferè totam eis adimerent, vt de facto fecerunt: ergo. Sic Suarez *diſp.55. ſect.2.* & apud illum D.Thom. Palud. Durand Ricard. & alij. Henriq. *lib.7. cap.31. n.3.* Bellarm. *loc. cit.* Granados *loc. cit. diſp.2. num.2.* Lugo *loc. cit.* Bonac. *diſp.6. quaſt.1. punct.1. num.1. & 2.* Qui citat pro hac parte Nuñum, Ægid. & Toletum.

QVÆSTIO XVII.

An Epiſcopi iure ordinario humano poſſint Indulgentias concedere?

NEgant aliqui, quos referunt Palud. *loc. cit.* & Suarez *loc. cit. ſect.3.* exiſtimantes ſolum Papam poſſe concedere Indulgentias, neminemque alium præter ipſum ad hue recipere poteſtatem.

Sed certiſſimè reſpondeo, poſſe iure ordinario humano. Quia id conſtat ex *cap. cum ex eo, de pœnit. & remiſſ.* & docent Suarez, Henriquez, Bellarm. Granad. Bonacina, Lugo, Torreblanca, & alij *loc. cit.*

QVÆSTIO XVIII.

An poteſtas conceſſa Epiſcopis ad Indulgentias concedendas, ſit cum limitatione conceſſa?

REſpondeo affirmatiuè. Solùm enim habent de facto facultatem concedendi indulgentiam quadraginta dierum, & in ipſa dedicatione Eccleſiæ vnius anni. Sic habetur *in c. cum ex eo, cit. & in cap. noſtro, & in cap. Quod autem, eo tit.* vbi notatur, non poſſe Epiſcopos has adhuc indulgentias concedere, niſi ſubditis. Sic DD. *nuper cit.* & communis.

QVÆSTIO XIX.

An ſi Epiſcopus plures dies Indulgentiæ vltra ſibi præſcriptos concedat, non ſolùm peccet, ſed etiam ſit nulla conceſſio?

NEgarunt aliqui Canoniſtæ cum Gloſſa in dicto *cap cum ex eo, verſ. à pluribus,* vt referunt Nauar. *de Indulg. notabili 31. n.16.* Suarez *diſp.55. ſect.3. n.11.* & alij.

Sed iam certiſſimè reſpondeo, non ſolùm peccare, verùm etiam nullam eſſe conceſſionem. Quia ſic colligitur *ex cap. noſtro, & ex cap. cum ex eo, cit.* & conſtat ex declaratione Bonifacij VIII. *in cap. vltimo, de pœn. & remiſſ. in 6.* & tenent omnes Theologi, Nauar. & Suarez *loc. cit.* Reginald. Riccius, & Nuñus, quos citat, & ſequitur Bonac. *diſp.6. q.1. punct.3. num.3.* Granad. *tract.4. diſp.2. n.5.* Lugo *n.134.* & alij.

QVÆSTIO XX.

An ſi Epiſcopus concedat ſexaginta dies (v.g.) Indulgentiæ, valeat ad minus conceſſio vſque ad quadraginta?

NEgant adhuc valere, Supplem. Gabrielis *in 4. diſt.45. q.3. art.2.* Geminianus, & Calderinus *in cap. vltimo, de pœnit. & remiſſ.* apud Suarez *loc. cit.* & Ioannes Monachus *ibidem,* vt refert Nauar. *loc. cit.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, valere. Quia vtile per inutile non vitiatur, *regula iuris in 6.* ſic communiter Doctores, Archidiac. Ioan. Andreas, Abbas & alij, quos citant, & ſequuntur Nauar. & Suarez *loc. cit.* Bonacina etiam, Granados, Mulfeſ. Torreblanca, Lugo *loc. cit.* & alij, quos ſequitur Mendo *in Bull. diſp.6. cap.1. num.19.*

QVÆSTIO XXI.

An Epiſcopi poſſint concedere Indulgentias pro defunctis?

AFfirmat Supplem. Gabrielis *in 4. diſt.45. quaſt.3. art.2. propoſit.6.* vbi contendit, D.Thomam, & Paludan. eſſe huius ſententiæ. Fauet aliqualiter Corduba *in veteri impreſſ. quaſt.13.* quatenus ait, attendendam eſſe praxim, & poſtea refert Silicetum Archiep. Toletanum anno 1551. conceſſiſſe Bullam pro defunctis.

Sed certiſſimè reſpondeo, non poſſe, niſi ex expreſſa, & ſpeciali commiſſione Papæ, quia nullo iure conceditur eis. Sic Nauar. *de Indulg. notab.22. n.4.* dicens, eſſe ſententiam omnium, præſertim Innoc. IV. & Cardinalis, Corduba, & Medina, & alij, quos citat, & ſequitur Suarez *diſp.55. ſect.3. n.5.* Bonacina, Granados, Lugo *loc. cit.* Henriquez *lib.7. c.32. num.2.* Sà *verb. Indulgentia, n.18.* & alij apud ipſos.

QVÆSTIO XXII.

An Epiſcopus non conſecratus poſſit Indulgentias concedere?

REſpondeo poſſe. Sufficit enim, quod ſit electus, & confirmatus. Quia actus concedendi indulgentias non eſt actus ordinis, ſed iuriſdictionis. Vnde etiam illas poterit concedere in ſtatu peccati, non tamen ſi ſit excommunicatus, denuntiatus, ſeu vitandus; nec carens iuriſdictione, ſeu ſubditis, etiamſi ſit conſecratus. Sic Bonac. *diſput.6. q.1. punct.3. n.6. 7. & 8.* & apud ipſum Graffius. Henriquez, Suarez, Valentia, Sà, Reginald. Corduba, & Nuñus, Lugo *diſp.27. num.135.* & communis.

QVÆSTIO XXIII.

An Vicarius Generalis Epiſcopi, & Capitulum, Sede vacante, poſſint Indulgentias concedere?

AFfirmant loquendo ſaltem de Capitulo, Zerola *in praxi Epiſcop. verb. Indulgentia, num.2. pag. mihi 440.* & apud ipſum Sylveſter *verb. Capitulum, n.10.* & Selva *de benef. 2. part. q.11. n.4.* ita etiam Lazarius apud Bonacinam *vbi infrà.*

Sed multò probabiliùs reſpondeo, non poſſe. Abſ-

que

que ſpeciali facultate Summi Pontificis. Quia illis non competit abſolutè dignitas Epiſcopalis, cui facultas concedendi Indulgentias reſeruata eſt. Et idem dicendum eſt de Abbatibus etiam iuriſdictionem quaſi Epiſcopalem habentibus, & de Generalibus, & aliis Prælatis Religionum (quidquid dicat Medina, poſſe ſcilicet indulgentias concedere, ratione dignitatis) niſi aliàs id habeant ex priuilegio ſui ordinis, vt poſſint concedere indulgentias ſuis ſubditis. Sic Nauarrus *de Indulg. notab.* 31. *n.* 6. Suarez *diſp.* 55. *ſect.* 4. *n.* 4. & 5. Bonacina, Nuñus, Lugo, & Granado *loc. cit.* Henriq. *lib.* 7. *c.* 31. *num.* 4. vbi *lit. N.* citat pro hac parte Selvam loco eodem quo à Zerola pro contraria citatur. Bonae. *diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 3. *num.* 23. Sotus, Ledeſma, Corduba, Armilla, & alij apud ipſos. Et communis, penes Molfeſ. *loc. cit. n.* 31. & *ſeqq.* & Mendo *loc. cit. num.* 18.

QVÆSTIO XXIV.

An Epiſcopus poſſit delegare ſuo Vicario facultatem hanc concedendi Indulgentias?

NEgat Antonius Roſell. *tract. de Indulg. num.* 391. Quia exiſtimat, non poſſe delegare hanc facultatem Sacerdoti ſimplici, eo quòd ſit iuriſdictio annexa dignitati Epiſcopali.

Sed veriſſimè reſpondeo: poſſe, & non ſolùm ſuo Vicario, verùm etiam cuicunque Sacerdoti, ſeu Clerico. Quia facultas quæ alicui iure ordinario competit, poteſt aliis delegari. Sic Henriq. & Nauar. *loc. cit.* Bonae. *loc. cit. n.* 11. & apud ipſum Sà, Reginald. Valentia, Corduba, & Nuños, Suarez *diſp.* 55. *ſect.* 6. *n.* 5. ſic dicens: Vnde cenſeo, poſſe Epiſcopum poteſtatem hanc delegare Vicario ſuo, etiamſi Sacerdos non ſit, dummodo ſit Clericus, quia ille eſt capax, & aliunde nulla inuenitur iuris prohibitio. Sic ille. Et communis, quam tenet nouiſſimè Mendo *loc. cit. n.* 18.

QVÆSTIO XXV.

An Summus Pontifex poſſit de plenitudine ſuæ poteſtatis delegare laico poteſtatem concedendi Indulgentias?

NEgare videtur Molfeſ. *tract.* 7. *c.* 26. *n.* 26. quatenus neceſſariò requirit in concedente indulgentias poteſtatem ordinis.

Sed probabiliùs longè reſpondeo, poſſe. Quia actus concedendi Indulgentias eſt iuriſdictionis, non ordinis actus: at laïcus eſt capax iuriſdictionis: ergo. Sic Suarez *diſp.* 55. *ſect.* 6 *n.* 3. & *ſeq.* Nuñus, & Reginald. quos refert, & ſequitur Bonae. *loc. cit. num.* 13. Granados *tract.* 4. *diſp* 4. *n.* 2. & alij. Qui ſecus dicendum de Epiſcopo putant, quia cùm hic nequeat in iure communi diſpenſare, nequibit etiam laïco huiuſmodi poteſtatem demandare.

QVÆSTIO XXVI.

An Confeſſor in foro Confeſſionis poſſit Indulgentias concedere?

AFfirmant poſſe (dicendo ſcilicet pœnitenti, in impoſitione pœnitentiæ, *diſpenſo tecum ſuper reſiduo pœnitentiæ, ſi maior eſſet tibi imponenda.*) Sylveſt. *verb. Indulgentia*, *n.* 11. Roſella, & Angel. *num.* 5. Armilla *n.* 3. Cardinal. Abbas, Innocent. IV. Bernard. Arehid. Maſil. & Caſtro, quos refert, & ex parte ſequitur Viuald. *de Indulg. num.* 6. & 7. *pag.* 142.

Sed veriſſimè reſpondeo, nullo modo poſſe. Quia poteſtas concedendi Indulgentias non eſt adſtricta muneri Sacerdotali, aut Confeſſariorum, vt conſtat. Sic S. Thom. quem refert, & ſequitur Nauar. *notab.* 31. *n.* 7. Suarez *diſp.* 55. *ſect.* 4. *n.* 7. vbi vocat ſententiam contrariam improbabilem. Granados *controuerſ.* 12. *tract.* 4. *diſp.* 3. *num.* 2. & communis.

QVÆSTIO XXVII.

An requiratur aliqua pia cauſa, vt licitè concedat Pontifex Indulgentias?

REſpondeo, requiri. Quia Indulgentia eſt diſpenſatio, ſeu applicatio Theſauri Eccleſiæ fidelibus: at omnis diſpenſatio debet fieri cum cauſa legitima: ergo. Sic omnes Theologi, vt teſtantur Granados *tract.* 3. *diſp.* 1. *n.* 2. Lugo *diſp.* 27. *n.* 138. Bonacina *diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 4. *n.* 1. Suarez *diſp* 57. *ſect.* 1. & Molfeſ. *num.* 47. Maldonatus *quæſt.* 4. *de Indulgentiis*, & alij, quos nouiſſimè ſequitur Mendo *in Bull. diſput.* 6. *cap.* 1. *à num.* 22.

QVÆSTIO XXVIII.

An requiratur cauſa pia, non ſolùm vt qui concedit Indulgentias non peccet, ſed etiam vt conceſſio valida, & rata ſit?

NEgauerunt aliqui, quos ſuppreſſo nomine, refert Palud. *in* 4. *diſt.* 12. Quorum ſententiam nonnulli tribuunt Maiori, ſed falsò profectò, cum ipſe etiam *diſt.* 12. *q.* 2. illam ſententiam refutat, & falſam eſſe affirmet, vt bene notat Suarez.

Certiſſimè ergo reſpondeo, requiri piam cauſam, etiam ad valorem, & ſubſtantiam Indulgentiæ. Quia Papa non eſt Dominus theſauri, ſed diſpenſator: at diſpenſator non poteſt diſpenſare ſine cauſa de rebus Domini: ergo. Confirmatur, quia aliàs poſſet vno verbo liberare omnes animas Purgatorij ſingulis diebus: quæ poteſtas non videtur credibilis: ergo. Sic Suarez *diſp* 54. *ſect.* 2. *num.* 2. dicens, eſſe ſententiam omnium Doctorum, tam Theologorum, quam Canoniſtarum. Bonacina, Granados, & Lugo *loc. cit.* Ægidius *diſp.* 12. *num.* 30. Reginaldus *lib.* 7. *num.* 127. & alij, quos ſectatur Mendo *loc. cit.* dicens in hoc omnes Theologos conuenire.

QVÆSTIO XXIX.

An qualibet cauſa pia ſufficiat ad valorem Indulgentiæ, etiam pleniſſimæ?

AFfirmat S. Thom. *in addit. q.* 25. *art.* 2. per hæc verba, quæcunque cauſa adſit, quæ in vtilitatem Eccleſiæ, & honorem Dei vergat, ſufficiens eſt ratio Indulgentias faciendi, & ideò dicendum quod Indulgentiæ ſimpliciter tantùm valent, quantum prædicantur, dummodo ex parte dantis ſit authoritas, & ex parte recipientis charitas, & ex parte cauſæ pietas. Sic S. Doctores, & ſic etiam Durand. *in* 4 *diſt.* 20. *quæſt* 4. S. Anton. 1. *p. tract.* 10. *c.* 3. §. 1. Sylveſt. *verb. Indulgentia*, *q.* 3. D. Bonau. Ricard. Palud. Angel. Michaël de Medina, & Supplem. Gabrielis, quos refert Suarez *diſp.* 54. *ſect.* 3. *n.* 1. Quibus addi poſſunt Valentia *diſp.* 7. *q.* 20. *punct.* 4. Sà *verb. Indulgentia*, *n.* 1. Bonae. *diſp.* 6. *q.* 1. *punct.* 4. *n.* 5. qui etiam refert pro ſua ſententia Reginaldum *lib.* 7. *c.* 12. *num.* 132. Graffium *in appendice*, *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 44. & 47. Henriquez *lib.* 7. *cap.* 14. Sed ex iis Authoribus Henriquez ad minus ab aliis pro oppoſita ſententia etiam citatur, nec mirum, quia iam in vnam, iam in aliam videtur ſe inflectere partem.

Sed probabiliter reſpondeo, non ſufficere, ſed requiri

requirit neceſſariò ad valorem Indulgentiæ æqualitatem cauſæ, non ſecundum quantitatem, ſed ſecundum proportionem: itavt quo maior, pleniorve ſit Indulgentia, eo major cauſa, majoriſque momenti requiratur neceſſariò, alioquin conceſſio erit nulla. Ratio eſt, quia tam diſſonum eſt rationi, pro parua cauſa concedere magnam Indulgentiam, quàm pro nulla cauſa concedere paruam, ſed hæc ſecunda conceſſio non eſt valida, vt omnes concedunt: ergo nec prima. Sic Suarez *loc. cit. n. 6. & 8.* qui pro hac ſententia refert etiam D. Bonau. Ricard. Albert. Magnum, Caiet. Adrianum, Cordubam, & Auguſtinum de Aocona. Quibus addi poſſunt Ægidius *diſp. 12. dub. 6. n. 31.* Bellarm. *lib. 1. de Indulg. c. 12.* Nauar. *de Indulg. notabili* 15. Sotus *diſt. 21. q. 2. art. 2.* quos citat, & ſequitur Granados *controuerſ. 12. tract. 3. diſp. 2. num. 5.* Qui etiam citat Henriquez *loco* à Bonacina pro ſua ſententia *citato.* Nuñus *quaſt. 25. art. 1. difficult. 1. ad 12. & diffic. 2. concl. 1.* Lugo *diſp. 26. n. 141. pag. 628.* Binsfeldius *in ſuo Enchirid. p. 2. de Indulg. c. 14. §. 9. pag. mihi* 120. *concl. 3. & 5.* vbi ſic concludit: Hinc infertur, Indulgentias minima de cauſa conceſſas, non tantùm valere quantum ſonant: quia cauſa non commenſuratur quantitati Indulgentiarum. Deinde ſequitur, ſemper eſſe vtile quærere Indulgentias, cum ſemper valeant ſecundum proportionem cauſæ. Sic ille. Diana 5. *part. tract. 12. reſolut.* 10. Qui etiam citat pro hac parte Henriquez *lib. 7. c. 14. n. 13.* (Sed illud caput non habet niſi quinque numeros, vnde *n. 3.* citari debet) Laymanium *lib. 7. tract. 7. c. 5. num. 1.* Præpoſitum *in 3. part. quaſt. 14. de Indulgent. dub. 8. num. 61.* Tannerum *tom. 4. diſp. 6. quaſt. 8. dub. 4. n.* 85. Filliucium *tom. 1. tract. 8. cap. 5. n.* 113. Ludouicum à Cruce *in Bulla Cruciata diſp. 1. cap. 8. dubit. 9. n. 11.* Sylvium *in addit. ad 3. part. quaſt. 2. art. 2. q. 2.* Philippum de Cruce *in theſauro Eccleſiæ, tract. 1. §. 6. n. 5.* & Philippum Fabrum *in 4. diſt. 19. quaſt. vnic. diſp. 38. cap. 9. n.* 287. & eſt communis, quam nouiter tenet Mendo *loc. cit. num.* 23.

QVÆSTIO XXX.

An quando reipſa cauſa non eſt ſufficiens, nec proportionata, æſtimatur tamen talis à concedente Indulgentias, ſit valida conceſſio?

NEgant aliqui.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe validam, quia non eſt veriſimile, Chriſtum conceſſiſſe hanc poteſtatem cum tanta limitatione, vt ſi in re ipſa non attingat veram æqualitatem, non operetur totum quod intendit. Sic Suarez *loc. cit. num.* 11. & apud ipſum Sotus, Corduba, Caiet. & Gerſon. Henriquez *loc. cit. n. 3. in principio, & in fine,* & apud ipſum D. Thom. Sylveſter, & alij. Granados *loc. cit. n. 9. pag.* 2455. & Lugo *diſp. 27. num.* 145. dicens, id eſſe probabile, & pium.

QVÆSTIO XXXI.

An ſi cauſa non ſit proportionata ad totum quod conceditur, conceſſio ſit valida quoad partem ad quam datur cauſa proportionata?

REſpondeo affirmatiuè. Quia concedens indulgentiam vult ponere illam remiſſionem in quantum poteſt: ergo ſi non poteſt totam, ponet partem, quam poteſt. Sic Lugo *loc. cit.* ex Suario *loc. cit. n. 9.* Binsfeldius *loc. cit.* & apud illum Nauar. Caietan. Gabr. & Felinus, Molfeſ. *n.* 53. dicens: ſic ſentire omnes. Reginald. *lib. 7. num.* 130. Ægid. *diſput. 12. num.* 31. & alij.

QVÆSTIO XXXII.

An eleemoſyna duorum juliorum, ſeu argenteorum, quæ in ſubſidium Bullæ Cruciatæ datur, ſit ſufficiens cauſa ad tot, tantaſque Indulgentias concedendas?

REſpondeo eſſe, ſi ſimul fiant alia opera, quæ talis Bulla præſcribit. Quia inde hoſtes Eccleſiæ reprimuntur, & fideles animantur, vt ſint in gratia, & ad ſuſceptionem Sacramentorum Pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, & profitentur Sanctorum merita, authoritatem Papæ, & Purgatorium, quod (præcipuè in hac tempeſtate) immenſum fructum affert. Sic Vivaldus *de Indulgent. toto n. 10. pag. mihi* 143. & communis. Legantur Lugo *diſput. 27. num. 144. pag.* 629. & Granados *tract. 3. diſp. 3. per totum*, vbi varias cauſas ad conceſſionem Indulgentiarum ſufficientes enumerant.

QVÆSTIO XXXIII.

An reperiatur iuſta, & pia cauſa quando conceditur Indulgentia habenti aliquod granum, vel imaginem benedictam?

NEgat haud obſcurè Sotus *diſt. 21. q. 2.* (non 1. vt Vivaldus habet) *art. 2.* per hæc verba: Noſtris enim temporibus, vſque adeò piorum elementia erga animas quæ in purgatorio cruciantur ſucereuit, vt importunis ſupplicationibus à Summo Pontifice conceſſio fuerit extorta, vt qui tangendo quendam benedictum calculum, *Aue Maria*, vel *Pater* recitaret, animam inde quantocunque tempore cruciari deberet eriperet, vt protinus libera evolaret. Hanc ego non dicam piam fraudem, quia hæreticorum verbum eſt, ſed tamen citra religionis iniuriam poſſet hoc populo diſſuaderi. Primum, quia *hic* nulla intereſt cauſa pia in communem vtilitatem Eccleſiæ, &c. Sic Sotus. Sed non benè.

Reſpondeo ergo, reperiri quidem piam, & iuſtam cauſam in conceſſione Indulgentiæ habenti dictum granum. Quia non conceditur intuitu ſolùm illius grani, vel imaginis, ſed principaliter in cultum alicuius Sancti, vel ob aliquam neceſſitatem, vel ob merita egregia alicuius Principis Chriſtiani erga Eccleſiam. Deinde, quia ipſum etiam granum multùm conducit ad pietatem: quia conſeruando, & venerando illud, eo ipſo profitemur, & veneramur authoritatem Summi Pontificis, à quo mediatè, vel immediatè granum illud fuit benedictum. Sic Lugo *diſput. 27. num. 130. pag.* 626. & ante illum Vivaldus *loco citato*, Nauarrus *notabili* 15. *n.* 6, 10. & 15. Henriquez *lib. 7. cap. 14. num. 1. in marg. littera H, & num. 3. in marg. littera B.* & apud illum Corduba *lib. 5. quaſt. 21. ad finem*, & Michaël de Medina *de Indulgent.* Granad. *tract. 5. diſp. 1. num. 2.* Suarez *diſp. 51. ſect. 1. n.* 10. & communis, quem me citato tenet nouiſſimè Diana *part. 10. tract. 11. reſol.* 53. & penes ipſum Villalobos, & Amicus.

QVÆSTIO XXXIV.

An qui lucraturus eſt Indulgentias, neceſſariò debeat eſſe homo viator baptizatus, & ratione vtens?

REſpondeo affirmatiuè. Quia Pontifex nequit diſpenſare theſaurum, niſi iis, qui ad ouile, cuius eſt Paſtor, pertinent. Sic Suarez *loc. cit. n. 1. & 2.* Granados *loc. cit.* Lugo *diſput. 27. n.* 79. Bonac. *diſp. 6. q. 1. punct. 6. num. 1.* & communis.

QVÆS

QVÆSTIO XXXV.

An Catechumeni qui fidem, & charitatem habent, ſint capaces Indulgentiæ antequam baptizentur?

NEgant Suarez *diſp.* 52.*ſect.* 1. *& diſp.* 53. *ſect.* 4. *n.* 8. Bonac. *loc. cit. n.* 2. Nuñus *in addit. q.* 27. *art.* 3. Ægidius *diſp.* 12. *dub.* 10. *in fine.* Præpoſitus *in* 3.*part. q.* 14. *de Indulg. dub.* 3. *n.* 28. Sanchez *lib.* 4. *Summa, cap.* 37. Filliuc.*tract.* 8. *num.* 214. Lanorius *de Iubil. part.* 2. *c.* 14. *n.* 13. & alij,quos ſequuntur Baſſæus *verb. Indulgentia* 2.*n.* 1. & Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 2. *tract.* 4. *docum.* 1. *num.* 2.

Sed probabiliùs reſpondeo, eſſe capaces Indulgentiæ, illiſque poſſe concedi, non per modum abſolutionis, ſed per modum ſuffragij. Sic Nauarr. *de Indulgent. notabili* 31. *ad finem, & notabili* 32. *num.* 8. Henriquez *lib.* 7. *c.* 8. *num.* 3. (*non* 1. vt citatum inuenies apud Dianam) Granados *controu.* 12. *tract.* 5. (*non* 15. vt citat ipſe Diana) *diſp.* 4. *num.* 4. *& diſp.* 6. *num.* 2. *in fine.* Lugo *diſp.* 27. *n.* 77. *&* 79. Diana 5.*p. tract.* 12. *reſol.* 9. & Faber, Layman, & Villalobos apud ipſum. Immò non deſunt, qui ſentiant Catechumenis viuẽtibus, & defunctis exiſtentibus in gratia prodeſſe Indulgentias, non ſolùm per modum ſuffragij, ſed etiam eas, quæ fidelibus viuis per modum abſolutionis conceduntur. Pro hac ſententia, quam vt probabilem defendit Boſſius *de Iubil. ſect.* 4. *caſu* 22. *num.* 19. citat ipſe Nauar. *loco à nobis citato,* Zerolam *de Iubil. lib.* 1. *cap.* 15. *dub.* 21. 56. *&* 72. Emmanuelem Sà *verb. Indulgent. n.* 2. Leonem, Pollachum, Bottonum, & alios.

QVÆSTIO XXXVI.

An illi, qui poſt vſum rationis in amentiam incidit, poſſit concedi Indulgentia?

NEgant apud Lugum Rodriguez, & Trullench *vbi infrà.*

Sed longè probabiliter reſpondeo, poſſe. Quia de facto Pontifex ſæpè Indulgentiam, & benedictionem moribundo iam ſenſibus deſtituto concedit: ergo & poteſt illi, qui poſt vſum rationis in amentiam incidit. Sic Lugo *diſp.* 27. *num.* 80.

QVÆSTIO XXXVII.

An lucretur Indulgentias ille, qui illas ignorat, ſi aliàs faciat opera injuncta?

NEgat Rodriguez *in expoſit. Bullæ Cruciatæ,* §. 8. *num.* 9. Trullench *in eandem Bullam, lib.* 1. §. 6. *num.* 5. *pag. mihi* 171. Alphonſus de Leone *de Iubileo part.* 2. *n.* 135. Corduba *de Indulg. q.* 25. Vega *tom.* 2. *c.* 7. *caſu* 2. & Boſſius *de Iubil. ſect.* 4. *caſu* 10. *n.* 4. & nouiter Mendo *in Bull. diſp* 6. *c.* 4. *n.* 57. & Quintanaduenãs *vbi infrà.* Qui exiſtimant, quod lucraturus Indulgentiam neceſſariò debeat habere intentionem ſaltem virtualem faciendi opera injuncta animo conſequendi dictam Indulgentiam: at qui neſcit, quod (v.g.) in recitatione *Aue Maria,* ad tria ſigna campanæ, poſt ſolis occaſum, cum verſ. *Angelus Domini, &c. Ecce ancilla Domini, &c. Et Verbum caro, &c.* concedatur Indulgentia plenaria, nequit habere intentionem, adhuc virtualem, eam conſequendi: ergo non poterit eam lucrari.

Sed probabiliùs reſpondeo, lucrari. Quia optimè poteſt Pontifex, ſi velit, Indulgentias hoc modo (ſcilicet, quod lucrentur eas ignorantes) concedere: ergo valde veriſimile eſt, id velle de facto. Sic Portel *in addit. ad dubia regularia, verb. Indulgentia, n.* 7. vbi teſtatur, ſe hanc ſententiam à Patre Ludouico Molina accepiſſe. Diana 4.*part. tract.* 4. *reſol.* 24. *&* 5.*part. tract.* 12. *reſol.* 6. & apud ipſum Sanctarell. *de Iubil. c.* 15. *dub.* 4. Layman *lib.* 5. *tract.* 7. *c.* 6. *n.* 5. Villalob. *tract.* 26. *diff.* 13. *n.* 9. Quibus addo Luyſium *diſp.* 27. *n.* 81. *pag.* 618. & Salas apud Boſſium *loc. cit.* & tenet Quintanad. *tract. de Iubileo dup. hebdom. c.* 8. *n.* 14. *in fine.* [En caſo que vno tubiera intencion, ò propoſito, ò concierto general hecho con Dios N. S. (que fuera bueno hizieran todos) de que ſu animo y voluntades haner todas ſus buenas obras con intencion de ganar todas las Indulgencias, y Iubileos, que à ellas aplicaton los Pontifices, y de que el, y ellas ſon capaces.] Sic ille.

QVÆSTIO XXXVIII.

An lucretur Indulgentiam, qui v.g. viſitat Eccleſiam principaliter ob recreationem, aut jejunat ex cauſa non expendendi in emendis cibis, &c. Si dum hæc facit, habeat ſimul intentionem lucrandi Indulgentiam?

NEgant Corduba, Rodriguez, & Vega *loc. cit.* Quia exiſtimant, quod opus injunctum pro acquirenda Indulgentia, ſit neceſſariò faciendum intentione principali, aut æquè principali ad illam lucrandam. Explicant autem tunc eſſe finem principaliter intentum, quando illo non exiſtente, opus non fieret.

Sed probabiliùs reſpondeo, lucrari. Quia probabilius eſt, non requiri quod opera pia injuncta efficiantur potiſſimùm propter conſequendam indulgentiam; ſed ſatis eſt, propter eum finem executioni mandari, licèt alius finis intendatur æquè, aut magis principaliter. Sic Suarez *diſp.* 52. *ſect.* 6. *n.* 5. Granad. *tract.* 5. *diſp.* 4. *n.* 10. *pag.* 1473. Quos refert, & ſequitur Diana 5.*part. tract.* 12. *reſol.* 7. *&* 8. *in fine.*

QVÆSTIO XXXIX.

An lucrari poſſit Indulgentias excommunicatus contritus, ſi nequit obtinere abſolutionem, aut ſi eſt impotens ad ſoluenda debita, ob quæ eſt excommunicatus?

NEgant Suarez, Vgolinus, Sylueſter, Nuñus, & Sotus, quos refert, & ſequitur Fauſtus *de Iubil. lib.* 3. *quæſt.* 55. Filliucius *tract.* 8. *c.* 6. *num.* 136. Layman *lib.* 1. *tract.* 5. *part.* 2. *c.* 2. *n.* 2. Pollachus *de Iubileo ſect.* 4. *n.* 12. Lavorius *de Iubileo, part.* 2. *cap.* 14. *n.* 51. Sanctarellus *de Iubileo cap.* 15. *dub.* 14. Nuñus *in addit. q.* 17. *art.* 1. & Moure *part.* 3. *c.* 7. §. 4. *n.* 2. Quos omnes citat, & ſequitur Diana *loc. cit. reſol.* 13. Quibus ego addo Bonacinam *diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 3.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe lucrari. Quia valdè probabile eſt, hanc eſſe piæ matris Eccleſiæ intentionem. Quæ ſcilicet non vult priuare hujuſmodi ſuffragiis filios obedientes, & quantum eſt ex ſe, omninò à contumacia recedentes. Sic Henriquez *lib.* 7. *cap.* 18. *n.* 2. & ante ipſum Nauar. *notabili* 18. *num.* 14. per hæc verba. Quintò eum, qui contritus voluit quidem confiteri, non tamen potuit, vel ob defectum confeſſariorum, vel ob ægritudinem, vel etiam ob excommunicationem, vel aliam legitimam cauſam, acquiſiturum eſſe Indulgentiam pœnitentibus, & confeſſis conceſſam. Quod ſatis exprimit Angel. *vbi ſup.* quoniam ex mente videtur fuiſſe concedentis, quod eſt valde quotidianum. Sic Nauarr. & ſic Emmanuel Sà *verb. Indulgentia, num.* 2. Alphonſus

de Leone *de Iubileo part.* 1. *n.* 197. & Boſſius *de Iubil. ſect.* 4. *caſu* 12. §. 12. *n.* 12. & apud ipſum Zerola *de Iubil. lib.* 1. *c.* 15. *dub.* 60. Henriq. *lib.* 7. *c.* 18. §. 2. hãc ſententiam vocat Dian. *loc. cit.* ſatis probabilem, & piam.

QVÆSTIO XL.

An ſuſceptor Indulgentiarum neceſſariò debeat eſſe in gratia?

NEgant Mairon *in* 4. *diſt.* 17. *q.* 2. & Rubion *q.* 1. docentes prodeſſe poſſe Indulgentiam viatori exiſtenti in mortali.

Sed veriſſimè reſpondeo: Debere eſſe neceſſariò in gratia, ſaltem in eo tempore, ſeu inſtanti, quo ponitur vltima conditio requiſita ad conſequutionem Indulgentiæ. Quia qui non eſt in ſtatu gratiæ propter peccatum mortale meretur, vt nulla ſatisfactio acceptetur pro illo. Sic S. Thom. *q.* 27. *art.* 1. Nauar. *notabili* 19. Sotus *diſt.* 21. *q.* 2. *art.* 3. Bellarm. *lib.* 1. *cap.* 13. Suarez *diſp.* 52. Henriquez *lib.* 7. *c.* 9. *a.* 3. Sylveſt. Cordoba, & Valentia, quos refert, & ſequitur Granados *tract.* 5. *diſp.* 2. Bonac. *loc. cit. punct.* 5. *n.* 4. & apud illum Nuñus, Reginald. Sà, Toletus, Vivald. Graſſis, Ægid. Filliuc. & iam omnes, tam Canoniſtæ, quàm Theologi, vt teſtificantur Villalobos *tom.* 1. *tract.* 26. *diff.* 13. *n.* 1. & Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *part.* 2. *tract.* 4. *docum.* 2. *num.* 3. dicens, ita declaratum eſſe à Leone X. in ſpeciali Bulla edita anno 1518.

QVÆSTIO XLI.

An requiratur ſtatus gratiæ pro toto tempore quo fiunt omnia opera ad conſequendam Indulgentiam præſcripta?

AFfirmant Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 15. *c.* 9. Comitolus *in reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 37. *n.* 2. Conrad. *in reſponſ. moral. part.* 1. *quæſt.* 204. Fabrinus *de Iubil. cap.* 33. & alij apud ipſos. Affirmant etiam apud Henriquez vbi infra, Petrus Soto *de Indulgentiis lect.* 6. Armilla *verb. Indulgentia*, § 14. Cano in lectura, & olim (non nunc) Nauarr. *notabili* 17. *n.* 11. & *notabili* 19. *n.* 6. & Adrian. *de Indulg.* Ratio eorum eſt, quia ſatisfactiones, quæ ſunt in Theſauro Eccleſiæ, fuerunt per viua opera comparatæ: ergo & per viua debent applicari.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non requiri pro toto eo tempore, ſed ſatis eſſe, hominem eſſe in gratia tempore operis finalis, quo poſito conceditur effectus Indulgentiæ. Quia hæc abſque dubio eſt intentio Pontificis, vt docet praxis Eccleſiæ, ſiquidem quando ad Indulgentiam exigit jejunia, & confeſſionem, ſupponit hanc non præmitti, ſed ſubſequi jejunia, & conſequenter hæc frequenter non fieri in ſtatu gratiæ. Sic Henriquez *lib.* 7. *c.* 9. *n.* 5. Qui benè citat Nauarrum pro hac parte, illam namque ſequitur (mutata ſententia) in noua editione, non notabili 18. vt citat Henriq. ſed 19. *a.* 16. 19. & 22. & *notab.* 32. *num.* 46. & 49. Sotus *diſt.* 21. *q.* 2. *artic.* 3. Corduba *quæſt.* 24. Valentia *diſp.* 7. *punct.* 5. Suarez *diſput.* 52. *ſect.* 5. quos citat, & ſequitur Granados *controuerſ.* 12. *tract.* 5. *diſp.* 2. *n.* 9. Qui etiam, ſed malè, citat Nauarrum pro oppoſito. Sanctarellus, Lauotius, Pollachus, Layman, Filliucius, Fauſtus, Fernandez, quos affert, & ſequitur Diana 5. *part. tract.* 12. *reſol.* 4. Corduba etiam, Graſſius, Bottonus, Bonacina, & alij, quos citat, & ſequitur Angelus Boſſius *de Iubileo ſect.* 4. *caſu* 11. *num.* 12. *pag. mihi* 356. Sic etiam Quintanad. *de Iubileo dup. hebdomad. c.* 4. Machado *docum.* 1. *citat. n.* 4. dicens eſſe ſententiam D. Thom. *quodlib.* 2. *art. vltimo*, & communem. Sic & Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 6. *c.* 3. *n.* 46. Qui ad argumentum pro parte contraria factum reſpondet, Theſaurum Eccleſiæ non applicari membris mortuis, ſed viuis per gratiam, qua ornata eſſe debent cum obtinent Indulgentiam, & vltimum opus requiſitum exequuntur.

QVÆSTIO XLII.

An ſi quis non fuerit conſecutus effectum Indulgentiæ, eo quòd omnia opera ad id requiſita præſtiterit in peccato, poſtea quando tranſacto illo tempore iuſtificatur, effectum Indulgentiæ recuperet?

AFfirmant Palud. *in* 4. *diſt.* 20. *q.* 4. *art.* 3. Sylveſt. *verb. Indulgentia, quæſt.* 7. & 9. (*non* 10. vt citat Granad. *n.* 20. & 31. & apud ipſum Panorm. Ioan. Andreas, & Cardin. Henriquez *lib.* 7. *c.* 9. *n.* 3. (*non* 2. vt citat Diana.) Affirmat etiam Granados *tractat.* 2. *diſp.* 2. *n.* 5. caſu quo Pontifex non petat in forma Indulgentiæ confeſſionem, vel contritionem, & Diana 5. *part. tract.* 12. *reſol.* 4. licèt hic Author contrarium docuerat *vbi infrà.*

Sed veriſimiliùs reſpondeo: Non recuperare poſtea effectum Indulgentiæ. Quia veriſimilius eſt, intentionem Pontificis non eſſe differre neque effectum, neque Indulgentiam, ſed eam ſtatim concedere: ergo ſi inuenit ſubjectum incapax, carebit effectu. Sic optimè Nauar. *notabili* 17. *num.* 2. vbi ſic ait: Secundò infertur, nimia fiducia dictum videri id quod ait Sylveſt. (*loc. cit.*) ſcilicet eum, qui infectus culpa mortali facit id quod Indulgentia quærenda exigit, eam quærere non pro illo tempore, ſed pro eo, quo in gratiæ fuerit ſtatu, eo quòd intentio concedentis videtur eſſe, vt Indulgentia proſit ad eam requiſita facienti, quàm optimo modo poſſit. Quod etiam nobis aliquando viſum fuit probabile, ſed nunc perpendo id eſſe contrarium, non ſolùm communi ſententiæ, ſed etiam huic notabili, & prædictæ extrauaganti, vnde id elicitur, quatenus habet, hunc theſaurum diſpenſandum eſſe ſolùm vere pœnitentibus, &c. *Et infrà.* Non obſtat ratio Sylveſtri de intentione concedentis, quia contrariam eſſe illi, apparet ex eo quod Extrauag. prædicta declaret theſaurum hunc ſolis verè pœnitentibus eſſe communicandum. Hæc mens Navarr. & poſt illum Suar. *diſp.* 52. *ſect.* 2. *a.* 13. & *ſeqq.* Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 15. *c.* 9. Sotus *diſt.* 21. *q.* 2. *art.* 3. Sà *verb. Indulgentia, a.* 2. Ægidius *diſp.* 12. *dub.* 7. *n.* 37. Reginald. *lib.* 7. *cap. vltim. a.* 169. Zerola *in praxi Epiſcop. part.* 2. *verb. Indulgentia, n.* 9. Lavorius *de Iubil. part.* 2. *c.* 14. *a.* 69. Sanctarellus *de Iubil. cap.* 7. *dub.* 2. Leo *de Iubileo part.* 1. *a.* 86. Bonac. *diſp.* 6. *q.* 1. *punct.* 5. *n.* 13. Nuñus *q.* 17. *art.* 1. *ad finem.* Lugo *diſp.* 27. *n.* 84. Diana *part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 94. ſibi poſtea contrarius *loc. cit.* Bonac *de Iubileo ſect.* 4. *caſu* 11. *n.* 3. Pollachus, & alij apud ipſum. Filliuc. *tractat.* 8. *cap.* 6. *num.* 141. & eſt communis, quam tenent Machado *loc. cit. n.* 5. & Villalobos penes illum.

QVÆSTIO XLIII.

An ſi opera ad Indulgentiam præſcripta fiant non ſolùm in peccato, ſed cum peccato, quia vitiantur aliquo fine malo, proſint ad Indulgentiam?

NEgant abſolutè Nauar. *notab.* 19. *num.* 6. & *notab.* 32. *n.* 44. *verſ. deuotè*, & apud ipſum Adrianus, & Sylvius *in* 3. *part.* D. Thom. *quæſt.* 27. *art.* 1. *concluſione* 2. docentes, quod ſi quis ex vana gloria viſitet

viſitet Eccleſias, jejunet, det eleemoſynam, &c. Nullo modo conſequatur Indulgentiam, quamvis in hoc non niſi venialiter peccet.

Negat etiam Faber *diſt.19.quæſt.vn.diſp.38. cap.7. n.214.* caſu ſolùm, quo prædicta opera fiant cum peccato mortali. Cui ex parte fauent Bellarm. *lib.1. de Indulg. c.13. q.2.* Nuñus *q.27.art.3. dub.5.* & Layman *lib.5. tract.7. cap.6. num.4.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Prodeſſe, dummodo fiant opera cum intentione lucrandi Indulgentiam, & in fine vltimi operis, ſit iam homo conſtitutus in gratia. Sic Suarez *diſp.52. ſect.5. num.3.* Henriquez *lib.7. c.9. n.6.* Filliucius *tract.7. c.7. n.158. & 159.* Ludovicus à Cruce *diſput.1. cap. 8. num.5.* Granado *tract.5. diſp.4. n.10.* & Præpoſitus, quos omnes refert, & ſequitur Diana *5. part. tract.12. reſol.5.* Quibus addo Cordubam *quæſt.15.* & Lugum *diſp.27. num.85. pag.618.* & Boſſium *loc.cit. caſu 11. n.14. & 15.* Andream Mendo *in Bull. diſput. 16. c.3. n.48.* & Antonium (non Sancium, vt vocat Mendo) de Quintanad. *de Iubil. dup. hebdomad. cap.4. n.6. pag. mihi 53.*

QVÆSTIO XLIV.

An requiratur ſtatus gratiæ, vt vnus alteri applicet Indulgentiam?

Affirmant Caiet. *Opuſc. de Indulg. quæſt. vltima, ad 2.* & poſt illum Philippus de la Cruz *in theſaur. Eccleſ. tract.1. §.12. num.1. pag.84.* & apud illum Angel. *verb. Indulgentia, §.21.* & Villalobos *tract. 26. diff.15. num.3.*

Sed probabiliùs reſpondeo, non requiri. Vnde ſi Pontifex concederet Indulgentiam hac lege; vt ſi quis faciat aliquod bonum opus, relaxetur ipſi certa quantitas pœnæ, vel alteri, cui voluerit applicare, faciens illud opus bonum, tunc quidem licèt verè requireretur ſtatus gratiæ in eo, cui Indulgentia applicaretur (vt conſtat *ex ſupradictis quæſt.40.*) non tamen in eo, qui faceret bonum opus, vt alteri Indulgentiam applicaret. Quia tota ratio, quare requiritur gratia in eo, qui fruitur Indulgentia, eſt quia ſine gratia non eſt capax ſatisfactionis: ergo ſi ſatisfactio non applicetur ei, qui facit opus, ſed alteri, in iſto ſufficiet ſtatus gratiæ. Sic omnino Granados *tractat 5. diſp.2. n.12. pag.1470.* & ante ipſum Suarez *diſp.52. ſect.7. num.4.* & apud ipſum Sotus, & Adrianus.

QVÆSTIO XLV.

An ſit de neceſſitate Indulgentiæ, vt concedatur ſub conditione alicuius pij operis faciendi ab illo, cui Indulgentia conceditur?

Reſpondeo negatiuè. Quia cauſa pia, quæ ad conceſſionem Indulgentiæ requiritur, non alligatur ad ſolum opus pium faciendum, cum poſſit eſſe cauſa juſta ex titulo gratitudinis, remunerationis, ſolatii, medicinæ, &c. Deinde id conſtat ex vſu Pontificum, qui ſæpè concedunt Indulgentiam moribundis, (& mihi pro hora mortis benigniſſimè conceſſit S. D. N. Vrbanus VIII.) non quæſito aliquo bono opere. Sic Suarez *diſp.52.* (*non 55.* vt citatum inuenies apud Granados) *ſect 4. num. 3. & ſeqq.* Lugo *diſput.27. num.86.* Granados *controuerſ.12. tractat.5. diſp.3. num.1.* & Bonacina *diſput.6. quæſt.1. punct.4. num.6.* & apud ipſum Valentia, Reginaldus, Ægidius, Nuñus, & communis.

QVÆSTIO XLVI.

An opus pium, quod ad lucrandam Indulgentiam ferè ſemper requiritur, debeat ſemper eſſe opus externum?

Affirmat D. Bonau. *in 4. diſt.20. part.2. art.1. q.4.* Sed certiſſimè reſpondeo: Negatiuè. Quia licèt verum ſit, quod pia opera externa ſint magis proportionata ad dictum effectum; nihilominus optimè poteſt Pontifex concedere Indulgentiam propter opus merè internum, imò & de facto hoc modo ſolet concedere iis, qui ſingulis noctibus examen conſcientiæ cum actu contritionis faciunt, & iis, qui in mortis articulo nomen Ieſu, ſi ore non poſſint, corde protulerint. Sic Suarez *loc.cit. ſect.5. num.5. & 6.* Lugo *loc. cit.* Bonacina *diſp.6. quæſt.1. punct.5. n.28.* & communis.

QVÆSTIO XLVII.

An ad lucrandam Indulgentiam debeat quis per ſeipſum opera præſcripta adimplere?

Reſpondeo, debere, regulariter loquendo (niſi aliàs in Bulla exprimeretur, vt poſſet opus præſcriptum per alium fieri.) Vnde ſi injungitur jejunium, aut oratio, non poteſt quis facere, vt alius loco ipſius jejunet, aut oret. Quia facere quod alius jejunet, vel recitet, non eſt jejunare, vel recitare. Sic Suarez *diſp. 52. ſect.7. n.3.* Lugo *loc.cit.* Bonac. *loc. cit. n.24.* & apud ipſum Nauar. Henriq. *lib.7. c.10. n.5.* Filliuc. *5. part. tract.8. c.6. num.161.* Layman *lib.5. tract. 7. cap.6. n.3.* Leo *de Iubil. part.2. n.127. & 149.* Homobonus, Benzonius, & alij quos citat, & ſequitur Boſſius *de Iubil. ſect.4. caſu 8. num.7.*

QVÆSTIO XLVIII.

An quando in conceſſione Indulgentiæ petitur eleemoſyna, ſufficiat illam per famulum dare?

Reſpondeo: Sufficere (niſi aliàs in forma Iubilei exprimeretur, vt fieret per propriam actionem) quia per accidens eſt, quod eleemoſyna detur per manus proprias, vel alienas. Sic Bonac. & Lugo *loc.cit.* Suarez *n.2.* & Boſſius *n.17. & 18.* Henriquez, Rodriguez, Layman, Filliucius, Leo, & Sanctarell. & alij apud ipſum. Lege Quintanad. *loc.cit. cap.9. n.11.*

QVÆSTIO XLIX.

An ſi quis præberet eleemoſynam famulo, vt illam daret, conſequatur Indulgentiam, famulo eleemoſynam non præbente?

Affirmat Sà *verb. Indulgentia, n.4.* ſic dicens: Si quis juſſit famulum dare (*eleemoſynam ſcilicet*) & non dedit, quidam negant conſequi Indulgentiam: ego id non dixerim. Sic Sà, & certè ſatis probabiliter. Tenent etiam Vega *2 tom. Sum. c.7. caſu 24.* Rebellus ab eodem relatus, quos affert, & ſequi videtur Boſſius *loc.cit. num.19.*

Sed adhuc probabiliter reſpondeo, non conſequi. Quia in actu non præſtat opus præſcriptum ad conſequendam Indulgentiam, cùm famulo non dante eleemoſynam, nondum ſit translatum illius dominium in pauperem. Sic Bonacina *diſp.6. q.1. punct.6. num.22.* Homobonus *de Iubileo lib.4. q.53.* Leo *de Iubileo, part.2. q.13. ſect.6. num.175.* Philippus de Cruce *in Theſ. Eccleſ. tract.1. §.11. n.3. fol. mihi 70.* & Diana *3. part. tract.12. reſol.31.* Lugo *diſput. 27. num.122.*

Qui idem ait in caſu quo mitteretur eleemoſyna tempore Iubilei ad pauperem diſtantem, ad quem non poſſet peruenire intra illam hebdomadam. In quo caſu ſtans pro hac parte Quintanad. *loc. cit.* ſic ait: [Lo cierto es no lo ganara, ſolo ſeñalando en ſu entendimiento lo que auia de dar, y guardandole en eſpecie, y numero para vn pobre, ſino ſe la entregaba dentro ſemana, que entonces ſe verifica averla dado. Pero ſi le dijo que alli la tenia, que fueſſe por ella, ò que ſe la embiaria, y la acceptò, y dixo ſe la guardaſſe, ò no dijo nada, aunque no la entregaſſe en tiempo del Iubileo, le gana.] Sic ille, & benè.

QVÆSTIO L.

An quando in conceſſione Indulgentiæ præſcribitur abſolutè, & indeterminatè eleemoſyna, hæc facienda ſit ſecundum qualitatem perſonæ?

AFfirmant Cotduba *de Iubil. lib. 5. q. 21.* Lavorius *de Iubileo, part. 1. c. 21. n. 42.* Reginaldus *lib. 7. cap. vltimo, n. 187.* Philippus de la Cruz *in theſ. Eccleſ. tract. 1. §. 10. n. 9. in fine, & §. 19. n. 6.* & Nauar. *notabili 31. n. 34.* vbi ſic ait: Indulgentia, quæ datur danti, vel facienti aliquid indeterminatum, puta manus adiutrices porrigenti, vel oranti, ab illo ſolo quæritur, qui dat, facitve prout perſonæ congruit; pauperi quidem danti parum, diuiti verò danti multum, & tamen minus quá decet, dat qui aliquid ex ea quærit, etſi non totum, ſecundum omnes. Sic Nauarrus, qui tamen nec D. Thomam, nec D. Anton. nec alium Authorem pro ſua parte citat, vt malè Philippus dicit: citat tamen Boſſius pro hac parte D. Thomam *in 4. diſt. 10. q. 2. ad 3.* Sylveſtrum, Lavorium, & alios.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non eſſe neceſſariò faciendam ſecundum qualitatem perſonæ, ſed ſufficere quamcunque eleemoſynam minimam, & parvam etiam à diuite perſona datam, ad lucrandam Indulgentiam. Quia ad verificandam veritatem propoſitionis indefinitæ, id ſufficit. Sic Suarez *diſp. 52. ſect. 8. à n. 3.* Filliuc. *tract. 8. c. 6. n. 116.* Rodriguez *in Bull. Cruciata, §. 7. n. 4.* Fauſtus, Sanctarellus, & Leo, quos citat, & ſequitur Diana *5. part. tract. 12. reſol. 14. & 31.* quibus addi poſſunt Henriquez *lib. 7. c. 10.* Bonacina *diſp. 6. quæſt. 1. punct. 5. num. 18.* Sà *verb. Indulgentia, n. 4.* Lugo *diſp. 27. n. 114. pag. 613.* Boſſius *ſect. 4. caſu 21. n. 35.* & alij, quos ſequuntur, me citato, Diana *part. 10. tract. 15. reſol. 21.* Quintanad. *loc. cit. n. 3. pag. 125.* & Machado *tom. 1. lib. 3. part. 2. tract. 3. docum. 2. num. 3.* vbi ait, que cumple qualquiera con dar ſi quiera vn marauedi de limoſna.

QVÆSTIO LI.

An ſaltem facienda ſit eleemoſyna ſecundum qualitatem perſonæ, quando in Bulla id præcipitur?

NEgant adhuc aliqui apud Cæſarem Bottonum *in obſeruat. ſuper Bullam Sixti V. fol. 196.* aſſerentes, etiam in eo caſu ſufficere ad lucrandas Indulgentias, dare eleemoſynam minimam, etiam diuiti, & id eſſe probabile ait Angel. Boſſius, vt refert Diana *loc. cit.* & vt tale videtur ſequi Quintanad. *loc. cit.* [Porque el parecer contrario (ait) el occaſionado à eſcrupulos, que ſi ſegun la poſſibilidad de cada vno à de ſer la limoſna, todos dudaran ſi ſe cumpla con ella. Y la devian dar exceſſiva los Reyes y Principes.]

Sed probabiliùs reſpondeo: Affirmatiuè. Quia cum id expreſsè exigatur in Bulla, neceſſariò debet executioni mandari. Sufficiet tamen, vt detur eleemoſyna competens vniuſcuiuſque perſonæ qualitati, juxta eleemoſynam, quam homines talis qualitatis communiter ſolent facere extra Iubileum. Sic Boſſius, quem citat, & ſequitur Suarez *diſp. 52. ſect. 8. num. 5.* & tenent omnes Doctores pro vtraque ſententia *quæſtione præcedenti* adducti, lege Quintanadueñas *loc. cit.*

QVÆSTIO LII.

An ad lucrandam Indulgentiam ſufficiat eleemoſyna ſpiritualis, quæ comprehenditur hoc verſu, Conſule, caſtiga, ſolare, remitte, fer, ora?

AFfirmat Zanardus (vt refert Diana) *in direct. Theol. part. 1. de pœnit. c. 21. quæſt. 26.* Cui addi poſſunt Graſſius *lib. 2. append. cap. 5. num. 58.* & apud ipſum Felinus, & Alexand. de Ales, Lavorius etiam *de Iubil. 1. part. cap. 19. num. 11.* id ipſum docentes, caſu quo ſit Religioſus; nam iſte, inquiunt, ſatisfaciet prædicando, audiendo confeſſiones, &c. loco eleemoſynæ.

Sed certiſſimè reſpondeo: Non ſufficere, ſed debere abſolutè loquendo eſſe realem, & temporalem, quia hæc tantum eſt propriè eleemoſyna. Sic Diana *5. part. tract. 12. reſol. 41.* Bottonus, & Leo, quos affert, & ſequitur Boſſius *de Iubil. ſect. 4. caſu 21. n. 1. pag. mihi 446. & n. 10. pag. ead.* Qui etiam pro hac parte citat Lauorium, quem non vidi. Sic etiam Quintanad. *loc. cit. n. 6.* vbi addit ex Fr. Laurentio à S. Franciſco [que Leon X. concediò à los Menores, cumplieſſen por ella con cinco *Pater noſter*, y *Ave Maria.* Priuilegio que gozaran las demas Religiones que participan, ſi ay Bulla del.]

QVÆSTIO LIII.

An pauperes, qui ad lucrandas Indulgentias non poſſunt dare eleemoſynam, egeant commutatione in aliud opus pium?

AFfirmant Sanctarell. *de Iubileo, c. 7. dub. 1.* Leo *de Iubileo, part. 2. n. 73.* Lavorius *de Iubileo, c. 29. num. 6.* & Boſſius *loc. cit. num. 3.* & dicit probabile Diana *loc. cit. reſol. 15.* & ſequitur Quintanad. *loc. cit. num. 14.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Non indigere commutatione. Sed abſque vlla commutatione in aliud opus ipſum, ſi cætera adimpleat, lucrari Indulgentiam. Quia mens Papæ non videtur eſſe talis, vt velit obligare ad eleemoſynam erogandam eum, qui nihil habet, vel eſt impotens ad illam faciendam. Sic Henriquez *lib. 7. cap. 10. num. 6. lit. N.* vbi ſic ait: Pauperi non habenti, non oportet eleemoſynam commutari in aliud opus. Nauarr. *de Oration. Miſcell. 60. num. 226.* quod clariùs explicauit Greg. XIV. in Iubileo *Anni* 92. Hucvſque Henriquez, & ſic etiam Fauſtus *de Iubileo lib. 4. quæſt. 55.* Fernandez, & Graſſius, quos affert, & videtur ſequi Diana *loc. cit. & reſol. 31.* licèt addat, ſecurius fore pauperes in tali caſu petere commutationem in aliud opus pium, vel facere ſibi ipſis à confeſſario applicari eleemoſynam, ad quam pro lucranda Indulgentia tenerentur. Sic ille, & benè. Dicunt etiam eſſe probabilem noſtram ſententiam Homobonus, Sanctarellus, Leo, & Boſſius *locis citatis.*

QVÆSTIO LIV.

An ſi nolit Superior pro Religioſis eleemoſynam dare, poſſint iſti aliquid è monaſterij bonis, inſcio Superiore, pro eleemoſyna largiri ad lucrandum Iubileum?

AFfirmant Diana *part.5.tract.12.reſol.21.* Quia in eo caſu, inquit, Superior eſt irrationabiliter inuitus, & ſubditus operatur ex licentia Superioris debita. Idemque affirmat de vxoribus, filiiſfamilias, ſeruis, Monialibus, &c. Fauet Dianæ Boſſius *vbi ſuprà, n.14.* licèt *n.15.* doceat, meliùs fore in tali caſu, Religioſum commutationem eleemoſynæ petere. Affirmat etiam Quintanad. *loc. cit. n.8.* ita dicens: [Si el Prelado no quiere dar la limoſna, puede el Religioſo darla de los bienes de ſu vſo, ò del conuento, ò de lo que otro le dè, como ſea ſin eſcandalo. Lo miſmo ſe entiende de las Monjas, de las Caſadas, Hijos, y eſclaues reſpecto de ſus Superiores, Maridos, Padres, y Segnores.]

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe. Quia in tali caſu vel dicendum eſt Religioſos, etiam nouitios, qui non habent proprium, & non poſſunt aliquid dare, abſque eleemoſyna lucrari Indulgentias conceſſas ſob onere eleemoſynæ, vt nuper diximus de paupere, & tenet Graffius *lib.2.append.c.5.n.58.* vel quod faciliori, & tutiori via poſſint Indulgentias, & Iubileum lucrari cōmutationem eleemoſynæ in aliud opus petendo. Sic Homobun. *de Iubilee, lib.4. q.26.* vt refert idem Diana, Boſſius *loc. cit. q.10. & 15.* Bottonus, & Leo apud ipſum. Addo etiam cum Lugo, benè poſſe Religioſum dare eleemoſynam per alium, vt ſi amicus ſæcularis pro eo det; nam tunc interuenit duplex contractus, alter quo ſæcularis dat Religioſo illam pecuniam, alter quo religioſus per ſæcularem dat illam pauperi, licèt ad vtrumque etiam requiratur licentia Prælati. Sic Lugo, & ante ipſum Boſſius *loc. cit. n.18. & ſeqq.* legatur ſimul Dian. *p.10. tract.15. reſol.22.*

QVÆSTIO LV.

An ipſemet qui lucraturus eſt Indulgentias Bullæ, aut Iubilei, debeat neceſſariò eleemoſynam præſcriptam dare?

REſpondeo negatiuè. Nam ſat erit, quod alter nomine illius det illam. Sic Lugo *diſp.27.n.87.* per hæc verba: Difficultas poſſet eſſe circa hoc, quando aliquis ſumit Bullam Cruciatæ pro alio amico, cui illam dat, quomodo iſte cui datur Bulla, obtineat Indulgentias, cùm ipſe nullo modo dat illam eleemoſynam, quod eſt opus iujunctum ad illam Indulgentiam? Reſpondetur, illum qui Bullam pro me inſcio accepit, dediſſe eleemoſynam meo nomine quaſi vtilem negotij mei geſtorem: quod ego poſtea ratum habeo, & debitor fit illius eleemoſynæ meo nomine datæ, quod debitum ille, beneuolentiæ cauſa, mihi remittit, atque adeò iam ego cenſeor illam eleemoſynam dediſſe. Sic Lugo, & ante illum Philippus de Cruce *in theſaur. Eccleſ. tract.1.§.12. n.2. fol.84.* Sà *verb. Indulgentia, n.4.* Corduba, Lavorius, Roſella, quos refert, & ſequitur Boſſius *num.5. & 18.*

QVÆSTIO LVI.

An ad lucrandas Indulgentias ſufficiat dare eleemoſynam die Dominica, etiam poſt communionem?

NEgat Philippus de la Cruz *in theſ. Eccleſ. tract.1. §.11. n.4. fol.72.* & clariùs *§.18. n.4. fol.134.*

Sed probabiliùs reſpondeo, ſufficere. Quia ita fuit declaratum à Gregorio XIII. vt teſtatur Leo *de Iubilee part.2. q.4. ſect.6. num.174.* ſic ipſe, & ante ipſum Henriquez *lib.4. c.10. n.6.* Graffius, & Filliuc. quos citat, & ſequitur Diana *5. part. tract.12. reſol.31.* Rodriguez *in Bulla Cruc. §.7. dub.1. num.7.* Boſſius *ſect.4. caſu 8. n.14. & caſu 21. num.21. pag. mihi 447.* & alij, quos ſequitur Quintanad. *de Iubil. dup. hebdom. cap.9. num.2.*

QVÆSTIO LVII.

An quando in Bulla præcipitur tribus diebus fieri eleemoſynam, neceſſariò facienda ſit iiſdem, vt Indulgentiam conſequatur.

AFfirmant Sanctarellus *de Iubileo c.7. dub.1.* Leo *de Iubilee part.2. num.146.* Lavorius *de Iubileo part.1. cap.21. num.7.* Reginaldus *lib.7. cap. vltim. num.184.* Filliuc. *tract.8. num.255.* quos omnes refert Diana *part.5. tract.12. reſol.22.* Quibus ego addo Philippum de la Cruz *in theſ. Eccleſ. tractat.1. §.11. num.4. pag.72. & §.19. num.4. pag.139.* & Doctiſſimum meum Nauar. *de Oratione Miſcellan.58. num. mihi 128. & 129. fol.337.* & alios apud ipſos. Et licèt hæc ſententia abſolutè loquendo ſit longè verior, & probabilior.

Nihilominus tamen probabiliter reſpondeo: Non eſſe in omni caſu de neceſſitate Indulgentiæ, quod fiat eleemoſyna iiſdemmet diebus à Bulla præſcriptis. Sic tenet Nauar. *loc. cit.* vbi ſic ait: Qui per probabilem ignorantiam, obliuionem, vel incogitantiam, ſiue inaduertentiam, abſque alia culpa, & negligentia omitteret orare, & eleemoſynam facere vſque ad Sabbatum, & tunc haberet Orationem, & faceret eleemoſynam notabiliter maiorem, quàm tribus diebus facere tenebatur, ex quadam æquitate, & tacita Indulgentis intentione, quæreret illam: Quia rem, quæ culpa caret, in damnum vocari non convenit, *cap.2. de Conſtitut.* Et quia quædam gloſſa ſingularis, & recepta, *l. tale pactum, §. final. ff. de pactis*, dixit pro tacitè ſtatuto habendum id, quod veriſimiliter ſtatutum fuiſſet, ſi ab ſtatuente quæſitum fuiſſet. Et veriſimile eſt, Papam ſi de hoc caſu interrogatus fuiſſet, ita pro ſua maxima pietate, & æquitate reſponſurum. Hucuſque Nauar. & poſt illum, imò & ex illo omninò Boſſius *de Iubilee ſect.4. caſu 8. n.9.* & Diana *loc. cit. reſol.55.* Vega *etiam tom.2. c.27. caſu 48.* & Philippus de Cruce *tract.1. §.21. num.4.* & clariùs *§.18. num.5. fol.134.*

QVÆSTIO LVIII.

An ad lucrandum Iubileum ſufficiat dare eleemoſynam ei, cui aliàs ex obligatione præcepti naturalis, vel voti debetur?

NEgat abſolutè Sylveſt. *verb. Indulgentia, quæſt.6.* quatenus docet, nullo modo ſufficere ad lucrandam Indulgentiam opus pium, aliàs ex præcepto faciendum, etiam ſi illud Pontifex injungat. Sed in hoc exceſſit hic Author. Quia ſi Pontifex poteſt (*vt ſup.* eſt habitum) ſine vllo pio opere Indulgentias concedere, à fortiori poterit injungendo aliquod pium opus alioqui ex præcepto faciendum.

Negat etiam Granados *controu.12. tract.5. diſp.4. n.15.* caſu quo Pontifex, ſaltem implicitè, non declaret ſufficere ad Indulgentias opera alioquin ex præcepto facienda. Citat pro hac parte Sotum, Nauar. Victoriam, Suarium.

Sed probabiliùs reſpondeo: Sufficere. Quia ex praxi conſtat, ſufficienter ſatisfieri oneri operum

implendorum in Iubileo per opera aliàs debita, ſiue ex obligatione præcepti naturalis, vel Eccleſiaſtici, vel voti. Sic Boſſius *de Iubil. ſect. 4. caſu 8. n. 3. & caſu 21. n. 23.* quem citat, & ſequitur Diana vbi infrà, & Henriquez *lib. 7. c. 10. n. 6.* vbi ſic ait: Satis eſt eleemoſynam dari ei, cui debet de præcepto, vt parenti, aut extremè indigenti. Sic ille. Pollachus, Sanctarellus, Fernandez, Comitolus, & Layman, quos citat, & ſequitur Diana 2. *part. tract. 12. reſol. 31. & 54.* Lugo *diſp. 21. n. 110. pag. 623.* & nouiter Quintanadueñas *c. 9. cit. n. 4.* Ita dicens: [Aunque ſe de la limoſna al que ſe deue de præcepto, como al que està en extrema neceſſidad, ò a los Padres, ſe cumple con el Iubileo. Henriquez *num. 6.* Bonacina ſup. Y aunque ſe deba por voto, ò mandato de la Yglesia.] Sic ille.

QVÆSTIO LIX.

An etiam ſufficiat dare eleemoſynam pauperi credito, qui reuera diues eſt?

NEgant aliqui, & quidem probabiliter.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Sufficere. Quia non eſt de ſubſtantia eleemoſynæ, quod detur vero pauperi, ſed quod detur ad ſubleuandam miſeriam inopis: at in noſtro caſu verè datur ex tali fine: ergo. Adde quod Bulla moderna non dicit quod eleemoſynæ dentur pauperibus, ſed ſolùm quod fiant eleemoſynæ. Sic omnino Lugo *diſp. 27. n. 113. pag. 623.* vbi etiam aduertit, quod in his eleemoſynis verè ſit animus transferendi dominium illarum pauperi credito. Lugum ſequitur Quintanad. *cap. 9. cit. n. 15.*

QVÆSTIO LX.

An in jejuniis ad Iubileum impoſitis, poſſit jejunans veſci ouis, & lacticiniis, ſi ad minus Bullam habeat Cruciatæ?

NEgat Nauar. *lib. 3. conſilior. tit. de obſeru. jejun. in vltima edit. conſil. 5. fol. mihi 163.* Quia priuilegium Bullæ ſolùm concedit facultatem comedendi oua, & lacticinia in diebus jejuniorum Eccleſiaſticorum. Negat etiam Graffius *in deciſ. tom. 1. part. 1. lib. 2. cap. 35. num. 60.* Couarr. *lib. 4. variar. cap. 20. num. 75.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, poſſe. Quia non aliter Pontifex imponit jejunium Iubileo, quàm lege Eccleſiaſtica indicitur: ſed huic jejunio ſatisfit edendo oua, & lacticinia cum Bulla: ergo etiam ſatisfiet jejunio ad Iubileum impoſito. Sic Angles, Medina, Lopez, & Petrus de Ledeſma, quos citat, & ſequitur Sanchez *lib. 4. Summa, c. 11. num. 49. pag. mihi 863.* Nuñus, Moure, Leo, Vega, Portel, Villalobos, Fillincius, Molfeſius, Henriquez, & Sancius, quos affert, & ſequitur Diana *1. part. tract. 9. reſol. 17. & tract. 11. reſol. 3. pag. mihi 264.* Ludouicus de Cruce, quem refert, & ſequitur Trullench. *in expoſit. Bullæ, lib. 1. §. 5. dub. 8. num. 2. pag. mihi 150.* Lugo *diſp. 27. n. 108. pag. 622.* Bonac. *loc. cit. punct. 5. n. 16.* & apud illum Caiet. & Medina.

QVÆSTIO LXI.

An ſi prædicta ieiunia incidant extra Quadrageſimam, poſſint lucrantes Iubileum ſatisfacere illis veſcendo lacticiniis, etiam ſine Bulla.

NEgant aliqui, quos tacitè referunt Sanchez, & Lugo *vbi infrà,* & expreſsè Præpoſitus, & Alexander *in cap. denique, diſt. 4. n. 6.* Dominicus *in cap. Rogationes, de conſecr. diſt. 3.* & Couarr. *lib. 4. reſol. c. 29. n. 15.* exiſtimantes, non ſolùm in quadrageſimali jejunio, ſed etiam in jejuniis extra quadrageſimam iure communi prohiberi oua, & lacticinia.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe ſatisfieri. Quia probabilior opinio eſt, nec iure, nec conſuetudine interdici lacticinia in jejuniis extra quadrageſimam, ſed ſolùm abſtinentiam carnium. Sic Sanchez, Lugo, & Trullench. *loc. cit.* S. Thom. *2. 2. quæſt. 157. art. 8.* Sancius *in ſelect. diſp. 4. num. 19.* Diana *1. part. tract. 11. reſol. 3.* & clariùs *in addit. reſol. 20. & tract. 9. reſol. 17.* & apud ipſos Vaſquez, Suarez, Portel, Villalobos, & Ludouicus à Cruce, Boſſius etiam *de Iubileo ſect. 4. caſu 19. num. 19.* Bottonus, Lauorius, Leo, Bonacina, Azor. & alij apud ipſum. Et nouiſſimè D. Didacus Narbona anno 60. *quæſt. 3. n. 3. pag. 621.* & Quintanadueñas *de Iubil. dup. hebdomad. cap. 8. num. 2.*

QVÆSTIO LXII.

An ſi dicta jejunia incidant in quadrageſima, poſſit etiam ille qui non habet Bullas, ſatisfacere illis edendo oua, & lacticinia?

NEgant Henriquez, & Rodriguez apud Sanchez *loc. cit. num. 50.* & nouiſſimè Trullench. *loc. cit. num. 5. pag. mihi 152.* & alij, & quidem ſatis probabiliter.

Sed non minùs probabiliter reſpondeo, poſſe ſatisfacere, niſi alias Pontifex in Iubileo vſum lacticiniorum interdiceret. Quia non minùs probabile eſt, quod præceptum jejunii, etiam quadrageſimalis, non obliget ad lacticiniorum abſtinentiam, & quod hæc abſtinentia diſtinctum ſit præceptum à præcepto jejunii eſſentialis. Vnde licèt in caſu poſito peccaret contra præceptum Eccleſiæ, qui lacticinia ederet, ſatisfaceret tamen jejuniis Iubileo impoſitis. Sic Sanchez *loc. cit. n. 53.* Lugo *diſp. 27. num. 108.* Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, diſput. 1. cap. 5. dub. 14. num. 12.* & alij.

QVÆSTIO LXIII.

An ſatisfiat Iubileo per jejunia aliunde debita ex voto?

NEgatiuam partem inſinuant Sylveſt. *verb. Indulgentia, q. 6.* Tabiena *q. 19.* Armilla *n. 16.*

Sed certiſſimè reſpondeo, ſatisfieri. Aliàs qui ex voto tenetur jejunare omnibus feriis ſextis, non poſſet obtinere Iubileum, quod eſt pluſquam falſum. Sic Lugo *num. 110.* Diana *4. part. tract. 12. reſol. 54.* & apud ipſum Pollachus, Sanctarellus, Fernandez, Layman, Comitolus, & alij *ſuprà, q. 95.* adducti. Quibus addi poteſt Boſſius *de Iubil. ſect. 4. caſu 9. num. 3. & caſu 18. n. 17.* & communis, quam ſequitur Quintanad. *loc. cit. num. 4. & 13.*

QVÆSTIO LXIV.

An Oratio, quæ debet fieri in Eccleſiis pro lucranda Indulgentia Bullæ, aut Iubilei, neceſſariò debeat eſſe vocalis?

AFfirmant Rodriguez *in expoſit. Bullæ Cruc. §. 7. n. 2.* Ludovic. à Cruce *in expoſit. Bullæ diſp. 1. c. 8. dub. 12.* (ſibi contrarius *dub. 11. num. 2.*)

Sed probabiliùs reſpondeo: Non debere neceſſariò eſſe vocalem, ſed ſufficere eſſe orationem mentalem. Quia in Bulla ſolùm petitur, vt orent pro neceſſitatibus ibi expreſſis: *orare* autem indifferens eſt ad orationem mentalem, & vocalem: ergo. Sic Trull. in

*in expoſit. Bullæ, lib.*1.§.6. *dub.*1. *num.*7. *pag. mihi* 17. quem citat, & ſequitur Diana 5.*part. tract.*12.*reſol.*44. & ante illos id docuit Doctiſſimus meus Nauar. §. *in Leuitico , notab.*32. *verſu preces,* n.48. Lugo *diſp.*27. *n.*111.*pag.*622. Boſſius *de Iubil. ſect.*5. *caſu* 17. *n.*12. & apud ipſum Zerola *lib.*2. *de Iubil. ſect.*5. *c.*13. *q.*9. Cæſar Botton. Filliuc. Pollachus, Lauorius, Homobonus, & Cirillus Francus, & communis, quam nouiter ſequitur Mendo *in Bull. diſp.*19. *c.*2. *& diſp.*20. *c.*4. *num.*28. quamuis *num.*3. vt contradicat Cardin. de Lugo, dicat tutius eſſe cum oratione mentali aliquam vocalem intermiſcere.

QVÆSTIO LXV.

An pro obtinenda Indulgentia ſufficiat quæcunque, etiam minima, & breuis oratio ?

NEgant Pollachus *de Iubileo ſect.*42. *num.*57. & Ægidius *diſp.*12. *n.*34. atque expreſſiùs Nuño *in expoſit. Bullæ* , §.9. *dub.* 2. *pag. mihi* 760. Et non improbabile reputat Layman. *lib.*5. *tractat.*7. *cap.*5. *num.* 2.

Sed probabiliùs reſpondeo : Sufficere , niſi aliàs in Bulla Iubilei præſcribantur certæ preces. Sic Boſſius *in tract. de Iubil. ſect.*4. *caſu* 17. *n.*15. *&* 20. & ex illo Diana 5.*part. tract.*12. *reſol.*33. docentes, quod quando in Bulla non præſcribuntur certæ preces (ſicut non præſcribuntur in Bulla Cruciatæ) ſufficiat fundere pro lucro Iubilei quaſlibet preces, etiam breues , & quacumque lingua, Latina, Hiſpanica, Gallica, vulgari, &c. Sic etiam apud ipſos Leo *de Iubileo p.*1. *c.*18. *num.*8. Filliucius *tract.*8. *cap.*6. *n.*164. *&* 165. Suarez *tom.*4. *diſp.*52. *ſect.*8. *num.*5. Nauar. *notab.*31. *n.*35. *& notab.*32. *n.*48. Henriq. *lib.*7. *cap.*10. *num.*6. Bonacina *diſput.*6. *quæſt.*1. *punct.*5. *n.*19. Rodriguez *in Bullam,* §.7. *num.*4. Fabricius *c.*32. Lauorius *de Iubil. part.*1. *cap.* 18. *num.* 8. & Cæſar Bottonus *pag.*203. quibus ego addo Ægidium Trullench. *lib.*1. *cit.* §.6. *dub.*2. *num.*6. vbi ait : quod pro lucranda Indulgentia Bullæ ſufficit ad ſingula altaria ſemel orationem Dominicam, & Angelicam fundere, quod non probat omnino Mendo *loc. cit.* cenſens adeò exiguam eſſe hanc orationem, vt pro nihilo poſſit reputari, & ideò in maiori quantitate eſſe fundendam, nempe in quouis Altari bis orationem Dominicam , ſimulque bis ſalutationem Angelicam, docet.

QVÆSTIO LXVI.

An pro lucranda Indulgentia ſatis ſit fundere preces aliàs ex obligatione voti , aut pænitentia, &c. debitas ?

NEgant ex Bonau. Sylueſt. Tabiena, & Granados *locis ſuprà q.*58. *& q.*63. *cit.* Nuñus *in expoſit. Bulla,* §.9. *pag. mihi* 760. & Mendo *diſp.*19. *c.*2. *n.*13. *& diſp.*20. *c.*4. *n.*28. quia , inquit , mens Pontificis eſt, vt aliquid voluntarium peragatur.

Sed probabiliùs reſpondeo : ſatis eſſe , quia ad lucrandum Iubileum non requiruntur opera aliunde indebita. Sic Authores vbi ſuprà pro noſtra ſententia citati, & expreſsè Boſſius *loc. cit. num.* 16. 17. *&* 18. addens : quod poſſit quis etiam orare vnà cum ſocio, recitando alternatim preces, & hoc ſedendo, ſtando, & etiam capite operto. Sic quoque Diana, & alij Doctores *nuper citati* , quod autem id non ſit iuxta mentem Pontificis, non probat, nec probare poteſt Mendo, cum potiùs oppoſitum colligatur apertè.

QVÆSTIO LXVII.

An ſufficiat extra portam Eccleſiæ orare ad conſequendam Indulgentiam conceſſam illam viſitantibus ?

NEgant Gloſſa *in Clement. de reliq. & vener. ſanct.* & Zanard. *in Director. Theolog. p.*1. *tract. de pœnit. c.*20. *q.*40. Pinellus *de Indulg.* Portel. *in Sum. verb. Indulgentia, in addit. n.*8. exiſtimantes , quod quando Indulgentia datur viſitantibus talem Eccleſiam , vel in ea orantibus , ſit neceſſe corporaliter ingredi Eccleſiam , in illaque orare : nec ſufficere orare ante januam, etiamſi ob neceſſitatem, vel ob multitudinem hominum quis ingredi non poſſit.

Sed probabiliter reſpondeo, ſufficere, quia qui prædicto modo orat, viſitare moraliter Eccleſiam dicitur, cum reuera in fauorabilibus nomine Eccleſiæ cœmeterium comprehendatur. Sic Suarez *diſp.*52. *ſect.*1. *n.*7. Nuñus *in* 3.*part. tract. de Bulla,* §.10. Bonacina *diſp.*6. *q.*1. *punct.*5. *num.*26. Diana 1.*part. tract.*11. *reſol.*103. Lugo *diſp.*27. *n.*97. & apud ipſos Leo, Rodriguez , Graffis, Villalobos , Moure, Filliuc. & Sanctarellus , quibus addi poſſunt Trullench *in expoſit. Bulla, lib.*1.§.6. *dub.*2. *n.*3. Boſſius *ſect.*4. *caſu* 14. *n.*10. *& caſu* 17. *num.*2. & apud ipſum Armilla *verb. Indulg. n.*19. Zerola *de Iubil. lib.*1. *c.*16. *q.*4. *&* 11. Layman. *lib.*6. *tract.*7. *cap.*4. *n.*4. Lauorius *de Iubil. part.*1. *cap.*17. *num.*29. & alij.

QVÆSTIO LXVIII.

An quando ad lucrandam Indulgentiam exigitur viſitare quinque altaria in aliqua Eccleſia , ſufficiat etiam extra portam illa viſitare ?

AFfirmat Moure *in examine Theol. moral.* 3.*part. cap.*9.§.7. *n.*5. *pag. mihi* 330. & apud ipſum Roſella *verb. Indulgent.* §.21. Corduba *de Indulg. q.*21. & Rodriguez *in Bullam* , §. 8. *dub.* 7. & Villalobos *tom.*1. *tract.*27. *clauſ.*8. *num.*7.

Negant verò è contra Nuñus *loc. cit.* Diana 1.*p. tract.*11. *reſol.*103. qui refert pro hac parte Moure, Villalobos, Sanctarellum, Filliuc. Leonem, Bonacin. & alios. Sed profectò ex iis oppoſitum dicunt Moure , & Villalobos ; tenent tamen hanc partem Lugo *loc. cit. num.*98. & alij.

Sed probabiliùs cum diſtinctione reſpondeo, non ſufficere quidem , niſi caſu quo à foris poſſint videri quinque altaria, vt ſic poſſit, qui lucraturus eſt indulgentiam, illa viſitare. Sic Trullench. *in expoſit. Bulla, lib.*1. §. 6. *dub.* 2. *n.*3. *in fine,* Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bulla* , *diſp.*1. *cap.*8. *dub.*13. *n.*5. Sic etiam Doctus Boſſius *caſu* 13. *cit. n.*14. vbi ex Zerola *lib.*1. *de Iubil. c.*16. *q.*11. noſtræ quæſtioni ita reſpondet: Si altare illud, vel capella ſit iam intus Eccleſiam, vt à valuis Eccleſiæ non poſſit videri , tunc ſi quis non ingreditur, & viſitet illud , aut capellam, non lucratur Indulgentiam, quia non adimplet opus ; & rationem cur non adimpleat , dic eſſe , quia in tali caſu non cenſetur moraliter præſens. Reſpondet ſecundò, quod ſi à valuis , ſeu janua Eccleſiæ appareret tale altare, vel talis capella , & propter multitudinem non poſſet quis adire ad illud, vel ad illam, tunc videndo illud , vel illam , faciens orationem à porta acquirit Indulgentiam, eo quòd non requiritur tactus, vel oſculum Altaris , vel Capellæ. Sic Boſſius ex Zerola, necnon Quintanaduenas *tract.* 7. *Append. dub.*6. & Mendo *diſp.*20. *cap.*5.

QVÆSTIO LXXV.

An hanc Bullæ Indulgentiam poſſit quis lucrari pro animabus Purgatorij, vel pro defuncto ſibi benè viſo?

RESpondeo: poſſe. Imò toties, quoties poteſt pro ſe, iuxta ea quæ nuper diximus; ſicut etiam poterit pro ſe ſemel viſitatione vna, & altera viſitatione pro defunctis, Indulgentiam conſequi. Sic colligitur ex illis verbis Bullæ: *Tam pro ſe, quàm per modum ſuffragij pro defunctis, pro quibus viſitauerint, conſequantur.* Et ſic Rodrig. §. 8 *n.* 13. Villalob *tom.* 1. *tract.* 27. *clauſ.* 8. *n.* 8. Diana 1. *part. tract.* 11. *reſol.* 104. Trullench. *lib.* 1. *n.* 6. *dub.* 4. & communis.

QVÆSTIO LXXVI.

An ad lucrandas Indulgentias Iubilei, aut Bullæ teneatur confiteri, qui non habet conſcientiam peccati mortalis?

AFfirmant Sanch. *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 15. *n.* 19. *in ſum. tom.* 1. *lib.* 4. *c.* 54. *n.* 91. Nuñus *in addit. q.* 27. *art.* 3. *dub.* 1. Floronus *de caſib. reſeru. p.* 1. *c.* 6. §. 6. *n.* 3. Acoſta *in Bulla, quæſt.* 24. *dub* 2. Pollachos *de Iubileo ſect.* 42. *n.* 20. Lauorius *de Iubileo, part.* 2. *cap.* 14. *n.* 85. Fernandez *in medulla caſ. part.* 3. *c.* 7. §. 8. *n.* 8. Homobonus *de caſ. reſeru. cap.* 5. *obſeru.* 5. & Vega *in ſum. tom.* 1. *cap.* 54. *n.* 41. quos omnes refert Diana 1. *part. tract.* 11. *reſol.* 109. *&* 3. *part. tract.* 12. *reſol.* 30. quibus addi etiam poſſunt Adrianus *in* 4. *tract. de Indulg.* Corduba *de Indulg. q.* 25. Rodrig. *in ſum. c.* 183. *n.* 11. & Granados *contron.* 12. *tract.* 5. *diſp.* 4. *n.* 6. Lublinus *verb. Indulgentia, n.* 29. Sot. *in* 4. *diſt.* 21. *q.* 2. Durand. *diſt.* 20. *q.* 4. Caiet. *tom.* 1. *opuſc. tract.* 15. *c.* 10. Et hanc ſententiam eſſe tutiorem, dicit Boſſius *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Non teneri, quia vſus Eccleſiæ eſt, vt quando præcipit Cõfeſſionem, intelligatur de mortalibus, vt conſtat ex *cap. omnis vtriuſque ſexus.* Et ex illo id docent Suarez *diſp.* 32. *ſect.* 3. *n.* 5. Zanard. *in Director. Confeſſ. p.* 1. *de Sacram. Pœnit. cap.* 21. *q.* 14. Lotichius *in Theſauro Theologia, verb. Iubileum, num.* 21. Comitol. *in reſponſ. moral. lib.* 1. *q.* 39. Reginald. *lib.* 7. *cap. vlt. n.* 173. (non 147. vt habet Dian. 5. *p. vbi infrà,*) Bellarm. *de Indulg. lib.* 1. *c.* 13. *q.* 3. Graffius *part.* 2. *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 19. Ægidius *diſp.* 12. *dub.* 7. *n.* 38. illiuc *tract.* 8. *cap.* 6. *n.* 145. Henriq. *lib.* 7. *cap.* 12. *num.* 2. Bonac. *diſp.* 6. *de Pœnit. q.* 1. *punct.* 5. *n.* 7. Molfeſ. *tom.* 1. *ſum. tract.* 7. *c.* 26. *n.* 79. Ludou. à Cruce *in Bulla diſp.* 1. *c.* 8. *dub.* 7. *n.* 12. Benzon. *de Iubileo lib.* 5. *c.* 1. Leo *de Iubileo part.* 1. *n.* 73. Fabrin. *de Iubileo c.* 35. *dub.* 6. Sanctarel. *de Iubileo, c.* 14. *dub.* 2. *&* 4. Layman. *lib.* 5. *tract.* 7. *cap.* 6. *n.* 7. Botton. *de Iubileo Sixti V. fol.* 182. *&* 183. Pottel. *in dub. regul. verb. Iubileũ, n.* 6. Zerola *de Iubileo lib.* 1. *cap.* 15. *dub.* 16. Fauſtus *de Iubileo lib.* 4. *q.* 36. & Villalobos *tract.* 20. *diff.* 24. *n.* 11. quos omnes ſic refert, & ſequitur Diana *locis vbi ſuprà citatis.* Quibus adhuc addi poſſunt Lugo *diſp* 27. *n.* 100. Doctiſſimus Nauarr. *notab.* 18. *n.* 1. *&* 17. *& notab.* 30. *n.* 6. Trullench. *in Bulla, lib.* 1. §. 1. *dub.* 15. *n.* 9. Philippus de la Cruz *in Theſauro Eccleſia, tract.* 1. §. 10. *n.* 6. Lublinus *verb. Iubileum, n.* 13. (iam ſibi contrarius) doctus Boſſius *de Iubileo, ſect.* 4. *caſu* 18. §. 3. *n.* 39. *pag. mihi* 432. Qui pro hac noſtra, & ſua ſententia citat etiam Homobonum 2. *p. exam. tract.* 11. *c.* 12. *q.* 29. *requiſit.* 5. Quintauaduenas *de Iubil. dup. hebdom. c.* 18. *n.* 5. & Machado *tom.* 1. *lib.* 3. *p.* 2. *tract.* 3. *docum.* 2. *num.* 4.

QVÆSTIO LXXVII.

An teneatur confiteri ad conſequendam Indulgentiam, qui commiſit culpam mortalem, quam non eſt confeſſus?

REſpondeo: non teneri, dummodo in Bulla non exprimatur Confeſſio. Ratio eſt, quia exiſtens in gratia per contritionem eſt capax conſequendi Indulgentias; ergo ſi Superior concedens illas non requirat Confeſſionem, nullo modo erit neceſſaria: Sic Nauar. *notab.* 18. Suarez, Bonacina, Granados, & alij *infrà citandi*, & communis.

QVÆSTIO LXXVIII.

An ſi in Bulla exigatur Confeſſio (vt ſi dicatur omnibus verè pœnitentibus, & Confeſſis, ſeu contritis, & Confeſſis, qui hoc, vel illud fecerint, concedimus plenariam Indulgentiam) neceſſaria ſit Confeſſio illi, qui commiſit mortale poſt Confeſſionem?

NEgant adhuc eſſe neceſſariam Confeſſionem actualem, ſed ſufficere veram, & perfectam contritionem, cum Confeſſione in voto: aut cum propoſito confitendi tempore debito ſecundum ſtatutum Eccleſiæ, Suarez *diſp.* 50. *ſect.* 3. *n.* 4. *& diſp.* 52. *ſect.* 3. *n.* 12. *&* 13. Henriquez *lib.* 7. *c.* 12. *n.* 1. Filliuc. *tract.* 8. *c.* 5. *n.* 148. Ludouic. à Cruce *in Bull. diſp.* 1. *cap.* 8. *dub.* 7. *n.* 5. quos citat, & ſequitur Diana *part.* 5. *tract.* 12. *reſol.* 30. qui etiam citat pro hac parte Emmanuel. Sà *verb. Indulg. n.* 3. & Ægidium *de Sacram. diſp.* 12. *dub.* 7. *n.* 38. Sed vtrumque malè, *vt infrà.* Tenent tamen illam etiam Palud. *diſt.* 20. *q.* 4. *art.* 1. & Syluest. *verb. Indulg. q.* 7. & vt probabilem ſequitur Lugo *diſp.* 27. *n.* 94. *pag.* 620. Ita etiam apud Boſſium Abbas, Ioan. Andreas, Card. Palud. & alij, quos ſequitur Quintanad. *loc. cit.*

Sed probabiliùs reſpondeo, neceſſariam eſſe illi actualem confeſſionem de peccatis mortalibus commiſſis noodum Confeſſis, & tunc temporis, quando quis intendit lucrari Indulgentiam, ſeu Iubileum, neque ſufficere ſolam contritionem cum voto, ſeu propoſito confitendi, tempòre ab Eccleſia ſtatuto. Quia id claré exigitur in Bulla. Sic Ægidius, & Sà *locis à* Diana pro ſua ſententia *citatis.* Nam Ægidius hæc dicit verba: *Dubitant etiam Auctores, vtrum quando conceditur Indulgentia contritis, & Confeſſis conſcius ſibi peccati mortalis, neceſſaria ſit actualis Confeſſio? Contritionem enim ſufficere multi probabile putant. Sed contrarium eſt longè ſecurius.* Sic Ægidius, & Sà ſic: *Cum ad Indulgentiam requiritur Confeſſio, ſufficere quidam putant contritionem cum propoſito confitendi tempore debito ex præcepto.* Palud. 4. *diſt.* 20. *art.* 2. Panorm. *cap. Omnis vtriuſque ſexus, de pœnit. n.* 21. *& quidam alij.* Ego non puto. Anton. 1. *p. tit.* 10. *c.* 3. §. 2. *&* 5. Angel. *n.* 17. Caietan. *opuſc. de Indulg. ad Iulium c.* 10. Adrian. Nauar. *not.* 18. *& alij, niſi fortè in eo, qui non poteſt confiteri.* Sic Sà *in vtraque editione.* Victorel. *in add. ad eundem*, Bellarm. *lib.* 1. *de Indulg. c.* 12. *q.* 3. Corduba *q.* 27. Acoſta *in Bulla Cruc. q.* 12. Lauor. *de Iubil. part.* 2. *cap.* 10. *n.* 31. Sanctarel. *c.* 14. *dub.* 3. Leo *part.* 1. *de Iubil. n.* 65. Zerola *de Iubil. lib.* 1. *cap.* 15. *dub.* 3. *n.* 51. *&* 53. Layman. *lib* 5. *tract.* 7. *cap.* 6. *num.* 7. Bonacina *diſp.* 6. *quæſt.* 1. *punct.* 5. *num.* 5. Villalob. *in ſumma, tract.* 16. *diff.* 11. *num.* 4. Granad. *Controu.* 12. *tr.* 5. *diſp.* 4. *n.* 2. Reginald. Durand. Graffius & alij apud ipſus, Boſſius *ſect.* 4. *cit. caſu* 19. §. 3. *n.* 44.

*num.*44. & clariùs §.6. *num.*34. & apud ipſum etiam Caiet. Nauar. Corduba, & alij plures.

QVÆSTIO LXXIX.

An qui intra tempus à Iubileo præſcriptum confitetur, ſed ante hebdomadæ finem (in qua conſequitur Indulgentiam) incidit in mortale, teneatur iterum confiteri?

AFfirmant Suarez *diſp.*52. *ſect.*3. *num.*7. Filliuc. *tract.*8. *c.*6.*n.*187. Villalobos *tract.*26. *diff.*11. *n.*2. Sanctarellus *de Iubileo, cap.*14.*dub.*4.& Graffiis *lib.* 2. *Append. cap.*5. *n.*9. & Boſſius *ſect.*4. *caſu* 19. §.2. *num.*42.

Sed probabiliùs reſpondeo, non teneri iterum confiteri, ſed ſufficere tunc habere contritionem ad Indulgentiam lucrandam; quia in Iubileo ſolùm exigitur vnica Confeſſio, ſed hæc iam ab illo fuit facta: ergo. Sic Granados *loc. cit. n.*8. Præpoſitus *in* 3.*part. quaſt.* 14. *de Indulgentia, dub.*10. *n.*84. & Nuñus *in addit. q.*25.*art.*3. *dub.*4. quos citat, & ſequitur Diana 5.*part.tract.*12.*reſolut.*1. Quibus addi poſſunt Lugo *diſp.*27. *num.*101.*pag.*621. & Bonac. *loc. cit. num.*9. qui idem affirmant dicendum, caſu quo quis alicuius obliuiſcatur peccati, aut ex cauſa inculpatè peccatum aliquod in Confeſſione omittat. Et benè, quidquid adhuc cum Graffio *loc. cit.* contradicat Boſſius *n.* 23. *pag.*130. Sic etiam tenet Quintanad. *cap.*18. *citat. num.*7.*pag.*215.

QVÆSTIO LXXX.

An ſi quis fecit intra hebdomadam confeſſionem ſacrilegam, ſufficiat ad effectum Iubilei habere contritionem ante finem hebdomadæ?

AFfirmat Diana 3.*p. tract.*4. *reſol.*148. qui etiam affert pro ſe Patrem Henriquez *lib.* 7. *c.* 9. *n.*5. Fernandez *in examine Theolog. Moral. part.*3. *cap.*7. §.8. *n.*1. & Barth. à S.Fauſto *de Iubileo lib.* 4. *q.* 46. Sed non benè, quia ex his,quos citat Authoribus,ſolus Fauſtus docet hanc ſententiam, vt benè notat Lugo *vbi infrà.*

Sed certiſſimè ferè reſpondeo,non ſufficere habere contritionem,ſed debere iterum validè confiteri,quia confeſſio ſacrilega, quam fecit,non fuit confeſſio,ſed irriſio: ergo, vt ille lucretur Indulgentiam Iubilei, iterum debet validè confiteri, Sic Sanctarellus, Petrus Proſt, Zanardus, & Alphonſus de Leone, apud Dianam *loc.cit.* Lugo *diſp.*27.*n.*103. *pag.*622. Suarez *diſput.*52. *ſect.*3.*num.*6.*in fine*, & alij, quos ſequitur Quintanad. *loc. cit. num.*6.

QVÆSTIO LXXXI.

An ad lucrandum Iubileum ſufficiat confiteri Dominica ſequenti?

NEgant Filliuc. *tract.*8.*c.*10.*n.*272. (vbi ait, fertur ita reſpondiſſe Clementem VIII. Licèt conceſſerit Pœnitentiariis Sancti Petri, vt etiam die Dominica à reſeruatis abſolverent.) Portel. *verb. Indulgentia* 2.*num.*6. Alphonſus de Leone, & alij,quos affert Diana 1.*part. tract.*13. *reſol.*28.

Sed longè probabiliter reſpondeo: Sufficere confeſſionem fieri Dominica ſequenti, quia indultum eſt,poſſe illa die communicare: ergo & confiteri; nam confeſſio communionem comitatur. Sic Nauar. *notab.*19.*n.*19. Henriq.*lib.*7.*c.*10.*n.*8. Soto *diſt.*21.*q.*2. *art.*3.Rodrig.§.2.*dub.*5. quos citat, & ſequitur Acoſta *in expoſ. Bullæ,q.*14.*dub.*3.Reginald.*lib.*3. *cap. vlt. n.*173. Villalob.*tract.*26. *diff.*11. *n.*17. Sanctarell.*de Iubil. c.*7. *dub.*1.Bonac. *diſp.*6. *q.*2. *punct.*5.*n.*34. Sà *verb.Indulgentia,n.*13.Vega *tom.*1.*c.*7.*caſu* 5. Molfeſ. *tom.*1.*c.*16.*tract.*6.*n.*43. quos omnes ſic refert, & ſequitur Diana *loc. cit.* Sed ex his Authoribus id non docet Sà, docent tamen illam alij, quibus etiam addi poſſunt Lugo *diſp.*27. *n.*107. Graffius *lib.*4. *cap.*13. *num.*59. & Boſſius *ſect.*3. *caſu* 19. §.4. *n.*47. & apud ipſum Zerola, Bottonus, Corduba, & alij, Lublinus *verb. Iubileum, num.*17.

QVÆSTIO LXXXII.

An ad lucrandum Iubileum ſufficiat etiam Confiteri ipſa Dominica,qua ſolet promulgari?

NEgauit Pater Ioannes de Salas,de hac re conſultus,vt refert Lugo *loc.cit. n.*106. *pag.*622.

Sed certiſſimè reſpondeo: Sufficere,quia id praxis teſtatur. Siquidem ipſa Dominica die, qua promulgatur Iubileum virtute illius Confeſſarij abſque vllo ſcrupulo à reſeruatis abſoluunt. Sic Filliuc. & Lugo *loc. cit.* & omnes.

QVÆSTIO LXXXIII.

An qui tempore Iubilei ob impotentiam phyſicam, vel moralem non poteſt confiteri, poſſit lucrari Iubileum, ſi alia opera præſcripta faciat?

NEgat Diana 3.*p. tract.*12. *reſol.*29. referens pro ſe Suarium *diſp.*52. *ſect.*3. *n.*6. Bartholomæum à Sancto Fauſto *de Iubileo lib.*4.*q* 41. Filliuc. *tract.*8. *c.*6.*n.*146. Lavorium, Homobonum,& Alphonſum, & Franciſcum de Leone. Quibus addi poſſunt Bonac. *loc.cit. n.*17. & Victorellus *in addit.ad Sà,verb.Indulgentia,ſub finem*, & apud Boſſium Sanctarellus *de Iubileo cap.*14. *dub.*13.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe lucrari. Quia ex pia mente Pontificis præſumi debet in tali caſu ſufficere contritionem. Sic Henriq. *lib.*7. *c.*10. *num.*6. *in Gloſſa lit. N. & c.*12. *n.*12. *in Gloſ. litt. H.* Reginaldus *lib.*7. *cap.vlt. num.*172.*&* 185. Layman. *lib.*5. *tract.*7.*c.*4. *n.*7. Fernandez *in Medulla caſ.p.*3. *cap.*7.§ 8.*n.*3.Zanard.*in direct.Theol. part.*1.*de pœnit. cap.*21.*q.*20.Vega *part.*2.*ſum. c.*7.*caſu* 31. & Zerola *de Iubileo lib.*2. *cap.. dub.*13.*&* 60. quos omnes citat Diana *loc. cit.* & ſecutus fuerat 3.*p.tract.*4.*reſol.*150. licèt poſtea ſententiam mutauerit. His addi etiam poſſunt Nauar.*notab.*18.*n.*14. Sà *verb.Indulg. num.*1. Vnde malè citat illum Bonac. pro ſua ſententia (fortè voluit citare Victorellum.) Boſſius *ſect.*4.*caſu* 20.§.1. *num.*17. dicens,iuxta hanc noſtram ſententiam, affirmandum eſſe,quod ille qui contritus voluit confiteri, & ob defectum Confeſſarij,vel ob ægritudinem grauem, vel ob multitudinem pœnitentium confluentiũ, vel obliuionem inuincibilem non potuit confiteri, vel ob malitiam,aut rigorem Confeſſoris obtinere abſolutionem,lucretur Indulgentiam. Sic infert Boſſius ex Nauarro, Zerola, Henriquez, Cutiel, & ex aliis.

QVÆSTIO LXXXIV.

An Religioſi,qui Iubileum lucrari volunt,teneantur eligere Confeſſarium ab Epiſcopo loci approbatum?

AFfirmant Suarez *tom.*4. *diſp.*28. *ſect.*6. *num.*11. Henriquez *lib.*6. *cap.*6.*num.*4. *& lib.*7.*cap.*21. *num.*5.Fagundez *de præcept.*2.*lib.*7.*cap.*2. *num.* 12.

Reginald.

Reginald. *lib.1. n.175.* Fauſtus *de Iubil. lib.4. q.88.* His accedunt Filliuc. *tract. 9. cap.10. n.275.* Pollachus *de Iubileo ſect.42. n.63.* & Lezana *in qq. regul. cap.19. num. 19.* caſu quo in Bulla Iubilei dicatur, confitendum eſſe cum Confeſſario approbato ab Ordinario loci: ſecus verò ſi dicatur, confitendum eſſe cum approbato ab Ordinario. Boſſius *(vbi infrà) n.7. pag.mihi 324.* & apud ipſum Valerus *verb. Abſolutio, diff.2. num.21.* Naldus *verb. Indulgentia, num.9.* & alij, quos ſequitur Quintanadueñas *loc.cit. cap.20. num.1.*

Sed abſolutè, & probabiliter reſpondeo: Non teneri, ſed ſufficere Religioſis eligere Confeſſarium ab ipſo Superiori tantummodo approbatum. Sic optimè Bonacina *loc.cit. num. 20.* Zerola, Sorbus, Coriolanus, Homobonus, Zanard. Sanctarellus, quos citat, & ſequitur Alphonſus de Leone *de Iubileo, part. 2. num.212.* & id eſſe ſatis probabile, & tutum, docent Boſſius *de Iubil. ſect.3. caſu 3. n. 10.* Diana *5.part. tract.11. reſol.37.* Tenent etiam Graſſius *lib.4. deciſ. c.14. n.12.* & Bottonus, Ioannes de la Cruz, & Lauorius apud ipſos. Mendo etiam *in Bull Cruc.diſp.14. c.14. num.159.* & Thomas Hurtadus *tom.2. tract.12. cap.1. §.2. dub.3. n.267.* & penes ipſum Rodriguez, Moure, Ludov. à Cruce, Peyrin. Sancius, Valerus, & alij. Et ratio eſt, quia Religioſus approbatus à ſuo Superiori, v. g. Generali, vel Prouinciali, verè eſt approbatus à ſuo Ordinario, quod ſolùm requirit Iubileum: ergo.

QVÆSTIO LXXXV.

An tempore Iubilei poſſit Regularis ſine ſui Superioris licentia confiteri cum Confeſſariis approbatis extra ſuum Ordinem?

NEgat poſſe, niſi aliàs in Bulla Iubilei contineatur clauſula derogatoria priuilegiorum, Filliucios, Pollachus, & Molfeſius, quos refert Boſſius *vbi infrà.*

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, dummodo in Iubileo detur generalis facultas eligendi Confeſſarium, ſpecificè comprehendens etiam Religioſos. Sic Boſſius *loc. cit. caſu 4. n.17.* Leo *loc. cit. num. 209.* & Diana *loc.cit.* Quinimò addunt, nec poſſe Superiorem in eo caſu prohibere ſuis ſubditis, ne confiteantur Sacerdotibus ſæcularibus, vel Regularibus alterius Ordinis Sic etiam me citato, Mendo *in Bull.diſp.24. cap.14. num.155. & 168.*

QVÆSTIO LXXXVI.

An etiam Moniales tempore Iubilei poſſint eligere quoſcunque Confeſſarios ab Ordinario approbatos?

NEgant poſſe, ſine expreſſa licentia Ordinarij ipſarum Monialium, Fauſtus, Molfeſius, Leo, & Ioannes Suarez, quos affert, & ſequi videtur Diana *3.part. tract.4. reſol.154.*

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe, ſi in Iubileo concedat Pontifex, ſiue expreſsè, & ſpecificè Monialibus, vt tempore Iubilei poſſint eligere Confeſſarium approbatum ab Ordinario loci, ſiue etiam generalem facultatem omnibus vtriuſque ſexus fidelibus, etiam Regularibus, ſumendi ſibi Confeſſarium ab Ordinario approbatum. Sic Bonacina *loc.cit. num.21. in fine,* Boſſius, & Laurentius de Peyrinus, quos citat, & credo, quod mutata ſententia, ſequitur Diana *5.part. tract. 22. reſolut. 12.* & me citato Mendo *num. 161.* & Quintanad. *de Iubil. dupl. hebdomad. c.10. num.3. & cap.20.*

QVÆSTIO LXXXVII.

An qui partem operum adimplet in prima hebdomada, & partem in ſecunda, lucretur Iubileum, quando in eo praſcribuntur dua hebdomada?

AFfirmant Bonacina *loc.cit. n.34.* Molfeſ. *in Sum. tract.7. c.16. n.49. & 50.* Naldus *in Sum. verb. Indulgentia, n.14.* Layman *lib.5. tract.7. c.8. n. 10.* & Præpoſitus *in 4.part. D.Thom. q.14. de Indulgent. dub.10. n.87.* quos omnes affert, & ſequitur Diana *3.part. tract.4. reſol.153. & 5.part. tract.11. reſol.14.* Quia, inquiunt, non conſtat debere omnia opera intra vnam, & eandem hebdomadam fieri.

Sed probabiliùs longe reſpondeo, non lucrari, quia longè probabilius eſt, non poſſe diuidi opera inter duas hebdomadas. Nam hoc eſt contra fidelium praxim, contra Doctorum mentem: imò & contra verba ipſius Bullæ, vt benè probat Lugo *diſp.27. n.105. pag.622.* Sic ipſe, & ante ipſum Henriq. *lib.7. c.13. n.2.* vbi ſic ait: Si quis prima hebdomada jejunavit, & dedit eleemoſynas, non ſatis eſt, vt in ſecunda hebdomada ſolùm communicet, ſed omnia opera intra vnam hebdomadam expleri debent. Sic ille. Nauarr. *notabili 34.* Nuñus *in add. q.27. art.3. dub.5.* Vgolinus *de poteſt. Epiſcopi c.41. §.4. n.5.* Moure *in exam. Theolog.moral. tr.3. c.7. §.8. n.5.* Leo, Sanctarell. Zerola, Lauorius apud Dianam *5 part. loc. cit.* Philippus de Cruce *in Theſauro Eccleſia, tract.1. de Iubil. §.18. n.3. pag.132.* & apud ipſum Angelus, & Roſella, & communis. Imò & Molfeſ. *loc.cit.* à Diana pro contraria ſententia noſtram docet abſolutè *num.50.* licèt oppoſitam eſſe valdè probabilem, & piam affirmet *num. 49.* Sic etiam Quintanad. *de Iubileo dup. hebd. cap.2. num.3. & 4. & cap.4. num.9.*

QVÆSTIO LXXXVIII.

An qui Iubileum lucratus eſt prima hebdomada, poſſit illud in ſecunda iterum lucrari, & à reſeruatis abſolui?

AFfirmant Henriquez *lib.6. cap.16. n.3. & lib.7. c.11. num.1.* Reginald. *lib.8. c.5. ſect.2. n.64.* Graſſius *in appendice ad ſuas deciſ. lib.2. cap.5. n.13.* Vega *c.6. caſu 19.* Molfeſ. *in ſumma, tom.1. tract.7. c.16. n.45.* Floronus *de caſibus reſeruatis part.1. c.6. §.6. n.2.* Moure *in examine Theolog part.3. c.7. §.8. n. 4.* Zanard. *in direct. Confeſſ. part.1. de pœnit. c.21. quaeſt.10.* Naldus *in Sum. verb. Indulgentia, n.4. & 5.* Leo *de Iubil. part.2. n.73.* Sanctatellus *de Iubil. c.5. dub.4.* Lavorius *de Iubileo part.1. c.21. n.65.* Zerola *de Iubileo lib.1. cap.16. quaſt.20.* Benzonius *de Iubil. lib... cap.15. dub.23.* Quos omnes citat, & ſequitur Diana *2.part. tract.17. reſol.49. & 3 p. tract.4. reſol.151. & 5. part. tract.12. reſol. 28.* his addi adhuc poſſunt Nauar. *de Iubil. c.32. n.46.* Rodriguez *in ſum. c.183. num.17. pag.604.* Philippus de Cruce *loc.cit.* & apud ipſum Angel. & Roſella, Boſſius *de Iubil. ſect.1. caſu 40. num.8.* & apud ipſum Hieronymus Pharao *de Sacram. pœnit. ſect.8. caſu 8.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe, quia verba Bullæ id ſignificant, dum ſolùm concedunt Indulgentiam plenariam altera ex duabus hebdomadis. Sic S.Thom. *in addit. q.25. art.2. ad 4.* Palud. *diſt. 24. quaſt.4.* Corduba *lib.4. quaſt.13.* Imò & Nauar. *notab.31. n.63.* Suarez *tom.1. de Relig. lib.6. c.16. n.16.* Sanch. *lib.4. ſum. c.54. n.30.* Bonac. *diſp.5. q.7. punct.5. §.2. num.17.* Raphaël de la Torre *tom.1. in 1.2. q.88. art.11. diſp.6. n.8.* Filliuc. *tract.8. cap.10. n.261. & n.178.* vbi refert Clement. VIII. ita reſpondiſſe, &

Sacram

Sacram Congregationem Concilij ita declaraſſe menſe Maio *anno* 1620. Portel. *in addit. ad dubia regul. verb. Iubil. n.* 10. *& verb. Indulg. n.* 16. Fauſtus *in Theſ. relig. lib.* 4. *q.* 61. Lugo *diſp.* 27. *n.* 122. *pag.* 624. Candidus *diſquiſ.* 24. *art.* 69. *dub.* 57. *pag.* 205. Laymao. *lib.* 5. *tract.* 7. *c.* 7. *num.* 8. & alij, quos ſequitur Mendo *in Bull. diſp.* 23. *cap.* 3. *num.* 29.

QVÆSTIO LXXXIX.

An ſi quis Matriti lucratus ſit Iubileum, & poſtea veniat Complutum, vbi idem Iubileum celebratur, poſſit illud ſecundò lucrari, & à reſeruatis abſolui?

AFfirmat Alphonſus de Leone *de Iubileo part.* 2. *quaſt.* 17. *n.* 196. apud Dianam 3. *part. loc. cit.* Cui ſententiæ neceſſariò fauere debent Doctores nuper pro prima ſententia adducti.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non poſſe, quia eſt idem Iubileum: ergo, non poteſt quis ſecundò illud lucrari. Secus eſſet dicendum, ſi Matriti noluiſſet illud lucrari: nam tunc optimè poſſet poſtea Compluti illud conſequi. Sic Lugo *loc. cit. n.* 122. Diana *loc. cit.* & apud ipſos Vgolinus, & Sanctarellus.

QVÆSTIO XC.

An qui tempore publicationis Iubilei eſt in Ciuitate, ſed ſtatim compulſus eſt ex ea diſcedere, poſſit poſtea perfecto itinere, Iubileum conſequi?

REſpondeo, poſſe. Nam facultas datur nauigantibus, & iter facientibus ita faciendi. Vult enim Pontifex, vt vnuſquiſque habeat duarum hebdomadarum ſpatium, in quo cum quiete, & deuotione poſſit ſe præparare, quare licèt in loco publicationis fuiſſet per totam primam hebdomadam, & in dimidio ſecundæ iter agat, poterit finito itinere illud lucrari. Sic omnino Lugo *diſp.* 27. *n.* 113. *pag.* 623. & credo communem, quam tenet Quintanad. *de Iubil. dup. hebd. cap.* 2. *num.* 12.

QVÆSTIO XCI.

An qui tempore publicationis eſt in Ciuitate, poſſit ibi incipere opera à Iubileo præſcripta, & proſequi in itinere, & in ipſo lucrari Iubileum?

REſpondeo: poſſe, quia non requiritur quod omnia opera in eodem loco faciat. Poterit ergo, poſtquam quis viſitauerit Eccleſias deſignatas, alibi confiteri, communicare, jejonare, eleemoſynas facere, & cætera. Sic Layman. *lib.* 5. *tract.* 7. *c.* 8. *n.* 11. quem citat, & ſequitur Diana 5. *part. tract.* 12. *reſol.* 13. & Lugo *loc. cit. n.* 124. hæc addens verba: Hinc autem probabiliter colligitur, quod poſſint omnia etiam extra illum locum fieri; cur enim magis requiretur vnum, quàm aliud? Solùm poſſet eſſe difficultas de viſitatione Eccleſiæ deſignatæ in tali promulgatione pro tali loco, ſed hoc opus poſſet ratione itineris commutari, ſicut ob alia impedimenta, vel certè facilè poſſent ante ipſum iter Eccleſiæ deſignatæ viſitari. Ratio autem à priori eſt, quod per præſentiam in loco, vbi promulgatur Iubileum, omnes ibi præſentes acquirunt ius ad illud lucrandum; omnibus enim præſentibus intimatur, & offertur illud priuilegium, acquiſito autem iure, poſſunt frui omnibus facultatibus ibi conceſſis. Sic optimè, vt ſolet, Lugo quem citat, & ſequitur Quintanadueñas *loc. cit.*

QVÆSTIO XCII.

An ſi quis initio promulgationis Iubilei non fuerit præſens, poſſit poſtea adueniens ibi Iubileum lucrari?

REſpondeo, poſſe; quia per præſentiam ſtatim acquirit idem ius, cùm promulgatio ſemper perſeueret. Vnde licèt adueniret feria quinta, poſſet facere commutare ſibi jejunium feriæ quartæ in aliud opus, & proſequi faciendo alia opera requiſita, quod etiam verum crederem, licèt ipſo Sabbato adueniret: quia tunc poteſt commutatis jejuniis, ſubrogare alia opera, & viſitare Eccleſias, ac confiteri, & die ſequenti Euchariſtiam ſumere. Sic etiam ad vnguem Lugo *loc. cit. num.* 125. ex parte contra Lauorium, & Rodriguez *infrà citandos.*

QVÆSTIO XCIII.

An ad lucrandum Iubileum ſufficiat, quod fiat Sabbato commutatio jejuniorum, & aliorum operum, quæ diebus præcedentibus fieri debuiſſent?

NEgat Lauorius *de Iubil. part.* 1. *c.* 11. *n.* 35. vt refert Diana (*vbi infrà*) qui etiam citat pro hac parte Emmanuelem Rodriguez *in Sum. tom.* 1. *c.* 165. (*mihi* 173.) Sic dicentem [Se ha de notar, que la comutacion del ayuno, y de las demas coſas, ſe ha de hazer por el Confeſſor, no en el Viernes, ò en el Sabado, ſino en el Miercoles, &c.] Sic Rodriguez. Sed certè melius poteſt citari pro oppoſita parte, quàm pro iſta. Nam poſt verba relata hæc addit verba [Mas ſe de aduertir, que aunque eſta opinion es de hombres Doctos, tengo la contraria por muy probable, y aun verdadera, atento que en las grandes ciudades no ſe puede hazer eſta comutacion con facilidad en el Miercoles, ò antes del. Y mas, que no ſolamente puede ſer comutandolo por hazer, mas aun lo que ſe auia de hazer, y no ſe hizo.] Sic ille.

Probabiliùs ergo reſpondeo, Sufficere commutationem jejuniorum, &c. fieri in Sabbato, quia in bulla Iubilei non reſtringitur quoad hoc facultas commutandi. Sic Henriquez *lib.* 7. *c.* 10. *n.* 6. & 8. Pollachus *de Iubil. ſect.* 41. *n.* 66. Leo *de Iubil. part.* 2. *n.* 153. Boſſius *de Iubil. ſect.* 1. *caſu* 18. *num.* 8. Filliuc. *tom.* 1. *tract.* 8. *n.* 271. Quos omnes refert, & ſequitur Diana 5 *part. tract.* 12. *reſol.* 25. Philippus de Cruce *in theſ. Eccleſiæ, tract.* 1. *de Iubil.* §. 19. *n.* 2. *in fine.* Quamvis in principio in primam inclinauiſſet partem. Lugo *diſp.* 27. *num.* 120. Vega *tom.* 2. *c.* 7. (*non* 27. vt citatur à Philippo) *caſu* 48. & apud ipſum Orellana, & Rodriguez. Et tenent alij mox citandi.

QVÆSTIO XCIV.

An etiamſi ex malitia quis omiſit opera præſcripta in Iubileo, poſſit vltimo die illud lucrari, ſi dicta opera (quæ fieri debuiſſent) in alia à Confeſſario commutentur?

NEgant Præpoſitus *q.* 14. *de Indulg dub.* 10. *n.* 88. Vega, & Philippus de Cruce *locis citatis*, & alij non pauci.

Sed adhuc probabiliter æquè reſpondeo, poſſe. Quia facultas commutandi opera Iubilei ſe extendit ad præterita opera, non ſolùm ob legitimam cauſam ægritudinis, impotentiæ, &c. omiſſa, vt concedunt citati Doctores, ſed etiam ad opera omiſſa ex malitia. Sic Filliucius *numero* 268. & 272. Pollachus, Leo, & Sanctarellus, quos affert, & ſequitur Diana

loc.

loc. cit. reſol. 26. *&* 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 152. & Quintanadveñas *cap.* 2. *cit. num.* 17.

QVÆSTIO XCV.

An non ſolùm jejunia, eleemoſyna, &c. ſed etiam ipſa communio, & confeſſio poſſint quandoque in alia opera commutari à Confeſſario?

NEgat Lugo *loc. cit. n.* 116. *pag.* 624. attendendo ad verba modernæ Bullæ, licèt id affirmet loquendo iuxta formulam antiquæ.

Sed certè etiam nunc probabiliter reſpondeo: poſſe, quia nec in Bulla moderna id abſolutè, aut explicitè negat: ergo ſicut olim, ſic etiam nunc communio, ac confeſſio commutari poſſunt. Sic Henriquez *lib.* 7. *c.* 10. *n.* 8. vbi ſic ait: Vltimo etiam die commutari poſſet confeſſio, communio verò infirmis poſſet commutari, quibus deferri commodè non poteſt Euchariſtia; & pueris qui per ætatem ad illam non admittuntur, vel patienti vomitum, aut qui ex obliuione, & incuria bibit die deſignato communionis. Sic Henriquez, Graffius, & Sanctarellus, quos citat, & ſequitur Diana 3. *part. tract.* 4. *reſol.* 152. de quo *ſupr. diſp.* 12. *q.* 52. & id eſſe probabile me citato defendit Mendo *diſp.* 23. *cap.* 3. *num.* 29.

QVÆSTIO XCVI.

An Confeſſarius qui commutationem operum per Iubileum injunctorum, aut votorum debet facere, ſit ſolus ille cui pœnitens confitetur, vel confiteri ſolet?

AFfirmare debent Sayrus *in claui regia, lib.* 5. *c.* 60. *n.* 10. *& lib.* 6. *c.* 11. *n.* 105. Lopez 2. *part. inſtruct. conf.* vbi *de clauibus, c.* 9. *col.* 8. Vega 1. *tom. Sum. c.* 129. *caſu* 34. Rodrig. *in Bull. Cruc.* §. 9. *n.* 113. Sorbus *in comp. priuileg. mendicantium, verb. Votum, notab.* 7. & Beia *in ſuis reſponſ.* 2. *part. caſu* 9. Quia exiſtimant, prædictam commutationem neceſſariò debere fieri in actuali Confeſſione.

Sed probabiliùs reſpondeo: Non debere eſſe neceſſariò ſolum illum, ſed quemlibet Confeſſarium poſſe eſſe. Vnde lucraturus Iubileum, optimè poterit petere commutationem votorum, aut dictorum operum ab vno Confeſſario, & poſtea confiteri cum alio, quia probabilius eſt, commutationem dictorum poſſe fieri extra Sacramentalem Confeſſionem, vt ſtatim dicam: ergo ſufficiens erit ad dictam commutationem faciendam quilibet Confeſſarius ex approbatis ab Ordinario. Sic Henriq. *loc. cit.* vbi ſic ait: Iis qui præmiſſa omnia implere nequiverint, commutari in alia ab Epiſcopo, vel Parocho, aut à Confeſſario virtute Iubilei electo, quamvis poſtea pœnitens huic non confiteatur, ſed alteri Sacerdoti, aut multis ſucceſſiuè per eos dies Iubilei. Sic ille. Sanch. *lib.* 4. *Sum. c.* 54. *n.* 17. Lavor *de Iubileo part.* 1. *c.* 25. *n.* 37. Diana 5. *p. tract.* 12. *reſol.* 50. qui citat etiam pro hac parte Vegam *tom.* 2. *c.* 7. *caſu* 19. Sed malè profectò, quia ibi nihil ad propoſitum dicit, & oppoſitum innuit *loc. cit.* Lugo *loc. cit. n.* 120. & alij, quos me citato ſequitur Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 26. *c.* 20. *n.* 201. *&* 202. & Quintanad. *de Iubileo anp. hebdom. c.* 11. *num.* 2.

QVÆSTIO XCVII.

An Confeſſarius poſſit commutare vota virtute Iubilei, Bulla Cruciata, aut alterius priuilegij extra Confeſſionem?

NEgant (apud Dianam) Moure *in examine Theolog. mor. part.* 3. *c.* 9. *ſect.* 2. §. 17. *n.* 4. Rodriguez *in Bulla*, §. 9. *num.* 113. *regula* 9. Vega *tom.* 1. *c.* 129. *caſu* 34. Peregrinus *in ſcholiis ad priuilegia ſui Ordinis, tit. Commutatio*, §. 3. *& in addit. quæſt.* 12. Et apud Boſſium *vbi infrà*, negant etiam Corduba *in Sum. quæſt.* 152. Beia 2. *part. reſponſ. caſu* 9. Sayr. *lib.* 6. *clauis, c.* 11. *n.* 105. Sanctarellus *de Iubileo*, *c.* 8. *dub.* 8. & idem tenet Suarez 2. *tom. de Relig. lib.* 6. *cap.* 19. *n.* 4. caſu quo Bulla, ſeu priuilegium dicat, vt commutatio votorum fiat *in foro pœnitentiæ*, *vel audita confeſſione*. Tenent etiam alij nuper pro prima ſententia adducti.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, etiam quando in Bulla, ſeu priuilegio adſit dicta clauſula, *audiens confeſſionibus*, vel *in foro pœnitentiæ*, *ſeu Sacramentali*, quia cõmutatio votorum nullo modo indiget confeſſione: ergo. Sic Henriq. *lib.* 7. *c.* 10. *n.* 8. *& cap.* 40. *num.* 6. Sanchez *loco citato, n.* 15. 16. *&* 17. Homobonus *de examine Eccleſ. part.* 1. *tract.* 5. *c.* 6. *quæſt.* 40. *& part.* 2. *tract.* 8. *c.* 7. *quæſt.* 22. Villalobos *in Summ. tom.* 1. *tract.* 27. *clauſula* 2. §. 3. *n.* 3. *& tom.* 2. *tract.* 34. *diff.* 29. *n.* 7. Tamburinus *de iure Abbatum tom.* 2. *diſp.* 19. *quæſt.* 2. *num.* 5. Sancius *in ſelectis diſp.* 24. *n.* 2. Layman *lib.* 4. *tract.* 6. *c.* 10. *num.* 21. Fauſtus *in Theſ. Relig. lib.* 4. *q.* 55. *n.* 1. *&* 3. Lavorius *de Iubil. part.* 1. *c.* 27. *n.* 56. Boſſius *de Iubil. ſect.* 4. *caſu* 38. *num.* 3. *&* 7. & Philippus de la Crux *in theſ. Eccleſ. tract.* 1. §. 13. *n.* 14. Sanctarellus *de Iubileo, c.* 8. *dub.* 2. Pollachus *de Iubileo ſect.* 42. *n.* 66. quos omnes refert, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 11. *reſolut.* 45. *&* 2. *part. tract.* 2. *reſol.* 9. *&* 3. *part. tract.* 9. *reſol.* 25. *&* 4. *part. tract.* 4. *reſol.* 8. *&* 5. *part tract.* 12. *reſol.* 36. Sed aduerte quod ex his, quos citat Authoribus in prima parte, *loc. cit.* allegat Sanctarell. (quem non potui videre) pro contraria ſententia, in 5. verò parte *loc. cit.* pro noſtra. Sed certè Boſſius pro oppoſita ſententia illum citat, vt vidimus. Tenent etiam noſtram ſententiam Bonacina *q.* 2. *de voto*, *puncto* 8. §. 3. *n.* 16. & Trullench *lib.* 1. *Bullæ*, §. 7. *c.* 3. *dub.* 3. *& lib.* 2. *in Decalog. c.* 2. *dub.* 47. & alij, quos me citato ſequitur Mendo *in Bull. Cruc. diſp.* 26. *cap.* 10. *n.* 199. quamvis *num.* 203. oppoſitum contra me ſentiat, caſu quo in priuilegio dicta clauſula, *auditis confeſſionibus*, apponatur. Sed etiam in hoc caſu ſentit nobiſcum P. Quintanadueñas *cap.* 11. *cit. n.* 5. [Porque eſtas palabras (*ait*) appellan ſobre la abſolucion de pecados, y cenſuras, como nota Luyſ. de la Cruz *dub.* 1. *n.* 9. y aſſi ſe puedan comutar al auſente, por vn recado, ò por eſcrito, aunque no ſe gane el Iubileo, donde eſta el Confeſſor que los comuta.] Sic ille.

QVÆSTIO XCVIII.

An qui tempore Iubilei habebat votum, & noluit pro tunc illud ſibi commutari, poſſit tranſacto Iubileo, petere illius voti commutationem?

NEgant Regius *in Sum. reſol. caſu* 21. & apud ipſum Graff. & Beia, Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 6. *c.* 26. *n.* 14. *&* 15. Bonac. *tract. de legib. diſp.* 5. *q.* 2. *punct.* 7. §. 3. *n.* 14. Fillius. *tract.* 26. *cap.* 10. *num.* 302.

Sed probabiliter reſpondeo: poſſe, quia pœnitens qui Iubileum, vt ſupponimus, conſequutus eſt, acquiſiuit ius ad hoc privilegium, vt poſſet poſtea petere dicti voti commutationem. Sic Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.* 15. *n.* 17. vbi ſic ait: Quamvis opera in Iubileo præſcripta, ad eius aſſequutionem alligentur tempore deſignato in eo, ita ut eo tempore tranſacto, fieri nequeant: at in factis in illo tempore, conſequens Iubileum comparat priuilegium, vt abſolvatur ab omnibus reſeruatis, & in quibuſdam ſecum diſpenſetur, & vt commutentur ei vota vſque ad Iubilei

Digitized by Google

tempus emiſſa, &c. Sic Sanchez, & idem docet *ibidem n.*18. *& diſp.*32. *n.*2. *& in ſum. diſp.*54. *lib.* 4. *n.*89. *&* 90. Henriq. *lib.* 7. *c.*11. *n.*4. Sayrus *lib.* 6. *clauis Regia, c.*12. *n.*17. Leſſius *lib.*2. *c.*40. *dub.* 16. *n.*109. Portel *verb. Indulgentia pro Iubileo*, *n.*19. & Boſſius *ſect.*2. *caſu* 47. *pag. mihi* 161. quos omnes refert, & ſequitur Diana 2. *part. tract.*16. *reſolut.*11. *&* 5. *part. tract.*12. *reſol.*40. quibus addo Fagundez *lib.*2. *in Decalog. c.*50. *n.*17. cuius verba quæſtione ſequenti referemus, & dicit valdè probabile, me citato, Mendo *diſp.*26. *c.*16. *n.*173. & vt quid probabilius ſequitur Quintanad. *cap.*10. *num.*10. *pag.*137.

QVÆSTIO XCIX.

An tranſacto Iubileo, poſſint commutari vota Pontifici reſeruata, quorum quis immemor commutationem non petit?

NEgant Suarez *loc. cit. n.*4. Filliuc. *tract.*8. *n.*279. Layman *lib.*5. *tract.*7. *c.*8. *n.*9. Lavorius *de Iubileo, part.*1. *c.*14. *n.*94. Pollachus *de Iubileo, ſect.*42. *num.*69. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, ſi tempore Iubilei ille à confeſſario petierit, & obtinuerit generalem commutationem, & diſpenſationem votorum reſeruatorum Pontifici, conceſſam in Bulla, & Iubileo, quia tunc clarè conſtat cenſeri ſublatam reſeruationem votorum reſeruatorum oblitorum, & tranſacto Iubileo poſſe commutari à quocunque Confeſſario. Immò idem dicendum puto, etiamſi intra tempus à Iubileo præſcriptum nulla facta fuerit à Confeſſario diſpenſatio, aut commutatio generalis votorum reſeruatorum, ſed aut nulla vota pœnitentis ſunt commutata, vel ea ſola in ſpecie quæ ab eodem pœnitente fuerunt Confeſſario detecta; quia tunc etiam vota oblita poterunt tempore Iubilei elapſo ab alio Confeſſario commutari, ſi pœnitens verè lucratus fuerit Iubileum. Sic Sanch. *lib.*8. *de matrim. diſp.*15. *n.*16. *&* 17. *& in Sum. lib.*4. *c.*54. *n.*37. *&* 39. Henriq. *lib.*7. *c.*11. *n.*4. Sanctarellus *de Iubil. c.*8. *dub.* 3. *& c.*13. *dub.*1. Leo *de Iubil. part.*2. *n.*200. *&* 201. Boſſius *loc. cit. caſu* 44. quos omnes citat, & ſequitur Diana 5. *part. tract.*12. *reſol.*40. Ita etiam Fagundez *loc. cit.* vbi ſic ait: Si quis tempore Iubilei per obliuionem, vel alia de cauſa non curauit vota ſua commutari, aut diſpenſari, poteſt id poſtea curare, & fieri etiam poſt annum, ſi ipſe intra tempus Iubilei opera ad Iubilei comparationem à Pontifice aſſignata peregit. Sic ille.

QVÆSTIO C.

An Confeſſarius qui virtute Bullæ, aut Iubilei, poteſt commutare, & diſpenſare vota, poſſit etiam commutare, & diſpenſare iuramenta circa eandem materiam votorum, ſoli Deo facta?

NEgant Nauar. *cap.* 27. *n.*275. *& lib.*2. *conſil.*2. *n.*9. Valentia *tom.*3. *diſp.*6. *q.*6. *punct.*4. Bonac. *in decem præc. diſp* 4. *quæſt.*2. *punct.*7. *num.*32. Azor. *lib.*11. *c.*10. *q.*2. Boſſius *lib.*2. *cap.*42. *dub.*12. *n.*60. *&* 62. Petrus de Ledeſma *in ſum tom.*2. *tract.*11. *c.*4. *diff.*4. & Barthol. à Sancto Fauſto *in Theſaur. Relig. lib.*4. *q.*41. *n.*1. & alij, quia iuramenti vinculum, inquiunt, eſt ſpecie diſtinctum à voto: ergo priuilegium conceſſum ad commutanda, & diſpenſanda vota, non debet extendi ad commutanda, & diſpenſanda iuramenta.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe etiam commutare, & diſpenſare iuramenta ſoli Deo facta, quia licèt vinculum iuramenti ſit diſtinctum in ſpecie à voto, omninò tamen æquiparantur, cùm tota obligatio, & materia vtriuſque vinculi ordinetur ad ſolum Deum, ipſeque ſolus ſit eius obligationis debitor. Vnde communi fidelium exiſtimatione huiuſmodi iuramenta tanquam vota reputantur: ergo facultas circa vota, ad hæc extenditur iuramenta. Sic Henriquez *lib.* 7. *c.*30. *n.*5. Sà *verb. Iuramentum, num.*32. Aragon 2. 2. *q.*86. *art.*9. *& q.*88. *art.*12. Vivald. 3. *part. candel. cap.*14. *n.*1. Rodriguez *in Sum. tom.*1. *cap.*192. *n.*30. Suarez *tom.*2. *de Relig. lib.*6. *c.*14 *à num.*6. Sayrus *in claui regia, lib.*5. *c.*8. *num.* 9. & alij quos refert, & ſequitur Sanchez *lib.*8. *de matrim. diſp.*2. *n.*18. *& in Summa, lib.*4. *c.*53. *n.*8. Moure *in exam. Theol. part.*3. *c.*9. *ſect.*2. § 17. *n.*2. Filliuc. *tract.*26. *num.*254. Leo *tract. de Iubil. part.*2. *q.*12. *à n.*68. Molfeſ. *in Summa tom.*1. *tract.*11. *c.*15. *num.*203. & Villalobos *tom.*1. *tract.*27. *clauſ.*9. §.3. *num.*29. quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.*11. *reſol.*411. *&* 3 *part. tract.*5. *reſol.*25. *&* 4. *part. tract.*4. *reſol.*19. *&* 5. *part. tract.*12. *reſol.*57. Fagundez *lib.*2. *in Decal. c.*51. *n.*13. *pag.*483. Ægidius Trullench. *in expoſit. Bullæ, lib.*1. §.7. *cap.*3. *dub.*2. *n.*3. Candidus *tom.*2. *diſquiſit. mor. diſquiſ.*25. *art.*4. *dubit.*1. *& diſquiſ.*26. *art.*15. *dubit.*1. Layman *lib.*4 *tract.*3. *c.*11. *n.*3. Boſſius *de Iubil. ſect.*2. *caſu* 9. *n.*21. *pag. mihi* 171. Baſilius Pontius *de matrim. lib.*8. *c.*11. *n.*4 *&* 5. & communis, quam me citato tenet Mendo *in Bull. Cruc. diſp.*25. *cap.*5. *num.*63.

QVÆSTIO CI.

An Confeſſarius virtute Bullæ, aut Iubilei habens poteſtatem commutandi, & diſpenſandi vota, poſſit etiam commutare, & diſpenſare vota iuramento confirmata?

NEgant abſolutè Henriq. *lib.* 7. *c.*30. *n.*5. Azor *lib.*11. *c.*10. *q.*1. Leſſius *lib.* 2. *cap.* 40. *dub.*11. *num.*9. Sayrus *loc. cit.* Aragon. 2. 2. *quæſt.*88. *art.*12. *dicto* 4. Valentia *tom.* 5. *diſp.* 6. *q.* 6. *punct.*4. & alij, quos citat Sanchez *lib.*8. *de matrim. diſp.* 2. *n.*23. *& in Summa lib.*4. *cap.*53. *num.*17.

Alij verò id non abſolutè, ſed ſub diſtinctione negant. Dicunt enim, quod ſi iuramentum præſtetur ad voti emiſſi confirmationem, vt ſi voveas eleemoſynam, & iſtius voti memor iures tale votum ſeruaturum: tunc qui habet priuilegium commutandi, & diſpenſandi vota, poteſt etiam commutare, & diſpenſare ea, etiamſi iuramento ſint munita. Si verò iuramentum non præſtetur in voti confirmationem, ſed independenter ab illo, & tantùm concomitanter, vt ſi voveas eleemoſynam, & poſtea idem iures, non quaſi votum confirmans, ſed vel eius immemor, vel omninò independenter ab illo, tunc Confeſſarius virtute Bullæ, aut Iubilei habens facultatem commutandi, & diſpenſandi vota, nullo modo poterit commutare, & diſpenſare vota iurata, aut quod idem eſt, votum, & iuramentum ſimul concurrentia circa eandem rem, & materiam. Ita Sanchez *loc. cit.* & apud ipſum Rodriguez, quibus addi poſſunt Ludovicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, diſp.*1. *c.*6. *dub.*6. *n.*6. Candid. *diſquiſ.*26. *cit. art.*16. *dub.*11. & Bonacina *tom.*2. *diſp.*4. *quæſt.*1. *punct.*17. *n.*11. Fagundez *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 11. *num.* 14. *pag.*484.

Sed probabiliùs ſic reſpondeo: Ille qui poteſtatem delegatam diſpenſandi in votis, vel illa commutandi habet virtute Bullæ, aut Iubilei, optimè poteſt etiam diſpenſare, & commutare vota iuramento confirmata, etiam caſu quo iuramentum, & votum eiuſdem materiæ concomitanter ſe habeant, & alterum

ctum a

factum ſit Deo, ſine cognitione alterius, quia parum refert ad obligationis vim in ordine ad Deum, ſiue vno modo, ſiue altero juramentum fiat. Sic Suarez *de Relig. tom.* 2. *lib.* 6. *c.* 54. *n.* 19. Baſilius Pontius *lib.* 8. *de matrim. c.* 11. *num.* 5. quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 11. *reſol.* 43. *&* 3. *part. tract.* 5. *reſol.* 24. *&* 5. *part. tract.* 12. *reſol.* 57. quibus addo Ægidium Trulleneh *loc. cit. dub.* 3. *n.* 4. *pag.* 358. *& lib.* 2. *in Decalog. c.* 2. *dub.* 41. Boſſium *loc. cit.* Emmanuelem Sà *verb. Votum, vbi de votorum irrit. n.* 16. Imò & Sanchez *loc. cit.* & Filliuc. *tom.* 2. *tract.* 26. *c.* 9. *n.* 256. Hanc ſententiam eſſe valdè probabilem, & tutam affirmant, & pro illa refert Fagundez *loc. cit.* Aragonium, *vbi ſuprà, dict.* 1. Sed non ita benè. Legantur Quintaduceñas *de Iubileo dup. hebdom. c.* 10. *num.* 15. & rurſus Diana *p.* 8. *tract.* 3. *reſol.* 44.

QVÆSTIO CII.

An facultas delegata ad commutanda vota, extendatur ad juramenta adjecta contractui, in quo eſt turpitudo, aut injuſtitia, vt ad juramentum factum homini, ſoluendi vſuras, aut extortum metu, &c.

NEgant extendi Sanchez *lib.* 1. *de matrim. diſp.* 32. *num.* 17. *& in Summa lib.* 4. *c.* 53. *num.* 13. Suarez *tom.* 1. *de Relig. lib.* 7. *c.* 14. *n.* 13. *& tract. de juramento, c.* 51. *n.* 13. Bartholomæus à Sancto Fauſto, Sanctarellus, & Molfeſius, quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract.* 11. *reſol.* 41. Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ, loc. cit. diſput.* 1. *cap.* 6. *dub.* 3. *num.* 13. Layman *tom.* 2. *lib.* 4. *tract.* 3. *de iuram. cap.* 11. *n.* 8. Candid. *diſquiſit.* 26. *art.* 13. *dub.* 13. *verſ. Dico vigeſimoſextò*, & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: Extendi facultatem prædictam ad commutanda prædicta juramenta, quia per hæc juramenta nullum ius homini illi, cui fiunt acquiritur, ſed ſoli Deo: ergo rationem voti induunt, non aliter quàm ſi ſoli Deo juramentum fieret: ſed ſic eſt, quod poteſtas conceſſa per Bullam, & Iubileum ad commutanda vota, ſe extendit ad commutanda juramenta, quæ rationem voti induunt, vt ſupra eſt habitum: ergo. Sic Barthol. de Ledeſma *in Summa Sacramentorum, tract. de matrim. dub.* 13. *poſt* 3. *concl.* Rodriguez 1. *tom. Summ. in* 2. *edit. c.* 44. *num.* 4. *& c.* 189. *n.* 9. *& c.* 231. *n.* 4. Trulleneh *in Bull. loc. cit. c.* 3. *dub.* 2. *n.* 7. *pag.* 354. (*& in Decalog.* 521.) quos citat, & iam illos ſequitur Diana 4. *p. tract.* 4. *reſol.* 19. & clariùs 5. *part. tract.* 12. *reſol.* 56. Boſſius *de Iubileo ſect.* 1. *caſu* 6. *n.* 4. *pag. mihi* 177. & Aragon. 2. 2. *q.* 88. *art.* 2. §. *ſi quis autem*, & alij, quos ſequitur Quintadueñas *cap.* 10. *citata num.* 12.

QVÆSTIO CIII.

An ille cui conceditur generalis facultas ad omnia vota commutanda, poſſit vi huius indulti commutare vota Religionis, & Caſtitatis?

REſpondeo: non poſſe, quia ob ſpecialem, & antiquiſſimam reſeruationem, & materiæ grauitatem, non veniunt conceſſa prædicta vota in generali conceſſione illa commutandi, vel diſpenſandi. Sic Sanchez *lib.* 4. *Sum. c.* 50. *n.* 15. Suarez *lib.* 6. *cit. c.* 25. Sotus *lib.* 7. *de iuſtitia, quæſt.* 4. *artic.* 3. Rodriguez *tom.* 1. *Sum. c.* 97. *num.* 1. Bonac. Filliucius, Layman, Baſilius Pontius, & alij, quos refert, & ſequitur Boſſius *loc. cit. caſu* 8. *num.* 20.

QVÆSTIO CIV.

An ſaltem in illa generali conceſſione ad vota commutanda, comprehendantur vota reſeruata, Peregrinationis in Hieruſalem, ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli, & ad inuiſendum D. Iacobum Compoſtellanum?

AFfirmant Sotus *loc. cit.* Sanchez *de matrim. lib.* 8. *diſp.* 9. *n.* 9. Malderus *in* 2. 2. *tract.* 10. *c.* 5. *dub.* 10. quos refert, & dicit probabile Diana 5. *part. loc. cit. reſol.* 58. Quibus addi poteſt Rodriguez *loc. cit.* quia horum votorum reſeruatio non eſt ita antiqua, nec tanti momenti, ſicut reſeruatio voti caſtitatis, & Religionis: ergo comprehendi debent in generali conceſſione commutandi, aut diſpenſandi omnia vota.

Sed probabiliùs adhuc reſpondeo: Non comprehendi illa tria dicta vota reſeruata in illa conceſſione generali, quia hæc tria vota etiam ſunt Papæ reſeruata, ſicut ſunt alia duo, nempe Religionis, & caſtitatis: at hæc non clauduntur in conceſſione generali commutandi vota: ergo neque hæc claudi debent. Sic mutata ſententia, docet Sanchez *in Sum. lib.* 4. *c.* 40. *n.* 16. Suar. *loc. cit. c.* 25. *n.* 4. Filliuc. *tom.* 2. *tr.* 26. *n.* 174. Layman *lib.* 4. *tract.* 4. *c.* 8. *n.* 7. Lavor. *de Iubil. part.* 1. *c.* 27. *n.* 6. Diana *loc. cit.* & Boſſius *loc. cit. n.* 22. *pag.* 186. qui tamen primam ſententiam valdè probabilem vocat. Et Trullench *lib.* 2. *in Decalog. cap.* 2. *dub.* 41. *n.* 6.

QVÆSTIO CV.

An ille cui Papa concederet facultatem commutandi, vel diſpenſandi vota reſeruata, poſſet etiam commutare, vel diſpenſare quinque vota enumerata, nempe Caſtitatis, Religionis, Peregrinationis Romanæ, Hieroſolymitanæ, & Compoſtellanæ?

REſpondeo: poſſe, quia ſatis exprimuntur explicata reſeruatione, cùm ratione illius tantùm ſpeciali expreſſione indigeant. Sic Sanchez *loc. cit. n.* 17. Suarez *n.* 3. & Diana, Boſſius, & Trulleneh *loc. cit.*

QVÆSTIO CVI.

An Confeſſarius, cui virtute Iubilei datur facultas commutandi vota, exceptis Caſtitatis, & Religionis, poſſit commutare juramenta ingrediendi Religionem, & obſeruandi Caſtitatem?

AFfirmant Tabiena *in Sum. verb. iurare, q.* 20. *n.* 21. Petrus de Ledeſma *in Summa tom.* 2. *tract.* 11. *de voto, c.* 4. *dub.* 2. *poſt* 6. *concl.* & inſinuat Nauar. *lib.* 2. *conſ. de jurejurando, conſ.* 1. (aliàs *conſil.* 3.) *n.* 4. *&* 5. & alij, dummodo dicta iuramenta non ſint facta in fauorem, & vtilitatem proximi.

Sed probabiliter longè reſpondeo: Non poſſe, quia vel eſt juramentũ Deo factum, & ſic includit votum: ergo ſi votum eſt Papæ reſeruatum, vt eſt caſtitatis, & Religionis, etiã erit reſeruatum juramentum factum de Religione ingredienda, & ſeruanda caſtitate: vel eſt juramentum Religionis, & Caſtitatis abſolutum, & nullam promiſſionem Deo factam includens, ſed ſolam obligationem iuramenti continens (vt cùm quis comminatoriè ſibi ipſi jurat, ſe ingreſſurum Religionem) & ſic etiam æquiparantur votis Religionis, & Caſtitatis: ergo. Sic Sanc. *lib.* 9. *de matr. diſp.* 13. *n.* 4. *& in Sum. lib.* 3. *c.* 19. *n.* 6. *& lib.* 3. *c.* 54. *n.* 21. Caiet. 2. 2. *q.* 89. *art.* 9. Sot. *de iuſt. & jure, q.* 1. *art.* 9. Rodrig. *in ſum. tom.* 1. *c.* 100. *n.* 3. Toletus *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 2. Azor. *lib.* 11. *cap.* 10. *quæſt.* 3. quos omnes citat, & ſequitur Trul-

leneh *in expoſit. Bullæ,lib.*1. §. 7. *c.*3. *dub.* 6. *n.*4. & *lib.*2. *in Decalog. c.*2. *dub.*47. *num.* 6. Layman *lib.*4. *tract.*3. *c.*11. *num.*4. Valentia *tom.*3. *diſp.*6. *quæſt.*7. *punct.*4. Aragon 2.2.*quæſt.*88. *art.*12. Baſilius *de matrim. lib.*8. *c.*11.*n.*3. quos affert,& ſequitur Diana 4. *part. tract.*4.*reſol.*69. & 5. *part. tract.*11. *reſolut.*59. Luvſius Turrianos *in ſuis ſelectis,centur.*2. *dub.*82. dicens (ſed immeritò) contrarium eſſe improbabile. Boſſius *de Iubilco ſect.*2. *caſu* 9. *n.*5. Fagundez *lib.*2. *in Decalogum, cap.*42. *num.*1. & communis,quam tenet Quintanadueñas *de Iubileo dup. hebdom. cap.* 2. *num.*18. licèt dicat, oppoſitam ſententiam eſſe probabilem, ac ſecutam in praxi, eo quòd reſeruationis lex, vtpotè odioſa, reſtringi debeat.

QVÆSTIO CVII.

An virtute Iubilei poſſit Confeſſarius commutare vota Religionis,& caſtitatis emiſſa metu leui ab extrinſeco incuſſo ad extorquendum votum?

NEgant Suarez *tom.*2.*de Relig.lib.*6.*de voto, c.*26. *n.*4.& 5. Lavorius *de Iubil. part.*2.*c.*27.*n.*187. & ante eos Sylveſt. *verb.votum* 4.*q.*& *num.*4.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe, quia non cenſetur Pontifex velle,quaſi iniuriam illam fovens, reſeruare huiuſmodi vota emiſſa per metum leuem ab extrinſeco incuſſum: ergo benè poterit vi Iubilei, illa Confeſſarius commutare. Sic Angel. *verb Votum* 4. *num.*4. Tabiena *verb. Diſpenſatio, q.*9.*n.*11. Navar. *c.*12. *num.*69. Rodriguez *c.* 243. *n.* 14. Henriquez *lib.*11.*c.*15.*n.*8. Leſſios *lib.*2. *c.*40. *dub.*13. *n.*196. quos omnes citat, & ſequitur Sanchez *in ſumma, cap.*40. *lib.*4. *num.* 30. Bonacina, Leo, & Layman, quos refert, & ſequitur Diana 1.*part. tract.*11. *reſolut.* 73. & 5.*part. tract.*12. *reſol.* 61. Boſſius *loc. cit. caſu* 14. *n.*4. *pag.*209. & apud ipſum Leo *de Iubilco, part.*2. *q.*13. *ſect.*1. *n.*97. Trullench *c.*3. *cit. dub.*15. *n.*27. *in vltima editione*, Candidus *diſquiſit.*25. *art.*8. *dubit.* 6. Barthol. à Sancto Fauſto *lib.* 3. *de votorum commutat. quæſt.* 59. & communis. Imò aliqui ex prædictis Authoribus probabile putant (& meritò) dicta vota emiſſa ex metu leui, eſſe irrita, & nulla: legantur Nauarrus, Sanchez, Trullench, & Diana. Et Boſſius *loc. cit.*

QVÆSTIO CVIII.

An virtute Iubilei poſſit Confeſſarius commutare votum vouendi caſtitatem, ſeu Religionem?

REſpondeo: Poſſe, quia tale votum non eſt reſervatum, cum non ſit votum caſtitatis, ſeu Religionis, ſed illud promittendi. Sic Sanchez *in Sum. lib.*4. *cap.* 40. *num.*70. Suarez *lib.* 6. *cit. cap.*21. *n.*7. Diana 1.*part. tract.*11. *reſol.*76. Trullench *in Bulla, lib.* 2. §.7. *c.*3. *dubit.* 15. *num.*24. & Boſſius *loc. cit. caſu* 17. *pag.*210. Malderus, Layman, Leo, & alij apud ipſum, & communis, quam tenet Quintanadueñas *de Iubil. dup. hebdomad. cap.*12.*num.*17. Ludov. à Cruce, & Molfeſius apud ipſum.

QVÆSTIO CIX.

An votum non fornicandi, non committendi peccatum mollitiei, non tangendi mulierem libidinosè, poſſit vi Iubilei commutari?

REſpondeo, poſſe: quia nullum ex aſſignatis eſt perfectæ caſtitatis votum, quia contra primum, & ſecundum non delinquitur ineundo matrimonium, nec contra tertium ſe polluendo, abſque deſiderio coitus cum fœmina: ergo. Sic Nauar. *lib.*3.*conſil.tit.de voto,conſil.*42. *alias* 22. *n.vnico.* Sanchez *loc. cit. n.*67. Leſſius *lib.*2. *cap.*40. *n.*105. Graffis 1.*part. deciſ. lib.*2. *c.*32. *n.*30.& 31. Barboſa, Moure, Molfeſius, Portel. Vgolinus,& Reginaldus, quos citat,& ſequitur Diana *loc.cit. reſol.*61. Trullench *loc.cit.n.*24. *pag.*421. Candidus *diſquiſ.*25. *art.*8. *dubit.* 9. & 14. Boſſius *de Iubil. ſect.*2. *caſu* 20. *n.*1. & alij apud ipſum, & eſt communis, quam etiam tenet Quintanad. *cap.*16. (in ordine 13.) *num.*2.

QVÆSTIO CX.

An votum non nubendi poſſit vi Bullæ, aut Iubilei commutari?

NEgant Caiet. *tom.*8.*opuſc. tract.*11. *de voto, q.*1. Valentia *tom.*4.*diſp.*10.*quæſt.*5.*punct.*5.*concl.*4. & apud Guttierez, & Sanchez vbi infrà (vt refert Diana) Angel. & Nauarr. Quia exiſtimant, votum non nubendi eſſe reſeruatum Papæ, & reduci ad votum caſtitatis.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe commutari,quia cum non ſit ſimpliciter caſtitatis votum, ſed tantùm votum partis caſtitatis, cum per fornicationem non violetur,non eſt reſeruatum. Sic Sanchez *lib.*8.*de matrim. diſp.*9.*n.*11. & *lib.*4. *Summa, c.*40. *num.*66. qui pro hac parte citat pluſquam 26. Authores, inter quos ſunt Nauar. *in Man. Latino, cap.*12. *n.*76. & *cap.*22. *num.*81. (quamvis etiam pro contraria illum citet *in ſum. Hiſpana, eodem cap.*12. *n.*76.) Valentia (etiam pro contraria ab ipſo *loc.cit.* relatus) 2.2.*diſp.*6. *punct.*7. *col.* 10. Gutierrez *qq. Canon. lib.*2. *cap.* 22. *num.*49. Sà *verb. Votum,* vbi *de irrit. n.*11. Henriq. *lib.*8. *c.*30. *n.*6. Saytus *lib.*6. *cap.*11. *num.*47. Petrus Ledeſma 2.*tom. Summæ, tract.*10. *c.*3. *dub.*7. Suarez *tom.*2. *de Relig. tract.de voto,lib.*7. *c.*21.*n.*9.& Azor. *tom.*1.*lib.*11. *cap.*19. *q.*5. Sic etiam Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.*2.*alleg.*37. *num.*17. Portel. Vgolinus, Ioan. de la Cruz,& alij, quos citat,& ſequitur Diana 1.*part. tract.*11. *reſol.*59. Ludovicus à Cruce *in Bulla diſput.*1. *cap.*6. *dub.*14. *n.*4. Trullench *loc.cit. n.*23. & *lib.*2. *in Decalog. c.*1. *dub.*49. *num.*22. Fagundez *lib.*2. *in Decalog. c.*43. *num.*3. Candidus *diſquiſit.*25. *art.*8. *dub.* 12. Boſſius *loc.cit. num.* 2. & apud ipſum Homobonus, Leo, Lavorius, Fauſtus, Layman, Malderus, Bonacina,& alij quos ſequitur Quintanad. *n.*2. *cit.* per hæc verba: [El que prometiò, no caer en vn eſpecial pecado contra caſtidad, adulterio, ò ſacrilegio, ò no llegar jamas à muger, ſe puede comutar por eſte Iubileo. Tambien el de caſtidad exterior, de no cometer algun acto venereo, el de no conſentir en algun penſamiento deshoneſto, el de no caſarſe, y otros votos, aunque juntos formatan el de perfecta caſtidad, porque ninguno es de perfecta, y el voto de Virginidad, en quanto dize la entereza del cuerpo, no total caſtidad.] Sic ille.

QVÆSTIO CXI.

An virtute Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum caſtitatis, aut Religionis emiſſum pro tempore limitato, vt ad annum?

REſpondeo: poſſe, quia votum quod in Iubileis excipitur, eſt ſimpliciter votum caſtitatis, vel Religionis, de cuius eſſentia eſt, quod ſit perpetuum: ergo cùm illud non ſit perpetuum, nullo modo erit Papæ reſeruatum. Sic Sanchez *lib.* 8. *de matrimon. diſp.*9.

*diſp.9.num.6. & diſp.15.n.4. & in Sum. lib.4.c.40. num.*48. & apud ipſum D.Thom. 2. 2. *q.*88. *art.*11. *ad* 2. Palud. Nauarr.Sotus,Sà,Toledo,Henriquez,& alij vſque 30. Doctores,inter quos Moderniores ſunt Suarez *lib.*6. *cit. c.*22.*n.*9. Sayr. *in Claui Regia,lib.*6. *cap.*11.*n.*48. Azor.*tom.*1.*lib.*11.*c.*19. *quæſt.*6. Petrus de Ledeſma 2.*tom. Summ. tract.*10.*cap.*8. & Leſſius *loc cit. dub.*13.*n.*105. Quibus addi poſſunt Moure, Nuñus,Villalobos,Vega, Acoſta,& Guttierrez,quos citat, & ſequitur Diana *loc.cit. reſol.*57. Trulleuch *loc.cit. n.*9. Candidus *loc. cit. dub.*4. Fagundez *lib.*2. *c.*42. *n.*8. Boſſius *loc.cit. caſu* 18. Barboſa *de poteſt. Epiſcopi, part.*2. *alleg.*37.*n.*15. Layman *lib.*4.*tract.*4. *c.*8. *n.*8. Leo, Lavorius, Malderus, Tamburinus, & alij apud Boſſium.

QVÆSTIO CXII.

An etiam poſſet commutari, ſi tale vatum eſſet ſeruanda caſtitatis centum annis?

RESpondeo: Non poſſe, quia tale votum cenſetur perpetuum, cùm vita hominis non præſumatur ampliùs durare: ergo non poterit commutari virtute Iubilei. Sic Sanchez *in Summa loc.cit.n.*49. Trullench, Candidus, & Boſſius *loc.cit.* & communis.

QVÆSTIO CXIII.

An virtute Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari vatum virginitatis ſeruandæ?

RESpondeo: Non poſſe, niſi caſu quo expreſsè voluerit vovens ſe ad caſtitatem obligare, ſed ad ſolam corporis integritatem ſeruandam, conſiſtentem in abſtinentia à primo actu luxuriæ, per quem virginitas deperditur; quia quando hæc expreſſa intentio non reperitur, eſt votum abſolutum caſtitatis, ac proinde incommutabile vi Bullæ, aut Iubilei. Sic Sanchez *de matrim. loc. cit. num.*4. *& in Summa loc. cit. n.*65. & apud ipſum Sayrus, Azor, & Leſſius, Candidus *loc.cit.dub.* 10. & 11. & apud ipſum D.Th. Caiet. & Lopez, Diana *loc. cit. reſol.*60. Trullench *loc.cit. n.*21. Fernandez *lib.*2. *in Decalog. c.*43.*num.*1. *pag.*447. Boſſius *de Iubil. ſect.*2.*caſu* 20.*num.*5. & 6. Rodriguez, Lavorius, Leo, & alij apud ipſum, & Qointanad. *vbi ſuprà.*

QVÆSTIO CXIV.

An virtute Bullæ, aut Iubilei ſit commutabile votum caſtitatis conjugalis?

RESpondeo: eſſe commutabile, quia hoc votum non eſt totius caſtitatis, ſed partis, cum ſic vovens poſſit inire matrimonium. Sic Henriquez *lib.*7. *c.*30. *n.*6. Sanchez *lib.*8.*de matrim. diſp.*9. *n.*4. *& in Sum. lib.*7.*c.*40. *n.* 50. Diana *loc.cit.reſol.*62. Trullench *loc. cit. n.*10. & apud ipſum Ludovicus à Cruce, & Leſſius, Candidus *diſquiſit.*25.*art.*9. *dubit.*1. Boſſius *ſect.*2.*caſu* 20. *n.* 1. & apud ipſum Nauar.*c.*12.*n.*76. Barboſa *de poteſt. Epiſcop.part.*2.*alleg.*37.*n.*15. Filliuc. *tract.*16. *n.*264. Layman *lib.*4.*tract.*4. *c.*8.*n.*8. Lavorius, Leo, Malderus, & alij. Fagundez *lib.*1.*in Decal. cap.*49. *num.*9. & communis.

Notat tamen Trullench ex Sanchez,hoc intelligendum eſſe, caſu quo votum caſtitatis conjugalis non ſit annexum authoritate Pontificia ſtatui Religioſo, vt eſt hodie ſtatui Equitum Ordinum Militarium (præter Equites D.Ioannis,qui abſolutam caſtitatem vovent) quia in tali caſu,nec virtute Bullæ,aut Iubilei poterit Confeſſarius commutare dictum votum Militarium,illud in ſua profeſſione emittentium. Sic nouiter me citato, tenet Mendo *in Bull. diſp.*26. *cap.*10. *num.*11.

QVÆSTIO CXV.

An virtute Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum quo alter Conjux abſque alterius licentia promiſit, ſe non petiturum debitum?

RESpondeo poſſe: etiamſi ex alterius conjugis licentia tale votum emiſſum ſit. Imò ſi vterque ex licentia alterius, aut communi conſenſu, votum non petendi, nec reddendi, nec fornicandi emiſiſſet. Quia nullo modo eſt votum perfectæ caſtitatis. Sic Sanch.*de matrim.diſp.*9. *n.*8. *& in Sum. loc.cit n.*52. Diana *loc.cit.reſol.*58. Trullench *loc.cit.n.*11. Candid. *loc. cit. dub.*2. Fagundez *loc. cit. à n.*10. *vſque ad* 15. Boſſius *loc.cit.* & alij communiter.

QVÆSTIO CXVI.

An votum Caſtitatis emiſſum ab vno conjuge poſt conſummatum matrimonium, ſine conſenſu alterius, poſſit virtute Bullæ,aut Iubilei commutari?

NEgant Lopez 1.*part.inſtructorij,c.*47. *in fine,*& expreſſiùs Sayrus *in Claui regia,lib.*6.*c.*11.*n.*25. & alij Neoterici.

Sed multò probabiliùs reſpondeo: poſſe commutari, quia hoc votum non eſt omnimodæ caſtitatis, cum ad non reddendum debitum obligare nequeat. Sic Sanchez *lib.*8.*de matrim.diſp.*11. *n.*4. & apud illum Stunica, Rodriguez,& Guttierrez. Ludovicus à Cruce *in Bulla,diſp.*1.*c.*6.*dub.*14.*n.*1. Trullench *lib.*2. *in Decaleg.c.*1.*dub.*39.*n.*15.*& in expoſit. Bullæ loc.cit. num.*12. *pag. mihi* 414. Candidus *diſquiſ.*25. *art.*9. *dubit.*3. & apud illum Aragon.2.2. *q.*88. *art.*8. *dub. vltimo*, & Diana *loc.cit. reſol.*82. Fagundez *num.*14.& alij communiter, qui idem dicunt quando Conjux abſque alterius licentia continentiam voviſſet.

QVÆSTIO CXVII.

An votum Caſtitatis emiſſum ante contractum matrimonium, poſſit virtute Bullæ,aut Iubilei commutari à Confeſſario, vt poſſit vovens petere debitum?

AFfirmant Vivaldus *in ſuo candelabro,part.*3.*c.*14. *num. mihi* 41. *pag.*79. & apud Candidum *vbi infrà,* Sanctarellus *de Iubileo, c.*9. *dub.*8. & 9. Quia Epiſcopus, inquiunt, poteſt diſpenſare in tali voto ad petendum debitum, vt docent Angelus, Tabiena, Henriquez,Valentia,Rodriguez,& alij apud Dianam 1.*part. tract.*11.*reſol.*66. ergo etiam poterit Confeſſarius virtute Bullæ, aut Iubilei.

Sed certiſſimè reſpondeo: Non poſſe virtute Bullæ,aut Iubilei,aut priuilegiorũ Religionis. Niſi caſu quo Religioſi à ſuis Prouincialibus commiſſionem habeant, quia tunc optimè poterunt, vt diximus 2.*p. tract.*9.*de matrim. diſp.*24.*quæſt.*19. quam ſi vidiſſet Mendo, non diceret me contrarium falsò docuiſſe. Quia cùm caſtitatis votum ſit Pontifici reſeruatum, eidem ipſius obligatio,quæ eſt, ne conjugis debitum petatur, reſeruata eſt.

Vnde ad argumentum factum benè reſpondet Diana, quod ſcilicet quamvis Confeſſarius poſſit vi Iubilei commutare vota, quæ poteſt Epiſcopus, id intelligen

intelligendum eſt de votis, quæ poteſt Epiſcopus commutare jure Ordinario, & ex natura reſeruationis, non autem de votis quæ jure ſpeciali, aut per conſuetudinem (vt in caſu noſtro contingit) diſpenſare, aut commutare poteſt. Sic Sanchez *lib.8. de matrim. diſp.*15.*n.*9. *& in Summa lib.*4.*c.*54.*n.*20. Diana *loc. cit.* Trullench *loc.cit. n.*19 *pag.*419. & Candidus *diſquiſ.*25.*art.*9.*dub.*8. qui bene ex Soto notat, quod licet Epiſcopus poſſit cum tali vovente ex juſta cauſa diſpenſare ad conſummandum matrimonium, & petendum debitum, tamen hæc commutatio ſolùm durat durante matrimonio; nam illo ſoluto tenetur ſeruare votum ſimplex caſtitatis.

An autem idem poſſint Regulares virtute ſuorum priuilegiorum, ac poteſt Epiſcopus.

Reſpondetur, vt ſuprà reſpondi: Poſſe, ſi ad id commiſſionem habeant, quia vt diximus 2.*p. tract.*9. *de matrim. diſput.*24. *quæſt.*22. Religioſi Medicantes poſſunt virtute ſuorum priuilegiorum diſpenſare in omnibus votis, in quibus jure Ordinario poſſunt Epiſcopi: ergo. Sic tenet expreſſè Mendo *loc.cit.* & anteà Quintanad. *tract. de Iubil.dup.hebdom.c.*13.*n.*9. his verbis: [A vno que teniendo voto abſoluto de Caſtidad, ò continencia, ſe casò, ſin que lo comutaſſen, ni diſpenſaſſen, no ſe le puede comutar por eſte Iubileo, ni abſolutamente, ni en quanto el pedir el debito. Y no ſolo pecò mortalmente en caſarſe, y conſumir el matrimonio, aunque eſte fue valido, ſegun la comun de los Theologos, y Iuriſtas, como prueva fray Alonſo de vera Cruz 1.*p.ſpecul.Conjugat.art.*15.*concl.* 2. y conſta del *c.ſi vir, c.Conſuluit, c.Rurſus, c.voventib.* 27.*diſt.* ſi no peca mortalmente quantas vezes pidiere el debito, ſi no le han diſpenſado, ſegun la mas comun y cierta ſentencia, que con Soto, Nauarro, Ledeſma, y otros enſeña Henriquez *lib.*2. *de matrim. cap.*2. *n.* 9. y no ſe ha de ſeguir la de otros, que el refiere, y enſeña Veracruz *concl.*2. que ya conſumado el matrimonio, no peca en pedir el debito, que eſto tenia lugar, ſi con voto de Religion ſe vbiera caſado, que ſin pecado, ni diſpenſacion puede pedir y dar el debito, como ſienten los Doctores. Veaſe Henriquez *ſup lit.O, & lit.S.* que con San Antonio, Nauarro, Angelo, Mayor, y otros enſeña, que en ambos caſos puede el Obiſpo diſpenſar *ad petendum debitum*: Comun ſentencia de los Theologos ſegun Veracruz §.*vltim.* que prueban Sanchez *lib.* 8. *de matrim. diſp.*12.*n.*4. y Diana *reſol.*66. citando à muchos, y poder ahora por ſus priuilegios, los Religioſos Mendicantes, y los que gozan deſtos priuilegios, es cierto: no en virtud de las Conceſſiones que de Pio V. y Polo III. traen Henriquez, y Veracruz, que ſon vivæ vocis oracula, y como tales reuocados, aunque eſten firmados y authenticados de los Cardinales por la Bulla de N.S.P. Vrbano VIII. expedita el año de 1631. ſino porque les es concedido à los miſmos, que puedan diſpenſar en todos los votos en que puede el Obiſpo: como conſta de quatro Bulas autenticas, en que ſe concede eſto, cuyas clauſulas trae el compendio de los Mendicantes *verb. Abſolutio* 2. quoad ſæculares, §.17. & 20. Hucvſque Quintanaduenas, lege me ipſum *loc. cit. de matrim.*

QVÆSTIO CXVIII.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum caſtitatis, quod vterque Conjux emiſit, communi conſenſu per modum contractus, facio, vt facias; voveo, vt voveas.

AFfirmant Maior *in* 4.*diſt.*32. *q.*2.*col.*2. *in ſolution. ad* 2. *contra ſecundam concluſionem.* Veracruz, Sà, & Palud. apud Sanchez *vbi infrà.*

Sed certiſſimè reſpondeo: Non poſſe, quia hoc votum eſt abſolutè, & integrè caſtitatis. Vnde neque Epiſcopus poteſt diſpenſare cum his conjugatis, vt matrimonio vtantur, ſiue petendo, ſiue reddendo; niſi quando eſſet incōtinentiæ periculum in alterutro, nec commodè Pontifex, aut habens priuilegium ab ipſo diſpenſandi, in hoc caſu adiri poſſet præ paupertate, aut quia eſſet periculum in mora; quia tunc poſſet Epiſcopus diſpenſare ſolùm ad petendum, & reddendum debitum. Sic Sanch.*lib.*8. *de matrim. diſput.* 12. *n.*10.*& lib.*4.*Summa, c.*40.*n.*67.*& ſeqq.* Nauar. *c.*12. *n.*59. Henriq. *lib.*12.*c.*15.*n.*7. Rodrig. Lopez, Vega, Sayrus, & alij apud Sanchez, Diana *loc. cit. reſol.*82. Trull. *n.*26. Candidus *artic.*9. *cit dub.*22. Fagundez *lib.*2. *in Decalog. c.*42. *n.*21. *& ſequent.* & alij communiter. Legantur Sanchez, & Mendo *loc. cit.*

QVÆSTIO CXIX.

An vi Iubilei, aut Bullæ poſſit commutari votum aſſumendi Ordines Sacros.

NEgat Sotus *lib.*7.*de inſtit. q.*5.*art.*3. *corollario* 1. quia exiſtimat votum huiuſmodi eſſe idem quod votum caſtitatis.

Sed certiſſimè reſpondeo: poſſe, quia votum hoc non eſt caſtitatis, ſed votum aſſumendi ſtatum, cui adnexa eſt caſtitas, ideoque etiam poteſt ab Epiſcopo diſpenſari. Sic Sanchez *lib.*8. *de matrim.diſp.*8. *n.*13. *& in Sum. lib.*4.*c.*50.*num.*79. Henriquez *lib.*7.*c.*30. *num.*6. Sà *verb.votum, n.*30. Valentia, Azor, Rodriguez, Aragon, Vega, Lopez, Graffius, & Vivaldus apud Sanchez, Bonacina, Filliucius, Lavorius, Leo, Zerola, Nauar. Homobonus, Barboſa, & alij, quos refert, & ſequitur Boſſius *ſect.*2. *caſu* 20.*n.*9. Fagundez *lib.*2.*in Decalog. c.*43. *num.*6. Suarez 2.*tom. de Relig. tract. de voto, lib.*6. *c.*21. *num.*7. *& c.*24.*n.*2. Petrus de Ledeſma 2.*tom. Summ.tract.*10. *c.*8. Diana 1.*part. tract.*11.*reſol.*64. Trullench *lib.*2. *in Decalog. cap.*1. *dub.*39.*n.*2 *& in Bulla lib.*1. §.7. *c.*3. *dub.*15.*n.*20. Candidus *diſquiſit.*25. *art.*8. *dub.*13. & alij communiter. Vnde colligitur, quod dictus vovens non eſſet ſacrilegus fornicando, & ſi matrimonium iniret, peccaret contra votum, ſed poſſet petere debitum. Sic etiam Doctores, & P. Mendo *in Bull. Cruc. diſput.*26. *cap.*10 *num.*113.

QVÆSTIO CXX.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum ingrediendi Ordinem Melitenſium, aut Maltenſium, ſiue D. Ioannis Hieroſolymitani?

AFfirmare poſſent, qui affirmant prædictos Milites non eſſe propriè Religioſos. Hi ſunt Graffis, Gonzales, Sarmiento, & alij apud Dianam *vbi infrà.*

Sed certiſſimè reſpondeo: Nullo modo poſſe, quia certiſſimum eſt prædictos Milites eſſe verè, & propriè Religioſos, cùm tria ſolemnia vota, Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientiæ emittant: ergo cum vota veræ Religionis, vi Bullæ, aut Iubilei commutari non poſſint, neque hoc poterit votum. Sic Nauar. *lib.*3.*conſil. de converſ. conjugat. conſ.*2. Sanch. *de matrim. loc. cit. n.*16. *& in Summa loc.cit.n.*73. Diana *loc.cit. reſol.*77. Trullench *loc.cit. dub.*16 *n.*6. Candid. *loc.cit. art.*14. *dub.*1. Rodrig. *in Bulla*, §.9.*n.*123. Lugo *part.*2. *vbi de clauibus, c.*9 *ad finem*, Boſſius *de Iubileo, ſect.*2. *caſu* 19. & apud ipſum Leo, etiam Fagundez *lib.*2. *in Decalog. c.*43.*n.*11. & communis, quam noviſſimè me citato, tenet amicus Mendo *diſp.*26. *cit. cap.*12. *num.*131.

QVÆSTIO CXXI.

An vi Iubilei, aùt Bullæ poſſit commutari votum ingrediendi Religionem Militum Alcantara, Calatraua, D. Iacobi, S. Stephani, vel S. Mauritij?

NEgat expreſsè Lopez *loc. cit.* & negare poſſent qui affirmant dictos milites eſſe rigoroſè, & verè Religioſus, vt aſſerunt Couat. *in 4. decret. 2. p. c. 3. §. 1. n. 18.* Sanch. *loc. cit. & de ſtatu Relig. lib. 7. c. 29. n. 105.* Ramirez *in tract. de fundat. Ordinis S. Iacobi, cap. 1. art. 8. fol. 18.* Gregor. Lopez, Menchaca, Ayala, Vega, Mota, & alij, quos citat, & ſequitur Sancius *in ſelectis, diſp. 49. num. 11.* Baſil. Pontius *de impedim. matrim. cauſa 27. q. 2. §. 2.* Medina, & alij, quos refert, & ſequitur Diana *1. p. tract. 51. reſol. 78.*

Sed probabilirer reſpondeo: Poſſe commutari. Quia probabile eſt (licèt probabilius oppoſitum) prædictorum Ordinum militiarum Equites non eſſe in rigore Religioſos, vt defendunt Molina *de iuſtit. & iure tom. 1. tract. 2. diſp. 511. & tom. 2. diſput. 623.* Valent. *tom. 3. diſp. 10. q. 4. punct. 2.* Sayr. *in claui regia, lib. 6. c. 9. n. 10.* & Alcozer, Azor, Aragon, Nauar. & alij apud Sancium *loc. cit. n. 12.* Trullench. *loc. cit.* & apud ipſum Ludouic. à Cruce, Boſſius *loc. cit. n. 11.* & apud ipſum Moneta *de conſern. c. 10. n. 380* Sanctarellus *c. 10. dub. 3.* Barboſa, & alij. Sed ſic eſt, quod ad hoc, quod virtute Iubilei poſſit commutari votum aliquod, ſufficit quod ſit ſub opinione, an ſit reſeruatum, necnon: ergo. Sic expreſsè tenent Sancius, Diana, & Trullench. *loc. cit.* Sotus etiam *lib. 7. de iuſtit. q. 3. art. 3.* Candid. *loc. cit. art. 14. dub. 10.* & debent docere omnea qui affirmant, dictos Ordines militares non eſſe propriè Religiones, vt affirmant Authorea nupertimè citati. Legatur Fagund. *loc. cit.* Mendo *n. 232.*

QVÆSTIO CXXII.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum aſſumendi habitus fæminarum, quas vulgò Beatas vocant?

REſpondeo poſſe. Quia hic ſtatus non eſt Religionis, & ita etiam Epiſcopus poteſt in dicto voto diſpenſare. Sic Sanch. *de matrim. loc. cit. n. 15. & in ſum. n. 71.* Henriq. *lib. 7. c. 30. n. 6.* Aragon. *2. 2. q. 88. art. 12.* Viuald. *3. p. c. 14. n. 44.* Rodrig. *2. tom. ſum. c. 96. n. 95.* Suar. *loc. cit. cap. 21. n. 8.* Sayr. *c. 12. cit. n. 64.* Trullench. *loc. cit. n. 4.* Candid. *loc. cit. dub. 11. & 14.* Fagundez *loc. cit. c. 43. n. 10.* & alij, qui idem dicunt de voto ingrediendi Religionem non approbatam à Sede Apoſtolica, quia hæc non eſt vera Religio, & conſequenter dictum votum non eſt Religionis. Legatur Mendus *diſp. 26. c. 12. n. 126.*

QVÆSTIO CXXIII.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum ingrediendi Religionem ad probandum, num ſibi placeat?

REſpondeo non poſſe. Quia id verè, & propriè eſt votum Religionis, cum votum ingrediendi Religionem, ex diſpoſitione iuris humani, hanc tacitam conditionem includat, ſi bona fide vouens Religionem, ingrediens illam, intra annum probationis deprehenderit, eam ſibi congruere: ergo vi Iubilei commutari tale votum nequit. Sic Candid. *diſquiſ. 25. art. 14. dub. 15.*

QVÆSTIO CXXIV.

An virtute Iubilei, aut Bullæ poſſint commutari vota Paupertatis, & obedientiæ in ſæculo, vel in Religione non approbata emiſſa?

REſpondeo poſſe. Quia non ſunt vota Religionis, nec ſtatui Religioſo annexa, cum ſint facta extra ſtatum Religioſum verum, & approbatum. Et ita poteſt etiam Epiſcopus in illis diſpenſare. Sic Leſſius *lib. 2. de iuſtitia, c. 40. n. 123.* Suar. *lib. 6 de voto, c. 21. n. 8. & 9.* Nauar. *de Regular. in capite Non dicatis, n. 21.* Henriq. *lib. 7. c. 30. n. 6. in Gloſſa lit. F.* & alij apud ipſum, Trullench. *in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 13. n. 5.* Candidus *loc. cit. dub. 12.* Sanch. *lib. 4. ſum. c. 49. n. 72.* Malderus, & Fillincius, quos citat, & ſequitur Boſſius *vbi ſuprà, n. 13.* & Mendo *n. 134.*

QVÆSTIO CXXV.

An vi Iubilei, aut Bullæ poſſit commutari votum, quo quis promiſit ingredi in Religionem ſtrictiorem, vt laxiorem ingrediatur?

NEgant Nauar. *in Comment. 4. de Regular. num. 10. fol. mihi 70.* & Lopez *2. p. inſtruct.* vbi *de claub. cap. 9. ad finem.*

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe commutari ab Epiſcopo, & conſequenter virtute Bullæ, aut Iubilei, à quocumque Confeſſario. Quia tunc non diſpenſatur in ſubſtantia Religionia, cum maneat hic obligatus ad illam, ſed tantùm in quadam eius circumſtantia, ſeu exceſſu vnius ad alteram, qui non eſt Pontifici reſeruatus, & poterit ſuppleri per erogationem alicuius eleemoſynæ in ſubſidium belli, additis altis eleemoſynis, orationibus, ieiuniis, & aliis piis operibus. Sic Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 9. n. 17. & diſp. 15. num. 5. & in ſum. lib. 4. cap. 40. n. 74.* & apud ipſum Rodrig. *tom. 2. ſum. c. 89. n. 4. & tom. 1. qq. regul. q. 25. art. 6.* Henriq. *lib. 7. c. 22. n. 7.* Petrus de Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 10. c. 7. dub. vlt.* Sayr. *lib. 6. c. 11. n. 63.* Azor. *tom. 1. lib. 11. c. 18. q. 8.* Leſſius *lib. 2. c. 40. dub. 3. n. 105.* & alij. Diana *tract. 11. cit. reſol. 55.* Trullench. *in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 3. dub. 16. n. 7.* Fagundez *lib. 2. in Decalog. cap. 43. n. 12.* & communis, quam ſequitur Mendo *n. 134.*

QVÆSTIO CXXVI.

An votum pœnale Caſtitatis, vel Religionis abſolutè emiſſum ſit diſpenſabile ab Epiſcopo, aut vi Bullæ, aut Iubilei?

REſpondeo non eſſe diſpenſabile. Sic Trullench. *loc. cit. dub. 6. n. 8. pag. mihi* 377. per hæc verba: Quãdo vota pœnalia ſunt abſolutè emiſſa, nulloque modo dependent ab aliqua conditione, licèt non ex ipſorum affectu emittantur, ſed ſint valdè odioſa, & ferè inuitè eligantur ad vitandum dedecus, vel conſequendos honores, non poſſunt per bullam commutari, v. g. ſi quis in pœnam, aut ſupplicium vitij admiſſi à ſe promittat abſolutè Religionem, aut ſi quiſpiam eo quòd præbendã, cui ſe oppoſuerat, amiſerit præ indignatione, & deſperatione, ne ignominioſam vitam ducat, eandem voueat. Probatur: Quia Epiſcopus non poteſt talia vota, etſi pœnalia dicantur, diſpenſare, vt docet Sanch. *lib. 8. de matr. diſp. 10. n. 9. & lib. 4. ſum. cap 40. num. 87.* & dixi *in Decalog. lib. 1. cap. 2. dub. 40. num. 2.* Nam licèt in cauſa im-

pellenti ad vouendum reperiatur aliqua imperfectio, talia vota in ſe abſoluta ſunt, & ex nullo euentu pendentia, & voluntas tendit in materiam promiſſam. Sic Trullench. ex Sanch. Suar. *tom. 2. de Relig. tract. de voto, lib. 6. c. 24. n. 11.* Boſſius *vbi infrà, n. 35.* & communis.

QVÆSTIO CXXVII.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum Caſtitatis emiſſum in pœnam peccati, quod quis heri admiſit, vel nunc proponit admiſſurum, ſi fuit, vel eſt mortale?

RESpondeo non poſſe. Quia conditio de præterito, aut de præſenti non ſuſpendit conſenſum, nec impedit votum eſſe verè abſolutum, ſi conditio tunc vera ſit, ſiue vouens ſciat, ſiue ignoret conditionem extare: ergo neque ab Epiſcopo, neque à Confeſſario virtute Bullæ, aut Iubilei poteſt tale votum commutari. Sic Sanch. *de matr. lib. 8. diſp. 10. n. 14. & lib. 4. ſum. cap. 40. n. 88.* Suar. *loc. cit. c. 23. n. 8.* Trullench. *loc. cit. c. 3. dub. 6. pag. mihi 378.* Boſſius *de Iubil. ſect. 2. caſu 10. num. 29. & 30.* Bonac. *diſp. 4. q. 2. punct. 7. §. 4. n. 17.* & communis, quam me citato tenet Mendo *in Bull. Cruc. diſp. 26. c. 7. n. 95.*

QVÆSTIO CXXVIII.

An vi Iubilei, aut Bullæ poſſit commutari votum conditionale pœnale Religionis, ſeu Caſtitatis?

NEgant aliqui, quos citato nomine, refert Philiarch. *de officio Sacerd. tom. 1. p. 2. lib. 3. c. 22.* & ipſe ex parte ſequitur, docentes nec Epiſcopum, nec Confeſſarium virtute Bullæ, aut Iubilei poſſe commutare, aut diſpenſare in dicto voto, etiam ante impletam conditionem.

Negant etiam alij, non ita abſolutè, ſed ſub diſtinctione, dicentes poſſe tale votum commutari ante adimpletam conditionem, non verò poſt. Sic Sot. *lib. 7. de iuſtitia, q. 2. art. 1. ad 4. & q. 4. art. 3. col. 5.* Couar. *cap. Quamuis pactum, 1. p. §. 3. n. 12. de pactis, in 6.* Azor. *lib. 11. inſtit. cap. 10. q. 3. & c. 19. q. 15.* Graff. *1. p. lib. 2. cap. 28. n. 3.* Leſſ. *lib. 2. cap. 40. n. 106. caſu 7.* Angl. Gutier. Rodrig. & alij, quos refert Sanch. *vbi infra,* Baſil. *de matrim. lib. 7. c. 9. n. 10.* & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe prædicta vota pœnalia commutari ab Epiſcopo, aut vi Bullæ, aut Iubilei à Confeſſario, non ſolùm ante impletam conditionem, ſed etiam poſt, ſiue (quod idem eſt) pœna nondum incurſa ſit, ſiue iam ſit incurſa, ſiue voueatur ſola pœna, & non illius euitatio, vt ſi luſero, voueo Religionem, vel Caſtitatem; ſiue voueatur vtrumque ſimul, vt voueo non luſurum ſub pœna ingrediendi Religionem, aut Caſtitatem ſeruandi. Quia huiuſmodi vota tunc non ſunt emiſſa ex amore, & deuotione ingrediendi Religionem, aut ſeruandi Caſtitatem, ſed potius imponuntur à vouente, tanquam odia, & tanquam pœnæ pro ludo, vel alio peccato vitando, & Summus Pontifex ſolùm reſeruat ſibi illa vota, quando procedunt ex amore, & deuotione ad Caſtitatem, vel ad Religionem: ergo ante, vel poſt impletam conditionem, id eſt, ſiue ante, ſiue poſtquam quis luſerit (ſtando in exemplo poſito) poterit Epiſcopus, & vi Iubilei, aut Bullæ, Confeſſarius illa vota commutare. Sic Henriq. *lib. 7. c. 30. n. 6.* Medina *lib. 1. ſum. c. 14. §. 6.* Lopez *1. p. inſtr. c. 44. col. 2.* Viuald. *3. p. candelab. c. 14. à n. 50.* Aragon. *2. 2. q. 88. art. 12.* Beia *in ſuis reſponſ. caſu 28.* Rodrig. (mutans ſententiam, quam tenuerat *in Bulla, §. 9. n. 124.*) *tom. 1. quæſt. Regul. q. 63. art. 7.* Ant. Gomez *in Bulla, clauſ. 10. n. 99.* Vega *2. tom. ſum. c. 129. caſu 10. 99. & 114.* Sà *verb. votum, vbi de irritat. n. 11.* Toledo *lib. 4. ſum. c. 18. n. 11.* Sayr. *in claui Regia, lib. 6. c. 11. n. 72.* Petrus de Ledeſma *tom. 2. ſum. tract. 10. cap. 8. in 3. p. poſt dictum 4.* Suar. *tom. 2. de Relig. lib. 6. c. 23. n. 1. & 6.* quos omnes, & alios quoſdam refert, & ſequitur Thom. Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 11. n. 8. & lib. 4. ſum. cap. 40. n. 91.* quibus addi poſſunt Nuñus *in 3. p. tom. 2. tract. de Bulla, §. 11.* Ioan. de la Cruz *in ſua ſumma, p. 2. de præc. 2. art. 2. dub. 10. concl. 4.* Moure *p. 3. ſum. cap. 9. ſect. 2. §. 17. n. 9.* Villalob. *tract. 27. clauſ. 9. §. 3. n. 42.* Quos citat, & ſequitur Diana *1. p. tract. 11. reſol. 53.* Ludou. à Cruce *in Bulla, diſp. 11. cap. 6. dub. 9. n. 10.* Trullench. *lib. 2. in Decalogum, c. 2. dub. 40. n. 3. & in Bullam lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 6. n. 13.* Candid. *diſq. 25. art. 6. dub. 7. & 10.* Boſſ. *de Iubil. ſect. 2. caſu 20. n. 29.* & apud ipſum Layman, Barboſa, Tamburin. Bonacina, Homobonus, Leo, Sanctarellus, Lauorius, Fauſtus, & alij, & eſt communis, quam me citato ſequitur Mendo *in Bull. diſp. 26. c. 8.* dicens hanc eſſe ſententiam veriſſimam, citatque pro illa Baſil. *in tract. manuſcripto Bulla, §. vlt. n. 8.*

QVÆSTIO CXXIX.

An vota merè conditionalia (id eſt non pœnalia) rei reſeruatæ, quando tantùm apparenter conditionalia ſunt, poſſint vi Bullæ, aut Iubilei commutari?

RESpondeo non poſſe, etiam poſt impletam conditionem. Quia talia vota verè abſoluta ſunt. Pro cuius reſponſionis intelligentia nota, quod votum merè conditionale eſt duplex. Primum verum, ſecundum apparens tantùm. Conditionale votum tunc verè eſt tale, quando particula *ſi*, retinet ſuam naturam, quæ eſt impedire conſenſum perfectum, & illum ſuſpendere in alicuius conditionis euentum: tunc autem eſt tantùm apparens conditionatum, quando particula, *ſi*, æquiualet particulæ, *quando*, ita vt ſenſus ſit, quando hoc euenerit. Tunc enim non eſt verè conditio, ſed determinatio temporis implendi voti, atque ita à principio eſt conſenſus perfectus, & abſolutus, ſolaque executio differtur, v.g. verè votum conditionale eſt, ſi vouens dicat: ſi Deus me ab hoc peccato præſeruauerit, vel ſi pater conſenſerit promitto Religionem, vel Caſtitatem. Conditionale autem apparenter eſt, ſi dicat; ſi pater meus obierit, promitto Religionem. Senſus enim huius voti eſt, quando pater meus obierit, executioni mandabitur ingreſſus Religionis, quem ex nunc pro tunc abſolute voueo. Sic omninò Sanch. *lib. 4. ſum. c. 40. n. 82. & 93. & lib. 8. de matrim. diſp. 10. n. 13.* Suar. *lib. 6. de voto, c. 22. n. 6.* Trullench. *c. 3. cit. dub. 7. n. 2.* Candidus *diſquiſ. 25. art. 7. dub. 2.* Petrus de Ledeſma *tract. 10. cit. c. 8. concl. 2. in 3. part. poſt dictum 4.* & communis.

QVÆSTIO CXXX.

An vota merè, & verè conditionalia Caſtitatis, & Religionis poſſint vi Iubilei, aut Bullæ commutari, ſaltem ante impletam conditionem?

NEgant Sot. *lib. 7. de Iuſtitia, q. 2. art. 1. ad 4.* Nauar. *in man. cap. 12. n. 43.* Corduba *in ſum. q. 152.*

Azor

Azor.*lib.* 11.*c.*20.*q.*13.Rodrig.Lopez,Valentia,Vega, Aragon,& alij, quos refert Sanchez *diſp.*10.*cit.* *n.*11. Sanctarel. *de Iubileo,c.*11.*dub.*2. Aug.Barboſa *de poteſt.Epiſcop.alleg.*37.*n.*6. & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe commutari ante impletam conditionem. Quia durante conditione,vota Caſtitatis, & Religionis non ſunt vota abſoluta & completa,cum non ſtatim obligent, niſi poſt adimpletam conditionem appoſitam: Sed ſic eſt,quod quando Pontifex vota Caſtitatis, & Religionis ſibi reſeruat, intelligitur de votis abſolutis, & completis, quæ ſtatim vouentem obligant, non verò cùm obligatio imperfecta,diminuta, & conditionata eſt: ergo. Sic Vega, Rodriguez, & Perez, quos refert,& ſequitur Sanch.*loc.cit.de matrim.n.*12. *&* 13.*& in ſum.loc.cit.n.*98.*&* 99.vbi refert Leſſium *lib.*2.*c.*40 *dub.*13.*n.*106. *caſu* 7. Sayr. *in Claui Regia, lib.*7.*c.*11.*n.*77. & Suar.*tom.*2.*de Relig.tract.de voto, lib.*6.*c.*22.*n.* 3.*&* 11. & Bonac. *tom.*2. *in Decalogum, diſp.*4. *q.*2. *punct.*7.*§.*4.*n.*17. Filliuc.*tom.*2.*tract.*26. *n.*269. Baſil.*de matrim.lib.*8.*c.*9.*n.*7.Tambur.*de iure Abb.diſp.*18.*q.*6.*n.*37. Layman. *tract.*4. *lib.*4.*cap.*18. *n.*70. Lauor.*de Iubil.p.*2.*c.*27.*n.*179.& alij, quos citat Boſſius *vbi infrà,* & nouiſſimè me citato Mendo *in Bul.diſp.*26.*c.*7. vbi ait,me non rectè pro hac duplici ſententia oppoſita citaſſe aliquos Authores. Sed certè hic Author non legit attentè quod ego ſcripſi. Nam ſolùm refero Sanchez citantem pro vtraque ſententia oppoſita aliquos Authores, nempe Vegam, & Rodriguez, quod eſt verum; ſed an bene, videas ipſe.

QVÆSTIO CXXXI.

An prædicta conditionalia vota poſſint etiam commutari virtute Bullæ, aut Iubilei, adhuc poſt impletam conditionem?

NEgant omnes Doctores pro vtraque ſententia *q.*28. *præcedenti citati*, quibus adde Ludouic. à Cruce *in Bulla diſp.*1. *c.*6. *dub* 9.*n.*5.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe adhuc. Quia licèt prædicta vota, eorumque obligatio, finita conditione iam ſint abſoluta, quia tamen initium, origo, & radix illius obligationis fuit imperfecta voluntas à futuro euentu pendens,quæ ſēper in ipſa obligatione quaſi imbibita manet, ſemper enim eſt verum dicere, ortam eſſe eam obligationem ex conſenſu quodam imperfecto; hinc eſt, quod confeſſarius vi Iubilei, & etiam Epiſcopus ordinaria poteſtate poſſit in eis votis, etiam impleta conditione, diſpenſare. Reſeruatio namque,cum ſit odioſa, reſtringenda eſt ad ea vota, quæ quoad obligationem, & eius radicem, & initium ſortiuntur perfectam voti Caſtitatis, ac Religionis naturam. Sic Sanch.*de matrim.lib.*8. *diſp.*10.*n.*13.*& lib.*4. *ſumma, cap.*40.*n.*99.& apud ipſum Tolet. *lib.*4. *ſumm. c.*18. *n.*11. Anton. Gomez *in Bulla*, *clauſula* 10. *n.*99.& Petrus de Ledeſma *tract.*10. *cit. cap.*8. *poſt dictum* 4. Quibus addi poſſunt Diana 1.*part.tract.*11.*reſol.*54. Trullench.*in Bulla, lib.*1.*§.*7.*c.*3.*dub.*7.*n.*9.Candidus *diſquiſit.*25.*art.*7.*dub.*3. & apud ipſum Fauſtus *lib.*3. *de votorum diſpenſat.q.*311. Boſſius *de Iubileo*, *ſect.*2. *caſu* 10.*n.*15. Sanctarel. *c.*21.*dub.*1. Leo *part.*2.*q.*13. *ſect.*1. *n.*85. Malderus, Victoria, & alij apud ipſos, quos me citato ſequitur Mendo *loco citato*, *num.*85. Quintanadueñas *de Iubil.dup. hebdom.cap.* 12.*n.*1.

QVÆSTIO CXXXII.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum Deo factum, in vtilitatem tamen Tertij, v.g. votum dandi calicem alicui Eccleſiæ, dotem alicui puellæ, aut eleemoſynam tali pauperi?

NEgant Anton. 2.*part. tit.*11.*c.*11.*§.vlt.*Roſella *verb.votum* 5. *num.*6.Sarmiento *lib.de redditibus Eccleſ.p.*4.*c.*3.*n.*3.*&* 4. & alij apud Sanch.*vbi infrà.* Quia exiſtimant fauore cauſæ piæ valere donationes, & promiſſiones in abſentia factas, & abſque acceptatione acquiri ius ad illas à cauſa pia.

Sed longè probabiliùs reſpondeo: Poſſe commutari. Quia longè probabilius eſt,per tale votum non acquiri ius Eccleſiæ, vel pauperi ad promiſſiones,& donationes ipſis factas, donec à Prælato Eccleſiæ, vel paupere tale votum acceptetur. Sic Nauar. *in man.cap.*12.*n.*78. Henriq. *lib.*7.*c.*30.*n.*5.*in Gloſſ.lit.K,& n.*6. Sà *verb.votum*, *vbi de irritat.n.*14. Azor.*tom.*1.*lib.*11.*cap.*19. *q.*12. Sayr. *lib.*6.*c.*11.*num. vlt.*Suar.*lib.*6.*cit.c.*15.*à n.*3. Caiet. Angel.Syluester, Armilla,Tabiena, Palacios, Angles,Graffis, Rodriguez, Petrus de Ledeſma, & alij,quos refert, & ſequitur Sanch.*lib.*4.*cap.*41.*num.*7.Diana *tract.*11.*cit. reſol.*47. & apud ipſum Filliucius, Leo, Ioan. de la Cruz, & Fauſtus, Trullench.*lib.*1 *§.*7.*c.*3.*dub* 8.*n.*2. & apud ipſum Ludouic. à Cruce, Candidus *diſquiſit.* 25. *art.* 4. *dub.*4. & Boſſius *de Iubileo*, *ſect.*2. *caſu* 7.*n.*2. *pag. mihi* 176. & apud ipſum Baſilius *de matrim.lib.*8.*c.*8.*§.*1.*n.*8. *&* *c.*20.*n.*7. Layman. *lib.*4. *tract.*3.*cap.*11.*n.*7.*& tract.*4.*c.*8.*n.*21.Barboſa *de poteſt.Epiſcop.part.*2.*alleg.*36.*n.*4. & alij,quos ſequitur Quintanadueñ. *loc.cit.cap.*10.*n.*12.

QVÆSTIO CXXXIII.

An etiam caſu, quo tale votum ſit acceptatum ab Eccleſia, puella, ſeu paupere, ſit adhuc diſpenſabile, aut commutabile vi Bullæ, aut Iubilei?

AFfirmat adhuc Trullench. *loc.cit.* per hæc verba: Nihilominus tamen ſi quis aſſereret,etiam poſt talem acceptationem poſſe huiuſmodi vota, iuſta intercedente cauſa,per Bullam commutari, videtur non improbabiliter hoc dicere, quia cum votum per ſe fiat Deo,& creditor obligationis ex voto procedentis ſit ipſe ſolus Deus, acceptatio ex parte hominis parum facit ad naturam obligationis ex voto procedentis. Secus autem in iuramento, quod ex natura ſua petit, vt homini præſtetur,ac proinde acceptatio in voto, etiam facta ab eo in cuius vtilitatem res ſub voto cadens cedit, non mutat naturam voti aliàs diſpenſabilis, aut commutabilis. Hucvſque Trullench. & ante illum, penes Stephan. Fagundez hanc eandem ſententiam tenuerunt Caietan.2.2.*q.*88.*art.*12.& Petrus Nauar. *lib.* 2.*de reſtit. c.*1.*in noua edit. dub.*3. *n.*14. Et id eſſe ſatis probabile ait Fagundez *vbi infrà.*

Sed certiſſimè ferè reſpondeo: Non eſſe diſpenſabile, aut commutabile in eo caſu, abſque conſenſu illius, qui votum acceptauit. Quia per acceptationem iam eſt acquiſitum ius illi Eccleſiæ, puellæ,vel pauperi: ergo ipſo inuito remitti nequit. Sic Sanch. *loc.cit.n.*13.vbi ait,in hoc nullum authorem ex relatis *quæſt. præcedenti*, dubitare. Et benè hoc dicit, cùm omnes id vt certum ſequantur. Imò & ipſe Ægidius Trullench. hanc partem probabiliorē iudicat. Et vt longè probabiliorē ſequitur Fagundez

lib.

lib.2.in Decalog.c.49.n.11.pag.mihi,477.& 478. Leganiur Nauar.c.12.n.78. quid id ex mente D.Thomæ probat, Soarez lib.6.de voto,c.15.Henriquez lib.7.c.30.n.5.& alij ſuprà citati,quos ſequitur Quintanad. loc.cit.n.12. Baſilius,& Barboſa apud ipſum.

QVÆSTIO CXXXIV.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari pœna pecuniaria, ex fractione voti incurſa?

NEgant Nauar.lib.3.conſil.tit.de voto,conſ 32.alias 35. Graſſis 1.part.deciſ.lib.2.c.28.n.3. Sayro in Claui Regia, c.12.n.20. Azor.1.tom.lib.11.c.18.q.11. in fine. Lauor.de Iubileo,p.2.c.17.n.127.& Vega 2 p. ſum.cap.126.caſu 10. Quia Bulla, aut Iubileum ſolius voti commutationem, & indulgentiam indulget: ergo non pœnæ ex fractione debitæ.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe. Itaque,ſi quis vouit,ſe non luſurum, ſub pœna erogandi decem aureos pauperibus,quoties luſerit, & ſæpe fregit,& ideo eſt multorum aureorum debitor ex illa voti violatione,poteſt,inquam,commutari hæc pœna pecuniaria à quocumque habente facultatem,ſiue Ordinariam,ſiue delegatam ad diſpenſandum,vel commutandum vota.Quia obligatio illa ſoluendi decem aureos,ex voto conditionali, adimpleta conditione contracta, non eſt maior,quam obligatio voti, quo quis v.g. abſolutè,& directè voueret dare quinquaginta aureos in eleemoſynam, ſed potius minor: at hæc obligatio poteſt commutari virtute Iubilei,aut Bullæ,vt docent communiter Doctores:ergo & illa. Sic Sanch. lib.8.de matrim.diſp.15.num.24.& in ſum. lib.4.cap.52.n.10. Suar. tom.2. de Relig.tract.de voto, lib.6.c.20.n.19.Raphael de la Torre 2.2.q.88.art.12. diſp.vlt.n.4.Leo de Iubileo,part.2.n.12.& 74.Filliuc. tract.26.c.10 n.296. Malder.2.2.tract.10.c.5.dub.11. Ioan.de la Cruz in ſum.de præc.2.art.2.dub.10.concl.3. Villalob.tract.27.clauſ.9.§.3. n.32. & Homobonus, quos refert, & ſequitur Diana tract.11. cit.reſol.46. Trullench.loc.cit.dub.8. Ludouic. à Cruce in expoſit. Bullæ, diſp.1.c.6.dub.15.n.13.Candidus diſquiſit.24. art.5.dub.2. Bonacina tom.2. in Decalog. diſp.4. q.2. punct.7.§.4.n.18. Leſſius lib.2. cap.40. dub.6.n.108. Boſſius ſect.2.caſu 23. n.2.pag. mihi 222. Layman lib.4.tract.4.c.8.n.26.Sanctarellus c.11.dub.3.Fauſtus lib.4.Theſ.q.48. & communis,quam ſequitur Quintanad. c.10.cit.n.4.

QVÆSTIO CXXXV.

An caſu, quo Pontifex commutaſſet totam pœnam iam debitam, vel partem remiſiſſet, partem verò reliquiſſet, poſſet Confeſſarius vi Iubilei illam in aliud opus pium commutare?

NEgabunt à fortiori Doctores nuper pro prima ſententia adducti.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe.Quia licèt vouens acceptauerit Papæ commutationem,ſemper eſt illi integrum redire ad priorem obligationem,& relinquere commutationem: ergo ſicut poterat prius per Bullam, aut Iubileum petere commutationem prioris obligationis. ſi Papa nihil circa illam diſpoſuiſſet; ita etiam poſtea Deinde,quia abſque reditu ad priorem obligationem manet commutabilis illa pœna, quam Papa reliquit, vel in quam commutationem fecit,quia illa ſemper eſt pœna debita ex vi voti, non verò ſpecialis præcepti Papæ Vnde non implere illam, erit ſacrilegium contra votum, non autem inobedientia,vel iniuſtitia: ergo ſemper manet commutabilis per modum voti: ergo poterit commutari ab illo, qui poteſtatem ordinariam,aut delegatam habet commutandi vota. Sic omnino Trullench.loc.cit.n.5.ex Suarez loc.cit.n.20 Sanchez, Diana, Candidus loc.cit. & communis.

QVÆSTIO CXXXVI.

An vota emiſſa poſt promulgationem Bullæ, aut Iubilei, poſſint commutari per talem Bullam, aut Iubileum?

NEgant Sotus lib.7.de Iuſtitia,q.4.art.3.Corduba in ſum.q.149.Graſſis 1.part.deciſ.lib.2.c.30.n.9. Angles in florib. 2.p. quæſt.vnic. de voto, art.8.diff.7. propoſit.3.Lopez 1.p. inſtruct.cap.50.col.2.quos omnes refert Sanch. in ſum. lib.4 c.53.n.25. citat etiam Diana (vbi infra) pro hac parte Moure part.3. ſui exam. cap.9.ſect.2.§.17.num.4. & Villalobos 2. tom. tract.28. clauſ.9. §.3. n.40. citantem pro ſe Nauarrum,Cordubam,& Azorium. Sed malè certè; nam oppoſitum omnino docet Villalobos, & pro oppoſito citat citatos Doctores. [Puede (ait Villalobos) comutar los votos que hizo antes, y deſpues de Bulla,como dizen Nauarro,Cordoua,y Azor,aſſi como ſe puede abſolver de los pecados reſeruados.] Sed Villalobos non 2.tom.tr.28. ſed 1.tom.tr.27.& c.cit.

Sed probabiliùs reſpondeo:Poſſe per Bullam,aut Iubileum commutari vota,ſiue ante,ſiue poſt Bullæ, aut Iubilei promulgationem emiſſa.Quia verba generaliter, & indefinitè prolata in priuilegiis extenduntur ad futura: at verba Bullæ,& Iubilei,concedentia commutationem votorum, ſunt generalia,& indefinita: ergo extenduntur ad vota etiam futura. Sic Nauar. notabil.34.n.4. & in ſum.c.11.n.80. Aragon.2.2.q.88.art.12. Henriq. lib.6.c.26.n.3.in Gloſſa lit.N. & lib.8.c.30.n.5. Lopez c.9.de clauibus, 2.tom. fol.846. Rodrig. in Bulla,§.9.num.112. Azor. tom.1. lib.11.c.18.q.9. Sà verb.votum, in fine, Petrus de Ledeſma 2.tom. tract.11. c.4.dub.5. Sayro lib.6.cap.12. n.16. Vitald.3.p.candelab.cap.14.n.37.Suar.lib.6.cit. c.12. à n.4. Et inclinat Corduba in ſuo Quæſt. lib.4. quæſt.37.propoſit.2. Quos omnes ſic refert,& ſequitur Sanch. loc.cit.n.26. quibus addi poſſunt Villalobos loc.cit. Diana 1.p.tract.11.reſol.50.Trullench. in Bulla,lib.1. §.7.cap.3.dub.4.n.3. Boſſius de Iubileo, ſect.1. caſu 14. n.2.& ſect.2. caſu 26. & apud illum Zerola, Sanctarellus,Baſilius,Bonacina,& Barboſa, Fagundez lib.2.in Decalog.cap.50.num.14. Candidus diſquiſ.25.art.3. dub.5. Qui idem dicendum putant, & bene (quidquid etiam Rodriguez,& Lopez contrà dicant) circa facultatem diſpenſandi in votis, eam videlicet extendi etiam ad futura. Legantur Sanch.cit.n.18.Suar.n.6. & Henriq. tit.de Indulgent. necnon Quintanad.c.10.n.8.

QVÆSTIO CXXXVII.

An vi Bullæ, aut Iubilei, aut priuilegiorum Religionis, poſſit commutari non ſolùm votum principale, v.g.audiendi ſacrum, ſed etiam votum non petendi commutationem illius?

REſpondeo:Poſſe.Quia tale votum non eſt Papæ reſeruatum. Modus autem cõmutandi hic erit, vt prius commutetur hoc ſecundum votum,poſtea verò primum, & principale. Sic Sanch. loc.cit.n.23.

Rodri

Rodrig. *in Bulla*, §. 9. *num.* 102. Acoſta *in Bulla*, q. 73. Villalob. *clauſ.* 9. *cit.* §. 4. *n.* 35. Diana *loc. cit. reſol.* 51. Boſſius *vbi infrà*, & apud ipſum Homobon. Vega, & Fauſtus, Sà *verb. votum*, vbi *de irrit. n.* 14. Fagundez *lib.* 2. *in Decalog. c.* 43. *n.* 16. Trullench. *in Bulla*, *c.* 3. *cit. dub.* 14. *n.* 2. qui cum Sayro, Henriquez, & aliis addit, & valde probabiliter, illud votum ſecundum, videlicet non petendi commutationem, cum deroget Superioris poteſtati, non eſſe validum, ac proinde nulla egere diſpenſatione. Sic etiam Boſſius *ſect.* 2. *caſu* 21. *num.* 4. & apud ipſum Sanch. *lib.* 4. *ſum. c.* 8. *n.* 8. lege Quintanadueñas *c.* 10. *cit. n.* 11. & Mendo *diſp.* 2. *in Bull. c.* 14. *n.* 151.

QVÆSTIO CXXXVIII.

An Confeſſarius ſi tempore Iubilei eſſet accupatus Confeſſionibus, poſſet vota commutare dicendo: Ex nunc commuta tibi vota in id quod ego poſtea, aut vir prudens iudicauerit commutanda?

RESpondeo poſſe. Quia non requiritur quod determinatio materiæ in locum voti ſubrogandæ fiat intra tempus Bullæ, aut Iubilei. Sic Sanch. *loc. cit. n.* 31. & apud ipſum Nauar. Rodrig. Viuald. Graffis, & Sayr. Trullench. *c.* 3. *cit. dub.* 9. *n.* 1. Candidus *diſquiſ.* 25. *art.* 6. *dub.* 4. Diana 1. *p. tract.* 11. *reſol.* 42. Fagundez *loc. cit. n.* 16. Boſſius *de Iubil. ſect.* 2. *caſu* 51. Layman. *lib.* 4. *tract.* 4. *c.* 8. *n.* 27. & communis.

QVÆSTIO CXXXIX.

An pœnitens qui hoc modo obtinuit commutationem, peccaret contra votum, ſi antequam Confeſſor, vel vir ille doctus illi deſignaret materiam ſubrogandam, votum non ſeruaret?

AFfirmant Rodrig. *in addit. ad Bullam*, §. 4. *n.* 115. & alij apud Sanchez.

Sed probabiliùs reſpondeo, non peccare. Quia reuera iam fuit facta commutatio, ac proinde obligatio voti extincta circa materiam prius promiſſam, & tranſlatam in materiam poſtea determinandam à Confeſſario, vel à viro illo prudente: ergo non peccat contra votum. Sic Sanch. *n.* 32. Diana, Trullench, Boſſius, Fagundez, Candid. *loc. cit.* Leſſius *lib.* 2. *c.* 40. *dub.* 16. *n.* 109. & alij.

QVÆSTIO CXL.

An Confeſſarius poßit commutare tempore Bullæ, aut Iubilei omnia vota, quorum numerum pœnitens non meminit?

REſpondeo poſſe. Atque eatenus valebit commutatio, vt ſi poſtea pœnitens recordetur alicuius voti particularis, alia commutatione minimè indigeat. Sic Sanch. *loc. cit. n.* 25. & apud illum Beia *in ſuis reſponſis*, 2. *part. caſu* 9. & Sayr. *lib.* 6. *Clauis Reg. cap.* 12. *n.* 18. quibus addi poſſunt Trullench. *lib.* 1. *in Bulla*, §. 7. *cap.* 3. *dub.* 9. *n.* 4. Candid. *diſquiſ.* 25. *art.* 6. *dub.* 1. Boſſius *de Iubil. ſect.* 2. *caſu* 43. & apud illum Sanctarellus, & alij. Sed aduerſùm me ſolum, cum tantos Sodales habeam, inſurgit Mendo *loc. cit. c.* 15. *n.* 167. dicendo hanc meam doctrinam difficultatem ingerere, ſi alias non explicetur in vero ſenſu. Quia ſi confeſſarius (inquit) eam materiam ſubrogauit, vt ſit æqualis quibuſcumque votis in qualibet materia, & numero emiſſis, vera erit doctrina: ſed difficilem reperio talem commutationem, ſi Confeſſarius vota non commutet in ingreſſum ad Religionem. Nam ponamus, auditis aliquibus pœnitentis votis, Confeſſarium omnia eius vota cõmutare in auditionem quotidianam Sacri, & confeſſiones menſtruas, poſtea verò recordari pœnitentem ſe emiſiſſe vota conditionalia Religionis, Caſtitatis, & vltramarinæ peregrinationis, necnon alia vota abſoluta confitendi quoquo octauo die, audiendi quotidie Sacrum. Quis dicat hæc vota nõ indigere noua commutatione, & ſubrogatione materiæ, cùm materia impoſita à Cõfeſſario ſit multò inferior, ac eſt horum votorum materia. Igitur in hoc ſenſu falſa eſt illa doctrina. Si verò ſolùm contendat, quod non declarat, poſſe Cõfeſſarium commutare omnia vota exercendo circa illa actum iuriſdictionis, & poſtea cùm recordetur pœnitens alicuius voti, ſubrogare materiam loco illius, vera erit reſolutio. Hæc aduerſus me Mendo.

Cuius obiectioni, aut dubitationi doctrinæ meæ reſpondeo, quod hæc mea doctrina non eſt mea ſolùm, ſed doctiſſimi P. Thom. Sanch. & aliorum, quos pro illa nuper adduxi: quapropter etiam contra illos vrget argumentum, ſi quid vrget. Sed certè contra nullos vrget. Quia exemplum, aut caſum, quem hic Author affert, fictitius potius, quàm poſſibilis videtur. Supponit namque pœnitentem petere à Confeſſario commutationem alicuius voti minoris conſiderationis, & poſt commutationem illius, ſe recordari aliorum plurium votorum maioris ponderis & qualitatis. Quod ſuppoſitum deſtruit omnino caſum noſtræ quæſtionis inquirentis, an auditis pœnitentia votis à Confeſſario commutatis, ſi poſtea pœnitens recordetur alicuius voti particularis, alia commutatione indigeat? Cui reſpondi, & iterum reſpondeo, quod non. Quia tunc ſufficit prima commutatio, & ſubrogatio materiæ, etiamſi reddatur aliqualiter inferior, ac eſt materia omnium ſimul votorum, cum (iuxta doctrinam *infrà* à nobis q. 156. tradendam) commutatio votorum fieri poſſit vi Bullæ, aut Iubilei, in minus bonum. Secus tamen dicendum videtur in caſu quo pœnitens poſt commutationem factam recordetur plurium aliorum votorum, quorum materia multò ſuperior ſit materiâ ſubrogatâ; quia tunc tutius erit ſubrogare materiam loco illorum, vt ait Mendo, & ante illum Quintanad. *tract. de Iubil. c.* 11. *n.* 15. *pag.* 151.

QVÆSTIO CXLI.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit Confeſſarius commutare votum diſiunctiuum, cuius ſola altera pars eſt reſeruata, vt ſi quis voueat Caſtitatem, aut Ieiunium?

NEgat Ludouicus Beia 1. *p. reſponſ. caſu* 28. *verſ. Vnde huiuſmodi votum.*

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: Poſſe commutari, ſi loquamur de his votis re integra, & antequam elegerit partem continentem materiam reſeruatam, in quo ſenſu hîc loquimur. Quia vouens poteſt eligere illam partem non reſeruatam, ieiunium videlicet, quam poteſt Epiſcopus, & etiam vi Bullæ, aut Iubilei Cõfeſſarius commutare; ergo. Sic Azor. *tom.* 1. *lib.* 11. *c.* 19. *q.* 10. Sayr. *lib.* 6. *c.* 11. *n.* 62. Leſſ. *lib.* 2. *c.* 40. *n.* 10?. Suar. *tom.* 2. *de Relig. lib.* 6. *c.* 24. *n.* 1. & 2. Quos refert, & ſequitur Sanch. *lib.* 8. *de matr. diſp.* 9. *n.* 14. & *in ſum. lib.* 4. *cap* 40. *n.* 41. Reginald. Molfeſ. & Filliuc. quos citat, & ſequitur Diana 5. *p. tract.* 11. *reſol.* 73. & 4. *p. vbi infrà.* Trullench. *lib.* 1. §. 7. *cap.* 3. *dub.* 14. *n.* 6. Candid. *loc. cit. art.* 8. *dub.* 2. Boſſ. *de Iubileo ſect.* 2. *caſu* 11. *n.* 4. & apud ipſum Baſil. *lib.* 8. *de matr. cap.* 8. §. 2. *n.* 22. Leo *de Iubilea*, *p.* 2. *q.* 13. *ſect.* 1. *n.* 91.

Lauor.

Lauot. *art. 2. cap. 27. n.* 107. Bonac. *diſp. 4. q. 2. punct. 7.* §. 4. *n.* 18. Layman *lib. 4. tract. 4. cap. 8. n.* 12. Faoſtus, Malderus, & Tamburinus, Fagundez *loc. cit. num.* 8. & Mendo *diſp. 26. c. 10. n.* 114.

QVÆSTIO CXLII.

An etiam poſſit dictum votum diſiunctivum commutari, quando pars non reſeruata effecta eſt impoſſibilis, itavt vouens nequeat illam adimplere, ſed tantùm partem reſeruatam?

NEgat Bonac. *tract. de legib. diſp. 4. q. 2. punct. 7.* §. 4. *n.* 18. Quia materia reſeruata eſt in eo caſu adimplenda ex vi voti: ergo nequit Confeſſarius illud commutare. Quod eſſe probabila affirmat Leo *vbi ſuprà*, & Filliuc. *tract. 26. c. 10. n.* 273.

Sed probabiliùs reſpondeo: etiam poſſe. Quia tale votum per ſe, & ex natura ſua nunquam obligauit vouentem ad partem reſeruatam; ſed poſtmodum obligatio illa oritur per accidens ex ſola impoſſibilitate alterius materiæ non reſeruatæ. Vnde ſi quis voueret Caſtitatem, aut Peregrinationem ad B.V. Mariam de Guadalupe, & poſtea ob morbum, aut paupertatem fit impotens ad peregrinandum, optimè poterit Confeſſor virtute Bullæ, aut Iubilei tale votum commutare. Sic Suar. *n.* .. Sanch. *n.* 44. Trullench *loc. cit.* & apud ipſum Ludou. de la Cruz. Diana 1. *p. tract.* 11. *reſol.* 74. & 4. *p. tract. 4. reſol.* 102. Boſſ. *loc. cit. n.* 10. *pag. mihi* 204. Layman, & Tambur. apud ipſum.

QVÆSTIO CXLIII.

An caſu, quo quis voueat Caſtitatem, aut Ordinem ſacrum, aut Ieiunium diſiunctiuè, & vouens eligat efficaciter Caſtitatem ſeruare, poſſit tale votum vi Bullæ, aut Iubilei Confeſſarius commutare?

NEgat Sanch. *n.* 43. & *lib. 8. de matrim. diſp. 9. n.* 14. Suar. *cap. 24. cit. n.* 6. Sanctarellus, & Leo apud Dianam *vbi infrà*. Filliuc. *tom. 2. tract. 26. c. 9. n.* 272. Trullench *loc. cit.* Azor. Sayrus, Layman, Bonac. & Fauſtus apud Boſſium *loc. cit. caſu* 11. *n.* 6. (vbi dicit hanc opinionem eſſe probabiliſſimam, & tutiorem) Fagundez *lib. 2. in Decalog. c. 43. n.* 88. Candidus, vbi ſic ait: Poſt electionem factam de materia reſeruata Caſtitatis, non poteſt Confeſſarius vigore Iubilei tale votum commutare. Quia cum vouens elegerit partem reſeruatam, nempe ſeruare Caſtitatem, non poteſt ampliùs voluntatem mutare, & eam in Clericatum commutare: nam Deus propter talem electionem Caſtitatis votum acceptauit: ergo non ampliùs dici poteſt tale votum diſiunctivum, ſed abſolutum, quod Pontifici reſeruatur. Sic ille, & communis. Et licèt hæc ſententia ſit probabilior contrariâ, ideoque tenenda.

Probabiliter tamen reſpondeo: Poſſe adhuc illud votum Confeſſarium commutare, dummodo de nouo non promittat vouens illam partem, quam elegit. Quia in hoc caſu probabile eſt, quod poſſit vouens variare, & alteram partem, nempe Ordinem ſacrum, poſtmodum eligere: ergo poterit Confeſſarius etiam tale votum commutare vi Bullæ, aut Iubilei. Sic ſentiunt Mald. t. 2. *1. tract. 10. c. 5. dub.* 10. Diana 1. *p. tract. 11. reſol.* 65. & Trulleoch. *loc. cit. pag. mihi* 406. Boſſius *loc. cit. n.* 7. & alij, quos ſequitur Mendo *loc. cit. n.* 115.

QVÆSTIO CXLIV.

An quando vota reſeruata, v.g. Caſtitatis, vel Religionis, commutantur à Papa in materiam non reſeruatam, vt Confeſſiones menſtruas, poſſit Epiſcopus, vel Confeſſarius, vi Bullæ, aut Iubilei diſpenſare, aut commutare eam materiam in aliam.

NEgant Archidiac. *can. latorem, fin.* 33. *q.* 2. & ibi Bellameta in fine, & alij Noterici apud Sanch. *infra*, Zanard. *in direct. Theol. p. 2. c.* 33. & Azor. *tom.* 1. *lib. 11. c. 18. q.* 11. Quia exiſtimant materiam, in quam votum reſeruatum commutatur, etiam manere reſeruatam; ſubrogatum enim ſapit naturam eius, cui ſubrogatur, vt habetur *l. vnic. C. de rei vxoriæ actione*.

Sed probabiliùs reſpondeo: Poſſe, præcipuè ſi commutatio fuit facta à Papa in foro conſcientiæ, & interiori. Quia votum illud ſolùm eſt reſeruatum ratione materiæ reſeruatæ; ergo ceſſat reſeruatio ſublata obligatione circa illam materiam, & tranſlata in non reſeruatam: ergo poterit Epiſcopus, vel Confeſſarius, vi Bullæ, aut Iubilei, talem materiam diſpenſare, aut commutare in aliam. Sic Sanch. *lib. 8. de matrim. diſp. 9. n.* 20. & *in ſum. lib. 4. cap. 40. n.* 46. & apud illum Henriq. *lib. 7. c. 30. n.* 5. Sa *verb. Votum, num. vlt.* Aragon. 2. 2. *q.* 8. *art.* 12. Rodrig. 2. *tom. ſum. c.* 96. *in fine*, Sayr. *lib. 6. cap.* 12. *n.* 23. Leſſ. *lib. 2. c. 40. n.* 104. Suar. *lib. 6. de voto, c. 20. n.* 15. & 16. quibus addi poſſunt Filliuc. *tom. 3. tract. 26. num.* 293. Diana *loc. cit. reſol.* 71. Trullench *dub. 14. cit. n.* 7. Villalob. *tract. 27. clauſ. 9. §. 3. n.* 31. Ludou. à Cruce *in Bulla, diſp. 1. c. 6. dub. 12. n.* 8 Sancius *in ſelect. diſp. 14. n.* 24. Fagundez *lib. 2. in Decal. c. 43. n.* 18 Boſſ. *de Iubil. ſect. 2. caſu* 12. *n.* 2. & communis, quam docent Mendo *in Bull. diſp. 26. c. 11. n.* 124. & Quintanad. *c. 10. cit. n.* 13.

QVÆSTIO CXLV.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum non peccandi?

NEgat Caiet *in Quodlibetis, tom. 2. tract.* 11. Qui eſt de voto, *q.* 1. Et in hanc partem videntur inclinare Hoſtienſ. Abbas, Henricus, Abulenſ. & alij apud Sanch. *cap. 40. cit. n.* 12.

Sed certiſſimè reſpondeo: Poſſe. Quia nullibi eſt reſeruatum. Sic Sanch. *cap. 40. cit. n.* 12. & apud ipſum Sotus *lib. 7. q. 1. art.* 3. Nauar. *c. 12. n.* 65. Leſſius, & Beja *loc. cit.* Azor. *lib.* 11. *cap.* 14. *quæſit.* 4. Merina, Sayrus, & Graſſis. Trullench. *loc. cit. n.* 8. Boſſius *de Iubil. ſect. 1. caſu* 22. *n.* 3. & Homobon. apud ipſum, & communis, quam me citato tenet Mendo *diſp.* 26. *cap. 14. n.* 252.

QVÆSTIO CXLVI.

An vota reſeruata, quorum commutatio conceditur per Bullam, & Iubileum, poſſint commutari durante Bulla & Iubileo, toties, quoties emiſſa fuerint?

REſpondeo: poſſe commutari toties, quoties ante obtentum Iubileum a pœnitente emiſſa fuerunt. Quia nec Bulla, nec Iubileum limitat hanc facultatem commutandi: ergo non debet reſtringi ad primam vicem, ſed debet intelligi toties quoties. Sic Henriq. *lib. 6. cap. 16. n.* 3. Sanch. *in ſum. lib. 4. cap. 54. num.* 26. Trullench *lib. 1. in Bulla*, §. 7. *cap. 3. dub. 9. num.* 7. & *lib. 2. in Decalog. cap. 2. dub. 47. num.* 7.

Filliuc.

Filliuc. *tract.*8.*n.*278. Sanctarel. *de Iubil.cap.*8.*dub.*5. Lauor. *de Iubil.p.*1.*cap.*21.*n.*66. Boſſ. *de Iubil.ſect.*1. *caſ.*15.*n.*2. *& ſect.*2.*caſ.*37. & communis.

QVÆSTIO CXLVII.

An vi Bullæ, aut Iubilei poſſit commutari votum perſeuerandi in Religione?

RESpondeo poſſe. Sic Sanch. *lib.*7.*de matr.diſp.*15. *n.*4.*& in ſum.lib.*4.*c.*40.*n.*75. per hæc verba. Deducitur, ſi quis promittat non tantum Religionem, ſed perſeuerantiam in illa, quamvis Pontifici reſeruetur diſpenſatio circa ingreſſum, poſſe Epiſcopum diſpenſare circa perſeuerantiam, ita vt poſſit hic tempore nouitiatus exire, ſi expertus Religionis auſteritates, iuſta cauſa ad non perſeuerandum docatur. Quia votum perſeuerandi eſt virtute diuerſum à voto Religionis. Sic Sanch. Et etiam Molfeſ. Malder. Sanctarel. & Leo, quos citat, & ſequitur Diana 1.*p. tract.*11. *reſol.*79. Trullench *lib.*1. *in Bull.* §.7.*c.*3.*dub.*16.*n.*8. Fagundez *lib.*2.*cit.c.*43.*n.*9. Boſſ. *de Iubil.ſect.*2.*caſu* 19.*n.*2. Fauſtus, & alij apud ipſos, quos ſequitur Mendo *c.*12.*cit.n.*135.

QVÆSTIO CXLVIII.

An vi Iubilei, vel Bullæ poſſit commutari votum Religionis, vt non adimpleatur tempore præſcripto, ſed aliquandiu eius executio differatur?

NEgat Suar. *tom.*2.*de Relig.lib.*6.*c.*26.*n.*11.*&* 12. cum quo ex parte videtur conſentire Sayr. *lib.*6. *clauu.c.*11.*n.*66. vbi ex ſententia Angles *Flor.* 2.*p. quaſt.vnic.de voto,art.*8.*diff.*9.*concl.*4 ait, quod licèt Epiſcopus non poſſit diſpenſare in voto ſimplici Religionis, poteſt tamen ex legitima cauſa declarare differendam eſſe voti executionem, non ſolùm inſtar priuati Doctoris, ſed declaratione authentica, ſeu authoritate Epiſcopi, & ad iuriſdictionem ſpiritualem ſpectante.

Sed probabiliùs reſpondeo poſſe, dummodo votum non adeò differatur, vt ſit periculum in eum ſtatum incidendi, vt vouens reddatur impotens ad votum implendum. Quia hoc non eſt diſpenſare in ſubſtantia voti reſeruati, ſed in eius qualitate. Sic Sanch. *loc.cit.* Molfeſius, & Malderus, quos refert, & ſequitur Diana *loc.cit.reſol.*80. Trullench *loc.cit. n.*8. *& lib.*2.*in Decalog.cap.*1.*dub.*49.*n.*26. & apud illum Ludou. à Cruce, Fagundez *loc.cit.n.*13. Boſſ. *caſu* 19. *cit.n.*5. & communis.

QVÆSTIO CXLIX.

An commutatione voti facta licitum ſit vouenti, omiſſa commutatione ſeruare primum votum.

NEgant Suarez *tom.*2.*de Relig.lib.*6.*cap.*20.*à n.*1. *vſque ad* 4. Reginald. *lib.*10.*n.*362. & Raphaël de la Torre 2.2 *q* 88.*art.*12.*diſp.*5.*n.*42. Filliuc. *tom.*1. *tract.*26.*n.*288. & alij caſu quo votum commutatum ſit in melius bonum; concedunt verò quando in minus commutatum fuit.

Sed probabiliùs abſolutè reſpondeo, licitum eſſe. Quia commutatio voti fit in fauorem vouentis, ſed licitum eſt vnicuique cedere ſuo fauori: ergo licitum erit ei primum votum adimplere, etiam caſu quo commutatum fuerit in bonum melius. Sic Sanch. *lib.*4.*cit.c.*55.*n.*26. & apud ipſum Azor. Sayr. & Leſſ. Diana *loc.cit.reſol.*85.*&* 2.*p. tract.*16. *reſol.*8. Fagundez *lib.*2.*in Decal.c.*50.*n.*18. Candid. *diſp.*25. *art.*6. *dub.*5. & alij, quos ſequitur Mendo *diſp.*26. *c.*14.*n.*153. & Quintanaduenas *de Iubil.inpl.heb.tom. c.*11.*n.*20. ſic dicens: [Si à vno le comutan en el Iubileo vnos votos, ſi en el, ò deſpues del, no quiere executar la obra en que ſe los comutaron, puede por ſu authoridad: ſic Azor. *lib.*11. *tom.*1. *c.*19.*q.*10. Sayr. *lib.*6.*cap.*12.*n.*22. y aunque vbieſſe ſido en coſa mejor la comutacion, ſegun Diana *p.*1.*tract.*11.*reſol.*85. Sanch. *lib.*9. *de matrim.diſp.*4. *n.*11. Otros ſienten lo contrario. Y otros iuzgan, que ſi deſpues de auer buelto al voto, quiſiera boluer a la materia en que ſe comutò, podia que la comutacion es priuilegio, y puede vſar della a ſu guſto, y el que lo comuta, es como ſi dixera, o guardare eſte voto, o haz eſta obra en ſu lugar.] Sic ille.

QVÆSTIO CL.

An vota emiſſa ſub ſpe certa obtinendi Iubileum, aut ex praua confidentia Bullæ poſſint commutari?

NEgant nonnulli Doctores apud Ægidium Trullench *lib.*1.*in Bullam,*§.1 *dub.*9.*n.*4.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo: poſſe commutari. Quia longè probabilius eſt, quod qui peccat ſub ſpe certa obtinendi abſolutionem virtute Bullæ, aut Iubilei, poteſt ab illo peccato abſolvi, vt docent communiter Doctores apud Boſſium *de Iubil. ſect.*1. *caſu* 13. *n.*3. & nos ſuprà cum aliis docuimos: ergo à fortiori poterit commutari votum emiſſum ſpe certa obtinendi Iubileum, vi eiuſdem Iubilei. Sic Nauar. *notab.*34.*n.*6. Suar. *lib.*6.*cit.c.*15. *n.*6. Sanch. *in ſum.lib.*4.*c.*64.*n.*18. Trullench *loc.cit. num.*4.*&* 5. Candid. *vbi ſupra,dub.*3. Boſſ. *loc.cit. & ſect.*2.*caſu* 35. Graffius, Fauſtus, & alij quamplures apud ipſum. Legatur etiam Diana 1. *part. tract.*11. *reſol.*16.

QVÆSTIO CLI.

An qui vi Bullæ, aut Iubilei poteſt vota commutare, poſſit & illa diſpenſare?

AFfirmare videntur Syluester *verb.votum* 4. *q.* 3. Tabiena *verb.diſpenſat.n.*11.*verſ.Nota etiam,* & Tolet. *lib.*4.*cap.*18.*n.*11. dicunt enim quod cuius eſt commutare, eſt etiam diſpenſare. Idem videtur ſentire Sotus *lib.*7.*de iuſtit.q.*4.*verſ.poſt hac,* vbi dicit per Bullam Cruciatæ concedi priuilegium diſpenſandi in votis, cum tamen dicta Bulla expreſsè tantum concedat facultatem commutandi vota, nulla facta mentione diſpenſationis.

Sed ferè certiſſimè reſpondeo, non poſſe. Quia maioris facultatis eſt diſpenſare, quàm commutare votum; nam qui diſpenſat, omnino tollit obligationem voti, qui verò commutat, minimè, ſed in aliam materiam transfert: ergo cùm diſpenſatio non contineatur ſub commutatione, conceſſa facultate præcisè ad commutandum, non cenſetur concedi ad diſpenſandum. Sic Suar. *lib.*6.*de voto.c.*12.*n.*4. Couar. Angles, Sayrus, & Lopez, quos refert, & ſequitur Trullench *lib.*1. *in Bull.* §.7.*cap.*3.*dub.*1 *n.*7. Fagund. *lib.*2.*in Decalog.c.*50.*n.*8. Moure, Portel, Villalobos, & Homobonus, quos citat, & ſequitur Diana *loc.cit. reſol.*42. Rodriguez, Aragon, Vega, Nauarrus, Leſſ. Lauorius, Filliuc. Malderus, Henriq. Sanchez, Barboſa, & alij quos refert, & ſequitur Boſſius

de Iubil.ſect.2.caſu 4.n.5.& communis,quam vt veram, me citato ſequitur Mendo diſp.16. c.19.n.194. & Quintanadueñas tract. de Iubil.dupl.hebdom.c.11.n.17.pag.153.

QVÆSTIO CLII.

An ſaltem qui vi Bullæ, aut Iubilei poteſt vota diſpenſare, poſſit & illa commutare?

NEgant adhuc Nauar. in man.cap.12.n.79. Azor. tom.1.lib.11.c.18.q.7. fol.mihi 1408. Ludouic.à Cruce in Bulla,diſp.1.cap.6.dub.7.n.10. Valent.2.2.diſp.6.q.6.punct.7.Beja part.2.caſu 9. Sanch. lib.8.de matrim.diſp.1.n.15 & lib.4.ſum.c.53.n.4. Moneta de commutat.vlt.volunt.cap.5.n.576. Lauor.de Iubil.p.2.cap.27.n.4. Malder.de virtutib.tract.10.c.14.de voto,dub.11.§.Tertiò inquirendum, & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo: poſſe. Quia qui poteſt maius, poteſt & minus ſub maiori contentum: at commutare eſt minus, quàm diſpenſare, & continetur ſub maiori, nempe diſpenſatione: ergo. Minor probatur; nam diſpenſatio tollit omnino obligationem voti, commutatio verò minimè, ſed in parte tantùm, nempe in quantum talem obligationem in aliam commutat. Sic Syluest.loc.cit.Sotus lib.7.q.4.art.3.Sà verb.votum 2.num.19.Tolet.loc.cit. Leſſ.lib.6.cap.11.n.94. Trullench loc.cit. & lib.2. in Decalog.c.2.dub.47.n.1. Suar. tom.2. de Relig.tract.de voto,lib.6.c.12.à n.10. Filliuc.tract.26.n.252. Bonac. in decem precept.diſp.4.q.2.punct.7.§.3.n.10.Layman lib.4.tract.4.c.8.n.20. Baſil. Pontius de matrim.lib.8. c.10.n.3.& 4.Leſſ.lib.2.cap.40.dub.11.n.49.Barboſa, Sayrus, Conradus, Aragon, Henriquez,& alij,quos citat, & ſequitur Boſſ.de Iubil. ſect.1. caſu 3. num.4. pag. mihi 168. Fagundez lib 2. in Decalog.c.50.n.7.& alij. Qui, & à fortiori, idem docent de habente facultatem, & poteſtatem ordinariam diſpenſandi in votis, aut iuramentis, vt Epiſcopi,& Prælati Religioſorum, reſpectu ſuorum ſubditorum; nam hi etiam habent poteſtatem commutandi illa, vt in hoc caſu concedunt etiam Authores primæ ſententiæ,& omnes. Legantur Fagund. loc.cit.n.2.& Diana 2.p.tract.5.Miſcell.reſol.25.& part.8.tract.3.reſol.43. & Quintanadueñas c.11.cit.n.58.

QVÆSTIO CLIII.

An ad commutanda vota, aut iuramenta in melius, requiratur aliqua Superioris authoritas?

AFfirmant Innoc.cap.peruenit, el 2.de Iureiurando, & ibi Ioan.Andreas, Hoſtienſ.Antoninus, Abbas,Henricus,Bellamera, Felinus,Alex.de Neuo, D.Bonau. in 4. diſt.38. art.2. q.2. & ibi Richardus art.8. quæſt.1. Syluester votum 4.q.7. Quos omnes, & alios refert Sanch. in ſum.lib.4.c.49.n.1.

Sed longè multò probabiliùs reſpondeo, non requiri; ſed quemcunque poſſe propria authoritate ſic vota, aut iuramenta commutare. Quia tunc tantùm requiritur Superioris determinantis authoritas, quando non conſtat quid Deo acceptius ſit: ſed manifeſtè conſtat Deo gratius, & acceptius eſſe id quod euidenter præſtantius eſt: ergo.Sic Nauar. cap.12.n.75 Caietan 2.2.q.88.art.12. Aragon ibid. Azor.loc.cit.q.1. Sayr. lib.6.cap.12.n.5. Valent.2.2. diſp 6.q.6.punct.7. Suar.lib.6.de voto,c.18.n.4. Petrus de Ledeſma tom.2.ſum.tr.10.c.8. Quos,& alios vſque ad 36. Doctores refert,& ſequitur Sanch.lib.4. ſum cap.49. n.4. quibus addi poſſunt Trullench lib.1. in Bullam, §.7.c.3.dub.12. n.1. Diana infrà citandus. Et Boſſ.de Iubileo, ſect.2.caſu 25.n.1. dicens eſſe certiſſimam, & communiſſimam ſententiam, Fagundez lib.2. in Decalog.c.48.n.3. & alij.

QVÆSTIO CLIV.

An etiam commutatio voti in bonum euidenter æquale, poſſit fieri propria auctoritate vouentis?

AFfirmant Medina lib.1. ſum. c.14. §.7. Henriq. lib.5.cap.10.n.5.& lib.7.c.30.n.5. Rodrig.2.tom. c.10.n.4 Bonac. de legib. diſp.4.q.2.punct.7.§.3.n.7. Moure 1.p.ſui exam.c.6.§.11.n.2. Boſſ loc.cit.n.6.Leo de Iubileo, 2.p. n.65. & alij. Atque fortè ita eſſe tradunt Sotus,Lopez, & Sà apud Sanch. vbi infrà. Sed ex his authoribus oppoſitum poſtea tenuerunt Sotus (vt notat Sanchez, atque etiam Sà, in editione correcta, Rodrig.in Bulla, §.9. n.606. Dicunt etiam hanc partem eſſe probabilem Diana vbi infrà. Et clarè tenet eam 3.p.tr.5.reſol.25.) Suarez, Aragon, Alcozer,& Leſſius apud Fagundez loc.cit.n.5. Quia ſi res ſubrogata eſt euidenter æqualis, Deo æquè grata erit, ac ea pro qua ſubrogatur: ergo.

Sed probabiliùs reſpondeo, non poſſe. Quia non eſt certum acceptari à Deo illam commutationem,cum nulla vtilitas in ea acceptione eluceat: ergo oportet intercedere authoritatem Prælati interpretantis vice Dei eam voluntatem. Sic Caiet.& Petrus de Ledeſma loc. cit. Suar. tom.2. de Relig.lib.6. c.3.à n.3. (vnde malè illum citat Trullench pro oppoſita parte,) Toled.lib.4.cap.18.n.20. Sot. lib.7.de Inſtit.q.4.art.2. Azor. loc.cit. q.2. Sayrus, Alcozer, Couar. & alij, quos citat, & ſequitur Sanch. lib.4. ſum.c.49.n.11. (licèt aliter ſenſerit lib.3.ſum.c.9.n.9. in fine,& lib.8.de matrim.diſp.9.n.21.circa finem.) Filliucius, Reginaldus, Layman,Tannerus, Molfeſius, Malderus,& Raphaël de la Torre,quos affert Diana loc.cit.& 2.p.tract.16.reſol.6.Trullench lib.1.in Bulla, §.7.c.3.dub.22.n.2. Fagund. loc.cit.n.6.pag.mihi 472. & communis, quam nouiſſimè ſequuntur Bardus in Bull.tract.7.c.1.ſect.1.n.14.& Mendo in Bull.diſp.26. c.3.n.38. licèt hic Author,vt contradicat Franciſco Bardo, oppoſitum defendat in tract. append. cap.29. num.156.

QVÆSTIO CLV.

An ſaltem dicta commutatio voti poſſit fieri in æquale bonum, authoritate priuati Confeſſoris?

AFfirmant, & à fortiori, Authores primæ ſententiæ nuper relatæ, & vltra illos Leſſ. lib.2. c.40.n.105.Viuald.in ſuo Candelabro aur.Quos citat, & videtur ſequi Diana 1 p. tract 11.reſol.48.

Sed probabiliùs reſpondeo, adhuc non poſſe. Quia iuriſdictio ordinaria Confeſſoris ſolum extenditur ad forum pœnitentiæ, ad quod nec diſpenſandi, nec commutandi poteſtas pertinet, ſed ad Eccleſiæ gubernationem in foro externo. Sic omnes Doctores nuperrimè pro noſtra parte citati. Legantur Sanchez loc.cit.n.13.Suar.n.6.& Diana, & Fagundez loc.cit.

QVÆSTIO

QVÆSTIO CLVI.

An commutatio facta vi Bullæ, aut Iubilæi, poſſit fieri in minus bonum?

NEgant poſſe votum in aliquid minus commutari, ſed ſemper commutationem debere fieri in æquale. Sylu. *votum* 4. q.8. Conar. *de pactis* 1. *parte*, §.3. *num*.4. Sotus *lib*.7. *de Iuſtit. quæſt*.4. *art*.3. Nauar. *cap*.12. *num*.63. Suarez *lib*.6. *de voto, cap* 12. *num*.6. & *cap*.19. *n*.7. & 8. Sayrus *lib*.6. *cap*.12. *n*.9. Azor. *lib*.11. *cap* 18. *quæſ*.6. Caietanus, Beja, Angles, & alij, quos refert, & ſequitur Sanchez *lib*. 4. *ſumma, cap*.50. *n*.4. Fagundez *lib*. 2. *in Decalog. cap*.50. *num*. 10. *pag*. 481. Reginaldus etiam *lib*.8. *cap*.22. *num*. 352. Ioannes de la Cruz 1. *parte direct. prac*.2. *art*.2. *dubit*. 10. *concl*.2. Layman *lib*.4. *tract*.4. *cap*. 8. *num*. 24. Fauſtus *lib*.4. *Theſ. quæſt*.19. *num*. 1. Sanctarellus *cap*.8. *dubit*. 1. & alij quos ſequitur Mendo *diſputatione* 26. *cap*. 19. *numero* 189.

Sed æquè probabiliter reſpondeo, poſſe fieri in paulò minus bonum. Quia talis præſumitur voluntas Dei creditoris, qui liberaliſſimus, & benigniſſimus eſt; & intentio Superioris concedentis facultatem commutandi. Sic Aragon 2. 2. *quæſt*.88. *art*. 12. *dubio* 1. Medina *lib*.1. *ſumm. cap*.14 §.7. Toletus *lib*.4. *ſumm. cap*. 18. *num. penult*. Sà *verb. votum, num*. 10. Henriquez *lib*.8. *cap*.30 *num*.5. Leſſius *lib*. 2. *de Iuſtit. cap*.40. *dubit*. 11. *num*. 95. Rodriguez *in Bulla*, §.9. *num*.10. & *in ſumm. cap*. 100. *num*.4. Angelus, Viualdus, & Corduba, quos omnes citat pro hac parte Sanchez *loc. cit. num*.3. & pro vtraque Sayrum *loc. cit. num*. 19. & Alcozer *in ſumm. cap*. 16, his addi poſſunt Leo, & Homobonus, quos affert, & ſequitur Diana 3. *part. loco cit*. & 2. *part. tract*.16. *reſolut*. 10. & 1. *part. tract*. 11. *reſolut*. 40. qui tamen *reſolut*. 49. cum Sanchez ait, commutantem vota virtute Cruciatæ, abſque debita æqualitatis inueſtigatione, peccare mortaliter, ſed certè non conſequenter id dicit. Sic etiam Bonacina *de legib. diſput*.4. *punct*.6. §.3. *num*. 11. & Leo, Lauorius, Graffius, & alij, quos citat, & ſequitur Boſſius *loc. cit. num*.15. *pag*. 225. qui benè *n*.16. addit vota, præſertim grauiora, ſecurius, & facilius commutari ab iis, qui facultatem habent commutandi, & diſpenſandi ſimul, nempe à Regularibus, cùm iſti habeant priuilegium diſpenſandi in votis, quo poſſunt vti etiam tempore Iubilei.

QVÆSTIO CLVII.

An iuxta opinionem Doctorum primæ ſententiæ relatæ quæſt. 154. *poſſet qui aſtrictus eſſet voto recitandi Coronam Virginis, hodiernam obligationem in ſequentem diem per commutationem transferre?*

AFfirmant aliqui Doctores, vt teſtatur Pater Eugenius, noſtræ Sacræ Religionis Diffinitor Generalis, & in noſtro Salmanticenſi Collegio ſacræ Theologiæ profeſſor, in ſua pulchra Bullæ explicatione, *diſput*.6. *dubit*. 5. per hæc verba: Ego audiui à Petro de Ledeſma, dum eius lectioni intereſſem, obligatum ex voto recitare calculum Virginis, poſſe hodiernam obligationem in craſtinum transferre per commutationem. Et etiam Magiſter Franciſcus Cornejo *tractatu de legibus, diſput*. 4. *dub*. 1. idem aſſerit de voto Roſarij, aut ieiunij; poſſe videlicet transferri in alterum diem authoritate vouentis; quia (inquit) cum ſit commutatio in manifeſtè æquale, illicita non eſt. Sic hic doctus Pater.

Sed loquendo iuxta illorum Doctorum probabiliſſimam ſententiam adhuc probabilius reſpondeo non poſſe abſolute, niſi addatur aliquid aliud in materia, propter dilationem ipſam. Quia aliàs non commutaretur votum Roſarij, Coronæ, vel ieiunij in bonum euidenter æquale, ſed in minus valdè, vt conſtat. Sic præfatus Eugenius, & alij grauiſſimi moderni à me de hac re conſulti. Et colligitur apertè ex doctrina, quam tradunt Henriquez *lib*. 7. *cap*.10. *num*.6. Sanchez *in ſumma, lib*.4. *cap* 56. *num*. 20. & 29. Trullench *in Bulla, lib*.1. §.7. *cap*. 3. *dubit*. 18. *num*. 17. & 22. & Ludouicus *diſput*.1. *cap*.7. *dubit*.1. *n*.14. & 15. & expreſſe Boſſius *de Iubil. ſect*.2. *caſ*.27. *num*. 9 per hæc verba: Quare opus, ſeu votum implendum certa die, non eſt neceſſariò commutandum in opus aliud eadem die implendum, cum poſſit eſſe maioris, aut æqualis, vel ferè æqualis obſequij; & conſequenter magis, vel æquè, aut ferè æquè gratum Deo, adimplere materiam ſubrogatam altera die: poterit ergo votum certa die implendum commutari quoad diem, & non quoad rem promiſſam, quo caſu erit leuiſſima commutatio. Et nota hîc, quod dum votum rei certa die promiſſæ commutatur à confeſſario, vel ab alio habente poteſtatem, non cenſetur ſublata obligatio præſtandi materiam ſubrogatam illamet die, niſi commutans exprimeret, vel ex materiæ ſubrogatæ qualitate, & adiunctis circunſtantiis colligatur. Quia cùm votum certa die implendum duplicem obligationem includat, ſcilicet & operis promiſſi, & temporis determinati, & vna non habeat connexionem cum altera, ſublata vna, non cenſetur eo ipſo altera, ſublata, & conſequenter tunc opus eſt duplici commutatione, vel vna quæ virtute duas contineat. Sic Boſſius.

QVÆSTIO CLVIII.

An quando vi priuilegiorum regularium, aut alterius facultatis delegatæ commutantur vota etiam in bonum æquale, requiratur iuſta cauſa?

NEgant Rodriguez *in Bullam Cruc*. §.9. *num*. 104. & 105. Lopez 1. *part. inſtruct. cap*. 49. *ad finem*, Bonacina *in præcepta, diſputat*.4. *quæſt*. 2. *punct*.7. §.3. *num*.11. Henriquez *lib*.7. *cap*. 10. *num*. 6. & alij, quos citat, & meo videri ſequitur Boſſius *de Iubil. ſect*. 2. *caſu* 26. *num*.2. *pag*.226.

Sed probabiliùs reſpondeo requiri. Quia aliàs non cenſeretur commutans fidelis diſpenſator Domini ſui, cùm nulla neceſſitate ſuadente, offerret rem æqualem Domino ſuo. Si namque materia ſubrogata non eſt melior, magis conſentaneum eſt fidelitati Deo debitæ ſoluere materiam promiſſam. Ex quo colligitur, nullam exigi cauſam ad commutandum votum in id, quod eſt euidenter melius, quia id poteſt fieri propria authoritate, *vt ſuprà q*. 153. eſt habitum, & ſolus exceſſus eſt legitima cauſa, cùm commutans offerat Deo rem gratiorem. Sic Sanchez *lib*.4. *ſum. cap*.50. *num*. 15. Sylueſt. Sotus, Leſſius, Suarez, Sayrus, Azor, & Ludouicus de Cruce, quos citat & ſequitur Trullench *lib*. 2. *in Decalog. dub*. 35. *n*.8. & *in expoſit. Bullæ lib*. 1. §.7. *cap*.3. *dub*. 13. *n*.2. Fillinc. Graffius, & Malderus, quos affert, & ſequitur Diana 2. *part. tract*. 16. *reſolut*. 10. & communis.

QVÆSTO CLIX.

An cauſæ, quæ ad diſpenſanda vota requiruntur, requirantur etiam ad illa commutanda?

AFfirmant Sylueſter *votum* 4. *quæſt*. 6. *in fine*; Azor. *lib*. 5. *cap*.19. *quæſ*.3. & Sayrus *lib*.6. Clauis.

Sed probabiliùs reſpondeo : non requiri ad commutandum (etſi ſufficientiſſimæ ſint) cauſas ad diſpenſandum requiſitas, vt ſunt illæ, quæ obſtant voti executioni. Quia per diſpenſationem tollitur omnino votum ; at in commutatione idem vinculum (licèt tranſlatum in materiam æqualem, aut paulo minus, in quo parum, aut nihil cultus diuinus læditur) manet : ergo. Sic communiter Doctores *nuper citati*, & citandi *infrà*, præſertim Boſſius *loc. cit. caſu* 27. *num*. 1. vbi dicit, id eſſe certum.

QVÆSTIO CLX.

An ad commutanda vota ſufficiant leuiſſima cauſa ?

NEgabunt DD. *nuper citati*, cum requirant cauſam executioni voti obſtantem, vt ſi vouens peregrinari, vel ieiunare, ſit ad id debilis.

Sed longè probabilius reſpondeo : ſufficere. Quia per commutationem parua fit remiſſio : ergo ad illam efficiendam, parua, & leuis cauſa ſufficit. Cauſa ergo iuſta ad commutandum erit, quod vouens hilarius, & ſuauius ſuum votum in alia materia adimpleat. Imò ſufficiet, quod vouens petat commutationem : quia ſemper cum illa petitione concurrit promptior voluntas vouentis ad materiam ſubrogatam ; atque ita cedit in Dei honorem, & Eccleſiæ vtilitatem, ſi benignitatem Dei vouentes experiantur, & facilius in poſterum ad vota Deo dicanda inducuntur. Sic Henriquez *lib*. 7. *cap*. 30. *num*. 5. Leſſius *lib*. 2. *cap*. 40. *dub*. 11. *n*. 96. Petrus de Ledeſma 2. *tom. ſummæ, tract*. 10. *cap*. 8. *in* 4. *parte*. Trullench *lib*. 2. *in Decalog. cap*. 2. *dub*. 35. *num*. 8. & 12. & *in Bulla lib*. 1. §. 7. *cap*. 3. *dub*. 13. *num*. 5. Diana 1. *parte, tract*. 16. *reſolut*. 10. Sanchez *lib*. 4. *ſummæ, cap*. 50. *num*. 23. & *ſeq*. Suarez *lib*. 6. *de voto, cap*. 19. *à num*. 4. & *cap*. 10. *num*. 7. vbi optimè dixit, in commutatione votorum nunquam deeſſe cauſam. Caiet. 2. 2. *quæſt*. 88. *art*. 12. Qui etiam rectiſſimè affirmauit, tunc Prælatum ſine cauſa commutare, quando pro libito ante ſubditi petitionem, nec intuitu illius gratificationis commutat. Deinque etiamſi commutatio fiat in paulo minus, iuxta ſupradicta, ſufficiens cauſa erit ad eam efficiendam, leuitas vouentis, inconſtantia, inconſideratio, moleſtia in adimplendo, magna fragilitas cum periculo violandi, repugnantia viri potentis, &c. Legatur Sanchez *loc. cit.* & Boſſius.

QVÆSTIO CLXI.

An ad commutanda vota vi Bullæ, aut Iubilei, requiratur etiam cauſa ?

REſpondeo requiri, ſed nulla alia opus eſſe, quàm habere Bullam, & conferre eleemoſynam præſcriptam in illa, in ſubſidium belli, vel exequi opera in Iubilæo præſcripta, & commutationem petere. Sic Sanchez *loc. cit. cap*. 50. *num*. 19. Henriquez, & Trullench *loc. cit.* Diana 1. *parte, tract*. 11. *reſol*. 9. & 2. *parte, loc. cit.* & eſt communis. Licèt ex parte fit contra Boſſium *loc. cit. num*. 6. & (apud ipſum) contra Cordubam, Viualdum, & Bonacinam, exiſtimantes, quod quando vi Bullæ, aut Iubilæi vota commutantur in aliquid minus, præter præſcriptas diligentias, requiri aliam iuſtam, & rationabilem cauſam. Legantur Mendo *in Bull. diſput*. 26. *cap*. 18. & Quintanaduen. *tract. de Iubil. dup. heb. cap*. 11. *n*. 4.

QVÆSTIO CLXII.

An quando quis (iuxta opinionem probabilem ſupra relatam) commutat votum ſuum propria authoritate in bonum æquale, egeat iuſta cauſa ?

NEgat Diana 4. *part. tract*. 5. *reſolut*. 25. per hæc verba : Quando quis commutat votum ſuum propria authoritate in melius, non eget iuſta cauſa, & ita etiam puto, quando commutatio efficitur in materiam æqualem, etiam propria authoritate, quod eſt valde notandum, quia nouum, & illud docet Villalobos *in ſumma, tom*. 2. *tract*. 34. *difficult*. 31. *num* 8. quidquid aſſerat Layman *in Theolog. Morali*, *lib*. 4. *tract*. 4. *cap*. 8. *num*. 22. in contrarium : vnde quidam vir nobilis adſtrictus voto audiendi Miſſam, detentus in colloquiis amicorum, ne frangeret votum, rectè illud commutauit in opus melius, vel ſaltem æquale, ſine iuſta cauſa, vt ſuppono, & ego illum non peccaſſe, de hac re interrogatus, his diebus conſului. Et quidem ſi hanc doctrinam multi ſcirent, haberent quidem remedium ſatis promptum pro liberatione fractionis voti, & peccati mortalis ſine conſultatione Confeſſariorum ; nam propria authoritate, vt dictum eſt, commutare poſſent votum, quod pro illa vice nollent adimplere, in opera æqualia, vel (vt docet Portel *in dubiis Regul. verb. voti diſpenſatio, n*. 58.) ſecurius in meliora. Hucuſque Diana.

Sed probabiliùs reſpondeo : egere iuſta cauſa, quamuis verum ſit, leuiſſimam etiam ſufficere, quod conſtat ex dictis *q*. 158. & 160. & ſic docet Layman *loc. cit.* per hæc verba : Dico ſecundò, ſi voti commutatio fiat in opus æquale, aut minus, requiritur aliqua cauſa, non tantum vt licita ſit, ſed etiam, vt valida. Ita docet Suarez *cap*. 19. *num*. 5. & 14 Sic Layman. Et ſic etiam ipſemet Diana id docuerat 2. *part. tract*. 16. *reſolut*. 10. ita dicens : Reſpondi, verum eſſe ex communi Doctorum ſententia, quod quando commutantur vota, etiam in bonum æquale, eſt opus aliqua cauſa, vltra Prælati authoritatem : ita Clauis Regia *lib*. 6. *cap*. 12. *num*. 8. & 24. Filliucius *tom*. 2. *tract*. 26. *cap*. 16. *num*. 285. Azotius *tom*. 1. *lib*. 11. *cap*. 18. *q*. 3. Graffius *in deciſ. part*. 1. *lib*. 2. *cap* 30. *num*. 6. Malderus *in* 2. 2. *tract*. 10. *cap*. 3. *dub*. 11. *quæſt*. 5. & alij. Tamen ſufficit, vt iſta cauſa ſit leuis, & parua. Hucuſque Diana, poſtea ſibi contrarius.

QVÆSTIO LXIII.

An commutans ſine cauſa, caſu quo ea requiſita ſit, committat aliquod mortale ?

AFfirmabit Layman, ſi ſtare velit verbis nuper relatis.

Sed probabiliùs ſic ſub diſtinctione reſpondeo peccare mortaliter, ſi in minus cõmutet ſine ſufficiẽti cauſa, quia reuera abutitur poteſtate in re graui ; ſi verò commutet in æquale, tantum peccare venialiter, ſiue commutans ſit ſuperior, ſiue (conceſſo probabiliter, quod poſſit) ſit ipſe vouens. Quia in hoc caſu, cum ſeruetur æqualitas, abuſus poteſtatis eſt in re leuiſſima. Sic Trullench *lib*. 2. *in Decal. c*. 2. *dub*. 35. *n*. 13. & *lib*. 1. *in Bullam*, §. 7. *cap*. 3. *dub*. 13. *num*. 8. & alij.

QVÆSTIO CLXIV.

An ſi tempore Iubilei ſequatur quis opinionẽ probabilem circa illud, maneat abſolutus à reſeruatis, & etiam Indulgentiam lucretur?

NEgat lucrari indulgentiam, licèt manere abſolutum à reſeruatis concedat, Barthol. à Sancto Fauſto

Fauſto *tract. de Iubil. lib. 4. quæſt. 64.* vbi ſic ait: In materia Indulgentiarum non iuuat opinio probabilis ad lucrandam Indulgentiam, ſi oppoſitum ſit verum; quia non præſtat opus præſcriptum ad acquirendam Indulgentiam. Sic ille, vt refert Diana 5. *parte, tractatu* 12. *reſolut.* 32. hæc verba adjiciens: Vnde ſi aliquis, v.g. in prima hebdomada ieiunauit, Eccleſias adiit, eleemoſynas dedit: & in ſecunda confeſſus eſt, Euchariſtiam ſumpſit, ſufficit ſecundùm aliquos ad lucrandum Iubilæum: ſed hæc opinio, licèt ſit probabilis, tamen à parte rei, ſi eſſet falſa, remaneret quidem talis abſolutus à reſeruatis, quia vt alibi dictum eſt, opinio probabilis confert iuriſdictionem; non tamen lucraretur Indulgentiam Iubilæi, & ſic etiam dicendum erit in ſimilibus caſibus: quod vt dixi, eſt valdè notandum. Sic Diana. Et ante illos Bonacina *diſput. 6. quæſt. 1. punct. 5. num.* 17. & Portel. & Leonardus apud Dianam *infrà*.

Sed certè æquè probabiliter reſpondeo, non ſolùm manere in eo caſu abſolutum à reſeruatis, ſed etiam Indulgentiam lucrari. Primò, quia cum circa materiam, & opera Iubilæi adſint hinc inde variæ, & permultæ Doctorum, quas ſequuntur lucrantes, opiniones, vix eſſent qui Indulgentiam obtinerent. Secundò, quia ſi opinio probabilis eſt ſufficiens ad hoc, vt cenſeatur tribuere Papa iuriſdictionem Sacerdoti, vt à reſeruatis abſoluat pœnitentem, cur eadem opinio probabilis non erit etiam ſufficiens, ad hoc vt credatur Pontificem de facto Indulgentiam Iubilæi concedere illi, qui ſecundùm dictam opinionem opera Iubilæi exequitur; hoc enim de benignitate Sedis Apoſtolicæ certò credendum videtur. Sic ſentiunt quidam Docti moderni, de hac re à me conſulti, inter quos eſt perdoctus Pater Franciſcus de S. Iuliano, olim in hoc noſtro Collegio ſacræ Theologiæ Profeſſor, huius noſtræ Prouinciæ Miniſter Prouincialis, & nunc totius Religionis meritiſſimus Definitor, necnon Fr. Martinus de S. Ioſeph, & Paulus Maria Quarty, quos pro illa refert Diana *part. 10. tract. 11. reſolut.* 34. dicens id eſſe ſatis probabile.

QVÆSTIO CLXV.

An vota commutata virtute Iubilæi reuiuiſcant eo poſtea non obtento?

AFfirmant Nuñus *in addit. ad 3. part. quæſtione 9. art. 2. dubit. 4. in fine, pag. mihi* 515. vbi ait ita concedi ab omnibus: Raphael de la Torre *in* 2. 2. *q. 88. art. 12. diſput. vltima, n. 5.* & Ioan. de la Cruz 1. *part. ſumme, præcept. 2. artic. 2. dubit. 12. concluſ. 2.* (non *dubit. 11. concluſ. 7.* vt habeo apud meum Dianam) *verſ. Nota ſecundò.* vbi ſic ait, Nota ſecũdò, quod commutatio, aut diſpenſatio voti facta virtute Iubilæi petentis ieiunia, Confeſſionem, &c. non valet, ſi non implerentur requiſita pro obtinendo Iubilæo. Quia gratiæ omnes Iubilæi, vt eſt iſta votorum commutatio & diſpenſatio, conceduntur ſub illis conditionibus. Sic ille.

Sed probabilius reſpondeo: non reuiuiſcere, quia Sum. Pontifex, nulla conditione appoſita in Iubilæo, abſolutè concedit facultatem abſoluendi à reſeruatis, & commutandi vota: ergo cum ſemel legitimè facta fuerit commutatio, ac proinde votum extinctum, falſum erit dicere, poſtea non obtento Iubilæo, reuiuiſcere. Sic Suarez *lib. 6. de voto, cap. 16. num.* 10. Sanchez *lib. 4. ſummæ, cap. 54. num.* 53. licèt poſſe Confeſſarium non commutare vota, ſi velit, donec completa ſint omnia opera in Iubilæo præſcripta: aut antea ſub conditione, vt non obtineat vim commutatio, donec illa impleantur, aut cum hac intentione, admittet Henriq. *lib. 7. cap. 11. n. 4.* (non *cap. 9.* vt citat Ioan. de la Cruz) Bonacina *diſp. 4. de legib. quæſt. 2. punct. 7. §. 3. num.* 18. Rodriguez, Naldus, Filliucius, Molfeſius, Portel, & alij, quos citat, & ſequitur Diana 1. *part. tract. 16. reſolut.* 12. & 3. *part. tract. 4. reſolut. 145. & tract. 5. reſolut.* 25 Boſſius *de Iubil. ſect. 2. caſu 29. pag.* 246. & alij fere innumeri apud ipſum, Trullench *lib. 2. in Decalogum, cap. 2. dubit. 47. num.* 9. addens cum Sanchez, idem eſſe dicendum, quamuis Confeſſarius tempore Iubilæi commutauerit vota, non præſcribens opera ſubrogata, ſed ea à ſe, vel ab alio poſtea præſcribenda remittens. Legantur etiam Diana, & Boſſius *loc. cit.* & authores citati *diſput. 12. quæſt.* 40.

QVÆSTIO CLXVI.

An pœnitens qui bona fide obtinuit commutationem votorum, ſi voluntariè omittat opera præſcripta in Iubilæo, peccet mortaliter?

AFfirmant Suarez *loc. cit. num. 11. & de pœnitent. diſput. 31. ſect. 4. n.* 52. Rodriguez *in ſumm. tom. 2. de voti diſpenſatione, cap.* 188. & Filliucius *tom. 2. tract. 26. num.* 393. & Vaſquez *de pœnit. quæſt. 31. art. 3. dub. 6. num.* 7. Nuñus *in addit. quæſt. 9. art. 2. dub.* 4. & alij.

Sed probabilius reſpondeo: non peccare mortaliter. Quia pœnitens nihil promiſit, nec obligationem aliquam (vt ſupponimus) illi Confeſſarius impoſuit, nec Iubilæum talem obligationem petit, nec de tali Pontificis intentione conſtat, nec ex natura rei videtur includi pactum, ſed ſatis eſt propoſitum bona fide, ſicut ſufficit ad abſolutionem à reſeruatis obtinendam, vt habitum eſt *diſp. 12. q.* 38. ergo. Sic Sanchez, Diana, Trullench *loc. cit.* Bonac. *de Sacram. diſp. 5. q. 7. punct. 5. num. 18. & de præc. diſput. 4. quæſt. 2. punct. 7. §. 3. num.* 18. Sanctarellus *de Iubil. cap. 12. dubit.* 8. Portel. *in ſum. dub. regul. verb. circa Indulgentias, numero* 20. (ſibi contrarius) Floronus *de caſibus reſeruat. part. 1. cap. 6. §. 6. num.* 2. Henriquez *lib. 6. cap. 16. §. 6.* Leo *de Iubil. part. 2. num.* 9. & Boſſius *de Iubil. ſect. 1. caſu 33. num.* 4. Qui tamen *num.* 5. addit, & benè, eſſe culpam venialem, & in ſuo genere grauem, cum videatur adeſſe deordinatio, dum quis poſtquam vſus eſt priuilegio, non vult perficere opera in ordine ad quæ priuilegium fuit conceſſum.

QVÆSTIO CLXVII.

Quidnam ſit Indulgentia plenaria, ſeu totalis? Quidve non plenaria, ſeu partialis?

REſpondeo Indulgentiam plenariam, ſeu totalem illam eſſe, quæ per ſe totum debitum pœnæ, quod poſt culpam remiſſam remanſit, tollit. Partialem verò, ſeu non plenariam, illam quæ per ſe tantùm partem pœnæ remittit, vt dimidiam, v.g. vel tertiam partem pœnæ debitæ, vel decem annos, aut quadraginta dies pœnæ, &c. Sic communiter omnes Doctores. Legantur Henriquez *lib.* 7. Nauar. *notabil.* 35. Suarez *diſp.* 60. Lugo *diſp. 27. ſect.* 2. Candidus *diſquiſit. 24. art. 69. dubio* 31. Trullench *lib. 1. in Bullam, §. 1. dubit.* 14. & alij.

QVÆSTIO CLXVIII.

An Indulgentia Plenaria, Plenior, & Pleniſſima aliquo modo diſtinguantur?

AFfirmant Nauar. *de Indulgent. notab.* 9. & Reginaldus *lib. 7. cap. 13. ſect. 2. n.* 141. exiſtimantes, has

has Indulgentias verè diſtingui inter ſe. Nam Indulgentia plenaria (inquiunt) remittit totam pœnam peccatis mortalibus confeſſis debitam. Plenior totam pœnam mortalibus, tam confeſſis, quàm non confeſſis. Pleniſſima verò totam pœnam debitam omnibus mortalibus, & etiam venialibus, tam confeſſis, quàm non confeſſis.

Affirmat etiam Paludanus *in 4. diſtinct. 20. q. 4.* quia putat, Indulgentiam plenariam eſſe illam, qua relaxatur omnis pœna mortalium tantùm. Pleniorem, qua relaxatur pœna mortalibus, & venialibus iam dimiſſis. Pleniſſimam tandem eſſe illam, qua non ſolùm relaxatur pœna mortalium, & venialium, ſed etiam ipſa venialis.

Sed probabilius reſpondeo: Indulgentiam Plenariam, Pleniorem & Pleniſſimam, nullo modo diſtingui inter ſe quoad effectum remittendi omnem pœnam. Quia tunc dicitur verè plenè debitum remitti, quando totum remittitur. Sic Sotus *in 4. diſtinct. 23. quæſt. 2. art. 1.* Suarez *diſput. 50. ſect. 4.* Trullench *loc. cit. num. 5.* Candidus *dubit. 32.* Lugo *loco citato*, Bonacina *diſput. 6. quæſt. 1. punct. 2. num. 5.* Et apud illum Graffius, Toletus, Valentia, Bellarm. & Ægidius, & communis.

QVÆSTIO CLXIX.

An ſaltem Iubilæum differat ab Indulgentia Plenaria, Pleniore, & Pleniſſima?

Reſpondeo minimè adhuc differre ex parte effectus, quoad remiſſionem culpæ, licet differat, tum ex parte ſolemnitatis, quam Iubilæum afferre ſolet: tum propter facultates alias, & indulta commutandi vota, & abſoluendi à caſibus reſeruatis, quæ ſimul cum Indulgentia ſolent cum Iubilæo concedi. Sic Suarez *ſect. 4. num. 8.* Lugo, Candidus, Trullench *loc. cit.* Corduba, Toletus, Graffius, Nuñus, Valentia, & alij, quos refert, & ſequitur Bonacina *loco citato*.

QVÆSTIO CLXX.

An vno, & eodem opere poſſit quis lucrari diuerſas Indulgentias diuerſis viis conceſſas?

Negant Suarez *diſput. 52. ſect. 8. num. 10.* Fillincius *tom. 1. tract. 8. n. 168.* Ægidius *diſput. 12. dub. 9. num. 42.* Luyſius *in ſelectis, part. 2. diſput 31. dub. 64.* Viallalobos *tom. 1. tract. 26. diff. 19. num. 2.* Layman *tract. 7. de Indulgent. cap. 6. num. 6.* Bonacina *diſput. 6. quæſt. 1. punct. 5. num. 29.* Diana *5. part. tract. 12. reſolut. 15.* & apud ipſum Granados *3. part. controu. 12. tract. 6. diſput. 2. num. 8.* & alij, niſi in caſu (inquiunt) quo variæ illæ Indulgentiæ conceſſæ eſſent per modum vnius, per aliam tertiam, vt cum viſitanti talem Eccleſiam conceduntur omnes Indulgentiæ omnium Eccleſiarum vrbis; tunc enim vna viſitatione poſſet omnes illas lucrari. Dictos Authores ſequitur nouiſſimè Mendo *in Bull. diſput. 20. cap. 2. num. 13.*

Sed certè æquè probabiliter reſpondeo: poſſe. Quia hæc videtur intentio Pontificis concedentis. Vnde ſi quis habeat plura grana benedicta diuerſis benedictionibus, & ſingula habeant, quod dicendo ſemel *Pater*, & *Aue*, obtineatur Indulgentia vnius anni, verè lucrabitur plures annos Indulgentiæ, iuxta numerum granorum benedictorum, ſemel *Pater*, & *Aue*, recitando. Sic Sà (etiam correctus) *verb. Indulgentia, num. 18.* Corduba *de Indulg. quæſt. 35.* Graffius *de Indulgent. cap. 5. num. 55.* Henriquez *lib. 7. cap. 17. num. 5.* vbi ſic ait: Si variæ Indulgentiæ diuerſis titulis ab eodem, aut à diuerſis Pontificibus concedantur homini pro vno opere, aut oratione, hic poteſt, dicta ſemel oratione illa, conſequi varias Indulgentias, quamuis in diſpenſatione odioſa requiratur in foro exteriori, mentionem fieri de altera diſpenſatione priùs obtenta. At circa Indulgentias, cum non cedant in præiudicium alterius, aut ſcandalum, Papa memor prioris non retardaretur à conceſſione ſecundæ, nec id beneficium Principis reſtringendum eſt ſine cauſa. Sic confert Pontifex Regularibus, & confirmat plurimas ſimul Indulgentias pro eodem opere. Et qui habet varios calculos benedictos, aut vnum à diuerſis benedictum, poteſt vna oratione, aut opera ſimul conſequi omnia illis conceſſa. Sic Henriquez, & apud ipſum Aſtenſ. & Hoſtienſ. Sic etiam Fauſtus *de Iubil. lib. 2. quæſt. 39.* & Sanctarellus *cap. 15. dub. 1.* Legatur Lugo *loco citat. num. 90.* Qui licèt oppoſitam ſequatur ſetentiam, noſtram ſatis iuuat, & dicit probabilem.

QVÆSTIO CLXXI.

An per Bullam Cruciatæ lucretur quis in diebus ſtationum omnes Indulgentias plenarias Vrbis Romæ?

Negant Corduba *lib. 5. de Indulgent. quæſt 41.* Henriquez *lib. 7. cap. 50. num. 2.* Lodouicus à Cruce *in Bulla, diſput. 1. cap. 8. dub. 2. num. 3.* Nauarrus *notab. 9. num. 15.* Leo *de Iubilæo part. 2. quæſt. 6. num. 229.* Granados *controuerſ. 12. tract. 6. diſputat. 2. num. 4. & 7.* Sorbo *in Compendio, verb. Indulgentia ſtationum, pag. 227.* & alij exiſtimantes, indulgentias conceſſas in dictis diebus ſtationum, non eſſe plenarias, ſed partiales.

Sed probabiliùs reſpondeo, omnes Indulgentias, etiam plenarias Vrbis Romæ lucrari in dictis diebus. Quia in Bulla plumbea expreſſè dicitur, habentem Bullam poſſe lucrari indulgentias ſtationum: at in his expreſſè continentur plures Indulgentiæ plenariæ: ergo. Sic Rodriguez *§. 8. num. 6.* Lopez *2. p. inſtruct. vbi de Bulla, cap. 1.* Villalobos *tract. 27. clauſ. 8. num. 3.* Trullench *lib. 1. in Bull. § 6. dubit. 1. num. 5.* Garnica *in Bullam, §. item ſe concede.* Quos omnes citat, & ſequitur Diana *5. part. tract. 12. reſolut. 2.* & Machado *tract. 5. cit. docum. 5. num. 2.* Quintanadueñas *tom. 1. ſingul. in Append. tract. 6. dubit. vltima, num. 5.* & me citato Mendo *diſput. 20. cit. cap. 1. num. 2.*

QVÆSTIO CLXXII.

An qui lucratur Indulgentiam plenariam maneat liber ab implenda pœnitentia ſibi impoſita?

Negant Suarez *diſput. 38. ſect. 10. n. 50. & diſp. 50. ſect. 1.* Valentia *tom. 4. diſput. 7. quæſt. 20. punct. 3. §. ſunt autem*, Duuallius *de Indulgẽt. quæſt. vnica, art. 8.* Henriquez *lib. 2. de pœnit. cap. 22. num. 5. & lib. 7. de Indulgent. cap. 17. num. 3.* & apud ipſum Aſtenſ. Hoſtienſ. Roſella, & alij, Trullench *in Bulla, lib. 1. §. 1. dub. 14. num. 14.* & alij.

Sed probabilius reſpondeo: manere liberum pœnitentem ab obligatione implendi pœnitentiam ſibi à confeſſore impoſitam, ſaltem ſatisfactoriam, iuxta dicta *diſput. 9. de ſatisfact. quæſt. 82.* Quia Confeſſarius imponit pœnitentiam, vt pœnam ad ſatisfaciendum pro peccato: ergo ſublato debito totius pœnæ, prout fit per Indulgentiam, ceſſat omninò fundamentum illius obligationis; ſicut ſi condonaretur à Principe pœna debita pro aliquo crimine, eo ipſo

ceſſaret

ceſſaret obligatio impoſita per ſententiam iudicis ad pœnam aliquam pro illo delicto ſubeundam. Sic D. Thomas *in 4. diſtinct. 20. quæſt. 1. artic. 3. quæſt. 1.* Nauarrus *notab. 31. num. 43. &* 44. Syluester *verb. Indulgent. num.* 23. (Vnde non benè citat illum Henriquez pro ſua parte.) Angelus, Armilla, Alexand. Alenſis, Bonauentura, Durandus, Vaſquex, Ægidius & alij, quos affert & ſequitur Lugo *diſput.* 27. *num.* 22. dicens eſſe communem ſententiam, tam antiquorum, quàm recentiorum. Qui *num.* 23. etiam addit, id verum eſſe, etiam loquendo de penitentia impoſita vt medicina, dummodo hæc non ſit ſimpliciter neceſſaria ad vitanda peccata futura; quia tunc Indulgentia non tolleret hanc obligationem, cum hæc obligatio non oriatur ex præcepto Confeſſarij, ſed ex ipſo iure naturali, quo obligatur homo ad vitandum peccatum ſuum futurum, & conſequenter ad vtendum remedio, quod cenſetur moraliter neceſſarium ad vitandum peccatum, quam obligationem Confeſſarius non imponit, ſed declarat. Hucuſque Lugo, quem omnino vide. Sic Tannerus, Granado, Fauſtus, & Ludouicus à Cruce, quos citat, & ſequitur Diana *loc. cit. reſolut.* 3. licèt poſtea *part. 10. tract. 12. reſolut.* 46. oppoſitum nominatim contra me teneat. Sed mecum tenet Bauny *tract. 4. de pœnitent. quæſt. 27. dicto* 2.

QVÆSTIO CLXXIII.

An Indulgentia Bullæ, aut alias conceſſa pro articulo mortis, poſſit applicari abſenti?

NEgabunt fortè, qui negant poſſe Indulgentiam applicari extra Confeſſionem.

Affirmant tamen, poſſe dictam Indulgentiam in articulo mortis tantum, & in caſu raro applicari abſenti, Trullench *in Bull. lib. 1. §. 7. cap. 2. dubit.* 19. *num. 7. pag. mihi* 340. & Diana 5. *part. tract.* 3. *reſolut.* 134. *& tract.* 12. *reſolut.* 46.

Sed certè æquè probabiliter reſpondeo: non ſolùm in articulo mortis, verùm etiam extra illum, poſſe abſolutè, & per ſe Indulgentiam applicari abſenti. Quia applicatio Indulgentiæ nullo modo pendet ab abſolutione Sacramentali, nec requiritur ſcientia aliqua, aut formalis petitio ex parte eius, cui Indulgentia eſt applicanda: ergo nil obſtare videtur, quin abſenti applicari poſſit. Patet, quia propter eaſdem rationes nihil obſtat, vt abſens à cenſuris abſolui poſſit. Legantur Trullench *loc. cit.* & Diana *locis citatis, & ſtatim citandis.*

QVÆSTIO CLXXIV.

An ad applicationem Indulgentiæ plenariæ Bullæ ſint aliqua determinata verba?

REſpondeo nulla eſſe determinata, ideò ſufficere quæcumque id explicantia, qualia ſunt: *Concedo tibi Indulgentiam in hac Bulla contentam.* Vel: *Concedo tibi omnes Indulgentias, & gratias, quas virtute Bullarum tuarum poſſum tibi concedere.* Sic Nauarrus *notab. 30. num.* 8 Rodriguez §. 9. *num.* 4. quos citat, & ſequitur Trullench *loc. cit. num.* 13. Qui optimè addit, quod ſi infirmus iamiam moritur, eſtque periculum in mora, his duobus verbis, *Abſoluo te*, poteſt abſolui à peccatis, & applicari Indulgentia, & à cenſuris abſolui, ſi id abſoluens intendat, quod ſemper intendere præſumendum eſt, dummodo non habeat contrariam intentionem; quia ſemper intendit efficere quidquid poteſt. Sic ille, & ex illo Diana 5. *part. tractatu* 3. *reſolut.* 133. Imò Reginaldus *lib.* 7. *cap. 13. ſect.* 4. abſolutè docet, quod ſi Confeſſor per verba abſolutionis ſacramentalis intendat concedere Indulgentias, quas poteſt, valida erit in omni euentu conceſſio.

QVÆSTIO CLXXV.

An Clericus tonſuratus poſſit, Sacerdote abſente, dictas Indulgentias morituris applicare?

NEgant Corduba *lib. 5. de Indulgent. quæſt. 27. poſt concluſ.* 6. Ludouicus à Cruce *in Bulla, diſput.* 1. *cap. 8. dub. 14. num.* 2. & alij.

Sed æquè probabiliter reſpondeo: poſſe. Sic Trullench *in Bulla, lib. 1. §. 7. cap. 2. dubit.* 19. *numero* 2. per hæc verba: In abſentia autem Sacerdotis in mortis articulo probabile eſt, etiam ſimplicem tonſuratum hanc Indulgentiam applicare, vt docet Nauar. *notab. 30. num.* 8. 9. *&* 10. Henriquez *lib. 3. de pœnitent. cap. 9. num. 4. & lib. 7. de Indulgent. cap. 6. num.* 4. & alij, quos ipſe citat. Ratio eſt, quia abſolutio, & remiſſio pœnæ, quæ fit per Indulgentiam, non eſt abſolutio à peccatis, nec ab ea dependens, nec requiritur quod concedens Indulgentiam, aut eam executioni mandans, ſit Sacerdos, vt docet Nauarrus *dicto notab.* 30. *num* 8. §. *Quintò dico.* Et communiter Doctores. Quare ſicut in tali articulo poteſt primò tonſuratus à cenſuris abſoluere, ita & applicare hanc Indulgentiam, qui quoad hunc effectum latè dicitur Cōfeſſarius, vt cum Sylueſtro *v. Indulgent.* §. 10. *verſ.* 6. *num.* 28. *&* 31. & aliis tenet Henriquez *dicto cap.* 9. *cit. num.* 4. *lit. Z.* Hucuſque Trullench, quem citat, & ſequitur Diana 5. *part. tractatu* 3. *reſolut.* 134. *& tract.* 12. *reſolut.* 46. tenent etiam alij ſtatim citandi. Lege Dianam *part. 8. tract. 1. reſolut.* 92. *in fine.*

QVÆSTIO CLXXVI.

An in dicto articulo mortis, deficiente etiam Clerico, poſſit adhuc laicus Indulgentiam Bullæ, aut alias concedere?

NEgant, & à fortiori, Corduba, & Ludouicus à Cruce, quos citat, & in vltima editione ſequitur Trullēch *loc. cit.* vbi ſic ait: Quod ſi in tali articulo nec Clericus haberi poſſit, exiſtimat Nauarrus *dicto notab. 30. num.* 9. & cum eo Valerus *in differ. vtriuſque fori*, Diana *tract. 11. reſolut.* 106. poſſe laicum hanc Indulgentiam applicare. Pia quidem ſententia, & propter tanti Doctoris auctoritatem probabilis, & quæ ſi non poteſt prodeſſe, ſaltem obeſſe non poterit, in rigore autem Theologico non videtur vera, vt exiſtimat Ludouicus à Cruce *in expoſit. Bullæ diſput.* 1. *cap.* 8. *dubit.* 13. *num.* 2. Hucuſque in noua editione Trullench.

Sed ſanè probabiliter reſpondeo, adhuc poſſe, vt conſtat ex dictis *quæſtione præcedenti.* Sic Nauarrus, & Valerus *locis citatis*, Reginaldus *lib.* 7. *cap.* 13. *numero* 157. Trullench *loco citato, in prima editione.* Diana 5. *parte, tractatu* 3. *reſolut.* 134. & per eadem met verba *tractatu* 12. *reſolut.* 46. & antea 1. *part. tractatu* 11. *reſolut.* 107. Machado *loco citato, tract.* 4. *doc.* 4. *num.* 3 referens pro hac parte Trullench, ſed non omnino benè.

QVÆSTIO CLXXVII.

An in peccato mortali exiſtens poſſit pro mortuis Indulgentiam conſequi?

NEgant Sotus *in 4. diſtinct. 45. quæſt. 2. artic. 3. in fine, pag. mihi* 552. Rodriguez §.8. *numero* 13. Sà *verb. Indulgentia, num.* 2. (quamuis hic excipiat caſum, quo quis opus faciat ex perſona Eccleſiæ, vt Miſſam) & alij.

Sed probabiliùs reſpondeo, poſſe conſequi. Quia ſufficit quod ſit in gratia ille, cui Indulgentia applicatur, & fiat opus à Pontifice præſcriptum. Sic Præpoſitus *in 3. parte, quæſt. 14. de Indulg. dub. 10. num.* 93. Naldus *in ſumma, verb. Indulgentia, num.* 7. Nauarrus *notab.* 22. *num.* 30. Faber *in 4. de pœnitent. diſtinct.* 19. *quæſt vnica, diſput.* 38. *cap.* 8. *num.* 256. Granados *controuerſ.* 1a *tract.* 5. *diſput.* 6. *num.* 1. Trullench *in Bulla lib.* 1. §. 1. *dub.* 4. *num.* 3. Reginaldus *lib.* 7. *cap vltimo, num.* 195. & Portel. *in dub. regul. verb. Indulgentia pro Iubileo, num.* 24. quos omnes citat, & ſequitur Diana 5. *parte, tract.* 12. *reſolut.* 38. Quibus addi poſſunt Suarez *tom.* 4. *diſput.* 53. *ſect.* 4. Villalobos *tractatu* 28. *n.* 3. Philippus de Cruce *in Theſauro Eccleſia, tract.* 2. §. 6. *num.* 5. *fol. mihi* 144. & me citato Amicus Mendo *in Bull. diſput.* 20. *cap.* 1. *num.* 10.

Sanctiſſimæ Trinitati Gloria.

INDEX

INDEX
OMNIVM AVTHORIS SENTENTIARVM,
Quæ in hac prima Parte continentur.

Prior numerus , paginam : Poſterior , quæſtionem deſignat.

A

Abbas.

ABBATEM exercentem munus Patrini, tantum venialiter peccare, probabile eſt. pag. 58. quæſt. 17
Abbas poteſt eligere ſibi in Cõfeſſariũ quẽlibet Sacerdotẽ ſimplicẽ. 256. 31

Abbatiſſa.

Abbatiſſa non poteſt eligere ſibi, nec ſuis ſubditis in Confeſſarium Sacerdotem ſimplicem, niſi ad hoc priuilegiũ habeat, vt Abbatiſſa Burgenſis. 259. 46

Abiuratio, & Abiurare. Vide *Hæreſis.*

Abiuratio nihil aliud eſt, quàm rei alicuius cum iuramento negatio. 318. 74
Probabilius eſt, Confeſſorem ſolicitantem teneri ſolùm de leui abiurare. ibid.

Abſolutio. Vide *Baptiſmi materia remota, & proxima.*

Abſolutio. Vide *Pœnitentiæ forma, Confeſſarius, Medicus, & Chirurgus.*

Validum eſt Sacramentum, data abſolutione ſub conditione de præterito. 109. 23. Et poteſt aliquando Confeſſarius illam ſic proferre. ibid. 24
Validum eſt Sacramentum, ſi detur abſolutio cum conditione de præſenti, ſi adſit, non verò ſi abſit. ibid. 25. Imò & licitè poteſt Confeſſarius nonnunquàm illam ſic dare. ibid. Si tamen abſque vlla cauſa id faciat, peccabit. ibid.
Certiſſimum eſt, non valere abſolutionem cum conditione de futuro. ibid. 27. Sicut nec abſolutionem ſacramentalem abſenti collatam. 110. 28
Longè probabilius eſt, valere abſolutionem collatam pœnitenti, qui per litteras ſuas miſit Confeſſario peccata, & poſtea præſens dixit, ſe de omnibus illis accuſare. ibid. 29
Aliquando poteſt diſtanti abſolutio impertiri. ibid. 30
Longè probabilius eſt, non eſſe validam abſolutionem datam moribundo, à Confeſſario domum à longè vidente, etiamſi per litteras, vel internuntiũ Confeſſionem poſtularit. 111. 31. Secus dicendum, ſi Confeſſarius pœnitentem à longè audiret. ibid.
Certum eſt, poſſe abſolutionem ſuper eadem peccata ſemel ritè confeſſa iterari. ibid. 32. Et Confeſſorem plures pœnitentes abſolutione vnica abſoluere, dicendo: *Ego vos abſoluo, &c.* ibid. 33
Poteſt abſolutio per aliquod tempus, poſt factam Confeſſionem differri. ibid. 34. Et poteſt per partes abſolui, qui generaliter confitetur de peccatis aliàs confeſſis. ibid. 35
Certum eſt, ad abſolutionis ſubſtantiam non pertinere manuum Sacerdotis impoſitionem capitibus pœnitentium. 112. 37
Probabilius eſt, poſſe Confeſſorem his validè vti verbis, *Abſoluo te*, pro abſolutione à cenſuris, & peccatis. ibid. 38. Non tamen licitè, niſi in caſu neceſſitatis; quia ſine illa eſſet veniale peccatum. ibid. 39
Abſolutio eſt actus iudicialis. 142. 46
Prohibita eſt abſolutio à peccatis ante abſolutionem ab excommunicatione, non tamen irrita. 140. 77
Qui illam dat, & qui illam recipit ſcienter, mortale committit ſacrilegium. ibid.

Abſolutionis dilatio.

Quando neganda, vel differenda ſit abſolutio. 164. 30. & ſeq.
Probabile eſt, poſſe abſolui pœnitentem, qui potens ſtatim totum reſtituere, non vult niſi per partes; dummodo dilatio non ſit valdè nociua creditori, &c. ibid. 31
Poteſt abſolui pœnitens, qui eſt in remota peccandi occaſione, nõ verò in proxima, quã nõ vult deſerere. 165. 32. Quid ſit proxima, & remota occaſio. ib.
Non poteſt abſolui qui dubiam peccandi occaſionem relinquere non vult. ibid. 33
Probabile eſt, poſſe abſolui Adoleſcentes, qui verſantur cum fœminis laborando, etiamſi ſæpè ex tali occaſione peccent. ibid. 34
Probabilius eſt, poſſe licitè ſemel ac iterum abſolui Concubinarium, antequam eiiciat Concubinam. ib. 35. Imò non ſolùm poſſe, ſed & debere abſolui Concubinarium toties quoties verè pœnituerit, ſi nequeat abſque magno detrimento Concubinam eiicere. ibid. 36
Probabilius eſt, poſſe abſolui filiumfamilias, retenta domi concubina, ſi illam expellere non poteſt. 166. 37. Et etiam Concubinariũ (imò & Concubinam) hac non eiecta, ſi abſque ſcandalo fieri non poteſt. ibid. 38. Et denique vtrumque, ſi alter alteri debeat centum aureos (v. g.) & ſi ſeparentur, non ſit recuperaturus. ibid. 39
Poteſt abſolui fœmina domi habitans cum viro, ſi pluries copulæ reſiſtat. ib. 40. Et etiam Concubinarius, ſi aliquo modo reincidẽdi periculum ceſſauerit. ibid. 41
Non poteſt abſolui pœnitens, qui fœminam ſecum cohabitantem ſæpe concupiſcit, ſi iam admonitus a deſideriis non deſiſtat. 167. 42
Non poteſt abſolui Cõcubinarius, qui etiãſi iam nihil habeat cũ concubina, præbet tamen ſcandalum ex cohabitatione, vel ex frequenti viſitatione. ibid. 43
Poteſt abſolui, qui adhuc poſt repetitam monitionem, modò cum vna, modò cum altera fornicatur. ibid. 44. Et qui ex fragilitate ſæpè in mollitiem incidit. ibid. 45
Probabilius eſt, non poſſe abſolui Confeſſarium, qui ex deuotione confeſſiones audiens, in eis crebrò voluntariè

voluntariè polluitur, niſi cum propoſito ſe retrahendi ab audiendis confeſſionibus; ſecus verò ſi ex tali abſtractione ſcandalum, aut graue illi damnum eueniret. ibid. 46

Probabilius eſt, ſi Confeſſor eſt Parochus, etiam in prædicto caſu poſſe abſolui. ibid. 27

Probabilius eſt, poſſe abſolui pœnitentem, qui ſæpiùs abſolutus relabitur. 168. 49. Et qui vſque ter, vel quater promiſſioni de reſtituẽdo non ſtetit. 169. 51

Nõ poſſunt abſolui fœminæ crebrò, & in magna quãtitate comedentes ſalem, terram & ſimilia. ibid. 52

Probabilius eſt, poſſe abſolui pœnitentem non paratum abſtinere ab eſu rerum calidarum. ibid. 53

Non poteſt abſolui concubina, quæ non vult omittere voluntatem viſitandi ſuum concubinarium ægrotum. ibid. 54

Probabilius eſt, poſſe abſolui hoſpitam, ſine propoſito non recipiendi hoſpitem, cum quo pluries peccauit, dummodo promittat ſe nunquam cum eo ſolam verſaturam. ibid. 55

Poteſt abſolui pœnitens, qui cum propoſito non peccandi credit, ſe propter conſuetudinem propoſito non ſtaturam. 170. 56

Probabilius eſt, poſſe pœnitentem tam à confeſſario proprio, quam non proprio abſolui, quando contrariam opinionem ab eis ſequitur. ibid. 57

Probabilius eſt, vtrumque confeſſarium teneri abſoluere pœnitentem contrariam opinionem ſequentem. ibid. 58

Probabilius eſt, teneri ſub mortali confeſſarium, etiam non proprium, abſoluere pœnitentem habentem pro ſe opinionem probabilem, ſi de mortalibus fiat confeſſio. ibid. 59

Abſolutio Moribundi. Vide *Confeſſionis integritas.*

Actio, Actus.

Probabilius eſt, in vnico actu non poſſe eſſe duplicem malitiam ſolo numero diſtinctam. 185. 19. & 20

Actus internus, & externus ſunt eiuſdem ſpeciei. 196. 23

Actus internus interrumpitur per contrarium actum, aut per voluntariam ceſſationem ab illo. 202. 6

Quando diuerſi actus mali alij aliis ſubordinantur, non efficiunt diuerſa peccata. 208. 16

Admonere, Monitio.

Vide *Confeſſionis Miniſter, in fine.*

Adultus.

In adulto requiritur ſupernaturalis fides ad recipiendum Baptiſmum, non quoad characterem, ſed quoad fructum. 52. 23

Regulariter loquendo requiritur in adulto fides explicita myſterij Trinitatis, & Incarnationis, vt Baptiſmum recipiat, quamuis in mortis articulo poſſit talia non credenti myſteria Baptiſmus miniſtrari. ibid. 24

Certiſſimum eſt, non teneri adultum ſua confiteri peccata ante Baptiſmi receptionem. ibid. 25

Probabilius eſt, ſufficere ei attritionem de illis habere. ibid. 26. Imò & attritionem, vt talem cognitam. 53. 27

Probabilius eſt, dictam attritionem debere neceſſariò eſſe ſupernaturalem. ibid. 28

Nec ſufficere ei attritionem naturalem, exiſtimatam ſupernaturalem. ibid. 29

Sufficit ei attritionem habere de omnibus ſuis peccatis in generali. ibid. 30

Adulterium.

Probabilius eſt, ſufficere ei, qui cum tribus coniugatis deliquit, dicere ſe tria adulteria commiſiſſe. 187. 29

Affinitas.

Affinitas addit fornicationi nouam ſpeciem inceſtus oppoſiti pietati. 188. 34

Non eſt diuerſa ſpecies circunſtantiæ in fornicatione à conſanguinitate. ibid. 35

Affinitas orta ex matrimonio, & ex copula illicita non differt ſpecie. ibid. & 189. 45. Qui gradus debeant in Confeſſione explicari. Vide 188. 36

Amens.

Qui Baptiſmum ante amentiam petiit, poteſt baptizari. 75. 21. Etiam vi, ſi furia accenſus nolit baptizari. ibid.

Etiamſi non adſit coniectura, quod Baptiſmum ante amentiam petierit, poteſt ſub conditione baptizari. ibid. 22. Non autem quamuis ante amentiam petierit, ſi poſt petitionem in peccato iacuerit. ibid.

Amens à natiuitate non eſt capax Extremæ Vnctionis, benè tamen ſi ſit ad tempus amens. 83. 8

Angelus. Vid. *Sacramentorum Miniſtri.*

Angeli poſſunt eſſe Sacramentorum Miniſtri de potentia abſoluta. 12. 1

Apoſtaſia.

Probabilius eſt, apoſtaſiam non eſſe circunſtantiam mutantem ſpeciem. 184. 18

Approbatio.

Vide *Epiſcopus, Confeſſionis Miniſter.*

Approbatio, vt ſit valida ad audiendas confeſſiones, non eſt neceſſarium, quod detur gratis, & in ſcriptis. 268. 80. Nõ eſt actus gratiæ, ſed iuſtitiæ. ib. 81

Probabilius eſt, approbationem Sacerdotibus ſæcularibus abſolutè impenſam, non poſſe abſque iuſta cauſa ab Epiſcopis reuocari. 270. 86

Probabilius eſt, poſſe licitè ex cauſa iuſta approbationem talibus Sacerdotibus impenſam reuocari, validè verò abſque cauſa. ibid. 87

Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum licitè reuocare ſine cauſa approbationem Regularibus abſolutè conceſſam. 271. 88. Nec validè. ibid. 89. Nec etiam eis datam ad beneplacitum ſuum. ibid. 80

Aqua. Vide *Baptiſmi materia.*

Archiepiſcopus.

Archiepiſcopus non eſt Ordinarius Epiſcoporum in foro pœnitentiæ. 255. 26

Articulus mortis. Vide *Mortis articulus, & Attritio.*

Articulus mortis non diſtinguitur à periculo mortis, in ordine ad abſolutionem à peccatis. 256. 17

Aſpectus.

Aſpectus inhoneſti in Eccleſia non ſunt ſacrilegium. 294. 11

Attritio.

Attritio, & contritio ſpecie differunt. 101. 44

Probabilius eſt, eundem actum, qui eſt attritio, non poſſe fieri contritionem. ibid. 45

Attritio ſine Sacramento non ſufficit ad iuſtificationem. 101. 46

Probabilius eſt, ad valorem Sacramenti pœnitentiæ non ſufficere attritionem ordinis naturalis. ibid. 47

Certiſſimum eſt, ad effectum Sacramenti Pœnitentiæ ſufficere attritionem. 160. 8. Etiam vt talem cognitam. ibid. 9. Etiamque in articulo mortis. ib. 10

Probabilius eſt, non ſufficere ad effectum Sacramenti attritionem, qua pœnitens dolet ſe non habere dolorem. ibid. 11

Certiſſimum eſt, attritionem habitam ob metum gehennæ, vel ob turpitudinem peccati, ſufficere ad recipiendum effectum Sacramenti pœnitentiæ. 161. 12. Et etiam ob metum pœnæ Purgatorij. ib. 13 Et etiam ob infamiam, aut aliud malum temporale, ſi ſit cum aliquo reſpectu ad Deum. ibid. 14

B

Baptiſmus. Vide *Amens.*

Baptiſmus eſt triplex, fluminis, flaminis, & ſanguinis. 21. 1. Ex his tamen Baptiſmus flaminis, & ſanguinis tantũ ſunt metaphoricè Baptiſmus. ibid.

Baptiſmus aquæ, *eſt Sacramentum regenerationis per aquam in Verbo vitæ.* ibid. 2

De fide eſt Baptiſmum fuiſſe inſtitutum à Chriſto Domino.ibid.3.Et probabilios,illum inſtituiſſe ante eius mortem. ibid.4. Et eodem die,& hora qua ipſemet Chriſtus Dominus Baptizatus fuit à Ioanne, & Ioannes à Chriſto. 22.5

De fide eſt,eſſe neceſſarium neceſſitate medij ad ſalutem. 16.6. Certiſſimum eſt,non fuiſſe neceſſarium ad ſalutem à triennio ante mortem Chriſti. ibid.7

Probabilius, non fuiſſe neceſſarium, ſtatim poſt mortem Chriſti. ibid.8. Et probabile fuiſſe completè promulgatum anno 40. poſt paſſionem eiuſdem Chriſti. ibid.9

Baptiſmus eſt neceſſarius neceſſitate præcepti Diuini. 23. 10

Præceptum Diuinum de Baptiſmo obligat omnes adultos. (Non parvulos ante vſum rationis.) Et hoc cum primùm poſſunt. ibid.11.& 12.

Tenentur parentes,& tutores ſub pœna peccati mortalis, quamprimum poſſunt, baptizare infantes. ibid. 13. Vnde probabilius eſt, peccare mortaliter parentes,ſi abſqoe neceſſitate differant Baptiſmum infantibus vltra quintumdecimum diem. ibid.14

Probabilius eſt, poſſe Eccleſiam determinare tempus præcepti diuini, quo adulti baptizari tenentur. ibid.14

Certiſſimum eſt, nullo modo poſſe infantes ſalvari ante realem ſuſceptionem Baptiſmi, vel martyrij. 24.16.& 17

Sanctificati in vtero matris tenentur ad ſuſceptionem Baptiſmi. ibid.18

Probabilius eſt, non poſſe ſalvari abſque Baptiſmo, qui nunc Baptiſmi legem ignorant. 25.19

Baptiſmus characterem imprimit. 9.15

Baptiſmi Charactere reddimur potentes ad ſuſcipienda Sacramenta. 50.19

Baptiſmus eſt principium externæ vitæ Chriſtianæ. 23.12

Baptiſmi Materia remota.

Omnis,& ſola aqua naturalis eſt materia remota Baptiſmi,eſtque de fide. 25.1

Illa quantitas aquæ ſufficit ad Baptiſmum, quæ poteſt contingere corpus, & ſucceſſiuè fluere. ibid.2

Probabilius eſt, ſufficere ad Baptiſmum vnam, aut duas guttas aquæ. ibid.3

Probabilius eſt, verum efficere Baptiſmum qui Baptizat ſigno Crucis in fronte, aut capite impreſſo digito,aut linteo aliquo madefacto aqua. ibid.4.

Probabilius eſt,aquam ex ſale,nive, glacie, gelu, aut rore cœli reſolutam eſſe ſufficientem materiam Baptiſmi. 26.5. & 6

Probabilius eſt, ipſammet glaciem, nivem, aut gelu, eſſe ſufficientem materiam Baptiſmi. ibid.7

Aqua quæ diſtillat ex vite,vel arbore, non eſt apta materia Baptiſmi. ibid. 8. Poteſt tamen adhiberi in vrgente neceſſitate. ibid.

Probabilius eſt, lixiuium, brodium, aut ius carnium eſſe materiam Baptiſmi. 27.9

Guttæ aquæ quæ colliguntur ex tegumento ollæ ſunt materia Baptiſmi. ibid.10

Aqua quæ exiuit è latere Chriſti eſt materia Baptiſmi. ibid.15

Certiſſimum eſt,ceruiſiam,ptiſanam,lac,vrinam, ſalivam, ſudorem, lachrymas, &c. non eſſe materiam ſufficientem ad Baptiſmum. ibid.12. Ideoque nemo poteſt adhuc in caſu neceſſitatis baptizare cum huiuſmodi humoribus. ibid.13

Aqua artificialis non eſt materia Baptiſmi.ib.14. Nec inſtante neceſſitate. 28.55. Benè tamen aqua per artem ex vino limphato,vel ex brodio extracta,aut depurata ex luto. ibid.16. Aut aqua naturalis mixta cum parva quantitate roſaceæ, &c. ibid.17

Vti aqua naturali fœda, vel aliquo brodio, aut alia materia dubia abſque neceſſitate ad baptizandum eſt peccatum mortale,non tamen cum illa; & ſub conditione. ibid.18

Baptiſmi Materia proxima.

Ablutio eſt materia proxima Baptiſmi. Probabiliuſque eſt poſſe fieri tribus modis,nempe per immerſionem, effuſionem, & aſperſionem. 28.19

Certiſſimum eſt,infantem in vtero matris exiſtentem non poſſe baptizari per vteri ablutionem. ibid.20.

Probabilius eſt, validè baptizari infantem in vtero exiſtentem,ſi ſuper ipſum aqua immittatur. 29.21

Probabilius eſt,nec poſſe baptizari infantem ſecundina pellicula contectum,niſi illa ſit poroſa. ibid.22 Nec poſſe fieri Baptiſmum per aſperſionem veſtium illius. ibid.23

Probabilius eſt, ſolam capillorum aſperſionem, ſeu ablutionem ſufficere ad Baptiſmum. ibid.24. Et à fortiori ſolam ablutionem cuiuſcunque partis corporis, vt digiti, &c. 30.25

Baptiſmus poteſt ſub conditione repeti baptizato in pectore, vel ſcapulis. ibid.26

Poteſt, & debet repeti Baptiſmus ſub conditione illi qui tantùm ſecundùm capillos, manum,pedem,digitum aſperſus fuit. ibid.27

Probabilius eſt eſſe validum Baptiſmum, ſi quis ob penuriam aquæ infantem morti proximum proferendo formam in flumen, aut puteum proijcit. ibid. 28. Qui tamen hoc modo baptizat, peccat mortaliter. ibid.29

Probabile eſt efficere Baptiſmum validum cùm quis videns puerum labentem in flumen profert formam Baptiſmi. 31.30

Probabilius eſt valere Baptiſmum,quando quia aquæ defluenti è tecto ſubmittit puerum verba proferens. ibid.31

Probabilius,imò & certum eſt,Baptiſmum valere poſt primam merſionem, quando per trinam fit, ſi forma iam ſufficienter ſit prolata ante duas vltimas. ibid. 32

Probabilius eſt valere Baptiſmum poſita prima ablutione, etiamſi miniſter non intendat conſummare illum, niſi in tertia. ibid.33

Baptiſmi Forma.

Forma Baptiſmi eſt hæc: *Ego te baptizo in nomine Patris,& Filij,& Spiritus ſancti. Amen.* 31.1

Probabilius eſt particulam, *Ego,* non eſſe de ſubſtantia formæ. 32.2. Imò & omittentem talem particulam venialiter ſolùm peccare. ibid.3

Probabilius eſt, verum efficere Baptiſmum illum qui loco, *Ego*, diceret: *Nos te Baptizamus,*&c. Etiamſi perſona Baptizans eſſet particularis. ibid.4

Certiſſimum eſt,verum efficere Baptiſmum illum qui diceret: *Ego Petrus, aut ego Sacerdos Baptizo te, &c.* ibid.5. Eſtque probabile peccare tantùm venialiter. ibid.

Probabilius eſt, non confici Baptiſmum, ſi duo ſimul vnum baptizantes, vnuſquiſque diceret: *Nos te Baptizamus*, niſi in caſu quo per ly, *nos*, intenderet vnuſquiſque, *Ego*. ibid.6

Certiſſimum eſt particulam, *Te*, eſſe de ſubſtantia formæ Baptiſmi. 33.7

Probabilius eſt, verum efficere Baptiſmum qui loco, *Te*, poneret nomen proprium baptizati. ibid. Imò in eo caſu probabilius eſt, ſolùm peccare venialiter. ibid.8

Probabilius eſt, verum efficere Baptiſmum,qui baptizans vnum diceret, *Ego vos Baptizo*; peccaret tamen ad minus venialiter. ibid.9

Probabilius eſt validè baptizare qui loco *baptizo*, diceret: *Lauo, abluo, intingo, immergo, aſpergo.* ibid.10 Non verò,ſi diceret: *Ego te lino, projicio in aquam; te mundo ab originali.* ibid.

Probabilius eſt, particulam, *in*, non eſſe de eſſentia formæ Baptiſmi. ibid. 11. Imò ſolùm peccare venialiter, qui dictam particulam omitteret. ibid. 12

Validè baptizaret, qui diceret: *Ego te baptizo in nomine Patris, &c.* 34. 13

Certiſſimum eſt, non efficere verum Baptiſmum, qui diceret, *Ego te Baptizo in nomine Patris, &c.* ibid. 14

Probabilius eſt, validè baptizare, qui diceret: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & in nomine Filij, & in nomine Spiritus ſancti.* ibid. 15

Probabilius eſt, validum eſſe Baptiſmum datum ſub hac forma: *Ego te Baptizo cum nomine Patris, cum nomine Filij, & cum nomine Spiritus ſancti.* ibid 16

Probabilius longè eſt, non valere Baptiſmum ſub hac forma datum: *Ego te Baptizo cum Patre, cum Filio, & cum Spiritu ſancto*, aut ſub iſta: *Ego te Baptizo in Patre, & Filio, & Spiritu ſancto.* Benè tamen datum ſub hac: *Ego te Baptizo in vnum Deum, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum.* Vel, *in vno Deo, Patre, Filio, & Spiritu ſancto.* ibid. 17

Baptiſmus datus ſub his verbis: *Ego te Baptizo in virtute Patris, &c.* eſt valde dubius, & ideò ſub conditione repetendus. 35. 18

Longè probabilius, imò & certum eſt, non eſſe validum Baptiſmum ſub his verbis datum, *Ego te Baptizo in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis*, vel *in nomine vnius, & trini*, vel, *In nomine trium perſonarũ.* ib 19

Longè probabilius, imò & certum eſt, non valere Baptiſmum hoc tempore ſub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Ieſu Chriſti.* ibid. 20

Probabile eſt, nunquam fuiſſe adminiſtratum Baptiſmum ſub prædicta forma. ibid 21

Probabile eſt, validum, non licitum fore Baptiſmum ſub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Genitoris, Geniti, & Procedentis.* 36. 22

Probabile eſt, validum eſſe Baptiſmum ſub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Verbi, & Spiritus ſancti.* ibid. 23

Probabilius eſt, validum eſſe Baptiſmum ſub hac forma: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Ieſu Chriſti, & Spiritus ſancti.* ibid. 24

Probabilius eſt, non eſſe validum Baptiſmum ſub hac forma collatum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, ego te Baptizo in nomine Filij, ego te Baptizo in nomine Spiritus ſancti.* ibid. 26

Probabilius eſt, non eſſe validum Baptiſmum ſub his verbis datum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus.* ibid. 25

Validus eſt Baptiſmus ſub hac forma datus: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti ego te Baptizo*, vel *in nomine Patris ego te Baptizo, & Filij, & Spiritus ſancti.* ibid. 26

Longè probabilius eſt, valere Baptiſmum ſub hac forma: *Ego te Baptizo in nomine Filij, Patris, & Spiritus ſancti.* 37. 27

Probabilius eſt, eſſe inualidum Baptiſmum ſub hac forma datum: *Ego Baptizo in te nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* ibid. 28

Probabilius eſt, illam particulam, *Et*, non eſſe de eſſentia formæ Baptiſmi. ibid. 29. Imò & probabilius, ſolùm peccare venialiter illum, qui eam omitteret. ibid. 30

Longè probabilius eſt, particulam *Amen*, non eſſe de ſubſtantia formæ Baptiſmi. ibid. 31. Licèt probabilius ſit eſſe de præcepto formæ, & ita qui illam omitteret, peccaret ad minus venialiter. 38. 32

Probabilius eſt, non eſſe de neceſſitate præcepti, quod forma Baptiſmi Latino ſermone à Sacerdotibus proferatur. ibid 33 Quamvis, ſecundum aliquos Doctores, peccarent venialiter ſic illam non proferentes. ibid.

Validus eſt Baptiſmus, ſi eius forma ab Idiota corruptè proferatur. ibid. 34

Validum efficeret Baptiſmum, qui ex impotentia, aut imperitia diceret: *Ego te Baptizo in nomine Patrias, & Filias, & Spiritua ſancta*, vel *Ego te aptizo*, vel *Batizo in nomine, &c.* ibid.

Validum efficeret Baptiſmum, qui etiam ex induſtria, aut ioco corrumperet verba formæ, ſi intentionem ſeruet Eccleſiæ. ibid. 35

Probabilius eſt, eſſe validum Baptiſmum ſub hac forma datum: *Ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, & Beatæ Mariæ, & omnium Sanctorum.* ibid. 36

Validè baptizat, qui cum parua interruptione verba formæ profert. Secus verò ſi cum magna. ibid. 37

Probabile eſt, validè baptizare illum, qui poſtquam dixerit: *Ego te Bap*, propter tuſſim, aut reſpirationem paululum quieſcit, & deinde addit, *tizo in nomine Patris, &c.* 39. 38

Longè probabilius, imò & mihi certum eſt, non eſſe validum Baptiſmum datum puero, qui poſtquam Sacerdos dixit: *Ego te Baptizo in nomine Patris*, moritur. ibid. 39

Probabile eſt, non fuiſſe validum Baptiſmum datum puero, qui in eo inſtanti, in quo finita fuit vltima ſyllaba formæ, è vita deceſſit. ibid. 40

Probabilius eſt, quod non ſit neceſſaria ſimultas phyſica formæ Baptiſmi, & ablutionis, ſed ſufficiat moralis. ibid. 41

Certiſſimum eſt, non eſſe validum Baptiſmum datum per ſigna, aut nutum. ibid. 42

Forma conditionalis Baptiſmi, qua debemus vti, quando Baptiſmus eſt incertus, vel dubius, eſt hæc: *Si non es Baptizatus, ego te Baptizo in nomine Patris, & Filij, &c.* 40. 43

Probabile eſt, debere baptizari ſub conditione infantes expoſitos, etiam caſu quo tales infantes inſcriptum ferant, fuiſſe Baptizos, ſi nomen teſtis non prodatur. ibid. 44

Probabile eſt, poſſe ſub conditione rebaptizari infantes, qui ob aliquam cauſam domi ab Obſtetricibus, Parentibus, aut aliis laïcis baptizati ſunt. ibid. 45

Verè peccaret mortaliter, qui verè Baptizatum iterum ſub conditione baptizaret. ibid. 46

Probabilius eſt, ſolùm venialiter peccare illũ, qui non Baptizatum ſub conditione baptizaret. ibid. 47

Forma Baptiſmi apud Græcos, ſecundùm aliquos Doctores, eſt hæc: *Baptizetur Seruus Chriſti N in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Secundùm alios huiuſmodi: *Baptizatur Seruus Chriſti N. in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* Vtraque vera. ibid. 48

Latini Baptizati ſub forma Græca, verè eſſent Baptizati, licèt Latinus ſic baptizans grauiter peccaret. ibid. 49

Baptiſmi Miniſter.

Triplex eſt Baptiſmi Miniſter, neceſſitatis, ſolemnitatis, & ex commiſſione. 42. 1

Angelus non poteſt, ſecundùm communem legem baptizare, benè tamen ex diſpenſatione diuina. ib. 2.

Probabilius eſt, poſſe hominem beatum ex lege communi baptizare validè. ibid. 3

Certiſſimum eſt, poſſe Paganum validè baptizare. ibid. 4. & Hæreticum, rudioremque hominem, & etiam poſſe quemlibet in neceſſitate validè, & licitè baptizare. ibid. 5

Longè probabilius eſt, peccare mortaliter non Sacerdotem extra neceſſitatem, etiam abſque ſolemnitate baptizantem. 43. 6. Idemque dicendum de Sacerdote abſque neceſſitate extra Eccleſiam baptizante. ibid. Niſi tempore peſtis. ibid.

Probabilius eſt, peccare mortaliter laïcum, aut non Sacerdotem, qui etiam in neceſſitate, & abſque contemptu

temptu, coram Sacerdote baptizat. ibid.7

Probabile eſt, ſolum venialiter peccare non Diaconum, qui in neceſſitate, præſente Diacono, baptizat. ibid.8.

Probabilius eſt, ſolum etiam peccare venialiter fœminam, in præſentia viri; aut virum Laicum, in præſentia Clerici; aut Clericum in minoribus, in preſentia Subdiaconi, in neceſſitate baptizãtes. 44.9

Probabilius eſt, non incurrere irregularitatem Laicum, ſine neceſſitate priuatim baptizantem; bene tamen, ſi ſolemniter baptizet. ibid.10

Certiſſimum eſt, neminem poſſe ſeipſum baptizare. ibid.11

Certiſſimum eſt, poſſe vnum vnica aſperſione plures validè baptizare. ib.12. Et probabile ſanè, venialiter ſolum peccare, qui ſimul plures, abſque neceſſitate baptizat. 45.13. Et certum, in prædicto caſu plura eſſe Baptiſmata, & Sacramenta. ibid.

Poſſunt plures ſimul vnum baptizare, dummodo intentio vnius non dependeat ab intentione alterius. ibid.14

Probabile eſt, quod etiamſi partialiter concurrant, validè baptizent. ibid.ſ& 16

Plures abſque neceſſitate vnum baptizantes peccant mortaliter. ibid.15

Probabile eſt, quod in caſu neceſſitatis poſſint duo diuidere miniſterium Baptiſmi, ita vt vnus applicet materiam, alter formam. ibid.16

Soli Sacerdotes sũt ex officio miniſtri Baptiſmi. 46.17

Religioſi, ſtando iuri Canonico, non poſſunt baptizare, bene tamen ſtando iuri Diuino, vel ex licentia Epiſcopi, vel Parochi. ibid.18

Religioſi, ſine prædicta licentia, aut neceſſitate baptizantes, peccant mortaliter, ſed non incurrunt irregularitatem, ſecundum probabiliorem ſententiam. ibid.19

Clericus non Sacerdos ſolemniter, abſque neceſſitate Baptizans, peccat mortaliter, & incurrit irregularitatem. ibid.20

Probabilius eſt, Clericum non Sacerdotem baptizantem aliquem ſine neceſſitate (etiam non ſolemniter) prohibente Parocho, non incurrere irregularitatem, licet mortaliter peccet. ibid.21

Diaconus non ex officio, ſed ex conceſſione Parochi eſt Miniſter Baptiſmi. ibid.22

Parochus, vel alius Sacerdos baptizans ſolemniter puerum alterius Parochiæ, extra neceſſitatem, peccat mortaliter, licèt non incurrat irregularitatem. ibid.23

Miniſter baptizans debet neceſſariò habere intentionem, ſaltem virtualem. 47.24

Longè probabilius, imò certum eſt, non ſuppleri à Deo intentionem Miniſtri, neceſſariam ad baptiſmum quoad effectum gratiæ. ibid.25

Qui per modum ioci baptizat, validè baptizat. ib.26

Probabilius eſt, validè illum baptizare, qui eum, quem baptizat, putat eſſe Petrum, cum ſit Paulus; & eſſe fœminam, cum ſit mas. ibid.27

Probabilius eſt, Laicum exiſtentem in mortali, & excommunicatum, in neceſſitate baptizantem, non peccare mortaliter. ibid.28

Probabilius eſt, Sacerdotem excommunicatum, baptizantem in neceſſitate, ſine ſolemnitate, non peccare mortaliter. ibid. 29. Bene tamen ſi ſolemniter baptizet. ibid.30

Certiſſimum eſt non priuari iure petendi debitum Patrem, qui in neceſſitate, nullo alio præſente, baptizat filium ſuum, ex legitimo natum matrimonio. ibid.31.& 58.11

Non poteſt ducere in vxorem matrem filij ſui ex fornicatione habiti, Pater qui in neceſſitate illum baptizat. 48.31.& 58.12

Probabilius eſt, Patrem legitimum filium ſuum in neceſſitate baptizantem, etiam præſentibus multis, non priuari iure petendi debitum. 48.32.& 58.11

Probabilius eſt, teneri Obſtetrices, ſub mortali, formam Baptiſmi, & modum baptizandi ſcire. 48.33

Baptiſmi Subiectum.

De fide eſt, omnem, & ſolum hominem, ſiue adultum, ſiue infantem, eſſe ſubiectum capax Baptiſmi. 49.1

Satyri, vel concepti ex fœmina, & Bruto, non ſunt capaces Baptiſmi. ibid.2

Probabile eſt, monſtrum genitum ex vero homine, & Bruta fœmina, eſſe capax Baptiſmi. ibid.3

Baptizandum eſt abſolutè monſtrum genitum ex vero homine, & fœmina. ibid. 4. Quomodo. ibid.

Baptizandum eſt tantùm ſub conditione monſtrum, quãdo dubitatur, an habeat animam rationalẽ. ib.5

Probabilius eſt, valere Baptiſmum infantibus collatum, ſine conſenſu Parentum infidelium. ibid.6

Valide, & licitè poſſunt Baptizari filij Hæreticorum, etiam caſo, quo ſub cura Parentum ſint, ſi timeatur periculum peruerſionis eorum. 50.8

Probabilius eſt, non poſſe Baptizari infantes infidelium non ſeruorum; inuitis Parentibus. ibid.9

Probabile eſt, poſſe Baptizari infantes infidelium ſeruorum Chriſtianorum, inuitis Parentibus. ibid.10

Immò & probabilius, quod eorum Domini teneantur ſub mortali, hoc facere. ibid.11

Filij infidelium, nullo modo Chriſtianis ſubditorum, non poſſunt, inuitis Parentibus, Baptizari. ibid.12

Filij infidelium politicè Chriſtianis ſubditorum poſſunt licitè, inuitis Parentibus baptizari, ſi ſint in articulo mortis, aut extra paternam poteſtatem. ibid.13

Filius cuiuſcumque infidelis, vſum habens rationis, baptiſmum petens, debet inuitis Parentibus baptizari. 51.14

Etiamſi dubitetur, vtrum puer vſu rationis polleat, ſi compleuit ſeptennium, & baptiſmum petierit, poteſt, inuitis Parentibus, baptizari. ibid.15

Poteſt filius infidelis licitè baptizari, ſi vnus ex Parentibus conſentiat. ibid.16

Nulla requiritur diſpoſitio in infante baptizando, nec in Amentibus adultis. ibid.18

Ad receptionem validam Baptiſmi requiritur conſenſus Baptizati. ibid.19

Probabilius eſt, ad valorem Baptiſmi in adultis requiri poſitiuum conſenſum. ibid.20

Poſſunt validè, & licitè baptizari dormientes, vel amentes, ſi ante ſomnum, & amentiam petierint Baptiſmum. 52.21

Sub conditione poſſunt baptizari, etiam ſine coniectura de petitione Baptiſmi. ibid.22

Non eſt baptizandus amens, qui ante amentiam, Batiſmum petit, dummodo conſtet, eum poſt petitionem Baptiſmi in peccato iacuiſſe. ibid.

Non requiritur in adulto fides ſupernaturalis ad recipiendum Baptiſmum quoad Characterem, bene tamen ad recipiendum cum fructu, & gratia. ib.23

Regulariter loquendo, requiritur in adulto fides explicita Myſterij Trinitatis, & Incarnationis, vt Baptiſmum recipiat, quamuis in articulo mortis poſſit, talia non credenti myſteria, Baptiſmus miniſtrari. ibid.24

Certiſſimum eſt, non teneri adultum ſua confiteri peccata ante Baptiſmi receptionem. ib. 25. Et probabilius eſt, ſufficere ei attritionem de illis habere, ibid.26. Etiam vt talem cognitam. 53.27. Debereque eſſe neceſſariò ſupernaturalem. ibid.28. Nec ſufficere ei attritionem naturalem, exiſtimatam ſupernaturalem. ibid 29. Bene tamen ei ſufficere habere in generali attritionem de omnibus ſuis peccatis. ibid.30

Baptiſmi Effectus.

Certiſſimum eſt, Baptiſmum omnia peccata, tam actualia, quam originale delere. 53.1. Immo & omnem pœnam, pro dictis debitam peccatis. ib.2. Non tamen auferre omnes pœnalitates, quæ peccatum Adami, & originale in nobis contractum ſequuntur. ibid.3

Baptiſmus confert gratiam iuſtificantem, &c. 54.4

Probabilius eſt, Baptiſmum conferre æqualem omnibus paruulis gradum gratiæ. ibid.5.

Nullo verò modo adultis, ſed iuxta eorum diſpoſitionem. ibid.6

De fide eſt, Baptiſmum Characterem imprimere. ib.7

Nec iterari poſſe. ibid.8

Probabilius eſt, non incurrere irregularitatem, qui ſub conditione rebaptizat. ib. 9. incurrit tamen, ſi abſolutè. ibid.

Præter gratiæ collationem, alios habet effectus Baptiſmus. 55.10

Baptiſmus per ſe non liberat ſeruum à ſeruitute, ſed per accidens, maxime vbi hoc receptum eſt. ib. 11

Fictio in Baptiſmo impedit eius effectus. ib. 12. Recedente tamen fictione confert gratiam. ibid. 13

Baptiſmi Patrinus.

Quamuis iure Eccleſiaſtico ſit neceſſarius in Baptiſmo Patrinus, non tamen eſt de eſſentia eius. 55.1

Probabilius eſt, Parochum ſolemniter baptizantem ſine Patrino, mortaliter peccare. ibid. 2

Probabilius eſt, non eſſe neceſſarium Patrinum in priuato Baptiſmo. ibid.3

Iure antiquo vnus tantum Patrinus debebat eſſe, iure tamen nouo duo poſſunt. ibid.4

Quando duo ſunt Patrini, debent eſſe vir, & fœmina. 56.5. Neque in hoc poteſt Epiſcopus diſpenſare. ib.

Probabilius eſt, peccare mortaliter parochum, vel parentes, plures quàm duos Patrinos in Baptiſmo aſſignantes. ibid.6

Probabilius eſt, tenentes in Baptiſmo infantem, nomine alterius, non poſſe, ſaltem licite, eſſe pluſquàm duos. ibid.7

Probabilius longè eſt, quemlibet rationis capacem, poſſe eſſe Patrinum. ibid.8

Probabilius eſt, omnes ſimul tangentes baptizatum, caſu quo nulli aſſignantur Patrini, contrahere cognationem ſpiritualem. ib.6. Si verò non omnes ſimul, ſed ſucceſſiuè teneant, aut tangant, probabilius tunc eſt, non omnes cognationem contrahere, ſed ſolum illum, qui primò ſuſcepit. 57.10

Non baptizatus nequit eſſe Patrinus. ib.13. Et ſi fiat, probabilius eſt non contrahere cognationem ſpiritualem. ibid.14

Monachi non poſſunt eſſe Patrini. ibid. 15. Quod ſi de facto fiant, verè contrahunt ſpiritualem cognationem. ibid.

Probabile eſt, Religioſos non Monachos, non prohiberi eſſe Patrinos. 16.58

Probabile eſt, Abbatem, vel Monachum, Patrini munus exercentem, ſolùm venialiter peccare. ibid.17

Probabilius eſt, in caſu neceſſitatis, non extra, poſſe Parentes eſſe propriæ ſobolis Patrinos. ibid.18

Probabilius eſt, non priuari Parentes, ſi in caſu neceſſitatis propriæ ſobolis ſint Patrini, iure petendi debitum. ib.19. Maximè verò, ſi extra caſum neceſſitatis. ibid.

Probabilius eſt, duos coniuges poſſe, abſque vllo peccato, eſſe alienæ prolis Patrinos. ibid.20

Probabilius eſt, patrinum contrahere ſpiritualem cognationem in Baptiſmo priuato. 59.21

Probabilius eſt, nec procuratorem; puerum in fonte leuantem, nec principalem eum mittentem, contrahere cognationem ſpiritualem. ibid.22

Probabilius eſt, neceſſarium eſſe, quod patrinus puerum tangat dum Baptizatur, aut ſaltem ſtatim ac baptizatus eſt, ipſum leuet è ſacro fronte, ad hoc vt contrahat ſpiritualem cognationem. ibid.23

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariũ, vt patrinus contrahat ſpiritualem cognationem, quod nomine infantis reſpondeat, *volo, abrenuncio.* 60.24

Abſque dubio non contrahit cognationem ſpiritualem, qui tenet infantem, dum ſupplentur ſolemnitates baptiſmi. ibid.25

Probabilius eſt, eſſe peccatum mortale omittere ſolemnitates in Eccleſia, quando puer domi ſine illis baptizatus eſt. ibid.26

Longè probabilius eſt, teneri parochum ſub mortali, in Baptiſmo exorciſmos, ad fugandos dæmones, adhibere. ibid.27

Probabilius eſt eum, qui per errorem leuat in Baptiſmo filium Petri, putans eſſe filium Pauli, contrahere cognationem ſpiritualem. ibid.28

Cum tribus tantum perſonis contrahit patrinus cognationem ſpiritualem. ibid.29

Probabilius eſt, omnes patrinos, etiamſi ſint plures, quã duo, contrahere cognationẽ ſpiritualem. ib.30

Probabilius eſt, teneri patrinum ſub mortali inſtruere puerum in rebus fidei. 61.31. Excuſari tamen ab hac obligatione, quando probabiliter credit aliâ viâ id fieri. ibid.

Baptizans contrahit cognationem ſpiritualem cum Baptizato, & Patre, & Matre eius. ib.32. Etiam cum maſculo baptizato. ibid.33

Beatus.

Beatus homo poteſt ex lege communi validè Baptizare. 42

Beneficium.

Qui habuit Beneficium Parochiale, & iam non habet, poteſt virtute Bullæ eligi in confeſſarium, abſque noua Epiſcopi approbatione. 264.65

Beneficiatus.

Probabilius eſt, Beneficiatum in ſacris Conſtitutum, omittentem Officium Diuinum, vnum tantùm peccatum committere. 209.20

Beſtialitas.

Qui beſtialitatem committit, non tenetur explicare ſpecies animalium, niſi ſit beſtia inſernalis. 187.30

Blaſphemia.

Probabilius eſt, non eſſe neceſſarium in confeſſione explicare qualitates, aut modos blaſphemiarum contra Deum, niſi aliàs eſſent hæreticales, aut ex odio Dei prouenientes. 184.43

Probabilius eſt, debere explicari, an Blaſphemiæ fuerint contra Deum, aut contra Sanctos. ibid.15.

An etiam contra Beatam Virginem. ibid.16

Blaſphemiæ contra Deum, contra Beatam Virginem, & contra Sanctos, probabilius eſt, quod differant ſpecie. ibid.

Bulla. Vide, *Edictum Inquiſitionis, Indulgentia, &* *Votorum Commutatio.*

Probabilius eſt, poſſe quem multoties eadem die indulgentias Bullæ lucrari. 332.74

Eaſdem poteſt quis pro animabus Purgatorij, vel pro defuncto ſibi bene viſo, Indulgentias eadem die lucrari. 333.75

Probabilius eſt, per Bullam Cruciatæ lucrari quem, in diebus ſtationum, omnes Indulgentias, etiam plenarias, vrbis Romæ. 355.171

Vide *Regularis, Religioſus, Iubileum.*

Bona Eccleſiaſtica.

Furari bona immobilia alicuius Beneficij, vel decimas, eſt ſacrilegium. 195.29

C

Caſus reſeruati.

Vide *Epiſcopus, Poteſtas reſeruandi caſus, Confeſſarius, Confeſſionis Miniſter.*

Probabilius eſt, peccata impuberum ſubdi reſeruationibus Prælatorum reſeruantium. 182.5

Probabilius eſt, peccata venialia, & mortalia ſemel ritè confeſſa, non poſſe, niſi à ſolo Summo Pontifice reſeruari. 282.6

Ferè certum mihi eſt, peccata omnino interna, reſeruari poſſe.ibid.7.Nulla tamē de facto, quidquid alij dicant, ſunt iure reſeruata, nec Pontifex, nec Epiſcopi ea reſeruare ſolent. ibid.8

Probabilius eſt, quando reſeruantur peccata contra iuſtitiam,charitatem, caſtitatem, &c. in actum externum prodeuntia,non eſſe reſeruatas actiones leues, licèt ex mortali proueniant affectu. ibid.9

Certiſſimum mihi eſt, peccatum, in dubio mortale, poſſe reſeruari.283.10.Cum quo tamen ſtat,probabilius eſſe, quando abſolutè, & ſimpliciter reſeruatur peccatum dubium, vel quoad commiſſionem, vel quoad grauitatem. ibid.11

Probabile eſt,quando peccatum dubium, v g.hæreſis, abſolutum eſt ab inferiori, & poſtea certò in memoriam venit, non debere iterum Superiori præſentari, ſicut de voto in dubio ab Epiſcopo diſpenſato, quod licèt poſtea certò occurrat, non indiget Pontificia diſpenſatione. ibid.12

Peccata non ſolùm poſſunt, iuxa communem ſententiam,ſine cenſura reſeruari,ſed aliquando Summus Pontifex aliqua reſeruauit ſine cenſura. ibid.13

Longè pobabilius eſt, Pontificem,aut Epiſcopum reſeruantes peccata, non ſolùm reſeruare cenſuram, ſed etiam peccata ipſa, ob quæ cenſura imponitur. ibid.14

Quando peccata à quocumque reſeruata, committuntur cum ignorantia à cenſura excuſante, non manent reſeruata. ibid.16

Probabilius eſt,poſſe à ſolo Summo Pontifice reſeruari peccata quoad abſolutionē,etiā indirectam.ib.17

Capitulum Sede vacante.

Probabilius eſt, non poſſe Capitulum Sede vacante Indulgentias concedere. 322.23

Cardinales.

Probabilius eſt, poſſe Cardinales ex conſuetudine,vel alicuius Pontificis viuæ vocis oraculo eligere ſibi in Confeſſarios Sacerdotes ſimplices. 257.33

Caro.

Vnicum tantùm peccatum committit, qui vnico voluntatis actu vult per totam quadrageſimam carnibus veſci. 186.27

Cauſa ad concedendas Indulgentias. Vide *Pontifex Summus.*

Requiritur cauſa aliqua pia ad concedendas licitè Indulgentias.323.27.Imò & ad validam earum conceſſionē. ibid.28. Nec ſufficere cauſæ æqualitatem ſecundum quantitatem, ſed requiri ſecundum proportionem,probabilius eſt.ibid.29.Vnde ſolùm valebit Indulgentia pro parte, cui cauſa proportionata eſt. ibid. & 314. 31. Niſi cauſa à concedente Indulgentias æſtimetur ſufficiens, & proportionata; tunc enim valet in totum. ibid.30

Eleemoſyna duorum argenteorum pro Bulla,cum aliis operibus,quæ in Bulla præſcribuntur,ſufficiens eſt cauſa ad illam concedendam. ibid.32

Sufficiens, & pia reperitur cauſa, quando conceditur Indulgentia habenti aliquod granum, vel imaginem benedictam. Ibid.23

Cæcus.

Cæcus debet in extrema vnctione vngi in oculorum organo. 86.24

Cenſura.

Vide *Caſus reſeruati, Mortis articulus,*& *Circunſtantia* Quando.

Etiam extra Confeſſionem poteſt abſolui à cenſura. 209.23.

Character.

Eſt aliquid phyſicum, & reale. 10.17

Non eſt formaliter relatio realis prædicamentalis,ſed qualitas quædam ſpiritualis, ſupernaturalis, & indelebilis. ibid.18

Probabilius eſt, characterem eſſe potentiam ad ſecundam qualitatis ſpeciem pertinentem. ibid.19.

In ſoloque intellectu immediatè ſubiectari. 11.20

Probabilius eſt, characterem poſt mortem manere in Beatis,& damnatis ib.21. Imò & in æternum permanere, cum poteſtate ſibi annexa. ibid.22

Characteres à Sacramentis impreſſi ſpecie differunt. ibid.23

Chriſma.

Vide *Confirmationis materia.*

Chriſma ex oleo oliuarum, & balſamo confectum,eſt materia remota Sacramenti confirmationis. 66.1. Fuit à Chriſto inſtitutum.ibid.2.Eſtque de neceſſitate Sacramenti, quod ſit conſecratum, Et ab Epiſcopo. 64.4.& 5

Chirurgus.

Probabilius eſt, poſſe abſolui, etiamſi in medendis fœminis ſæpe peccet. 168.48

Chriſtus.

Omnia Sacramenta legis nouæ immediatè per ſe ipſum Chriſtus inſtituit. 2.5.& 6.& 3.10.Et determinauit materias, & formas illorum.ib.Licèt probabilius ſit, non determinaſſe in indiuiduo materias, & formas omnium Sacramentorum. ibid.11

Circunſtantia in communi.

Quid,& quot ſint circunſtantiæ peccatorū.174.1.& 2

De fide eſt, omnes circunſtantias peccatorū mortaliū mutantes ſpeciem eſſe neceſſariò confitendas. ib.2

Probabilius eſt, circunſtantias notabiliter aggrauantes intra eandem ſpeciem, non eſſe neceſſariò confitendas. 175. Et minus, circunſtantias notabiliter minuentes peccatum.ibid.8. Licèt certum ſit,poſſe pœnitentem has circunſtantias licitè confiteri.ib.6

Circunſtantia Quis.

Denotat qualitatem pœnitentis. pag.176.1. Certiſſimum eſt, teneri fateri circunſtantiam voti,aut Ordinis Religioſum, aut ſacris initiatum, fornicantem. ibid 2

Probabilius eſt, Sacerdotem ſæcularem ſatisfacere in Confeſſione, ſi dicat ſe violaſſe votum caſtitatis. ibid.3

Qui fœminam habentem votum ſimplex caſtitatis cognouit, tenetur fateri talem circunſtantiam. ib.

Probabile eſt, non ſatisfacere Religioſum profeſſum, ſeu Monialem, dicendo ſe violaſſe votum caſtitatis, non explicando ſtatum Religionis. ibid.4

Probabilius eſt, non teneri Sacerdotem ſæcularem in peccatis contra caſtitatem explicare Sacerdotium. ibid.5

Quando Sacerdos, aut Religioſus eſt notus Confeſſario, non tenetur, adhuc in peccatis luxuriæ, dicere ſe eſſe Sacerdotem,aut Religioſum.ibid.& 181.25

Mulier quæ cum Sacerdote ſæculari peccauit, ſat eſt illi, ſi dicat,ſe peccaſſe cum habente Ordinem Sacrum;ſi verò cum Regulari,neceſſariò debet explicare ſtatum Religioſum. 177.7

Probabilius eſt,non teneri vtramque voti ſimplicis,& ſolemnis circunſtantiam fateri, qui vtramque violauit. ib.8. Nec peccantē cum Nouitio,vel Nouitia,explicare hanc circunſtantiam.ib.9.Quod idem eſt dicendum de Clericis Minorum Ordinum. ib.

Probabile eſt,debere votum explicare,qui habens votum caſtitatis, conſilio, vel auxilio cauſa fuit, vt alij tale votum non habentes, peccarent. ibid.10

Probabilius eſt, teneri Eunuchum, & Frigidum circunſtantiam impotentiæ explicare, quando ad mulieres accedunt. ibid.11

Probabilius eſt, nec ſponſum, nec ſponſam de futuro, nec eos qui cum eis cõmiſcentur, teneri explicare in Confeſſione ſponſalium circunſtantiam. 178. 12

Nec Epiſcopum, aut alium Prælatum, in peccati occulti confeſſione, Prælationis circunſtantiam. ib. 13

Non tenetur, qui votum caſtitatis emiſit, & poſtea votum de non committenda mollitie, ſi polluatur, vtrumque votum explicare. ibid. 14

Probabilius eſt, amiſſionem Virginitatis non eſſe à viris neceſſariò in confeſſione fatendam. ibid. 15

Nec à fœminis ſponte illam amittentibus. 179. 16

Nec quamuis ſint ſub cura Parentum, aut Tutorum. ibid. 17. Nec ſi ſe polluant. ibid. 18

Probabilius eſt, ſufficere ſtupranti fœminam per vim, fateri ſe commiſiſſe ſimplicem fornicationem per violentiam, etiamſi fœmina ſit virgo. ibid. 19

Probabilius eſt iuueni, qui moroſè de virgine delectatur, ſine intentione ei violentiam inferendi, ſufficere, ſi dicat, ſe habuiſſe delectationem circa ſolutam. ibid. 20

Circunſtantia Quid.

Per illã denotatur quantias, & qualitas peccati. 181. 2

Probabilius eſt, non debere neceſſariò confiteri quantitatem furti. ib. 2. Licèt circunſtantia parui furti aliquando ſit confitenda. ibid. 3

Probabilius eſt, furari coram Iudice, vel cum manifeſto periculo vitæ, non eſſe circunſtantiam neceſſariò fatendam. ibid. 4

Certiſſimum eſt, neceſſariò debere explicari copulam ab illo, qui illam habuit, nec ſufficere ei, ſi dicat, commiſi peccat m graue contra caſtitatem cum ſoluta. ibid. 5

Probabilius eſt, teneri Sodomiticum explicare, an fuerit agens, vel patiens. 182. 6. Et qui copulam habuit cum infideli, circumſtantiam hanc. ibid. 7

Probabilius eſt, non teneri fateri, ſe odiſſe proximum in mortem, infamiam vel paupertatem, eum qui ex odio formaliter dicta mala illi deſiderauit. ibid. 8

Probabilius longè eſt, vnum tantum peccatum committere eum, qui vno iracundiæ impetu multa verba, vnam in ſpecie iniuriam continentia, in alium profert. ibid. 9

Probabilius eſt, non teneri explicare numerum, nec diuerſitatem contumeliarum, quãtumuis grauium, eum qui vnico impetu plura verba iniurioſa, etiam ſpecie diuerſa, in alium protulit. ibid. 10. Nec teneri explicare materiam, aut perſonam eum, qui de aliquo temerè iudicauit. 183. 11

Probabilius eſt, non teneri explicare ſpeciem peccati eum, qui ſe de aliquo iactauit, aut laudauit. ibid. 12

Certum eſt, teneri qui conſilium de opere illicito dedit, ſpeciem peccati, quod conſulit, explicare. ibid.

Probabilius eſt, non eſſe neceſſarium explicare in Confeſſione qualitates, aut modos blaſphemiarum contra Deum, niſi caſu, quo ſint hæreticales, aut proueniant ex odio Dei. 184. 14

Probabilius eſt, debere explicare in Confeſſione, an contra Deum, an contra Sanctos fuerint blaſphemiæ. ibid. 15. An etiam contra Beatam Virginem, ibid. 16.

Probabilius eſt, teneri hæreticum explicare in Confeſſione qualitatem ſuæ hæreſis. ibid. 17

Probabilius eſt, ſufficere apoſtatæ explicare ſpeciem hæreſis, quam amplexus eſt. ibid. 18

Probabile eſt, illum qui vnico actu voluntatis vult plures homines occidere, ad plures mulieres eiuſdem conditionis accedere, aut ad eandem decies, non teneri explicare illam circunſtantiam obiectorum, ſed ſat erit dicere, ſe voluiſſe alios homines occidere, ad mulieres accedere, &c. 185. 19

Probabile eſt, eum qui de facto vnico ictu decem occidit homines, non committere decem peccata neceſſariò in Confeſſione explicanda. ibid. 20. Nec committere, niſi vnicum peccatum, qui vnico verbo lædit famam, & honorem plurium hominum. ibid. 21. Nec incurrere niſi vnicam excommunicatio m, & irregularitatem, qui vnico ictu tres occidit Clericos. ibid. 22

Nec plura, ſed vnicum tantũ committere homicidiũ, qui vult occidere aliquẽ cum tota ſua familia. ib. 23

Probabilius eſt, vnicum tantum peccatum committere qui maledicit Deo, & duodecim Apoſtolis, aut imprecatur malum Paulo, & toti eius familiæ. 186. 24. Aut vno tempore, & actu pluribus iniuriam infert. ibid. 25. Aut denique actu vno à pluribus ſigillatim quantitatem notabilem furatur. ibid. 26

Probabile eſt, non committere niſi vnicum peccatum, qui vnico actu voluntatis ſtatuit omittere officium Diuinum per integrum menſem, Ieiunium per totam Quadrageſimam, aut per totam illam carnibus veſci. ibid. 27. Licèt tot peccata committeret, quot diebus non recitaret, non ieiunaret, aut carnibus veſceretur de facto. ibid.

Probabilius eſt, vnum tantum peccatum committere, qui vnico actu mollitiei recogitat plures coniugatas, vel Moniales. 187. 28. Plura tamen, ſi in tali actu delectatur de nupta, cognata, & moniali. ib.

Probabilius eſt, ſufficere ei, qui cum tribus coniugatis, vel ſolutis deliquit, dicere ſe tria adulteria, vel tres ſimplices fornicationes commiſiſſe. ibid. 29

Qui beſtialitatem commiſit, non tenetur explicare ſpeciem animalis, niſi ſit beſtia infernalis. ibid. 30

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariò explicandam perſonam maris, vel fœminæ in peccato Sodomiæ. ib. 31. Niſi caſu, quo mulier eſſet coniugata, vel voto caſtitatis adſtricta, vel conſanguinea, vel affinis. ib.

Probabilius eſt, non teneri explicare circunſtantiam incubationis, eum qui ſe polluit cum altero. ib. 32

Probabilius eſt, teneri circunſtantiam voti in Confeſſione aperire, eum qui tangendo aliquem voto caſtitatis adſtrictum, ſe ſolus polluit. ibid. 33

Neceſſariò eſt explicanda circunſtantia conſanguinitatis & affinitatis in gradibus, qui impedimentum matrimonij afferunt. 188. 34

Affinitas, & conſanguinitas non ſunt circunſtatiæ ſpecie diuerſæ in inceſtu; & ideo non eſt neceſſarium explicare, an inceſtus fuerit inter conſanguineos, an inter affines. ibid. 35

Probabile eſt, ſufficere in Confeſſione explicare aliquos gradus conſanguinitatis, & affinitatis perſonarum, ad quas quis luxurioſè accedit. ibid. 36

Qui autem gradus debeant explicari. ibid.

Probabilius eſt, eſſe declarandam in Confeſſione circunſtantiam Matris, vel Filiæ; Patris, vel Filij, in copula cum illis habita. 189. 37

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariò declarandum, copulam fuiſſe cum Patre, aut cum Auo: ſed ſufficit dicere, fuiſſe cum conſanguineo in primo gradu. ibid. 38

Probabilius eſt, non eſſe differentiam ſpecificam inter copulam habitam cum Matre, aut cum Nouerca, aut cum Filia, aut Filiaſtra. ibid. 39

Probabilius eſt, in Confeſſione peccati cum ſorore non eſſe neceſſarium explicari, eſſe ex vtroque Parente. ibid. 40

Probabilius eſt, declarandum eſſe, copulam fuiſſe cum Matre, aut cum Sorore. ibid. 41

Probabilius eſt, ei qui cum propria filia, & poſtea cum nepte ſua peccauit, ſufficere ſi in Confeſſione dicat, peccaui bis cum deſcendenti in linea recta. ibid. 42

Probabilius eſt, non differre ſpecie affinitatem ex matrimonio, & ex copula illicita ortam. ibid. 43

Cognatio legalis orta ex adoptione alicuius in filium, neceſſariò debet explicari in copula illicita. ibid. 44

Proba

Probabilius eſt, non differre ſpecie inceſtum inter cognatos legales, ab inceſtu inter conſanguineos, & affines naturales. ibid.45

Probabilius eſt, non ſemper, ſed aliquando debere oxplicari gradus conſanguinitatis, & affinitatis legalis perſonæ, ad quam quis acceſſit. ibid.46

Certum eſt, inceſtum inter cognatos ſpirituales habitum eſſe diuerſum in ſpecie ab inceſtu habito inter cognatos carnales, & legales. ibid.47

Pœnitens non tenetur explicare radicem cognationis ſpiritualis, dum inceſtum confitetur. ibid.48

Probabile eſt, debere explicari in Confeſſione aliquos gradus cognationis ſpiritualis perſonæ, cum qua quis habuit copulã. ibid.49. Qui autem ſint. ibid.

Probabilius eſt, debere explicari in Confeſſione coitum Sodomiticum habitum cum conſanguinea, vel affine, etiam vſque ad quartum gradum. ibid.50

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariò explicandam circunſtantiam filiæ Confeſſionis in actu turpi. ibid.51. Et idem eſt dicendum, adhuc ſtando in opinione contraria, de Confeſſore peccante carnaliter cum Pœnitente maſculo. 191.52. At verò in eadem ſententia ſtando, probabilius eſt, teneri Confeſſorem explicare talem circunſtantiam, filiæ ſcilicet Confeſſionis, in tactibus cum illa habitis. ibid.53

Longè probabilius eſt, explicandas eſſe circunſtantias duplicati adulterij, quando videlicèt vterque peccans eſt coniux. Quod ſimiliter de Religioſo cum Religioſa, vel cum habente votum caſtitatis peccante, dicendum eſt. ibid.54

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariò explicandam circunſtantiam raptus caſu, quo fœmina ſponte in copulam conſentiat. ibid.55

Probabilius eſt, Prælatum, vel Patrem omittentem ſubditi, vel filij correptionem teneri, ſe eſſe Patrẽ, aut Prælatum, in Confeſſione fateri. ibid.56

Probabilius eſt, Gubernatorem, vel aliam perſonam publicum Magiſtratum gerentem, non teneri in furti Confeſſione à ſe facti, explicare circonſtantiam ſui officij. ibid.57

Probabilius eſt, Sacerdotem percutientem aliquem, adhuc notabiliter, non teneri in Confeſſione explicare, ſe eſſe Sacerdotem, niſi occidat, aut mutilet. ibid.58

Probabilius eſt, ſatisfacere pœnitentem, ſi copula habita cum aliqua fœmina mortua in confeſſione, caſu cõtingente dicat, ſe pollutionẽ habuiſſe. ibid.59

Probabilius eſt, copulam habitam occaſionaliter cum fœmina ſomno oppreſſa inuenta, non habere malitiam raptus formalis, neceſſariò in confeſſione exprimendam. ibid.60

Circunſtia Vbi.

Denotat locum Sacrum. pag.192.1

Probabilius eſt, non omnia mortalia in loco Sacro commiſſa, habere ſpecialem malitiam neceſſariò confitendam. Sed ſolum peccata illa, quæ cum loco ſacro babent peculiarem repugnantiam. 193. licèt alia etiam habeant malitiam ſacrilegij venialiter aggrauantem. ibid.3

Quatuor ſunt peccatorũ genera, quæ intuitu loci Sacri iure humano ſunt prohibita. ibid.4. Quæ ſint. ib.

Non quodlibet homicidium in Eccleſia patratum, eſt ſacrilegium. ibid.5

Probabile eſt, percuſſionem, quantumuis grauem, in Eccleſia, ſi fiat abſque effuſione ſanguinis, non eſſe ſacrilegium. ibid.6

Non quæcumque effuſio ſanguinis in Eccleſia eſt ſacrilegium, ſed magna tantùm, non iocoſa, aut caſu facta. ibid.7

Non committit ſacrilegium, qui exiſtens in Eccleſia, alium foris exiſtentem telo occidit. ibid.8. Secus dicendum, ſi quis exiſtens extra Eccleſiam, aliquem intra illam occidit ſcienter. Ibid.

Probabilius eſt, continere malitiam ſacrilegij homicidium, effuſionem ſanguinis, vel ſeminis, & alia, quibus Eccleſia polluitur, etiamſi occultè in illa fiant. ibid.9

Nonquæcumque effuſio ſeminis voluntaria in Eccleſia facta eſt ſacrilegiũ, ſi non ſit in quãtitate. 194.10

Probabilius lõgè eſt, aſpectus, nutus, confabulationes inhoneſtas in Eccleſia babitas non induere malitiam ſacrilegij. ib.11. Idemque dicendũ eſt de tactibus leuibus impudicis, per manus, &c. ibid.12. Imò & de tactibus impudicis in partibus inhoneſtis, & pudendis, modò non ſit periculũ pollutionis. ibid.13

Probabilius eſt, copulam inter coniugatos habitam in Eccleſia, habere ſpecialem malitiam ſacrilegij, etiamſi occultè fiat, niſi caſu, quo coniuges in Eccleſia, aliqua de cauſa, ad minus per quatuor dies detenti ſint. ibid.14

Probabilius eſt, non committere ſacrilegium, qui geſtando reliquias luxurioſe peccat. 195.15. Secus verò dicendum de illo, qui res ſacras daret Amaſiæ in pretiũ actus venerei, licèt ſi illas ex beneuolentia, aut gratitudine daret, non eſſet ſacrilegus. ibid.16

Probabilius eſt, furari res profanas in loco Sacro, non eſſe ſacrilegium. ibid.17. Certum verò eſſe, furari res profanas de Eccleſia, ideſt traditas ipſi Eccleſiæ. ibid.18

Probabilius eſt, non eſſe ſacrilegium furari modicum pecuniæ à Confeſſario in Confeſſione. ibidem.19. Nec furari à Clerico aliquid iure Eccleſiaſtico poſſeſſum. ibid.20

Probabilius eſt, eſſe ſacrilegium furtũ rei ſacræ de loco non ſacro. 196.21. Et teneri explicare vtramque malitiam eum, qui rem ſacram de loco ſacro furatur. ibid.22

Probabilius eſt, teneri circunſtantiam loci explicare eum, qui deſiderat habere pollutionem, furari, vel aliquem occidere in Eccleſia. ibid.23

Probabilius eſt, non committere mortale ſacrilegium qui exiſtens in Eccleſia deſiderat prædicta extra patrare. ibid.24

Probabilius eſt, pollutionem babitam in Oratorio alienius domus non eſſe ſacrilegium. ib.25. Nec habitam in Religioſorum cellis. ibid.26. Secus tamen eſt dicendũ de copula habita in Oratorio Epiſcopi authoritate conſtructo, vel in Religioſorum clauſtris, ſi benedicta ſint, & Religioſis ſepeliendis deſtinata. ibid.

Non omnis extractio rei ab Eccleſia eſt ſacrilegiũ. 27

Probabilius eſt, poſſe iudicem licitè auferre arma intra Eccleſiam, ab immunitate illius fruentibus. ib.28. Nec committere ſacrilegium, ſi ille verbis doloſis reum ab Eccleſia conetur extrahere, etiamſi hoc modo reus egrediatur. ibid.29

Circunſtantia, Quibus Auxiliis.

Per illam denotantur inſtrumenta, & concauſæ peccati. 197.1

Non eſt neceſſarium explicare in Confeſſione inſtrumenta, quibus ſcelus patratum eſt, niſi in caſu, quo vſus illorum ſit prohibitus ſub mortali, aut aliunde malitiam contra aliquam ſpecialem virtutem habeant. ibid.2

Probabilius eſt, nec teneri pœnitentem explicare circunſtantiam inductionis, quando perſonæ inductæ erant paratæ. ibid.3. Nec quando vtitur aliqua perſona parata, vt ſuo maleficio aliud ſoluat, fateri. ibid.4. Imò nec quando alterum non paratum, ad peccandum expreſſe induxit ſecum; caſu quo inductio fuerit ordinata ad idem peccatum, quod ipſe pœnitens fatetur. ibid.5

Certum eſt, fatendam eſſe ſemper circunſtantiam ſcandali. 198.6. Vide v. *Scandalum*, & v. *Inductio*.

Circunſtantia, Cur.

Per hanc circunſtantiam denotatur finis extrinſecus, propter quem medium aliquod eligitur. 199.1

Quando medium electum diuerſam in ſpecie malitiam habet mortalem, à malitia finis, neceſſum eſt, vtramque malitiam in Confeſſione explicare. ibid. 2. Quando verò finis non eſt de ſe malus, ſed medium ſolùm, probabilius eſt, non teneri pœnitentem explicare finem. ibid. 3

Probabilius eſt, non teneri quem circunſtantiam finis continentis ſolùm malitiam venialem, in Confeſſione explicare. ibid. 4

Probabilius eſt, illi qui furatus eſt propter fornicationem, ſufficere ſi in Confeſſione dicat, *Furatus ſum*; & poſtea per alium actum ſubiungat, Fornicatus ſum. ibid. 5

Probabilius eſt, tactus, oſcula & amplexus præcedentes fornicationem, vnicum cum ipſa peccatum facere, & ideò non teneri quem illa fateri, ſed fornicationem tantùm. ibid. 6

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem explicare tactus, & oſcula, quæ ipſam copulam conſequuntur; ſed ſat ei eſſe explicare actum fornicationis. ibid. 8 Imò nec gaudium, aut delectationem habitam ſtatim poſt copulam. ibid. 9

Probabile etiam eſt, non teneri quem explicare tactus, & oſcula habita cum fœmina ſine intentione accedendi ad illam, ſi poſtea mutato animo, in eadem occaſione accedat, & copulam fateatur. ibid. 10

In caſu quo debent explicari tactus, & oſcula, &c. ſufficit pœnitenti explicare tempus, aut numerum occaſionum, tacito numero tactuum, oſculorum, &c. ibid. 7

Probabilius eſt, mulierem quæ oppreſſa metu, vel fama graui, peccato conſentit, non teneri fateri hanc oppreſſionis circunſtantiam, licèt poſſit. 201.11

Probabilius eſt, pœnitentem, qui ex confidentia obtinendi Iubileum, aut miſericordiam Dei peccauit, non teneri hanc circunſtantiam fateri. ibid. 12

Circunſtantia, Quomodo.

Denotatur per illam malitia intenſionis, ſeu durationis temporis. 201.1

Nullo modo debet fateri circunſtantia, ſeu modus intenſionis, quo quis peccat. ibid. 2

Probabilius longè eſt, nullum qui hominem occidit, & poſtea diſcerpſit cadaueris membra, teneri ad confitendum cum homicidio hanc circunſtantiam, ſi talem hominem ex odio, vindicta, aut feritate occidat, non verò ſi lucri gratia. ibid. 3

Probabilius eſt, non eſſe neceſſarium explicari per ſe circunſtantiam durationis temporis in peccato. ibid. 4. Nec confiteri diuturnitatem retentionis rei alienæ. 202. 5. Explicanda eſt in Confeſſione circunſtantia interruptionis actus interni. ibidem 6

Quando autem actus interrumpitur. ibid.

Certiſſimum eſt, teneri pœnitentem explicare numerum actionum, quibus diuerſis in occaſionibus aliquam quantitatem furatus eſt. ibid. 7. Sicut etiam eſt certiſſimum, eum qui per noctem cum eadem muliere, aut amplius copulam habuit, teneri explicare numerum fornicationum. 203.8

Circunſtantia contemptus de re graui neceſſariò debet fateri. ibid. 9

Si quis ex indignatione graui, & in re graui nolit obedire Prælato, debet circunſtantiam indignationis fateri. ibid. 10

Probabile eſt, Religioſum violantem præceptum Prælati, vnicam tantùm malitiam contra votum, aut Religionem contrahere, niſi aliàs Prælatus vtraque poteſtate vti velit. ibid. 11

Probabilius eſt, vnicum peccatum contrahere ſubditum frangentem præceptum plurium Superiorum, dummodo ſit circa eandem rem. ibid. 12

Fatenda eſt circunſtantia iniuriæ factæ parentibus, non verò Dominis, aut benefactoribus. 204.13

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem explicare, an peccatum ſcienter, an ex ignorantia commiſerit. ibid. 14. Sicut nec fateri circunſtantiam peccati ex ignorantia affectata commiſſi, caſu quo ſolùm fuerit affectata ad finem liberiùs peccandi. ibid. 15

Probabilius eſt, non teneri quem fateri circumſtantiam excommunicationis exiſtimatæ. ibid. 16. Nec eum qui violauit ieiunium, falsò putans eſſe vigiliam, explicare conſcientiæ erroneæ circunſtantiam. ibid. 17

Probabilius eſt, non teneri eum qui ſe periculo expoſuit, & in eo peccauit, explicare periculum, ſed ſolum peccatum. ibid. 18

Probabilius eſt, eum qui tempore grauis tentationis non orat, & tentationi ſuccumbit, non committere niſi vnum peccatum. 205.19

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariò confitendam conſuetudinem peccandi. ibid. 20. Adhuc in caſu, quo à confeſſario de illa interrogetur. ibid. 21

Certum eſt, quod qui tranſgreditur aliquod præceptum, vehementi inſpirationi Diuinæ reſiſtendo, non teneatur eam circunſtantiam explicare. ibid. 22

Circunſtantia Quando.

Denotatur per illam dies, vel tempus in quo fit peccatum, & occurſus diuerſorum præceptorum. 205.1

Probabilius eſt, non eſſe explicandam circunſtantiam diei feſti, in quo fit peccatum. ibid. 2. Etiamſi fiat in die Iouis, aut Veneris Sancti. 206.3. An (regulariter loquẽdo) in die ſumptionis Euchariſtiæ. ibid. 4

Probabilius eſt, non committere duplex peccatum, qui facit, vel omittit rem duplici præcepto prohibitam, vel mandatam. ibid. 5

Certum eſt, teneri quem ſpecialiter explicare circunſtantiam violationis voti repetiti. *ibid. 6.* Etiamſi frangens votum, per repetitionem illius nouam obligationem ſibi imponere voluiſſet. ibid. 7

Certum eſt, quod ille qui frangit ieiunium ex præcepto Eccleſiæ, & ex voto, aut ex voto, & iuramento ſimul, teneatur vtramque obligationem explicare. 207.8

Probabile eſt, Religioſum frangentem ieiunium, ad quod ex præcepto, & Regula ſua tenetur, vnum tantùm committere peccatum. ibid. 9

Probabilius eſt, duplex committere peccatum eum, qui frangit præceptum Eccleſiæ, & Confeſſoris. ibid. 10

Probabilius eſt, quod ille qui frangit ieiunium comedendo carnes, duplex patret peccatum (licet probabile ſit quod vnum ſolum committat) ibid. 11. Ille verò qui frangit ieiunium, carnes, & lacticinia ſimul comedendo, vnum tantum admittit peccatum. ibid. 12

Probabilius eſt, eum qui frangit ieiunium ex voto, comedendo carnes, non peccare toties, quoties in illa die carnes comedit; ſed ſemel tantum. 206.13

Probabile eſt, Sacerdotem celebrantem cum peccato mortali, & excommunicatione, ſolùm vnum peccatum committere. ibid. 14

Probabilius eſt, Sacerdotem celebrantem in mortali vnum tantum peccatum patrare. ibid. 15. Etiam caſu, quo celebraret in mortali, non præmiſſa confeſſione. Et idem dicendum de illo qui tempore quadrageſimæ fecit confeſſionem inualidam. ibid. Et de Sacerdote celebrante in mortali, & non ieiuno. ibid. 17

Probabilius eſt, Sacerdotem qui in Miſſa, vel extra illam, plures ſucceſſiuè communicat, vnum ſolum committere mortale. ibid. 18. Idemque dicendum de confeſſore plurium in mortali confeſſiones ſucceſſiuè

ceſſiuè excipiente. 209.19
Probabilius eſt, Beneficiatum in Sacris conſtitutum omittentem officium Diuinum, vnum ſolùm peccatum patrare. ibid.20
Sicut etiam illum, qui contra legem cum pluribus perſonis per totam noctem continuatè luſit. ibid.21
Probabilius eſt, etiam vnicum peccatum admittere, qui aliquod peccatum annexam habens excommunicationem patrat. ibid.22
An verò in eo caſu teneatur pœnitens explicare circunſtantiam excommunicationis. ibid.23
Probabilius eſt, ingratitudinem peccantis poſt peccatorum remiſſionem, non eſſe neceſſariò confitendam. 210.24
Probabilius eſt,non teneri quem fateri effectum ſubſecutum,ſed ſufficere ei fateri actionem externam, ex qua talis effectus ſubſecutus eſt. ibid.25
Probabilius eſt,poſſe pœnitentem negare circunſtantias aggrauantes confeſſori interroganti de illis. ibid.26

Circuncifio.

Circuncîſio non conferebat gratiam ex opere operato. 8.10
Per illam paruuli regulariter iuſtificabantur,& duplici ſatiſfiebat præcepto. ibid.
Fœminæ carebant remedio circuncifionis, eius tamen loco habebant præſentationem in templo, per quam iuſtificabantur: caſu verò quod dictæ fœminæ non peruenirent ad octuageſimum diem, tunc per fidem parentum, & actus internos iuſtificabantur. ibid.
Probabilius eſt, in miniſtro Circuncifionis neceſſariam fuiſſe fidem. 9.11
Probabile eſt, Circuncifionem non fuiſſe neceſſariam ad paruulorum iuſtificationem, licèt fuerit de præcepto. ibid.12
Probabilius eſt, non potuiſſe licitè ante octauum diem Circuncifionem pueris applicari, licèt poſſet ex aliqua iuſta cauſa, poſt octauum diem differri. ibid.13
Probabile eſt, fuiſſe validam Circuncifionem (licitè, vel illicitè) ante octauum diem receptam. ibid.14
Qua parte, quo inſtrumento, quo in loco, & qua de cauſa facta fuerit Circuncifio. ibid.
In Circuncifione non erat verborum forma. 44.11

Clauſtrum.

Copula habita in clauſtris Religioſorum, ſi benedicta ſint, & Religioſis ſepeliendis deputata, eſt ſacrilega. 196.56

Clericus Tonſuratus.

Vide, *Baptiſmi Miniſter.*
Probabile eſt, Clericum Tonſuratum Indulgentias Bullæ moribundis applicare poſſe, ſi abſit Sacerdos. 355.175

Cognatio Spiritualis.

Certiſſimum eſt, cognationem ſpiritualem contrahi per Sacramenta Baptiſmi, & Confirmationis. 56.9
Non contrahitur à parente filium ſuum legitimum in neceſſitate baptizante. ibid.11
Et probabilius eſt, quod nec contrahat illam, etiamſi id faciat adſtantibus aliis, qui baptizare poſſint. ibid.
Pater qui filium ex concubina habitum baptizat, adhuc in neceſſitate, verè contrahit eum illa cognationem ſpiritualem. ibid.12
Probabilius eſt, non baptizatum, ſi fiat patrinus,nullam contrahere cognationem ſpiritualem. ibid.14
Probabile eſt, nec procuratorem, puerum in Baptiſmatis fonte leuantem, nec illum mittentem, contrahere cognationem ſpiritualem. 59.22
Vide, *Baptiſmi, & Confirmationis Patrinus.*

Cognatio Legalis.

Eſt triplex. 189.44
Cognatio legalis, quæ oritur ex perfecta adoptione, explicari debet in copula illicita. ibid.
Vide *Circunſtantia* Quid, à quæſt.44

Cœmeterium.

Vide *Indulgentia.*
Cœmeterium nomine Eccleſiæ in fauorabilibus intelligitur. 331.67

Comœdia.

Comœdias die Veneris Sancti exercere, eſt circūſtantia neceſſariò confitenda. 206.4

Comitiſſa.

Comitiſſa Batauiæ tot infantes edidit vnico partu, quot ſunt dies in anno, & omnes baptizati fuerunt vnica actione. 44.12

Complex peccati.

Vide *Confeſſionis integritas.*

Conceſſio.

Conceſſo vno,reliqua conceſſa cenſentur,ſine quibus ad conceſſum perueniri non poteſt. 66.10

Concilium Generale.

Probabilius eſt, Concilium Generale, neque diuino, neque humano iure poſſe Indulgentias concedere. 321.16

Concubinarius, Concubina.

Vide *Abſolutio.*
Concubinarius poteſt abſolui ſemel, ac iterum, antequam eiiciat concubinam. 165.35
Probabilius eſt, poſſe abſolui, imò & debere toties, quoties verè pœnituerit, ſi concubinam eiicere non poteſt abſque magno detrimento. ibid.36
Aut abſque ſcandalo. 166.38
Probabilius eſt,poſſe abſolui vtrumque, ſi alter alteri centum aureos, v.g. debeat, & ſi ſeparentur,non ſint recuperaturi. ibid.39
Poteſt abſolui fœmina domi habitans cum viro, ſi pluries copulæ reſiſtat. ibid.40
Probabilius eſt, poſſe abſolui concubinarium, ſi aliquo modo reincidendi periculum ceſſauit.ibid.41
Non poteſt abſolui concubinarius, qui etſi nihil habeat cum concubina,præbet tamen ſcandalum vel ex cohabitatione, vel ex frequenti viſitatione. 167.43
Non poteſt abſolui concubina, quæ non vult omittere voluntatem viſitandi ſuum concubinarium ægrotum. 169.54

Confabulationes.

Confabulationes inhoneſtæ in Eccleſia habitæ non ſunt ſacrilegium. 194.11

Confeſſarius.

Vide *Confeſſionis Miniſter, & Satisfactio Sacramentalis.*
Confeſſarius non tenetur interrogare pœnitentem, an omiſerit contritionem quando vrgebat præceptum de illa. 100.39
Confeſſarius ſemel approbatus ab Epiſcopo, etiam reuocante licentiam,ſi non auferat approbationem, ſemper remanet eligibilis virtute Bullæ. 264.65
Confeſſarius licitè poteſt aliquando proferre abſolutionem ſub conditione de præterito.109.24.Vbi in quibus caſibus. Imò & ſub conditione de præſenti. ibid.26
Quamuis ſi abſque vlla cauſa prædictas conditiones apponat, peccabit. ibid.
Confeſſarius, qui inaduertenter pœnitentem non abſoluit, poteſt illum parum diſtantem, etiam per viginti paſſus, abſoluere. 110.30
Confeſſarius validè poteſt, imò & aliquando, non ſolum licitè,ſed neceſſariò, plures pœnitentes vnica abſolutione abſoluere, dicendo: *Ego vos abſoluo, &c.* 111.33

Improbabile ferè eſt, poſſe confeſſarium ob pœnitentis ſcrnpuloſi ſolatium verba abſolutionis ſine intentione proferre. ibid. 36

Probabilius eſt, non poſſe confeſſarium proferre verba abſolutionis ſine intentione, ob metum mortis. ibid.

Probabilius eſt, non poſſe abſolui confeſſarium, qui ex deuotione audiens confeſſiones, in eis crebrò voluntariè polluitur, niſi habeat propoſitum ſe retrahendi ab audiendis confeſſionibus, aut niſi ex tali abſtractione ſcandalum, aut graue damnum illi proueniret. 167.46

Probabilius eſt, ſi confeſſor eſt Parochus, etiam in ſupradicto caſu poſſe abſolui. ibid. 47

Probabilius eſt, poſſe aliquando confeſſarium differre abſolutionem pœnitenti, in caſu, quo occaſionem proximam tollere non poſſit, propter aliquam cauſam. 168.50

Probabilius eſt, confeſſarium, ſiue proprium, ſiue non proprium, teneri abſoluere pœnitentem contrariam opinionem ſequentem. 170.58

Probabilius eſt, teneri ſub mortali confeſſarium, etiam non proprium, abſoluere pœnitentem habentem pro ſe opinionem probabilem, ſi de mortalibus fiat confeſſio. ibid. 59

Non tenetur confeſſarius ad examinandum pœnitentem exactiſſimo examine, ſed ſuaui. 182.65

Tenetur tamen pro qualitate pœnitentium plures, aut pauciores interrogationes facere. ibid.

Tenetur confeſſarius, per ſe loquendo, ſub mortali peccato imponere ſemper pœnitentiam pœnitenti. 213.14

Vide *Satisfactio Sacramentalis.*

Multò probabilius eſt, confeſſorem vnius Diœceſis habentem facultatem ad abſoluendum à reſeruatis in illa, poſſe abſoluere pœnitentem alterius Diœceſis à reſeruatis in ſua Diœceſi. 286.25

Imò idem probabiliùs dicendum eſt de confeſſore non habente facultatem abſoluendi à reſeruatis reſpectu pœnitentis alterius Diœceſis habentis reſeruata, dummodo reſeruata non ſint in Diœceſi confeſſoris, vel confeſſionis. ibid. 26

Probabilius eſt, non poſſe abſolui à quolibet confeſſore pœnitentem committentem reſeruata in aliena Diœceſi, licèt in loco, à quo diſceſſit, reſeruata non ſint. ibid. 27

Probabile eſt, confeſſorem, graui vrgente neceſſitate, poſſe abſoluere licitè pœnitentem confitentem reſeruata cum non reſeruatis, cum obligatione, vt poſtea ſola reſeruata ſoperiori confiteatur. 287.32

Imò probabile eſt in dicto caſu, non teneri pœnitentem reſeruata peccata confeſſori inferiori manifeſtare. ibid. 33

Vide *Caſus reſeruati.*

Certum eſt, non poſſe confeſſarium, etiam in foro conſcientiæ, indulgentias concedere. 323.26

Vide *verb. Indulgentia.*

Non poteſt confeſſarius abſoluere pœnitentem antequam denuntiet Inquiſitoribus confeſſarium qui ſolicitauit, niſi adſit iuſta cauſa denunciationem differendi. 466.48

Confeſſio Sacramentalis.

Vide *Superior.*

Non requirit tantam continuationem agendorum, vel dicendorum, quantam alia Sacramenta. 111.34

Nullo modo eſt audiendus ad confeſſionem, qui nullatenus examinauit ſuam conſcientiam. 103.49

Quid, & quotuplex ſit confeſſio. 113.1. & 2

Certiſſimum eſt, fuiſſe immediatè à Chriſto Domino inſtitutam. ibid. 3

Imò & de fide eſt, fuiſſe inſtitutam poſt eius Reſurrectionem. ibid. 4

De fide eſt, confeſſionem in re, vel in voto eſſe neceſſariam ad ſalutem homini lapſo poſt Baptiſmum. 114.5

Et eſſe à Chriſto præceptam. ibid. 6

Præceptum de ea ſolùm obligat ad confitenda mortalia. ibid. 7

Non obligat eos, qui non habent vſum rationis. ibid. 8

Nec infideles non baptizatos. ibid. 9

Certiſſimum eſt obligare per ſe in articulo mortis omnes, qui ſunt ſibi conſcij peccati mortalis. 115.10

Probabile eſt, non teneri hoc præcepto anticipare confeſſionem, qui probabiliter timet, ante mortem ſe non habiturum copiam confeſſoris. ibid. 11

Probabilius eſt, teneri iure Diuino quempiam confiteri tempore ab Eccleſia determinato. ibid. 12

Probabilius eſt, ſecluſo articulo mortis, & lege Eccleſiaſtica de confitendo ſemel in anno, obligare hoc Diuinum præceptum per ſe. 116.13

Certiſſimum eſt, non teneri quemuis confiteri ſtatim poſt peccatum commiſſum. ibid. 14

Probabilius eſt, non teneri Iure Diuino peccatorem confiteri ante annum, etiamſi adſit periculum obliuionis alicuius peccati mortalis. ibid. 15

Nec caſu quo credat, ſe non poſſe euitare aliquod peccatum, niſi confitendo. ibid. 16

Aut habeat conſcientiam quod ſtatim debeat confiteri. 117.17

De fide eſt obligare præceptum de confeſſione, quoties quis poſt mortale vult communicare. ibid. 18

Certiſſimum eſt, non teneri, Iure Diuino, confiteri qui alia Sacramenta, præter Euchariſtiam, volunt recipere. ibid. 19.

Tenetur præcepto Diuino confiteri, qui ſe voto, aut iuramento aliquibus diebus confiteri obligauit. ibid. 20

Omnes baptizati, qui mortaliter peccauerunt, tenentur præcepto annuæ confeſſionis. ibid. 26

Etiam pueri, & Octogenarij, & alij cuiuſcumque ætatis ſint. 119.29

Et qui ſolùm peccata interna habent. 120.30

Licèt probabilius ſit, non teneri qui ſola habet venialia. ibid. 31

Probabilius etiam eſt, non teneri ſub mortali confiteri venialia illum qui mortalia habet, quæ non debet Confeſſario aperire. 121.32

Immò nec ſub veniali. ibid. 33

Probabilius eſt, non teneri ex vi dicti præcepti comparere coram proprio Sacerdote, qui tantum habet veniale, bene tamen ratione ſcandali. ibid. 34

Probabilius eſt, non teneri confiteri, qui mortalibus caret, etiamſi velit aliquod lucrari Iubileum. ibid. 35

Probabilius eſt, eum qui ſemel in anno confeſſus eſt venialia, ſi poſtea ante finem anni lapſus eſt in mortale, teneri intra eundem annum illud confiteri. 121.37

Sicut & ille qui confeſſis venialibus ſolis, ob obliuionem mortalis, poſtea dum recordatur, tenetur. ibid.

Probabilius eſt, non teneri confiteri, ex vi præcepti annuæ Confeſſionis, illum qui ſemel confeſſus eſt in anno, quamuis poſtea in mortale lapſus fuerit. ibid. 38

Probabilius eſt, quod nullo modo obliget per ſe dictum præceptum pro determinata anni parte. ibid.

Et quod annus dicti præcepti computari debeat ab vno Paſchate vſque ad aliud: vel à quadrageſima in quadrageſimam. ibid. 40

Probabilius eſt, teneri ad Confeſſionem, cum pri-

mùm

mum commodè poſſit, eum qui ex aliqua cauſa non eſt confeſſus per annum. 123.51

Probabilius eſt, non peccare toties quoties, habita opportunitate, Confeſſionem omittit, per integrum annum illam omittentem, quamuis augeat peccatum. ibid.42

Probabilius eſt, non teneri confiteri quamprimum, eum qui non eſt confeſſus in articulo mortis. ibid.43

Probabile eſt, qui ob aliquam cauſam Confeſſionem præſentis anni diſtulit in principium ſequentis, poſſe vnica Confeſſione præcepto vtriuſque anni ſatisfacere, ſi aliquod mortale anni ſequentis confiteatur. ibid.44

Probabilius eſt, qui in Confeſſione annua incolpabiliter omiſit aliquod mortale, non teneri ſtatim confiteri, ſed poſſe illud differre vſque ad alium annum, ſecus tamen ſi obliuio fuit mortaliter culpabilis. 124.45

Probabile eſt, qui præuidet, ſe non habiturum copiam Confeſſoris in toto anno ſequenti, non teneri, ex vi præcepti, Confeſſionem anticipare. ibid.46

Longè probabilius eſt, qui putat toto reliquo anno, aut tempore Paſchali, defecturum ſibi Confeſſorem, teneri ea vi præcepti Confeſſionem anticipare. ibid.47

Vide *Monachus.*

Probabilius longè eſt, per Confeſſionem non integram non ſatisfieri præcepto annuæ Confeſſionis, nec euadi pœnas. 125.52

Sicut nec per Confeſſionem ob defectum doloris nullam. 126.53

Certum eſt, ſatisfieri præcepto per Confeſſionem informem. ibid.54

Longè probabilius eſt, non ſatisfieri præcepto per Confeſſionem integram peccatorum, ſi pœnitenti non conferatur abſolutio, ob aliquam cauſam. ibid.55

Certiſſimum eſt, nec ſatisfieri tali præcepto per confeſſionem integram, etiamſi abſoluatur pœnitens, ſi confiteatur ſine animo relinquendi omnia mortalia. ibid.

Certiſſimum eſt, poſſe Eccleſiam imponere, & de facto impoſuiſſe pœnas tranſgreſſoribus præcepti annuæ Confeſſionis, quamuis illas non incurrant ante ſententiam iudicis. ibid.56

Probabilius eſt, impuberes non incurrere pœnas. 127.57

Vide *verb. Impuberes, & Meretrix.*

Præfatæ pœnæ incurruntur per omiſſionem Confeſſionis, vel communionis. ibid.59

Excuſatur ab impletione talis præcepti, qui non habet copiam Confeſſoris. ibid.60

Probabilius eſt, non excuſari ab impletione dicti præcepti, qui poteſt per ſcripturam confiteri, ſi Sacerdos præſens ſit. ibid.61

Excuſatur ab hoc Eccleſiaſtico præcepto Confeſſionis, qui non poteſt confiteri niſi per interpretem. 128.62

Et probabilius eſt, excuſari etiam in articulo mortis à præcepto Diuino, licèt teneatur ex vi præcepti naturalis, ad Confeſſionem, vel contritionem. ibid.63

Probabilius eſt, non teneri, etiam in articulo mortis, confiteri per interpretem omnia mortalia, eum qui dubitat de ſua contritione, ſed ſufficere ei confiteri peccata minoris infamiæ. ibid.64

Imò & ſola venialia, dummodo mortalia in genere fateatur. ibid.65

Confeſſionis Conditiones, & Qualitates.

Sexdecim ſunt conditiones bonæ confeſſionis. 128.1

Confeſſio debet eſſe ſimplex ſtylo. 129.2

Aliquando, non ſemper, eſt veniale nimiis cum præambulis, aut eloquentia confiteri. ibid.3

Confeſſio debet eſſe humilis geſtu pœnitentis. ibid.4

Probabilius eſt, eſſe peccatum veniale, abſque neceſſitate, non flexis genibus, aut non aperto capite confiteri. ibid.5

Militares Religioſi licitè enſe accincti confitentur. ibid.6

Confeſſio debet eſſe pura intentione. ibid.8

Probabilius eſt, Confeſſionem factam ob finem venialiter malum principaliter, non eſſe inualidam. ibid.9

Probabilius eſt, implere præceptum confeſſionis eum qui aliàs non confeſſurus, timore infamiæ, vel inferni confitetur. 130.10

Probabilius eſt, nullum eſſe peccatum, per ſe loquendo, confiteri vni Sacerdoti mortalia, & alteri venialia, licèt ſæpius fiat. ibid.11

Confeſſio debet eſſe fidelis, id eſt à mendacio aliena. ibid.12

Probabilius eſt, eſſe tantum veniale mentiri circa aliquod veniale in Confeſſione. ibid.13

Et etiam mendacium, quo ſibi pœnitens aliquod veniale imponit in illa. 131.14

Certiſſimum eſt, eſſe mortale peccatum dare pro totali materia Confeſſionis aliquod veniale, quod non eſt commiſſum. ibid.15

Sicut etiam eſt mortale aliquod negare mortale nunquam confeſſum (ſecus ſi iam ſit ritè confeſſum.) ibid.16

Et ſibi in Confeſſione imponere aliquod mortale. ibid.17

Confeſſio debet eſſe frequens. 132.18

Certiſſimum eſt, licitè poſſe iterum confiteri peccata ſemel confeſſa, & remiſſa, etiam ſola. ibid.19

Probabilius eſt, eſſe valdè conueniens illa pluries confiteri. ibid.20

Confeſſio debet eſſe nuda, diſcreta, libens, & verecunda. ibid.21

Confeſſionis integritas.

Confeſſio debet eſſe integra quoad mortalia. 133.1

Debet eſſe de omnibus mortaliter, & formaliter. ibid.2

Non poſſunt confiteri peccata ante Baptiſmum commiſſa. ibid.3

Certiſſimum eſt, non eſſe neceſſariò confitenda omnia venialia. ibid.4

De fide eſt, eſſe confitenda omnia mortalia diſtinctè, quoad ſpecies, & numerum. ibid.5

Certiſſimum eſt, nullo modo ſufficere pœnitenti dicere ſe ſæpius peccaſſe. ibid.6

Non debet quodlibet peccatum ſeorſim confiteri. ibid.7

Sufficit dicere numerum veriſimilem, ei cui non conſtat numerus determinatus. ibid.8

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem duo periuria confiteri, ſi faſſus eſt ſe decies plus, minuſue periuraſſe, & recordetur fuiſſe duodecies. Secus ſi non dixit, plus, minuſve, &c. 134.9

Improbabile videtur, quod aſſerit Viualdus. ibid.

Probabilius eſt, verba *plus, minuſve,* ad paruam ſummam referri. ibid.10

Probabilius eſt, ſufficere pœnitenti poſt diligens examen explicare ſuum ſtatum, tempus, & frequentiam delictorum. ibid.11

Probabilius eſt, teneri qui concubinam diu domi habuit, explicare numerum fornicationum, non verò numerum actuum internorum. 134.12

Probabilius eſt, ſatisfacere pœnitentem, qui per annum non recitauit, nec reſtituit, dicendo: Anno integro omiſi Diuinum Officium. ibid.13

Probabilius eſt, illum qui propter inueteratam peccandi conſuetudinem, ſolum faſſus eſt tempus, quo in peccato perſeuerauit, non teneri confiteri poſtea numerum, ſi de illo recordetur. 136.14

Probabilius eſt, illum qui decies, plus minúſve peccaſſe faſſus eſt, non teneri poſteà confiteri vndecimum, imò nec duodecimum, vel etiam decimum tertium peccatum, certò in memoriam iam veniens. ibid.15

Probabilius eſt, ſufficere pœnitenti ſic confiteri: Accuſo me de omnibus peccatis, quæ tu ſcis me commiſiſſe. ibid.16

Poteſt pœnitens in generali Confeſſione aliqua quæ nouerit mortalia alias ritè confeſſa omittere. ibid.17

Etiam (ſaltem abſque mortali) caſu, quo pœnitens Confeſſori dicat, ſe velle omnia vitæ peccata confiteri. ibid.18

Qui iurauit, vel vouit Confeſſionem generalem totius vitæ, vel anni facere, non poteſt aliquod, etiam ex iam Confeſſis, mortale tacere. ibid.19

Qui ſcit ſe peccaſſe mortaliter, dubitat tamen, an illud ſit Confeſſus peccatom, tenetur illud confiteri; quod ſi ignoret ſpeciem peccati, tenetur dicere, ſe mortaliter deliquiſſe. 127.20

Probabilius eſt, in dicto caſu non teneri pœnitentem tale dubium explicare. ibid 21

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem explicare in Confeſſione, quot peccata fuerint iam ſemel confeſſa. ibid.22

Nec illud, qui generaliter confitetur peccata, poſt vltimam Confeſſionem commiſſa, vt noua confiteri. ibid.23

Certum eſt, non licere pœnitenti expreſsè confiteri peccata noua, vt antiqua. ibid. 24

Certiſſimum eſt, illum qui de peccato à ſe commiſſo dubitat, an ſit mortale, vel veniale, teneri illud ſub tali dubio confiteri. 138.25

Idem dicendum de dubitante an conſenſerit in mortale, vel non. ibid.26

Probabile eſt, illum qui faſſus eſt peccatum dubium, vt dubium, & poſtea de illo certò recordatur, non teneri iterum illud vt certum confiteri. ibid.25

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem confiteri peccatum, de cuius grauitate, vel de conſenſu in illud, probabilem habet opinionem. 139.28

Idem dicendum eſt caſu, quo pro contraria parte probabilior ſit opinio. ibid.29

Aliquando licet dimidiare Confeſſionem. ibid.30

Certiſſimum eſt, poſſe moribundum ob temporis ad Confeſſionem integram requiſiti defectum, dicto vno, vel altero peccato, à Confeſſore abſolui. ibid.31

Probabilius eſt, infirmum qui in dicendis peccatis nimis fatigatur, poſſe Confeſſionem dimidiare. ibid.32

Probabilius eſt, in duobus prædictis caſibus immediatis idem eſſe dicendum, licèt vnum tantum veniale peccatum fateatur infirmus. ibid.33

Longè probabilius eſt, poſſe dimidiari Confeſſionem ab eo, qui tempore peſtis, naufragij, ſubiti prælij, aut incendij oppreſſus, non poteſt commodè omnia peccata fateri. ibid.34

Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium probabiliter timentem non poſſe abſque infectionis periculo integram ægroti Confeſſionem audire, audito vno, vel paucis peccatis, illum abſoluere. 140.35

Probabilius eſt, Confeſſarium morbo correptum, & ſe moriturum timentem, poſſe pœnitentem à peccatis auditis abſoluere, ſi alius non adſit Confeſſor, aut ſi timeatur quod pœnitens hoc Sacramento diu carebit. Secus verò, ſi Confeſſor alius adſit, aut pœnitens commodè poſſit ad alium, cui integrè confiteatur, recurrere. ibid.36

Certum eſt poſſe Sacerdotem ægrotum in parte ſibi iam Confeſſum, & Confeſſionem in alium diem dilatantem, illum tunc, etiam ſenſibus deſtitutum, abſoluere. ibid.37

Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium abſoluere pœnitentem, qui ſe multa commiſiſſe peccata in genere dumtaxat faſſus eſt, licèt nullo expreſſo, poſtea ſit ſenſibus deſtitutus. ibid.38

Probabilius eſt, poſſe abſolui ægrotum, qui in mortis articulo ſolùm veniale in communi faſſus eſt. ibid.39

Probabilius eſt, poſſe ſub conditione abſolui Sacerdotem, qui poſt Confeſſionem in Miſſa ab ipſo celebrata dictam, ſtatim eſt ſenſibus deſtitutus. ibid.40

Probabilius eſt, poſſe abſolui illum, qui nutibus tantùm, aut ſignis, aut verbis, nullo expreſſo peccato, abſolutionem quærit à Confeſſario. 141.41

Probabilius eſt, poſſe abſolui infirmum ſenſibus deſtitutum, ſi videatur pectus ſuum tundere, oculos in Cœlum leuare, vel dicere: Miſerere mei, &c. ibid.42

Probabilius eſt, poſſe Confeſſorem abſoluere moribundum, qui in eius abſentia Confeſſionem petiit, aut pœnitentiæ ſigna exhibuit. ibid.43

Idem dicendum eſt, licèt qui teſtificantur de petitione moribundi, aut de ſuis pœnitentiæ ſignis, hoc teſtimonium ab aliis talia ſigna videntibus acceperint. ibid.44

Probabilius eſt, poſſe in prædictis caſibus moribundum abſolui, licèt teſtes de petitione Confeſſionis teſtificantes, in abſentia ipſius infirmi teſtificentur. 142.45

Probabile eſt (licèt probabilius contrarium) poſſe Confeſſarium abſoluere ſub conditione moribundum deſtitutum ſenſibus, qui nec Confeſſionem petiit, nec ſignum pœnitentiæ dedit. ibid.46

Imò longè probabilius eſt, non ſolum poſſe, ſed & debere in dictis caſibus Confeſſarium abſoluere moribundum ſub conditione. 143.47

Poteſt Confeſſarius abſoluere aliquem ſine conditione expreſſa, caſu quo detur opinio probabilis, quod abſolutè poſſit; non verò ſi talis opinio deſit. ibid.48

Licitè poteſt quis aliquod mortale, vel circunſtantiam in Confeſſione tacere, caſu quo graue damnum ſibi, vel alteri timeat. ibid.49

Probabilius eſt, eum qui vnum tantum mortale habet, & de eo timet dictum periculum, non teneri ad confitenda venialia, inſtante præcepto Confeſſionis. ibid.50

Ille qui propter aliquod graue damnum tacet aliquod mortale, & confitetur alia, non debet neceſſariò habere contritionem de illo, quod tacet, ſed attritionem. 144.1

Probabilius eſt, eum qui vnum dumtaxat mortale habet, de quo timet periculum, ſeu graue damnum, non ſolùm poſſe, verum etiam teneri illud confiteri in genere, aut in ſpecie non completa, ſi abſque damno, aut periculo id poſſit. ibid.52

Certiſſimum eſt, eum qui habet aliquod mortale, de quo prudenter timet aliquod graue incommodum, teneri confiteri alia, ſi habet mortalia, caſo quo occurrat neceſſitas ſumendi Euchariſtiam. ibid.53

Ignorans inuincibiliter aliquod peccatum, ab integritate Confeſſionis excuſatur. ibid.54

Idem dicendum eſt de illo, qui inculpabiliter obliuiſcitur peccati. ibid.55

Probabilius eſt, pœnitentem ignoti idiomatis, non habentem copiam Confeſſoris, qui illum plenè

intelligat

intelligat, poſſe non ſolum inſtante præcepto diuino, ſed etiam Eccleſiaſtico confeſſionis, dimidiare Confeſſionem, & ſolùm fateri aliqua peccata. ibid. 56

Probabilius eſt, poſſe pœnitentem dimidiare Confeſſionem caſu, quo inſtet receptio Euchariſtiæ, & occurrat ſimul neceſſitas Confeſſionis adeo longæ, vt tunc perfici nequeat. 145.57

Probabilius eſt, dimidiationem Confeſſionis non ſolùm licere eo tempore, quo vrget præceptum illius, verum etiam in aliis caſibus. ibid. 58

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem cum primum poteſt, ea peccata, quæ in caſibus enumeratis tacuit, confiteri, ſed ſufficere, ſi illa fateatur occurrente tempore præcepti. ibid. 59

Probabilius eſt, poſſe pœnitentem integrè explicare ſuum peccatum, non obſtante notitia complicis apud confeſſarium. ibid. 60

Probabilius eſt, pœnitentem non ſolùm poſſe, ſed & teneri confiteri peccatum, quod ſine manifeſtatione complicis explicari nequit. 146.61

Ferè certum eſt in prædicto caſu, debere pœnitentem ex præcepto, quærere alium confeſſarium ignotum, cui integrè, & ſine læſione famæ proximi confiteatur. ibid. 62

Non poteſt licitè pœnitens explicare complicem, quando id requiritur ad explicandum aliquod veniale, quod dat pro materia Confeſſionis, aut mortale iam ritè, & plenè confeſſum, niſi ex Confeſſione huiuſmodi peccati aliquod magnum bonum pœnitenti eueniret. ibid. 63

De mortali autem dubio, ſicut de mortali certo, affirmandum eſt. ibid.

Probabilius eſt, peccare mortaliter pœnitentem manifeſtantem in Confeſſione complicem ſui delicti, ſine rationabili cauſa. 147.64

Probabilius eſt, poſſe dari caſum aliquem, in quo Confeſſor poſſit obligare pœnitentem ad declarandum ſibi nomen complicis. ibid. 65

Confeſſionis Repetitio.

Certiſſimum eſt, repetendam eſſe Confeſſionem ſine dolore factam. 147.66

Probabilius eſt, repetendam eſſe Confeſſionem factam cum attritione exiſtimata vera, ſed in re falſa. ibid. 67

Certiſſimum eſt, teneri iterare Confeſſionem, omittentem aliquod mortale voluntariè. 148.68

Non verò qui omittit aliquod mortale, putans non eſſe tale. ibid. 69

Probabilius eſt, eſſe iterandam illam Confeſſionem, in qua aliquod lethale omiſſum fuit in ea, quod timore erroneo, aut ignorantia craſſa putabatur non eſſe tale. ibid. 70

Certiſſimum eſt, non teneri ad reiterandas Confeſſiones Ruſticum, qui groſſo modo, ſine certo numero peccatorum, cum docto Parocho confeſſus eſt. ibid. 71

Et valdè probabile, non teneri talem Ruſticum in aliis Confeſſionibus denuò declarare numerum peccatorum, quem non explicuit. ibid. 72

Qui ob temporis anguſtias non integrè confeſſus eſt, tenetur aliquando, non ſemper, iterum confiteri. 149.73

Probabilius eſt, nullo modo teneri repetere Confeſſionem, aut errorem maioris numeri confiteri eum, qui in ipſo errore mortaliter non peccauit. ibid. 74

Probabilius eſt, eſſe inualidam, & iterandam Confeſſionem, in qua quis ex defectu examinis oblitus fuit aliqua mortalia. 150.75

Probabilius eſt, Confeſſionem ex malo fine mortaliter factam, eſſe inualidam, & iterandam, non verò ſi malo venialiter. ibid. 76

Probabilius eſt, eſſe validam, & non iterandam Confeſſionem ab excommunicato factam, licèt priùs ab excommunicatione non fuerit abſolutus, ſi bona fide proceſſit. ibid. 77

Confeſſio facta cum confeſſario excommunicato vitando, eſt repetenda; ſecus cum excommunicato tolerato. ibid. 78

Et facta cum non tolerato, ſi fiat in eo loco, in quo non creditur confeſſarius excommunicatus, non eſt inualida, nec repetenda, etiamſi pœnitens ſciat occultam excommunicationem Confeſſoris. ibid. 79

Probabilius eſt, eſſe validam, & non reiterandam Confeſſionem factam cum Sacerdote cui Epiſcopus fictè dedit facultatem abſoluendi. ibid. 80

Sicut non eſt iteranda confeſſio facta cum confeſſario, qui cum falſa licentia Ordinarij confeſſiones audit. 151.81

Nec confeſſio facta cum confeſſario, cui reuocata fuit facultas audiendi confeſſiones; ſed communiter ignoratur. ibid. 82

Secus tamen eſt dicendum caſu, quo pœnitens ſciret Confeſſarium habere ſufficientem notitiam reuocationis ſuæ facultatis. ibid.

Probabilius eſt, non eſſe iterandam Confeſſionem factam cum confeſſario habente ſolùm probabilem iuriſdictionem. ibid. 83

Nec Confeſſionem factam bona fide cum confeſſore valde ignaro. ibid. 85

Probabilius eſt, eſſe repetenda peccata quæ pœnitens exiſtimat Confeſſorem, aliquantulum dormitantem, non audiuiſſe. 152.85

Quid verò faciendum caſu, quo pœnitens poſt abſolutionem aduertit Confeſſorem aliquod peccatum propter ſomnum, aut diſtractionem non intellexiſſe, neſcit tamen quod illud fuerit peccatum. ibid. 86

Non tenetur pœnitens confiteri peccatum, de quo tam ipſe pœnitens, quàm confeſſor abſoluens dubitarunt, eſſe mortale, licèt poſtea vtrumque certò conſtet. ibid. 87

Certiſſimum eſt, non teneri pœnitentem iterare confeſſionem, cuius pœnitentiam non adimpleuit. 153.88

Non debent repeti confeſſiones bona fide factæ, poſt inualidam confeſſionem. ibid. 89

In Confeſſione inualida, omnia peccata repeti debent, ſi confiteatur pœnitens cum alio, qui inualidam non audiuit. ibid. 90

Oppoſitum eſt probabilius dicendum, ſi ſecunda confeſſio fiat cum eodem, cum quo facta fuit confeſſio inualida. ibid. 91

Etiamſi pluries cum eo confeſſus fuerit. ibid.

Immò & ipſe confeſſor oblitus ſit talium peccatorum. ibid. 92

Confeſſio debet eſſe ſecreta, niſi aliud petat neceſſitas. 154.1. & 4

Certiſſimum eſt, non eſſe de eſſentia confeſſionis, quod ſit ſecreta. ibid. 2

Probabilius eſt, nullum eſſe diuinum præceptum, obligans ad confeſſionem ſecretò faciendam, ibid. 3

Imò neque præceptum humanum, ſed ſolam Eccleſiæ conſuetudinem, quæ non eſt introducta, vt obliget ſub mortali: vnde probabilius eſt, non eſſe mortale, abſque rationabili cauſa, publicè confiteri. ibid. 5

Peccat mortaliter Sacerdos, qui multos pueros doli capaces in vnum congregatos, ſimul in confeſſione audit; nec debet etiam doli incapaces publicè interrogare de iis, quæ ad ipſorum ignominiam

ab

ab aliis poſſunt retineri. ibid.6

Potaſt confeſſio fieri per interpretem. 155.7

Non eſt præceptum Eccleſiaſticum de tali confeſſione. ibid.8

Nec diuinum. ibid.9

Etiam in articulo mortis. ibid.10

Certum eſt ad valorem confeſſionis non requiri, quod proptia voce pœnitens confiteatur. 130.11

De neceſſitate Sacramenti, quaſi materia non eſt oris confeſſio,ſed peccati manifeſtatio. ibid.

Probabilius eſt, teneri per ſcriptum confiteri, tam ad implendum præceptum Diuinum, quàm Eccleſiaſticum, qui aliter confiteri non poteſt. 157.17

Vide *verb. Contritio, duodecima qualitas confeſſionis, Dolor, Attritio.*

Confeſſio debet eſſe accelarata, fortis, accuſans, & obtemperans. Et quare. 172.67

Confeſſionis Miniſter.

De fide eſt ſolum Sacerdotem poſſe eſſe miniſtrum huius Sacramenti. p.250.1

Et omnes. ibid.2.

Certiſſimum eſt, non eſſe neceſſarium deficiente Sacerdote,in articulo mortis laico confiteri. ibid.3

Eſſe tamen licitum,& fructuoſum, ſi cum maturo fiat conſilio, probabilius eſt. ibid.4

Certiſſimum verò talem confeſſionem prodeſſe ad remiſſionem venialium,& vt laicus peccata audita referre poſſit Sacerdoti ſuperuenienti, nomine infirmi, qui loquelam amiſit, & ad alia. 251.5

Probabilius eſt, non fore irregularem laicum aliquem, à peccatis abſoluere intentantem. ibid.6

Probabilius eſt, non poſſe laicum in dicto mortis articulo, deficiente Sacerdote, validè ab excommunicatione abſoluere. ibid.7

Quamuis valere in eo caſu abſolutionem à laico datam,probabiliſſimum ſit, cumque teneri illam impertiri. ibid.

Ferè certiſſimum eſt, nec licitè, nec validè poſſe abſoluere à mortalibus,niſi qui ordinariam, vel delegatam habet iuriſdictionem. ibid.8

Certiſſimum eſt, quod omnes Sacerdotes poſſint abſoluere a peccatis venialibus. ibid.9

Et quod indigeant iuriſdictione ad abſoluendum de illis. 252.10

Dictamque iuriſdictionem conferri ab Eccleſia probabilius. ibid.11

Certiſſimum eſt ferè, poſſe omnes Sacerdotes abſoluere à peccatis ſemel ritè Confeſſis. ibid.12

Non verò à peccatis mortalibus in Confeſſione oblitis. ibid.13

Probabilius eſt, poſſe omnem Sacerdotem validè abſoluere pœnitentem, qui bona fide confitetur peccata venialia, & mortalia ſimul. 253.14

Probabilius eſt, poſſe Sacerdotes regulares validè, & licitè abſoluere ab omnibus venialibus, necnon à mortalibus ritè confeſſis, ſine licentia ſuorum Prælatorum. ibid.15

Certiſſimum eſt,omnes Sacerdotes ſimplices, excommunicatos, ſuſpenſos, irregulares, degradatos, & hæreticos poſſe abſoluere quemlibet à quolibet peccato, & cenſura in articulo mortis. ibid.16

Etiam in periculo probabili mortis. ibid.17

Probabilius eſt, nec licitè, nec validè poſſe ſimplicem Sacerdotem, præſente proprio pœnitentis, illum etiam in articulo mortis ab omnibus peccatis, & Cenſuris abſoluere. 254.18

Longè probabilius eſt, poſſe ſimplicem Sacerdotem continuare, & perficere confeſſionem, quam deficiente proprio, incepit; etiamſi proprius antequam adimpleat, adueniat. ibid.19

Probabilius eſt, non poſſe pœnitentem in articulo mortis cuicumque confiteri,ſi adſit cōfeſſarius,qui ex priuilegio poteſt à reſeruatis abſoluere. 255.20

Probabilius eſt, poſſe quando deeſt Sacerdos proprius,licitè, & validè eligi quemlibet indifferenter in neceſſitate. ibid.21

Probabilius eſt, facultatem abſoluendi in articulo mortis, ſolum eſſe ex iure Eccleſiaſtico. ibid.22

Iuriſdictio Miniſtri pœnitentiæ eſt duplex, ordinaria, & delegata.ib.23.Ordinarius Miniſter quis.ib.24

Nullus eſt Ordinarius Miniſter reſpectu Pontificis. ibid.25.

Probabilius eſt, Ordinarium Epiſcoporum, in foro pœnitentiæ,non eſſe Archiepiſcopum. ibid.26

Certum eſt, poſſe Epiſcopos eligere ſibi confeſſarium quemlibet Sacerdotem ex ſuis. 256.27

Non verò id poſſe extra ſuam Diœceſim de ſibi non ſubditis, probabilius. ibid.28

Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum, ſeu eius Vicarium,approbare Sacerdotem ſibi non ſubditum,ad audiendas confeſſiones ſuorum ſubditorum. ib.30

Prælati Superiores exempti, & alij, qui immediatè ſunt Papæ ſubiecti, poſſunt eligere ſibi confeſſarium quemlibet Sacerdotem ſimplicem. ibid.31

Longe probabilius eſt, etiam Prælatos locales poſſe eligere ſibi confeſſarium, quemlibet Sacerdotem ſimplicem. ibid. 32. Niſi id in religione ſit specialiter prohibitum. ibid.

Probabilius eſt,poſſe Cardinales,ex conſuetudine,vel alicuius Pontificis viuæ vocis oraculo, eligere ſibi in confeſſarios Sacerdotes ſimplices. 257.33

Longè probabilius eſt,nullo ex iure poſſe Parochum eligere ſibi in confeſſarium quemlibet Sacerdotem ſimplicem. ibid.34

Probabilius eſt, Vicarium conuentualem habere iuriſdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ in Religioſos. ibid.35

Probabilius eſt, Imperatores,Reges,eorumque vxores poſſe confiteri cuilibet ſimplici Sacerdoti.ib.36

Probabilius eſt, poſſe vagabundos cuilibet Sacerdoti approbato confiteri. 258.37

Probabilius eſt,poſſe Peregrinos, & iter agentes confiteri cuilibet Sacerdoti approbato. ibid.38

Probabile eſt, validam efficere Confeſſionem eum, qui ex induſtria diſcederet à ſuo domicilio, vt alteri Sacerdoti, & non proprio confiteatur. ibid.39

Probabilius eſt, plura habentem domicilia in diuerſis Parochiis, poſſe cui maluerit Parocho confiteri. ibid.40

Parochus, vel Epiſcopus poteſt abſoluere ſuum ſubditum,extra ſuam Parochiam, vel Diœceſim.ib.41

Probabilius eſt,non exſpirare iuriſdictionem delegatam ad audiendas confeſſiones, morte concedentis. ibid. 42. Sicut nec licentiam ad confeſſorem eligendum. 259.43

Vt Sacerdos licitè, & validè poſſit audire confeſſiones,debet eſſe approbatus ab Epiſcopo,aut habere beneficium Parochiale. ibid.44

Certum eſt poſſe Religioſum de licentia ſui Prælati confiteri cuilibet Sacerdoti ſimplici, etiam ſæculari.ibid.45. Imò & Moniales de licentia ſui Superioris Ordinarij. ibid.46

Probabile eſt, Equites S. Ioannis D. Iacobi, Alcantaræ, Calatraoæ, &c. poſſe etiam ſimplici Sacerdoti confiteri. ibid.47

Certiſſimum eſt, non cenſeri approbatos ad audiendas confeſſiones graduatos in Theologia, aut iure Canonico.260.48 Et probabilius, poſſe Epiſcopos prædictos Laureatos,& Doctores examinare. ibid. 49.Et certum, non eſſe tales Doctores eligibiles in confeſſarios adhuc per bullam. ibid.50

Certiſſimum eſt, approbationem ad Confeſſiones audiendas, non poſſe dari ab Epiſcopo electo, & non confirmato. ibid.51

Certum

Certum eſt, quod non poſſit talis approbatio dari ab Epiſcopo conſecrato, ſi tantùm titularis ſit. ibid. 52. Immò nec dari, nec peti ab Epiſcopo excommunicato, non tolerato, aut ſuſpenſo ab officio, & iuriſdictione, probabilius. 261.53

Certiſſimum eſt, non poſſe Religionum Generales, & Prouinciales ſuos approbare ſubditos ad audiendas ſæcularium confeſſiones. ibid. 54. Certum etiam, nec tales Religioſos approbatos à ſuis Generalibus aut Prouincialibus, ad audiendas ſæcularium Confeſſiones, eligi poſſe à ſæcularibus virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilei. ibid.55

Longè probabilius eſt, non poſſe Parochos approbare ſimplicem Sacerdotem ad Confeſſiones ſuorum ſubditorum audiendas. ibid.56. Nec adhuc tempore iubilei, etiamſi non ſit facilis recurſus ad Epiſcopum. 262.57

Probabilius tamen eſt, poſſe exponere quemcunque alium Parochum ad illas audiendas. ibid. 58. Et etiam Sacerdotes à quocumque Epiſcopo, etiam extra propriam Diœceſim, approbatos. ibid.59

Probabilius eſt, poſſe Parochum, vbiuis audire confeſſiones, virtute Bullæ, Iubilei, aut alterius priuilegij. ib.60. Etiã ſine tali Bullæ priuilegio, &c. ib.61

Certiſſimum eſt, non poſſe Prælatos Regulares, abſque Epiſcopi approbatione, audire confeſſiones ſæcularium. 263.62. Probabile tamen eſt, poſſe ipſos, & quoſlibet Religioſos, audire confeſſiones ſæcularium in Monaſteriis deſeruientium, abſque licentia, & approbatione Epiſcoporum. ibid.

Certiſſimum ferè eſt, adhuc non poſſe tales Prælatos eligi in Confeſſarios à ſæcularibus, virtute Bullæ, &c. ſi ab Epiſcopo approbati non ſint. ibid.63

Certiſſimum ferè eſt, non poſſe Prælatum Regularem eligere vicarium Regularem, qui abſque approbatione Epiſcopi Confeſſiones ſæcularium audiat, etiam quando Monaſteria habent Parochias annexas, niſi de contrario ſit priuilegium. ibid.64

Qui beneficium parochiale habuit, & iam non habet, poteſt virtute Bullæ eligi in confeſſarium abſque approbatione noua Epiſcopi. 164.65

Multò probabilius eſt, imò & iam certum, non poſſe approbatum ab vno Ordinario, vbique terrarum Confeſſiones audire. ibid.66

Probabilius eſt, poſſe eligere quemcunque Parochum, qui per Bullam poteſt ſibi Confeſſarium eligere. ibid.67

Probabile eſt, approbatum ab Ordinario ad Confeſſiones virorum, poſſe etiam à mulieribus eligi, virtute Bullæ. 265.68. Et poſſe eligi in toto Epiſcopatu virtute Bullæ approbatum pro ſolo vno oppido, ex defectu ſcientiæ. ibid. 69. Et etiam poſſe eligi virtute Bullæ, in quocumque Epiſcopatu, approbatum in vno. 266. 70. Et approbatum pro determinato tempore, tranſacto illo. ibid.71

Probabilius eſt, eſſe eligibilem virtute Bullæ Sacerdotem approbatum, quando ex malitia Ordinarij fuit prohibitus audire confeſſiones. ibid.72

Poteſt eligi etiam Bullæ virtute Sacerdos, qui iudicatur idoneus ab Epiſcopo, & approbatur vt talis, nullam tamen concedit iuriſdictionem. 267.73

Probabilius eſt, poſſe validè audire confeſſiones Sacerdotem approbatum ab Epiſcopo, qui illum interius non eſſe idoneum iudicauit. ibid.74

Probabilius eſt, poſſe Religioſum, qui obtinet licentiam ab Epiſcopo audiendi confeſſiones, eas ſine licẽtia ſui Prælati validè audire. ib.75. Imò abſque peccato mortali, niſi caſu quo cõſtitutiones ſuæ Religionis id prohibentes ad mortale obligẽt. 268.76

Probabilius eſt, poſſe eligi vi Bullæ, Religioſum ab Ordinario approbatum, ſed ſuſpenſum à Prælato Religionis. ibid.77. Imò & probabile eſt, poſſe abſque Bulla talem Religioſum à ſæcularibus in confeſſarium eligi. ibid.78

Probabilius eſt, non peccare mortaliter Sacerdotem, qui ſequitur opinionem probabilem, minuſque tutam in caſibus, in quibus opinione circa confeſſoris iuriſdictionem verſantur. ibid.79. Vt approbatio ſit valida non eſt neceſſarium, quod detur gratis, & in ſcriptis. ibid.80

Tenetur Epiſcopus approbare Sacerdotes, tam ſæculares, quàm regulares, ad audiendas confeſſiones, ſi dignos inuenerit, & ad examẽ admiſerit. 269.81

Longè probabilius eſt, imò & ferè certum, non manere approbatos Sacerdotes ſæculares, manifeſtè idoneos ad cõfeſſiones audiendas, ſi etiam iniuſtè odio & maleuolentia eis negetur licentia. ibid.82

Probabile eſt, Religioſos, abſque iuſta cauſa, ad examen non admiſſos, vel poſt illud iniuſtè non approbatos, eo ipſo manere approbatos. ibid.83

Probabilius eſt, manere etiam abſolutè, & ſimpliciter approbatos, abſque vlla limitatione, ſi iniuſtè Epiſcopi licentias limitent. ibid.84. Interueniente autem iuſta cauſa, poſſe Epiſcopos cum limitatione regulares approbare, probabilius eſt. 270.85

Probabilius eſt, approbationem Sacerdotibus ſæcularibus abſolutè impenſam, non poſſe abſque iuſta cauſa ab Epiſcopo reuocari. Benè tamen data, & probata. ibid.86

Probabilius eſt, approbationem ad beneplacitum talibus Sacerdotibus impenſam, poſſe licitè ex cauſa iuſta reuocari, validè verò abſque cauſa. ibid.87

Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum licitè reuocare ſine cauſa approbationem regularibus abſolutè conceſſam. 261.88. Nec validè. ibid.89. Nec etiam eis datam ad beneplacitum ſuum. ibid.90

Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum ſuſpendere omnium regularium licentias, & de nouo illos examinare, cauſa non cognita, nec probata: licèt interueniente iuſta cauſa ad confeſſiones pertinente, poſſit alicuius regularis licẽtiam ſuſpendere. ib.91

Qui ab Epiſcopo adminiſtrandi omnia Sacramenta facultatem obtinuit, approbatus cenſetur ad audiendas confeſſiones. 272.92. Imò probabile eſt, idem eſſe dicendum reſpectu omnium Sacramentorum, data licentia ab Epiſcopo ad Sacramenta indefinitè miniſtranda, ibid.93

Longè probabilius eſt, cenſeri ab Epiſcopo approbatum ad audiendas confeſſiones illum, qui tacitam illius licentiam habet, aut quod idem eſt, qui illam habet per ratihabitionem de præſenti. ibid.94

Qui ſolùm cum tacita Epiſcopi licentia inciperet confeſſiones audire, mortaliter peccaret. ibid.95

Imò non maneret approbatus ad alias confeſſiones audiendas. 273.96

Certum eſt, non conferri iuriſdictionem per ratihabitionem de futuro. ibid.97. Nec ſufficere licentiam petitam, & non obtentam, per ſe, & ſecluſo omni priuilegio, ad audiendas validè confeſſiones. ib.98

Probabilius eſt, licentiam ad audiendas confeſſiones, metu graui, vi, vel dolo obtentam, non ſufficere ad validam abſolutionem: benè tamen ſi per vim, aut metum leuem ſit obtenta. ibid.99

Certum eſt, non cenſeri approbatum, ad audiendas ſæcularium confeſſiones, illum cui Epiſcopus confitetur. ibid.100

Longè probabilius eſt, titulum coloratũ, erroremque communem dare veram ad audiendas confeſſiones iuriſdictionem. ibid.101. Imò probabile eſt, idem efficere ſolum errorem communem, abſque titulo. ibid.102. Et etiam opinionem probabilem. ib.103

Sacerdos abſque ſufficienti ſcientia audiens cõfeſſiones extra caſum neceſſitatis, peccat mortaliter. ib. 304. In quibus autẽ caſibus poſſit, abſque ſufficienti

ſcientia, audire confeſſiones licitè. ibid. 105. Et quanta ſcientia in confeſſore requiratur. 265.106.

In quibus verò caſibus ſuppleri poſſit confeſſoris ſcientia. ibid. 107

Probabilius eſt longè, tantam ſcientiam requiri, formaliter loquendo in eo, qui à Prælato ſuo iubetur confeſſiones audire, ac in illo, qui ſpontaneè ad id ſe obtulit. ibid. 108

Non tenetur confeſſor, audito quolibet peccato, iudicare an ſit mortale, vel veniale. ibid. 109

Probabilius eſt, tutius eſſe confiteri confeſſori habenti ſcientiam, quàm conſcientiam, caſu quo alius vtrumque habens non inueniatur. ibid. 110

Quid facere debeat confeſſor caſu, quo dubitet, an imponenda ſit reſtitutio, vel prohibendus contractus. ibid. 111

De fide eſt, non requiri bonitatem in Confeſſore ad validam Sacramenti pœnitentiæ adminiſtrationem. ibid. 112

Certiſſimum tamen eſt, peccare mortaliter adminiſtrantem hoc Sacramentum in mortali. 276.113

Niſi grauis infirmi neceſſitas non relinquat illi tempus, vt ſaltem mortaliter ad iuſtitiam ſe præparet, tunc enim probabilius eſt, non peccare mortaliter. ibid. 115. Imò probabilios eſt, eſſe dabilem neceſſitatem miniſtrandi hoc Sacramentum, excuſantem Confeſſorem illud in mortali adminiſtrantem. ibid. 115

Probabilius eſt, non peccare mortaliter confeſſorem audientem omnia peccata in mortali, dum antequam abſolutionem proferat, propoſitum habeat pœnitendi. Si tamen antequam conteratur, ſatisfactionem imponat Sacramentalem, vel pœnitentiam, probabilius eſt, tunc peccare mortaliter. ibid. 117. Si tamen neſciat, nec dubitet, ſe eſſe in mortali, probabilius eſt, non peccare non eliciẽdo contritionẽ, licèt ei nõ cõnſtet, nõ eſſe abſque illo. 277.118

Probabilius eſt, non teneri confeſſorem præmittere interrogationes, antequam pœnitens confiteri incipiat, licet ſit vtile. ibid. 122. Melius tamen eſt, nón differre illas vſque in finem. ibid. 123

Ferè certum eſt, teneri Confeſſorem, monere pœnitentem oblitum ex negligentia, etiam de mortali, quod confeſſor ſcit illud commiſiſſe, aut ſi credat pœnitentem illud taciturum, niſi confeſſor interroget. ibid. 124

Probabilius eſt, adhuc venialiter non peccare Confeſſorem inaduertenter, aut per obliuionem omittentem aliquam neceſſariam interrogationem. 278. 125. Tenetur Confeſſor monere pœnitentem credentem ex conſcientia erronea, aliquod eſſe mortale. ibid. 126. Tenetur etiam monere pœnitentem, verſantem ex ignorantia in mortali, vt in vſu matrimonij exiſtimati inuincibiliter validi, ſi ſperet emendam, & nullum graue damnũ timeatur. ib. 127

Probabilius eſt, teneri Confeſſorem abſolutè, & directè dicere vxori, vt reddat debitum, quando illa inuincibiliter matrimonij nullitatem ignorans, non volt reddere. ibid. 128

Probabilius eſt, non teneri Confeſſorem ferre inuincibilem pœnitentis ignorantiam, in detrimentum proximi redundantem, ſi ex monitione nullum ſperet profectum. ibid. 119

Longè probabilius eſt, teneri Confeſſorem aperire veritatem coniugi dubiæ de valore matrimonij interroganti, licèt profutura ei non ſit, nec emenda ſperetur. 273. 130. Idem dicendum eſt, caſu quo coniux non ex dubio, ſed ex ſcrupulo interroget veritatem, quamuis profutura non ſit. ibid. 131

Certum eſt, teneri Confeſſorem, ſiue proprium, ſiue delegatum, ſequi probabilem pœnitentis opinionem. ibid. 132. Et probabilius, adhuc Confeſſorem non proprium teneri ſub mortali, ſe pœnitentis opinioni probabili conformare, niſi confeſſio de ſolis fuerit venialibus. ibid. 133

Certiſſimum eſt, teneri confeſſorem monere pœnitẽtem, de defectu abſolutionis, ſaltem quando ſine graui damno, ſiue proprio, ſiue alieno, aut ſine ſcãdalo fieri poteſt. ibid. 134. Quod ſi graue ſit damnum, ſiue proprium, ſiue alienum (dummodo non præponderet) probabilius eſt, teneri adhuc pœnitentem monere de nullitate Sacramenti, caſu quo culpabiliter, & ſcienter talem commiſerit defectũ, ibid. 135. Poſſe autem Confeſſorem monere ſæpius pœnitentem de tali defectu, abſque vllo ſcandalo, probabilius eſt. 280.136

Probabilius eſt, teneri Confeſſorem monere pœnitentem caſu, quo illum ad ſoluendum quod non debebat, vel ad non reſtituendum, quod debebat, poſitiuè obligauit. ibid. 137

An autem in dicto caſu teneatur pœnitẽtem monere, quando non poſitiuè, ſed omiſſiuè errauit. ibid. 138

An verò teneatur Confeſſor culpabiliter non interrogans de aliquo mortali, monere pœnitentem de defectu commiſſo contra integritatem confeſſionis. ibid. 139

An autem teneatur confeſſor monere pœnitentem iterum ad confeſſionem redeuntem, de defectu in præcedenti confeſſione commiſſo. 281.140

Vide *v. Confeſſarius.*

Confeſſionis Sigillum. Vide *Sigillum Confeſſionis.*

Confirmatio.

Eſt de fide, eſſe verum Sacramentum. 62.1. Et à Chriſto inſtitutum. ibid.

Confirmationis materia remota eſt Chriſma; proxima verò vnctio. 64.7. & 65.9

Inſtituta fuit in nocte cœnæ, ſaltem quoad materiam, & formam. 62.3

Præcepta tamen, & cõpleta Ioan. 20. ib. definitur. 66.4

Probabilius eſt, non eſſe de ea recipienda præceptum Diuinum. ibid. 5. Nec Eccleſiaſticum. ibid. 6. Et ita, ſecluſo contemptu, illam non recipere, non erit peccatum mortale. ibid. Verùm ex negligentia eam omittere erit veniale. ibid. 7

Confirmationis Miniſter.

De fide eſt, eſſe ſolum Epiſcopum. 64.1. Et hoc iure Diuino. ibid.

Probabilius eſt, ſimplicem Sacerdotem, ex commiſſione Papæ, poſſe eſſe Miniſtrum Confirmationis. Et certum, Diaconum etiam Cardinalem, adhuc ex commiſſione Papæ non poſſe Confirmare. 65.4

Certiſſimum eſt, poſſe Epiſcopum degradatum, vel excommunicatum, vel hæreticum, confirmare validè, licèt illicitè. ibid. 5

Probabilius eſt, ſolùm peccare venialiter Epiſcopum non confirmatum, alios Confirmantem. ibid. 6

Et mortaliter, ſi opportunis temporibus non confirmat. ibid. 7

Probabile eſt, non peccare mortaliter Epiſcopum ſubditos alterius Diœceſis in ſua confirmantem. ibid. Secus verò ſi in aliena confirmet. 66.9

Benè poteſt Epiſcopus confirmare aliquem afferentem dimiſſorias ſui Epiſcopi, vt ordinetur. ibid. 10

Quatuor diſpoſitiones in Miniſtro confirmationis requiruntur. ibid. 11

Probabilius eſt, Epiſcopum nec debere eſſe ieiunum ad Confirmandum. ibid. 12. Nec teneri ſua peccata confirmare in Eccleſia. ibid. 13

Confirmationis Materia.

De fide eſt, Chriſma ex oleo oliuarum, & balſamo cõfectum, eſſe materiam remotam confirmationis. 66.1. Quam certum puto, non ab Eccleſia, ſed immediatè a Chriſto Domino fuiſſe inſtitutam. ibid. 2

Probabilius eſt, quod Balſamum ſit de neceſſitate materi

materiæ Confirmationis. 67. 3. Et quod Chriſma ſit conſecratum. ibid. 4. Et quod non poſſit Pontifex ſimplici Sacerdoti conſecrationem Chriſmatis committere. 67.6

Non de neceſſitate Sacramenti, ſed tantùm præcepti debet Chriſma eſſe nouum. ibid. 7. Et conſecrari in die Cœnæ. ibid. 8

Materia proxima Confirmationis eſt vnctio chriſmatis facta in fronte in modum Crucis. ibid. 9

Certiſſimum ferè eſt, eſſe de neceſſitate Sacramenti, quod vnctio fiat in fronte. ibid. 10. Et probabilius, quod ex eadem neceſſitate debeat fieri in modum crucis. 69.11

Probabile eſt, nec eſſe de neceſſitate Confirmationis (ſed præcepti) quod vnctio fiat immediatè manu Epiſcopi. ibid. 12. Nec peccare mortaliter Epiſcopum vngentem Confirmatum alio digito, quàm dextro pollice. ibid. 13

Minima quantitas materiæ eſt ſufficiens ad vnctionem. ibid. 14

Confirmationis Forma.

De fide eſt, eſſe neceſſariam formam ad hoc Sacramẽtum, & aſſertur. 69.15. Fuitque à Chriſto Domino tradita, & ab Apoſtolis promulgata. ibid.

Probabilius eſt, omnia verba formæ aſſignata, eſſe eſſentialia. 70.15

Innocatio Sanctiſſimæ Trinitatis eſt eſſentialis, & requiſita ad valorem Confirmationis. ibid. 17

Probabilius eſt, non eſſe validam Confirmationem ſub his verbis datam, *Confirmetur ſeruus Chriſti N. in nomine Patris, &c.* ibid. 18. Validam tamen eſſe ſub iſtis: *ſignetur* (aut *ſignatur*) *ſeruus Chriſti ſigno Crucis*, & *Confirmetur* (aut *Confirmatur*) *Chriſmate ſalutis, in nomine Patris, &c.* ibid. 19. Sed peccaret mortaliter tali formâ confirmans. ibid.

Confirmationis Subiectum.

Certum eſt, omnem hominem Baptizatum, ſiue adultum, ſiue infantem, eſſe ſubiectum capax Confirmationis. 70. 1. Et probabilius, nullam requiri determinatam ætatem ad ſuſceptionem Confirmationis. 71. 2. Et conuenientius infantes ante vſum rationis confirmari. ibid. 3. Amentes validè poſſunt confirmari. ibid. 4. Imò & de facto poſſe licitè, & debere, eſt probabilius. 72.5

Probabilius eſt, poſſe licitè confirmari infantes, vel adultos ſtatim morituros. ibid. 6. Idemque dicendum de Phreneticis, Mutis, & Surdis. ibid. 6

In adulto aliquæ requiruntur diſpoſitiones ad receptionem confirmationis. ibid. 7

Probabilius eſt, non teneri præmittere confeſſionem ante confirmationem illum, qui conſcius eſt peccati mortalis. ibid. 8

Tres principales effectus confert hoc Confirmationis Sacramentum. ibid. 9

Confirmari debet ſub conditione ille, de quo dubitatur an Confirmatus ſit. ibid. 10

Probabilius eſt, reiterantem Confirmationem non incurrere irregularitatem, quamuis certum ſit, peccare mortaliter. ibid. 11

Confirmationis Patrinus.

Non eſt de neceſſitate Confirmationis, ſed ſolùm præcepti. Et peccaret mortaliter qui illum non adhiberet. 73 1.

Probabilius eſt, in Confirmatione nec poſſe duos eſſe Patrinos, ſed vnum. ib. 2. Nec Patrinũ Baptiſmi eſſe Confirmationis, niſi in caſu neceſſitatis. Non tamen eſſe peccatum mortale, ſi id contingeret. ibid.

Patrinus Confirmationis debet eſſe Confirmatus. ibid. 4. Qui autem ſecus faceret, peccaret quidem ſaltem venialiter. ibid.

Probabilius eſt, Patrinum non Confirmatum, non contrahere cognationem ſpiritualem. ibid. 5. Et quid ſi plures Patrini adhibeantur, an omnes contrahant cognationem. ibid. 6

Probabilius eſt, Patrinum Confirmationis non contrahere obligationem inſtruendi Confirmati. 74.7

Probabilius eſt, Religioſos mendicantes poſſe eſſe Patrinos Confirmationis. ibid. 8

Probabilius eſt, neque in neceſſitate poſſe virum eſſe Patrinum vxoris ſuæ, vel filij proprij aut vxorem ſui mariti, aut filioli. ibid. 9

Probabile tamen eſt, in neceſſitate fratrem poſſe ſuſcipere fratrem. ibid.

Patrinus contrahit cognationem cum Confirmato, & eius Parentibus, ſicut & Confirmans. ibid. 10

Confirmationis Ritus.

Confirmatio poteſt quocumque tempore, & die conferri. 74.12

Probabilius eſt, quod Epiſcopus det alapam confirmato, vt hic intelligat ſe debere pati iniurias pro fide Chriſti tuenda. ibid. 12

Probabilius eſt, nec eſſe peccatum omittere alapam, vel cereum. ibid. 13. Nec Euchariſtiam ante Confirmationem recipere. ibid. 14

Coniux.

Certiſſimum eſt, contrahere circunſtantiam adulterij coniugatum, qui ſe delectat per copulã cum ſoluta, etiamſi mente præſcindat ratioñe coniugij. 180.24

Probabilius eſt, vnicum peccatum committere tantum, qui vnico actu molliter recogitat plures coniugatas. 187.28

Copula.

Probabilius eſt, Copulam habitam cum Infideli habere circunſtantiam neceſſariò confitendam. 182.7

Probabilius eſt, diuerſam malitiam ſpecificam eſſe in copula filij cum Matre, & patris cum filia. 189.37. Non verò in copula cum Patre, aut cum Auo. ibid. 38. Nec in habita cum Matre, aut cum Nouerca. ibid. 39. Nec in habita cum filia, aut cũ filiaſtra. ib.

Probabilius eſt differre ſpecie copulam cum Matre, & cum ſorore. ibid. 41

Probabilius eſt, copulam inter coniugatos habitam in Eccleſia eſſe ſacrilegam, etiamſi occultè fiat, niſi caſu quo coniuges in Eccleſia, aliqua de cauſa ad minus per quatuor dies detenti ſint. 194. 14. Vide *verb. Pollutio.*

Conſanguinitas.

Addit fornicationi nouam ſpeciem inceſtus oppoſiti pietati. 188. 35. Non tamen eſt circunſtantia ſpecie diuerſa in fornicatione ab affinitate. ibid. 35

Qui gradus debeant in Confeſſione explicari. ibid. 36. Vide *Circunſtantia Quid*, à quæſt. 34. ibid.

Conſecratio.

Materiæ Sacramentorum quibus Chriſtus non eſt vſus, neceſſariò conſecrandæ ſunt. 67.4

In die Cœnæ debet Chriſma conſecrari. 67.8

Conſcientia erronea. Vide, *Ieiunium.*

Conſenſus, Conſilium, Conſulere.

Probabilius eſt, requiri in Adultis ad valorem Baptiſmi poſitiuum conſenſum. 51.20

Certum eſt teneri qui conſilium dedit de opere illicito, ſpecies peccatorum quæ conſulit, explicare. 183.13

Conſuetudo.

Conſuetudo confitendi ſecretò non obligat ſub mortali. 154.5

Conſuetudo confitendi propria voce obligat grauiter, niſi rationabilis cauſa excuſet. 156.13

Probabilius eſt, ſufficienter ſatisfacere conſuetudini confitendi propria voce, qui dat peccata in ſcriptis Confeſſori, ei dicens: De omnibus his me accuſo. ibid. 14. Etiamſi antequam peccata legeret Confeſſor, id diceret. ibid. 15

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariò confitendam pec-

candi conſuetudinem. 105.20. Adhuc in caſu, quo à confeſſario de illa interrogaretur. ibid.21

Contemptus.

Contemptus de re graui eſt mortale peccatum, de leui veniale. 103. 6. An ſit neceſſariò confitenda contemptus circunſtantia. ibid.

Contemnere ritus Eccleſiæ, ad minus eſt veniale. 107.13

Contritio. Vide, *Dolor.*

Contritio eſt triplex. 94.11

Probabilius eſt, perfectam contritionem debere eſſe neceſſariò ex ſolo motiuo charitatis Dei. 95.12

Et debere deteſtari peccata ſuper omnia mala pœnæ, appretiatiuè, non intenſiuè. ibid. 13. Et debere denique eſſe de peccatis ſuprà omnem pœnam, etiam æternam, dummodo hæc non includat culpam. 65.15. Vide *Pœnitens.*

Contritio non debet eſſe de peccato originali. 96.18. Nec quis tenetur habere diſplicentiam de illo. ibid.19. Magiſque debet homo dolere de peccato perſonali mortali (imò & de veniali) quàm de originali. ibid.20. & 21

Probabilius eſt, ad iuſtificationem ſufficere dilectionem Dei, ſine contritione formali. 97.23. Et etiam contritionis actum ſine alio diſtincto actu charitatis, non verò ſine dilectione formali. ibid.25. Contritio eſt ſimul dilectio Dei ſuper omnia. ibid.

Certiſſimum eſt, contritionem ſemper habere coniunctam remiſſionem peccati mortalis, etiam ante receptionem actualem Sacramenti. ibid.26

Probabilius eſt, nec eſſe ſufficientem ad iuſtificationem ex natura rei, ſed ex Diuina inſtitutione. 98 27. Nec eſſe formam ſanctificantem. ibid.28

Certiſſimum eſt, eſſe ſub præcepto. ibid.29

Et hoc eſſe naturale. ibid.30

Probabilius eſt, tale præceptum non obligare ſtatim ac commiſſum eſt peccatum, aut quoties memoriæ occurrit. ibid.31. Nec in diebus feſtis, etiam ſolemnibus. 99.33. Vide, *Peccator.*

Certiſſimum eſt, obligare in articulo mortis, ſi tunc non poſſit fieri Confeſſio. 100.36. Et probabilius longè, non ſolùm in articulo mortis, ſed etiam aliquoties in vita. ibid.37. Et ad minus ſemel in anno. ibid.38. Vide *v. Præceptum.*

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem peccatum omiſſionis contritionis explicitè in confeſſione fateri. ibid.39

Per accidens poteſt quis obligari ad eliciendam contritionem pluſquam ſemel in anno. ibid.40

Tenetur quis elicere actum contritionis, quando eſt in periculo probabili incidendi in aliquod mortale, in aliquo caſu. 101.41

Probabilius eſt, eum qui per attritionem cum Sacramento iuſtificatus eſt, non teneri ex præcepto ad contritionem. ibid.42. Imò nec eum, qui per dilectionem Dei iuſtificatus eſt. ibid.43

Probabilius eſt, contritionem, & attritionem differre ſpecie ibid.44. Et ita eundem actum, qui eſt attritio, non poſſe fieri contritionem. ibid. 45. Vide, *Attritio.*

Contritio, duodecima qualitas Confeſſionis.

Certiſſimum eſt, nec fructuoſam nec validam poſſe dari confeſſionem abſque contritione, vel attritione 158.2

Probabilius eſt, non debere præcedere confeſſionem dolorem ad illius valorem requiſitum: ſed ſufficere præcedere abſolutionem. ibid.3

Probabile eſt, nec teneri ad habendum nouum dolorem formalem illum, qui iterum confitetur peccata iam ſemel per pœnitentem remiſſa. ibid.4. Nec illum, qui oblitus vnius, vel alterius peccati, ſtatim poſt abſolutionem recordatur, & addit illud. 159.5

Probabile eſt, ſufficere ad validam efficiendam confeſſionem, dolorem quantumuis per multum temporis ſpatium abſolutionem præceſſerit: dummodo, poſtquàm ſemel eſt habitus, nec expreſſè, nec implicitè retractatus ſit. ibid.6

Probabilius eſt, non debere neceſſariò elici dolorem requiſitum ad Confeſſionem, ex intentione confitendi. ibid.7

Certiſſimum eſt, non requiri ad contritionem dolorem ſummè intenſum. 161.18. Nec contritionem indigere duratione. 162.19

Probabilius eſt, non requiri ad veram contritionem ſpecialem recogitationem peccatorum in particulari. ibid. 20. Nec in Confeſſione debere haberi tunc ſingulorum peccatorum ſingulares contritiones. ibid.21

Contumelia.

Contumelia ſumit malitiã ex læſione honoris. 191.10

Probabilius eſt, quod nec contumeliarum numerus, nec diuerſitas ſpecifica earum, ſit explicanda ab eo, qui vnico impetu illas in alium profert. ibid.10

Conuitium.

Vnum tantum mortale committit, qui vno impetu multa conuitia in Deum profert. 182.9

Correctio.

Probabilius eſt, Prælatum, vel Patrem omittentem ſubditi, vel filij correctionem, teneri in confeſſione dicere ſe eſſe Patrem, vel Prælatum. 191.5

Præmittendam eſſe correctionem fraternam, ante denuntiationem ſolicitantis fœminam in Confeſſione, &c. caſu quo ille firmiter emendatus credatur, licèt pro vtraque parte probabilis adſit ſententia, ſpeculatiuè tamen quæ affirmat, probabilior eſt: & in praxi quæ negat. 303.6

Idem omninò dicendum caſu, quo ſolicitans confeſſor iam emendatus ſit. 304. 7. Quando autem emendatus cenſeatur. ibid.8

Correctionis præceptum eſt de iure naturali, & Diuino. 303.6

Crimen Solicitationis.

Probabilius eſt, non probari ſufficienter per teſtimonium duarum fœminarum. Imò nec tale teſtimonium ſufficere ad capturam Confeſſarij. 328.52.& ſeqq. Quot autem requirantur teſtes, iudicio Inquiſitorum relinquitur. ibid.

Curatus. Vide, *Parochus.*

Probabile eſt, non poſſe Curatum occulto peccatori negare aliquod Sacramentum, ob peccatum in cõfeſſione cognitum, ſi publicè petat; poſſe verò ſi petat occultè, licèt non teneatur. 246.71

D

Decimæ.

Decimas furari eſt ſacrilegium. 195.20

Debitum Coniugale.

Nullo modo manet priuatus iure petendi debitum pater, qui in neceſſitate, nullo alio præſente, Baptizat ſuum legitimum filium. 48.31.& 11. Imò etſi Baptizet præſentibus aliis. ibid.32.11. Secus verò dicendum ſi filius, quem Baptizat, fuerit ex fornicatione habitus. ibid.31.12

Delectatio moroſa.

Probabilius eſt, iuueni qui moroſè de virgine delectatur, ſine voluntate ei violentiam inferendi, ſi ſit certe, ſi dicat in Confeſſione, ſe delectationem habuiſſe circa ſolutam. 179.20

Probabilius eſt, in delectatione moroſa fatendam eſſe circunſtantiam objecti, ſi feratur in totam ejus malitiam; ſecus verò, ſi non feratur. 180.21

Degradatio.

Non tollit characterem Ordinis. 65.5

Denuntiatio, Denuntiare. Vide, *Edictum Inquiſitionis.*

Probabilius eſt, longèque verius, denuntiandum eſſe confeſſorem.

confeſſorem ita occultè ſolicitantem, vt eius ſolicitatio ſit vni tantùm nota. 303.5

Præmittenda eſt ante denuntiationem fraterna correctio reſpectu ſolicitantis, caſu quo ille firmiter emendandus credatur, licèt pro vtraque parte probabilior adſit ſententia, ſpeculatiuè tamen quæ affirmat probabilior eſt, & in praxi quæ negat. ibid.6. Idem dicendum eſt, caſu quo ſolicitans iam emendatus ſit. 7. Quando autem emendatus cenſeatur. ibid.8

Longè probabilius eſt, non eſſe denuntiandum Confeſſorem ad alia peccata quàm ad inhoneſta ſolicitantem. ibid.9

Idem dicendum eſt de Confeſſore ad inhoneſta etiam ſolicitante, in vſu aliorum Sacramentorum, excepto pœnitentiæ Sacramento. 305.10

Probabilius eſt, denuntiandum eſſe confeſſorem ſub graui culpa ad inhoneſta ſolùm venialiter ſolicitantem. ibid.12. Et etiam, qui pœnitentis faciem libidinoſo animo à pulchritudine laudat, ſecus ſi ſine alio honneſto, vel indifferenti. ibid.13

Etiam denuntiandua, qui dum Confeſſiones audit interiùs delectatur, aut voluntariè polluitur, ſi id in confeſſione, aut proximè immediatè ad illam, aut in confeſſionario, ſimulandu ſe confeſſionem audire, pœnitenti aperiat. ibid.14

Certiſſimum iudico, denuntiandum eſſe Confeſſarium, qui in confeſſione chartam prouocantem ad venerem pœnitenti legendam poſtea exhibuit. 306.15. Et idẽ dicendũ iudico de eo, qui in confeſſione, vel proximè ad illam, concubinam ſuam obiurgat. Hiſpanè, *la pide zelos*. ib.16. Et de confeſſore imponente fœminæ pœnitentiam, vt domi nuda ab ipſo verberetur, ſi poſtea factum contingat. ib.17. Et de confeſſore inſtigãte fœminam in confeſſione, vt cum alio copuletur. ibid. Et de ſolicitante fœminam in Confeſſione ad hoc, vt mediet cum alia, vt in fornicationem conſentiat. ibid.19

Idem certè de confeſſore, qui à fœmina in confeſſione ſolicitatus conſentit. ibid.20.

Probabilius eſt, denuntiandum eſſe confeſſorem, qui à fœmina ad congreſſum ſolicitatus illum renuit; intendens tamen ſolis tactibus delectari, & ad eos fœminam prouocare. 307.21. Idem caſu quo ipſe, & fœmina ſe ad inuicem ſolicitent, à fœmina primò. ibid.22

Probabilius videtur, etiam denuntiandum eſſe, qui ad audiendam confeſſionem ægrotantis fœminæ vocatus, ab eaque minas ſuadente ſolicitatus, ſolicitationi in confeſſione, vel proximè ad illam factæ conſentit, etiam metu graui ductus, vel ob vitandam infamiam, niſi credatur ex pia DD. Inquiſitorum intentione, nolle eus in dicto caſu, quod talis confeſſor ad ſuum deferatur tribunal. ibid.23

Probabilius eſt, non eſſe denuntiandum confeſſorẽ, à fœmina in domum ſuam, ipſius confeſſoris cõſilio vocatum ad audiendam confeſſionem, cũ tamẽ vocatio illa non ſit niſi ad turpiter cum illa, etiã conſentiẽte, tractandum; niſi in ipſa turpi tractatione ipſe cõfeſſor ſimulet ſe confeſſionem audire. ib.24

Certiſſimum iudico, denuntiandum eſſe confeſſorem in confeſſario, aut ſub confeſſionis prætextu fœminam ſolicitantem, etiamſi confeſſio non ſequatur. 308.25

Idem dicendum de ſolicitante fœminam paulò ante, vel poſt confeſſionem. ibid 26

Idem etiam dicendum de eo, qui fœminæ confiteri volenti ſuadens, vt in aliud tempus confeſſionem differat, eam tunc, mutato confitendi animo, ſolicitat. Quod etiam dicendum infertur primo caſu, in quo fœmina ſub ſigno Crucis velit peccata detegere, & à confeſſore ad turpia ſolicitante interrũpitur. Secundo caſu, quo filiam ſpiritualem ex præcedentibus notam confeſſionibus, ante ſignũ Crucis confeſſarius ipſe ſolicitans præoccupet. ibid.27

Probabilius eſt, non eſſe denuntiandum confeſſarium, qui poſt auditam fœminæ Confeſſionem, ad illius domum accedit, & ibi, aut in itinere eam ſolicitat. ibid.8

Non eſt denuntiandua Confeſſor, qui fœminam dicentem illi, ſe velle craſtino, non hodie confiteri, illã ſolicitat, ſiue in confeſſionario, ſiue extra; nullò tamen modo ſimulãs Cõfeſſionẽ audire. 309.29

Probabilius eſt, non eſſe denuntiandum Confeſſarium, qui in confeſſionario ſedens, & cum fœmina ſtante, vel ſedente ante confeſſionarium loquens, eam ſolicitat. ibid.30

Non eſt denuntiandus Confeſſor, qui fœminã in confeſſionario omnibus patenti genuflexam ita ſolicitat, vt ſuis actibus, & actionibus deſignet potiùs ſe Confeſſionẽ non excipere, quã excipere. ibid.31

Certiſſimum iudico, denuntiandum eſſe confeſſorem, qui fœminæ volenti cum illo aliquid bona fide extra confeſſionarium communicare, dicit, Veni ad confeſſionarium, & ibi eam ſolicitat Confeſſionem ſimulans, vel cum ea, ſimulata etiam confeſſione, turpiter agit: quamuis mutua præceſſerit extra confeſſionarij locum, ſolicitatio. 310.32

Certum iudico, denuntiandum eſſe confeſſorem, qui proximè ad Confeſſionem ſopitam fœminam, culpa confeſſoris, vel morbo aliquo naturali, cognouit. 311.33

Denuntiandus eſt Confeſſor, qui ſiue ante conſtitutionem Gregorij XV. ſiue poſt illam adoleſcentem in Confeſſione ſolicitauit. ibid.34

Idem dicendũ de Confeſſore, qui ſtatim poſt Confeſſionem ducit puerum ad cubiculum, vt Confeſſionis ſchedulam ei tradat, ibique eũ ſolicitat. ibid.35

Probabilius eſt, non eſſe denuntiandum mandantem confeſſario, vt pro ſe ſolicitet. ibid.36

Idem dicendum (ex Decretis ſaltem datis contra ſolicitantes) de laicis, qui fingentes ſe Sacerdotes, & Confeſſiones excipientes, pœnitentes ſolicitant. ibid. 37. Immò idem ſimiliter de Subdiaconis, & Diaconis. ibid. Et eſt probabile, nec ex aliis Pontificum Decretis eſſe prædictos denuntiandos, caſu quo abſolutionem non impendant. 312.38

Probabile etiam eſt, ea vi dictarum conſtitutionum non eſſe denuntiandos Sacerdotes in Confeſſione fœminas ſolicitantes, ſi iuriſdictione careant: licèt alio ea capite puniri ab Inquiſitoribus poſſint. ib.39

Longè probabilius eſt, ea vi prædictarum conſtitutionum non eſſe denuntiandum interpretem, etiam Sacerdotem, ſolicitantem pœnitentem in actu confeſſionis, ante vel immediatè poſt: licèt alio ex capite à DD. Inquiſitoribus puniri poſſit. ibid.40

Certum eſt, non eſſe denuntiandam fœminam, quæ confeſſorem ſolicitat. ibid.41

Non tenetur Confeſſor ſolicitans ſeipſum denuntiare. 313.42

Probabilius eſt, & in praxi certum, teneri fœminam ſolicitatam, etiam conſentientem, Confeſſorem ſolicitantem denuntiare. ibid.43

Probabilius eſt, excuſari pœnitentem ſolicitatum ab obligatione denuntiandi, ſi ea illa timeat aliquod graue damnum probabiliter euenturum ei, vel alteri perſonæ ipſi coniunctæ, familiari, ſiue domeſticæ, in vita, fama, aut bonis temporalibus in quantitate notabili, modò tamen fidei bonum ex denuntiandi omiſſione non periclitetur. ibid.44

Certiſſimum eſt, non excuſari ab obligatione denuntiandi illum, qui ſub ſecreto ſcit fœminam, v.g. à tali Sacerdote fuiſſe ſolicitatam. 314.45

In praxi in Hiſpania, vt certum tenendum eſt, non

excuſari à denuntiatione Inquiſitoribus facienda illum, qui Epiſcopo ſolicitantem detulit. Secus extra Hiſpaniam, vbi probabile eſt, poſſe Epiſcopos ſeparatim ab Inquiſitoribus excipere denuntiationes contra ſolicitantes, & quoad hoc proferre ſententiam. ibid.46

Excuſatur fœmina ſolicitata ab obligatione denuntiandi, ſi ſciat Confeſſorem iam ab aliis denuntiatum, & punitum eſſe, niſi aliud de mandato DD. Inquiſitorum conſtet: vel niſi Confeſſor adhuc in ſolicitatione perſeueret. ibid.47

Non poteſt Confeſſor pœnitentem abſoluere antequam Inquiſitoribus denuntiet Confeſſarium, qui ſolicitauit, niſi adſit iuſta cauſa denuntiationem differendi: quæ erit neceſſitas communionis, cum longa Tribunalis diſtantia, data priùs promiſſione ex parte pœnitentis de denuntiando opportuno tempore 315.48

Poteſt fœmina ab excommunicatione incurſa non denuntiando, virtute Bullæ abſolui, ſi denunciationis præceptum adimpleuit poſtca, aut denuntiandi obligatio omnino fuit extincta. ibid.49

Nec Epiſcopus à Sede Apoſtolica approbatus, nec Nuntius Apoſtolicus, nec Sedis Apoſtolicæ Legatus, nec eiuſdem officiales ſolicitantes denuntiandi ſunt Inquiſitoribus, aut Ordinariis. Quod ſi tales denuntiationem exceperint, poterunt teſtium excipere depoſitiones Apoſtolicæ Sedi remittendas. Quod ſi prædictorum fuga timeatur, poterunt ipſos detinere dum ad Apoſtolicam Sedem, vel ad legitimum Superiorem eorum delicta deferunt. ibid.50

Inquiſitorem ſolicitantem eſſe denuntiandum Inquiſitori Generali, probabile eſt, & etiam Sedi Apoſtolicæ ſoli eſſe denuntiandum. ibid.51

Probabilius eſt, ſolicitationis crimen non probari ſufficienter per teſtimonium duarum fœminarum. Imò nec tale teſtimonium ſufficere ad capturam Confeſſarij. ibid.& 316.52. Quot autem requirantus teſtes, indicio Inquiſitorum relinquitur. ibid.

Certiſſimum eſt, non ſolùm pœnitentem ſolicitantem, ſed quemlibet alium id ſcientem, teneri ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ ſolicitantem denuntiare. ibid.53

Probabile eſt, dies pro termino in edicto ad denuntiandum aſſignatos numerari debere non à die publicationis, ſed à die immediatè ſequenti eadem hora. ibid.54

Probabilius eſt, fœminam ſolicitatam, ignatam tamen edicti Inquiſitionis, non teneri denuntiare ſtatim ac ſciuerit, ſed intra dies præſcriptos in edicto. Quod idem dicendum eſt de illo, qui poſt publicationem edicti incipit eſſe ſubditus illius, qui illud tulit. ibid.cum ſeqq.55

Idem probabiliter dicendum eſt de fœmina ſolicitata, conſciaque edicti, impedita tamen; huic enim à die potentiæ computandi ſunt dies in edicto præſcripti. ibid.56

Probabilius eſt, non teneri denuntiare ſolicitantem, qui à leuibus, & non fide dignis fœminis fuiſſe talem audiuit. 317.57

Longè probabilius eſt, teneri fœminam ſub excommunicationis pœna denuntiare ſolicitantem Confeſſorem, quamuis edictum Inquiſitionis non publicetur. ibid.59

Certiſſimum eſt, teneri fœminam publicationis conſciam denuntiare ſolicitantem ante impletos publicationis dies ſex, caſu quo iter actura ſit ad locum, vbi non eſt denuntiandi opportunitas. ibid.60

Deſiderium.

Qui deſiderauit inferre proximo malum, tenetur malum quod deſiderauit, explicare. 182.8

Detractio.

Lædit famam alienam externè. 183.11

Non variantur ſpecie detractiones pro diuerſitate materiæ, in qua aufertur fama. ibid.

Non ſunt neceſſariò explicandæ in confeſſione perſonæ, quas vnica quis læſit detractione. 185.21

Diaconus.

Non ſunt denunciandi Diaconi in Confeſſionario ſolicitantes mulieres, ex decretis datis contra ſolicitantes. 322.38

Imò probabile eſt, nec ex aliis Pontificum decretis, caſu quo abſolutionem non impendant. ibid.

Diaconus non eſt Miniſter Baptiſmi ex officio. 43.8

Eſt tamen ex conceſſione Parochi. 46.22

Diaconus, etiam Cardinalis, non poteſt ex commiſſione Papæ confirmare. 65.4

Nec eſſe Miniſter Extremæ vnctionis. 87.5

Dies, Vide *Fœmina.*

Probabile eſt, dies pro termino in edicto ad denuntiandum aſſignatos, numerari debere non à die publicationis, ſed à die immediatè ſequenti, eadem hora. 316.54

Numerari etiam debent à die ſcientiæ. ibid.55.& potentiæ. ibid.56

Certiſſimum eſt, teneri fœminam denuntiare ſolicitantem ante impletos ſex publicationis dies, caſu quo iter ſit actura ad locum, vbi denuntiandi non ſit oportunitas. 318.60

Dilectio Dei.

Sufficit ad iuſtificationem ſine contritione. 97.23. Eſt virtualiter, & eminenter contritio. ibid.

Iuſtificat etiam in caſu, quo adſit memoria peccatorum. ibid.24

Diſpenſare. Vide, *Eccleſia, Epiſcopus, Bulla.*

Non poteſt Eccleſia diſpenſare, quod *Chriſma* non ſit conſecratum. 67.4

Diſpoſitio.

Debet eſſe eiuſdem ordinis, ac forma. 102.47

Doctor.

Certiſſimum eſt, quod non cenſetur approbatus ad confeſſiones audiendas. 260.48

Probabilius eſt, poſſe Epiſcopos illos examinare. ibid.49

Certum eſt, non eſſe eligibiles in confeſſarios per Bullam non approbatos. ibid.50

Dolor. Vide *Attritio, Contritio, Pœnitens.*

Dolor de peccato propter turpitudinem abſtrahentem à Deo, probabilius eſt, quod non ſit vera attritio. 161.15

Ad valorem Sacramenti Pœnitentiæ requiritur dolor formalis, vel ſaltem virtualis omnium mortalium. ibid.16

Dolor formalis eſt ille, qui procedit ex omnium peccatorum apprehenſione, virtualis verò quando deteſtatur vnum, vel aliud, cuius adeſt memoria, & in eo deteſtantur alia. ibid.

Ad valorem Sacramenti pœnitentiæ non requiritur dolor omnium venialium. ibid.17

Probabilius eſt, poſſe dari Sacramentum Pœnitentiæ informe ex defectu doloris. 163.23. Solumque poſſe dari quando contingit ficti confeſſionem cùm vera attritione aliquorum mortalium, non tamen omnium, quæ in Confeſſione dicuntur. ibid.

Certiſſimum eſt, ad Confeſſionem de ſolis venialibus requiri dolorem efficacẽ. ibid.24. Eſſeque mortale venialia abſque vllo dolore confiteri. ibid.25

Probabilius eſt, non eſſe mortale, non habere dolorem de omnibus venialibus, quæ in Confeſſione explicantur. 164.26

Probabilius eſt, non teneri ſub mortali, ſed ſub veniali tantùm pœnitentem dicere, ſe non dare veniale,

quod

quod abſque dolore confitetur, pro materia abſolutionis, ſi in tali Confeſſione alia peccata cum dolore fatetur. ibid.27

Probabilius eſt, poſſe aliquem habere dolorem ſufficientem de vno veniali, abſque dolore de aliis euſdem ſpeciei. ibid.29

Quando aliquis ſe accuſat de mendaciis in communi, remittuntur omnia, ſi dolor ad omnia ſe extendat. ibid.30

domicilium.

Probabilius longè eſt, eum qui duo, aut plura domicilia habet in diuerſis Parochiis, poſſe vtrilibet Parocho confiteri. 158.40

Dominus.

Tenentur Domini ſub mortali ratione charitatis infantes infidelium ſeruos baptizare. 50.1

Duratio.

Vide *Circumſtantia* Quomodo.

E

Eccleſia.

Vide *Iudex*, *Sacrilegium.*

in Ecleſia eſſe poteſtatem reſeruandi caſus, etiam in foro conſcientiæ, de fide eſt. 281.1

Vtraque Eccleſia, Latina, & Græca validè conſecrat. 3.15

Et vtraque, formaliter loquendo, ſeruat in conſecratione materiam, & formam à Chriſto inſtitutam, licèt non materialiter. ibid.

Eccleſia Græca validè Ordinaret, Baptizaret, conſecraret, &c. ſi ſicut Latina id faceret: & Latina, ſi ſicut Græca. ibid.12

Eccleſia non poteſt variare materiam Sacramentorum à Chriſto aſſignatam. ibid.13

Vnde non variauit formaliter, ſed materialiter tantùm materiam Matrimonij. ibid.

Eccleſia poteſt definire verba certi Idiomatis, ad formas Sacramentorum. 20.16

Quæ ſunt de eſſentia Sacramenti, non poſſunt ab Eccleſia mutari. 67.4

Eccleſia poteſt mutare formam Extremæ vnctionis in aliam ſimilem, ſi ſeruet eundem ſenſum. 81.26

Probabile eſt, non poſſe Eccleſiam præcipere Confeſſionem Sacramentalem de venialibus. 521.36

Quatuor peccata in Eccleſia facta illam violant. 193.4. Quæ ſint. ibid.

Pobabilius eſt, Eccleſiam non pollui ob percuſſionem gravem in illa, ſi fiat ſine occiſione, aut effuſione ſanguinis. ibid.6

Non per quamlibet effuſionem ſanguinis violatur. ibid.7.

Nec ex eo, quod exiſtens in Eccleſia, alium foris exiſtentem telo occidat. ibid.8

Secus dicendum, ſi quis exiſtens extra Eccleſiam, aliquem intra illam occidat ſcienter. ibid.

Probabilius eſt, violari Eccleſiam per homicidium, effuſionem ſanguinis, ſeminis, &c. Etiamſi in illa occultè fiant. ibid.9

Licèt non egeat Eccleſia reconciliatione, donec delictum fiat publicum. ibid.

Non quælibet effuſio ſeminis in Eccleſia eſt ſacrilega, niſi fiat in quantitate aliqua. 194.10

Probabilius eſt, teneri circunſtantiam fateri loci, qui deſiderat furari, occidere, &c. in Eccleſia. 196.23

Non tamen ſi exiſtens in Eccleſia deſideret talia extra illam patrare. ibid.24

Non omnis extractio rei ab Eccleſia eſt ſacrilegium. ibid.27

Vide verbo *Iudex.*

Edictum Inquiſitionis.

Vide *Solicitatio*, *Fœmina ſolicitata*, *Dies.*

Certiſſimum eſt, edictum Inquiſitionis annuale per totum ferè annum integrum durare. 317.58

Longè probabilius eſt, teneri etiam ſub pœna excommunicationis, fœminam denuntiare ſolicitantem, licèt edictum non publicetur. ibid.19

Bulla Pij IV. contra ſolicitantes. 299

Bulla Clementis VIII. circa idem. 300

Bulla Pauli V. circa idem. ibid.

Bulla Gregorij XV. circa idem. 301

Præfatæ Bullæ, & conſtitutiones, atque decreta differunt inter ſe. 302.2

Certiſſimum eſt, Bullam Gregorij XV. eſſe iam in Hiſpania receptam. ibid.3

Eccleſia Theſaurus.

Vide *Theſaurus Eccleſia.*

Effuſio ſanguinis.

Vide *Eccleſia.*

Non quæcumque effuſio ſanguinis in Eccleſia eſt ſacrilegium, ſed magna tantùm, non iocosè, aut caſu facta. 193.7

Effuſio ſeminis.

Vide *Pollutio*, *Mollities.*

Eleemoſyna.

Vide *Cauſa ad concedendas Indulgentias*, *Indulgentia.*

Epiſcopus.

Vide *Prælatus Regularis*, *Miniſter Confeſſionis*, *Nuncius*, *Legati*, *Indulgentia*, *Votorum commutatio*, *Mortis articulus.*

Epiſcopus nequit diſpenſare vt duo viri, vel duæ fœminæ ſimul ſuſcipiant in Baptiſmo infantem. 56.5

Tantùm venialiter peccat ordinando non Confirmatum. 64.9

Solus eſt Ordinarius Miniſter Confirmationis Iure Diuino. ibid.1

Non poteſt committere ſimplici Sacerdoti, vt validè Confirmet. ibid.3

Epiſcopus Hæreticus, vel degradatus, vel excommunicatus validè, non licitè poteſt Confirmare. 65.5

Probabilius eſt, Epiſcopum non Confirmatum peccare tantùm venialiter, ſi alios Confirmet. ibid.6

Peccat mortaliter Epiſcopus, ſi ſtatutis temporibus non confirmet in ſua Diœceſi. ibid.7

Nec peccat, nec incurrit cenſuram aliquam Confirmans in ſua Diœceſi ſubditos alterius. ibid.8

Non peccat grauiter in aliena Diœceſi Confirmando. ibid.9

Poteſt licitè Confirmare afferentem dimiſſorias, vt ordinetur. 66.10

Probabilius eſt, non debere eſſe ieiunum ad Confirmandum. ibid.12

Probabilius eſt, non teneri ſub peccato Confirmare in Eccleſia. ibid.13

Iure Diuino data eſt ſolis Epiſcopis poteſtas ad conſecrandam materiam Confirmationis. 67.5

Epiſcopus non Chriſmate, ſed oleo debet infirmum inungere. 88.9

Probabilius eſt, non teneri Epiſcopum in peccati occulti Confeſſione circunſtantiam prælationis explicare. 178.13

Epiſcopus in nullo caſu poteſt diſſoluere matrimonium ratum. 234.7

Poteſt Epiſcopus condere leges, aut reſeruare caſus, ſi ex Confeſſione ſciat, aliqua peccata frequentari in ſua Diœceſi. 247.74

Probabilius eſt, Archiepiſcopum non eſſe ordinarium Epiſcoporum in foro pœnitentiæ. 255.26

Poſſunt Epiſcopi eligere ſibi Confeſſarium quemlibet Sacerdotem ex ſuis. 256.27

Longè Probabilius eſt, id non poſſe extra ſuam Diœceſim de ſibi non ſubditis. ibid.28

Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum, nec eius Vicarium approbare Sacerdotem ſibi non ſubditum,

ad audiendas Confeſſiones ſuorum ſubditorum. ibid.30

Epiſcopus poteſt abſoluere ſuum ſubditum extra ſuam Diœceſim. 258.41

Epiſcopus tenetur approbare Sacerdotes, tam ſæculares, quàm regulares, ad audiendas Confeſſiones, ſi ad examen admiſerit, & dignos inuenerit. 269.81.

Probabilius eſt, interueniente iuſta cauſa poſſe Epiſcopos cũ limitatione regulares approbare. 270.85

Poteſt Epiſcopus aliquos ſibi reſeruare caſus, a quibus Parochi ſibi ſubditi abſoluere nequeant. 281.4

Probabilius eſt, reſeruationem factam ab Epiſcopo, abſque rationabili, & legitima cauſa, eſſe illicitam abſolutè, validam tamen quoad alios Confeſſores, exceptis Parochis, & Regularibus. 284.19

Probabilius eſt, poſſe ab Epiſcopo abſolui à cenſura Pontifici reſeruata illum, qui impeditus eſt Papam, & eius Delegatum audire. 298.73

Si tamen ſit tantùm impeditus audire Papam, non verò Nuntium, vel Legatum illius, potentem à tali cenſura abſoluere, probabilius eſt, tunc non poſſe ab Epiſcopo abſolui. 299.74

Quod ſi adhuc pœnitens impeditus ſit hos adire, & etiam Epiſcopum, probabilius eſt, tunc non poſſe à Parocho, alióve Confeſſore, etiam ſub onere comparendi, abſolui à talibus cenſuris Pontifici reſeruatis. ibid.75

Probabilius eſt, poſſe Epiſcopos ſeparatim ab Inquiſitoribus excipere denuntiationes contra ſolicitantes, & quoad hoc proferre ſententiam extra Regna Hiſpaniæ. 314.46

Epiſcopus à Sede Apoſtolica approbatus ſolicitans, non eſt denuntiandus Inquiſitoribus, qui ſi talem denuntiationem exceperint, poterunt teſtium excipere depoſitiones Apoſtolicæ Sedi remittendas. 315.50

Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum diuino iure indulgentias concedere. 322.16

Certum eſt, poſſe iure humano Epiſcopum concedere Indulgentias. ibid.17

Poteſtas Epiſcopis conceſſa ad concedendas indulgentias, eſt cum limitatione. ibid.18

Si plures extra præſcriptos dies concedant, non ſolùm peccant, ſed nulla eſt conceſſio. ibid.19

Si verò concedant ſexaginta dies, probabilius eſt, valere conceſſionem pro quadraginta diebus. ibidem.20

Certum eſt, non poſſe Epiſcopos Indulgentias pro defunctis concedere, niſi ex ſpeciali Papæ commiſſione. ibid.21

Epiſcopus, etiam non conſecratus, electus tamen, & confirmatus, & in peccato mortali, poteſt Indulgentias concedere. ibid.22

Epiſcopus excommunicatus vitandus, aut iuriſdictione, ſeu ſubditis carens, etiam conſecratus, non poteſt Indulgentias concedere. ibid.

Certum eſt, poſſe Epiſcopum non ſolùm ſuo Vicario Generali, verùm etiam cuicumque Sacerdoti, vel Clerico facultatem dare concedendi Indulgentias. 323.35

Non tamen Laico. ibid.25

Equites.

Probabile eſt, Equites Sancti Ioannis, D. Iacobi, Alcantaræ, & Calatrauæ, poſſe ſimplici Sacerdoti confiteri. 259.47

Probabilius eſt, Milites Alcantaræ, Calatrauæ, & D. Iacobi eſſe verè Religioſos. ibid. & 509.121

Certiſſimum eſt, Equites Diui Ioannis eſſe verè Religioſos. 508.120

Etiam non poſſe vi Bullæ, aut Iubilæi commutari votum ingrediendi talem Ordinem, licèt poſſe commutari votum ingrediendi Religionem aliorum Militum, probabile ſit. ibid.125

Error communis.

Longè probabilius eſt, errorem communem veram ad audiendas cõfeſſiones dare iuriſdictionem. 273.101. & 274.102

Euchariſtia.

Euchariſtiæ ſunt materia remota panis, & vinum, proxima Sacramentales ſpecies. 3.9

Euchariſtiæ materiam non determinauit Chriſtus in indiuiduo. ibid.15

Validè, & licitè poteſt Euchariſtia adminiſtrari homini exiſtenti in articulo mortis, etiamſi illam explicitè non petierit, ſi Catholicè vixerit. 18.3

Peccare in die ſumptionis Euchariſtiæ, non eſt circunſtantia neceſſariò fatenda. 206.4

Eunuchus.

Probabilius eſt, teneri circunſtantiam impotentiæ explicare, quando ad mulierem acceſſit. 177.12

Examen.

Poſſent admitti ad Confeſſionem abſque vllo examine, qui ſolùm de venialibus, vel de mortalibus alias Confeſſis confitentur. 171.62

Non eſt audiendus ad Confeſſionem, qui nullatenus ſuam examinauit conſcientiam. ibid.60

Niſi ſint ruſtici, & ignari. ibid.65

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem ad ſummam diligentiam adhibendam in ſuæ conſcientiæ examine: ſufficit enim mediocris. ibid.63

Excommunicatio.

Non tollit characterem Ordinis. 65

Non datur præceptum ſpeciale prohibens, quod nullus incurrat excommunicationem, ſed tantùm prohibens peccatum, ob quod excommunicatio imponitur. ibid.137.22

Probabilius eſt, non incurrere, niſi vnicam tantùm excommunicationem, illum qui tres, aut plures Clericos, v.g. vnico ictu occidit. 185.22

Probabilius longè eſt, teneri ſub excommunicatione fœminam denuntiare Confeſſorem ſollicitantem, quamuis edictum Inquiſitionis non publicetur. 117.59

Poteſt fœmina ſolicitantem non denuntians, ab excommunicatione abſolui virtute Bullæ, ſi poſtea præceptum impleuit, aut illud omninò ceſſauit. 315.49

Excommunicatus.

Sacerdos excommunicatus poteſt in articulo, & periculo mortis ab omni peccato, & cenſura abſoluere. 253.16. & 17

Extrema Vnctio.

Vide *Parochus, Prælatus, Sacerdos.*

Quid ſit. 85.1

De fide eſt, Extremam Vnctionem eſſe verum Sacramentum. ibid.2

Et eſſe immediatè à Chriſto inſtitutam, eſt certiſſimum. ibid.3

Probabilius, inſtitutam fuiſſe Ioan. 20. licèt inſinuatam Marci 6. ibid.4

Probabilius, omittentem hoc Sacramentum abſque contempto, non peccare mortaliter. 76.5

Peccaret tamen venialiter, qui abſque cauſa illud omitteret. ibid.6

Habet Extrema Vnctio partiales materias, & formas. 88.6

Extremæ Vnctionis materia remota, & proxima.

Extremæ Vnctionis materia remota eſt oleum benedictum: vnctio in quinque ſenſibus, proxima. 3.9

De fide eſt, materiam remotam Extremæ Vnctionis eſſe oleum oliuarum. 77.1

Certum verò, huiuſmodi oleum benedictum ab Epiſcopo

Epiſcopo

ſcopo.ibid.2. & probabilius tandem, id eſſe de neceſſitate Sacramenti. ibid.3

Probabilius eſt, nec ex commiſſiono Papæ poſſe ſimplicem Sacerdotem tale oleum benedicere. ibid.4

Oleum benedictum ab Epiſcopo alia benedictione, quàm conſueta, eſt materia ſufficiens extremæ vnctionis. ibid.5

Probabile eſt, eſſe validum Sacramentum vnctionis, ſi in neceſſitate, aut per errorem Sacerdos vngat infirmum chriſmate. 78.6

Oleum oliuarum admixtum cum alio liquore, eſt ſufficiens materia huius Sacramenti. ibid.7

Parochus licitè poteſt miſcere oleum conſecratum cum non conſecrato, caſu quo conſecratum ſufficiens non ſit. ibid.8

Probabilius eſt, ſi oleum non conſecratum conſecrato additum ſit in maiori quantitate, quàm conſecratum, non eſſe veram materiam extremæ vnctionis. ibid.9

Probabilius eſt, vnam guttam olei ſufficere in vnaquaque vnctione ad conferendum hoc Sacramentum. 79.12.

Certum eſt, materiam proximam huius Sacramenti eſſe vnctionem ex oleo benedicto factam. ibidem 13

Probabilius eſt, non eſſe de neceſſitato huius Sacramenti, Vnctiones fieri in formam Crucis. ibidem 14

Imò nec eſſe de neceſſitate præcepti. ibid.15

Vnde probabilius eſt, nec venialiter pecare, qui id abſque neceſſitate efficeret. ibid.

Non eſt de neceſſitate huius Sacramenti, quamuis ſit præcepti (niſi obſter contraria conſuerodo) quod prædictæ vnctiones fiant manu immediata Sacerdotis. ibid.16.& 17

Extremæ Vnctionis forma.

Certiſſimum eſt formam huius Sacramenti eſſe hanc: *Per iſtam Sanctam Vnctionem, & ſuam piſſimam miſericordiam, indulgeat tibi Deus quidquid deliquiſti per viſum, vel auditum, &c. Amen.* 80.18

Probabilios eſt, quod ſi quis omitteret hæc verba: *Et ſuam piſſimam miſericordiam,* validè conficeret Sacramentum.ib.19. Imò & probabile eſt, ſolùm peccare venialiter, qui talia omitteret verba. ibid.20

Probabile eſt, non conficere Sacramentum, qui hæc omitteret verba: *Per viſum, per auditum, &c.* ib.21

Non ſunt de neceſſitate Sacramenti hæc verba: *Sanctam, & piſſimam.* ibid.22

Longè probabilius eſt, eſſe de neceſſitate Sacramenti huius, quod eius forma modo deprecatiuo proferatur. 81.23

Probabilios eſt, conferre validum Sacramentum qui hac forma vteretur: *Vngo te oleo Sancto, & per ſuam miſericordiam indulgeat tibi Deus quidquid per viſum, &c. deliquiſti.* ibid.24

Certiſſimum eſt, hoc Sacramentum habere formam determinatam Iure Diuino. ibid.25

Longè probabilius eſt, formam vnctionis, quâ nunc vtitur Eccleſia, eſſe de neceſſitate Sacramenti. ibid.26

Extremæ Vnctionis ſubiectum.

Solus homo fidelis de vita periclitans, qui vel ratione vtitur, vel vſus fuerit, eſt capax huius Sacramenti. pag.81.1

Infantes ante vſum rationis non ſunt capaces huius Sacramenti. 82.2

Longè probabilius eſt. poſſe dari ſub conditione hoc Sacramentum pueris, de quorum rationis vſu dubitatur. ibid.3.

Probabilius eſt, eſſe miniſtrandum hoc Sacramentum pueris ſtatim ac annos diſcretionis attigerint, etiamſi non ſint Euchariſtiæ capaces. ibid.4

Probabilius eſt, non eſſe capacem huius Sacramenti illum, qui nunquam actualiter peccauit. ibid.5

Probabilius eſt, debere adminiſtrari hoc Sacramentum ſub conditione adulto infirmo in articulo mortis recenter baptizato. ibid.6

Probabilius eſt, hoc ſacramentum non fuiſſe Beatæ Virgini Mariæ de facto miniſtratum. 83.7

Certiſſimum eſt, amentes à natiuitate, aut perpetuò furioſos, non eſſe capaces huius Sacramenti: Benè tamen amentes, aut furioſos, qui aliquando vſum rationis habuerunt. ibid.8

Certiſſimum eſt, hominem ſanum non eſſe capacem huius Sacramenti. ibid.9

Certiſſimum eſt, non eſſe capacem huius Sacramenti illum qui ſtatim eſt ſuſpendendus, vel decapitandus. ibid.10

Probabilius eſt, non eſſe capacem huius Sacramenti hominem, quacumque infirmitate laborantem. 84.11

Longè probabilius eſt, poſſe validè, & licitè hoc Sacramentum miniſtrari mulieri in partu deficienti. ibid.12

Senibus, qui abſque infirmitate alia, quàm ſenectutis, conſumuntur, poteſt miniſtrari extrema vnctio. ibid.13

Longè probabilius eſt, poſſe hoc Sacramentum dari lethaliter vulneratis, &c. ibid.14

Certum eſt, poſſe dari hoc Sacramentum illis, qui morte repentina præuenti abſque Confeſſione ſenſibus omnibus reperiuntur priuati. ibid.15

Etiamſi illud explicitè non petierint. ibid.

Hoc Sacramentum dari poteſt ſub conditione illi qui mortuus dubitatur. ibid.16

Certiſſimum ferè eſt, non poſſe dari hoc Sacramentum tempore interdicti, non habenti priuilegium. 85.17

Probabilius eſt, poſſe miniſtrari hoc Sacramentum tempore interdicti moribundo, qui Euchariſtiæ, aut pœnitentiæ Sacramenta non poteſt recipere, etiamſi non habeat dictum priuilegium, ſeu Bullam Cruciatæ. ibid.18

Longè probabile eſt, non eſſe de neceſſitate huius Sacramenti, imò nec præcepti, quod fiant ſeptem vnctiones. ibid.19

Probabilios eſt, non eſſe de neceſſitate huius Sacramenti, inungi quinque ſenſus corporis, ſed ſufficere, ſi vnicus inungatur, licèt hoc fieri non poſſit licitè, in grauiſſima neceſſitate. ibid.20

Vnde probabilius eſt, tempore peſtis licitè poſſe Sacerdotem inungere vnicum ſolùm ſenſum, conſuetam dicendo formam. 86.21

Longè probabilius eſt, non eſſe validum hoc Sacramentum miniſtratum in quacumque parte corporis, vt in capite, pectore, &c. ibid.22

Non eſt de neceſſitate Sacramenti vtrumque organum vnius ſenſus inungi. ibid.23

Licitè enim poteſt Sacerdos, neceſſitate vrgente, vnum oculum, vnam aurem, &c. inungere. ibid.

Probabilius eſt, debere cæcos à natiuitate, & mutilatos vngi in organo oculorum, & partibus propinquioribus abſciſſis. ibid.24

Neceſſarium eſt vngi manus Sacerdotis. ibid.25

Non in palma, ſed in ſuperiori parte manus. ibid.26

Non eſt de neceſſitate Sacramenti ordo vnctionum, ſed ex conſuetudine. 87.27

Extremæ Vnctionis Miniſter.

Solus Sacerdos eſt proprius Miniſter huius Sacramenti. 87.1

Imò & quilibet Sacerdos poteſt validè Extremam Vnctionem conferre. ibid.2

Probabilius eſt, quemlibet Sacerdotem, etiam Religioſum, poſſe in neceſſitate, abſente Parocho, &

abſque

abſque illius licentia hoc Sacramentum miniſtrare. ibid.3
Imò & præſente Parocho, & nolente hoc Sacramentum conferre. ibid.4
Probabilius eſt, poſſe Parochum excommunicatum, vel nominatim ſuſpenſum, dare licentiam cuilibet Sacerdoti, ad hoc vt hoc Sacramentum miniſtret. 88.5
Probabilius eſt, poſſe Sacerdotem excommunicatum vel ſuſpenſum licitè adminiſtrare vnctionem in neceſſitate. ibid.6
Probabilius eſt, hoc Sacramentum poſſe licitè, & validè à pluribus Sacerdoribus conferri. ibid.7
Probabilius eſt, non teneri Sacerdotem perficere vnctionem ab alio Sacerdote inceptam, quamuis poſſit. ibid.8
Epiſcopus oleo, non Chriſmate, debet infirmum inungere. ibid.9
Validum eſt Sacramentum infirmo iam ſenſibus deſtituto adminiſtratum. ibid.10
Longè probabilius eſt, peccare Parochum, qui conſultò expectat tempus quo infirmus ſenſu careat, & ratione, ad conferendum hoc Sacramentum. ibid m 11
Extrema Vnctio debet dari poſt viaticum, niſi contrarij adſit cauſa. ibid. 12
Probabilius eſt licere Parochis præbere laicis oleum extremæ vnctionis, vt ipſi infirmos vngant ad ſanitatem recuperandam. 91.26

Extremæ Vnctionis effectus.

Gratia habitualis confertur per hoc Sacramentum. 89.13
Probabilius eſt, remiſſionem venialium eſſe proprium extremæ vnctionis effectum. ibid.14
Tollit etiam reliquias peccatorum. ibid.15
Habetque alios effectus. ibid.16
Probabile eſt, hoc Sacramentum ſuos effectus in prima vnctione producere. 90.17

Extremæ Vnctionis Ritus.

Iterari poteſt hoc Sacramentum, etiam in eadem infirmitate. 90.18
Probabilius eſt, non poſſe in eadem infirmitate pluſquàm ſemel conferri, ſi ſtatus infirmitatis non mutetur. ibid.19
Sacerdos etiam extra caſum neceſſitatis poteſt Extremam Vnctionem ſolus conferre, ſibimet reſpondendo. ibid.20
Peccat mortaliter Sacerdos adminiſtrans hoc Sacramentum, prætermiſſis precibus, niſi acceleratio mortis, vel periculum contagioſæ infirmitatis excuſet. ibid.21
Probabilius eſt, nec peccare mortaliter, ſi poſt vnctionem Pſalmos Pœnitentiales omittat. 91.22
Nec venialiter, ſi in neceſſitate ad hoc veſtibus non vtatur præſcriptis. ibid.23
Non eſt neceſſarium ad hoc recipiendum Sacramentum, quod in lecto decumbat. ibid.24
Probabilius eſt, non ſufficere attritionem, niſi ſit reputata contritio, ad hoc Sacramentum recipiendum. ibid.25

F

Facultas abſoluendi, & reſeruandi caſus.

Vide *Poteſtas.*

Fama.

qui FAmam lædit, & honorem trium v. g. hominum, adhuc dato, quod ea multiplicatione iuris læſi multiplicarentur malitiæ numero, probabilius eſt, non committere niſi vnicum peccatum. 185.21

Fœmina.

Vide *Denuntiare, Dies, Concubina, Abſolutio.*
Fœmina crebrò comedens ſalem, terram & ſimilia, niſi promittat ſe id non facturam, non poteſt abſolvi. 169.52
Fœminam in præſentia viri baptizantem in neceſſitate, probabilius eſt non peccare niſi venialiter. 44.9
Fœmina prudenter timens Confeſſarium eſſe ſcandalizandum, vel ab eo ſolicitandam, ſi certum peccatum ipſi fateatur, optimè poteſt, imò & debet conticere illud. 143.49
Fœmina ſolicitata tenetur ſub mortali denuntiare in omnibus caſibus, in quibus ad id obligatur. 305.11.
Vide *verb. Denuntiare*

Feſtum.

Probabilius eſt, rationem diei feſti non eſſe cum peccato neceſſariò confitendam. 205.2. Etiamſi ſit dies Veneris, aut Iouis Sancti. 206.3

Fides.

Certiſſimum eſt, non poſſe dari Sacramentum pœnitentiæ informe, ex defectu actus expreſſi fidei. 103.49
Ad valorem, & fructum Sacramenti pœnitentiæ non requiritur actus expreſſus fidei. 102.48

Filiusfamilias.

Probabilius eſt, poſſe abſolui retenta domi concubina, ſi illam expellere non poteſt. 266 37

Finis.

Vide *Circumſtantia* Cur.

Forma.

Duæ formæ non poſſunt eſſe pro vno Sacramento inſtitutæ. 81.23
Formæ omnium Sacramentorum ſunt Iure Diuino determinatæ. ibid.25

Frigidus.

Probabilius eſt, teneri frigidum circunſtantiam impotentiæ explicare in Confeſſione, quando ad mulierem acceſſit. 177.11

Furtum.

Probabilius eſt, Gubernatorem, aliamve perſonam publicam publicum magiſtratum gerentem, non teneri in Confeſſione furti à ſe facti explicare talis perſonæ circunſtantiam. 192.57

G

Graduatus.

Vide *Doctor.*
GRaduatos in Theologia, aut iure Canonico, certiſſimum eſt non cenſeri approbatos ad confeſſiones excipiendas. 260.48

Gratia.

Datur iuxta vniuſcuiuſque diſpoſitionem. 54.6
Non exſpirat morte concedentis. 258.42. & 43

H

Hæreſis, Hæreticus.

Vide *Abiurare.*
HÆreſis non tollit characterem ordinis. 65.7
Hæreticales blaſphemiæ neceſſariò ſunt in Confeſſione explicandæ ſpecialiter. 184.14
Probabilius eſt, teneri Hæreticum explicare qualitatem ſuæ hæreſis. ibid.17
Confeſſor ad turpia in Confeſſione ſolicitans, eſt de hæreſi ſuſpectus. 318.72 Leuiter tamen. ibid.73

Homicidium.

Vide *Sacrilegium.*
Probabile eſt, vnicum tantùm homicidium eſſe occidere aliquem cũ tota ſua familia vnico actu. 185.23
Non quodlibet homicidium in Eccleſia patratum eſt ſacrilegium. 193.5
Probabilius eſt, Eccleſiam pollui per homicidium occultè in ea factum. ibid.9

Hoſpita.

Probabilius eſt, poſſe abſolui, quamuis non habeat propoſitum non recipiendi hoſpitem, cum quo pluries peccauit, ſi illud habeat de non verſando ſola cum illo. 169.55

Iactantia.

I

Iactantia.

Qui Iactauit ſe de aliquo, probabilius eſt non teneri explicare ſpeciem peccati. 183.12

Ieiunium. Vide, *Caro.*

Probabilius eſt, eum qui frangit ieiunium ex voto, non peccare toties quoties in illa die carnes comedit, ſed ſemel tantùm. 208.13

Probabile eſt, non committere niſi vnicum peccatum, qui ſtatuit non ieiunare per totam Quadrageſimam 186.27. Tot tamen peccata committet, quot diebus non ieiunauerit. ibid.

Qui falsò putat ſe teneri ad ieiunium, & non ieiunat, idem peccatum in ſpecie committit, ac ſi eſſet obligatus ad ieiunandum. 204.17

Si obligatus ad ieiunium ex præcepto, ex voto, & iuramento, illud frangat, plura ſpecie diuerſa committit peccata. 207 8

Qui frangit ieiunium comedendo carnes, licèt ſit probabile, quod non committet niſi vnicum peccatum, probabilius tamen eſt, duo committere. ib. 11

Etiamſi ſimul cum carnibus lacticinia, & oua comedat. ibid. 12

Ignarus.

Vide *Ruſticus.*

Ignorantia.

Vide *Circumſtantia* Quando.

Imperator.

Vide *Rex.*

Imperfectio.

Probabilius eſt, imperfectiones eſſe materiam Confeſſionis. 160.9

Impuberes.

Non implentes præceptum annuæ Confeſſionis, non incurrunt pœnas ab Eccleſia contra trangreſſores latas. 127.57

Inceſtus.

Probabilius eſt, non differre ſpecie inceſtum inter cognatos legales, ab inceſtu inter conſanguineos, & affines. 189.45

Probabilius eſt, non ſemper, ſed aliquando, debere explicari gradus conſanguinitatis, & affinitatis legalis, perſonæ ad ad quam quis acceſſit. ibid. 46

Inceſtus inter cognatos ſpirituales habitus, eſt diuerſus in ſpecie ab inceſtu habito inter cognatos carnales, & legales. 190.47

Inductio, Inducere.

Multipliciter poteſt quis ad peccatum inducere. 158.6

Quomodo. ib. Quando debeant explicari ſpecies peccati, ad quæ quis induxit. ibid. 7

Probabilius eſt, non eſſe explicandum ſtatum perſonarum, quas quis indirectè induxit ad peccatum. ibid. 9

Probabilius eſt, tantùm peccare venialiter, qui directè, & per ſe ad veniale induxit. ibid. 8

Vide *Circumſtantia* Quibus auxiliis.

Indulgentia. Vide *Epiſcopus, Iubilæum.*

De fide eſt, eſſe in Eccleſia poteſtatem concedendi indulgentias. 319.2. Quid ſit Indulgentia. ibid. 3

Certum eſt, indulgentiarum conceſſionem eſſe non Ordinis, ſed iuriſdictionis actum. ibid. 2

Et facultatem Indulgentias concedendi eſſe Diuino Iure Eccleſiæ conceſſam. ibid. 4

Probabilius eſt, Indulgentiarum conceſſionem, reſpectu viuorum, non ſolùm eſſe pœnæ ſolutionem, ſicut eſt Indulgentia conceſſa pro defunctis, ſed eſſentialiter etiam conſiſtere in abſolutione. ibid. 5

De fide eſt, dari Eccleſiæ Theſaurum, ex quo Pontifex Indulgentias concedit. 320.6

Certiſſimum eſt, talem Theſaurum eſſe vnicum. ib. 7

Qui non ſolùm ex meritis Chriſti Domini, ſed etiam ex ſuperabundantibus ſatisfactionibus eius Genitricis, & aliorum Sanctorum, Iuſtorumque, etiam viuentium coadunatur. ib. 8. In lege antiqua fuit verè Theſaurus, licèt clauſus, ex antiquorum PP. ſuperabundantibus conſtans ſatisfactionibus. ibid. 9

Longè probabilius eſt, quod licèt reproborum merita, in gratia viuentium, in Eccleſiæ Theſauro recondantur, dum tamen ſunt in peccato (quod & de prædeſtinatis dicendum eſt) nullatenus ibi remanent, vnde & poſt reproborum mortem omnino delentur. ibid. 10

Certiſſimum eſt, non aliunde, quàm ex Eccleſiæ Theſauro, poſſe Papam Indulgentias concedere. ibid. cum ſequenti. 11

Probabilius eſt, quoties Pontifex ex hoc Theſauro Indulgentias concedit, toties ex toto illo, & non ex parte, Indulgentias eſſe conceſſas. 321.12

Licèt Theſaurus Eccleſiæ, prout continens Chriſti ſatisfactionem poſſit aliter, quam per indulgentias diſpenſari: probabilius tamen eſt, hoc ſolo modo diſpenſari, prout continet Sanctorum ſatisfactiones. ibid. 12

Poteſt Papa pro tota Eccleſia Iure Diuino Indulgentias concedere. ibid. 14. Minimè verò poſſe Concilium, etiam Generale, eſt probabilius. ibid. 15

Probabilius eſt, Epiſcopos non poſſe Indulgentias concedere Iure diuino. 322.16. Certiſſimum verò poſſe iure humano ordinario. ibid. 17

Hæc poteſtas in Epiſcopis eſt limitata. ib. 18. Si tamen plures dies quàm præſcriptos concedant, non ſolùm peccant, ſed nulla eſt conceſſio. ibid. 19

Vide *Cauſa ad concedendas Indulgentias.*

Subiectum, vel *perſona cui conceditur Indulgentia.*

Neceſſariò debet eſſe homo viator, baptizatus, & ratione vtens. 324.34

Probabilius eſt, poſſe per modum ſuffragij, licèt non abſolutionis, concedi Indulgentias catechumenis habentibus fidem, & charitatem. 325.35

Probabile eſt, catechumenis viuentibus, & defunctis exiſtentibus in gratia, prodeſſe indulgentias, etiam per modum abſolutionis. ibid.

Probabilius longè eſt, Indulgentias poſſe illis concedi qui poſt rationis vſum in amentiã inciderunt. ib 36

Probabilius eſt, lucrari Indulgentias illum qui licèt ignorans, facit omnia opera iniuncta. ibid. 37

Probabilius eſt, lucrari Indulgentias conceſſas ieiunanti, vel viſitanti Eccleſiam, illum qui propter hoc ieiunat, vel viſitat, quamuis principaliter ieiunet ob excuſandas expenſas in emendis cibis, vel viſitet Eccleſiam ob recreationem. ibid. 38

Probabile eſt, excommunicatum contritum, & non potentem abſolui, aut reſtituere, v.g. lucrari indulgentias. ibid. 39

Certum eſt, ſuſceptionem Indulgentiarũ debere fieri in gratia, ſaltem in eo tempore, ſeu inſtanti, quo vltima ponitur requiſita ad conceſſionem Indulgentiæ conditio. 326 40

Probabilius eſt, non requiri quod talis, pro ampliori tẽpore ſit in gratia, ad lucrandas Indulgentias. ib. 41

Quod ſi omnia opera ad Indulgentias requiſita, in peccato præſtiterit, licèt tranſacto tempore iuſtificetur, veriſimilius eſt, non lucrari illas. ibid. 42

Si verò talia opera fecit in peccato, & cum peccato, ideſt aliquo fine malo, & in fine operis vltimi ſit iam in gratia, probabilius eſt, lucrari Indulgentias, ſi cum intentione illas lucrandi operatus fuit. ib. 43

Probabilius eſt, non requiri ſtatum gratiæ in eo, qui alteri lucratur Indulgentias, licèt requiratur in eo, cui applicantur. 327.44

Opera propter quæ conceditur Indulgentia.

Vide *Iubileum, Lacticinia.*

Non eſt de neceſſitate Indulgentiæ, vt concedatur ſub conditione alicuius operis pij, cum ratione grati-

tudinis

tudinis,remunerationis, ſolatij,medecinæ, &c.poſſit concedi. 327.45

Certum eſt, ad lucrandam Indulgentiam non requiri neceſſariò opus eſſe externum. ibid.46

Regulariter loquendo, ad lucraodas Indulgentias, debent præſcripta opera impleri per ipſum, qui illas lucratur, niſi de concedentis mente aliud conſter. ib.47. Secus dicendum de eo, qui eleemoſyoam ad Indulgētias requiſitam,per famulum præbet, quod ſufficit.ib.48. Quod ſi famulus illam non præbeat, probabilius eſt, non conſequi Indulgentias.ib.49.

Probabilius eſt, eleemoſynam abſolutè ad Indulgentiam præſcriptam, non debere fieri iuxta perſonæ qualitatem,ſed ſufficere quamcunque, etiam minimam. 328.50

Quod ſi præſcribatur eleemoſyna iuxta perſonæ qualitatem, probabilius tunc eſt, talem neceſſariò requiri,eritque talis, qualem perſonæ talis qualitatis communiter ſolent efficere. ibid.51

Certiſſimum eſt, ad Indulgentiam lucrandam non ſufficere ſpiritualem eleemoſynam,comprehenſam in hoc verſu, *Conſule, caſtiga, ſolare,remitte fer,ora:* ſed requiri temporalem. ibid.52

Probabilius eſt, non eſſe neceſſariam in paupere, ad lucrandas Indulgentias, commutationem eleemoſynæ in aliud opus, ſi reliqua efficiat opera ipſe pauper. ibid.53

Probabilius eſt, nolente Prælato eleemoſynam pro Religioſis ad lucrandas Iubilei Indulgentias præſtare,poterunt tamen per alium (amicum v.g.) porrectem.329.54. Vnde ſat eſt, quod qui lucraturus eſt Indulgentias Bullæ, vel Iubilei, det per alium eleemoſynam. ibid.55

Probabilius eſt, quod hæc eleemoſyna, data die Dominica, etiam poſt communionem, ſufficiat ad illas lucrandas. ibid.56

Probabile eſt, eleemoſynam in Bulla præceptam tribus fieri diebus, non eſſe de neceſſitate eiſdem faciendam diebus, ſi culpam auferas. ibid.57

Probabilius eſt, ſufficere quod eleemoſyna ad lucrandas Indulgentias detur illi, qui creditur pauper, licèt aliàs diues ſit. 330.59

Probabilius eſt, orationem fieri debitam in Eccleſiis pro Indulgentiis Bullæ, & Iubilei,non debere eſſe vocalem, ſed mentalem ſufficere. ibid.64

Et quamcunque, etiam minimam, breuemque ſufficere orationem.331.65.Etiam aliàs debitam.ib.66

Probabilius eſt,ſufficere pro viſitanda Eccleſia, quod oratio fiat extra portam Eccleſiæ.ibid.67.Si Indulgentia conceſſa ſit viſitantibus quinque Eccleſias, aut quinque altaria in aliqua Eccleſia, tunc probabilius eſt, non ſufficere à porta illa altaria viſitare, niſi caſu,quo in porta exiſtendo, illa poſſint videri. ibid.68

Ad viſitanda tamen quinque Altaria probabilius eſt, non requiri abſolutè motum corporalem, ſed ſufficere, requirique aliqualem corporis motum, vel capitis, ad ſingula altaria. 332.69

Si vnum altare quinquies quis viſitet, probabile eſt, debere quinquies corpus, vel caput inclinare, in ſignum quinque viſitationum. ibid.70

Sufficit quinque altaria in eadem Eccleſia viſitare, licèt quinque ſint Eccleſiæ. ibid.71

Probabilius eſt, ſufficere, imò & eſſe melius vnum altare quinquies viſitare, licèt Eccleſia habeat tria, vel quatuor. ibid.72

Probabilius eſt,poſſe quem lucrari Indulgentiam Bullæ viſitando quinquies Oratorium ſuum, ab Epiſcopo pro Miſſa celebranda approbatum. ibid.73

Probabilius eſt, poſſe Indulgentiam Bullæ multoties eadem die lucrari. ibid.74

Mihi certum eſt, idē poſſe quē efficere pro animabus Purgatorij,vel pro defūcto ſibi benè viſo. 333.75

Probabilius eſt,eum qui non habet conſcientiam peccati mo talis, non teneri ad lucrandas Indulgentias B l æ,aut Iubilei confiteri.ib.76.Quod ſi mortale h beat peccatum ignoranter, licèt non confeſſum, lucratur Indulgentias Bullæ, quamuis poſtea illius memor, illud non confiteatur. ibid.77

Si in Bulla requiratur ad lucrandas Indulgentias,quod quis ſit contritus, & confeſſus, vel pœnitens & confeſſus, probabilius eſt, requiri tunc Confeſſionem. ibid.78

Probabilius eſt,non teneri iterum confiteri ad lucrandam Iubilei Indulgentiam, illum qui ſemel ad hoc confeſſus incidit etiam ante hebdomadæ finem, in qua conſequitur Indulgentiam,in mortale,ſed ſufficere illi ſi conteratur ad hunc effectum. 334.79

Si verò ſacrilegè fuit confeſſus, tenetur ante finem hebdomadæ validè confiteri. ibid.80

Probabilius eſt,ad lucrandum Iubileum ſufficere confiteri Dominica ſequenti. ibid.81

Certum mihi eſt, ad lucrandum Iubileum ſufficere confiteri ipſa die Dominica, qua promulgari ſolet Iubileum. ibid.82

Probabile eſt, lucrari Iubileum, qui ob impotentiam phyſicam,vel mortalem non poteſt confiteri,ſi alia fecit opera ab illo præſcripta. ibid.83

Quid ſit Indulgentia plenaria, ſeu totalis,quidve non plenaria, ſeu partialis. 353.167

Probabilius eſt, Indulgentiam plenariam, pleniorem, & pleniſſimam, nullo modo diſtingui inter ſe,quoad effectum remittendi omnem pœnam. ibid.168

Quomodo Iubileum differat ab Indulgentia plenaria, pleniori, & pleniſſima. 354.169

Probabile eſt,poſſe quem vno,& eodem opere lucrari diuerſas Indulgentias diuerſis viis conceſſas.ib.170

Probabilius eſt, per Bullam Cruciatæ lucrari in diebus ſtationum omnes Indulgentias, etiam plenarias vrbis Romæ. ibid.171

Probabilius eſt, lucrantem Indulgentiam plenariam, manere liberum ab obligatione implendi pœnitentiam, ſaltem ſatisfactoriam, à Confeſſore impoſitam. ibid.172

Probabile eſt, non ſolùm in mortis articulo, ſed etiam extra illum, poſſe abſolutè,& per ſe Indulgentiam abſenti applicari. 355.173

Ad applicandam plenariam Bullæ Indulgentiam nulla ſunt determinata verba neceſſaria, imò in mortis articulo ſufficit dicere, *Abſoluo te*, cum intentione etiam concedendi, ſeu applicandi etiam Indulgentiam. ibid.174

Probabile eſt, poſſe Clericum tonſuratum moribundis tales, & alias Indulgentias applicare, ſi Sacerdos deficiat.ib.175.Quod ſi nullus ſit Clericus,adhuc probabile eſt,idem poſſe efficere laicum.ib.176

Probabilius eſt,exiſtentem in peccato poſſe pro mortuis Indulgentiam conſequi. 356.177

Infantes.

Ante vſum rationis non ſunt capaces Sacramenti Extremæ vnctionis. 82.2

Tenentur præcepto annuæ Confeſſionis,etiamſi ſeptennium non attigerint,ſi peccare poſſunt .119.28

Ingratitudo.

Peccantium poſt remiſſionem peccati,non eſt circunſtantia in confeſſione explicanda. 210.24

Inhabilis. Vide *Sollicitans, Confeſſor.*

Confeſſor qui propter ſollicitationem factam de leui abiurauit, ſi ſit regularis, manet ipſo iure inhabilis ad Eccleſiaſticas Dignitates: ſecus ſi ſit ſæcularis. 318.65

Iniuria.

Vnum tantum peccatum committit, qui vno impetu multoties proximum iniuriauit. 182.9

Probabilius eſt, vnicum tantùm committere peccatum, qui vno tempore, & actu pluribus infert iniuriam. 186.25

Inquiſitor.

Inquiſitorem ſolicitantem eſſe denuntiandum Inquiſitori Generali probabile eſt, ſicut eſt etiam probabile, ſoli Sedi Apoſtolicæ eſſe denuntiandũ. 315.15

Inſpiratio Diuina.

Tranſgredi aliquod præceptum vehementi reſiſtendo inſpirationi Diuinæ, non eſt duplex peccatum. 205.22

Inſtrumentum.

Vide *Circunſtantia*, Quibus auxiliis.

Intenſio, Interruptio.

Vide *Circunſtantia*, Quomodo.

Intenſio.

Vide *Circunſtantia*, Cur.

Intentio recipiendi pœnitentiæ Sacramentum eſt pars intrinſeca illius. 93.5

Interdictum.

Tempore interdicti tria tantùm Sacramenta conferuntur, nempe Baptiſmus, Pœnitentia, & Euchariſtia. 85.17.

Interpres.

Per illum poteſt fieri confeſſio. 155.7

Longè probabilius eſt, ex vi Conſtitutionum Summorum Pontificum contra ſolicitantes, non eſſe denuntiandum interpretem, etiam Sacerdotem, ſolicitantem pœnitentem in actu confeſſionis, ante, vel immediatè poſt: licèt alio ex capite puniri poſſit per Inquiſitionis Tribunal. 312.40

Probabilius eſt, teneri interpretes pœnitentis ad confeſſionis ſigillum. 241.51

Integritas Confeſſionis.

Vide *Confeſſionis Integritas.*

Longè maioris momenti eſt obſeruatio ſigilli confeſſionis, quàm integritatis materialis illius. 243.60

Ioannes.

V.P.F. Ioannes Baptiſta à Conceptione fuit vnicus noſtri Sacri Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Reformator. Vnde male P.F. Antonius Daza aſſeruit, fuiſſe ex ſua Religione P.F. Andream de Valaſco. 272.93

Irregularitas.

Vide *Baptiſmi Miniſter, & Effectus.*

Irregularitatem incurrit, qui vt baptizet infantem, aliàs certò moriturum, illum in flumen proiicit. 30.29

Etiam Laicus ſine neceſſitate baptizans, ſi ſolemniter, non verò ſi priuatim. 44.10

Non incurrunt irregularitatem Religioſi abſque licentia, & neceſſitate baptizantes. 46.19

Clericus non Sacerdos ſolemniter abſque neceſſitate baptizans incurrit irregularitatem. ibid. 20. Non verò ſi non ſolemniter, etiam prohibente Parocho. ibid. 21

Non incurrit irregularitatem Parochus ſolemniter puerum alterius Parochiæ baptizans extra neceſſitatem. ibid. 23

Irregularitatem incurrit & qui ſcienter abſolutè rebaptizat, & qui rebaptizatur. 54.8

Probabile eſt, non incurrere niſi vnicam irregularitatem qui vnico ictu plures occidit Clericos. 185.22

Non incurrit irregularitatem Confeſſarius, qui vt non violet ſigillum, & propterea tacet matrem mortuam eſſe grauidam, non curat de ſalute pueri. 347.86

Certiſſimum eſt, Confeſſarium frangentem ſigillum, non incurrere irregularitatem. 250.91

Iubileum.

Vide *Confeſſio, Indulgentia, Votorum commutatio.*

Probabilius eſt, pœnitentem qui animo lucrandi Iubileum virtute illius abſoluitur à cenſuris, non reincidere in illas, licèt poſtea illud non lucretur. 289.40

Probabilius eſt, illum qui tempore Iubilei Confeſſionem non fecit, qui facto examine mortale non inuenit, poſſe poſtea à quocumque Confeſſore abſolui à reſeruatis ante illud commiſſis, & obliuis. ibid. 41

Probabilius eſt, poſſe Confeſſorem abſoluere à reſeruatis, & à cenſuris illum, quem accedentem in fine Iubilei non poteſt integrè audire, dilata abſolutione peccatorum, poſt elapſum Iubilei tempus, licèt ad hoc non teneatur, cum poſt elapſum Iubileum poſſit hæc omnia efficere prorogando illud. 29.49

Idem dicendum eſt de commutatione votorum. ibidem.

Probabile eſt, poſſe abſolui à reſeruatis, etiam commiſſis poſt tempus Iubilei illum, cuius Confeſſio iuſta de cauſa poſt dictum tempus perficitur. 292.50

Longè probabilius eſt, poſſe à reſeruatis abſolui illum qui ſine animo lucrandi iubileum vtramque hebdomam tranſegit, & mutato animo, die Sabbati in fine ſecundæ hebdomadæ, vult illud lucrari. ibid. 51

Probabilius eſt, poſſe abſolui à reſeruatis illum qui factis reliquis pro iubileo lucrando operibus, vltimo die, quo Euchariſtiam erat ſumpturus, per incuriam aut obliuionem bibit, commutata communióne. ibid. 52

Qui lucratus eſt iam iubileum, & intra tempus eius in noua incidit reſeruata, non poteſt ab illis abſolui. ibid. 53

Probabilius eſt, illum qui in prima hebdomada lucratus eſt Iubileum, non poſſe in ſecunda iterum illud lucrari. ibid. 54. & 336.89. & 90

Probabile eſt, non teneri Regulares tempore Iubilei eligere Confeſſorem ab Epiſcopo approbatũ, ſed ſufficere à ſuo Prælato. 293.55. & 334.84

Probabilius eſt, non reuocari per Iubileum anni Sancti facultates, quas habent regulares ad abſoluendum à reſeruatis. 293.57. Et etiam probabilius, non ſuſpendi per Bullam Cruciatæ. ibid. 57

Probabilius eſt, ad lucrandum Iubileum ſufficere date elemoſynam ei, cui aliàs ex obligatione alicuius præcepti, vel voti debetur. 329.58

Probabile eſt, ſufficere etiam quod detur diuiti reputato pauperi. 330.59

Multò probabilius eſt, poſſe Bullam ad minus habentem veſci ouis, & lacticiniis in ieiuniis pro Iubileo impoſitis. ibid. 60. Si verò Iubileum extra Quadrageſimam incidat, ſine Bulla poſſunt comedi. ibid. 62

Probabile eſt, quod ſatisfaciat Iubileo (quamuis non præcepto Eccleſiæ) qui in ieiuniis pro ipſo lucrando in Quadrageſima præſcriptis, lacticinia, & oua ſine Bulla comedit. ibid. 62

Certum eſt, ſatisfieri Ieiuniis Iubilei per ieiunia aliunde debita. ibid. 63

Probabilius eſt, illum qui intra tempus à Iubileo præſcriptum confeſſus fuit, & ante finem hebdomadæ (quando conſequitur Indulgentiã) incidit in mortale, non teneri iterum confiteri, ſed ſolùm conteri ad Indulgentiam lucrandam. 334.79

Probabilius eſt, ad lucrandum Iubileum ſufficere confiteri Dominica ſequenti. ibid. 81. Imò certum eſt, ſufficere confiteri ipſa die Dominica, qua promulgari ſolet. ibid. 82

Probabile eſt, lucrari Iubileum, qui non poteſt confiteri, ſi alia fecit opera præſcripta. ibid. 83

Probabilius eſt, Religioſos ad lucrandum Iubileum poſſe confiteri approbatis extra ſuum Ordinem.

335.85. Et Moniales quibuſcumque ex approbatis ab Ordinario. ibid.86

Probabilius eſt, in Iubileo duarum hebdomadarum non lucrari illud, qui vnam partem operum adimplet in vna, aliam in alia. ibid.87

Qui publicationis tempore eſt In Ciuitate, compellitur tamen ab ea diſcedere, poteſt perfecto itinere Iubileum lucrari. 336.90

Poteſt etiam in itinere opera præſcripta efficere, & commutationem viſitationis Eccleſiæ aſſignatæ petere. ibid.91

Qui promulgationis Iubilei initio non adfuit, poteſt veniens Iubileum lucrari. ibid.92

Qui omiſit ieionare diebus antecedentibus Sabbatum, poteſt in illo commutationem ieiuniorum petere, ad lucrandum Iubileum. ibid.93

Imò etiamſi ex malitia omiſerit. ibid.94

Probabile eſt, non ſolùm ieiunia, eleemoſynas, &c. Sed & communionem, & Confeſſionem poſſe à Confeſſore in aliud quandoque commutari. 337.95

Probabilius eſt, talem commutationem poſſe fieri à quocumque Confeſſario, licèt illi non confiteatur. ibid.96

Iudex.

Vide *Circunſtantia* Quid, propè finem.

Probabilius eſt, poſſe licitè iudicem auferre arma intra Eccleſiam, ab immunitate illius fruentibus. 197.28

Probabilius eſt, non committere ſacrilegium iudicem qui verbis doloſis reum ab Eccleſia conatur educere, etiamſi egrediatur. ibid.29

Iudicium temerarium.

Probabilius eſt, ab eo, qui temerè iudicauit de alio in re graui, non eſſe neceſſarium materiam, aut perſonam explicari. ibid.11

Omnia iudicia temeraria ſunt contra iuſtitiam commutatiuam, & non variantur ſpecie morali. ibid.

Iuramentum.

Vide *Votorum commutatio*, & *Diſpenſatio*, & *Ieiunium.*

Iuriſdictio.

Vide *Opinio.*

Non eſt de neceſſitate Confirmationis, benè tamen Pœnitentiæ. 65.8

Omnis Sacerdos ad abſoluendum à venialibus indiget iuriſdictione. 253.16. Probabiliuſque eſt, dictam iuriſdictionem conferri ab Eccleſia. 254.23

Probabilius eſt, non exſpirare morte concedentis iuriſdictionem delegatam ad audiendas confeſſiones. 158.42

Ius Carnium.

Probabilius eſt, eſſe materiam aptam Baptiſmi, dummodo non ſit valdè ſpiſſum. 27.9

Iuſtitia.

Commutatiua prohibet lædi alienam famam ſub vna ſpecifica ratione. 183.11

L

Lac.

LAc certiſſimum eſt, non eſſe materiam aptam Baptiſmi. 27.12

Lacticinia.

Vide *V. Iubileum.*

Non interdicuntur ob ieiunium, ſed ob abſtinentiam à carnibus. 207.12

Probabilius eſt, poſſe lacticiniis veſci in diebus ieiunij pro Iubileo impoſitis, etiam ſine Bulla. 330.60. 61.& ſeqq.

Laicus.

Laicus baptizans etiam ſine neceſſitate priuatim, non incurrit irregularitatem: benè tamen ſi ſolemniter. 44.10

Probabilius eſt, Laicum exiſtentem in mortali, & excommunicatum in neceſſitate baptizantem, non peccare mortaliter. 47.28

Laici nec licitè, nec decenter enſe accincti confitentur: peccant enim venialiter. 129.7

Probabilius eſt, non fore irregularem laicum aliquem à peccatis abſoluere intentantem. 251.6

Probabilius eſt, poſſe Laicum moribundis Indulgentias Bullæ, aut aliàs applicare, ſi Clericus deficiat. 252.7

Latro.

Si latro furetur in Confeſſione crumenam Sacerdoti, & hoc factum confiteatur, optimè poterit Sacerdos eum in iudicio accuſare. 234.15

Laureati.

Vid *Doctor, Graduatus.*

Lex.

Vbi lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus.

Lex præſcribens tempus ad denuntiandum, non currit impedito, ſicut nec ignoranti.

Lex in pœnalibus eſt reſtringenda, ſicut in fauorabilibus amplianda.

Licentia.

Licentia data ab Epiſcopo ad eligendum Confeſſorem exſpirat morte concedentis. 258.42

Licentia petita, & non obtenta, non ſufficit ad obtinendam iuriſdictionem. 273.98

Licentia ad Confeſſiones audiendas per vim, aut metum grauem extorta, non dat iuriſdictionem, ſecus ſi per vim, aut metum leuem. ibid.99

Licentia duplex, tacita & expreſſa. 234.17. & 18

Vide *Sigillum Confeſſionis.*

Licentiatus. Vide *Doctor, & Graduatus.*

Lixiuium.

Probabilius eſt, eſſe materiam aptam Baptiſmi. 27.9

Locus ſacer. Vide, *Circunſtantia* Vbi.

M.

Maledictio, Maledicere.

qui MAledicit Deo, & duodecim Apoſtolis, aut imprecatur malum alicui, & toti eius familiæ, probabilius eſt, vnicum tantùm committere peccatum. 186.14

Maleficium.

Vide *Circunſtantia* Quibus Auxiliis.

Mancipium. Vide *Seruus.*

Iudæi non ſunt ſerui, ſed ciues politicè ſubiecti. 51.17

Maria Virgo.

Probabilius eſt, Sacramentum extremæ vnctionis non fuiſſe de facto Beatæ Mariæ Virgini collatum. 83.7

Beata Virgo non elegiſſet committere vnum peccatū veniale potius, quam contrahere originale. 97.22

Matrimonium.

Matrimonij materia remota ſunt corpora contrahentium, proxima verò eorum traditio. 3.9

Quidam aiunt, matrimonium Adæ fuiſſe Sacramentum. 5.1

Probabilius eſt, non peccare mortaliter contrahentes matrimonium in mortali, vt miniſtri ſunt. 13.7

Licèt peccent mortaliter, vt recipientes. ibid.

Medicus.

Probabilius eſt, poſſe abſolui medicum, qui in medendis fœminis ſæpe peccat. 168.48

Meretrix.

Meretrix, quamuis peccet mortaliter, non implendo annuæ confeſſionis præceptum, non incurrit pœnas ab Eccleſia latas contra non implentes illud. 127.58

Earum miſerrimus ſtatus ab Eccleſia permittitur ad maiora damna vitanda. ibid.

Sufficit meretrici ſtatum ſuum, tempus & frequentiam delictorum in confeſſione explicare, ſi numerum determinatum ignorat. 134.21

Miniſter.

Vide *Baptiſmi, Confirmationis, Extrema Vnctionis, &* *Pœnitentia Miniſter.*

Miſſa.

Qui ex ipſo altari, in quo celebrauit, immediatè concubinam adiret, debet hanc circunſtantiam explicare. 106.4

Vnicum tantùm peccatum committit qui Miſſam duplici titulo mandatam omittit. ibid.5

Qui Miſſam omittit, ad quam ex præcepto, voto, & iuramento obligatur, tria committit peccata. 107.8

Monachus.

Vide *Baptiſmi Patrinus.*

Monachi non poſſunt eſſe Patrini; ſi tamen de facto puerum leuent, verè fient Patrini, & ſpiritualem contrahent cognationem. 51.15

Soli Benedictini, ex vi Conſtitutionis Clementis I. obligantur ad Confeſſionem menſtruam. 524.48

Probabilius eſt, non teneri dictos Benedictinos ad dictam Confeſſionem, ſi ſint venialium tantùm conſcij. 125.49

Probabilius eſt, nec teneri ſub mortali ad talem Confeſſionem, ſed tantùm ſub veniali, licèt mortalia habeant. ibid.50

Probabilius eſt, Monachos D.Bernadi ſub nullo peccato teneri ſemel in anno ſuis Abbatibus confiteri. ibid.51

Moniales.

Non tenentur Moniales ad menſtruam Confeſſionem, ex vi Clem. 1. 524.48

Probabile eſt, Moniales non ſatisfacere dicendo, ſe violaſſe votum caſtitatis, non explicando Religioſum ſtatum. 176.4

Poſſunt Moniales de licentia ſui Superioris cuilibet Sacerdoti ſimplici confiteri. 259.46

Mortis articulus.

Vide *Adultus.*

In mortis articulo (qui quoad abſolutionem à reſeruatis peccatis & cenſuris, eſt amiſſio loquelæ, ſeu vſus rationis in perpetuum, licèt mors non timeatur) poteſt quilibet Sacerdos ab omnibus cenſuris, caſibuſque reſeruatis abſoluere, etiam à prima die periculoſæ infirmitatis. 298.69

Abſolutus in mortis articulo ab excommunicatione reſeruata, tranſacto illo, tenetur coram ſuperiore, cui reſeruata erat excommunicatio, comparere, aliàs in eandem reincidet cenſuram. ibid.70

Probabilius eſt, abſolutum in mortis articulo à reſeruatis non habentibus cenſuram annexam, non teneri poſtea comparere. ibid.

Imò probabilius iudico, nullum infra Summum Pontificem poſſe, nec licitè, nec validè ita reſeruare caſus abſque cenſura, vt in mortis articulo abſolutus ab illis, teneatur poſtea comparere. ibid.72

Probabilius eſt, illum qui extra mortis articulum abſolutus eſt ab Epiſcopo, à cenſura Pontifici reſeruata propter impedimentum (excipe pueritiam) teneri illo ceſſante ſe Summo Pontifici, vel eius Delegato præſétare, alioquin in eandem reincidet cenſuram. ibid.73

Probabilius eſt, poſſe ſic impeditum ab Epiſcopo abſolui. ibid.

Moribundus.

Vide *Abſolutio moribundi.*

Probabilius eſt, poſſe miniſtrari Sacramentum Extremæ Vnctionis tempore interdicti, moribundo, qui Euchariſtiæ, aut pœnitentiæ Sacramenta non poteſt recipere, etiamſi non habeat priuilegium, ſeu Bullam Cruciatæ. 85.18

Mulier.

Mulieri in partu deficienti poteſt dari Extrema Vnctio. 84.12

Mutilatus.

Mutilatus debet in Extrema Vnctione inungi in partibus propinquioribus abſciſſis. 86.24

Mutus.

Mutus qui ſignis confitetur, poteſt dimidiare Confeſſionem, caſu quo non habeat copiam Confeſſoris, qui illum plenè intelligere poſſit. 144.56

Idem dic de Surdo, & Balbutiente. ibid.

Mutus, qui ſcit ſcribere, tenetur præcepto annuæ Confeſſionis per ſcripturam, ſi ſignis nequeat confiteri. 327.61.& 357.18

Quod ſi ſignis non poſſit, poterit etiam abſolui extra tempus præcepti. ibid.19

Poteritque per interpretem confiteri. 358.20

N

Nauigare.

Qui NAuigantes in mari periclitantur, poſſunt publicè confiteri. 154.2

Nouitius.

Longè probabilius eſt, poſſe nouitios à quocumque Confeſſore ſæculari, vel regulari à peccatis in Religione reſeruatis abſolui. 296.64

Nutus.

Nutus inhoneſti in Eccleſia habiti, non ſunt ſacrilegium. 194.18

Nuntius, & Legatus Apoſtolicus, eiúſque Officialis.

Nec Nuntius Apoſtolicus, nec Sedis Apoſtolicæ Legatus, nec eiuſdem Officiales ſolicitantes denuntiandi ſunt Inquiſitoribus, aut Ordinariis. Quod ſi tales denuntiationem exceperint, poterunt teſtium excipere depoſitiones Apoſtolicæ Sedi remittendas. Et ſi prædictorum fuga timeatur, poterunt ipſos detinere, dum ad Apoſtolicam Sedem, vel ad legitimum Superiorem eorum delicta deferantur. 315.50

O

Obſtetrix.

OBſtetrix tenetur ſub mortali ſcire formam Baptiſmi. 45.5.& 48.15

Occaſio.

Occaſio peccandi duplex, remota, & proxima. Vbi quid ſint. 165.32

Qui exercet artem per ſe licitam, eſt tamen illi occaſio peccandi, abſolui poteſt, modò cum quibuſdam conditionibus ad confeſſionem accedat. 172.68

Sartores qui ſunt in occaſione proxima peccandi dum veſtes conſuunt, item poſſunt abſolui. 173.69

Non ſic de hiſtrionibus, vulgò *Comediantes*, qui ſunt in occaſione peccandi, vel ipſi ſunt occaſio, vt alij peccent, ſi artem hiſtrionicam nolint relinquere. Quod limitandum eſt, caſu quo aliam artem, ſeu alium modum viuendi, licèt non ita lucratiuum, habeant. ibid.70

Principes inſeruientes fœminis nobilibus in palatio regio exiſtentibus, minimè poſſunt abſolui, caſu quo habeant occaſionem proximam peccandi, moroſè ſe delectando, aut conſtituendo in prohibitum, & ipſas non relinquant. ibid.71

Idem dic de Principibus, qui non ſunt matrimonio copulati, ſed inſeruiunt dictis fœminis, intendendo principaliter eas vxores ducere. ibid

Monialis, quæ eſt in occaſione proxima peccandi, cum ſuo deuoto per tactus inhoneſtus, &c. minimè poteſt abſolui, caſu quo ex dimiſſione talis occaſionis amittat magnam aliquam commoditatem

tatem temporalem, qua dicta Monialis maximè indiget. 174.72
Maritus qui eſt in occaſione proxima peccandi cum ſua vxore, haud poteſt abſolui, quin occaſionem talem dimittat. ibid.75
Limitandum tamen. ibid.

Octogenarius.

Octogenarius, imò & nonagenarius, & maioris ætatis tenentur præcepto annuæ Confeſſionis, & communionis, ſi ſint rationis compotes, quidquid aliquis dixerit. 119.29

Odium.

Probabilius eſt, ſufficere ei qui mortem infamem, aut paupertatē proximo deſiderauit ex eadem ratione formali odij, confiteri ſe odiſſe proximum. 182.8

Officium Diuinum.

Probabilius eſt, non committere niſi vnicum peccatum qui vnico actu voluntatis ſtatuit omittere Officium Diuinum per integrum menſem. 186.27

Oleum.

Non eſt præceptum obligans ad mortale, vt renouetur oleum vnctionis ſingulis annis. Benè tamen Chriſma. 78.11

Opinio.

Non peccat mortaliter Sacerdos ſequendo opinionem minùs probabilem, ex his quæ verſantur circa iuriſdictionem Confeſſarij. 268.79
Probabilius eſt, etiam opinionem probabilem dare iuriſdictionem ad audiendas Cōfeſſiones. 274.103
Quoties probabilis opinio fert, aliquod Sacramentum non fuiſſe validum, poteſt illud ſub conditione repeti: imò & tenetur quis illud repetere, ſi Sacramentum eſt valdè neceſſarium. 20.14
Imò hoc poteſt effici abſque vlla conditione, iuxta probabiliorem ſententiam, licèt tutius ſit, conditionem hanc, ſcilicet, *ſi receptum non ſit*, mente apponere. ibid.15

Opus.

Vide *Opera propter quæ conceditur Indulgentia.*
Opus pœnale ad ſatisfactionem optimum eſt, non tamen ſemper neceſſarium. 215.26
Opera propter quæ conceditur Indulgentia.
Vide *Indulgentia.*

Orare.

Probabilius eſt, eum qui tempore grauis tentationis non orat, & tentationi ſuccumbit, non committere niſi vnicum peccatum. 195.59

Oratorium.

Vide *Indulgentia.*
Probabilius eſt, pollutionem habitam in Oratorio alicuius domus non eſſe ſacrilegium. 196.25
Secus tamen dicendum eſt de copula habita in Oratorio Epiſcopi authoritate conſtructo. ibid.
Hoc namque nomine Eccleſiæ venit intelligendum. 332.73

Ordo.

Ordinis materia remota eſt Calix, Patena, &c. proxima verò traditio. 8.10
Ordinis materiam, & formam materialiter ſumptas non determinauit Chriſtus in indiuiduo. ibid.11
Ordinantur Preſbyteri, & Diaconi in Eccleſia Græca per ſolam manuum impoſitionem, ſub certa forma verborum. In Latina verò per manuum impoſitionem, & per traditionem panis & vini. ibid.
Ordo characterem imprimit. 9.15
Ordinis charactera reddimur potantes ad exercenda diuina. 10.19
Ordines maiores ante Confirmationem ſuſcipere, probabilius eſt eſſe tantùm peccatum veniale. 63.8
In Ordine Epiſcopali fūdatur poteſtas cōfirmādi. 65.5
V.N.P.Fr.Ioannes Baptiſta à Conceptione fuit vnicus noſtri ſacri Ordinis Diſcalceatorum Sanctiſſimæ Trinitatis Reformator. 272.93
Vnde ſomniant quidam, alium fuiſſe affirmans. ibid.

Oſcula. Vide *Tactus.*

Oua.

Oua non interdicuntur ob ieiunium, ſed ob abſtinentiam à carnibus. 207.12

P

Paganus.

Vide *Baptiſmi Miniſter.*
PAganus poteſt validè baptizare. 42.4

Panis azymus, & fermentatus.

In pane fermentato conſecratur in Eccleſia Græca, in Latina verò in azymo. 3.12

Parentes.

Vide *Baptiſmi Patrinus.*
Parentes naturales peccant mortaliter, plures quàm duos aſſignantes Patrinos. 56.6
Probabilius eſt, poſſe Parentes virum & vxorem eſſe ſimul alienæ prolis Patrinos, abſque vllo peccato. 58.20

Parochus.

Vide *Abſolutio, Peccare, Baptiſmi Miniſter.*
Probabilius eſt, Parochum mort. peccare ſolemniter ſine Patrino baptizantem. 55.2
Peccat mortaliter Parochus, plures quàm duos aſſignans Patrinos. 56.6
Longe probabilius eſt, teneri Parochum ſub mortali in Baptiſmo adhibere exorciſmos ad fugandos dæmones. 60.27
Tenetur per ſe, vel per alium ſub mortali Sacramētū Extremæ Vnctionis ſuis ſubditis miniſtrare. 76.7
Probabilius eſt, non teneri hoc Sacramentum miniſtrare cum periculo vitæ, niſi in caſu quo infirmus abſque vllo Sacramento moreretur, & eius timeretur æterna damnatio. ibid.8
Parochus excommunicatus & ſuſpenſus poteſt dare licentiam cuilibet Sacerdoti, ad miniſtrandum Sacramentum Vnctionis. 88.5
Probabilius eſt, Parochum peccare grauiſſimè, ſi conſultò ad conferendum Sacramentum Extremæ Vnctionis expectet tempus quo infirmus ſenſu & ratione careat. ibid.11
Probabilius eſt, poſſe abſolui in caſu quo ex audiēdis cōfeſſionibus crebrò volūtariè pollueretur. 167.47
Longè multò probabilius eſt, non poſſe Parochum eligere ſibi in Confeſſarium quemlibet Sacerdotem ſimplicem. 257.34
Parochus poteſt abſoluere ſuum ſubditum extra Parochiam ſuam. 258.41
Longè probabilius eſt, non poſſe Parochos approbare ſimplicem Sacerdotem ad Confeſſiones ſuorum ſubditorum audiendas. 261.56
Nec adhuc tempore Iubilæi, etiamſi non ſit facilis ad Epiſcopum aditus. 262.57
Probabilius eſt, poſſe exponere quemcūque alium Parochū ad Confeſſiones prædictas audiendas. ib.58
Et etiam Sacerdotes à quocumque Epiſcopo, etiam extra Diœceſim approbatos. ibid.59
Probabilius eſt, poſſe Parochos vbique terrarum Confeſſiones audire virtute Bullæ, Iubilei, aut alterius priuilegij. ibid.60
Et etiam ſine tali priuilegio Bullæ, &c. ibid.62
Probabile eſt, teneri Parochū ſubditorū Confeſſiones audire, non ſolùm quando ipſi confiteri tenentur, ſed etiam quando id rationabiliter petunt. 277.119
Si tamen ſemel, aut iterum confeſſionem deneget ſubdito id rationabiliter petenti, probabilius eſt, non peccare mortaliter. ibid.120
Imò probabile eſt, ſi pœnitenti prouideat de alio Confeſſore, cui confiteatur, ſemper excuſari, niſi adſit ſpecialis neceſſitas vt pœnitens per ipſum audiatur. ibid.121

Parochia.

Vide *Parochus.*

Patrinus.

Vide *Baptiſmi, & confirmationis Patrinus.*

Patrinus Baptiſmi eſt ille, qui ſpondet de baptizato ſe paternam habiturum curam. 55.1

Soli à Patocho deſignati contrahunt cognationem ſpiritualem. ibid.4

Peccare.

Peccant mortaliter duo pagani ſe adinuicem baptizantes extra articulum neceſſitatis. 42.4

Peccat mortaliter non Sacerdos, qui extra neceſſitatem etiam abſque ſolemnitate baptizat. 43.6

Et etiam Sacerdos abſque neceſſitate extra Eccleſiam baptizans. ibid.

Probabilius eſt, peccare mortaliter laicum in præſentia Sacerdotis ſine neceſſitate baptizantem, etiam ſine contemptu. ibid.7

Clericus non Sacerdos ſolemniter abſque neceſſitate baptixans, peccat mortaliter, & incurrit irregularitatem. 46.21

Etiam peccat mortaliter, ſi non ſolemniter ſine neceſſitate, & tamen probibente Parocho baptixat, non tamen incurrit irregularitatem. ibid.

Peccat mortaliter Parochus, vel alius Sacerdos, qui baptizat ſolemniter puerum alterius Parochiæ extra neceſſitatem. ibid.23

Vel omitrit ſolemnitates in Eccleſia, quando puer domi ſine illis eſt baptizatus. 60.26

Peccator.

Nec tenetur conteri ex præcepto, etiam diebus feſtis ſolemnibus. Nec quando inſtat grauis aliqua calamitas populo. 99.33.& 34

Nec in periculo obliuionis peccatorum. ibid.35

Probabilius eſt, nec teneri peccatorem peccatum omiſſionis contritionis eliciendæ in Confeſſione explicare. 100.39

Nec elicere actus fidei, & ſpei, quoties accedit ad Sacramentum pœnitentiæ. 102.48

Peccatum actuale, & originale.

Tenetur ſub mortali quis in caſu neceſſitatis baptizare. 42.5

Peccatum originale tradncitur in prolem per virtutem virilem ex Adamo. 49.3

Omnia peccata poſt Baptiſmum ſunt materia remota pœnitentiæ. 43.6

Non verò peccata commiſſa ante Baptiſmum. ibid.7

Peccata in ipſomet inſtanti Baptiſmi commiſſa ſunt materia Confeſſionis. ibid.8

Probabilius eſt, quod ſi poſſibile eſſet malum intrinſecum Dei, potius deberet permitti, quàm admitti peccatum. 95.14

Non poteſt quis ad vitandum graue peccatum proximi eligere leue proprium. 96.17

De originali peccato non debet eſſe contritio.ibid.18

Nec tenetur quis de eo habere diſplicentiam poſitiuam. ibid.19

De neceſſitate Sacramenti pœnitentiæ, quaſi materia non eſt oris confeſſio, ſed peccati manifeſtatio. 94.11

Percuſſio, & Percutere.

Probabilius eſt, percuſſionem, quantumvis grauem, ſi fiat abſque effuſione ſanguinis, non eſſe ſacrilegium. 193.6.

Vnum tantùm peccatum committit qui vnico impetu ter, vel quater percutit aliquem. 182.9

Vide *Circumſtantia* Quid.

Periurium.

Probabilius eſt, poſſe peregrinos, & iter agentes confiteri cuilibet Sacerdoti approbato. 258.38

Periculum, & Periculum mortis.

Probabilius eſt, non teneri eum qui ſe periculo expoſuit, & in eo peccauit, explicare periculum, ſed peccatum. 204.18

Periculum mortis, & articulus mortis non diſtinguuntur in ordine ad abſolutionem à peccatis. 253.17

Periurium.

Qui ſimul rogatus de pluribus articulis ſub iuramento, in omnibus mentitur, vnicum tantùm peccatum committit. 206.6

Pœna.

Pœna reuelantis Confeſſionis ſigillum olim erat capitis, vel depoſitio perpetua, & ignominioſa per orbem ſaltem per ſeptennium peregrinatio, nunc verò eſt perpetua depoſitio, & recluſio in aliquo monaſterio. 250.90

Non incurritur ipſo iure, aut facto. ibid.

Pœnitens.

Vide *Satisfactio Sacramentalis, Confeſſor, Superior.*

Debet dolere de vno peccato, magis quàm de altero. 96.16

Debet magis dolere de peccato leui proprio, quàm de graui alieno. ibid.17

Pœnitens cognoſcens ſuum confeſſarium reuelaturum aliquod peccatum, debet illud in confeſſione tacere, ſicut debet in caſu, quo ipſe occoltè occidiſſet fratrem confeſſarij, aut habuiſſet rem cum matre, ſorore, aut alia propinqua illius; & ſi illud confiteretur peccatum, conjiceret confeſſarius, eum eſſe talis delicti reum. 143.49

Non tenetur pœnitens, qui pœnitentiam alicuius confeſſionis non adimpleuit, iterare confeſſionem.

Vide *Pœnitentia Sacramentalis.*

Pœnitens, ſi iudicio & doctrina polleat, poterit pœnitentiam improportionatam culpis, ſibi impoſitam minuere. 224.81

Vide *Satisfactio Sacramentalis.*

Probabilius eſt, pœnitentem qui aliqua faſſus fuit reſeruata, aliquorum oblitus, manere ita ab omnibus abſolutum reſeruatis, vt de oblitis poſſit poſtea à quocumque abſolui confeſſore. 288.34

Quod idem dicendum cenſeo, licèt in confeſſione facta ſuperiori, omnium reſeruatorum obliuiſcatur. ibid.35

Probabiliuſque itidem cenſeo, quando virtute Bullæ, vel Iubilæi fuit abſolutus à peccatis, licèt reſeruatorum fuiſſet oblitus, & iam fuerit tranſactum tempus Bullæ, aut Iubilei; tunc enim à quolibet poteſt poſtea confeſſore de oblitis etiam reſeruatis abſolui. ibid.36

Probabilius eſt, quod quando pœnitens tempore Iubilæi confeſſus fuit reſeruata cum intentione lucrandi illud, & ab illis abſolutus, licèt poſtea illud non lucretur, non teneri illa iterũ confiteri. 289.37

Probabilius eſt, in prædicto caſu non peccare ſaltem mortaliter talem pœnitentem, non lucrando Iubileum, vt infrà de votorum commutatione dicam. ibid.38

Probabilius eſt, etiam pœnitentem in dicto caſu modo etiam dicto abſolutum, manere liberum à reſeruatione peccati obliti, ita vt poſtea à quolibet poſſit confeſſore abſolui. ibid.39

Probabilius eſt, pœnitentem qui animo lucrandi Iubilæum virtute illius abſoluitur à cenſuris, non reincidere in illas, ſi poſtea illud non lucretur. ibid. 40

Quod idem de votis commutatis dicendum eſt. ibid.

Pobabilius eſt, illum qui tempore Iubilæi confeſſionem non fecit, quia facto examine, mortale non inuenit, poſſe poſtea à quocumque abſolui confeſſore à reſeruatis ante illud commiſſis, & oblitis. ibid.41

Vide *Iubilæum.*

Sacramenti Pœnitentiæ eſſentia.

De fide eſt, eſſe in lege gratiæ Pœnitentiæ Sacramentum. 92.1
Diffinitur Pœnitentia. 94.10
Certiſſimum eſt, componi hoc Sacramentum ex verbis Sacerdotis, & ex actibus pœnitentis. 92.2
Probabilius eſt, actus pœnitentis concurrere partialiter ad cauſandam gratiam. ibid.

Materia Pœnitentiæ.

Remota eſt peccatum, proxima dolor, confeſſio, & ſatisfactio. 3.9
Probabilius eſt, præter actus pœnitentis, ipſa peccata explicata per Confeſſionem, eſſe materiam proximam in obliquo. 93.4
Intentio recipiendi hoc Sacramentum, eſt eius pars intrinſeca, quaſi materialis. ibid.5
Omnia peccata poſt Baptiſmum commiſſa, poſſunt eſſe materia remota in recto, & proxima in obliquo. ibid.6
Peccata ante Baptiſmum commiſſa non poſſunt eſſe materia pœnitentiæ. ibid.7
Probabilius eſt, peccata in ipſomet inſtanti Baptiſmi commiſſa eſſe materiam Confeſſionis. ibid.8
Probabilius eſt, imperfectiones eſſe materiam Confeſſionis. 94.9

Pœnitentiæ forma.

Vide *Abſolutio.*
Eſt: *Ego te abſoluo ab omnibus peccatis tuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: Amen.* 104.1
Probabilius eſt, pronomen, *Ego*, non eſſe de eſſentia abſolutionis. ibid.2
Et longè probabilius, non eſſe peccatum mortale, ſed ad ſummum veniale, illud omittere. ibid.3
Certiſſimum eſt, ly *te*, eſſe de eſſentia abſolutionis. ibid.4
Probabilius eſt, imò & certiſſimum, particulam *ab omnibus*, non eſſe neceſſariò proferendam in forma abſolutionis. 105.5
Probabilius eſt, nullum peccatum eſſe illa omittere. ibid.6
Longè probabilius eſt, non pertinere ad formam pœnitentiæ hæc verba, *à peccatis tuis.* ibid.8
Imò nec in articulo mortis. 106.9
Certiſſimum eſt, non pertinere ad eſſentiam formæ pœnitentiæ hæc verba, *in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti.* ibid.10
Longè probabilius eſt, non eſſe peccatum mortale prædicta verba omittere, nec veniale, ſi omiſſionis adeſt cauſa. ibid.11
Certiſſimum eſt, non eſſe ſolùm hæc verba à Confeſſore exprimenda, *abſoluo te.* ibid.12
Probabilius eſt, non eſſe peccatum hæc verba, *Miſereatur tui, &c.* committere. 107.13
Longè probabilius eſt, non eſſe adhuc veniale, illa verba, *Dominus noſter Ieſus Chriſtus, &c.* omittere. ibid.14
Tempore neceſſitatis ſat erit dicere, *abſoluo te à peccatis tuis*, vel *à peccatis.* ibid.
Probabilius eſt, nullum eſſe peccatum omittere abſque neceſſitate verba deprecatoria, *Paſſio Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c.* ibid.15
Certiſſimum eſt, eſſe de eſſentia abſolutionis, eius verba voce humana proferre. ibid.16
Certiſſimum eſt, formam abſolutionis deprecatiuè datam, non eſſe ſufficientem. 108.17
Abſque dubio eſt ſufficiens forma, ſi abſolutio imperatiuè, etiamſi paſſiuè, ſit data. ibid.18
Probabile eſt, eſſe Sacramentum validum, datum ſub his verbis, *Volo abſoluaris: Placet te abſolui: Iubeo hunc abſolui: Sacramentum abſolutionis tibi impendo, &c.* ibid.19
Probabilius eſt, eſſe mortale prædictis abſoluendi formulis vti. Ibid.20
Validum eſt Sacramentum his verbis datum, *remiſſa tibi peccata*, vel *condono te, &c.* 109.21
Eſtque tantùm veniale illis verbis vti. ibid.22
Ex congruitate, non ex neceſſitate, danda eſt pœnitentibus habentibus indulgentiam plenariam pro tempore mortis, diſtincta forma abſolutionis à communi. 112.40
Poteſt in periculo mortis ſub conditione miniſtrari homini, qui illam non expreſsè petit, dummodo Catholicè vixerit. 18.3

Pollutio.

Vide *Mollities*, & *Virginitas.*
Probabilius eſt, vnicum tantùm committere peccatum mollitiei qui vnico actu de pluribus recogitat coniugatis, vel monialibus. 187.28
Secus tamen, ſi in tali actu delectaretur de nupta, coniugata, cognata, & moniali. ibid.
Probabilius eſt, eſſe ſacrilegium, pollutionem quamlibet in Eccleſia, etiam occultè habitam. 193.9
Vt ſit ſacrilega, debet eſſe in quantitate aliqua effuſio ſeminis. 194.10
Probabilius eſt, teneri circumſtantiam loci explicare eum qui deſiderat habere pollutionem in Eccleſia. 196.13
Probabilius eſt, pollutionem habitam in Oratorio alicuius domus, non eſſe ſacrilegam. ibid.25
Nec habitam in Religioſorum cellis. ibid.26
Secus tamen dicendum de copula habita in Oratorio Epiſcopi authoritate conſtructo, aut in Clauſtris Religioſorum, ſi benedicta ſint, & Religioſis ſepeliendis deſtinata. ibid.

Poteſtas abſoluendi.

Vide *Superior.*
Poteſtas data per Bullam, vel priuilegium ad abſoluendum à cenſura, conceſſa etiam cenſetur ad abſoluendum à peccato, & culpa. 284.15
Omnes qui peccata reſeruant, vel ad eorum abſolutionem habent ordinariam poteſtatem, poſſunt abſoluendi ab illis poteſtatem delegare. 290.44
An quando quis petit facultatem à Superiore pro vna vice pro caſibus reſeruatis, includatur etiam ipſe petens. ibid.45
Vbi probabilius dico, attendendam eſſe intentionem & conſuetudinem, quam in hoc habent concedentes talem facultatem. An qui obtinuit facultatem abſoluendi pœnitentem à reſeruatis, in quæ inciderat, poſſit ab omnibus abſoluere, ſi poſtea inueniat, eum in alia duo vel tria lapſum fuiſſe reſeruata. 291.46
Probabilius eſt, poteſtatem alicui conceſſam, vt à caſibus reſeruatis pro vna vice abſoluatur, comprehendere etiam reſeruata commiſſa poſt conceſſam talem poteſtatem, aut poſt notitiam illius conceſſæ. ibid 48
Probabilius eſt, poteſtatem, vel facultatem abſoluendi à reſeruatis, extendi etiam ad reſeruata ob confidentiam eius commiſſa. ibid.48
Poſita facultate abſoluendi à peccato reſeruato pluribus etiam reſeruationibus ab eiſdem Superioribus prouenientibus abſque cenſura, ſi tunc vna reſeruatio auferatur, auferuntur omnes. Si verò reſeruationes ſint à Papa, & Epiſcopo, tunc qui abſoluit facultate Papæ, omnes aufert; ſi verò Epiſcopi facultate abſoluat, remanet reſeruatio Papæ. 299.76

Poteſtas reſeruandi caſus.

Poteſtas caſus reſeruandi, eſt in Romano Pontifice, in Epiſcopis, & in Prælatis Religionũ, & in quocumque alio habente ordinariam iuriſdictionem. 281.2
Imò etiam eſt in Parochis, vel de iure, vel de conſuetudine. ibid 3

Præceptum

Præceptum.

Vide *Contritio, Confeſſio Sacramentalis.*

Non obligat ante eius promulgationem. 22.8

Præceptum Baptiſmi non fuit promulgatum ſtatim poſt mortem Chriſti. ibid.

Probabilius eſt, completam fuiſſe promulgationem eius anno elapſo poſt mortem Chriſti. ibid.9

Vnuſquiſque tenetur ſub præcepto ſibi quod eſt neceſſarium conſulere. 23.10

Probabilius eſt, non obligare præceptum naturale contritionis ſtatim ac commiſſum eſt peccatum, aut quoties memoriæ occurrit. 98.31

Præceptum contritionis ſtrictius eſt præcepto Confeſſionis, eſtque connaturale ſtatui gratiæ ſecundùm ſe. 100.38

Præceptum de Confeſſione eſt Diuinum. 114.6

Obligat ad confitenda ſola mortalia. ibid.7

Vide *Verb. Confeſſio Sacramentalis.*

Ab Eccleſia eſt latum præceptum annuæ Confeſſionis. 118.21

De fide eſt ſub mortali obligare. ibid.22

Per ſe, & ex vi præcepti diſtincti à præcepto communionis. ibid.23

Eſt quoad ſubſtantiam Diuinum, quoad determinationem temporis humanum. ibid.24

Qnoad hoc vltimum poteſt Papa diſpenſare. ibid.25

Omnes baptizati, qui mortaliter peccauerunt, tenentur præcepto annuæ confeſſioois. ibid.26

Certiſſimum eſt, teneri tali præcepto, qui tantùm habet peccata interna. 120.30

Nemo tenetur præcepto Eccleſiaſtico confiteri per interpretem. 155.8

Nec præcepto Diuino. ibid.9

Etiam in articulo mortis. ibid.10

Nullum eſt præceptum obligans ad Confeſſionem propria voce. ibid.12

Præceptum de ſigillo Confeſſionis longè maioris eſt momenti, quàm præceptum de integritate materiali illius. 243.60

Prælatus.

Vide *Mortis articulus, Regularis.*

Tenetur per ſe, vel per alium ſub mortali, Sacramentum Extremæ Vnctionis ſuis ſubditis miniſtrare. 76.7

Pobabilius eſt, non teneri cum vitæ periculo hoc Sacramentum miniſtrare, niſi in caſu, quo infirmus abſque vllo moreretur, & eius timeretur æterna damnatio. ibid.8

Probabilius eſt, non teneri in peccati occulti Confeſſione circunſtantiam Prælaturæ explicare. 178.13

Poteſt Prælatus punire Religioſum, qui non confitendi animo, ſed irritandi illum ad Confeſſiooem acceſſit. 234.15

Poſt decretum Clem. VIII. eſt longè probabilius, non licere Superiori ob peccatum in confeſſione cognitum, priuare ſubditos officiis ad nutum amouibilibus. 244.63

Probabilius eſt, non poſſe Superiorem negare ſuffragium pœnitenti, quem ſolùm per Confeſſionem cognouit indignum eſſe Prælaturæ, vel officij. 246.64

Non licèt Superiori remouere pœnitentem ab officio, quando pœnitens conjicere poteſt, id fieri ob peccatum confeſſum. ibid.65

Poteſt condere leges, caſuſve reſeruare, ſi ex Confeſſione ſciat aliqua peccata in Religione frequentari. 247.74

Prælati Superiores poſſunt eligere ſibi in confeſſarium quemlibet ſimplicem Sacerdotem. 256.31

Probabilius eſt, etiam prælatos locales poſſe eligere ſibi cõfeſſarium quẽlibet Sacerdotẽ ſimplicem. ib 32

Niſi id ſpecialiter ſit in Religione prohibitum. ibid.

Certiſſimum eſt, non poſſe Religionum Generales, aut Prouinciales, ſuos approbare ſubditos ad ſæcularium Confeſſiones audiendas. 263.54

Certiſſimum eſt, non poſſe Prælatos regulares, abſque Epiſcopi approbatione ſæcularium Confeſſiones audire. 265.62

Probabile tamen eſt, poſſe eos, & quoſlibet Religioſos, audire Confeſſiones ſæcularium deſeruientium Monaſteriis, abſque Epiſcopi approbatione. ibid.

Certiſſimum ferè eſt, adhuc non poſſe tales Prælatos eligi in ſæcularium confeſſarios virtute Bullæ, &c. ſi non ſiot ab Epiſcopo approbati. ibid.63

Certiſſimum fere eſt, non poſſe Prælatum regularem deſignare Vicarium regularem, qui abſque approbatione Epiſcopi confeſſiones ſæcularium audiat, etiam quandu Monaſteria habent Parochias annexas, niſi de contrario ſit priuilegium. ibid.64

Probabilius eſt, Prælatos qui poteſtatem habent reſeruandi; poſſe non ſolùm ſibi, ſed & aliis abſolutionem reſeruare. 185.20

Prælatus, qui alios poteſt à reſeruatis abſoluere, poteſt alteri poteſtatem dare, vt ipſummet à reſeruatis, in quæ incidit, abſoluat. ibid.21

Probabilius eſt, Epiſcopum incidentem in occultam hæreſim, à qua alios poteſt abſoluere, poſſe facultatem ſuam alteri confeſſariu committere, vt eum abſoluat. ibid.22

Quod ſimiliter de aliis reſeruatis dicendum eſt. ibid.

Ferè certum eſt, poſſe Prælatos regulares dare ſuis ſubditis facultatem, vt à reſeruatis à quocumque ſimplici Sacerdote abſoluantur. 296.63

Procurator.

Probabile eſt, nec procuratorem puerum in fonte baptiſmatis leuantem, nec principalem eum mittentem, contrahere cognationem ſpiritualem. 59.22

Promulgatio.

Vide *Præceptum.*

Propoſitum.

Probabilius eſt, requiri ad Sacramenti pœnitentiæ valorem propoſitum, vel formale & expreſſum, vel actuale, & explicitum. 162.22

Certiſſimum eſt, ad confeſſionem venialium requiri propoſitum, ſaltem virtuale non peccandi. 164.28

Prudentia.

Multiplex requiritur in confeſſore. 230.110

Puella.

Quæ ob verecundiam peccata ſua ore non valet explicare Confeſſori, poteſt abſque peccato per ſcriptum confiteri. 156.16

Pueri.

Ante vſum rationis non ſunt capaces Sacramenti Extremæ Vnctionis. 81.2

Tenentur præcepto annuæ confeſſionis, etiamſi ſeptennium non attigerint, ſi peccare poſſunt. 119.28

Pueri, qni in confeſſione aliquod mortale tacuerunt, ignorantes inuincibiliter eſſe mortale, non tenentur repetere confeſſiones, etiamſi grandiores facti mortale eſſe agnoſcant. 148.69

Q

Quando.

Vide *Circunſtantia*, Quando.

Raptus.

Raptus circunſtantiam à fœmina in copulam conſentiente, probabilius eſt non eſſe neceſſariò explicandam. 191.55

Reba

Rebaptizans, & Rebaptizatus.

Rebaptizans & rebaptizatus ſecundum leges ciuiles capite puniuntur. 54.8
Vterque incurrit irregularitatem. ibid.
Probabilius eſt, non incurrere irregularitatem rebaptizantem ſub conditione. ibid.9

Regularis.

Vide *Religioſus, & Iubileum.*

Certum mihi eſt, non poſſe regulares, virtute Bullæ Cruciatæ abſolui à reſeruatis ſuis Prælatis, abſque eorum licentia, ſaltem tacita. 293.58
Probabile eſt, ſufficere tacitam Prælatorum licentiam vt poſſint à reſeruatis abſolui. 295.59
Probabilius eſt, nec poſſe regulares inuitis ſuis Prælatis, abſolui virtute Cruciatæ, à reſeruatis per Confeſſarios deſignatos à Superiore pro ſuis ſubditis. ibid.60
Longè probabilius eſt, & ferè certum mihi, adhuc non poſſe regulares à reſeruatis abſolui per ſubſequentes Bullas, inuitis Prælatis. 296.61
Probabile eſt, poſſe regulares, virtute Cruciatæ à quocumque approbato abſolui à mortalibus non reſeruatis. ibid.62

Religioſus.

Religioſi ſtando Iuri Canonico, non poſſunt baptizare, benè tamen ſtando iuri Diuino, vel de licentia Epiſcopi, vel Parochi. 46.18
Religioſi ſine prædicta licentia aut neceſſitate baptizantes, peccant mortaliter, non tamen incurrunt irregularitatem. ibid.19
Probabile eſt, quod Religioſi non Monachi, non prohibeantur exercere munus Patrini. 58.16. & 74.8.
Probabilius eſt, non teneri Religioſos conteri ſtatim ac commiſſum eſt peccatum. 99.32
Ex congruitate, non ex neceſſitate danda eſt Religioſis pœnitentibus pro tempore mortis diſtincta forma abſolutionis à communi. 112.40
Certiſſimum eſt, non teneri Religioſum confiteri ſtatim poſt commiſſum peccatum. 116.14
Probabilius eſt, nullos Religioſos, præter Benedictinos, obligari ad confeſſionem menſtruam. 124.48
Religioſi militares licitè enſe accincti confitentur. 129.6
Certiſſimum eſt, teneri Religioſum fornicantem voti circonſtantiam in confeſſione aperire. 176.2
Probabile eſt, non ſatisfacere Religioſum dicendo votum caſtitatis violaſſe, non explicando ſtatum Religioſum. ibid.4
Religioſus ſimul Sacerdos, non tenetur confiteri vtramque circunſtantiam. 177.6
Qui ſimul cum voto caſtitatis habet ſpeciale votum de non polluendo ſe, & illud fregit, non tenetur hanc circunſtantiam fateri. 178.14
Certum eſt, peccare contra votum caſtitatis, qui habet delectationem moroſam de copula cum aliqua. 180.22
Etiamſi ſeparet mente circunſtantiam ſtatus. ibid.23
Probabile eſt, Religioſum frangentem præceptum Prælati, vnicam tantùm malitiam contra Religionem, aut votum contrahere. 203.11
Niſi aliàs Prælatus vtraque poteſtate vti velit. ibid.
Probabile eſt, Religioſum qui frangit ieiunium, ad quod ex præcepto tenetur, atque ex regula, vnicum tantùm committere peccatum. 259.45
Poteſt Religioſus de licentia ſui Prælati confiteri cuilibet Sacerdoti ſimplici, etiam ſæculari. ibidem 45.
Certum eſt, non poſſe Religioſos approbatos à ſuis Generalibus, aut Prouincialibus ad audiendas ſæcularium confeſſiones, eligi à ſæcularibus, etiam virtute Bullæ Cruciatæ, aut Iubilæi, 261.55
Probabilius eſt, poſſe valide Religioſum, qui obtinuit licentias ab Epiſcopo audiendi confeſſiones, eas ſine licentia ſui Prælati audire. 267.75
Imò nec peccabit mortaliter ex ſe, niſi conſtitutiones ſuæ Religionis ad mortale obligent. ibid.
Probabilius eſt, poſſe eligi per Bullam Religioſum ab Ordinario approbatum, ſed ſuſpenſum à Prælato Religionis: peccaret tamen talis Religioſus mortaliter, vel venialiter iuxta qualitatem prohibitionis. 268.77
Probabile eſt, etiam poſſe abſque Bulla talem Religioſum à ſæcularibus in confeſſarium eligi. ibid. 78
Probabile eſt, Religioſos abſque iuſta cauſa ad examen non admiſſos, vel poſt illud iniuſtè non approbatos, eo ipſo manere approbatos. 269.83
Probabilius eſt, manere etiam abſolutè, & ſimpliciter approbatos abſque vlla limitatione, ſi iniuſtè Epiſcopi licentias limitent. ibid.84
Probabilius eſt, interueniente iuſta cauſa poſſe Epiſcopos cum limitatione Regulares approbare. 270.85
Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum licitè reuocare ſine cauſa approbationem Regularibus abſolutè conceſſam. 271.88
Nec validè. ibid.89
Nec etiam eis datas ad beneplacitum ſuum. ibid.90
Probabilius eſt, non poſſe Epiſcopum ſuſpendere omnium Regularium licentias, & de nouo illos examinare, cauſa non cognita, nec probata, licèt interueniente iuſta cauſa ad confeſſiones pertinente, poſſit alicuius Regularis licentiam ſuſpendere. ibid.91
Religioſi mendicantes, ſi ad id commiſſionem habeant, poſſunt virtute ſuorum priuilegiorum diſpenſare in omnibus votis, in quibus iure ordinario poſſunt Epiſcopi. 342.117

Reliquia.

Probabilius eſt, non committere ſacrilegium, qui geſtando reliquias luxurioſè peccat. 195.15
Peccat ille, qui illas dat amaſiæ in pretium actus venerei; non tamen ſi ex beneuolentia, aut gratitudine. ibid.16

Remedia.

Quæ debet confeſſarius pœnitenti proponere, vt euitet occurrentia peccata. 231.111

Reſeruatio.

Vide *Caſus reſeruatus, Pontifex, & Iubilæum.*

Reuelare.

Reuelare peccatum proximi ſine rationabili cauſa vni vel alteri, qui illud ſecretò ſeruabit, probabilius eſt, eſſe peccatum mortale. 147.64

Rex.

Iacobus primus Aragoniæ Rex, fractionis ſigilli in pœnam iuſſit à confeſſario linguam retro extrahi. 150.91
Probabile eſt, Reges, Regumque vxores poſſe confiteri cuilibet ſimplici Sacerdoti. 157.36

Ritus.

Vide *Extremæ Vnctionis Ritus.*

Roſarium.

Singulæ decades reputantur vt vna hora Canonica; & poſſunt ſeorſim recitari ad impletionem pœnitentiæ. 223.72
Qui quotidie recitat officium B. Mariæ, poteſt per illud adimplere pœnitentiam de recitanda quotidie tertia parte Roſarij. 224.83

Ruſticus.

Certiſſimum eſt, non teneri iterare confeſſiones Ruſticum, qui groſſo modo, ſine explicatione numeri peccatorũ, cũ docto Parocho fuit confeſſus. 148.71

Probabile

Probabile eſt, eundem Ruſticum, in aliis confeſſionibus non teneri denuo declarare numerum peccatorum, quem non explicuit. ibid.72
Probabilius eſt, poſſe Ruſticum, & ignarum abſque prævio examine, ad confeſſionem admitti. 171.61

S

Sacerdos.

Vide *Miniſter Confeſſionis*, & *Circumſtantiæ*, Quis, Quando.

Sacerdos ſimplex tenetur ſolùm ſub veniali miniſtrare Sacramentum Extremæ Vnctionis tempore neceſſitatis, ſi licitè, & facilè poſſit. 76.9
Sacerdos ſimplex, neque ex commiſſione Pontificis poteſt materiam Extremæ Vnctionis benedicere. 77.4
Sacerdotum manus neceſſariò debent in Extrema Vnctione inungi. 86.25
Sed non in palma. ibid.
Solus Sacerdos eſt proprius Extremæ Vnctionis Miniſter. 87.2
Re ua quæ hi deſiderantur,
Vide *verb. Extrema Vnctionis Miniſter*, & *verb. Extrema Vnctionis ritus.*
Probabilius eſt, Sacerdotem in mortali celebrantem, vnicum tantùm committere peccatum. 208.15
Idemque dicendum eſt de illo, qui non præmiſſa Confeſſione, celebrat in mortali. ibid.16
Et etiam de illo, qui in mortali celebrat, & non ieiunus. ibid.17
Probabilius eſt, Sacerdotem in mortali plures ſucceſſiuè communicantem, vel audientem plures ſucceſſiuè Confeſſiones, non committere niſi vnicum peccatum, ibid.18.& 209.19
Peccat mortaliter Sacerdos, qui plures pueros in vnum congregatos ſimul in Confeſſione audit, ſi ſint doli capaces. Nec ſi ſint doli incapaces, debet publicè illos de his, quæ ad eorum ignominiam poſſunt ab aliis memoria retineri, interrogare. 154.6
Vide *verb. Miniſter Baptiſmi*, *Confirmationis*, *Confeſſionis*, & *Extrema Vnctionis.*

Sacramentum informe.

Vide verb. *Dolor.*

Sacramentorum quidditas.

Sacramentum multipliciter definitur. 1.1
Omnia Sacramenta ſunt rememoratiua ſigna Paſſionis Chriſti, demonſtratiua gratiæ, & prænuntiatiua gloriæ. 2.2
Sacramenta nouæ legis ſunt ſeptem. ibid.3
Quod ratio ipſa poſtulat. ibid.4
Suntque immediatè à Chriſto inſtituta. ibid.5
Probabilius eſt, eſſe de fide, Chriſtum Dominum immediatè inſtituiſſe omnia Sacramenta. ibid.6
Non eſt de eſſentia Sacramenti, ex rebus, & verbis componi. ibid.7
Probabilius eſt, omnia Sacramenta nouæ legis eſſentialiter ex rebus, & verbis conſtare. 3.8
In omnibus Sacramentis datur materia proxima, & remota. ibid.9
De fide eſt, omnia Sacramenta nouæ legis determinatas habere materias, & formas. ibid.10
Probabilius eſt, Chriſtum non determinaſſe materiam, & formam omnium Sacramentorum in indiuiduo. ibid.11
Eandem materiam, & formam aſſignauit Chriſtus pro toto orbe. ibid.12
Sacramentorum materiam non poteſt Eccleſia formaliter variare. 4.13
Mutatio ſubſtãtialis, non accidentalis, formæ, vel materiæ Sacramentorũ, inualidat Sacramentũ. ibid.14
Mutatio formæ Sacramentorum in verbis octo modis fieri poteſt. ibid.15

Probabilius eſt, non requiri ad Sacramentorum valorem, coëxiſtentiam phyſicam materiæ, & formæ, ſed ſufficere moralem. ibid.16
Sacramentum eſt morale quoddam compoſitum ibid.
Peccat mortaliter, qui in adminiſtratione Sacramentorum vtitur materia, vel forma dubia, niſi excuſet neceſſitas. ibid.17

Sacramentorum exiſtentia.

Sacramẽta non fuerunt in ſtatu iuſtitiæ originalis. 5.1
Probabilius eſt, non fore Sacramenta in ſtatu innocentiæ, quamuis diuturnior fuiſſet. ibid.2
Probabilius eſt, actionem externam in ſtatu naturæ ad iuſtificationem requiſitam, fuiſſe Sacramentum. 6.8
Probabilius eſt, potuiſſe ab omnibus validè, non licitè tale Sacramentum miniſtrari. ibid.9.& 10
Probabilius eſt, præter dictum, fuiſſe alia in lege naturæ Sacramenta. ibid.11
In lege ſcripta plura, & vera fuerunt Sacramenta. ibid.12
Vide verbo *ſtatus.*

Sacramentorum Effectus.

De fide eſt, omnia ſeptem Sacramenta nouæ legis gratiam conferre. 7.1. Et id eſſe ex opere operato. ib.2
Omnia dicta Sacramenta cauſant gratiam habitualem. ibid.3
Licèt non omnia cauſent per ſe primam gratiam. ibid.4
Probabilius eſt, quinque Sacramenta viuorum cauſare per accidens primam gratiam. ibid.5
Omnia noua Sacramenta, præter gratiam habitualem, aliam cauſant Sacramentalem. 8.6
Probabilius eſt, dictam gratiam ſacramentalem conſiſtere in ſpeciali auxilio diuino ad obtinendum finem cuiuſlibet Sacramenti. ibid.7
Probabilius eſt, dicta Sacramenta gratiam phyſicè cauſare. ibid.8
Sacramenta veteris legis ex ſe non contulerunt gratiam. ibid.9
Probabilius eſt, circuncißionem non contuliſſe gratiam ex opere operato. ibid.10
De fide eſt, tria Sacramenta nouæ legis characterem imprimere. 9.15
Probabilius eſt, nullum legis antiquæ Sacramentum characterem impreſſiſſe. 10.16

Sacramentorum Miniſter.

Soli homines ex vi præſcriptis inſtitutionis poſſunt eſſe Sacramentorum Miniſtri. 12.1
De fide eſt, quod ad valorem Sacramentorum nec ſit neceſſaria eſſentialiter fides Miniſtri. ibid.2
Nec Sanctitas. ibid.3
Licèt requiratur in eo ſanctitas, vt licitè Sacramenta adminiſtret. ibid.4
Probabilius eſt, laicum, aut Clericum non Sacerdotem, baptizantem in mortali in caſu neceſſitatis, non peccare mortaliter. ibid.5
Imò idem de Sacerdote in mortali baptizante in caſu neceſſitatis, dicendum eſt. 13.6
Certiſſimum eſt, peccare mortaliter Miniſtrum, quoties in mortali conficit Sacramenta (niſi per accidens excuſetur impoſſibilitate morali ſe iuſtificandi) & oppoſitum poſt decretum S. Inquiſitionis eſt improbabile. 14.9
Probabilius eſt, non teneri præmittere Confeſſionem ad conficiendum quodlibet Sacramentum, præter Euchariſtiam; ſed ſufficere elicere contritionem. 15.10
De fide eſt, ad valorem Sacramentorum neceſſariam eſſe omnino intentionem Miniſtri. ibid.11
Et certiſſimum, nec ſufficere intentionem proferendi legitimam formam, niſi ſit etiam intentio faciendi Sacramentum. ibid.12

Nec eſſe neceſſariam intentionem conferendi effectum Sacramenti, ad eius valorem. 16.13
Sufficit, licèt non requiratur, intentio actualis faciendi Sacramentum, ad eius valorem. ibid.14
Certiſſimum eſt, ſufficere, & requiri Miniſtri virtualem intentionem explicitam ad Sacramentorum valorem. ibid.15
Eſt probabilius, non ſufficere intentionem virtualem implicitam. ibid.16
Et certum, non ſufficere habitualem. ibid.17
Probabilius eſt, non conficere validè Sacramentum, eum qui habuit actualem intentionem illud faciendi, & elapſis octo diebus, abſque repetitione illud exercet. 17.18
Miniſter, qui ſine intentione incipit proferre verba eſſentialia formæ, & illa finit cum illa, vel contra, non conficit Sacramentum. ibid.19
Certiſſimum eſt, ad valorem Sacramentorum requiri intentionem abſolutam. ibid.20
Et probabilius, intentionem conditionalem de præſenti, ſi adſit, ſufficere. ibid.21
Semper eſt mortale, in conficiendis Sacramentis apponere conditionem de futuro. Apponere tamen illam de præterito, vel præſenti, ſi adſit cauſa rationabilis, nullum eſt peccatum. Si verò non adſit, eſt, & mortale. ibid.22

Sacramentorum ſubiectum.

Soli homines viatores ſunt Sacramentorum capaces. 17.1
Licèt de potentia abſoluta homo beatus poſſit Sacramenta recipere. ibid.
Certiſſimum eſt, ad valorem Sacramentorum (excepta Euchariſtia) neceſſarium eſſe poſitiuum conſenſum, intentionem, & voluntatem adulti ſuſcipientis. 18.2
Probabilius eſt, ſufficere intentionem habitualem ad validè recipienda omnia, vel ſaltem aliqua Sacramenta. ibid.3
Requiritur aliqua diſpoſitio in adulto ſuſcipiente Sacramenta, vt recipiat gratiam. ibid.4
Certiſſimum eſt, Sacramenta eiuſdem rationis æqualem gratiam æqualiter diſpoſitis, & nunquam æqualem inæqualiter diſpoſitis gratiam conferre. ibid.5.& 6
Probabilius eſt, omnia Sacramenta fictè ſuſcepta, ablata fictione, ſuum effectum conferre. 19.7
Non eſt licitum petere Sacramentum extra mortis articulum, à Miniſtro non tolerato. ibid.8
Probabilius eſt, licitum eſſe, etiam extra caſum neceſſitatis, vel maioris vtilitatis, petere, & accipere Sacramenta à Miniſtro malo tolerato, parato tamen ad illa miniſtranda. ibid.9
Probabile eſt, licere etiam à Miniſtro malo non parato petere Sacramenta. ibid.10
Probabilius eſt, eſſe peccatum mortale petere Sacramenta à Miniſtro malo tolerato, quando receptio non eſt petenti vtilior, eſtque alius probus Miniſter. ibid.11
Peccatum mortale eſt ſupra eandem materiam reiterare formam Sacramentorum ſine cauſa. 20.12
Probabile eſt, non eſſe niſi veniale, reiterare ſub conditione Sacramenta Baptiſmi, Confirmationis, vel ordinis, ſi adſit ſcrupulus de eorum validitate. ibid.13
Quoties opinio probabilis fert, aliquod Sacramentum non fuiſſe validum, poteſt (& tenetur quis, ſi Sacramentum eſt valde neceſſarium) illud ſob conditione repetere. ibid.14
Imò probabilius eſt, quando Sacramentum probabiliter iteratur, non eſſe neceſſariam conditionem. ibid.15
Certiſſimum eſt, validè adminiſtrari Sacramenta in quocumque idiomate. ibid.16
Sacramentum Extremæ Vnctionis non datur per modum iudicij, ſed medicinæ. 87.2

Sacrilegium.

Vide *Circumſtantia* vbi, *per totum.*
Non quodlibet homicidium in Eccleſia patratum eſt ſacrilegium. 193.5
Quæcumque effuſio ſeminis voluntaria, in Eccleſia facta, eſt ſacrilegium. ibid.9
Quod ſi occulta ſit, non indiget Eccleſia reconciliatione, niſi fiat publica. ibid.
Requiritur tamen, quod effuſio ſeminis ſit in aliqua quantitate, ſicut & effuſio ſanguinis. 194.10
Probabilius eſt, furari res prophanas in loco ſacro, non eſſe ſacrilegium. 195.17
Si tamen ſint traditæ ipſi Eccleſiæ, ſacrilegium eſt, ſi de illa furentur. ibid.18

Saliua.

Non eſt materia Baptiſmi. 27.11

Satisfactio Sacramentalis.

Definitur. 210.1
Eſt pars integralis Pœnitentiæ. ibid.2
Probabilius eſt, cauſare ex opere operato diſtinctos remiſſionis pœnæ gradus, ab illis qui correſpondent operi operantis. 211.3
Licèt probabilius ſit, non cauſare prædictos effectus, niſi poſtquam impleta eſt ſatisfactio à Confeſſore impoſita. ibid.4
Imò nec ante abſolutionem, licèt ante illam impleatur. ibid.5
Probabilius etiam eſt, cauſare augmentum gratiæ ex opere operato. ibid.6
Probabilius eſt, non ſufficere ad remittendam totam pœnam, niſi ſit peccatis confeſſis proportionata. ibid.7
Probabilius eſt, non peccare mortaliter, qui illam in mortali adimplet. 212.8
Satisfacitque obligationi à Confeſſario impoſitæ. ibid.9
Probabilius eſt, adimpletam in mortali non cauſare remiſſionem ex opere operato. ibid.10
Probabilius eſt, factam in peccato mortali, ablato illo, cauſare remiſſionem pœnæ. ibid.11
Probabilius eſt, quod ſi impleatur per opus peccaminoſum, id opus non ſortiatur ſuum effectum, recedente fictione. ibid.12
Probabilius eſt, factam in ſtatu gratiæ, ob finem prauum venialiter, cauſare ſuum effectum ex opere operato. 213.13
Tenetur Confeſſarius ſemper, per ſe loquendo, ſub mortali pœnitenti imponere pœnitentiam. ibid.14
Probabilius eſt, licitè poſſe confeſſarium non imponere pœnitentiam exiſtenti in mortis articulo. ibid.15
Non verò homini ſcrupuloſo. ibid.16
Nec pœnitenti, quem credit, ob vehementiſſimum dolorem Deo integrè ſatisfeciſſe. ibid.17
Nec etiamſi ei reuelatum ſit, pœnitentem ob talem dolorem penitus expiatum fuiſſe. 214.18
Probabilius eſt, non poſſe non iniungere pœnitentiam illi quem probabiliter credit nullam admiſſurum. ibid.19
Qui non habet voluntatem acceptandi aliquam pœnitentiam, non cenſetur diſpoſitus ad recipiendam abſolutionem. ibid.
Probabilius eſt, non poſſe Confeſſarium non imponere aliquam pœnitentiam illi, qui confitetur ad lucrandum Iubilæum. ibid.20
Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium imponere pœnitentiam per modum conſilij. ibid.21
Et etiam conditionatam. ibid.22

Probabilius

Probabilius eſt, non poſſe imponere pœnitentiam omnino ad arbitrium pœnitentis. ibidem 23
Poſſe tamen illam imponere ſub diſtinctione. 215.14
Probabilius eſt, non debere ſemper in pœnitentiam iniungere opus aliquod in particulari.ibid.25.Nec opera pœnalia. ibid.26. Nec eaterna. ibid.27
Poteſt Confeſſor dare pro pœnitentia Confeſſionem Sacramentalem. ibid.28
Probabilius eſt, non poſſe abſque conſenſu pœnitentis aſtringere illum ad iterum eadem crimina confitenda. ibid.29
Probabilius eſt, poſſe ſub pœnitentia imperare, quod pœnitens ſtatim ac in tale, vel tale lapſus eſt peccatum, confiteatur. 216.30
Probabilius eſt, poſſe pœnitentem per aliquot dies anticipare Confeſſionem Sacramentalem ſub pœnitentia iniunctam, niſi contrarium Confeſſor deſtinaſſet. ibid.31
Probabilius eſt, poſſe etiam pœnitentem per aliquot dies vltra menſem illam differre. ibid.32
Longè probabilius eſt, non poſſe Confeſſarium imponere pro pœnitentia ingreſſum Religionis. ibid. 33. Nec ſuſceptionem Sacramenti Ordinis. ibid. 34. Poſſe tamen iniungere pœnitenti, vt Sacramentum Matrimonij aliquo in caſu recipiat. ibid. 35. Et in omni caſu Sacramenta Chriſmatis, & Vnctionis. ibid.36
Probabilius eſt, poſſe in pœnitentiam imponere receptionem Euchariſtiæ. ibid.37.Et è contra, vt Euchariſtiam pœnitens non recipiat. 257.38
Non poteſt poni pœnitentia publica pro peccato occulto. ibid.39
Licet poſſit pro peccato publico. ibid.40
Probabilius eſt, poſſe Confeſſorem præcipere ſub pœnitentia officium defunctorum,&c. recitandum pro animibus Purgatorij. ibid.41. Quo caſu tenetur pœnitens dictam pœnitentiam adimplere, & eam pro animabus Purgatorij applicare. 218.42
Poſſunt imponi in Sacramentalem pœnitentiam opera aliàs debita. ibid.43. Et id interdum conuenientius erit. ibid.44
Quando Confeſſor non explicat, ſe imponere pœnitentiam de opere aliàs præcepto, ſemper intelligitur imponere illam de operibus liberis, niſi aliàs ex verbis Confeſſoris, aut ea circunſtantiis rerum contrarium colligatur. ibid.45
Probabilius eſt, quod ſi Confeſſor iniungat pro pœnitentia eleemoſynam, ſatisfaciat pœnitens dando illam extreme indigenti. ibid.46.Imò & ſatiſfaceret, ſi det illam Patri, fratribus, aut aliis indigentibus. 219.47
Quod ſi illi præcipiatur in pœnitentiam, vt certo pauperi det eleemoſynam, ſatisfacit dando illam pauperiori. ibid.48
Poteſt pœnitens pauper eleemoſynam ſibi iniunctam, filio ſuo, vxori, aut fratri pauperi dare. ibid.49
Poteſt Confeſſarius commutare pœnitenti pœnitentiam de elargienda eleemoſyna, illam applicando ipſi pœnitenti, ſi pauper eſt. ibid.50
Veriſſimum eſt, non eſſe de neceſſitate Sacramenti pœnitentiam ante abſolutionem imponere. ibid. 51. Imò probabilius eſt, Confeſſarium id facientem non peccare venialiter. ibid.52
Probabilius eſt, non per ſe, ſed per accidens poſſe Confeſſarium præcipere aliquando pœnitenti, vt impleat pœnitentiam antequam illum abſoluat. ibid.53
Probabilius eſt, poſſe ſimul cum adimpletione alicuius præcepti, fieri opus iniunctum pro pœnitentia, modò ſit compatibile. 220.54
Adimplet pœnitentiam,qui coronam, aut Pſalmos recitat, dum ſe induit. ibid.55
Longe probabilius eſt, teneri pœnitentem acceptare pœnitentiam à Confeſſario iniunctam. ibid.56
Probabile eſt, poſſe Confeſſarium abſoluere pœnitentem nolentem acceptare niſi partem pœnitentiæ, non tamen ſi nullam. ibid.57
Probabile eſt, teneri pœnitentem ſub mortali acceptare quamcunque iuſtam pœnitentiam. ibid.58
Peccat mortaliter pœnitens non adimplens pœnitentiam grauem à ſe acceptatam. 221.59
Imò & probabilius, etiamſi fuerit pro venialibus, aut mortalibus iam confeſſis impoſita. ibid.60
Probabile eſt,etiam peccare mortaliter,ſi non impleat pœnitentiam leuem. ibid.61
Probabilius eſt, peccare mortaliter, ſi maiorem pœnitentiæ partem non adimpleat. ibid.62
Venialiter tantùm, ſi minorem partem non compleat. ibid.63
Pœnitens impotens ad implendam totam pœnitentiam debet partem ſoluere, ſi partibilis eſt.222.64
Probabile eſt, nec teneri ad Pſalmos recitandos illum cui impoſita eſt pro pœnitentia matutini recitatio, ſi lectiones nequeat recitare. ibid.65
Nec ad partem Pſalmorum Pœnitentialium,ſi omnes recitare nequit. ibid.66
Probabilius eſt, habentem pro pœnitentia recitationem ſeptem Pſalmorum flexis genibus,teneri illos ſi ita non poteſt, alio modo recitare. ibid.67
Probabilius eſt, non teneri ad partem partis, qui tertiam partem Roſarij iniunctam recitare non poteſt. ibid.68
Poteſt quis cum ſocio recitare quidquid illi pro pœnitentia fuerit impoſitum, niſi Confeſſor contrarium præcepiſſet. ibid.69
Etiam Roſarium. ibid.70
Probabilius eſt, non teneri pœnitentem impotentem, vt ſolus recitet, cum ſocio recitare pœnitentiam. ibid.71
Probabilius eſt, ad implendam pœnitentiam de Roſario, poſſe ſingulas decades ſeorſim recitari. 223.72
Probabile eſt, ſatisfacere pœnitentem, ſi mente recitet Pſalmos, aut alia pro pœnitentia iniuncta, ſi expedientius eſſe illius bono ſpirituali conſtet. ibid.73
Satisfacit pœnitentiæ de Roſario integro in tribus diebus, ſingulis ſingulas partes recitando. ibid.74
Non tenetur pœnitens, qui nequit adimplere pœnitentiam ieiunij in pane & aqua, ieiunare modo Eccleſiæ conſueto. ibid.75
Non adimplet pœnitentiam ieiunij,qui in nocte illud frangit. ibid.76
Probabilius eſt, non teneri pœnitentem alio die ieiunare, ſi ieiunium illi impoſitum fuit in honorem alicuius feſti determinati, & die determinato non potuit. ibid.77
Vnde probabile eſt, nec in alio die teneri ieiunare, ſi die Veneris, vel Sabbati alicuius menſis, vel anni pro pœnitentia impoſito, non potuit. ibidem 78
Probabile eſt, ſatisfacere pœnitentiæ iniunctæ de quotidiana recitatione coronæ, &c. ſi vno die pro tribus recitet, niſi Confeſſor contrarium præcipiat. 224.79
Probabilius eſt, non teneri pœnitentem ad implendam pœnitentiam, ſi illi conſtet, inualidam fuiſſe Confeſſionem. ibid.80
Excuſaturque ab impletione pœnitentiæ, ſi improportionata, aut intolerabilis fuit. ibidem 81

Peobabilius eſt, poſſe pœnitentem ſe excuſare ab impletione pœnitentiæ per ſuſceptionem Indulgentiæ Bullæ, aut Iubilei. ibid. 82. Et probabile, poſſe ſe etiam a pœnitentia excuſare, ſi alia opera ſatiſfactotia faciat. ibid. 83. Et denique ob præceptum Superiotis vitantis opera iniuncta per pœnitentiam ſi ſint publica. 224.84

Pœnitens licitè poteſt rogare Confeſſarium, vt mitiorem pœnitentiam ſibi imponat. ibid. 85

Probabilius eſt, poſſe abſque culpa pœnitentem alium Confeſſarium adire, ſi primus nolit pœnitentiam mitigare. ibid. 86

Probabilius eſt, peccare tantùm venialiter pœnitentem, qui intra tempus præfixum pœnitentiam non adimplet, ſed valde illam differt. ibid. 87. Imò per annum. ibid. 89. Debet tamen alio tempore adimplere, qui præfixo non adimpleuit. ibid. 88

Probabilius eſt, poſſe pœnitentem ex Confeſſarij licentia, per alium pœnitentiam adimplere. 226.90

Imò abſque licentia, ſi per ſeipſum nequit. ibid. 91

Longè probabilius eſt, non teneri pœnitentem vlla peccata reconfiteri, etiamſi ex negligentia pœnitentiæ iniunctæ oblitus fuerit, aut illam per contemptum omiſerit. ibid. 93

Pœnitens oblitus pœnitentiæ tenetur Confeſſarium de illa interrogare, ſi obliuio ſtatim poſt datam pœnitentiam accidat, & credat Confeſſarium eius eſſe memorem. 227.94

Imò in caſu poſito, ſi Confeſſarius non reminiſcatur pœnitentiæ impoſitæ, poteſt aliam ſuo arbitrio pœnitenti extra Confeſſionem imponere. ibid. 95

Quod ſi pœnitens ad eumdē Confeſſarium recurrere non poſſit, probabilius eſt, poſſe ad alium recurrere, vt ſibi pœnitentiam aliam imponat, licèt ad id non teneatur. ibid. 96

Probabilius eſt, non ſolum æqualem Confeſſorem, ſed etiam inferiorē poſſe commutare pœnitentiam à quocumque alio Confeſſore iuſte impoſitam. ibid. 97

Probabile eſt, poſſe Confeſſarium mutare, & minuere pœnitentiam pro peccatis reſeruatis impoſitam, etiamſi ipſe non habeat poteſtatem à reſeruatis abſoluendi. 128.98

Probabile eſt, poſſe ſimplicem Sacerdotem mutare pœnitentiam iniunctam pro mortalibus iam confeſſis. ibid. 99

Probabilius eſt, poſſe quemcunque Confeſſorem mutare, vel minuere pœnitentiam, non auditis peccatis in priore Confeſſione explicatis. ibid. 100

Probabile eſt, poſſe fieri commutationem pœnitentiæ extra Sacramentalem Confeſſionem. ibid. 101

Probabile eſt, poſſe pœnitentem pœnitentiam ſibi iniunctam propria authoritate in aliud opus, ſaltem euidenter melius, commutare. 229.102

Probabilius eſt, poſſe pœnitentem, facta commutatione pœnitentiæ, eligere quam voluerit, primam ſcilicet, aut ſecundam. ibid. 103

Probabilius eſt, teneri Confeſſarium commutare pœnitentiam, ſi id à pœnitente ſupplice petatur. ibid. 104

Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium commutare pœnitentiam præſeruatiuam, in aliam præſeruatiuam. ibid. 105

Probabilius eſt, pœnitentiam iniungendam non eſſe determinatam. 230.106. Sed eius quantitatem, & qualitatem ſemper relictam fuiſſe, & eſſe ad arbitrium prudentis Confeſſarij. ibid.

Non poteſt Confeſſarius pro magnis peccatis leuiſſimam, & pro leuibus grauiſſimam iniungere pœnitentiam. ibid. 107

Peccat mortaliter Confeſſarius, qui abſque iuſta, & rationabili cauſa pro magnis peccatis paruas pœnitentias iniungit. ibid. 108

Poteſt tamen dare leuem pœnitentiam pro magnis peccatis, ſi poſt eorum abſolutionem apponat clauſulam iſtam, *quidquid boni feceris, ſit tibi in remiſſionem peccatorum.* ibid. 109

Scandalum.

In Confeſſione fatenda eſt ſemper circunſtantia ſcandali. 198.6

Peccatum ſcandali, quando indirectè ſolùm volumus periculum proximi, non aduerſatur alteri virtuti, quàm charitati. ibid. 7. & 9

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem explicare numerum perſonarum, quibus vnico peccato ſcandalum dedit. ibid. 8

Probabile eſt, non eſſe explicandum ſtatum perſonarum, quibus indirectè præbuit ſcandalum. ibid. 9

Scientia, vide *Miniſter Confeſſionis.*

Sacerdos abſque ſufficienti ſcientia audiens Confeſſiones extra caſum neceſſitatis, peccat mortaliter. 274.104. In quibus autem caſibus poſſit abſque ſufficienti ſcientia licitè Confeſſiones audire. ibid. Quanta autem ſcientia in Confeſſore requiratur. ibid. 106. In quibus verò caſibus ſuppleri poſſit Confeſſori ſcientia. 275.107

Longè probabilius eſt, tantam ſcientiam, formaliter loquendo, requiri in eo, qui à Prælato ſuo iubetur Confeſſiones audire, ac in illo, qui ſpontaneè ad id ſe obtulit. ibid. 108

Secta.

Probabilius eſt, omnes ſectas Hæreticorum ſpecie differre. 184.17

Secretum.

Certiſſimum eſt, non excuſari ab obligatione denunciandi illum, qui ſub ſecreto ſcit, fœminam à tali Sacerdote fuiſſe ſolicitatam 314.45

Probabilius eſt, Eccleſiaſticos qui ſententiis contra Confeſſores ſolicitantes interſunt, non teneri ſub mortali non manifeſtare perſonam delinquentem vni, vel alteri, maximè Eccleſiaſtico, niſi DD. Inquiſitores hoc illis ſub excommunicationis pœna prohibeant. 318.61

Sedes vacans. Vide *Capitulum Sede vacante.*

Senex. Vide *Octogenarius.*

Seruus. Vide *Mancipium.*

Per Baptiſmum non liberatur per ſe à ſeruitute, benè tamen per accidens, vbi hoc receptum eſt. 55.11

Sigillum naturæ, & Confeſſionis.

Quid ſint. Non eſt de eſſentia Sacramenti. 231.3

Certiſſimum eſt, teneri Confeſſarium ad ſigillum Confeſſionis triplici iure: naturali nempe, diuino, & Eccleſiaſtico. ibid. 2

Probabilius eſt, frangentem ſigillum Confeſſionis duo tantùm committere peccata. ibid. 4

Certiſſimum eſt, omnem violationem ſigilli Confeſſionis eſſe mortale, ſi cum plena fiat deliberatione. 232.5

Certiſſimum eſt, violare ſigillum Confeſſorem qui mortale aliquod pœnitentis etiam in genere manifeſtat, ſi per talem manifeſtationem conſtet, illud pœnitentem patraſſe. ibid. 6

Et contra verò certiſſimum eſt, non eſſe contra ſigillum reuelare aliquod mortale, etiam in ſpecie, non indicando perſonam certam. ibid. 7

Quod ſi publicum ſit, & reueletur ex ſcientia Confeſſionis, contra ſigillum eſt. ibid. 8

Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium interrogatum, num meretrix confeſſa fuerit ſuum peccatum publicum, abſque ſigilli fractione reſpondere: Confeſſa eſt omnia peccata ſua, vel ego abſolui eam. 233.9

Probabilius eſt, non eſſe contra ſigillum reuelare peccata venialia pœnitentis in genere dumtaxat.

taxat. ibid. 10. Frangeret verò dicendo, Ille confeſſus eſt plura venialia. ibid.11
Certiſſimum eſt, obligari Confeſſarium ad celandum peccatum hæreſis, ſibi Confeſſum. ibid. 12. Et etiam ad non reuelanda peccata à pœnitente committenda. ibid.13
Non frangeret ſigillum Confeſſor rebelando Confeſſionem pœnitentis, accedentis animo peruertendi ipſum Confeſſorem. 234.14
Licitè poteſt Prælatus punire Religioſum, qui non confitendi animo, ſed iniuriandi illum ad Confeſſionem accedit. ibid.15
Certiſſimum eſt, teneri Confeſſarium ad ſigillum Confeſſionis illius pœnitentis, quem ob aliquem defectum non abſolvit. ibid.16
Longè probabilius eſt, poſſe Confeſſarium reuelare Confeſſionem de licentia pœnitentis. ibid.17
Certiſſimum verò, non poſſe de licentia tacita, ſeu præſumpta illius. ibid. 18. Sicut nec de licentia coacta, aut ob metum, ſeu preces conceſſa. 235.19
Aut denique in ſuam, vel alterius perniciem data. ibid.20
Probabilius eſt, licentiam pœnitentis ad reuelandam Confeſſionem, non debere ſcriptis obtineri. ibid. 21
Longè probabilius eſt, nullo modo licere Confeſſori, extra Confeſſionem loqui cum pœnitente de peccatis in ea auditis, etiam iuſta de cauſa, & intentione adjuuandi eum abſque eius licentia. ibid.22
Probabile eſt, poſſe confeſſarium, ſi aliquem commiſerit errorem in abſolvendo pœnitentem extra Confeſſionem, abſque eius licentia hunc illi explicare, dummodo ſignificet illi, ſe velle cum illo de re neceſſaria, & ad præteritam Confeſſionem pertinente loqui. 236.23
Probabile eſt, poſſe ſtatim poſt finitam Confeſſionem, ſi occurrat error emendandus, confeſſorem de errore cum pœnitente loqui, abſque eius licentia. ibid.24
Non frangit ſigillum Confeſſionis, loquendo cum pœnitente de rebus in Confeſſione auditis, de quibus ipſe pœnitens incipit eum alloqui. ibid.25
Probabilius eſt, non frangere ſigillum Confeſſarium, ſi de licentia pœnitentis complicem, vel alium peccatorem, ab ipſo in Confeſſione manifeſtatum corrigat. ibid.26
Probabilius eſt, teneri confeſſorem ad ſigillum, & omnes, in caſu, quo quis tempore peſtis, aut tempeſtatis coram multis confitetur. ibid.27
Non poſſunt duo confeſſarij inter ſe colloqui de rebus, quas in Confeſſione ſimul audierunt. 237.28
Probabilius eſt, non poſſe abſque ſigilli fractione inter ſe colloqui eos, qui in tempeſtate Confeſſionem vnius audierunt, etiamſi Sacerdotes non ſint, ibid.29
Probabilius eſt, confeſſarium non frangere ſigillum, quamvis peccet, teſtando in aliqua ciuitate, vbi Confeſſiones audit, committi peccatum Sodomiæ, &c. vel adeſſe multos improbos. ibid.30
Probabilius eſt, non frangere ſigillum, quamvis peccet dicendo, Quidam Religioſus ex tali Ordine, vel ex tali Conuentu, confeſſus eſt hoc peccatum. ibid.31
Quomodo, & qualiter peccet confeſſarius, qui talia narrat. 238.32
Longè probabilius eſt, eſſe contra ſigillum dicere: *Petrus mihi confeſſus eſt, ſed ego eum non abſolvi.* ibid.33
Probabilius eſt, non eſſe contra ſigillum, ſi confeſſarius interrogatus, an Petrum abſolverit, reſpondeat: *Non abſolvi, quia non finivit Confeſſionem.* ibid.34
Et tamen, ſi diceret: *Non illum abſolvi, quia erat captioſus, & amicus ſua ſententia.* ibid. Nec eſſe, ſi dicat: *Ego abſolvi Petrum, & Petrus confeſſus eſt mihi ſua peccata.* ibid. Niſi magni referret Petrum, alium confeſſorem ſuum neſcire, illum illi fuiſſe confeſſum, vt vitet ſuſpicionem mali. ibid.35
Probabilius eſt, non eſſe contra ſigillum dicere: *Petrum, v.g. eſſe ſcrupuloſum*, etiamſi id non ſit mihi, niſi per Confeſſionem cognitum. ibid.36
Probabilius eſt, non eſſe contra ſigillum dicere: *Eo ad audiendum Confeſſionem Petri, qui ſuis minutiſſimis peccatis caput mihi obtundet, &c.* ibid.37
Frangit ſigillum, ſaltem indirectè, ille qui duorum Confeſſionibus auditis, de vno illorum dicit, hic nullum mortale habet, ſi reſpectiuè hoc dicit; non verò ſi abſolutè. ibid.38
Longè probabilius eſt, non frangere ſigillum confeſſorem, qui dicit: *Ego in Confeſſione audivi hoc v.g. homicidium.* Si hoc dicat ita, vt nullo modo peccator cognoſci poſſit. ibid.39
Certiſſimum eſt, non frangere ſigillum confeſſorem, qui de Confeſſionibus à ſe auditis cautè conſulit viros doctos. ibid.40
Frangunt ſigillum confeſſarij, qui inter ſe, vel inter alios confabulantes dicunt: hodie quidam miles, vel quædam mulier hoc, vel illud peccatum confeſſa eſt. ibid.41
Certiſſimum eſt, frangere ſigillum eum qui magnas pœnitentias publicas pro occultis peccatis iniungit. 240.42
Probabilius eſt, non offendere ſigillum Confeſſorem, qui Monachis, aut Monialibus pœnitentias leves, in publico adimplendas, vt in Refectorio, Capitulo, vel Choro iniungit. ibid.43
Probabilius eſt, violare ſigillum Confeſſorem, qui alta voce grauem pœnitentiam iniungit: non verò ſi levem. ibid.44
Probabilius eſt, violare ſigillum confeſſarium, qui pœnitentiam gravem manifeſtat, non verò ſi levem. ibid.45
Probabile eſt, teneri ſub ſigillo Sacramentali quem tegere peccata alterius, quæ ſcripta titulo Confeſſionis invenit. ibid.46
Probabilius eſt, peccare mortaliter contra ſigillum naturale, & Sacramentale, qui poſtquam cognovit in prædicta charta contineri peccata, aliquid eius legit. 241.47
Peccaret etiam mortaliter talis ſchedulæ inventor, ſi eam legeret ſibi ſoli, aut aliis, curioſitate ductus, quamvis eſſet certus mortaliter, levia tantum in ea ſcripta eſſe peccata. ibid.48
Probabilius eſt, teneri ſub vtroque ſigillo celare illos quibus confeſſarius vel conſilij capiendi gratia, vel de conſenſu pœnitentis aliquod peccatum, ſimul & authorem illius revelavit. ibid.49
Probabilius eſt, teneri ad ſigillum Confeſſionis, & ſub eiſdem pœnis, quibus Confeſſarius tenetur, Superiorem, cui peccatum reſeruatum, ob facultatem illud abſolvendi petendam, confeſſarius manifeſtavit. ibid.50
Probabilius eſt, teneri ad Confeſſionis ſigillum, qui malitia, vel caſu peccata audivit. 242.52
Probabilius eſt, teneri ad Confeſſionis ſigillum omnes illos, quibus Sacerdos malitioſè, vel inadvertenter Confeſſionem revelavit, & qui ab illis audierunt. ibid.53
Pluſquam probabile eſt, teneri ad ſigillum Sacerdotem iuriſdictione carentem, ſi ei aliquis bona fide confeſſus eſt. ibid.54
Probabilius eſt, Confeſſionem factam laico, qui ſe Sacerdotem finxit, cadere ſub ſigillo. ibid. 55

Et probabile, etiam factam laico ſcienter, humilitatir esuſa. ibid. 56

Probabilius eſt, non cadere ſub ſigillo Confeſſionem factam Confeſſario qui à principio dicit, ſe nolle audire peccata in confeſſione. ibid. 57

Longe ptobabiliur eſt, non teneti ad confeſſionis ſigillum, ſed tantùm naturæ, eum cui extra Confeſſionem aliquid manifeſtatum eſt, & commendatum ſub Confeſſionis ſigillo. 243.58

Probabilius eſt, non eſſe peccatum tradere, vel recipere ſub ſigillo confeſſionis, illud quod non eſt confeſſum. ibid. 59

Longe probabilius eſt, non poſſe confeſſarium peccatum in confeſſione auditum reuelare, quando ipſe ſuum peccatum aliter in confeſſione explicare non poteſt. 244.61

Probabile eſt, poſſe Confeſſarium vti Confeſſionis ſcientia, ad faciendum, vel omittendum aliquid, quod non eſſet facturus, vel omiſſurus, ſi id fiat abſque periculo detectionis confeſſionis. ibidem, 62

Poſt decretum Clem. VIII. eſt longè probabilius, non licere Superiori ob peccatum in Confeſſione cognitum, priuare ſubditos officiis ad nutum amouibilibus. ibid. 63

Probabilius eſt, non poſſe Superiorem negare ſuffragium Pœnitenti, quem ſolum per Confeſſionem indignum eſſe Prælatiæ, vel officij cognouit. 245.64

Certiſſimum eſt, non licere ei remouere pœnitentem ab officio, quando pœnitens conijcere poteſt, id ob peccatum fieri confeſſum. ibid. 65

Probabilius eſt, licere Confeſſario ex notitis per Confeſſionem habita, dicere Prætoribus Vrbis, aut Inquiſitoribus, aut Prælatis, vt diligentius inuigilent, vt ſic aliqua impediant peccata, dummodo hoc faciat abſque periculo reuelationis pœnitentis. ibid. 66

Probabilius eſt, licere Superiori ob notitiam Confeſſionis negare ſubditis licentiam exeundi foras, alloquendi externis, claudere feneſtras, & alia huiuſmodi facere. ibid. 67

Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium, qui ex Confeſſione nouit ſibi ab aliquo inſidias parari, confugere, quæſito aliunde colore. ibid. 68. Vnde optimè poterit denegare pœnitenti gladium ſuum petenti, depoſitum apud ipſum, ſi ex Confeſſione ſciat, illum petere ad illum occidendum. ibid. Etiam poterit Miſſam non dicere, omittere, aut vinum mutare, ſi per Confeſſionem ſciat, ipſum eſſe veneno infectum. ibid. Poterit etiam percuſſionem, aut periculum mortis deuitare, domi ſe continendo, aut non petendo ſyluam, &c. ibid. Tandem licitè poterit ei, quem ea Confeſſione cognouit, non eſſe Sacerdotem, aut carere iuriſdictione, amplius non confiteri. ibid.

Probabilius eſt, etiam in dictis caſibus poſſe id facere, quamuis præuideat fore, quod pœnitens occidatur ab aliis ſociis, ob manifeſtationem delicti. 246.69

Eſſe tamen laudabile, pro tuenda pœnitentis vita mortem ſubire. ibid.

Probabilius eſt, poſſe eundem Confeſſarium abſtinere à multis, ob tuendam vitam, etiamſi præuideat, pœnitentem occidendum fore à ſociis ob manifeſtationem delicti. ibid.

Probabilius eſt, poſſe Confeſſarium, qui per Confeſſionem nouit, famulum ſuum eſſe furem, illum dimittere, & à pecuniis illi in poſterum committendis abſtinere. ibid. 70

Probabile eſt, non poſſe Curatum occulto peccatori aliquod Sacramentum negare, ob peccatum in Confeſſione notum, ſi publicè petat, poſſe verò ſi petat occultè, quamuis non teneatur. ibid. 71

Probabilius eſt, quod licèt in publico nec teneatur Confeſſarius, nec poſſit vitare excommunicatum tantum ex Confeſſione notum, in ſecreto tamen poſſit, licèt non teneatur. ibid. 7 I

Probabilius eſt, poſſe Confeſſorem, ſecluſo odio, & ſuſpicionis periculo, mutare voluntatem circa eum, quem ea Confeſſionis ſcientia alicuius beneficij cognouit indignum. 247.73

Pluſquam certum eſt, durare ſigillum Confeſſionis, etiam poſt mortem pœnitentis. ibid. 75

Certiſſimum eſt, non poſſe Confeſſarium violare ſigillum, ad ſaluandum fœtum mortuæ matris. Imò nec pro totius mundi ſalute. ibid. 76.

Vide *Irregularitas.*

Certiſſimum eſt, nullo modo poſſe violari ſigillum, ad probandum matrimonium fuiſſe validè contractum, aut ad impediendum, ne inualidè contrahatur. ibid. 77

Certiſſimum eſt, non poſſe Confeſſarium reuelare Confeſſionem, ad liberandum pœnitentem à morte in caſu, quo iudex petat ab illo, vt ſibi veritatem aperiat, abſque expreſſa ipſius pœnitentis licentia. ibid. 79

Certiſſimum eſt, in nullo caſu poſſe Pontificem diſpenſare, vt Confeſſio reueletur. 248.76

Probabile eſt, quod quamuis poſſit Confeſſarius dare Confeſſionis ſchedulam pœnitenti, quem ob aliquam cauſam non abſoluit, ad id non teneatur. ibid. 80

Certiſſimum eſt, non teneri pœnitentem ad ſigillum Confeſſionis: ſed licitè poſſe ſua peccata manifeſtare, citra ſcandalum tamen. ibid. 81

Probabilius eſt, non teneri pœnitentem ex Confeſſionis ſigillo, ſed tantùm ſub ſigillo naturali, ad celandas pœnitentias ſibi iniunctas, aut alios defectus Confeſſoris, in Confeſſione commiſſos. ibid. 82

Violat ſigillum Confeſſarius, ſi ob peccata in Confeſſione audita faciem duriorem pœnitenti demonſtret. ibid. 83

Confeſſarius tenetur ad ſigillum, quando aliquod reuelatum fuiſſe in Confeſſione dubitat. 249.84

Longè probabilius eſt, poſſe, imò debere Confeſſarium interrogatum de peccato audito in Confeſſione, negare etiam cum iuramento, ſe audiſſe. ibid. 85

Longè probabilius eſt, quod ſi Confeſſarius interrogatus, an reputat Mariam honeſtam (v.g.) tacet, aduertens ex taciturnitate generandam eſſe in interrogante prauam Mariæ ſuſpicionem, tunc reuera ſaltem indirectè violet ſigillum: ſecus verò ſi id non aduertat. ibid. 86

Omnia, quæ directè, vel indirectè poſſunt adducere auditorem ad cognoſcendum eum, qui Confeſſus eſt, aliquod peccatum commiſiſſe, & etiam defectus naturales ad famam pœnitentis pertinentes, cadere ſub ſigillo Confeſſionis. ibid. 87

Longè probabilius eſt, etiam complices in peccato cadere ſub Confeſſionis ſigillo. ibid. 88

Bona verò, & virtutes pœnitentis minimè, niſi fortè dicantur Confeſſori ad declarandum melius aliquod peccatum. ibid. 89

Pœna reuelantis ſigillum Confeſſionis olim erat capitis, vel depoſitio perpetua, & ignominioſa per orbem ſaltem per ſeptennium peregrinatio. Nunc verò eſt perpetua depoſitio, & reclusio in aliquo Monaſterio. 250.90

Quæ pœna non incurritur iure ipſo, aut facto. ibid.

Certiſſimum eſt, Confeſſarium non incurrere irregularitatem ob fractionem ſigilli. ibid. 9 I

Signum

Signum Crucis. Vide *Extrema Vnctionis materia.*

Sodomia.

Probabilius eſt, teneri Sodomiticum explicare in Confeſſione, an fuerit agens, vel patiens. 171.6

Probabilius eſt, non eſſe neceſſarium explicare perſonæ ſexum in peccato Sodomiæ. 187.51

Niſi caſu, quo mulier eſſet coniugata, vel voto caſtitatis adſtricta, vel conſanguinea, vel affinis. ibid.

Solicitans Confeſſor. Vide *Denuntiare*, *Abiurare*, & *Inhabilis.*

Confeſſor ad turpia in Confeſſione ſolicitans eſt de hæreſi ſuſpectus. 318.62

Probabilius eſt, talem non eſſe vehementer, ſed leuiter tantum de hæreſi ſuſpectum. ibid.63

Probabilius eſt, talem non teneri, niſi tantùm de leui abiurare. ibid.64

Confeſſor, qui propter ſolicitationem factam de leui abiurauit, ſi Regularis non ſit, nullo modo manet ipſo iure ad dignitates Eccleſiaſticas inhabilis: Benè tamen ſi Regularis ſit. ibid.65

Solicitare ad inhoneſta.

Nihil aſt aliud, *quam prouocare, allicere precibus, rogare, ſeu alio modo ad turpia, & inhoneſta inuitare.* Vel expreſſius, *Prouocare ad res carnales, & venereas, actibus, verbis, nutibus, aliiſue ſignis amatoriis.* 302.4

Solicitatus pœnitens.

Probabilius eſt, excuſari pœnitentem ſolicitatum ab obligatione denuntiandi, ſi ex illa timeat aliquod graue damnum ei probabiliter euenturum, vel alteri perſonæ ipſi coniunctæ, familiari, ſeu domeſticæ, in vita, fama, aut in bonis temporalibus notabilis quantitatis, modò tamen fidei bonum ex denuntiandi omiſſione non periclitetur. 313.44

Spes.

Certiſſimum eſt, non poſſe dari Sacramentum informe pœnitentiæ, ex defectu expreſſi actus ſpei. 103. 49. Imò nec ad fructum talis Sacramenti requiritur expreſſus ſpei actus. 102.48

Sponſus, Sponſa.

Probabilius eſt, neque ex parte ſponſi, vel ſponſæ, nec eorum qui cum eis commiſcentur, debere explicari circunſtantiam ſponſalium. 178.12

Status innocentia, & peccati Originalis.

Si quis in ſtatu innocentiæ peccaſſet, potuiſſet per contritionem iuuari. 5.2

In ſtatu legis naturæ, hoc eſt ab Adami peccato vſque ad legem ſcriptam, fuit remedium originalis peccati. ibid.3

Et hoc fuit fides Parentum. ibid. Fuit tamen in eodem ſtatu neceſſaria ad iuſtificationem infantis fides Miniſtri. ibid. 4. Nec ſufficiebat ſola fides Eccleſiæ. ibid.

Probabilius eſt, fidem Miniſtri offerentis paruulos in eo ſtatu, non debuiſſe eſſe charitate formatam. ibid.5

Probabilius eſt, præter fidem internam Miniſtri, fuiſſe tunc neceſſariam aliquam externam actionem. ibid.6

Quæ actio, iuxta probabiliorem ſententiam, non fuit in ſpecie, ſed in genere tantùm à Deo determinata. 5.7

Stuprum.

Virginem per vim ſtupranti ſufficit fateri, ſe commiſiſſe ſimplicem fornicationem per violentiam. 179.19

Summus Pontifex. Vide *Indulgentia*, *Theſaurus*, & *Caſus reſeruati.*

Summus Pontifex nullum habet Paſtorem in terris. 255.25

Poteſt à quolibet Sacerdote à ſe electo abſolui. ibid.

Poteſt ſecum, & cum aliis diſpenſare in præcepto annuæ Confeſſionis. 118.25

Cui præcepto obligatur ſolùm ratione conformitatis. 119.27

Non poteſt vnquam diſpenſare, vt reuelatur Confeſſio. 148.79

Poteſt, & iure Diuino, pro tota Eccleſia Indulgentias concedere. 321.14

Longè probabilius eſt, poſſe illum de plenitudine poteſtatis delegare laico poteſtatem Indulgentias concedendi. 323.25

Superior. Vide *Caſus reſeruati, Iubilæum.*

Si pœnitens reſeruata habens cum non reſeruatis peccata, primò Superiorem adeat; poterit iuxta probabiliorem ſententiam validè à reſeruatis tantùm abſolui, & pro non reſeruatorum abſolutione mitti à Superiore ad alium Ordinarium, communemque Confeſſarium, non tamen licitè, præſertim ſi abſque cauſa fiat. 286.28

Si verò adſit iuſta cauſa, grauis ſcilicet, & vrgens, tunc probabilius eſt, poſſe licitè hoc efficere. 287.29

Et in hoc caſu probabilius iudico, non teneri pœnitentem peccata reſeruata, iam Superiori Confeſſa, iterum inferiori manifeſtare. ibid.30

Probabilius namque eſt, in tali caſu Confeſſionem reſeruatorum factam ſuperiori, eiuſque abſolutionem verum fuiſſe Sacramentum, gratiamque contuliſſe. ibid.31

Probabilius eſt illum, qui omnia reſeruata peccata Confeſſus eſt Superiori, vel alteri habenti ad hoc iuriſdictionem, & ob defectum doloris, examinis, vel aliter nullam fecit Confeſſionem, poſſe poſtea à quocunque abſolui Confeſſario. 290.42

Idem probabiliter dicendum eſt de eo, qui tempore Iubilei inualidè confitetur reſeruata. ibid.

Quando Superior teneatur concedere facultatem ſubdito per ſe, vel per alium eam petenti, vt à reſeruatis abſoluatur. 107.65

Probabile eſt, Superiore iniuſtè negante talem facultatem, poſſe ſubditum, illa petita, & non obtenta, ab alio Confeſſore, etiam directè abſolui. ibid.66

Poteſt Superior hanc facultatem concedere cum onere, vt poſtea ſubditus compareat, eademque peccata illi manifeſtet. ibid.67

Probabileque eſt, teneri ſubditum ſic cum tali onere abſolutum, poſtea comparere, licèt ante abſolutionem ignorauit onus comparendi. ibid.68

Superiores locales.

Probabilius eſt, poſſe tales à ſuo Confeſſario abſolui à peccato, quod non ipſe, ſed capitulum Generale, vel Generalis reſeruauit, dummodo voluntas Capituli, vel Generalis contraria non fuerit. 285. 24

Surdus.

Vide *Mutus.*

Tenetur Surdus confiteri. 158.21

Et per ſcriptum, ſi aliter non poſſit. ibid.22

Suſpenſus.

Sacerdos quilibet ſuſpenſus (& idem eſt de irregulari Degradato, & Hæretico) poteſt in articulo, vel periculo mortis ab omni peccato, & cenſura abſoluere. 255.16.& 17

T

Tactus. Vide *Oſcula*, *Virginitas.*

Tactus inhoneſti in Eccleſia habiti non ſunt ſacrilegium. 194.12

Etiamſi ſint habiti in partibus verecundis, modò non adſit periculum pollutionis. ibid.

Probabile eſt, non ſolum tactus, & oſcula, &c. præcedentia fornicationem; verùm ipſam ſubſequentia, vnicum cum illa eſſe peccatum, & ideo non

teneri pœnitentem illa fateri, ſed ſolùm fornicationem. 19.96.& 200.9

Probabile eſt, etiam non teneri pœnitentem explicare tactus,& oſeula habita cum aliqua muliere ſine intentione accedendi ad illam, caſu quo poſtea, mutato animo, in eadem occaſione accedat, cummodo copulam fateatur. ibid.10

Tentatio.

Probabilius eſt, eum qui tempore grauis tentationis non orat, & tentationi ſuccumbit, non committere niſi vnum peccatum. 205.19

Teſtis.

Qui ſimul rogatus de pluribus articulis ſub juramento in omnibus mentitur,vnicum tantum perjurium committit. 206.6

Teſtimonium. Vide *Crimen.*

Theſaurus Eccleſiæ.

De fide eſt,dari Theſaurum Eccleſiæ, vnde Pontifex Indulgentias concedat. 320 6

Certiſſimum eſt,talem Theſaurum eſſe vnicum, qui non ſolùm ex Chriſti meritis,ſed ex Beatæ Mariæ, aliorumque Sanctorum, Iuſtorumque viuentium ſatisfactionibus ſuperabundantibus coadunatur. ibid.7. & 8.

In lege antiqua fuit verè Theſaurus, licèt clauſus. ibid.9

Probabilius eſt, merita reproborum in gratia viuentium reponi in Eccleſiæ Theſauro. ibid.10

Minimè verò poſt mortem, vel dum ſunt in peccato. Quod & de prædeſtinatis, dum viuunt, dicendum eſt. ibid.

Certiſſimum eſt, non aliunde quàm ex prædicto Theſauro poſſe Papam Indulgentias concedere. 321.11

Probabilius eſt, quoties Pontifex ex hoc Theſauro Indulgentias concedit, toties ex toto illo, & non ex parte illas concedere. ibid.12

Probabilius eſt, non poſſe Theſaurum Eccleſiæ, vt continentem Sanctorum ſatisfactiones, niſi per Indulgentias diſpenſari, licèt poſſit aliter, prout Chriſti ſatisfactiones continet. ibid.13

Titulus coloratus.

Longè probabilius eſt, titulum coloratum dare veram ad audiendas Confeſſiones juriſdictionem. 273.101

Traditio.

Traditio corporum, ſiue realis, ſiue verbalis,eſt materia proxima Sacramenti Matrimonij. 3.9

Tutores.

Tenentur quamprimum poſſunt baptizare infantes ſub pœna peccati mortalis. 23.13

V

Vbi. Vide *Circunſtantia* vbi, *&* *Sacrilegium.*

Vagabundus.

VAgabundos poſſe cuilibet Sacerdoti approbato confiteri, probabilius eſt. 258.37

Verbum.

Verbum Indefinitum æquiualet generali. 272.92

Vicarius.

Vicarius Conuentualis habet juriſdictionem ordinariam in foro pœnitentiæ in Religioſos. 257.35

Vicarius Epiſcopi poteſt eligere ſibi Confeſſarium quemcumque. 256.29

Probabilius eſt, poſſe alteri ſubdelegare poteſtatem, quam ad abſolvendum à reſeruatis accepit. 295.23

Eſt verè Prælatus. ibid.

Non poteſt per ſe Indulgentias concedere. 322.23

Poteſt tamen ex commiſſione Epiſcopi. 324.24

Violatio Eccleſiæ. Vide *Eccleſia.*

Virginitas, Virgo.

Probabilius eſt, circunſtantiam illius amiſſionis à viris non eſſe confitendam. 178.15

Nec à fœminis ſponte illam amittentibus. 179.16

Nec quamvis ſint ſub cura parentum, aut tutorum. ibid.17

Nec ſi ſe polluat, aut tactus impudicos habeat. ibid.18

Nec tenetur de hac circunſtantia à confeſſore interrogata reſpondere. ibid.

Vnctio.

In qualibet vnctione Extremæ-vnctionis reperitur propria materia, & propria forma. 90.17

Votum.

Qui cognouit fœminam votum ſimplicis caſtitatis habentem, talem circunſtantiam tenetur fateri. 176.3

Votum ſimplex, & ſolemne de eadem re, non differunt ſpecie, ſed accidentaliter. 177.8

Probabile eſt debere votum explicari in Confeſſione, qui habens votum caſtitatis conſilio, vel auxilio cauſa fuit, vt alius tale votum non habens peccaret. ibid.10

Probabilius eſt, eum qui frangit jejunium ex voto, non peccare toties, quoties in illa die carnes comedit, ſed ſemel tantum. 208.13

Votorum commutatio. Vide *Iubileum.*

Probabilius eſt, poſſe votorum commutationem virtute Bullæ, vel Iubilei, à Confeſſore extra Confeſſionem fieri, non obſtante illa clauſula, *Auditis ſcilicet Confeſſionibus*, vel *in foro pœnitentia*, vel *Sacramentali.* 337.97.

Probabilius eſt, illum qui lucratus eſt Iubileum, & noluit commutationem votorum obtinere intra illius tempus, poſſe tranſacto illo ipſorum commutationem petere. ibid.98

Idem dicendum eſt, licèt vota Pontifici, etiam aliàs reſeruata, oblita fuerint intra tempus Iubilei, & hoc ſiue pœnitens generalem, ſiue non petierit à Confeſſore,talium votorum commutationem, *ibid.* cum ſequent. 99. Quod etiam de Bulla dicendum eſt. ibid.

Idem probabilius eſt dicendum de juramentis, ac de votis. 338.100

Probabilius eſt, habentem delegatam poteſtatem diſpenſandi in votis, vel illa commutandi, virtute Bullæ, aut Iubilei,poſſe etiam diſpenſare, & commutare vota juramento confirmata, licèt juramentum, aut votum eiuſdem materiæ concomitanter ſe habeant,alterumque ſit Deo factum ſine cognitione alterius. ibid.101

Probabile eſt, facultatem delegatam ad commutanda vota, extendi etiam ad juramenta adjuncta contractui,in quo eſt turpitudo,aut injuſtitia,vt ad juramentum factum homini ſolvendi vſuras, aut metu extortum. 339.102

Cui conceditur generalis ad omnia vota commutanda facultas, nequit (ob antiquiſſimam reſeruationem, materiæque grauitatem) Religionis, vel caſtitatis vota commutare. ibid.103

Probabilius eſt, cum illa conceſſione generali non poſſe commutari vota reſeruata peregrinationis in Hieruſalem,ad limina Apoſtolorum Petri, & Pauli,& ad inuiſendum D.Iacobum Compoſtellanum. ibid.104

Si Papa concederet talem facultatem ad diſpenſandum, vel commutandum vota illa reſeruata, tunc benè poſſet commutari, vel diſpenſari in quinque prædictis votis. ibid.105

Probabilius longè eſt, facultatem virtute Iubilei datam confeſſori ad commutanda vota, exceptis caſtitatis, & Religionis, non extendi ad juramenta ingrediendi Religionem, vel ſeruandi caſtitatem. ibid.106

Pro

Probabilius eſt, poſſe virtute Iubilei commurari vota caſtitatis, & Religionis emiſſa metu leui ab extrinſeco incuſſo, ad extorquendum votum. 340. 107. Immò probabile eſt, talia vota eſſe irrita, & nulla. ibid.

Poteſt virtute Iubilei confeſſarius commutare votum vouendi caſtitatem, ſeu Religionem. ibid. 108

Idem dicendum eſt de voto non fornicandi, non committendi peccatum mollitiei, non tangendi mulierem libidinoſe. ibid. 109

Probabilius eſt, poſſe virture Bullæ, aut Iubilei commurari votum non nubendi. ibid. 110

Optimè poſſunt virture Bullæ, aut Iubilei commutari vota caſtitatis, & Religionis emiſſa ad tempus, vt ad annum. ibid. 111. Licèt oppoſitum ſit dicendum de voto ſeruandæ caſtitatis per centum annos. 341. 112

Non poteſt virtute Bullæ, vel Iubilei commutari votum ſeruandi Virginitatem: niſi in caſu, quo vouens expreſſe noluerit ſe ad caſtitatem obligare, ſed ſolùm ad corporis integritatem ſeruandam, conſiſtentem in abſtinentia à primo actu luxurioſu, per quem Virginitas deperditur. ibid. 113

Poteſt virture Bullæ, vel Iubilei commutari votum caſtitatis coniugalis. ibid. 114

Hoc tamen non procedit, iuxta graues Doctores, quando tale votum annexum eſt Pontificia authoritate ſtatui Religioſo. ibid.

Poteſt virtute Bullæ, vel Iubilei commutari votum quo alter coniux abſque alterius licentia vouit ſe debitum non petiturum. ibid. 115

Immò probabilius eſt, poſſe virture Bullæ, vel Iubilei commutari votum caſtitatis ab vno coniuge, emiſſum abſque conſenſu alterius poſt conſummatum matrimonium. ibid. 119

Certum eſt, non poſſe à Confeſſore virtute Bullæ, vel Iubilei commutari votum caſtitatis emiſſum ante contractum matrimonium, vt poſſit vouens petere debitum. ibid. 117

Certum eſt, non poſſe virtute Bullæ, vel Iubilei commutari votum caſtitatis emiſſum ab vtroque coniuge communi conſenſu, per modum contractus, id eſt, facio vt facias: voueo vt voueas. 342. 118

Certum eſt, poſſe virture Bullæ, vel Iubilei commutari votum aſſumendi Ordines ſacros. ibid. 119

Certiſſimum eſt, non poſſe virture Bullæ, vel Iubilei commutari votum ingrediendi Ordinem Melitenſium, aut Maltenſium, D. Ioannis Hieroſolymitani. ibid. 120

Probabile tamen eſt, poſſe per Bullam, vel Iubileum, commutari votum ingrediendi Religionem militarem Alcantaræ, D. Iacobi, S. Stephani, vel Sancti Mauritij. 243. 121

Poteſt virtute Bullæ, vel Iubilei commutari votum aſſumendi habitum fœminarum, quas vulgò Beatas vocant: quod idem de voto ingrediendi Religionem à Sede Apoſtolica non approbatam dico. ibid. 122

Non poteſt virtute Bullæ, vel Iubilei commutari votum ingrediendi religionem ad probandum, num ſibi placeat. ibid. 123

Optimè poſſunt virtute Bullæ, vel Iubilei commutari vota pauperraris, & obedientiæ facta in ſeculo, vel in non approbata Religione. ibid. 124

Probabilius eſt, poſſe virture Bullæ, vel Iubilei (ſicut poteſt Epiſcopus) commutari votum ſtrictioris Religionis, vt laxiorem ingrediatur. ibid. 125

Non poteſt ab Epiſcopo, nec virtute Bullæ, vel Iubilei diſpenſari, aut commutari votum pœnale caſtitatis, vel Religionis abſolutè emiſſum. ibid. 126

Idem dicendum eſt, ſi tale votum fuit in pœnam peccati fieri commiſſi emiſſum, vel in pœnam propoſiti admittendi peccatum, ſi alias peccatum fuerit mortale. 344. 127

Probabilius eſt, poſſe ab Epiſcopo, vel per Bullam, aut Iubileum votum Religionis, ſeu caſtitatis, ſi ſit conditionale pœnale, & hoc ſiue impleta, ſiue non conditione, vel quod idem eſt, ſiue incurſa, ſiue non pœna, commutari. ibid. 128

Non poſſunt virtute Bullæ, aut Iubilei commutari vota conditionalia (id eſt pœnalia) rei reſeruatæ, quando ſolùm ſunt apparenter conditionalia. ibid. 129

Probabilius eſt, poſſe virtute Bullæ, aut Iubilæi commutari vota caſtitatis, vel Religionis merè & verè conditionalia, ante impletam conditionem. ibid. 130. Imò & poſt impletam. 345. 131

Pobabilius eſt, poſſe virtute Bullæ, aut Iubilei commutari votum Deo factum in vtilitatem tertij, vt v. g. dandi calicem Eccleſiæ alicui, dotem alicui puellæ, vel pauperi alicui eleemoſynam. ibid. 132

Quod ſi tale votum ſit iam ab Eccleſia, paupere, &c. acceptatum, tunc certum iudico, non poſſe virtute prædictorum commutari. ibid. 133

Probabilius eſt, poſſe virtute Bullæ, vel Iubilei commutari pœnam pecuniariam ex fractione voti incurſam. 346. 134

Probabilius eſt, poſſe confeſſorem vi Iubilei commutare pœnam ea voto incurſam, caſu quo Pontifex vel totam illam, vel illius partem iam commutaſſet. ibid. 135

Probabilius eſt, poſſe virtute Bullæ, vel Iubilei commutari vota poſt eorum promulgationem emiſſa. ibid. 136

Idem dicendum eſt de diſpenſandi facultate. ibid.

Poteſt virtute Bullæ, Iubilei, vel per Religionis priuilegia commutari non ſolùm votum principale audiendi ſacrum; ſed etiam votum non petendi illius commutationem. ibid. 137

Poteſt Confeſſor tempore Iubilei, confeſſionibus occupatus, commutare ex tunc vota in illud, quod ipſe, aut alius vir prudens iudicauerit. 347. 138

In quo caſu, ſi pœnitens antequam confeſſor, vel alius materiam deſignaret, non ſeruaret votum, non peccare contra illud, probabilius eſt. ibid. 139

Poteſt Confeſſor vi Bullæ, aut Iubilei commutare omnia vota, quorum numerum non meminit pœnitens. ibid. 140

Auditis pœnitentis votis, & à Confeſſario commutatis, ſi poſtea pœnitens recordetur alicuius voti particularis, alia commutatione non indiget. ibid.

Multò probabilius eſt, poſſe vi Bullæ, aut Iubilei commutari votum diſiunctiuum, cuius altera pars eſt reſeruata. ibid. 141

Idem dicendum eſt, licèt pars non reſeruata impoſſibilis facta fuerit, & etiam licèt vouens elegerit iam partem reſeruatam, dummodo de nouo non promittat illam ſeruare. 348. 142. 143

Probabilius eſt, vota caſtitatis & Religionis commutata iam à Summo Pontifice in materiam non reſeruatam, poſſe ab Epiſcopo, aut Confeſſore, vi Bullæ, aut Iubilei talem materiam in aliam commutari. ibid. 144

Certum eſt, poſſe vi Bullæ, aut Iubilei commutari votum non peccandi. ibid. 145

Vota reſeruata, quorum commutatio conceditur vi Bullæ, aut Iubilei, optimè poſſunt commutari durante Bulla, & Iubileo toties, quoties emiſſa fuerint. ibid. 146

Poteſt

Poteſt vi Bullæ, vel Iubilæi commutari votum perſeuerandi in Religione. 349.147

Probabilius eſt, poſſe vi Bullæ, vel Iubilei per commutationem differri aliquandiu tempus præſcriptum in voto Religionis. ibid.148

Probabilius eſt, licitum eſſe vouenti poſt commutationem ſui voti ſeruare votum priùs factum. ibid. 149

Longè probabilius eſt, poſſe vi Bullæ, vel Iubilei commutari vota emiſſa ex praua confidentia Bullæ, aut ſub certa ſpe obtinendi Iubileum. ibid.150

Ferè certum eſt, potentem vi Bullæ, vel Iubilei vota commutare, non poſſe in illis diſpenſare. ibidem 151

Licèt è contrariò probabilius ſit, potentem in votis diſpenſare, poſſe & illa commutare. 350.152

Longe probabilius eſt, non requiri Superioris authoritatem ad commutanda in melius vota, aut iuramenta. ibid.153

Licèt è contrario probabilius ſit, requiri ad commutanda talia vota in bonum euidenter æquale. ibid. 154

Et non ſufficere in tali caſu priuati confeſſoris authoritatem, probabilius eſt. ibid.155

Probabile eſt, commutationem vi Bullæ, aut iubilei in paulò minus bonum poſſe fieri. ibidem 156

Probabilius eſt, quod ille qui aſtrictus eſt voto recitandi Coronam Virgineam, nequeat hodiernam obligationem in ſequentem diem per commutationem transferre, niſi addat aliquid aliud in materia, ratione dilationis temporis. ibid.157

Voti commutandi cauſa.

Probabilius eſt, commutationem vi priuilegiorum Regularium, alteriuſve delegatæ facultatis factam etiam in æquale bonum, requirere cauſam iuſtam. 351.158

Probabilius eſt, non requiri ad commutandum cauſas ad diſpenſandum requiſitas. ibid.159

Probabilius eſt, ad vota commutanda ſufficere leuiſſimas cauſas. 352.160

In commutatione votorum nunquam deeſt cauſa. ibidem.

Probabilius eſt, quod licèt commutatio fiat in paulò minus, ſit ſufficiens cauſa ad commutandum, vel vouentis inconſtantia, vel leuitas, inconſideratio, vel in adimplendo moleſtia, vel magna frangendi, votum fragilitas, vel repugnantia viri potentis, &c. ibid.

Ad commutanda vota vi Bullæ, aut Iubilei, etſi requiratur cauſa, nulla tamen alia requiritur, quàm habere Bullam, & conferre eleemoſynam in illa ad belli ſubſidium præſcriptam, vel exequi opera in Iubileo mandata, & commutationem petere. ibid.161

Probabilius eſt, commutantem (iuxta opinionem ſupra relatam) vota propriâ authoritate in bonum euidenter æquale, indigere cauſa, licèt leuiſſima ſufficiat. ibid.162

Probabilius eſt, commutantem votum ſine cauſa in non æquale, peccare ſolùm venialiter: mortaliter verò ſi in minus, ſine ſufficienti cauſa commutet. ibid.163

Probabile eſt, manere abſolutum à reſeruatis, & indulgentiam lucrari illum, qui ſequutus probabilem circa Iubileum opinionem, illud lucratur. ib.164

Probabilius eſt, vota ſemel virtute Iubilei commutata, non reuiuiſcere, eò non obtento. 353.165

Quod idem dicendum eſt, licèt confeſſarius tempore iubilei commutauerit vota, non præſcribens tunc opera ſubrogata, ſeu ea à ſe, vel ab alio poſtea præſcribenda remittens. ibid.

Probabilius eſt, eum qui bona fide commutationem votorum obtinuit, non peccare mortaliter, licèt poſtea voluntariè opera omittat Iubileo præſcripta. ibid.166

Voti repetitio.

Violationem voti repetiti non tenetur quis explicare. 206.6

Etiamſi frangens votum per repetitionem illius duplici ſe voluiſſet obligare peccato. ibid.7

Vouens.

Vouens aſſumere ſacros Ordines non eſt ſacrilegus fornicando. Nec (licèt nubendo peccaret) peccat debitum petendo. 342.119

Vrina.

Certiſſimum eſt, non eſſe materiam Baptiſmi. 27.12

Vxor.

Vide *Coniux.*

F I N I S.

Digitized by Google